6
17-B
4

6
17 N
21

~~6-17-B-4~~

Digitized by Go

F. LEANDRI ALBERTI BONONIENSIS.

DESCRIPTIO TOTIVS ITALIAE.

QVA SITVS, ORIGINES, IMPERIA CIVITATVM & oppidorum cum nominibus antiquis & recentioribus, item mores populorum agrorúmq; conditiones ediſſeruntur: ſed & præterea clari homines à quibus illuſtrata regio ipſa eſt, item montes, lacus, flumina, fontes, aquæ calidæ, metalla, cunctáque miracula atque opera naturæ quæ continet, dicuntur, ex italica lingua nunc primùm in latinam conuerſa.

INTERPRETE GVILIELMO KYRIANDRO HOENINGENO I C.

Index locupletiſſimus adiectus.

IN COLONIA AGRIPPINENSI EXCVDIT Nicolaus Graphæus typographus iuxta D. Lupi.

Cum priuilegio Sacræ Ceſareæ Maieſtatis Regumq; Franciæ ac Hiſpaniæ, quod exactius proxima docebit pagina.

Anno à C. N. M D LXVI. Id. Septemb.

6.-1.B.4

PRIVILEGIA.

CAutum eſt Edicto Sacræ Cæſareæ Maieſtatis, ne quiſquam omnino quacunq; Sacri Imperij Romani ac ſuæ ditionis hereditariæ fines patent, Deſcriptionem totius Italiæ, Leandri Alberti Bononienſis à Gulielmo Kyriandro de uernacula Italorum lingua in latinã conuerſam, præter ipſius Gulielmi uoluntatem & conſenſum ſex annis proximis ab editione prima uel imprimat, eiuſdẽ aut diuerſi characteris forma, uel alibi impreſſam atq; importatam diſtrahat, ſub pœna X. marcharum auri puri, atq; inſuper commiſsi, quemadmodum latius in ipſa Auguſtali forma comprehenſum eſt. Datæ Auguſtæ Vindelicorum, die XXVII. Martij, anno poſt C. N. M D LXVI.

Et ſubſcripta.

Maximilianus.

V Zaſ.

Ad mandatum Sacræ Cæſareæ
Maieſtatis proprium.
Haller.
Schonawer.

SImiliter indultum ſingulari gratia Philippi Regis Hiſpaniarum & cæt. Gulielmo Kyriandro, uti Deſcriptionem Italiæ totius eandem in Maieſtatis eius prouincijs ciſmarinis omnibus ſolus imprimi atq; diſtrahi curet: ac proinde interdictum cunctis typographis & librarijs, ne uel ipſi præter illius uoluntatem id opus quibuſcunq; typis edant, uel editum alibi & importatum diſtrahant annis ſex primis. Pœna ſancita ſi ſecus factum ſit, ut codices ipſos commiſſo tollendi, ac ſimul aureum regalem in ſingulos apud quoſcunq; iudices exigendi ius habeat Kyriander, quod pluribus ipſa teſtatur conſtitutio, Lata Bruxell. anno à C. N. M D LXVI. XVII. Cal. Septemb.

Et ſubſcripta.

By den Coninck in zijn Rade.
De la Torre.

Huiuſmodi quoq; Francicum eſt priuilegium, ne quis ignorationem cauſari unquam poſſit.

IMPERATORI CAESARI ELECTO MAXIMILIANO II. AVGVSTO PIO, FOELICI,

INCLYTO, RELIGIOSISSIMISQVE AC ILLVSTRISSIMIS PRINcipibus Sacri Romani Imperij Septemuiris Electoribus, Danieli Moguntino, Ioanni Treuirenſi, Friderico Colonienſi Archiepiſcopo, ſummis Præſulibus, Friderico Comiti Palatino Rhenano, Auguſto Duci Saxoniæ, Ioachimo Marchioni Brandenburgio, Maximiliano Regi Boihemiæ, generoſiſſimis Heroibus, Guilielmus Kyriander Hœningenus I C. S.

ITaliam ſcripſit non pridem vernacula ſua lingua Leander Albertus Bononienſis, dedicauit Henrico II. Regi Catharinæq; Reginæ Francorum, Maximiliane Cæſar Auguſte, religioſiſsimi Præſules Principéſque principum: ego nunc id opus ex italico tranſlatum in ſermonem latinum vobis offero, vobis dedico. Nam cum illuſtri gratia Rex atq; Regina Francorum italicè ſcriptam Italiam ſuſceperint, eandem latinè conuerſam vobis longè fore gratiſsimam equidem dubitare haud oportuit. Nec mea ſolum hæc fuit ſententia, ſed talium quoque plurimorum quos ſi quicquam à conſilio diſcrepare meo cognouiſſem, & ob auctoritatem ſummã debuiſſem ſequi, & ſi commemorem, propter nominis eorum celebritatem nemo herculè non fateatur prorſus fuiſſe audiendos. Quinimo cum præcipua laudatorum principum cura vti olim ſemper fuit, ita nunc quoque ſit non ſolum in tuendis conſeruandisq; literarum monumentis, quibus humano generi nihil quicquam à Deo datum eſt vel pulchrius, vel pretioſius, vel magis neceſſarium: ſed etiam in prouehendis iuuandíſque litterarijs laboribus, quorum beneficio maximè ſalubris & frugifera cognitio rerum conſtat, quantum apud te Cæſar glorioſiſsime, vóſque laudatiſsimos Principes ineant gratiam, qui ſponte ſua priuatáque cura rebus communibus in hoc conſulunt quis ignoret? Itaque quam publicè ſperamus inprimis fore vtilem, latinam tum exactiſsimam, tum pulcherrimam de-

ſcriptionem Italiæ Leandri, hanc tuæ Maieſtatis Cæſareæ, veſtrúmque ſacri Romani imperij Septemuirorum nomine atque egregie luce fulgentem in oculos omnium orbis terræ gentium prodire voluimus. Veſter eſt fundus in quo noſter operoſus labor exantlatus eſt: vos auguſtiſsimum hoc imperium Romanum ſuſtinetis, quod ipſa quidem inſigni virtute genuit Italia, ſed eadem ignobili ſocordia degenerans pridem penè corrupit, hoc verò in opere mirifica prorſus induſtria repetitum à primordio ſui vſque ad hanc memoriam non ſecus ac in tabella pictum expreſſúmque proponitur: vt hinc auctoritatis veſtræ fundamenta, dignitatis antiqua præſidia, ſplendoris ampliſsima teſtimonia, denique totum pene ius veſtrum in quo verſamini, diſcere atque intelligere poſsitis. Omnis etiam exempli documenta hìc videbitis, nimirum quibus momentis, quibus temporibus, ſub quibus viris ſacrum hoc imperium Romanum creuerit, deinde labi cœperit, tum quoque rurſum lacertos mouerit, & viciſsim decoxerit. Etenim præterquam quòd omnium Italiæ gentium, rerumpublicarum, vrbium, oppidorum, quæ ſunt quæque fuerunt, hoc in opere origines, & proxima originibus, & deinceps in hunc vſq; diem tempora, ſed & cætera quoque cuncta quæ numeris omnibus abſolutam Italiæ chorographiam concernunt, ex vniuerſo monumentorum veterum atque recentium pelago collecta luculentiſsimè perſcribuntur, hiſtoriam hìc totam imperij veſtri per ætates, ius & proceres & annos mirabili ſerie atque ordine digeſtam cognoſcetis. Tantiſper autem dum eneta hæc & lacera veſtri regni membra reliquiáſque luctuoſas tota mente repetetis, quanquam tot miſeræ clades & tam magnæ viciſsitudines parum habebunt voluptatis, iuuabit tamen certè paſsim maieſtatem amplitudinémque dignitatis veſtræ veterem inſpicere, iuuabit antiquitatis monumenta tam illuſtria videre, iuuabit etiam per hæc admoneri gloriæ virtutíſque noſtræ Germaniæ, quæ quod cæteræ mundi nationes perdiderunt, ipſa quoque mater Italia quondam, nec vitia ſua ferens nec remedia, non modo ſuperbè ſpreuit, ſed etiam conficere niſa eſt, auguſtiſsimum hoc veſtrum imperium Romanum inſigni virtute collectum tot ſeculis in hunc vſque diem pietate ſumma fouit, conſtantia fidéque mirifica cuſtodiuit, inclyta fortitudine tutata eſt. Accipe nunc igitur Imperator Auguſte pro excelſo Tuæ Maieſtatis ſplendore, accipite quoq; vos glorioſiſsimi Præſules & Principes illuſtriſsimi pro luce dignitatis veſtræ ſumma benignè totius Italiæ deſcriptionem ea lingua, quæ ſimul cum florente Italia, florentéque veſtro imperio floruit, nec aliter euidenti quidem certè beneficio

cio Dei nunc quoque mundo ſupereſt, ac ipſum quod diuinitus proculdubio conſeruatur ſacratiſsimum imperium Romanum. Quod ſi gratiam, uti ſpero veſtram labores tenebunt noſtri, ſimul pia nobiſcum perpetuò de maieſtate, amplitudine magnificentiáq; veſtra grex literatorum totus vota faciet, ſimul neque nos tot lucubrationum bibiſſe fuliginem dum publicè ſtuduimus prodeſſe, pœnitebit, neque ſi quid decætero literaria res ab induſtria noſtra queat adiumenti capere, vnquam ceſſauerimus. Aeternùm vale Imperator Cæſar Auguſte, & vos religioſi Præſules Principéſque principum valete. Ex Colonia Agrippina, Cal. Septembr. Anno à C. N.

MDLXVI.

PRAEFATIO.

GVILIELMVS KYRIANDER I C.

LECTORI S.

VETVS illud verbum & vulgatum, candide lector, *Quam quiſq; nouit artem, in hac ſe exerceat*, non minus equidem prudenter quàm frugiferè dictú cenſeo. Quemadmodum enim æquè diſciplinis bonis pernicioſum nihil eſt, atq; ſi ab ijs tractentur qui rudes earum ſunt: ita nullam profectò laudem ſperare queas ex ea arte quam non plenè exactéq; didiceris. Quæ cum mihi nuper ſtaret ſententia, iactis in Germaniæ Galliæque ſcholis iuriſprudentiæ fundamentis, in Italiæ quoq; celeberrimo Patauinorum gymnaſio confirmatis auctíſq; quanq̃ profectu forſan exiguo, labore quidem certè atq; ſtudio non mediocri, quia languere propemodum per ſe diſciplinam iuris, niſi cum vſu rerũ & actione ipſa coniungeretur animaduertebam, in floretiſsima vrbe Veneta verſandi, forúmq; tum cauſis & iudicijs admodum ibi frequens, tum doctis ac facũdis viris abundans attingendi deſiderium cepi. Et Nicolaus Craſſus eſt Iureconſultus oratórq; inter primos eximius, ſcientia multarum rerum excellens, ſingulari prudentia, eruditione, facundia, ſed incredibili candore animi, nec humanitate minori, liberalitate mirifica vir: apud quem cum & exemplis inſtituerer, & audiendo legendóq; diſcerem, cœpi tandem prorſus intelligere quod priùs quoq; ſenſeram, vtcunq; totum hominem illud diſciplinæ genus poſcat in quo maximè cupiat excellere, nihil tamen ęquè frugiferum, nihil ęquè neceſſarium atq; dignum legitimę ſcientiæ alumno eſſe ac perpetuũ iuriſprudentię ſtudium haud indiligenti etiam lectione hiſtoriarum, monumentíſq; rerum geſtarum & omnis memorię cognitione non tam interrumpere, quàm exornare. Namq; mehercules vti maximum lumen præſtat hiſtoriarum lectioni iuris ſcientia, quod nemo ſanæ mentis negare quidem vel queat, vel velit: ita maximã ac præcipuam iuriſprudentiæ partem quæ circa res & negotia publica conſiſtit, & ad imperiorum, ciuitatum, munerum adminiſtrationem pertinet, abſq; cognitione hiſtoriæ cæcam, illiberalem, atq; adeo ineptam eſſe haud dubitauerim aſſerere. Proxima cogitatio tenuit animum, quid ex tam magno hiſtoricorum veterum atque recentium numero legi potiſsimè deberet: quę tandem hìc in tam vaſto monumentorum pelago nauigãti cynoſura foret obſeruanda. Neq; leuis ſanè hęc deliberatio viſa eſt, neq; repente atque haud difficulter ipſe mihi ſatisfeci. T. Liuium ſciebam omnium eruditorum calculo hiſtoriæ latinæ principem, maximè cum Salluſtianum nihil extet præter duo fragmenta, Cæſaris autem Commentarij præclari quidem, ſed exiguo annorum curriculo geſta contineant. Et Trogus Pompeius qui græcas ac totius orbis hiſtorias latino ſermone compoſuit, & quatuor & quadraginta voluminibus omnium ſeculorum, regum, nationum, populorúmque res man-

dauit literis prorſus adhuc eſt amiſſus, niſi quòd ex eo Iuſtini breue veluti corpuſculum florum habemus. Suetonius, Tacitus, Appianus, Q. Curtius, Aelianus, quique recentiores ij, plurimi, Euſebius, Oroſius, Paulus Diaconus, Eutropius, & ſimilium cohors tota, ſed & alij recentioris memoriæ, Blondus, Antoninus, Sabellicus, Collenutius, Macchiauellus, Aretinus, Platina, Corius, Simoneta, Capreolus, Merula, item recentiſsimi Paulus Iouius, Sleidanus, Guicciardinus, nec libet iam recenſere plures, haud illaudati quidē ſunt hiſtorici tam latina quàm italica lingua, ſed regum, principúmue ſingulorum, aut temporis non longi, vel gentiū regionúmue certarum res ſcripſerunt. Græci etiam quos habemus ſanè præ cæteris optimos, etſi mutilos quoſdā, Herodotus, Thucydides, Xenophō, Polybius, Dionyſius Halicarnaſſeus, Dio, præterea q; nōnulli, vti ſanè legendi ſunt, ita ſimul omnes cognoſci nequeūt. Ecquis igitur in tam arduo & ancipiti propoſito ſcopus eligi potuit? quale tandem in iſto multiplici atq; vario monumentorum aceruo iudicium erat faciēdum? nam in tam inextricabilem hiſtoriarū labyrinthum ſi quis abſq; filo improperet, exitum hercule inuenire nequeat. Repetere ſanè non libet q̃ frugifera quámq; ſalubris ſit cognitio rerū: cuius eximia quidem pars cōmemoratio, tum antiquitatis, tum recentiū ſeculorū, hoc eſt, memoria temporum, locorū, hominū, rerum geſtarum: at hoc tamen diſertè iudicio profitebor meo, vti perexilis eſt captus hominis, cui nec ingenium ſatis fœlix obtigit, nec ad meliorem inſtitutionem fortunæ nimis abundantes ſuppetunt, neq; etiam multarū rerum cognitionem vſus aut prouectior ætas adhuc cōparauit, maximè quidem eſſe operæpretium omnia cognoſcere, cæterùm quoniam omniū ipſa ſibi obſtat magnitudo, rerúmq; diuerſitas aciem intentionis obtundit abrumpítq;, longè melius atq; præſtabilius habendū excellentia quæq; & præ cæteris illuſtria quæ legantur cognoſcantúrque deligere, quàm in immenſo vagari, ſine fructu, ſine gloria, ſine ingenio: & quod helluonum eſt, omnibus quidem ſe ingurgitare, ſed nec ſatiari vnquam, nec vtilem corpori nutriendo concoctionis facultatem indulgere, cum quod auidè ſit deuoratum, ipſa indigeſtum reijciat expellátque natura ſano nunquam obruenda. Proinde cum doctiſsimos homines totius mundi curriculum in imperia diſtribuiſſe quatuor haud obſcurū ſit, Babylonicum, Perſicum, Græcū, Romanum: & heroica prorſus illa priora mundi tempora, multiſq; præclaris rebus, viris, factis illuſtria quin fuerint dubitare quidem non oporteat, monumētis tamen deſtituamur: ideóq; præter ſcripturam ſacram de Babylonico vel Aſſyriorū imperio pauciſsima, de Perſico vel Medorum plura quidem, ſed de Græco ſeu Macedonico multa ſanè & inſignia nunc habeamus, Romanum autem certè vti cætera diuturnitate, gloria, magnitudine, potentia longè ſuperauit, ita non modo materiam omnium ætatū atq; gentium ſcriptoribus & vberrimam & ſplendidiſsimā præbuerit, ſed etiam nobiliſsima doctorum hominū ingenia ſic fatigauerit, vt cum principis terrarū populi memoriæ pro virili quiſq; parte ſua vellet conſultū, in paucorū tamen hominū actu annorū, vel certarū regionū vrbiúmue rebus memorandis pene ſuccubuerit: equidem magnificentiſsimū hoc imperiū, quod & amplitudine maximū, et tempore diuturnū, & virtute fortunáq; inclytum, & exēplis viriſq; copioſum ac illuſtre præ cæteris fuit, nobiliſsimóſq; rerū ad ſe pertinentiū ſcriptores omnibus in terris ad húc vſq; diem nactū eſt, qui cognoſcere ante omnia geſtiunt, ſimúlq; qui cōmunibus rebus in hoc coſulunt, vt quale illud quantúmq; fuerit, et quæ tempora, quas viciſsitudines, quibus in locis primordium habuerit, quibúſq; momen-

momentis & partum & auctum ſit, quibus labi atque præceps ire cœperit, ediſſerant, non modo operæpretiũ facere tandem mihi viſi ſunt, ſed etiam non poſſe non plurimo cum fructu agere, atque peroptimè de hominum vniuerſo genere mereri. Sed in cognoſcendis imperij Romani rebus equidem abſque controuerſia reor eſſe, quin caput atque adeo fundamentum cenſeri debeat cognitio Italiæ, qua regione maximum hoc atque auguſtiſsimum imperium & ortum eſt, & primùm coaluit, quáque populus fuit Romanus cunctarum gentium domitor, ipſa ſimul mundi domina vrbs Roma ſacri huius imperij nominiſque eius fœlicis mater adhuc quoque ſupereſt, quanquam deformis nunc teſtis calamitatum, it[illegible]nq; vitiorum quæ poſterioribus ſeculis ſtatim cum ipſo monarchiæ primordio ſurrexerunt. Hac ego mente cum & Italiam in qua verſabar, ſcire cuperem, atque non modo diuerticulum aliquod amœnum, ſed etiam partem neceſſariam iuris ſtudio decreuiſſem adiungere, Leandri Alberti Bononienſis inſigne volumen deſcriptionis Italiæ vernaculo auctoris ſermone compoſitum auidè admodum mirificáq; cum voluptate legi. Et contigiſſe iam abundè profectò lætabar, quod caput atq; fundamentum in cognoſcendis imperij Romani hiſtorijs arbitror: etenim aut me amor operis fallit, aut nihil quicquam in hoc genere magis elaboratum perfectúmque hominis vnius induſtria queat requiri. Qua de cauſa cum mirificè mihi tam inſignis placere liber cœpiſſet, mirabar ſummoperè nec ab ipſo auctore editum latinè, nec ab alio quoquam adhuc interpretatum: niſi quòd Italis ſuis ex profeſſo ſua lingua ſcripſiſſe Leandrum ſuccurrebat, alios autem qui à ſtudijs maioribus fuiſſent liberi, vel ignoratio tam præclari operis, quando nec ante multos annos primùm in lucem prodierit, vel præpoſteri ingenij vitium quo plerique nationibus exteris illuſtria quæq; & eximia ſolent inuidere, vel quiduis tandem aut peius aut melius abſtinuiſſe mihi videbatur: etſi quod tentata dein per me prouincia comperi, nunc vnum hoc vereſciam cunctos deterruiſſe, laboris difficultatem, operiſque magnitudinem ac moleſtiam. Sciunt etiam docti quidam ac integerrimi viri quod ego quoque ſcio, deſumpſiſſe ſibi ante annos aliquot hoc muneris quendam natione Italum, neque prorſus ineruditum aut ſine nomine hominem, neque ſanè in hoc interpretandi genere vel nouum vel inexpertum: ſed ita tamen illorum qui id ipſum oneris impoſuerant expectationi reſpondere haud potuiſſe, quin propemodum in limine ſtatim atque principio deſperare de ſe cogeret, imparémq; ſuis humeris molem deſerere planè iuberetur. Quæ res cum mihi deſiderium quo mea priùs ſponte ardebam haud mediocriter auxiſſet, cúmque non ſolum Italiæ totius eruditionis gloria principum, ſed externorum quoq; doctiſsimorum hominum ac perſpicatium tam magnificum de libro iudicium animaduerterem, inprimis & operæpretium me facturum arbitrari cœpi, ſi vires ingenij mei in tam laudato opere periclitarer, & apud cunctas orbis nationes publicè gratiam initurum ſi tam frugiferum & eximium volumen omnibus terris præberem cognoſcendum. Poterat obſtare conſilio non ſolum tempus, quod in tam prolixo munere haud ſanè curis alijs occupatum aut breue requiri intelligebam, & iuriſprudentiæ ſtudium detrahi ſibi pene non ferebat, ſed etiam maxima librorum multitudo, quos in tali re fœliciter, & probè peragenda deſiderari, verùm longè tunc infra meam fortunam eſſe cognoſcebam. Vtrámque tamen difficultatem ſummi optimíque viri Nicolai Craſsi humanitas & mirifica de bonis benè merendi voluntas ſuſtulit: etenim cum eius inſigni liberalitate

fouere-

foueremur in cognoſcendo foro, ſucciſiuas ad hoc penſum horas deſumpſimus, & illius copioſa optimis voluminibus bibliotheca ſumus vſi. Damus itaq; nunc omnibus gentibus induſtria quidem & labore noſtro, ſed Craſsi potiſsimum munere Deſcriptionem Italiæ totius ſermone latino, ſuis tantùm italicè compoſitam ab Leandro Alberto: quo quidem opere nihil quicquam legi queat hoc tempore vel abſolutius, vel vtilius, vel iucundius. Chorographias Italiæ ſcripſerunt ex veteribus tam græcis quàm latinis haud pauci: ſcripſerunt etiam recẽtiores tum latina, tum italica lingua: plurimi quoq; ſitum regionis & imaginem in tabellis exhibuerũt, alius alio vel in ſcriptis, vel in pictura meliùs exactiùsq; ſed mehercules nec ingenium, diligentiam, eruditionem, copiam Leandri quiſquam adhuc vel ſuperauit vel attigit, nec laboris tantundem ſubijt, nec item laudis atque gloriæ parem ea re cumulum aſſecutus eſt. Solam nominum varietatem, antiquorum ſcilicet atq; recentium ſi conſideres, quæſo quid eſt à quoquam adhuc certis argumentis traditum veriùs? quid ſolido iudicio animaduerſum rectiùs? quid coniecturis aſſecutum fœliciùs? nam & Italiæ quidem eiuſmodi fuiſſe tempora non eſt obſcurum, vt nunc diuinandum potiùs in multis ſit, quàm certa veſtigatione cuncta liceat aſſequi. Nec in nominibus ſolum hoc præſtitit Leander, ſed etiam in ſitu, finibus, ſpatijs, naturis, migrationibus, originibus, cladibus, temporibus, breuiter omnibus in rebus quæ ad perfectiſsimam Italiæ chorographiam pertinent, ipſámq; terram adeo plenè exprimunt, vt tanquam in vna eadémq; tabella non ſolum eius imago vetus aut præſens, verumetiam omnium ætatum pictæ atque deſcriptæ mutationes appareant. Inſignis hìc fides relationis, at contextus planè mirabilis hiſtoriarum, quæ tam de regione tota, quàm de certis partibus aut populis vrbibúsue, vel locis, rebus, hominibus, tum ex monumentis antiquorum, tum de recentium ſcriptorum libris conquiſitæ ſeriem ita commodam obtinent, vt quot in vniuerſa Italia res ſingulares ſunt, veluti gentes, ciuitates, aquæ, animalia, cæteráq; id genus infinita pene, totidem vno in ſe redeunte circulo variarum hiſtoriarum aurea veluti catena inuicem connexa volumina videantur. Nihil adeo adducendorum prætermiſſum eſt vel ex hiſtoricis, vel ex poëtis, aut philoſophis, aut medicis, aut grammaticis, aut rerum memorabilium naturaliúmq; ſcriptoribus, aut ex quibuſcunq; tandem philologis ſiue græci latiníue ſeu italici nominis, quin percurriſſe omnes & apum exemplo de cunctis ſtudioſè collectum mel in aluearis ſui fauos pulcherrimè fictos exacto ordine digeſſiſſe Leandrum fateri oporteat: ita vt profectò hoc in opere quicquam ad ingenium quod addas, nihil deſideretur, ex labore quod demas, nihil redundet. Iam quales quantósq; poſsint ex eiuſmodi opere fructus conſequi legentes, cùm per ſe manifeſtò liqueat, pluribus commemorare nihil attinet. Nemo quiſquam ex omni memoria ſapientiæ doctrinæúe conſecutus opinionem eſt vllam, quin aut ipſe multum peregrinatus ſit, aut ſaltem plurimum peregrinationi tribuerit. Nihil enim æquè non modo commodum, ſed etiam neceſſarium eſt ad multarum rerum ſcientiam comparandam ac varias obiuiſſe regiones, variarum gentium inſtituta, reſpublicas, mores cognouiſſe, hominum contraria ſtudia, diſsimiles animos & ingenia, diſsimilimos etiam vultus & corporum habitus, item rerum omnium multiplices atq; diuerſas formas cõperiſſe. Pythagoras, Solon, Plato, aliíq; philoſophi multi quid peregrinãdo conſecuti ſint vulgò ſcitur: Vlyſsis inclyti errores ſummæ viri prudentiæ quam in illo tantopere celebrarunt veteres, mate-

riam dederunt: Apollonium Tianæum proximam diuinitati exiſtimationem peregrinando aſſecutum tradidit Philoſtratus: quid verbis opus eſt? inſtrumentum prudentiæ, conſiliorum theſaurus, magiſtra vitæ, lumen artium, ſchena eruditionis, deliciæ mentis peregrinatio dicenda. Nec tamen abſq; magno diſcrimine peregrinari homines fatendum eſt: quid enim præclari conſequuntur, qui per deſertas incultáſq; terras aut gentes barbaras & ignauas, aut quas vel ipſorum mores, vel ipſa loca efferarunt diuagantur? cœlum dixeris vt ille, non animum mutant: námq; nationes eæ demum adeundæ ſunt vbi artes, vbi literæ vigeăt, vbi exempla poſsis ad tuum animum, vitam, atq; rempublicam formandam inuenire, præcepta regulaſq; morum diſcere, ſanctas item & ſalutares leges cognoſcere. Verumenimuero neq; definijt hoc quiſquam adhuc, neq; facilis profectò cenſura hìc fuerit, quas potiſsimum orbis terras adire, quas ſpernere oporteat: mihi tamen id pace gentium mũdi reliquarum dicere liceat, Italiam videre atq; cognoſcere inprimis eſſe operæpretium. Nam ſi varias imperiorum formas, ſi benè, melius, atq; optimè conſtitutas reſpublicas, ſi leges diuerſas, ſi præclaros homines & ingenia, diſciplinarum etiam & artium omnium alumnos, ſi morum non modo optimorum, ſed etiam peſsimorum exempla, ſi corruptelas mentium & econtra virtutum incitamenta diuerſa, ſi mortalium numerum, diſsimiles vultus, exercitia pene innumerabilia, ſi regiones cultiſsimas, deſerta quoq; montium aſperrimáq; iuga, conditiones agrorum varias, facultates omniũ rerum quæ terra continet, inexplicabiles, ſi portus nobiliſsimos & litora multorum mariũ vndis circumfuſa, ciuitates pulcherrimas, ædificia magnificentiſsima, nouarum vrbium res florentiſsimas, veterum miſerandas reliquias, totius antiquitatis veſtigia, virtutum cunctarum trophæa, vitiorum omnium monumenta, naturæ operum varietatem infinitam, breuiter quicquid excogitari queat ſi deſideres, in Italia ni ſit, extra Italiam haud quærendum crediderim. Ea tamen ſors eſt mortalium vt in vnius hominis ætatem variæ mutationes, quæ reciprocantibus plerúmq; multis in ſe ſeculis eueniunt, haud ferè ſoleant incidere· ſed cuiq; prouectioris etiam vitæ ſuorum temporum vnicam formam, vel in magnis paucas ſaltem ſpectare liceat. Qualis autem quantúſq; vir habendus ille foret, qui plurium hominum vitæ curriculum æquauiſſet? Prudentiſsimus ille Neſtor Homeri celebratur, hominis ætatem tertiam agens, vel trecenteſimum vitæ annum vti apud Naſonem ipſe prædicat: eiuſdémq; ex ore melle dulcior fluxiſſe oratio dicta eſt. Quantam porro veterum illorum quos monumenta ſacra propter exactas ætates multas vſq; ſupra nouem, ſempiternæ tradiderunt memoriæ, prudentiam, maieſtatem, facundiam fuiſſe oportet? rectè nimirum Dij vocati, longéq; ſapientiſsimi habiti ſunt. Quid ſi quis vltra milleſimum vitæ annum perueniat, quod nulli ſanè mortalium putatur cõtigiſſe, nec animali quoq; vllo affingitur· & quid ſi vltra ter milleſimum aut amplius? At verò hanc qui legat Italiæ deſcriptionem immenſi profectò operis, pene ab ipſis magni diluuij temporibus & longè ſupra ter milleſimum annum repetitam, qua tantus euentorum & caſuum numerus, tot ſeculorum mutationes, tot ætatũ variæ formæ, tam multæ rerum viciſsitudines tanq̃ in tabella pictæ proponuntur vt ad ſtuporem adigaris, omnino herculè pauculis ijs diebus quos attentè cognoſcendo libro dederit, æqualem ſe primis Italiæ principijs arbitrabitur, & vnà tot ætatum vixiſſe ac vidiſſe ſpatia: domúq; ſuæ maiores ſimul & vberiores longè fructus ceperit, multóq; plura & clariora ceu in illuſtri monumento om-

nis

nis exempli documenta cōſpexerit, quàm ſi peregrè ipſe profectus Italiæ formam vnam, præterea verò ſolum, arbores, aquas, animalia, viros, fœminas, cautes, & id genus cætera ſpectauiſſet. Quicquid igitur eſt cur Italiam videre cupiat Hiſpanus, vel Gallus, vel Belga, vel Batauus, vel extremus ad Septentrionem accola maris, vel Germanus, vel Schyta, vel Pannonius, aut tranſmarinus Afer & Græcus, & orbe toto diuiſus Britannus, & remotior Hibernus, aut quicunq; tandem orbis terrarum incola, quicquid inquam excogitari queat cur itinera tam longinqua, nauigationes tam incertas ac difficiles Italiæ cognoſcēdæ gratia ſuſcipere cuiq̃ libeat, ecce tibi Leander omne in patriam mittit tuam, & copioſè tuis infert penatibus, tuis oculis obijcit. Peregrinari quoq; non licet abſq; diſpendio fortunarum, item nec abſq; periculo vitæ: maiori etiam mortalium numero vel ſtudiorum genus, vel ætas, vel valetudo, vel tempus, vel facultatum anguſtiæ, cæteráq; his ſimilia domo procul abſcedere non concedunt: ne quod mihi ſanè cumprimis videtur animaduertendum, hoc quoq; repetam, pernicioſiſsimas haud rarò peſtes benè conſtitutas ciuitates trahere propter hominum peregrinationes. Oſtēdit quippe hoc vſus, pleróſque vitia magis quàm virtutes earum gentium quas adierint, in patriam referre: quóſq; peregrinos mores ſuis longè deteriores animi quadam leuitate inbiberint, ijs dum in patria ſibi placent (miſceo quoq; priuata cum publicis) non tam decorum obtinere, quàm ignominiam ſibi metere, cæteris corruptelam ferere. Nimirum hoc eſt vnum quo maximè diuturnitas imperiorum ſtetiſſe omnes omnium ætatum hiſtoriæ perhibent, inſtituta ſua colere atq; retinere, peregrina nōn facilè iñ rempublicam admittere. Fatebor hoc ſanè ſemper, ex Italia gentes cæteras plurima virtutum exempla documentáq; ſalutaria poſſe percipere: ſed vitiorum quæ ſolent animis præſertim adoleſcentium longè faciliùs hærere, cōtagium vix cauti quoq; poſſunt effugere: dum quicquid experimur nouum, idem quoq; pulchrum arbitramur. Atenim vitia quando priuatorum hominum mores occupant, nec in ſcriptorum ferè munus veniunt, nec ſi perſcriberentur, æquè noxia lectu eſſent, quàm ſunt aſpectu & exemplo contagioſa. Vide nūc queſo quantum nobis Leander præſtiterit, quanta verò ſint conuerſo hoc opere in latinum ſermonem quo pene totum orbem terrarum, Europam quidem certè vniuerſam adhuc vti ſcimus, cunctis gentibus hominibúſque commoda propoſita, quanta moles incommodorum adempta. Sed maiores quoq; ſunt vtilitatis ſummæ rationes, quæ tum per ſe legentibus apparebūt, tum referri paucis nequeunt. Qui Italiam obire malunt ipſi, neq; ducem fideliorem, neq; minus moleſtum comitem, neq; magiſtrum peritiorem, nec doctiorem indicem Leandro ſanè vſquā repererint. Quotus enim quiſq; eſt in ipſa nunc Italia, nec ſanè tantùm de vulgo, qui monumenta vetuſtatis æquè teneat, qui tota regione paſsim iacentes antiquitatis reliquias tam rectè cognoſcat, qui commutationes temporum & viciſsitudines rerum inde ab diluuio pene ad hunc vſq; diem tam exactè didicerit, qui cunctas Italiæ dotes, opera naturæ omnia, claros homines, & quicquid omnino ſcitu dignum tota terra eſt, docere te queat ita breuiter & dilucidè ac Leander? Nemo herculè nemo eſt. Sed neq; poetarum monumenta, nec diſciplinæ propemodum vllius præcepta, nec medicorum ſcripta, multóq; minus Romanas hiſtorias intelligere quiſquam poſsit abſq; cognitione Italiæ. Quamobrē inprimis ſanè grammaticis, tum cæterarum quoq; diſciplinarum ſtudioſis, maximè verò omnium ijs qui ſacri Romani imperij ſtatum vel ignorare non debent vti Iureconſulti, quiq;

reſpublicas gerunt, vel ſcire ſaltem per ſe geſtiunt, non modo perutilis, ſed etiam neceſſaria prorſus huius operis lectio mihi videtur. Antiquitates & res Italiæ qui neſciunt, origines dico gentium, vrbium, imperiorum Italiæ, proximáq; originibus & media poſtremáq; tempora, migrationes quoq; & interitus, & clades, & mutationes, item regionis totius ſimúlq; partium ſingularum & montium, ciuitatum, oppidorum, lacuum, aquarum agrorúmq; ſitus, & conditionem, eorundem quoque omnium ac ſimul populorum, hominum illuſtrium, fluminum, fontium, aliarúmq; rerũ nomina tam priſcæ quàm poſterioris ac recentis memoriæ qui non cognouerunt, nullo ſanè cum fructu, magna cum iactura temporis, & tanq̃ denſa caligine circumfuſi vt in monumentis quorumcunq; ſcriptorum verſentur eſt neceſſe. Nec eget hoc verbis: etenim vbi pro ſe quiſq; diligenter hìc intenderit animum, quin idem fateri cogatur haud dubito. Sed nec vllus ita queat omnis expers eſſe ſenſus, vel adeo nulla re non permoueri, quin tam præclaras venerandæ antiquitatis reliquias, tot inſignia plurimarum ætatum monuméta, quæ cunctis hoc in opere ponuntur ob oculos, ſumma cum voluptate atq; delectatione ſit lecturus. Quid memorem hiſtoriarum varietatem ac numerum? quid rerum memorabilium percommodè ac in loco inſertarum elegantiam? quid multitudinem hominum illuſtrium, qui vel ingenio & eruditionis gloria, vel manu armíſq; aut alia re quapiam eximia patriam nobilitarunt ſuam? equidem ita per Leandrũ æternitati traduntur, vti excellens illorum & inclyta virtus commeruit: & vt poſterioribus ſeculis documento eſſe queant præclarè actæ vitæ gloriam non tempore finiri, verùm ſempiternam eſſe: ſimúlq; viros egregios immortalitatem nominis manere: quo quidem nihil mihi videtur quicquam lectu eſſe poſſe iucundius. Cognoſcent hinc quoq; nationes cunctæ res à ſuis maioribus geſtas, ſua trophæa, ſuas colonias, ſuáſue memorias: quippe quia gentes orbis terrarum pene omnes Italiam vel inhabitandi, vel diripiendi oppugnandíq;, vel videndi gratia petiuiſſe literarum monumenta perhibent. Nec obſcurum eſt Epirotas & Macedones, Græciæq; populos innumeros, item Pannonios, & Sidones, & Longobardos, & Gothos Cimbróſq; & Theutones, adeóque Germanorum gentes omnes, tum Britannos quoq; & Gallos & Heluetios & Hiſpanos & Pœnos & Numidas & Saracenos, quid nomina perſequor? quicunq; tandem orbe toto ferè populus fuit, vel ſedes in Italia cepiſſe, vrbes condidiſſe, regnaſſe, vel geſſiſſe bella, vel egiſſe prædas, aut deniq; monumentum aliquod nominis effeciſſe ſui. Chronica qui ſcripſerunt & annales vrbium populorúmue magna ſolent cum voluptate legi: præterea qui Romanum imperium per ætates ſuas ediſſeruere, quíq; tum initia, progreſſum, florem, tum mutationes eius & lapſum poſtremáq; hæc tempora perſecuti ſunt, in illuſtri apud omnes habétur gratia. Sed neq; cuiusq̃ ciuitatis aut gẽtis Italicæ res, nec vniuerſum imperij Romani curſum, vel breuiùs exactiúsq;, vel veriùs atq; commodiùs adhuc quiſquã ſcripſit quàm Leander: proinde quantam legenti ſuauitatẽ daturus, quámq; gratus ſit futurus eruditis, haud facilè profectò verbis aſſequar. Itaq; ſi quid accuratè perfectum & omnibus abſolutum numeris de tota Italia requiras, ſi tam græci quàm latini ac italici nominis ſcriptorũ vetera recentiáq; monumenta quæ ad chorographiam huius regionis ſpectant, vnum in opus aptiſsimè digeſta breuiter ediſcere cupias aut in ſinu gerere, ſi pelagus immenſum hiſtoriarum quæ tum ad cunctas Italiæ gentes ciuitateſq;, tum ad imperium Romanum pertinent, in vnũ veluti lacteum flumen aureo conſtrictum

alueo

alueo deſideres, ſi laborem herculeum quo ad ſtuporem adigaris, ſpectare, ſi diuinũm ingenium, eruditionem inſignem, iudicium memorabile hominis admirari libeat, ecce tibi hîc quod expetis. Nec ſcio quid tandem in hoc genere legi queat vnde plus emolumenti poſsis ſperare. Nam qui documenta requirunt exemplorum, vnde ſibi ſuæq; reipub. quod oporteat imitari capiant, vnde fœdum inceptu, fœdum exitu quod vitandum ſit obſeruent, quibus artes & diſciplinæ cordi ſunt, qui ſitus & conditiones terrarum mariúmq;, qui imperia, gentes, vrbes, claros homines, mortalium multitudinem, & quicquid excogitare liceat cognoſcere geſtiunt, quibus varias rerum, temporum, mundi formas didiciſſe cura eſt, quibus ob pericula moleſtiásq; peregrinatio diſplicet, vel ætas, valetudo, tempus, fortuna, foris agere non permittit, metus etiam contagiorum domi ſuadet conſiſtere, quibus in obeunda Italia, duce, magiſtro, comite opus eſt, quibus in monumentis quorumcúnq; ſcriptorum rectè & cum fructu verſari ſtat ſententia, cunctorum ſimul hoc opere voto atq; deſiderio conſulitur, omnes hîc affatim habent quod queant exigere. Neq; profectò quicquam maiori voluptate legi poſsit. Etenim monumenta totius antiquitatis, reliquiæ ſuperiorum ætatum, hiſtoriarum tanta copia, pulchritudo mirifica rerum quæ paſsim locis memorantur opportunis, hominum inclytorum memoria, res geſtæ omnium orbis terræ gentium & migrationes, ſingularum vrbium Italiæ breuiter & eodem tenore confecti annales, omnis imperij Romani hiſtoria, cæteráq; hoc in opere ſexcenta tum inſigni fide, tum admirabili iucunditate ordinis perſcripta quæſo quem non maximopere delectent? Præfari autem hæc libuit, nõ quò perexili oratione mea dignitatem operis pulcherrimi conarer extollere: nam laudari impenſiùs etiam ab ijs quibus rectæ laudationis adſit facultas nõ ferunt, quæ ſuam per ſe cõmendationem ipſa oſtendunt: ſed vt breui tanq̃ indicio libri totius argumentum & ordinem legentibus aperirem. Quanq̃ neq; ſummæ auctoritatis & præcipuæ doctrinæ virorum maxima deſint præconia: cuiuſmodi ſunt, epiſtola Ioannis Antonij Flaminij, qua publicationẽ ab Leandro vrget, item Alciati I C. Ioannis Petri Ferretti, Lilij Gregorij Ziraldi, Sebaſtiani Corradi, & aliorum Italiæ luminũ præfixa epigrammata, quibus tum herculeus planè auctoris labor & ingenium diuinum, tum vtilitas & pretium operis nunq̃ ſatis laudati verè atq; meritò prædicantur. Pauca quoq; de noſtro inſtituto dicere operæpretium putamus, ne quis fortè criticorum in nobis hoc carpat, de quo cum intellexerit cauſas, nihil queat niſi calumniari. Primùm haud ignorant ij qui typographicos ſciunt labores, quanq̃ aſsiduus propemodum inſiſtas operis, quod herculè mihi mea non indulſit profeſsio, tamen non poſſe fieri quin errores committantur, præſertim vbi de manuſcripto exemplari ſumuntur exprimenda typis. Sed huic rei aliquo modo medemur adnotata in fine librariorum mendis plurimis ipſa correctione. Præterea verò quòd in pleriſq; nõ vulgarem orthographiæ rationem ſecuti ſumus, non eſt factum temerè: licet omnium cauſas referre nec huius loci putemus, neq; ſanè paucis queat fieri. Si quis auctoris ipſius inſtituto vitæ magis quàm eruditioni & induſtriæ viri non æquus (quanq̃ prudentis ſit doctrinam non contemnere vtcunq; cætera pro cuiúſq; captu & ingenio minus in homine probentur) effuſiùs eum in ſui ordinis ſodalibus commemorandis verſari notet: omitti etiã potuiſſe multa quæ opus augent præſulum nomina, veluti epiſcoporum, abbatum, vel alterius ordinis obſcuri, item artificum quos ſola nouit Italia, quiq; nullis ſcriptis innotuerunt, inſuper haud

pauca tum eius generis,tum diuerſi, nó omnibus nimirum exulcerato hoc rerum temporúmq; ſtatu,æquè grata fore cenſeat, nobis hanc ſemper placuiſſe ſententiam nouerit,fidem ab interprete ſummam requiri,vt adeó nó ſua ſed ipſius auctoris mente tantiſper vtatur,dum incumbit verſioni· præterea verò nec caſtrare auctores bonos oportere: licet etiam aliquando nec imperitorum hominum iudicio atq; auctoritate manus adferre Leandro iuſsi ſimus. Et quod exinde tædium ſentient legentes,ſi tædium dicendum eſt quod plurimis ſummæ voluptati erit, id breuitas,& in reliquo totius operis vtilitas,exacta diligentia,varietas, pulchritudo,ſuauitáſq; leuabit. Obſcuriora quoq; nonnulla qui putabunt, noſtram quidem certè ſummam fuiſſe curam ac induſtriam ſciant in conferendis ipſis auctoribus quorum monumenta Leander ad ſuum inſtitutum adhibet, nec tamen etſi maxima diligentia ſemper æquè fœliciter & ex voto noſtro aſſequi cuncta potuiſſe: nam vel librariorum incuria, vel per ſe quædam obſcuriora ſunt, vti quæ ex Ioanne Annio Viterbino ferè ſpinoſo hercules ſcriptore & in multis inepto citantur· quę propemodum ipſius Annij verbis referre viſum fuit,ne auctoris interdum caligo vel vitium apponi nobis queat. Collatio verò auctorum non modo perutilis fuit, quippe quia non rarò planiùs & rudiùs tanq̃ Italico vulgo pleraq; condidiſſe Leander videtur,quorum ſenſus & mens ideotis aperiri illa lingua vix poterat, latinè verò doctis facilè queat ita dici vt intelligant· ſed etiam neceſſaria,quando non pauca hic ſi legas ex græcis & latinis ab Leandro explicata italicè,dein autem ab alio interpretata latinè, frequenter eſſe à ſcriptoris mẽte diuerſa videris· vbi ſi locum ipſum indages,nihil iam queas errare. Sed & luxà multa ſolidauimus,vbi Leandrum peioribus vſum codicibus, puta Liuij, Plinij, Virgilij, ac ſimilium,quàm nos,item vbi veteres eum interpretes græcorum ſecutum, cum nunc multa rectiùs conuerſa legantur,animaduertimus. In his tamen ita timidè ſumus verſati,vt relicta quoq; pleraq; ſint intacta,quæ Leandrum ſtudio & fortè certa ratione aliter quàm vulgò legantur, perſcripſiſſe ſuſpicari licuit. Dantis & Facij Vberti verſus italicos ad verbum maximè tranſtulimus, quanq̃ obſcurior inde nonnunq̃ reſultet ſenſus: nam in eiuſmodi metris mihi ſanè videtur aliter nó eſſe faciendum, niſi metricè quoq; transferantur. Analogiam in fingendis latinè vocabulis italicis, quæ nec vetera ſunt, nec in antiquorum locum venerunt, certam,& latinæ linguæ conuenientiorem,quàm vulgi fortè in multis receptam vſu ſeruauimus. Et ne hoc quoq; ſileatur, italicè liber ante hunc diem editus eſt tertiùm· primò omnium Bononiæ typis maioribus,vbi cum ipſe præſto fuit Leander· deinde Venetijs anno altero pòſt,& ibidem tertiò quoq;, ſed poſt obitum auctoris incremento aliquo maius. Nos porro editionem poſtremam quæ locis quibuſdam auctior eſt ita ſecuti ſumus,vt prior vtraq; iuxtà eſſet ob oculos poſita· maximè verò primam vti emendatiorem inſpeximus,& hic in latinum ſermonem conuerſam,at vt poſteriores ſunt auctam quoq; damus. Fruere igitur labore noſtro lector, eúmq, boni conſule, quod vnicum operæ noſtræ præmium petimus. Vale.

Io. AN-

IO. ANTONIVS FLAMINIVS FOROCORNELIENSIS, LEANDRO ALBERTO BONONIENSI S.

LEGI tuam, mi Leander Italiam, opus ſanè laborioſum, ac multiplici rerum cognitione refertum. Qua quidem lectione adeo ſum delectatus,vt nihil attentiùs ac maiori cũ voluptate iamdiu legerim. Non enim ſolummodo locorum deſcriptionem in eo complexus es,& admirabili ſerie diligentiam & fidem ſcribendorum oſtendiſti,ſed etiam plurima inter narrandum,quoties oblata eſt occaſio,adiecisti, quæ delectare mirificè legentem poſsint. Quid varietatem ac numerum hiſtoriarum,quas vel de veterum monumentis,vel de recentium ſcriptorum libris collegiſti, memorem? & omnibus in locis quæ digna cognitu intercidunt, pulchritudinem & copiam explicem? Quæ ſanè, præterquam quòd vberem legenti fructum pariãt,adeo iucunda,& ſic animo blandientia ſe offerunt,vt inuitus ab ijs lector abſcedat. Quid virorum multitudinem excellentium,qui vel armorum virtute, vel litteris, vel qui alijs fuere dotibus inſignes referam? quorum memoriam celebrando renouas, & ex illuſtribus adhuc illuſtriores efficis: dignus certè cui vnaquæq; per Italiam patria plurimum ſe debere fateatur. Scripſere Italiam alij quidem ex græcis & latinis non pauci,nec defuere qui pictam in tabulis illam oſtenderint,ſed tu vtrorũq; ſtudium ſic quidem conſecutus es,vt conſummati ſcriptoris diligentiã,& ſummi pictoris artificium æquaueris: vt qui te legat,non aliter quàm in tabella ſpectandam ſibi propoſitam eſſe Italiam putet,ſed vberiore inſuper ex lectione fructum reportet. Ex qua quidem tam varia,tam diligenti,ac tam copioſa cõcurrentium rerum narratione,nõ dubito futurum,vt quicunq; legerit,cum vtilitate (quæ quidem ex multiplici & varia cognitione non mediocris ſecutura eſt) incredibilem ſe voluptatem cepiſſe afferat. Reſtat igitur vt tam egregiũ,tãmq; preclarum opus iam publices,& in manus hominum venire ſinas,nec diutius efflagitantium amicorum ſtudia & expectationem differas. Ex quo quidem haud dubiè video tibi partam eſſe nominis immortalitatem. Vale ex ædibus. Calend. Maij. M D XXXVII.

Alciati Iureconſ.

Quòd populos, vrbes, fluuios, & geſta recenſes,
Egregium & tota quicquid in Italia eſt,
Debemus ſtudijs tantisq; laboribus omnes,
Laudamusq; tuum docte Leander opus.
Per freta Abydenus lychno eſt perductus amoris,
Tu lychnos nobis erigis hiſtoriæ.

Io. Petri Ferretti Rauen. Epiſcopi Milenſis.

Priſcorum è numero ſi quis numeroq; recentum
Deſcripſit miris egregijsq; modis
Italiæ effigiem, fluuios, loca ſingula, montes,
Vrbes, cumq; ſuis oppida nominibus,
Obtinet hos inter primas cum laude Leander
Albertus, veræ relligionis honos.
Cuius fama reor geminos penetrabit ad axes,
Viuet & æterna poſteritate decus.
Conuenit huic totum cum gloria magna per orbem
Eximium quando ſedulus egit opus.

Lilij Gregorij Ziraldi.

Italiæ qui noſſe ſitum finesq; requiris,
Et quot nominibus dicta ſubinde fuit,
Quot fora, caſtra, vrbes, regiones, oppida, pagos,
Et montes, ſyluas, flumina, ſtagna, lacus,
Vt triplici alluitur pelago, vt ſepta Alpibus ima eſt,
Cothones, portus, littora, ſaxa, ſinus.
Omnia ſunt cultis Leandri ſcripta libellis,
Et mira lector ſunt pate facta fide.
Roma armis olim Italiam illuſtrauerat omnem,
Nunc demum ſcriptis Felſina docta ſuis.

Eiuſdem.

Pauſaniæ quantum ſcriptori Græcia debet,
Leandro tantum terra Latina meo.

Georgij Iodoci Bergani.

Interijt Seſtæ Leander amore puellæ
Cum nequit ardori ponere frena ſuo.
Italiæ caſto genetricis tactus amore
Leander peragit clarius alter opus.
Europæ atq; Aſiæ iungebat littora nando
Is, quod vix Perſæ mille dedêre rates:

At

At veterum hic dicit populorum ab origine ſectes,
Errores, ritus, nomina, fana, Deos.
Ille natans medijs Helles ſubmerſus in vndis
Audacis facti crimina morte luit:
Aſt hic victuris ſacrat ſua nomina chartis,
Ingenij promit cum monumenta ſui.
Cum claram, quam progenuit Saturnia tellus
Semideûm ſobolem, magnaq; facta Ducum,
Turritasq; vrbes, piſcoſaq; flumina, colles,
Fontes irriguos, ardua ſaxa, lacus,
Et tandem quicquid geminum complectitur æquor
Ordine conſpicuo digerit, atq; fide.
Nec mirum, fouit hunc ſtudiorum Felſina mater,
Doctifluo præbens vbera plena ſinu.
Deſine liuor edax genuino rodere dente,
Quæ ſyncera fides, actaq; certa probant.

Scipionis Balbi.

Italiam, & populos, vrbesq;, ſitusq; locorum
Qui cupit, & fluuios noſcere, quæq; libet,
Intret in hanc ſyluam rerum, camposq; peramplos
Currat, & vlteriùs quod nihil optet erit.
Omnia conſequitur libro Leander in vno,
Omnia tanq̃ vni ſit docuiſſe datum.

Eiuſdem ad Leandrum.

Illa potens rerum mundi caput inclyta tellus
Itala, nunc ſcriptis ſurgit in aſtra tuis.
Gaudet & exultat quoniam tu lumina præfers,
Ponis & ante oculos quæ latuere diu.
Nunc facilis longè excurris, nunc inde vagaris,
Stant tamen interius limine quæq; ſuo.
Nec tibi barbaries vlla eſt, quæ diſſona linguæ,
Auferat ornatu non reticenda ſuo.
Tu decus omne refers, tu faſces, tuq; trophæa,
Tu memoras claros marte togaq; viros.
Alter Abydenus validis freta nare lacertis
Auſus es, & dulci ſiſtere membra vado.
Sic tua quam vigilans peperiſti gloria viuet,
Debebitq; magis Felſina docta tibi.

Benedicti ex Mont. Reg.

Cui genus Albertum, patriæ cui Felſina nomen,
Relligio nutrix, Itala terra parens,

Venit

Venit ad Italiam à patri, & nutrice Leander,
Triplicis auctorum maximus hiſtoriæ.
Prima nec indecorem ciuem, illuſtrem altera alumnum,
Reddidit indigetem tetia fama virum.

Io. Gab. ac Lectorem.

Quos ſibi Leander famæ immortalis honores
Italia, patria, relligione, gerat.
Quale viri ingenium, quę virtus, otia quanta,
Non ego, nec cuiusq̃ nobile reddat opus.

Sebaſtiani Corradi Regien.

Italiam paruus liber hic dabit omnibus illam,
Quam petiere viri, quam petiere Dei.

Bartholomæi Ferini.

Incluſam Iliadem nuce non mirabere, quando
Vna manus totam continet Italiam.

Nicolai Acurſini Caferoniani.

Hiſtorijs celebrata tuis pulcherrima tellus
Itala, te merito laudatam ad ſidera tollo.

Eiuſdem fingentis Bononiam alloqui Leandrum.

Non tantum timidus Seſton dilexit Abydon,
Quantum te meritò Felſina docta colo.

Chriſtian.

CHRISTIANISSIMIS PRINCIPIBVS HENRICO SECVNDO FRANCORVM Regi, & Catharinæ eius Coniugi. S.

ECCE tibi ô rex Chriſtianiſsime, reginâq; ſacratiſsima, Italiam, quæ à me veſtro cliente poſtremò omniũ deſcripta iam in Franciam aduenit, Maieſtatiq; veſtræ ex æquo, haud alio ornatu quàm pura ſynceráq; animi erga vos affectione decorata ſe offert. Inuenietis in ea memoriam honeſtiſsimam earũ gentium quas imperio ditionéq; regitis· ac item regum quibus ſucceſsiſtis. Vt ſe vobis offerret, ego animum addidi, tum quia ſuperioribus regibus non ſolum placuerit ſemper, ſed etiam ab illis expetita quæſitáq; fuerit· tum quia plurimis iampridem ſeculis tanta regij ſanguinis Frãcici coniunctio cum nobili Italico non fuiſſe mihi videtur, ac eſt hoc tempore, Valeſiorum regio cum magnifico Mediceorum copulato. Et id equidẽ cum Opt. Max. que Dei factum prouidentia cenſeam, ideo nec diſtrahi ac ſeparari oportere nomina, quorum ille ipſa corpora mentéſq; colligauit, exiſtimaui. Age igitur ô copioſa magnanimitas, haud alienum à dignitate putato tua, cauſas Italiæ huic omnes præcidere, cur eam noſtri conſilij pœnitere queat· primúmq; vt ad Franciam peruenerit, pro exacto eius & veteri, tuo autem præſente ſplendore illam complectere. Et tu maximè ô regina perilluſtris, matrem ſuauiſsimam, nutricẽq; percharam agnoſce tuam. Ita Deus Opt. Max. tua tuíq; coniugis inuicti honeſta expleat deſideria. Bononiæ XIIII. Cal. Feb. Anno à C. N. M D L.

Chriſtianiſsimæ Maieſtatis veſtræ
cliens obſeruantiſsimus
F. Leander Albertus
Bononienſis.

DESCRI-

INDEX.

A.

Abbatia Pheſulana 73
abbatia uicus 83
abbatia, oppid. 544
abellinum oppid. ſeu Abella uel Auella 251
abellinum ciuitas 411
abellinates Protropi ibid.
abrahamus quanto tempore præceſſerit Romam 606
Academia Ciceronis uilla 262
acurſius iuris ſcholiaſtes 70
acerræ ciuitas 284
acheron fluuius efficit Auernum lacum 265
ad Acheruſiam paludem mactabantur homines Orco ibid.
acherontia ciuitas 317.345.372
acheron fluuius olim uel Cerſinus Sauutus 316.317
acherontini 317
acinaticum uinum 726
acris fluuius, ſeu Acyris 339
acroceraunij montes Epiri 355
acropolis oppid. 299
acropolitanus ſinus Pæſtanus 298
actianum 74
actius, Azzo, Azo 533
actiolinus Romaninus Veronæ tyrannus. 717
acumulum oppidum 420
acutium 221
Adamantium oppidum 307
ad aggerem oppidulum 500
adduæ fons 640
adduæ Glarea, regio. Inſula Fulcheria 632
addua amnis uel abdua. 631.632.641
ademorus 21
adria, atria 400.530
adrianus Imperator 401
adriaticum, Atrianum, Atriaticum mare unde dictum 401.530.542.
adriæ urbis ueſtigiū, atria 542
adrianus V. Pontif. Rom. 27
adyta oraculi ſubterranea apud Cumas 256
ędicula ab D. Petro facta 352
Aegeria nympha Numæ coniux. 234
ęgis inſula 776
ęgydiola regio 573
ęgyla nympha 97
Aelius Pertinax Imper. 16
Aemiliorū gens nobilis Veronæ 723
ęmiliæ gentis Brixianæ origo peruetus 621
ęmilia regio 545
ęmilia regio unde dicta 447
ęmilia uia per Piſas & Lunam uſq; ad Sabatios 580
ęmilia uia à Placentia Ariminū ibid.
ęmilia uia 181.457
ęmiliæ uiæ duæ 181
ęmilius Macer poëta 710.
ęmonia olim urbs. 777
Aeneas in amne Numico perijt 201
ęoliæ inſulæ 309
Aequi dicti Phaliſci 103
ęquicolorum montes 153
ęquicolorum ſede; 224
ęquicolos ex Latinis omnium primos ſubegerunt Romani. ibid.
ęquilia inſula 749
ęquilium oppidum olim ibid.
Aeſernia ciuitas 417
ęſernia Rom. colonia ibid.
ęſis amnis Flumeſinus 433
ęſis ciuitas ibid.
ęſtuariorum circa Venetias amplitudo 784
Aetas aurea quando & quot annis fuerit 163.182
ętas argentea 182
ętas ænea 183
ętas ſtannea ibid.
ętas ferrea ibid.
ętas plumbea ibid.
ętatum mundi commemoratio 182
ętas annorum XXV. eſt 3.366
Aſile 229
D. Agapetus 232
D. Agatæ oppidum 315
D. Agatæ caſtellum 523
agathoclis ſtratagema 304
ageſidamus pugil 328
agilla 53
B. Agnes ex Gracchiano ueteri 89
agnitij dicti Marſi 226
agnitia ſoror Circes ibid.
agnoniū oppidū Aquilonia olim 392
agnotium oppid. 690
agri oppid. 340
agulia 54
Aielum oppidum. 320
ailanum oppid. 411
airola oppid. 285
aius Deus 181
Alabaſtrite abundat Volaterranus ager 81
alamanus Rinucinus. 70
alaricus Viſigothorum rex in flumine Buſento ſepultus 318
alatrium oppid. 221
alba ciuitas 214
albæ in Latio duæ ibid.
alba unde dicta ibid.
alba longa unde dicta. ibid.
albanum uinum ibid.
albani uua ibid.
albanæ uites ibid.
albæ rex primus Aſcanius. 215
albanorum regum catalogus ibid.
albam exciderunt Romani ibid.
albam inſtauratam Henricus Imperator ſubuertit ibid.
albani ibid.
albanus mons 216.234.236
albanus lacus 233 235
alba ciuitas 228
albæ in Italia tres ibid.
alba ciuitas Aemiliæ 592
alba Pompeia ibid.
alba quid ſignificauerit olim 125
albengia amnis 49
albericus Cunias Comes 487
albericus Roſates IC. 637
albertus Pius Carpenſis 560
albertus Veſputius 70
albertus Mandugaſinus 622
albertus Galeottus IC. 572
albiate oppid. Abia Craſſa 684
albianum 144
albiana ibid.
albianus fluuius ibid.
albiana planities ibid.
albidena oppid. 342
albingaunum quando conditum 17
albingauni ſitus 17
albingaunorum clades 17
albintimulium ciuitas, Albium Intemelium 16
albis torrens, Aſpis, uel Idaſpis uel Sapis

Sapis 444
albiſſola 19
albula 125
albunea fons. 223
etiam dictus Leucothea ibid.
albunea ſylua ibid.
albulæ aquulæ ibid.
albus amnis 727
alcmeon Croton. primus de animis ſcripſit 335
alciatum 647
alerami & Alteſiæ genus & poſteritas 586
alerami ſeptem filijs ſeptē Marchionatus attributi ibid.
alerami habitatio 584
alerami genus in Ioanne perijt 587
aleſus 53
aletium ciuitas 361
aletij regium concilium Apuliæ 362
alex fluuius ſeu Carinus, uel Cæcinus 313.325
alexander Medices Florentiæ Prior perpetuus creatus à Carolo V. Imperat. 68
alexander Medices primus Florentiæ Dux creatus à Carolo ibid.
alexander Medices Dux à Laurentio Medice occiſus ibid.
alexander III. Pontif. 87.219
alexandria ciuitas cognomine à palea. 589
alexandriæ primordium ibid.
alexandriæ nomen unde 590
alexandrinorum Imperium quale
alexādri ab Alexādris ſepulcrū 277
alexandri Epirotæ fatalis interitus
alexād. Epirota miſerè laceratus 317
alexander II. Pontif. 682
alexander Tartagnus IC. legum Monarcha 493
alexianum oppid. 362
alfatenia urbs deleta 134
alfonſus primus rex Neapolis 282
algidum nemus 218
algidum oppid. olim ibid.
algona oppid. Altium 781
algrecia torrens 581
aliſa ciuitas uetus 244.411
alia urbs olim, uel Salina 426
alia oppid. nunc ibid.
alia fluuius 320
alidoſia gens Forocornelienſium principatum tenuit 492
Ad D. Alicandrum, oppid. 371
allia fluuius Caminatus, Riuus mortis 160
allienſis dies ibid.
alma fluuius 48
aloyſius Spinola 28
aloyſius Marſilius 69
alpini à Thuſcis orti, maximè Rhetij 37
alpes Cottiæ. 707
alpes D. Pelegrini Mons Letus 559
alpium initium 19
alpes Graiæ quæ 706.706
alpes Pœninæ 706
alſium 53
Alſietina aqua ibid.
alſium unde dictum ibid.
altauilla oppid. 345.408.411
altinum oppid. 393
altini urbis ueſtigia 745
altinum deleuit Athila 746
altomontium 314
altobellus Tuders inſigni feritate bellua 143
altus Murus, oppid. 372
altus paſſus oppid. 59
aluminis conficiendi ratio 271
aluminaria officina 47
aluminis metallum 84
aluminarium metallum in agro Viterbino 117
aluianum arx, Albianum 144
Amatriceum oppid. 404
amaſenus amnis 213
auratus amnis 308
amalaſiunta regina ubi occiſa 105
amalphica ora, Picētinorū regio 294
amalphicæ oræ nitor ibid.
amalphis ciuitas ibid.
almaphitani olim latiſſimè negotiati ſunt. ibid.
ambra 34
ambroſius Calepinus 637
D. Ambroſius Mediolani obijt 660
ameria ciuitas 144
ameriæ uetuſtatis indicia ibid.
amerina retinacula q̄ ſint Virgilio ib.
amiterni locus. 397
amnis tam frigidus ut piſcem non generet 409
amnis terra ſe condens & rurſus exoriens 292
annus Faunigena 97
amola oppid. 436
amphitheatrum iuxta Puteolos 268
amphora fluuius 756
amulius Albanorum rex 168
amiclarum ſedes 206
amyclæ ſilentio perierunt ibid.
amygdalaria opp. 342
Anagnia ciuitas Anania 219.218
D. Anatoliæ caſtrum 139
anaxum flumen, Plauis 748
anaxi portus 749
anconitanum uinum 429
anconitanus mons 430
ancona ciuitas, Ancon ibid.
ancona unde dicta. ibid.
ancona priſcum Italorum & Gallorū diſcrimen ibid.
ancona prius dicta Picena ibid.
anconis origo Græca ibid.
anconis ſitus ibid.
anconitanus portus à Traiano Ceſare inſtauratus ibid.
anconitanus portus nobiliſſimus & optimus 431
anconē Gothi fruſtra obſiderunt ibid.
ancona Longobardici Marchionatus ſedes. ibid.
anconē Saraceni incenderunt ibid.
anconitanorum ſingularis cura tuendæ libertatis ibid.
anconitanus Pontif. Rom. dolo libertatem eripuit ibid.
ancus Martius rex Ianiculum adiūxit urbi. 171
andalotius Niger 27
andoria 16
andranum oppid. 362
D. Andreæ inſula 778
andreas Auria Magnus 28
andreas Floccus 70
andreas Alciatus IC. 683
andreas Brixianus IC. 622
andreas Aeſerninus IC. 417
andreas Dandalus Dux Venetus 808
andreas Maurocenus 809
andreas Naugerius. 809
andrium ciuitas 373
andrina uaſa fictilia 374
andurianus lacus 376. miraculoſus ib.
anduria oppi. uel Māduria. ibid.
anemo fluuius 480
D. Angeli riuus 646

D.Angeli oppid. 379
D.Angeli caſtellum 646
angelus Gambalconius IC. 96
angelus Politianus. 89
D.angelus Ripe Caninæ oppid. 411
angelus Accieuolus 70
angelus Peruſinus IC. 101
angelus alter Peruſinus IC. 101
angitiæ nemus 228
angicola fluuius 308
angleriæ ciuitas 693
angleriæ urbis & nominis origo ibid.
anguillaria regio 116
anguillaria oppid. 117
anguillariæ lacus ibid.
anguillis abundat Benacus 644
anguillarum captura frequens 625
angulorium 97
anianus lacus 227
anio fluuius uel Anien 236
anio prius Parenſius ibid.
anienis aqua mira ibid.
anio ad Tibur ex alto præcipitat ibid.
annibal Bentiuolus dominatur & interficitur 508
annibal unde cauſam ruentis fortunæ traxerit 249
annibal ubi primũ cœperit uinci 287
anoale oppid. 746
anſa Regina urbs olim 551
anſa amnis, Alſa 759
anſancti ualles 151
anſanum & Anxini citra Sarnum 391
D.Anſanus 87
D. Anſelmus 112
antenna urbs olim 161
anticolum 221.229
antiphates rex Leſtrigonum 208
antipolis urbs quondam in tumulo fuit 108
antiquitatis monumenta multa apud Moſconam 83
antiquiori de antiquitatibus magis credendum 366
antium ab Nerone inſtauratum 196
antiates immunes ibid.
antij ueſtigia nunc ibid.
antium urbs olim, Capodi Antio 196
antium colonia Rom. ibid.
antium unde dictum ibid.
antonia Druſi Murenæ inaures addidit 265
antonius de Prato IC. 75
antonius Cardona 302
antonius Gallus 28
antonius Teleſius 319
antonius Giardinus ibid.
antonius Tuders 144
antonellus Armutius 466
antonius Butrius IC. 496
antonius Bredus IC. 749
antonius Pucius 69
D.Antonius Archiepiſcopus Florentinus 69
antra flagrantia maximè cùm pluit 495
antrona flumen 700
antrum flagrans 498
anxa urbs, nunc Gallipolis 354
anxur fons exitialis 206
anxur prius dicta Terracina 204
anuerſa ciuitas 251
anuerſanorum clades ibid.
Apeneſti locus 377
apenninus mons 6
apennini initium, & inceſſus, & finis 6.430
apenninus inſtar Italiæ dorſi eſt perpetuo iugo 6
apenninus unde dictus 6.16
apianorum gens Plumbini imperio paretur 48
aphrodiſium 201
apina pagina 3
apſinium oppid. 408
appiam ad uiam multa nunc antiquitatis ueſtigia 214
appia uia 181.205.211.213.360
appius mons 19
D.Apolinaris ſanum Claſſienſe nobile 464
apollinis templum Cumis 255
aponi balnea 744
aprilis lacus 48
aprutij gentes 388
aprutium regio unde dicta 389
aprutinorum fines ibid.
aprutium frequens populis ibid.
apua 55
apuani Ligures 55
apuanorum montes 55
apulia dicta Salentini 353
apuli Daunij aratores in oppidis degunt, non in uillis 385
apuliæ Dauniæ campi maximè uberes ibid.
apulia Plana unde dicatur 375
apulia unde dicta 365
apulia ſiticuloſa ibid.
apulus rex priſcus ibid.
apuliæ fines ibid.
apuliæ duæ partes ibid.
apulia Peucetia 366
apulia Daunia ſeu Daunij ibid.
Aquæ Statielorum ciuitas 592
aquæ Caiæ ſaluberrimæ apud Viterbum 115
aquæ D.Nicolai 266
aquæ Patorum 267
aquarum oppid. 559
aquæ urbs à medicatis aquis dicta 592
aquis feruentibus innaſcuntur herbæ 593
aqualunia uicus & oppidum 440
aquæ bullentes 273
aquæ Bullæ ibid.
aquauiua oppid. 420
aquauiuana gens nobilis ibid.
aqua Sparta oppid. 145
aquauiua oppid. 372
aquæ Saluiæ palus 233
aquæ medicatæ iuxta Sapin 462
aqua mirè perlucens 738
aquæductus admirabilis ueſtigia 229
aquapendens, Aquula Aquaſebes 104
aqua cortice lapideo obducens inicta 755
aquæ Rayneriane 166
aquæ malorum oppid. 292
aquæ Iuncoſæ 270
aqua mirabiles Sulphurariæ 271
aqua fundata oppid. 416
aqua Fabulina 338
aqua lignum ſaxo tegens 76
aqua miraculoſa 77
aqua lapideo cortice obducẽs lignum 81
aqua lac nutricibus reſtituens ibid.
aqua fons ibid.
aqua acida & mordax ibid.
aqua puritate lenitatéque mirabilis 82
aqua miraculosè bulliens ibid.
aqua bulliens frigida ibid.
aqua medicata purgans & ſterilitatem auferens ibid.

aquila ciuitas 398
aquilæ primordium ibid.
aquila unde dicta ibid.
aquiſa locus ibid.
aquilonia urbs olim 392
aquileia ciuitas 759
aquileiæ urbis & nominis origo ibid.
aquileia in Venetia eſt 760
aquileia colonia Rom. ibid.
aquilienſis agri illæ uicis; Romana nomina ſeruant 761
aquileiæ frequenter conſederunt Imperat. ibid.
aquileia altera Roma ibid.
aquilienſibus euangelium tradidit D. Marcus Euangeliſta ibid.
aquilam triennio obſedit Atbila & funditus ſubuertit 762
aquilam Narſes cepit inſtaurare 763
aquilæ imperium quale ibid.
aquilienſium Patriarcharum catalogus ibid. & 764. & 765
aquilienſis Patriarchæ facultates olim ampliſſimæ 764
aquilienſis Eccleſia membrum imperij Romani ibid.
aquilinum ciuitas 414
aquinum colonia Rom. ibid.
Ara ab ipſo D. Michaele archangelo conſecrata 329
arabia fœlix cur ſic dicta 240
ara Mutiæ 110
aragonia Neapolitanorum regum domus nunc penè interijt 283
arantia uicus 426
arbanum opp. 113
arbia flumen 85.89
arbianum 32
arca opp. 395
arcadum Euandri comitum ſedes 153. 155
arcenum 117
arceolum 224
D. Archãgeli opp. 457
archianus amnis 75
archytæ Tarentini gymnaſium 344
archytas Tarentinorum princeps 348
architas Tarentinus 351
arcuatus amnis 745
arcus adhuc apud Fanum 437
arcus triumphalis Arimini 454
arculi balneum, quod etiam D. Ma-
r

rie dicitur 266
ardea Rutulorum urbs 197
ardeam quis condiderit ibid.
ardea unde dicta ibid.
ardunus Piſaurenſis 443
arentes fluuius 340
aretium unde dictum 94
aretini ueteres & noui ibid.
aretium ciuitas 94
aretij ſitus 94
aretinorum clades 94
aretium à Guidone Petramala refectum 94
aretinos Florentini infeſtarunt 94
aretij dominatum ſibi cõparauit Guilielmus Vbertinus Epiſcopus 94
aretini à florentinis cæſi 94
aretinorum Princeps & Epiſcopus Guido Petramala à Florentinis debellatus 94
aretij imperiũ Roberto regi Neapol. cedit 94
aretium Florentini emunt à Saccone 95
aretini libertatem arripuerunt 95
aretium per factionum concordiam direptum 95
aretium iterum direptum à Gallis 95
aretium emerunt Florentini à Gallis 95 .
aretinorum defectio à Gallis per Epiſcopi ſuaſionem non ſucceſſit 95
aretini iterum defecerunt à Florentinis, denuoq; ipſis reſtituũtur 95
aretinorum clades 95
aretini in deditionem accepti à Carolo V. Imperat. 95
aretini in poteſtatem Alexandri Medicis traditi 95
aretina uaſa fictilia 96
argentum caſtell. 285
argenta oppid. 526
argileta duo 167
argilla fluuius 446
arginus amnis 755
argo nauis qua in Adriaticum uenerit & quomodo 775
argoſippium Argyripa 381
argentum populonium 45
aricia ciuitas 216.233
aricia unde dicta 216
aricia nunc deſerta 217
aricina braſſica ibid.

arici porri ibid.
aricinum nemus ibid.
ariminum ciuitas 453
ariminum colonia Rom. ibid.
arimenum in Piceno quare ponat Lauius ibid.
ariminum ornauit operibus Auguſtus 454
arimini concilium peractum ibid.
arimini ſitus ibid.
ariminenſium reip. forma ibid.
ariminum flumen Marecia nunc 456. 457
arianum 125
arianum ciuitas 408
arinianum oppid. 124.380
ariſtoxenus Tarentinus philoſophus 352
armare ferro totum hominẽ quis primus in Italia inſtituerit 487
D. armatij oppid. 84
arnus fluuius 62
arnus unde ſit dictus 62
arona oppid. 696
aronus uicus 247
aro amnis, Larus 54.117
arotum oppid. 394
arouacrium oppid. 394
arporum ueſtigia 381
arpi à Diomede conditi ibid.
arpinum 413
arquatus pagus 744
arquata oppid. 420
arquatum oppid. 575
arſacum 685
arſia fluuius Italiæ terminus 781
arthemiſum 234
aruntes ueteres Camillarij 117
aruntini ueteres, ſeu Aruntij Camillarij erãt præſides annalium 118
aruntini ueteres 94
aruntini Fidentiores ibid.
aruntini Iulienſes ibid.
arx Scalonia oppid. 393
arx montis Draconis 243
arx Bruna. 16
arx ciuitatis 206
arx Gorgonia 215
arx ficca ibid. & 414
arx montis Plani, caſtellum 394
arx Antiqua 158
arx Dellrica 229
arx Papalis 218.233
arx

arx Iti 106
arx Motronis 40
arx Mutiorum 226
arx Cauorum 229
arynianum 62
aſcianum 89
aſculum ciuitas 403
aſculi ſitus ibid.
aſculum colonia Rom. ibid.
aſculum Picenum ibid.
aſculi clades ibid.
aſcona 692.698
aſculum ciuitas 384
aſculum Satrianum ibid.
aſculum Rugerius euertit ibid.
aſdrubal ubi cæſus 437
aſulum oppid. 745
aſinella fluuius 390
aſis mons 136
aſius amnis ibid.
aſina longa 89
aſinus torrens 426
aſidonia 50
aſola oppid. 616
aſonus amnis 420
aſpera 158
aſpergendi dolus ex abditis ſolo fonticulis 284
aſpaſius Sophiſta 473
aſſaſsinos Itali uocant latrones 304
aſſagi Thuſci 530
aſſerulum oppid. 391
aſsina uallis 645
aſsiſium ciuitas. Aſsiſinates 336
aſſus amnis 85
aſta, colonia, ciuitas 591
aſta in poteſtate Gallorum ibid.
aſtrunus mons 272
aſtura fluuius, ſeu Stura, ſeu Nymphæus 202.& 203
aſtura oppid. Clauſtra 201
Aternum oppid. 302
ateſte oppid. 729
ateſte ſubuerſum ab actiolino ibid.
atella urbs uetus 251
atellanæ fabulæ ibid.
aternus amnis nunc Piſcaria 395
aternum oppid. olim ibid.
aternus omnium Italiæ fluminum rapidiſsimus & gelidiſsimus 396
atella 372
atbilan Leo primus Pontif. ubi iuſſerit retro uiam flectere 602
atheſis amnis 713
athiſo amnis 700
atina ciuitas 412
atiſſa oppid. 391
attellana uia ſepulcris antiquis etiã num plena 268
Auentus torrens 579.581
auentinus collis unde dictus ſit 178
auentinus collis olim quoq; Romurius ibid.
auentinus amnis 392
auella urbs quondam 251
auellanæ nuces unde dictæ 252
auerna locus 75
auernus lacus 260.264
auernus unde dictus 264
auernum purgauit Auguſtus ibid.
auernus & Lucrinus ſunt portus ibi.
auernus olim nemoribus obſcurabatur ibid.
auernus Plutoni ſacer habebatur ibid.
auernus lacus Acheruſia palus eſt ibi.
auerni nunc deprehenſum fundũ 265
auerno in lacu enecti piſces ibid.
auerni in Lucrino oſtium nunc terræ motu immutatum. ibid.
aueſa torrens 465
auetianum 228
aufidus amnis 370.374.408
aufidus ſolus diuidit Apenninum 374
aufidena urbs 391
auguſta Vacienorum ſeu Bacienorum 585
auguſta Prætoria 706
auguſta Taurinorum 708
auguſtinus Niphus 244
auguſtinus Iuſtinianus 27
D. auguſtini ſepulcrum imperfectum 656
auguſti mater Actia Aricina 218
auguſtinus Dathus 88
B. Auguſtinus Vngarus 383
auliana oppid. 709
aulonia 331
aulon ibid.
aulorum Nauale, Vallona nunc 355
aulus Cecina 734
aurata præcipue Tarentino in portu capiuntur 351
aureolus oppid. 484
auria gens nobilis Genuæ 28
auruninì 84
aurunca urbs 241
aurunci populi ibid.
aurupina inſula 778
aurupinum oppid. olim ibid.
auſonia urbs quondam 241
auſonium mare 242.324
auſonia dicta Italia ibid.
auſonia dicta ab Auſone 365
auximus ciuitas, Oximus 429
auximas caſeus ibid.

B

Babucum ciuitas 221
bacianum oppid. 519
bacchanum uicus 123
bacchanum unde dictum ibid.
bacchani lacus ibid.
bacchani ſaltus, Meſia ſylua ibid.
bacchani ſylua latrociniis infamis ibi.
bachilio amnis, Bambilo, Meduacus minor 730
baduarium oppid. 321
bagnonus amnis 55
bagnonum oppid. ibid.
baianus ſinus 260.261
baiana Luculli uilla 26
baiarum ueſtigia nunc in mari ibid.
baiæ unde dictæ 262
baianæ aquæ ſalubres 263
baianus portus ibid.
baldus Peruſinus IC. 101
baldus II. Peruſinus IC. 101
baldus mons herbis medicatis abundat 726
balduinus Longæſpatæ filius Rex Hieroſolymarum ex Alerami poſteritate primus 586
baleſtra mons Baliſta 559
balionorum gens plurimos inſignes bellatores habuit 102
balneoregium, Nouempagi 107
balnea Petrioli 84
balnea D. Philippi 91
balnea Roſellana ibid.
balneum D. Anaſtaſii ibid.
balneum Calaturæ ibid.
balneum Petranum ibid.
balneolum ibid.
balneum Cryptæ ibid.
balneum Orthodonicum 271

aquila ciuitas 398
aquilæ primordium ibid.
aquila unde dicta ibid.
aquiſa locus ibid.
aquilonia urbs olim 392
aquileia ciuitas 759
aquileiæ urbis & nominis origo ibid.
aquileia in Venetia eſt 760
aquileia colonia Rom. ibid.
aquilienſis agri illæ uicig; Romana nomina ſeruant 761
aquileiæ frequenter confederunt Imperat. ibid.
aquileia altera Roma ibid.
aquilienſibus euangelium tradidit D. Marcus Euangeliſta ibid.
aquiliam triennio obſedit Atbila & funditus ſubuertit 762
aquiliam Narſes cepit inſtaurare 763
aquiliæ imperium quale ibid.
aquilienſium Patriarcharum catalogus ibid. & 764. & 765
aquilienſis Patriarchæ facultates olim ampliſſimæ 764
aquilienſis Eccleſia membrum imperij Romani ibid.
aquilinum ciuitas 414
aquinum colonia Rom. ibid.
Ara ab ipſo D. Michaele archangelo conſecrata 329
arabia fœlix cur ſic dicta 240
arx Mutiæ 110
aragonia Neapolitanorum regum domus nunc penè interijt 283
arantia uicus 426
arbanum opp. 113
arbia flumen 85.89
arbianum 32
arca opp. 391
arcadum Euandri comitum ſedes 153. 155
arcenum 117
arceolum 224
D. Archāgeli opp. 457
archianus amnis 75
archytæ Tarentini gymnaſium 344
archytas Tarentinorum princeps 348
architas Tarentinus 351
arcuatus amnis 745
arcus adhuc apud Fanum 437
arcus triumphalis Arimini 454
arculi balneum, quod etiam D. Mariæ dicitur 266
ardea Rutilorum urbs 197
ardeam quis condiderit ibid.
ardea unde dicta ibid.
arduinus Piſaurenſis 443
arentes fluuius 340
aretium unde dictum 94
aretini ueteres & noui ibid.
aretium ciuitas 94
aretij ſitus 94
aretinorum clades 94
aretium à Guidone Petramala refectum 94
aretinos Florentini infeſtarunt 94
aretij dominatum ſibi cōparauit Guilelmus Vbertinus Epiſcopus 94
aretini à florentinis cæſi 94
aretinorum Princeps & Epiſcopus Guido Petramala à Florentinis debellatus 94
aretij imperiū Roberto regi Neapol. cedit 94
aretium Florentini emunt à Saccone 95
aretini libertatem arripuerunt 95
aretium per factionum concordiam direptum 95
aretium iterum direptum à Gallis 95
aretium emerunt Florentini à Gallis 95
aretinorum defectio à Gallis per Epiſcopi ſuaſionem non ſucceſſit 95
aretini iterum defecerunt à Florentinis, denuoq; ipſis reſtituūtur 95
aretinorum clades 95
aretini in deditionem accepti à Carolo V. Imperat. 95
aretini in poteſtatem Alexandri Medicis traditi 95
aretina uaſa fictilia 96
argentum caſtell. 285
argenta oppid. 526
argileta duo 367
argilla fluuius 446
arginus amnis 755
argo nauis qua in Adriaticum uenerit & quomodo 775
argoſippium Argyripa 381
argentum populonium 45
aricia ciuitas 216.233
aricia unde dicta 216
aricia nunc deſerta 217
aricina braſſica ibid.
arici porri ibid.
aricinum nemus ibid.
ariminum ciuitas 453
ariminum colonia Rom. ibid.
arimenum in Piceno quare ponat Liuius ibid.
ariminum ornauit operibus Auguſtus 454
arimini concilium peractum ibid.
arimini ſitus ibid.
ariminenſium reip. forma ibid.
ariminum flumen Marecia nunc 456. 457
arianum 125
arianum ciuitas 408
arinianum oppid. 124.380
ariſtoxenus Tarentinus philoſophus 352
armare ferro totum hominē quis primus in Italia inſtituerit 487
D. armatij oppid. 84
arnus fluuius 62
arnus unde ſit dictus 62
arona oppid. 696
aronus uicus 247
aro amnis, Larus 54.117
arotum oppid. 394
arouacrium oppid. 394
arporum ueſtigia 381
arpi à Diomede conditi ibid.
arpinum 413
arquatus pagus 744
arquata oppid. 420
arquatum oppid. 575
arſacum 685
arſia fluuius Italiæ terminus 781
arthemiſium 234
aruntes ueteres Camillorij 117
aruntini ueteres, ſeu Aruntij Camillorum erāt præſides annalium 118
aruntini ueteres 94
aruntini Fidentiores ibid.
aruntini Iulienſes ibid.
arx Scalonia oppid. 393
arx montis Draconis 243
arx Bruna. 16
arx ciuitatis 206
arx Gorgonia 215
arx ficca ibid. & 414
arx montis Plani, caſtellum 394
arx Antiqua 158
arx Dellrica 229
arx Papalis 218.233

arx Iti 106
arx Motronis 40
arx Mutiorum 226
arx Cauorum 229
arynianum 62
aſcianum 89
aſculum ciuitas 403
aſculi ſitus ibid.
aſculum colonia Rom. ibid.
aſculum Picenum ibid.
aſculi clades ibid.
aſcona 692.698
aſculum ciuitas 384
aſculum Satrianum ibid.
aſculum Rugerius euertit ibid.
aſdrubal ubi cæſus 437
aſulum oppid. 745
aſinella fluuius 390
aſis mons 136
aſius amnis ibid.
aſina longa 89
aſinus torrens 426
aſidonia 50
aſola oppid. 616
aſonus amnis 420
aſpera 158
aſpergendi dolus ex abditis ſolo fonticulis 284
aſpaſius Sophiſta 473
aſſaßinos Itali uocant latrones 304
aſſagi Thuſci 530
aſſerulum oppid. 391
aſtina uallis 645
aßiſium ciuitas. Aßiſinates 136
aſſus amnis 85
aſta, colonia, ciuitas 591
aſta in poteſtate Gallorum ibid.
aſtrunus mons 272
aſtura fluuius, ſeu Stura, ſeu Nymphæus 202. & 203
aſtura oppid. Clauſtra 201
Aternum oppid. 302
ateſte oppid. 729
ateſte ſubuerſum ab Actiolino ibid.
atella urbs uetus 251
atellanæ fabulæ ibid.
aternus amnis nunc Piſcaria 395
aternum oppid. olim ibid.
aternus omnium Italiæ fluminum rapidißimus & gelidißimus 396
atella 372
athila Leo primus Pontif. ubi iuſſerit retro uiam flectere 602
athesis amnis 713
athiſo amnis 700
atina ciuitas 412
atiſſa oppid. 391
attellana uia ſepulcris antiquis etiã num plena 268
Auantus torrens 579.581
auentinus collis unde dictus ſit 178
auentinus collis olim quoq; Romurius ibid.
auentinus amnis 392
auella urbs quondam 251
auellanæ nuces unde dictæ 252
auerna locus 75
auernus lacus 260.264
auernus unde dictus 264
auernum purgauit Auguſtus ibid.
auernus & Lucrinus ſunt portus ibi.
auernus olim nemoribus obſcurabatur ibid.
auernus Plutoni ſacer habebatur ibid.
auernus lacus Acheruſia palus eſt ibi.
auerni nunc deprehenſum fundũ 265
auerno in lacu enecti piſces ibid.
auerni in Lucrino oſtium nunc terræ motu immutatum. ibid.
aueſa torrens 465
auetianum 228
aufidus amnis 370.374.408
aufidus ſolus diuidit Apenninum 374
aufidena urbs 391
auguſta Vacienorum ſeu Bacienorum 585
auguſta Prætoria 706
auguſta Taurinorum 708
auguſtinus Niphus 244
auguſtinus Iuſtinianus 27
D. auguſtini ſepulcrum imperfectum 656
auguſti mater Actia Aricina 218
auguſtinus Dathus 88
B. Auguſtinus Vngarus 383
aulana oppid. 709
aulonia 331
aulon ibid.
aulorum Nauale, Vallona nunc 355
aulus Cecina 734
auratæ præcipuæ Tarentino in portu capiuntur 351
aureolus oppid. 484
auria gens nobilis Genuæ 28
aurunini 84
aurunca urbs 241
aurunci populi ibid.
aurupina inſula 778
aurupinum oppid. olim ibid.
auſonia urbs quondam 241
auſonium mare 242.324
auſonia dicta Italia ibid.
auſonia dicta ab Auſone 365
auximus ciuitas, Oximus 429
auximas caſeus ibid.

B

Babucum ciuitas 221
bacianum oppid. 519
bacchanum uicus 123
bacchanum unde dictum ibid.
bacchani lacus ibid.
bacchani ſaltus, Meſia ſylua ibid.
bacchani ſylua latrociniis infamis ibi.
bachilio amnis, Bambilo, Meduacus minor 730
baduarium oppid. 321
bagnonus amnis 55
bagnonum oppid. ibid.
baianus ſinus 260.261
baiana Luculli uilla 26
baiarum ueſtigia nunc in mari ibid.
baiæ unde dictæ 262
baianæ aquæ ſalubres 263
baianus portus ibid.
baldus Peruſinus IC. 101
baldus II. Peruſinus IC. 101
baldus mons herbis medicatis abundat 726
balduinus Longæſpatæ filius Rex Hieroſolymarum ex Alerami poſteritate primus 586
baleſtra mons Baliſta 559
balionorum gens plurimos inſignes bellatores habuit 102
balneoregium, Nouempagi 107
balnea Petrioli 84
balnea D. Philippi 91
balnea Roſellana ibid.
balneum D. Anaſtaſii ibid.
balneum Calaturæ ibid.
balneum Petranum ibid.
balneolum ibid.
balneum Cryptæ ibid.
balneum Orthodonicum 271

balneum Aſtruni 272
balneum ſubſidium hominis 270
balneum arcus 266
balnea Tripergulana, ſeu balneum uetus ibid.
balneum olei Petrolei 267
balneum ſolis & lunæ ibid.
balneum Gibboroſum ibid.
balnea montis Falconis 767.771
balnea Baiana ſeu Syluiana 262
balneum Trituli ſeu Ciceronianum, ſeu Pratenſe ibid.
balnea Aquariana 559
balthaſar Coſſa 66
baptiſterij Florentiæ præclari operis ualuæ æreæ 66
baptiſta Mantuanus poëta 611
baptiſta Iudex 17
baptiſta Fregoſus 27
baptiſta Platina 626
baniacauallum oppid. Tiberiacum prius & ad Caballos, & Gabeu 480
baniaria oppid. 310
baniaſcum oppid. 584
barbam alere non pridem in Italia moris fuit 609
barbaranus amnis 615
barbaranum 117
barberinum 76
barbiani oppidi ueſtigia 489
barbianĩ comites 645
barcum oppid. 726
bareenum oppid. 117
bardoni alpes 574
bardus campus 705
barianum Barra 633.634
barium ciuitas 367
barij clades 368
barnabas Vicecomes numeroſæ prolis pater 676
barptolemeus Montaniana 730
barptolemeus Cepolla IC. 722
barptolemeus Brixienſis IC. 662
barptolemeus Coleonus 638
barptolemeus Saluanius 295
barptolemeus Sibylla 367
barptolemeus Oſſanus 637
barptolemeus Iuſtinianus 28
barptolemeus Facius ibid.
barptolemeus Facius 32
barptolemeus Piſanus 43
barptolemeus Lapacius 69
barptolemeus Scala 70
barptolemeus Socinus Mariani F. IC. 88
bartolus Saxoferratenſis iuris lucerna 435
barulum oppidum 369
barulum portu caret ibid.
baſentus fluuius 343
baſilicatæ nomen unde ortum 297
baſilica oppid. 390
baſſanum 122
baſſanellus lacus 107
baſſanum ibid.
baſſanellum oppid. 109
baſsianum oppid. 745
baſsiniana 97.585
batifole 89
baticanum Caput 309
batiſolis moles 55
bauli uilla olim 265
Becuni gens Alpina 638
becunorum amiſſæ urbes ibid.
bedeſis amnis, Beſedus 467
belaſium 648
belgermanum 268
belfortium oppid. 321
belgioſium oppid. 645
belicaſtrum ciuitas 332
belinzona ſeu Belinciona, Bilincionis caſtrum, Berinzona, Bellizona, Bellinzona 691.695
bellinum oppid. 639
belli ciuilis initium 458
bellunum ciuitas 749
belmontium oppid. 308.423
beluederium oppid. 300.307
beluederium Ferrariæ 338
benaci lacus 613
benacum oppid. ibid.
benacus unde dictus ibid.
benaci amplitudo ibid.
benacus tranſmiſſu periculoſus ibid.
benacum oppid. ubi extiterit 615
benaci in inſula cœnobium Minorum 615
D. Benedictus monachorũ pater 141
benedictus Regardatus ibid.
benedictus Burdonius 745
benedictus XI. Pontif. 745
benedictus VIII. Pont. 233
benedictus IX. Pont. ibid.
benedictus Bergianus IC. 102
benedictus Capra 102
benedictus Iouius 650
D. Benedicti Podolironi cœnobiũ 561
beneuentum ciuitas, Maleuentum prius 405
beneuenti origo ibid.
beneuentum unde dictum 406
beneuentum colonia Rom. ibid.
beneuentum à Totila ſubuerſum Longobardi refecerunt ibid.
beneuentanus Ducatus ibid.
beneuenti clades à Saracenis accepta ibid.
beneuentum ab Othone II. incenſum ibid.
beneuentum à Friderico II. euerſum 407
beneuenti ſitus ibid.
beneuentana uallis ibid.
beneuenti diſtrictus ibid.
beneuenutus Imolanus 493
bentiuolium uilla munita 498
bentiuoli Bononiam reuerſi Legatum Pontif. fugant 509. Bononia diſcedunt ibid.
berengariorum in Italia dominationis initium & progreſſus 665
berengarius Vercellis abiurauit hæreſin 705
bergantinum, Brigantinum 544
bergomum ciuitas 634
bergomi nominis ſignificatio uaria ibid.
bergomum uetuſtiſsimum 635
bergomum non Pergamũ dicendũ ib.
bergomi imperium quale ibid.
bergomi Duces Longobardi 636
bergomates ad Venetos defecerũt ib.
bernalda oppid. 337.344
bernardinus Gadolus 622
D. bernardinus 399
D. Bernardus à quo alpes denominatæ quis fuerit 706
bernardus Ruccellarius 70
D. bernardinus Senenſis 87
D. Bernardus Vmbertus 69
beſedus amnis, Roncus, Bidens, Portilius 474
beſtia ciuitas 378
beſtanium oppid. 595
F. Betutius Barrus eloquens uir 403
betul-

I N D E X.

betullum 703
bettonium oppid 136
beuanus torrens 465
beuania oppid. 137
Bianora regio 545
biblia Eſdræ prophetæ manu in albū corium exarata 503
bibliotheca nobilis 445
bibliotheca inſignis apud D.Domini- cum Bononiæ 503
bibliotheca nobilis Bergomi 635
bibianellum 568
bibiena oppid. 75
biberiacum 626
bicocca 646
bieda oppid. 117
bientina palus 59
bientina oppid. 60
binaſcū oppi. Ad Bacinas, Biuæ 657
biocolus torrens 617
biracellum 117
biſannis fluuius ſeu Feritor 30
biſanus amnis, Pbiternus 387
biſentus amnis 61
biſinianum ciuitas 340
biſſonium 690
biteium ciuitas 373
biturgia 132
bitus amnis 639
biuona oppidul. 302
blendronium oppidul. 689
blere oppid. 117
bleranus amnis ibid.
Boaſus amnis 441
bobium ciuitas 580
bobij imperium quale 581
bocalinus Guzonius Auximi tyran- nus 426
boccadeo uilla ſumptuoſiſſima 526
boccatius Certaldinus 76
bocis amnis 694
boibum 462
boij Galli 458
boiorum fines ibid.
boiorum CXII. tribus fuerunt ibid.
boiorum limes 568
bologninorum gens 646
bolſena 104
bolzanum oppid. Banzanum 729
bombucum 340
bonacolſiorum Mantuæ tyrannorum exitus 607
bonamox uicus 393
bonauentura Caſtilionius 684
D.Bonauentura Cardinalis 107
bondenum oppid. 547
bondicomagum olim 585
bondincus dictus Padus ibid.
bonifacium oppid. 315
D.Bonifacij caſtrum 727
bonifacius IIII. Pontif. 227
bonifacius VIII. Pont. 219
bonifacius IX. Pont. 278
bonitium 76
bononia ciuitas, prius Felſina 500
bononiæ origo uarie traditur ibid.
bononia unde dicta 501
bononia Rom. colonia ibid.
bononia igni hauſta 502
bononiæ ſitus ibid.
bononiæ portarum olim & poſtea numerus ibid.
bononiæ amplitudo ibid.
bononiæ urbis imago ibid.
bononienſiū patron. D.Petronius 503
bononienſis ager fœliciſſimus 504
bononia Craſſi ibid.
bononienſium reip forma ibid.
bononiam ſubuertit Theodoſius Im- per. ibid.
bononienſe gymnaſium quis conſtru- xerit ibid.
bononiæ urbis regiones quatuor 505
bononienſes Romanulæ imperant ib.
bononienſium factiones remp. perdi- derunt ibid.
bononienſes quæ oppida condiderint 506
bononienſium tyrannus Ioannes Ben tiuolus ibid.
bononiæ plebeius Senatus Zumporū & Arlottorum dictus 507
bononienſium clades ſub Clemente VII. Pontif. 509
bononiæ Carolus V. Imper. coronam à Clemēte VII. Pont. ſumpſit 510
bononiæ V. uirorum concilium quod Rota dicitur 511
bononia ortorum illuſtrium hominū catalogus 512
bononia orti Cardinales, Archiepi- ſcopi, Epiſcopi qui 513
bononia orti celebres theologi, philo ſophi, Iureconſulti, Medici 514
bononienſes clari aſtrologi, oratores & poëtæ, hiſtorici, item claræ mulieres, et chyromantici, et an- tiquarij 515
bononiæ geniti excellentes pictores, ſtatuarij, arithmetici, & archi- tecti 516
bonon. nati celebres militiæ duces ib.
borbus torrens 593
bormium oppid. 640
bormia fluuius 589
boſcum oppid. 590
boſus mons 688
botifredus 492
botta Picernina fluuius 301
bouianum ciuitas 390. 417
bouianum uetus colonia. Boianū, Bu- ianum, Bobianum ibid.
bouillæ olim 228
bouinum ciuitas 384
bozolum oppid. 626
brancorſium 779
braciana regio 116
bracianus lacus ibid.
bracianum oppid. Bracenum, Bracea- num 116. 117
bracius Montonius à Peruſinis ap- pellatus Princeps 100
branca 134
bracula balneum 267
bradanus amnis 344
brandus Caſtilionius IC. 683
braulius mons 640
brendulum oppid. 729
brēnus Sueuorū et Vngarorū rex 596
brenta fluuius. Meduacus maior 730
bretinorium ciuitas Forū Truintino- rum 466
breunius amnis 695
breuni gens ibid.
breunus mons ibid.
brembus amnis 634
bremidum oppid. 688
breonia inſula 779
breonienſe marmor ibid.
brenta fluuius 736
Brenta haudquaquā eſt Timauus, nec Bachilio Meduacus maior 735
brentæ fluminis initium 745
breſegella opp. 484
breſegellanorum clades 485
briaticum oppid. 322

brignanum oppid. 117
brilia arx infeſta Genuæ 25
brinet lacus 685
brinte urbs olim 496
bripia 645
briſacum 692
britta fluuius 647
britones Italia expulit Albericus Cunias Comes 488
brixillum, Brixellum, Brixellus 562
brixia ciuitas 617
brixiæ urbis & nominis origo ibid.
brixiam Cenomani inſtaurarunt 618
brixia Cenomanorum caput ibid.
brixianorum Reipub. forma ibid.
brixiam cremauerunt Gothi ibid.
brixiam ſubuertit Athila 619
brixiani cenſum pro feudo ſui præſtiterunt Imperatoribus Germanis ibid.
brixiani ad Venetos defecerunt 620
brixianus ager latiſſimus 621
brixiæ nobiles familiæ multæ ibid.
brocium oppid. 624
brolia 704
broncus torrens 624
bronda fluuius 594
bromaria oppid. 730
broſa amnis 615
brunduſium ciuitas 348
brunduſium à quo conditum ibid.
brunduſium colonia Rom. ibid.
brunduſium olim Salentinorum caput ibid.
brunduſii arx ibid.
brunduſii portus celeberrimus ibid.
brunduſium unde dictum ibid.
brunduſii ſitus ibid.
brunduſium olim frequens ob traiectum in Græcum 359
brunduſii Pompeium obſedit Cæſar ibid.
brunduſinæ uiæ olim ibid.
brunus amnis 48
bruſinum planum oppid. 689
bruſinum Ciſſum oppid. ibid.
brutij urbis ueteris ueſtigia Burſanum nunc 326
brutij regio 304
brutij unde dicti ibid.
brutia mulier ibid.
brutiorum fines ueteres 306
brutiorum fines ut nunc ſunt ibid.
brutiorum aliquibus in locis tenuitas & inciuilitas 315
brutiorum ora mirè fœlix aëris clementia 308
buca olim ſeu Bucara urbs, nunc Secca 392
bucellum ciuitas 392
bucicaldus Gallus gigas 24
bucinianum 158
bucianicum oppid. 394
bugiela oppid. 703
bugianum 60
bulgarium 44
bulgarinus IC. 88
buliaſcum 30
bulicanus fons medicatus Viterbii 115
burbanum 814
burgetum 14.97
burgetum D. Leonardi 109
burgum S. Donini. 574
burgum Lauetium 687
burgum D. Laurentij 74
burgum 75
burgum Sancti Sepulcri ciuitas Biturgis 132
burianum 48
burſanum caput 326
buſardum oppid. 362
buſentus amnis 317
buſenti aqua capillum facit nigrum, itemq; ſericum 319
buſonium 15
buſonia caſtellum. 559
butius amnis 755
butrius torrens 457
butrium oppid. 474.496
buxetum oppid. 574

C

cadauer multis ſeculis ſeruatum incorruptè 213
cadmia lapis ex quo æs fit, in Bergomate 635
caduta Saleumbronæ 105
cæcina flumen 44
cæcina Volaterranus 44
cæcinus fluuius 325
cæcilius poëta Nouocomenſis 649
cæcubus mons 210
cæcubum uinum ibid.
cæculus Vulcani filius 230
cædes ingens ob ſtuprum 462
cædes horrenda ob ſtuprum 445
cæleſtinus V. Pontifex Cæleſtinorum monachorum pater 392
cælius collis unde dictus ſit 178
cæliolus collis ibid.
cæretana balnea 117
cære Seruatorum 53
cæretana perna 53
cæretanum uinum 53
cæretana balnea 53
cære Alſium 53
cære nouum 54
cæretanus fluuius 52
cære uetus 52
cæremoniæ unde dictæ 52
cæſareæ oppid. ueſtigia 465
cæſares electi in itinere Romano ſtramineam & ferream coronam ſumere debebant 662
cæſarum Germanorum poſt Berengarios catalogus 666. & ſeq.
cæſaris uilla in Nemorenſi 233
cæſaris ad Rubiconem cunctatio 458
cæſarum qui Conrado ſucceſſerunt catalogus 667
cæſanum oppid. 123
cæſanus amnis 436
caſeroniana uallis 57
caſeronianum 56
caſeroniana regio 56
caſſarus amnis 617
caianum 228
caiſinellum 245
caietanus ſinus 206
caieta promontorium, & unde dictũ 206
caieta uocabulum Laconicum ibid.
caieta nutrix Aeneæ ibid.
caietæ portus 207
caietæ ciuitas ibid.
caietanorum clades ibid.
calabria quæ fugit Seruij temporibus 352
calabria 353.358
calabria regio quæ nunc uocetur 305
calabria unde ſit dicta ibid.
calabri olim circa Iapygium ibid.
calabriæ uniuerſæ laudes ibid.
cala-

calabriæ ueteris populi 361
calatura mons 270
calatia urbs quondam 412
calchantis fanum & oraculum in Daunijs 380
calcinaria 77
caldanus amnis 118
caldana palus 47
caldarola oppid. 426
caldera mons 781
caldonatium oppid. 745
caldotium oppid. 734
calenum 244
calenum uinum ibid.
calatia oppid. ibid.
calentinus torrens 158
calentianum 61
calepium 631
calepia uallis ibid.
caletranum urbs olim 194
caligulæ Imper. ſpectaculum nouum 270
calicum nobilitate quondam inclytum Surrentum fuit 293
calimera oppid. 322
calium ciuitas, Callis, Calleuicus 441
calium uetus deletum ibid.
calle uicus 19
callimachus 138
calopitiatum oppid. 337
caloris amnis 407
calorus amnis, Varanus, Varianus 749
calui ciuitas 245
cales olim ibid.
cales unde dicti ibid.
calicucula nunc ibid.
caluiſanum Forum Caluiſii 617
camarianum oppid. 989
camaldulorum cœnobium 75
camercua urbs olim 216
cameſena pagina 2
camellio oppid. Cemenelium 15
camerinum ciuitas 424
camertes ibid.
camillarius uicus 117
caminis non utuntur Brucij 316
caminatus amnis, Allia 160
caminatum oppid. 160
camillus & camilla quid ſignificent 118
camillus id eſt Mercurius ibid.
camilla priuernas 213
canolium 30
campi 62
campus mortuus 579
campus Baſſus oppid. 385
campi Baſſi comites 386
campus Temeſis ſeu Temeſanus 313
campus Temeſis quare dictus 314
campus D. Pelini 396
campanianum, Campanianum oppid. 123
campi Palentini 227
campium oppid. 40
campi Montis Clari 616
campinio oppid. 390
campi Apuliæ Dauniæ 385
campania unde dicta 239
campania antiqua cur dicta ibid.
campania fœlix cur ſic dicta ibid.
campilium 690
campus D. Petri oppid. 745
campi Nacri 553
campaniſticum 84
campus Leborinus 285
campinianum 102
campani montes 285
campus Argeus 167
campani inſidias ſtruentes Cumanis ipſi capiuntur 258
campaniæ fines 240
campaniæ commendatio ibid.
campaniæ mira fœcunditas ibid.
campaniam quæ gentes olim tenuerint 241
campanorum inſignis clades 249
campani dicuntur incolæ Capuæ 251
campus Leborinus ibid.
camporum Galliæ ciſalpinæ deſcriptio ex Polybio 435.452
campus Martius Romæ prius dicebatur Campus Tiberinus 179
campilia ciuitas 47
campio fluuius 615
campus 54
camuni 625
camuli ibid.
canapina oppid. Capina 120
cancelli oppid. 286
candignus amnis, nunc palus 464
candilaris amnis 376
canedolorum olim nobilis gens Bononiæ 617
cancrum oppid. 697
canis Magnus Scaliger 718
cannabeſium 704
cannarum ſeu Canuſii ueſtigia 372
cannenſis clades ibid.
cannæ olim uicus 373
cannarum palus 371
cannaria oppid. 134
cannobium 698
canobij imperium quale ibid.
canoſſani Comites 533
canoſſa caſtellum 567
cantelmorum nobilis familia 396
cantianus amnis 432
cantianum oppid. 442
cantalupum oppid. 224.396
cantarellæ aquæ 266
canthari Brutij 315
canuſium recens 374
capalbium 50
capacia ciuitas 302
capena oppid. olim 167
capena ſylua 121
capena ſupra Bergomum 638
capenates 203
capina opp. Capinates 120
capinates Capenates ibid.
capitolium ab inuento capite humano dictum 176
capitolina arx 178
capitolina arx diuitijs olim inclyta fuit 177
capitolij facies quæ nunc ſit ibid.
capiſtranum oppid. 400
capitanatæ portus 376
capiſtrellum oppid. 412
caprea inſula 259.293
caprinum oppid. 378
capranica 122.229
capranicorũ nobilis familia Ro. 229
caprulæ inſula 755
capriola 55
capreſiũ, Capræ, Ad Capras opp. 97
capriolum oppid. 625
capracocta oppid. 392
caprariola oppid. 112
capua Noua, ciuitas 248
capuæ ueteris ruinæ ibid.
capuam quis condiderit ibid.
capys Aeneæ ſocius ibid.
capua uetuſtiſsima 249
capua ſecundum Romam urbs Italiæ quondam præcipua ibid.
capuam captam Romani ciuitatis omni iure ſpoliarunt. ibid.

ca-

capua in Rom. colonia deducta ibid.
capuam deduci colonos M. Tullius diſſuaſit 250
capuæ opes, amœnitas, ſuperbia, luxuries, clades ibid.
capuæ clades uariæ, & quæ ſuprema fuerit ibid.
capuæ Nouæ ſitus ibid.
capuæ Nouæ clades ibid.
caput montis Draconis 243
caput Leucoſium promontorium Poſidoniatæ 299
caput Iſtriæ ciuitas, Iuſtinopolis 776
caput Leucæ promont. 355
caput Larſari oppid. 156
caput aquæ oppid. 139
caput Armorum promontorium ſeu Spartauentum 312
caput Hetruriæ 48
caput aquæ flumen 400
caput D. Mariæ promontorium Salentinum ſeu Iapygium 354
caput Scylaceum 332
caput montis oppid. 104
caput Toſtum oppid. 402
caput Columnarum Lacinium promontor. 333
caput lacus oppid. 689
caput Stili. Carcinũ promontorium Cocinthinum 332
caput Vrſi promont. 295
Carauagium 634
carapellum oppid. 400
caramanicum oppid. 396
carcinum promont. Cocinthum 332
carda oppid. 436
carinianum oppid. 709
carinula ciuitas 244.245
cariathis ciuitas 337
carmaniola oppid. 593
carmentalis porta Romæ 171
carmanianum 61
carnarius ſinus olim Fanaticus, Polaticus 780
carnorum regio & fines 748
carni oppid. 593
caroli V. Imperatoris arbitrium inter Clementem VII Pontif. & Alfonſum Ateſtinum Ferrariæ Ducem 538
carolus Aretinus 96
carolus Mag. Longobardos uicit 665
caroli Magni progenies in Arnulpho Romani imperij poſſeſsionem amiſit 665
carolus Philippi F. plurimorum regnorum heres 283
carolus Valgulius 623
carolus VIII. Franciæ rex Neapoli potitur 282
carpi oppid. 560
carporum principatum gens pia tenuit ibid.
carpiones piſces 412
D. Carpophorus martyr 139
carpenium 452
carpenianus mons ibid.
carpiones in Benaco, qui ueſcuntur auro 614
carraſarum gens nobilis Neapolitana 985
carrarienſium gens nobilis Patauina, urbis eius dominatum occupauit 740
carrarienſium gens cum Vbertino ſecundo & Marſilio tertio perijt, Patauij dominatu aliquandiu potita 741
carraria 55
carrea 55
carrarienſe marmor 55
carrariæ montes 55
carrum 245
carreti Marchiones finarij 17
carrotij quod Italicæ gentes in uſu habuerunt deſcriptio 666
carceoli olim Carceolani 225
Caſale oppid. 393
caſalecij pons 517
caſalecium oppid. olim ibid.
caſalinus uocatur Agathio Vulturnus 246
caſalecium uicus 118
caſa corba 748
caſacalenda oppid. 386
caſa Cremata 433
caſalia uillas uocant Salentini 354
caſale maius oppid. 627
caſale D. Euaſij ciuitas 586
caſale nouum 302
caſalia Sueſſæ 243
caſalonium oppid. 409
caſa maior 56
caſal nouum oppid. 364
caſa Corbula 229
caſale Puſterulencum 645
caſa Calda oppid. 154
caſerta ciuitas 285
caſelle oppid. Caſsium 582
caſentinus ager 74
caſentinates ibid.
caſcanum 245
caſcina 77
caſcorum admirandæ moles 643
caſelle Alciati uilla 646
caſinum olim colonia Rom. 414
caſinenſe monaſterium uetuſtiſsimum 415
caſinenſium monachorum facultates maxime ibid.
caſlanum 690
caſorum oppid. 690
caſperia oppid. olim 155
caſperula oppid. olim ibid.
caſperula unde dicta 156
caſpanum oppid. 640
caſsius poëta 571
caſsiodorus Rauennas 473
caſsia uia 182
caſsia oppid. Caſuli 140
caſsius Centurio. Parmenſis 572
caſsia uia Hetruriam diuidit 128
caſsianum oppid. 644
caſsianus uicus 751
caſſanum ciuitas 341.372
caſtrum ciuitas 355
caſtriotorum gens nobilis Epirotica in Italiam præ Turcis fugit 363
caſtellum Surianum 121
caſtiæ uiæ oppida ibid.
caſtrum Nouum urbs olim 492
caſtrum nouum 124
caſtoris & Pollucis aræ ad Sagram 331
caſtellum Nouum 341
caſtella oppid. 333
caſtra Annibalis ibid.
caſtrum Villare 314.341
caſtilio oppid. 340
caſtalanetum ciuitas 346
caſtellum Almarinum 247
caſtellutium ibid.
caſtilinum urbs olim ibid.
caſilinum fruſtra grauiter obſedit Annibal ibid.

caſtr-

caſtilio oppid. 631
caſtilio oppid. 308
caſtilio oppid. 55
caſtellum Nouum ibid.
caſtellum Baldi oppid. 727
caſtellum Nouum Lanciani 394
caſtellum Nouum oppid. 582
caſtellum abbatis 299
caſtellum Francum oppid. 745
caſtellum nouum 755
caſtellum Tudertinum 145
caſtilio Piſcaliæ 49
caſtrum nouum 51
caſtrum Inui ibid.
caſtrum uetus 52
caſtellum Foſonium oppid. 409
caſtrum ciuitas 104
caſtellum Nouum 567
caſtilio 102
caſtellum uitreum 568
caſtanietum 44
caſtella in Brixiano multa 624
caſtrucius Caſtracanus uir fortiſſimus 58
caſtellum Francum 75
caſtella Cremonēſis agri multa 626
caſtellum Rium 494
caſtellum Florentinum 489
caſtra quatuor Italiæ nobiliſſima 61
caſtellum nouum 57
caſtrum 222
caſtella uiciq; Serianæ uallis 638
caſtellum Guelfum 495
Caſtellum Nouum oſtij Abduæ 641
caſtrocarum oppid. Salſubium olim 479
caſtellum Venetum 544
caſtellum D.Petri 495
caſtilio oppid. 485
caſtellum Gibelinum olim 583
caſtellum Almarinum Stabienſe 291
caſtellum Florentinum. 76
caſtellina ibid.
caſtrum nouum 82
caſtrum nouum D.Geminiani 83
caſoli oppid. 84
caſtilio oppid. 93
caſtilio 97
caſtellonium uillæ. 210
caſtellum Francum. 317
caſtella uiciq; multi Cremonenſis agri 631
caſtellum Bononienſe 490
caſtella uiciq; iuxta Bitum 639.
caſtellanus amnis 403
caſtalana uallis ibid
caſulum 76
caſulæ 55
caſuentus fluuius 345
D.Cataldi uicus cum turre, portus Aletij 357
D.Cataldus 351
catanei & Valuaſores 668
catanſarum oppid. 320
cato ſaccus IC. 657
catona taberna 311
D.Catharina Senenſis 87
catholica uicus 451
D.Catharinæ inſula 778
Caturiges qui 707
Catulli poetæ patria 615
Caua ciuitas 292
cauæ cœnobium. ibid.
cauenſia lintea ibid.
cauenſes architectura pollent ibid.
cauæ, caſtellum 218
caudina uallis, Gardani nunc 285. 409
caudij urbis ueſtigia ibid.
caudinæ furcæ & earum deſcriptio ibid.
caulonia 331
caulon ibid.
caulis truncus admirabilis 363
cauum 233
cecanum 222
ceccus Aſculanus 404
cecilianum 229
cecolinus Micheletus 100
celani lacus, Fucinus ibid.
celanum oppid. 228
celentia oppid. 386
celeres dicti Equites 112
celinum oppid. 112 116.400
celle 52.225
cellenſis regio 52
cellenſes 52
celſius Mapheus IC. 722 380
cemenus mons Camclionis 15
cemella urbs 15
ceneda ciuitas, Acedum 751
cenina urbs olim 161
cenomanorum fines 600
cenomani unde dicti tertiq; ibid.
cenomani Gallica utique gens fuit 601
cenomanorum finis 639
centrones 707
centumcellæ 52
centumcellenſis portus ibid.
centum Camarellæ 261
centum oppid. 499
centa fluuius 17
centum ualles 696
cenys promontorium 310
ceparanum oppid. 211.220
ceraunios inter montes & Italiam mare media nocte trāſmittitur 356
cerciaria oppid. 341
ceretum oppid. 146
ceretani ibid.
ceretum à Gallis conditum ibid.
cereta uicus 727
ceretum 229
cerognonius mons, Cigunus 452
cerquetum 102
certaldum 76
ceruianus lacus 645
ceruum 16
ceriale oppid. 17
ceruaria 102
ceruia ciuitas 459
ceruiani ſalarij artifices ibid.
ceruiæ imperium quale ibid.
ceruia palus 4
ceſæ oppid. 228
ceſena ciuitas, Curua Ceſena 406
ceſenæ arx ibid.
ceſenatium imperium quale 461
ceſenatia uina ibid.
ceſenatium factiones ibid.
ceſis oppid. 145
cetona 90
ceua oppid. 584.592
ceuarum gens nobilis 584
Chalcitis in agro Volaterano 81
charoneæ ſcrobes 273
chartæ Fabrianinæ 434
charybdis 310
cherſidre ſerpente frequens Calabria 380
cherius amnis 631
cherium oppid. 595
chientus amnis 424
chieruſa fluuius 19
chiancanum 89
chiatius amnis ſeu Chiuſius 136
chones 109
chonia regio quondam 305

Chr

Chriſti mons 266
Chriſtophorus Lanfrãchinus IC. 722
D. Chriſtiana uirgo 104
chriſtophorus Landinus 70
chriſtophorus & Guernerus Caſtilionij IC. 683
chriſtophorus Madrucius 728
chryſtallus in Brutijs reperitur 314
chryſtallus quomodo generetur ibid.
Ciaſſa fluuius 97
ciana palus, Glanis 92
cicadæ uocales iuxta mutas 326
cicadæ non ſtrident alis ibid.
ciceroniana uilla 172
cidimola oppid. 385
cilium ciuitas, Celia 371
cima lacus, oppid. 690
cimbri ubi à C. Mario Q. ꝗ; Catulo uicti 700
cimbri quã in Italiam uenerint 701
cinerarium abundantia 322
cincellæ 52
cineris mons 690
cingulum oppid. Cimbulum 429.
cinuſius amnis 709
cinthianum 234
circeius mons, Monte Circello 202
circes domus ibid.
circæi locus ibid.
circes poculum quo bibit Vlyſſes ibi.
circæus mons herbis efficacibus abundabat ibid.
circe homines in beſtias mutabat ibid.
circæum promontorium ibid.
circæum urbs ibid.
circæi montis arx permunita ibid.
circe incantatrix ibid.
cirilum oppid. 307
ciſanum promontorium 779
ciſinus amnis 745
ciſinum oppid. ibid.
citerna 97
citria mala uaria 295
cittadella oppid. 744
ciuilis uitæ inſtituta cultumq; Deorũ quis primò docuerit 162
ciuilonium oppid. 750
ciuitas Regalis oppid. 148
ciuitas quæ nunc uocetur 11
ciuitas Portuenſis Portus Roman. 54
ciuitas Buturaria 386
ciuitas pennæ oppid. Pinna 400
ciuitas Noua oppid. 426
ciuitas D. Angeli oppid. 400
ciuitas Caſtellana, Tiphernũ 109.132
ciuitas Noua 749
ciuitis Foriiulij, Forumiuliũ urbs 767
ciuitas Auſtriæ ibid.
ciuitas Belluni 749
ciuitella 89.93
ciuitatis Caſtellanæ ſitus 110
ciuitas Noua, Nouetum 777
ciuitas Indouma 217
ciuitatum ciuitas 384
ciuitas Luparella oppid. 393
ciuitella oppid. 391
ciuitella oppid. 393
ciuitella 102
ciuitella 229
ciuitella oppid. 402
Clanius anteà dictus Liris, ſeu Glanicus 241
clanius amnis 252.285
B. Clara uirgo Eremitana 137
clarium oppid. 625
B. Clara D. Franciſci diſcipula, Aſiſinas 136
claromontium 303
claræ uallis cœnobij ruinæ 426
claſtidium 581
claßis oppid. olim 464
claterna fluuius 495
claternæ urbis locus 496
claterna quãdo interire cœperit ibid.
clauellorum gens Fabriani principatum tenuit 434
clauenna oppid. 640
clauaſium oppid. 707
clauena torrens 575
claudia uia 117.181
clauerium 30
clemens VII. Pontif. 69
clitumnus amnis. 139
clitumni aquas bibentes boues albeſcunt ibid.
cliſius fluuius 616
clodianus portus 815
clodianæ ſalinæ uberrimæ ibid.
cluſinum 97
cluſentini 61
cluſium ciuitas 90
clucre, pugnare ibid.
cluſo amnis 709
clutillum 148
Coceum apud montes Tynnos inuenitur 91
coccieus ſpecũ ad Cumas effodit 256
coccus amnis olim Talaus, ſeu Laus 300
cochilis amnis olim Sylaris 314
cochilis ſternutare facit equos 339
coctius rex 707
coderca, Caput Eridani, uel Caput Rhedis 536
cœlius Calcagninus 540
cœleſtinus II. Pontif. 203
cognatium oppid. 378
colma 75
coliuerium oppid. 750
collatina uia 183
collis Exquilinus Romæ 178
collis mirabilis 275
collatia urbs olim ibid.
collis oppid. 75
collis Elſanæ uallis uicus 83
collis Facis oppid. 285
collis Ianiculus Romæ 180
collis Cœlius Romæ, olim Querquetulanus 178
collis longus 102
collis Podius 221
collis Floridus oppid. 139
collis Scipionis 152
collis oppid. 408
collis Viminalis Romæ 178
collis Quirinalis Romæ 179
collis Capitolinus Romæ, olim Saturnius & Tarpeius 176
collis Auentinus Romæ 178
collis Coruinus oppid. 400
collis uetus oppid. 158
coloſſus Iouis apud Tarentinos 346
collis oppid. 59
colodum flumen & oppid. ibid.
colonia oppid. 729
coloniæ II X X. quæ ſubſidio Romanis fuerũt bello Punico altero 416
columna pretioſißima 469
D. Columba Monacha 148
columna oppid. 48
D. Columbani oppid. 646
Ad D. Columbanum 574
columella oppid. 405
columna oppid. olim. 218
columnarum gentis origo ibid.
columnium oppid. 568
comara 33
comanum 55
comaclum ciuitas Cymaculũ olim 528

comaclum euerſum ibid.
comaclini uberem piſcium capturam habent ibid.
comaclini ſalem faciunt 529
comerſolum 90
comitum Guidonium, ſeu à balneo Lacioloq; genealogia 462
cominium regio 412
cominium urbs olim ibid.
communalia 422
compluteria urbs olim 417
compatris promontorium 779
comum ciuitas 647
comi origo 648
comum colonia Rom. ibid.
comi imperium quale ibid.
comi clades 649
comi ſitus & forma ibid.
conca urbs demerſa 451
conca fluuius Cruſtumium ibid.
concha 244
conciſum oppid. 624
concordia ciuitas, Ordia 751
concordia colonia ibid.
concordia oppid. 558
conditores urbium ſæpe dicuntur, qui ſolum inſtaurarunt uel auxerunt 235
condendarum urbium mos apud Romanos qualis 168
conditores urbiũ uocant antiqui eos, qui auxerunt, uel inſtaurarunt 427.715
conegianum oppid. Cogienſes 750
coniſſa oppid. 141
conius amnis 573
conradus Vengerus 622
conſaluus Ferrãdus Aggidarius 370
conſentia ciuitas 318
conſentiam nunc in Brutijs, nunc in Lucanis ponit Liuius ibid.
conſentinorum clades à Saracenis accepta ibid.
conſentinum uinum ibid.
conſentinus ager caſtellis pagiſq; frequentiſſimus 319
conſentini agri prætoriæ & uici 320
conſtitutio de ſeptem uiris Electoribus quando edita 666
conſtantium oppid. 393
conſules ultimi qui fuerunt Romæ, & quando 131.184.193
conſules quando primum creati Romæ 183
conſules quando & quoties creari deſierint Romæ 183
conſules ſub Imperatoribus Germanis creabãt Italicæ ciuitates 669
conuerſanum ciuitas 371
conuertinum oppid. 363
copis torrens 581
corallium naſcitur in mari apud Grauiſcas 51
cornetum ciuitas 51
cora uetus caſtrum 212
coralium litore Brutiorum inuenitur 308
coranum oppid. 362
corchianum 109
cordinianum caſtellum 751
cordiuallis amnis 749
corfinij ueſtigia 396
cornaltum oppid. 435
coriolanus unde dictus Martius 238
coritum oppid. olim, Coritnienta 120
coritnienta ibid.
coritus mons. Coruus mons 140.151
coritus amnis, ſeu Coruus ibid.
coruus mons, Coruus amnis ibid.
coritus & Iupiter idem 107
corlianetus amnis 340
corlianum oppid. 362.340
corliani arx munitiſſima 363
cormona ciuitas 767
cornelius Gallus 478
cornelianum 19
cornuetanu 51
cornelius Nepos 720
cornetum unde dictum 51
cornia flumen 47
cornus mons 400.402
P. Cornutus orator 139
corradus Canoſſanorum ſtirpis quæ nunc ſupereſt auctor 534
corregium oppid. Regiates 561
corregia gens nobilis ibid.573
corretium 75
corſolana torrens ibid.
corſilianum 55
corſinianum 89
cortona Rom. colonia 93
cortonenſes in Ladiſlai Regis Neapolitani ditionem conceſſerunt 93
cortonam Florentinis uendidit Ladiſlaus rex Neapol. ibid.
cortonenſium Tyrannus Vgutio 92
coruatus lacus 755
Coſandolus pagus cum uilla ſumptuoſiſſima 526
coſa flumen 220
coſa urbs 49
coſam mures uaſtarunt 50
coſina torrens 480
coſliacum 780
cosliacenus lacus ibid.
coſmus Medices Dux Florentiæ 68
coſmus Medices primus 71
coſſinianum oppid. 421
coſtatiarium oppid. 134
cotanellum 158
cotariæ in Bergomate 635
cotignola oppid. 485
cotila oppid. olim 146.152
cotiſcolæ urbs olim 161
cotta poeta 722
craſſitius Paſides Grammaticus 293
crateris ſinus, nunc Surrentinus 259.293
crathis fluuius 319.337
crathis unde dictus 319
crathidis aquæ capillum flauum faciunt, itemq; ſericum ibid.
crathidis aqua ſalutaris ibid.
crema oppid. 632
cremæ laudes multæ ibid.
cremani ad Venetos defecerunt ibid.
cremera fluuius 123
cremera caſtellum à Fabijs conditum ibid.
cremiſſa urbs olim 333
cremona 627
cremona Rom. colonia nobilis ibid.
cremona ſub Triumuiratu direpta ibid.
cremonæ clades ſub Veſpaſiano ibid.
cremona quando condita ibid.
cremona euerſa ſub Lõgobardis 628
cremonæ multæ clades ibid.
cremonæ turris inſignis ibid.
cremonenſium imperij forma ibid.
cremona factionibus Guelforum & Gibellinorum grauiter laborauit ibid.
cremonæ uarium breui tempore imperium 630
crepacorium oppid. 688
creſcentinum oppid. 704
creſcentius 158
creſcentiorum nobilis familiæ Romanæ origo

ne origo 158
creualcore oppid. 523
criſpellanum oppid. 519
criſpinum oppid. 485
criſpi Saluſtij patria 398
critium caſtellum 595
crocum in agro Celiano 371
crotaliæ oppid. 360
croton urbs olim, ſeu Crotona, ſeu Croto 334
croto unde dictus ibid.
crotonem quis condiderit 335
crotoniatæ olim omniũm Græcorum primi ibid.
crotonæ ſalubriũs ibid.
crotoniatæ inclyti pictæ multi ibid.
crotonis arx 336
crotonem fraude cepit Dionyſius Siciliæ tyran. ibid.
crotonem colonia Rom. deducta ibid.
croto nunc Marchionatus titulum habet ibid.
croton mediterranea 93
crotonem mediterraneã Pelaſgi Vmbris ademerunt ibid.
crucifixi promontor. 779
crucifixi ſimulacrum apud Neapolim quod D. Thomam Aquinatem affatum eſt 277
S Crucis balneum 266
Ad Cruces 74
cruſtumini 160
cruſtuminum urbs ibid.
crutimilium oppid. 543
cruſtulus torrens 561
crypta Traconaria eiusq; deſcriptio 259
crypta Pauſilippi, ſeu ſpelunca 273
cryptæ Pauſilippi menſura 274
cryptam Pauſilippi purgauit Alfonſus I. ibid.
crypta qua arte tam directè fodi potuerit ibid.
cryptæ Pauſilippi quis fuerit auctor ibid.
crypta in curia Mantuana 610
Ctereo amnis 97
cuciaris fluuius 315
cuculum 227
culmanum balneum 267
culma mons ibid.
culmen Locelli, uel D. Bernardi mons 695
cumarum ueteris urbis locus 254
cumarũ qui fuerint conditores ibid.
cumæ antiquiſsimæ ibid.
cumarum nominis etymon. 255
cumarum ſitus ibid.
cumarum ueſtigia nunc ibid.
cumanorum inſignis uictoria ibid.
cumanis publicè loqui latinè permiſſum 256
curij oppidi locus 487
curium euerterunt Bononiẽſes 489
cupra urbs olim maritima 420
cupra montana urbs olim 428
cupranica oppid. 122
curcialorium 364
cures oppid. 157
curium origo ibid.
cureſis amnis 160
curia Rhetorum prima 640
curia Quarantula 555
curia picta 685
curia maior oppid. 575
curo torrens 582
curſula urbs olim 151
curſena 57
curtilianum 57
cuſanum oppid. 408
cuſerculum oppidulum 475
cuſtodia oppid. 731
cuſtodianarum latomiarum deſcriptio ibid.
cutrum oppi. 336
cymeria promontor. Cumerium 430
cyminia ſylua olim perhorrida & inuia 120
cyminius uel Cymini lacus 121
cymyni lacus ab Hercule factus ibid.
cyminus mons 120
cymmeriorum ſedes 256
cymmerios quare nunquam aſpicere dijs ſolis dixerit Homerus ibid.
cymmeriorũ oppid ad Auernũ 264
cynus Simbaldus IC. 61
cyriacus Anconitanus 432

D

Daila 777
damianus Bergomas 637
danaſeum oppid. 707
D. Danielis oppid. 755
dantis poëtæ ſepulcrũ Rauẽnæ 470
dardanium opp. deletum 117
daruncij fluminis fons in Veſulo 595
daunij unde dicti 375
dauniorum fines ibid.
daunium Strabo non ſatis diligenter deſcripſit 375
decanus amnis 557
deceates 14
decius Decij filius ubi ſe deuouerit 436
P. Decius Mus apud Veſuuiũ pugnãs ſe deuouit 290
decretalium compilator Raymundus Penafortius 219
delicetum oppid. 384
demarathus Corinthius 116
demerſa nunc apud Baias plurima 261
dertona ciuitas. Derthona 582
dertona euerſa ibid.
dertonam inſtaurarunt Mediolanenſes 583
deſcenſus ad inferos apud Cymmerios iuxta Auernum eſſe credebatur 264
deſiderius Spretus 473
deſiderius Longobardorum rex ultimus à Carolo Magno captus 665
deſiderianum 685
deſperatio quandoq; cauſa eſt uictoriæ 327
dianæ cognomen Cinthia 234
dianæ lucus ibid.
diana Taurica ibid.
dianæ cognomen Triuia 234.
diana oppid. 16
dianis uallis 301
dianiæ uallis palus ibid.
dianum oppid. 302
dicæarchea prius dicti Puteoli 269.
digentia torrens 158
dignus torrens 617
diluuium circa Noë uniuerſale fuit 129
dinus Garbius 70
dinus Mugellanus I.C. 74
diomedis templum ad Timauum 769 773
diomedeæ inſulæ 379
diruta oppid. Druida 142
dionyſius Bargianus I.C. 102
diti patri ad Tarentum ludi facti 350
dogana, portorum animalium 387
Dolia amnis 699
dominicus de S. Geminiano I.C. 77

Domi-

dominicus Saulius 28
domitius Caldarinus 722
D.Dominicus 219
D Dominici uilla: Arpinate Ciceronis. 413
domodoſcella oppid. 699
domodoſcella unde dicta 700
donatus Accieuolus 70
ad D.Donatum 75 76
D.Donatus martyr 96
doria regio 545 573
doriæ regionis finis 59
dorſum Spinæ 525
doſiolum oppid. 626
dotia oppid. 495
doueria fluuius 699
Draconia fluuius 777
druida oppid. Druta 142
Duadola oppid. 479
ducaria torrens 74
ducatus Spoletini appellatio unde fluxerit 131
ducatus nummus unde dictus ibid.
ducum appellatio quando orta & quid ſignificet ibid.
ducum dignitas ſecunda ab regibus. ibid.
ducatus in Italia dicti à Longobardis quatuor Satrapiæ ibid.
ducatus Spoletini fines ibid.
ducatus Taurinus 708
ducatus Forijulij unde dictus 752
ducatus Forijulij fines ibid.
dugonia caſtellum 655
duinum oppid. 773
dulcinus hæreticus 688
duratianum oppid. 285
Durantium caſtellum 436
duria Balthea fluuius 704
duria maior 705
duria riparia 707
duriæ fons in Veſulo 595

E

Ebolum oppidum 296
eboli ſylua infamis 301
Ecalidus amnis 118
ecananum urbs olim 384
Edronis portus. nunc Clodianus 436
Egelidus amnis 118
egnatiæ urbis ueſtigia 366
Elbij lacus 121
electores Septemuiri qui 666
electrum 14
elephantos primus in Italiam adduxit Pyrrhus 349
D. Eliſabeta uirgo 219
elpenor ab Vlyſſe immolatus 265
elſa fluuius 75
Emporium Cæretanorum 52
Emporium oppid. 75
Enianum urbs olim 123
ennij poetæ patria 360
ennij poetæ epitaphium 361
enoch Aſculanus 404
enodius poeta 657
enotum opp. olim 124
entella fluuius, Lauania 32
Epiphanius Aquileienſis 766
epitaphium Gulielmi V. regis Neapol. 279
epitaphium Friderici II. Imper. ibid.
epitaphium Manfredi regis 280
epitaphium Antenoris 737
epitaphium Mathildis Comitis 56
epitaphium Franciſci Petrarcæ 74
epitaphia duo Liuij 75
epitaphium Pauli Veneti 758
eporedia ciuitas, Iurea. 705
eporediæ ſitus ibid.
Equinuli Gygenij 14
equitum Rom. uaria nomina 112
Era flumen 47
eremita, cœnobium ſplendidum 433
eretenus amnis, nunc Rero. 734
eretum 160
eridanus unde dictus olim Padus 5 96
eridanum oſtium Padi, Spineticũ 525
eris flumen. Cæretanus 52
eris oppidum 32
Eſarus amnis 314. 337
eſopis mons ſeu Lucrinus 327
Etruria regalis urbs 113
etruria urbs quondam an & ubi extiterit 118
etruria urbs fuit ubi nunc Viterbum 119.
etruriam urbem uarijs nominibus appellarunt antiqui ibid.
Euburiates 14
euganei qui & unde dicti 710
euganeorum origo ibid.
eugenius III. Pontif. 43
eugenius IIII. Pontif. 807
eugubium ciuitas. Inginium. Iſuuium 132.
eugubium uetus priſca urbs 133
eugubium uetus à Gothis deletum ib.
Eugubij noui ſitus ibid.
eugubij imperium quale ibid.
eunomi Locrenſis & Ariſtonis Rhegini certamen 326
eunomi ſtatua cum cithara inſidente cicada ibid.
D. euſebius 630. 703
eutychianus Pontif. & martyr 40
D euthimij templum 157
euyalius Deus, Quirinus 157
Exarchus 449
exarchorum ſedes Mediolani nunquam ſed Rauennæ ſemper fuit 663
exarchatus Rauennæ quando primum conditus 470
exarchi Rauennates quot annis durauerint ibid.
exarchorum catalogus 471
exarchatus urbes & oppida quæ fuerint 449. 471
exarchatus Pontifici Rom. traditus & ab eo Archiepiſcopo Rauennati 471
exquilinus collis unde dictus ſit 178
exquilini montis partes duæ ibid.

F

Fabaris amnis, Farfarus 156
fabij CCCVI. ad Cremeram cæſi 123
fabiorum iter contra Veientes 110
fabius capto Tarento, Deos iratos Tarent. relinquẽdos reſpondit 350
fabianum oppid. 433. 434
fabrianenſes libertate ſpoliauit Leo X. Pontif. 434
fabricæ oppidul. 112.
fabricius Odo protonotarius 100
fabulæ de Scylla expoſitio 310
Facius Vbertus 70
Falcacium oppid. 749
falconum uſum primus in Italiam inuexiſſe dicitur Fridericus Aenobarbus 279
falernus ager 245
falernus mons ibid.
falernum uinum ibid.
Fames maxima 247
familiæ nobiles adhuc ſuperſtites è ſtirpe Manfredi 555
Fanum ciuitas 437
fanum Fortunæ olim ibid.

fanum colonia Rom. ibid.
fanenſium imperij forma ibid.
faranum oppid. 392
farentinũ oppid. ſeu Ferenſuola 383
farfa cœnobium 158
farfarus amnis. Fabaris 156
farinata Vbertus exul patriam ſeruat. 66
farneſium oppid. 103
farneſia gens nobilis Romana 103
faſcis regius, alba, quid 125
fauentia ciuitas 481
fauentina lina ibid
fauentinorum clades uariæ, ibid
fauentinorum reipub. forma ibid.
fauentinorum principatum habuere Manfredi ibid.
fauentina uaſa 483
fauſtus Andrelinus 478
fauſtulus Romuli Remiq; nutritius 168
Febianum uicus 81
feciola 77
federicus rex Neapolit. ſupplex, in Francia detinetur 283
federicus Vrbini Dux primus 445
fel amnis 753
felinus Sandæus I C. 540
felſina princeps metropolis 500
felſina à Felſino rege dicta 501
felſina regio 545
felſina regio ab urbe Felſina 447
felerinus amnis 394
feltrium ciuitas. Feltrini 749
fera uocabulum Italicum unde fluxerit 216
ferentilis monaſterij caſtellum 148
ferentia, Ferentium, Ferentenũ urbs. 111.
ferentinum Hernicum ibid.
ferentium à Viterbinis deletum propter hæreſin 112
ferentinum ciuitas 220
feriæ unde dictæ 216
feriæ Latinæ 216
feriolum oppid. 697
feriſanus amnis 30
feritor fluuius 30
feronia locus. Ferona ,203
feronia Dea 110.203
feroniæ Deæ fons & ſylua 203
feronia unde dicta ibid.
feroniæ templum 56.203
feroniæ lucus 111
feronia urbs deleta 110
feroniæ Deæ ſacerdotes lignorum ſtruces ardentes nudo pede calcabant ibid.
ferrandinus Aragonius regnum recuperat 282
ferrandus mont 392
ferrandina oppid. 342
ferrariola 528
ferrariola foſſa ibid.
ferraria ciuitas 531
ferrariæ urbis & nominis origo ibi.
ferrariam quis primum muro cinxerit. 532
ferrarienſium reipub. forma 533.535
ferrariæ principatum adepti Marchiones Ateſtini 533
ferrariorũ gens nobilis Eporediana 705
ferreæ coronæ ſignificatio qualis 661
ferream coronam ſumi quis decreuerit primus, & quare 661
ferreria 709
ferri fodinæ 47
ferſena fluuius 738
ferulentum caſtell. 320
feſcenia urbs uel Feſcenium 210
fetinum 221
Fianum 124
fibrenus amnis 413
ficarolum, Vicus Aricoli 541
ficus oriæ Tarentinæ 352.
fidenates 161
fidena urbs ibid.
fidenam Romani exciderunt ibid.
filaterra 55
finarium oppid. 17
finitus amnis 315
firenzola oppid. Fidentia 574
firmanorum reipub. forma 424
firmianum oppid. 442
firmum ciuitas, Firmium 423
fiſcellus mons 148
fiuitianum 55
flaccianum 124
flaccus poëta Patauinus 743
flaminia uia 181
flaminiæ uiæ ueſtigia 439
flaminia uia quondam ædificijs plena prope Romam 107
flaminia regio unde dicta 447
flaſtra fluuius 426
flaſtra oppid. ibid.
flauianum oppid. 402
flauianum deletum 111
flauiorum cognomen uſurparunt reges Longobardici 664
flauius Blondus 478
flexumines dicti Equites 112
fliſcorum Genuenſium origo 30
florentia ciuitas 62
florentiæ origo 62
florentiæ ſitus 64
florentinorum inſignia 64
florentini Pheſulas deleuerunt 65
florẽtini Pheſulanorum inſigne iunxerunt ſuo 65
florentini partibus laborarunt Alborum & Nigrorum, Guelphorum & Gibellinorum 66
florentini plurimas urbes in ditionẽ redegerunt 66
florentia bella dicitur 66
florentinorum imperij forma 67
florentini libertatem redemerunt ab Imperatore Rudolpho 67
florentiæ Priores Artiũ creantur 67
florentiæ Tyrannus Gualterius Dux Athen. 68
florentiæ Confalonerius perpetuus creatus Petrus Soderinus 68
florentia nutu Pontificum Rom. gubernatur 68
florentia potitur Carolus V. Imperator 68
florentiæ concilium actum 68
florentiola oppid. 495
floridus lacus 139
flos fluuius 50
fluentia, Fluentina 62
fluentini 62
flumaria Mori, pagus 323
flumeſinus amnis. Aeſis 433
flumicellus amnis 402
Focariæ promontorium 451
fodinæ ferri, argenti, ſilis, & auri in Magna Græcia ſed derelictæ 331
fodinæ argenti 340
Ad D. Fœliciſſimum 411
fœlicianum oppid. 591
D. Fœlicis oppid. 553
fœminæ in mares poſſunt mutari 415
fœnilia portus 50
foggia oppid. 381

folia amnis. Iſaurus, Piſaurum 444
foliana 767
folianum 89
folianus pons 109
fons dulcis in mari exiliens 268
fons copioſus 84
fons Epiſcopalis, balneum 267
fons ſalutaris in ſpecu D. Mich. 367
fons apud Soractem miraculoſus 110
fons ſalutaris nutricibus 726
fons clariſſimus 412
fons acidulus uini modo faciens temulentos 253
fons uates ſanis 146
fons copioſus & gelidiſſimus 154
fons teter 355
fontanum balneum 266
fontanum oppid. 414
fontes plurimi ad Narem apud Narniam medicati 145
fontes putidi & ſulphurei 197
foracur dicta oppida 465
forcelli, locus 521
forconium urbs olim 398
fori ſignificatio 475
forinum oppid. 286
formiarum ueſtigia 208
formiæ olim Hormiæ dictæ ibid.
formiæ Leſtrigonum ſedes ibid.
formiarũ Epiſcopatus Caietã tranſlatus ibid.
formiarum Ciceronis 209
formiarum ager amœniſſimus ibid.
formellum oppid. 123
formigo oppid. 558
formio amnis, antiquus auctæ Italiæ terminus nunc Riſanus 774
formoſus Pontifex 54
foro Sempronienſiũ reip forma 439
fori Sempronij ueteris locus 438
Ad D. Fortinum 84
fortunæ templum Antij 196
fortunæ Prænestinæ templum 230
fortunæ ſimulacrum aureum ibid.
fortunæ in honorem carmen ibid.
foruli 156
forumcellæ 52
forum claudij 117
forum flaminij oppidum deletum 135
forum Nouum 55
forum Vulcani 271
forum Caſſij 121
forum Alieni oppid. olim 527
forum Diguntiorum 632
forum Saracenum. oppid. 461
forum Gallorum 520
forum ſeu uilla Celtarum ibid.
forum Ranchorum 453
forum Appij 218
forum Liuij ciuitas ibid.
fori Liuij nominis & urbis origo
foroliuienſium reipub. forma 476
foroliuienſium uictoriæ ibid.
foroliuienſium factiones ibid.
forumpompilij oppid. 465
foropompilienſium clades 466
forumtruintinorum ciuitas ibid.
fori Truintinorũ imperiũ quale ibid.
fori Truintinorum factiones ibid.
forum Cornelij, Imola ciuitas 491
forocornelij origo ibid.
forocornelienſium factiones 493
forojulienſis colonia 767
forumiulium regio unde dicta 752
forijulij regionis portus multi & qui 753
forijulij imperium quale fuerit uſq; in præſens ibid.
forijulij Dux primus Longobardus Giſulphus ibid.
forijulij Ducum Longobardicorum catalogus 754
forijulij Duces Galli ibid.
forijulij Ducatũ adepti Berẽgarij ib.
Forijulij Ducatus Aquileienſi eccleſiæ donatus ibid.
forus amnis 394
foſſa Ghironda 521
foſſa Phiſtorena 548
foſſa Mutinenſis ibid.
foſſa Peloſella 541
foſſa Tarana 561
foſſa Philiſtina 542
foſſa Clodia ciuitas 815
foſſæ Clodiæ ſitus ibid.
foſſa noua 55
foſſæ Papyrianæ 55
foſſæ Nouæ cœnobium 218
foſſam ab Auerno Oſtiam incboauit Nero 266
foſſatum oppid. 134
foſſones oſtium Padi 714
foſſumbrunium ciuitas, Forum Sempronij 438
Francauilla 342
franeauilla oppid. 360.394
francia Curta 619
franciſcus Petrarca 70
franciſcus Accurſius I C. 70
franciſcus Guicciardinus 72
D. Franciſco ubi ſtigmata Chriſti fuerint inflicta 75
franciſcus Barberinus I C. 76
franciſcus Barbarus 809
franciſcus Carrarienſis laqueo in carcere necatus Venetijs 740
frãciſcus Sfortia Mediolani Dux 679
franciſcus primus Franciæ rex Ducatu Mediolani potitus 680
franciſcus Aretinus 96
franciſcus Maturantius 102
franciſcus Cardulus 154
franciſcus Zabarella I C. 734
franciſcus Petrarca Arquato in pago conſedit diu 744
franciſcus Marchio I C. 28
franciſcus Maria Molza 552
franciſcus Rubrius I C. 478
franciſcus Philelphus 426
franciſcus Nardus 368
franciſcus Caballus 625
franciſcus Marius Grapaldus 572
franciſcus Sfortia Mediol. Dux 486
franciſcus primus Francorum rex ad Ticinum captus in pugna 656
franciſcus Fianinus 124
franciſcus Syluester 540
franciſcus Floridus 158
D. Frãciſcus Seraphicus Aſſiſinas 136
francolinum 541
francorũ inſignes ſtrages ad Vulturnum ab Narſete edita 246
framula 31
fraſcata. L. Luculli uilla 233
fraſſium 158
fratina 751
fratta oppid. 136 210
fraxinctum oppid. 586
freddanus amnis. Egelidus 118
fredderius fons, ſeu Frigellus 615
fredus amnis 307
fredum oppid. 309
fregellæ Rom. colenia 210
fregellæ, nunc Pons Corui 416
frelum 30
frentanum oppid. olim 394
frentanni 389
frentanorum fines 389
frentani unde dicti 390

frentanum oppid olim 390
frentanum oppid. citra Sarum fuit 391
frentanum Samnitium 111
frentalis uicus, urbs olim 242
fretum Siculum 310
fricatoria, ſeu Balnea fricatoria 263
fridericus Petrucius I C. 88
fridericus Aenobarbus ad Barillanũ cum fœderatis gentibus malè pugnauit 668
fridericus Aenobarbus in flumine periit. 669
fridericus II. Imper. ubi & quomodo exceſſerit 383
frigidulphus Lucus 625
frigidus torrens 40
D. Fructuoſi fanum 30
fruſinum 220
Fucinus lacus maris inſtar 227
fulignum ciuitas. Fulginia, Fulcinium, Fulgineum, Fulignates 135
fulignum euerſum à Peruſinis & refectum ibid.
fulignatæ, conditura ex ſaccharo ibid.
fumo oppidul. 221
fundi ciuitas. Fundæ 207
fundanum uinum ibid.
fundanorum calamitas 208
fundanus lacus ibid.
furca oppid. 393
furca Valenæ unde nunc dicatur 393
furcæ Peſtæ 420
furinum 158
M. Furius Bibaculus 630
furlum 439
furnellum oppid. 417
fuſinianum caſtellum 485

G

Gabianum 589
gabieni Ligures ibid.
gabij ubi olim incoluerint 235
gabienæ latomiæ ibid
gabij urbs quondam, & à quo condita ibid.
gabij quibus artibus à Tarquinio capti 236
gabriel Alexander I C. 637
gabrinus Fundulus capite luit 629
gaciaronus mons 688
gadamolum 229
galatina oppid. 364
galbæ imperat. patria 208
galeata uici tres, Saltes Galleani 475
galeatus Vicecomes cur ſic dictus 674
galeatius Gonzaga 608
galeottus Narnienſis 154
galeratum 685
galerius Lucumo Arbeæ 169
galeſus fluuius 352
galianum oppid. 362
gallæ Placidiæ tymbus 469
gallera oppid. 123
gallerarati, Galea ibid.
galleſium oppid. 109
galliæ Ciſalpinæ principium ubi 435
gallia ciſalpina cur dicta Italiæ pars 599
gallia ciſpadana & tranſpadana unde dictæ regiones ibid.
galli in Italiam quomodo uenerint, & quando ibid.
gallorum qui in Italia ceperunt ſedes nomina 601
gallia Aurelia regio 545
galliæ Togatæ lunes 480
gallia ciſalpina quæ uocetur, & quare 448
gallorum qui in Italia conſederunt, nomina ibid.
galli Hetruſcos ſedibus ciſapenninis pepulerunt ibid.
galliæ ciſalpinæ diuiſio ibid.
gallia Togata quæ ibid.
galliam uocat Liuius quicquid eſt ultra Rubiconem ibid.
gallia Togata unde dicta ibid.
galliæ Togatæ fines uarij 449
gallipolis ciuitas, Anxa olim 354
gallipolis ſitus ibid.
gallipolis emporium frequens ibid.
gallicanum 245
gallutium oppid. 244
gambara oppid. 617
gambaſium 77
gambatiſſa opp'd. 386
gambatoneum oppid. 400
gambolate 686
gancellus uicus 247
gangulphum oppid. 233
gangulphi caſtelli lacus ibid.
garcis amnis modicus 624
gardæ lacus. Benacus 613
garda oppid. ibid. & 614
gareſium oppid. 584
garganus mons 377
garganus haudquaquam à Gargano dictus 378
gargani nomen priſcum ibid.
gargani deſcriptio ibid.
gargani promontorium ibid.
gargani radicum ambitus ibid.
garganus antiquorum operum ueſtigijs abundat 380
garilianus amnis. Liris. Clanius Glanicus 210.241
garnaiole 92
gaſpar Contarenus Cardinalis 807
gaſparinus Borgizza 637
gattamelata Narnienſis 154
gauinianum 221
gauratius lacus 689
gauratium oppid. ibid.
gauratia planities ibid.
gaurana balnea 243
gaurus mons, ſeu Maſſicus, ſeu Gallecanus 242
gelizum oppid. 390
gelum 75
D. Gemini oppid. 145
geminus lacus 694
D. Geminiani oppidum 76
gemmæ in agro Volaterrano 82
gemula mons in Patauino 744
genebræ ſtons, Pœninus 16
gentilis Fulignas 135
genuenſis ora ſeu ripa 13
genuenſis ora occidentalis & orientalis. Genueſatus 14

genua ciuitas cum portu 20
genuæ ſitus 20
genuæ amplitudo 20
genuæ urbis & nominis origo 20
genuæ antiquitas 20
genua ditionis olim Romanæ 21
genuæ clades à Magone Pœno accepta. 21
genua inſtaurata à Romanis 21
genua à Longobardis direpta 21
genua ad Carolum Magnum & Imperium Romanum uenit 21
genuæ ſtatus ſub imperatorib. Germanis 21
genuenſes uictis Saracenis Corſica potiuntur 21
genuæ ſumma clades à Saracenis accepta 21
genua ſuperba 22
genuam captam miles Proſperi Columnæ triduo diripuit 22
genuenſium ſumma negotiandi induſtria 22
genuenſium eximiæ res geſtæ ibid.
genuenſium imperium latiſſimè quondam prolatum 22
genuenſium reipub. forma ſub nomine Romani imperij 23
genua Conſules habuit ibid.
genua Prætorem accipit iuſſu Friderici Aenobarbi Ceſ. ibid.
genua diu à ſuis ciuibus recta ibid.
genua ſæpè Magiſtratibus uariauit ibid.
genua ciuilibus diſcordijs agitata ibid.
genuenſium Dux primus Simon Bocanigra ibid.
genuenſium Ducum catalogus 23.24 25.26 27.
genuæ conditur Brilia arx infeſta 25
genua factionibus Guelforum & Gibellinorum laborat 24
genuæ arx Brilia euertitur 26
genua potiti Vicecomites 23.24
genua potiti Sfortiæ 25
genua potiti reges Francorum 24. 25.26
genuenſes iterùm reduxere Ducatum & exinde ſæpius uſq; unde cimò 23.34.25 26
Genuenſis reipub. noua recentiorq; forma 26
genuæ Duces creantur ex noua lege 26
georgius Merula 590
Georgius Valla Placentinus 579
D. Georgij oppid. 500
gerbardus Cataphiſtus I C. 683
D. Germani oppid. 703
geryonis ueſtigia 386
geſſum oppid. 390.393
gibellum oppid. 574
gieronis arx Firmij 424
gileta 15
giranum 229
giulianum oppid. 394
glanis amnis Clanius 252.92
glemona 759
Goitum oppid. 614
gonella feſtiuus homo 557
gonia flumen 688
gonzagarum gentis claræ, Mantuanorum principum genealogia 607
gonzagarum gens plurimos inſignes bellatores dedit 612
gordula 699
goritia Noritia Norcia Iulium Carnicum 774
D. Gothardi ſacellum 696
D. Gothardi mons ibid.
gothardus Stella 27
gothi Italica inſtituta coluerunt 418
gothorum in Italiam aduentus 550
gothorum ſtrages in Pheſulanis montibus ibid.
gothorum ſæuitia ibid.
gothicorũ regum in Italia catalogus 662
gothicum imperium quot annis in Italia ſteterit ibid.
gradenſis eccleſia metropolitana Venetiæ 756.799
gradenſis Patriarchatus Venetias tranſlatus ibid.
gradiſca 767
gradus inſula & urbs 756
græca gens in Salentinis adhuc 362
græci multa uocabula ſumpſerunt à barbaris 634
græcam Italiæ pontibus coniungere quidam conati ſunt 355
grafignana 56
grafignana uallis 57
grafinianum 107
graniola 55
gratarolus torrens 574
graualonia foſſa 685
grauetia torrens 30.55
graueia uicus 30
grauiſcæ 51
grauiſcæ nouæ & ueteres 51
grauina ciuitas 345
gregorius Amaſcus 759
gregorius Tiphernas 132
gregorius V. Pontif. 51
gregorius VII. Pontif. Rom. 18. 84.
gregorius VIII. Pontif. 407
gregorius IX. Pontif. 219
gregorius X. Pontif. 579
gregorius XII. Pontif. 807
Ad D. Gregorij 229
griantum 651
grinia torrens 625
grinianum 57
grinianum oppidul. 292
grinium oppid. 745
grinius amnis ibid.
gropetum 686
grotta oppid. 285
gualdum oppid. Vallidum 134
guardiſtallum 84
guardiſtallum duobus generalibus conſilijs inclytum 562
guarinus Veronenſis 722
guaſtum Amonium oppid. Hiſtonium. Iſtonium 390
gubernium oppid. 601
Guelforum & Gibellinorum partes quando ſurrexerint 667
guido Beuiſanguis 462
guido Bonatus 428
guido Pepus 478
guido Caualcantes 70
guido Aretinus 96

Guileb

guilielmus Pontanus 102
guilielmus Aremundus IC. 572
guilielmus Duſtes Speculator 436
guilliniacum oppid. 390
guilielmus Puſterula, miro ingenio uir 672
guilielmus Placentinus, medicus 579
gummi ex aqua 82
gummi candidiſſimum ex aqua ibid.
gutta torrens 575
Gymnaſium celeberrimum litteratorum olim fuit Locris 328
gymnaſium omnium diſciplinarum Ferrariæ 533

H.

Hamarum ſylua 258
hamarum templum ibid.
haro oppid. 148
harpadium ciuitas 409
harpadij anguſtiæ 410
hæreſis amens Parrhaſinorum 632
Helerna Dea 170
helernæ lucus ibid.
helotes Spartanorum ſerui 348
henricus Palemitanus 372
heraclea ſeu Herculaneum urbs olim 287
heraclia urbs olim 749
heracliani Venetias fugerunt ibid.
heracleopolis urbs olim 339
herclea ibid.
herculanthea uia 209
hercules pontē Tiberi indidit 176
herculeum promontorium 313
herculis Bauli ædis locus 265
herculis ſagittæ hydræ felle tinctæ 333
herculis ſignum opus Lyſippi Tarento delatum Romam 346
herculis templum 59
D. Herculanus Peruſinus Epiſcopus 99
hermolaus Donatus 809
hermolaus Barbarus 807
hernici & unde dicti 218
herniæ ibid.
herſilia Ceninenſis Romuli uxor 169
heſperia 3
heſperi ſtella Italiæ uerticalis 3
hetruriæ principum primorum catalogus 183
hetruſci unde dicti 34
hetruſci, maximè cæremonijs addicti ibid.
hetruria unde dicta ibid.
hetruſcorum primæ XII. coloniæ ab Lino conditæ 35
hetruriæ XII. olim Principatus 37
hetruſcorū olim imperij forma 605
hetruſci olim transapenninum latè omnia occuparunt 447
hetruſci cis Apenninum XII. colonias habuerunt 501
hieracium ciuitas 331
Horontes amnis in Siria ſe abdens 301
D. Hierontius 460
hieronymus Riarius Imolæ princeps 493
hieronymus Sauonarola 540
hieronymus Clarutius 493
D. Hieronymi inſulæ 779
hieronymus Palmarius 28
hieronymus Ponzonius IC. 631
hieronymus Fracaſtorius 722
hieronymus Donatus 809
himella fluuius 153
hippaſis philoſophus 344
hippizinus pagus 337
hippo urbs quondam, Vrbo Valentia 309
hippo ſeu Hipponium 321
hippolytus poſtea dictus Virbius 234
hippolytus equorū loris diſcerptus ibid.
hipponiates ſinus 308
Hircius & Panſa ubi uicerint Antonium 521
hirpi 110
hirpini unde dicti 404
hirpinorum & Samnitium fines 405
Horatij Coclitis facinus 176
horatianæ uillæ deſcriptio 159
horatij poëtæ uilla in Thuſculano 233
hormiſda Pontif. 220
horta ciuitas. Hortanum 107
hortenſij piſcina nobilis apud Baulos 265
hortenſius murenam mortuam fleuit ibid.
hoſpitalitatis æmulatio inſignis 457
hoſtenum 690
hoſtia oppid. 712
humana urbs olim, Numana 429
humanæ carnes ad ſtateram diſtractæ manſeq́; 143
hydra flumen 755.766
hydruntum ciuitas. Hydrus, Hydruntium, Hydra, Hydruns 356
hydrunti arx inuicta ibid.
hydruntinorum clades ab Turcis accepta ibid.
hydruntum nunc inſtauratum egregie 357
hyela urbs quondam ſeu Elia, ſeu Velia 229
hylia amnis 337
hyſpellum oppid. 136

I.

Iacobus Gualla IC. 657
iacobus Cepa 27
iacobus Bracellus 27
iacobus Furnius 28
iacobus Philippus Bergomas 637
iacobus Sadoletus Mutinenſis 552
iacobus Volaterranus 80
iacobus Antiquarius 102
iacobus Virgius ſeu Voraginenſis 19
iacobus Solmenius 295
iacobus Sannazarius 278
iacobus Aluarottus IC. 743
iacobus Arenimus IC. 572
iacobus Candidus 759
iacomutius Sfortia gentis auctor Sfortiæ 485
iaceris mons 696
ianetus Manetus 70
ianicula I ianicula ſeu Lanigena 33
ianiculus unde dictus 180
ianualis porta Romæ 171
ianus bifrons unde allatus ſit Romam 111
iapidia, nunc Carnium uel Carniola 766
iapidia regio, nunc Iſtria 775
iapygia regio 336.353.378.385
iapyges unde orti 335.353
iapygium promōt. Iapigia ultima et Iapygiæ ſcopulus. Acra Iapigia 354
iapygum promontoria 334
iaſinella regio 117
iaſon Maynus IC. 683
Idex fluuius 496
idomeneus quare exulauerit 361
idrum oppid. 616
idrinus lacus ibid.

Ieſuato-

Ieſuatorum ſodalium origo 87
Ieſus Chriſtus quando natus 184
Ieſus Vicarium reliquit Petrum ibid.
Ieſus quot annis uerſatus ſit in terris ibid.
iformium oppid. 203
ignanellum 109
ignum uilla 61
illicæum oppid. 457
Imeſulus amnis 750
immanitatis ſingulare exemplum 143
imola ciuitas 491
imolæ nominis origo ibid.
imolæ imperium qualc ibid. & 492. 493
imperiorum in Italia diuiſio prima 182
imperatores Conſulatum geſſerunt 184
incantatores anguium hoc tempore 227
inciſa oppid. 74
inclinatio imperij Rom. ſub Impp. Arcadio & Honorio cœpit 11.38. 591
Induſtria oppid. olim 586
inginium 132
inginius mons 133
innocentius I. Pontif. 216
innocentius III. Pontif. 219
innocentius V. Pontif. Rom. 27
innocentius VIII. Pontif. Rom. 27
inſcriptio uetus apud Auguſtam Prætoriam in Alpium trophæo 706
inſubres Galli 641
inſubrium fines ibid.
inſubrium limes Verbanus 691
inſulæ multæ ab continenti Italiæ terræmotu auulſæ 3
Inſulæ ui terræmotuum repente è mari emerſere 311
inſula Troiana 48
inſula ſacra 54
inſula in lacu Volſinio 105
inſula oppid. 333
inſula Comacena 652
inſula ſcaligera 713
inſula oppid. 777
inſula caſtrum, Interamnia olim 414
inſula Tiberis Romæ 179
inſula in lacu natans 152
interamnia ciuitas 142
interamnia unde dicta ibid.
interannia Rom. colonia ibid.
interamnatium pratorum mira fertilitas ibid.
interamnates caules & rapæ præcipue ibid.
interamnates columbæ præſtantes ibid.
interamniæ Rom. colon. ueſtigia 416
interdicum oppid. 148
intermontium oppid. 292
interocrea urbs. Ocrea 155
intratium oppid. 697
inuentini 51
Inuus dicitur Pan ſeu Faunus 51
inuentum oppid. olim 527
Ioanna prima Neapol. regina ſtrangulata 281
ioanna prima Neapoli. reg. Ludouicum primum Angolemenſem adoptauit ibid.
ioanna ſecunda Neapol. reg. Ludouicum III. Angolemenſem prius, dein Alfonſum Aragoniæ regem adoptauit, poſtremò reſciſſa adoptione Alfonſi Renatum Lotharingiæ Ducem inſtituit heredem ibid.
D. Ioannatij oppid. 363
Ad D. Ioannis in Perſiceto oppid. 522
ioannes Annius Viterbinus 115
ioannes Baptiſta Montanus 722
ioannes Petrus Ferrettus 473
ioannes Maria Riminaldus IC. 540
D. Ioannis oppid. 581
Ioannes Sangeminianus 77
ioannes Suardus IC. 637
ioannes Antonius Flaminius 493
ioannes Columbanus Senenſis 87
ioannes Tortellius 96
ioannes Britannicus 623
ioannes Picus, Ioannis Franciſci F. prodigioſi ingenij 557
ioannes XXIII Pontif. 278
ioannes Rufus Theodulus 478
ioannes Antonius Campanus 251
ioannes Lignanus IC. 683
ioannes Franciſcus Stoa 625
ioannes Craſſus 319
ioannes II. Bentiuolus. 508. diu multum polluit in urbe. 509. à Iulio II. Pontif. pulſus ibid.
D. Ioannis mons 155.156
ioannes Baptiſta Egnatius 809
ioannes Baptiſta Mortoranus 319
ioannes XVIII. Pontif. 657
ioannis Franciſci Pici cædes 557
ioannes Petrutius IC. 102
ioannes Aquilanus 399
ioannes Tabianus 16
ioannes Balbus 27
D. Ioannes Gualbertus pater monachorum Vallis Vmbroſæ 69
ioannes Carolus 70
D. Ioannis oppidum 75
ioannes Maria Cataneus 688
ioannes Paulus Parrhaſius 319
ioannes XVII. Pontif. 473
D. Ioannis planities 322
Ioannes ab imola IC. 493
D. Ioannis Rotundi oppid. 380
ioannes XIII. Pontif. 154
ioannes Camers 425
ioannes Grammaticus 473
ioannes IIXX Pont. 233
ioannes Campſinus Neapolitanorum tyrannus 279
ioannes Anagninus 219
ioannes Franciſcus Camenus 102
ioannes Galeatius Comes Virtutis 676
ioannes Mancinellus 142
ioãnes Galeatius Vicecomes Valentinã filiam Ludouico Aureliano Duci nuptum dedit 676
ioannes Galeatius Vicecomes primus Mediolani Dux ibid.
ioannis Mariæ Vicecomitis immanis feritas 677
ioannes Pontanus IC. 140
D. Ioannis Pelagici inſula 778
iois oppid. 302.371
Ad D. Ionæ 228
ionium mare unde dictum 359
iouencus amnis. Pitornius 228
iouis Latial. ædes 216
Iria urbs olim, uel Antilia 582
iriæ urbis ueſtigia 583
iſaria fluuius 707
iſaurus amnis 444
iſcitella oppid. 378
iſclerus amnis 285
iſeus lacus 625

iſeum oppid. ibid.
iſota Nouarula 721
iſſa inſula 151
iſtia 84
iſtria priùs dicta Iapidia 775
iſtria unde dicta ibid.
iſtria peninſulæ formam habet. 776
iſtriæ fines ibid.
iſtricum marmor 779
iſuuium 133
italiæ origo 1
italiæ uaria nomina ibid.
italia quondam Saturno ſacra fuit 2
italia Virgilio magna Heſperia dicta 3
italia unde dicta 4
italus rex uir bonus & ſapiens 4
italiæ primordium circa Tiberim cœpit 4
italiæ nomen poſtea latiſſimè diffuſum 4
italiæ ueteres & recentiores termini 5
italiæ figura iuxta Ptolemæum peninſula 5
italiæ ſitus 5
italiæ figura iuxta Plinium & Solinũ folij querni 5
italiæ figura iuxta recentiores, crus humanum 5
italiæ figura triquetra iuxta Polybium 6
italiæ longitudo 7
italiæ latitudo maxima, media, minima 7
italiæ umbilicus 7
italiæ circuitus 7
italia quibus ſpatijs diſtet à circumiectis terris 7
italiam quæ gentes aduenæ & populi petiuerint 7
italiæ ſolum præſtantiſſimum multitudo aduenarum conuincit 7
italiæ laudes ex Strabone 8
italiæ laudes & commendatio ex Dionyſio Halicarnaſſ. 9
italia omnium orbis terrarũ prima 9
italiæ diuiſio uaria 9
italiæ diuiſio iuxta Catonem & Sempronium 10
italiæ diuiſio iuxta Plinium 10
italiæ diuiſio ſecundum Ptolemæum 10
italiæ diuiſio ex Antonino 10
italiæ diuiſio ex libro Fiſci Romani 10
italiæ diuiſio ſecundum Blondum 11
italiæ diuiſio noua auctoris in Regiones XIX. 11
italiæ clades omnium maximæ 11
italiæ urbium numerus olim 11
italia quot adhuc habeat ciuitates 11
italiæ uires nuper maximæ 488
italiæ totius anguſtiæ maximæ ubi 320
italiæ umbilicus 149
italicam linguam ueterem uernaculã Longobardi corruperunt, non Gothi 418
italica dicta Corfinium 396
itrum caſtrum 208
itulonium 47
iubilæi anni centum annorum quis fuerit conditor 219
iudaica 813
iudex oppid. 392
iugum D. Mariæ 410
iulia Noua oppid. 403
Ad D. Iulianum oppid. 387
iulium opus in Baiano ſinu. 263
iulius II. Pontif. Rom. 18
iulius Cæſar quo anno occupauerit imperium 184
iulius Cæſar quà in Heluetios tranſierit 699
iuno Era 160
iunonis Argiuæ templum 298
iunonis Sopitæ templum Lanuuij 217
iunonis Cupranæ templum 428
iunonis Laciniæ templum 333
iunonis Laciniæ templi ueſtigia nunc 334
iuo Peruſinus I C. 101
iupiter Belus dictus fuit Ninus 146
iurea ciuitas Lamporegium, Eporedia, Eporediæ 705
iuſtinopolis ciuitas. Caput Iſtriæ 779
iuuenatium ciuitas 368

L.

Labatus fluuius. Quietus nunc. Plinio Nauportus 778
labatum oppid. Nauportum ibid.
labicanũ uel Labicus oppid. olim 218
labicus olim 221
labicus dictus Glaucus ibid.
labicana uia ibid.
labinius amnis 521
labyrinthi iuxta Cluſium à Porſena facti deſcriptio 90
labyrinthus 269
lacinium promontorium 333
lacinium promontorium unde dictum 334
lactantius Firmianus 424
lacus ſub monte Matheſio 411
lacus famoſus prope Nurſiã 420.421
lacus Nurſinus quomodo moueatur 422
lacus anguium plenus 315
lacus mirabilis 273
lacus Regillus 218
lacus Larius. Comacenus 650
lacus Niger oppid. 302
lacus Celanus, ſeu Albanus, ſeu Marſicus, ſeu Fucinus 227
lacus duò mirabiles 83
lagaria oppidum olim 339
lagaritanum uinum ibid.
lainum oppidum olim Laum 303
laina oppid. 393
lamber fluuius 645
Lamellum inſula 44
lametia fluuius 699
lamium oppid. 726
lancianum ciuitas 394
lanfrancus Ticinenſis. I C. 657
lanfrancus Gipſius I C. 487
lanfrancus Orianus I C. 622
lanuuium 217
lapidis uocabulo milliaria deſignabant Romani 161
lapides exuſti in Volaterrano 82
lapis alter in Volaterrano 81
lapis qui tornatur in uaſa coquendis eſculentis 640
lapis qui in uaſa tornatur 700
lapus Caſtilionius 70.93
lapus Turrianus I C. 758
larda fluuius 573.575
largo ſinus 777
lari 77
larinum oppid. 386
larius lacus unde dictus 650
larij ſitus & forma 650
larij longitudo & latitudo ibid.
larij deſcriptio ex Anglo Mediolanenſe 651

larius

arius optimis piſcibus abundat maxime truttis 652
larthes Porſena 90
larthes quid 605
larthenianum oppid. 123
larthes ſummus rex ibid.
larus amnis 117
laſtra 75
laterina 75
latianum oppid. 364
latina uia 182.211
latina uia Flaminia 142
lationicum, uel Latio uicus 303
latium maximas habuit mutationes 238
latij gentes & urbes plurimæ amiſſæ 237
latij Principum primorum catalogus 183
latium unde dictum 162
latij fines ueteres 164
latij fines recentiores ibid.
latium uariæ gentes incoluerunt ibid.
latium haudquaquam à Latino denominatum ibid.
latini à Latio dicti ibid.
lauania fluuius. Entella 30
lauania uicus 30
lauda ciuitas 641
lauda Pompeia ibid.
laudæ urbis & nominis origo ibid.
laudæ Pompeiæ nomen unde 642
laudenſium clades à Mediolanenſibus accepta ibid.
laude nouæ initia ibid.
laudenſium imperium quale ibid.
laudenſis ager mirè irriguus & herbidus 643
lauda uetus 645
lauellum oppid. 372
lauena oppid. 689
lauentia torrens 40
lauinia uallis 520
lauinium 197
lauinium à quo conditum & denominatum ibid. & 200
lauinium & Laurētum diuerſa oppida 200
laula fluuius 55
laula oppid. 55
laum oppidum, nunc Lainum 303
laumellum oppid. 687
laumellinus ager. Laumellina ibid.
laura Ceretes 623
ad D.Laurentium oppid. 409
D.Laurentij oppidum 104
laurentius Calcaneus I C. 622
laurentius Rodolphus I C. 70
laurentius Medices Petri F. 71
laurentius Saminiatus primus in annos ſingulos ſcripſit iudicia 76
D.Laurentius Aretinus 96
lauretum uicus 529
lauretum 427
lauretum oppid. 400
laurinum 302
Laus ſeu Talus amnis. Sapris. Coccus nunc 300.303
lazaretum uetus 814
lazaretum nouum ibid.
leborini campi 239
lecia 82
lecia torrens 573
lencia fluuius. Anitia. Nitia 562
lecius Orcus amnis 631
lelius Tiphernas 132
lemus amnis 778
lendenaria oppid. 544
lenerus amnis, Nouus 729
lentus amnis 394
Leo X. Pontif. 69
Leonardus Statius 69
leo Albertus 70
leonardus Datus 70
leonardus Nouarula 721
D.Leonardi templum ferramentis & unculis abundans 384
leonardus Iuſtinianus 808
leonardus Brunus Aretinus 96
ad D.Leonem, ciuitas 452
leoneſſa oppid. 148
leonicum oppid. 729
leponty populi 695
lepontiorum ſedes 696
leporarium 439
leporarium prope Ticinum 657
leſcalia uicus 81
leſina ciuitas 387
leſina Illyrici inſula ibid.
leſinæ lacus. Pontanus ibid.
leſſa oppid. 697
letteranum oppidul. 292
letum Paleni oppid. 393
letus uiuus, amnis 426
letus mortuus amnis 422.423
leuca oppid. olim 355
leuternij gygantes ibid.
leuternium litus ibid.
leucippi dolus 343
leucogabi colles 271
leucopetra promont. 312
leucoſia inſula Sirenum una 2[illegible]
leucum oppid. 63[illegible]
leuci lacus ibid.
leui gens Liguſtica 653
libera porta Romæ 171
libianum 81
liberos inſtituendi mos olim apud Spartanos & Lucanos 504
libra facta oppid. 57
librata amnis. Albula 402.396
licaonia dicta Tiberis inſula Romæ 180
licena oppid. 727
liguriæ nominis origo 13
liguriæ fines antiqui 13
ligures ciſapennini & tranſapennini olim 13
liguriæ tranſapenninæ fines ut nunc ſunt 13
liguriæ tranſap. longitudo & latitudo 13
liguriæ diuiſio iuxta Strabonem 14
ligures Ingauni & Intemelij 14
liguriæ diuiſio recens 14
liguria rupibus montibusq; & ſyluis horrida 14
ligures duri & ueloces 14
ligures ab Romanis debellati 14
liguriæ ſitus arduus 14
ligures ob inopiam domeſticam finitimos infeſtabant 14
ligur malo aſſuetus 15
ligures Sallyi 15
ligures Ingauni 17
ligurum montes 55
ligures Ciſalpini 580
ligurnus portus 40
ligurnus portus à Piſanis munitus 40
lilius Gregorius Giraldus 540
lilucij oppid. 340
limata oppid. 409
limen fluuius. Romatus 751.755
limentina fluuius 519
limencellus amnis 344
limones uarij 295
limprimanum 124
linarium 75

linda

linda oppid. 780
lingurium 14
liniacum oppid. 713
linterna palus 252
linterni urbis ueteris reliquiæ ibid.
linternum colonia Rom. 253
linterni Scipio Africanus in exilio uoluntario egit ibid.
linterni Africanus ſplendidas ædes cõſtruxit ibid.
linterni ueſtigia nunc 254
linus Pontif. Rom. 80
lippus Rainutius 70
lira amnis 640
liquentia fluuius 749
liris amnis 210.241.412
liſta urbs olim caput Aboriginũ 152
liſantia 692
lithoſtratum nobile 230
litus circa Venetias 784
liuerna oppid. 709
liuium oppid. 475
T. Liuius hiſtoricorũ princeps 742
liuurnum oppid. 704
lobrutullium 412
locanus amnis 331
locarnum 692.698
locrorum urbis locus 326
locros quis condiderit 327
locri Epizephyrij quondam ibid.
locrorum res præclare geſtæ ibid.
locri olim Italiæ flos ibid.
locrorum ueſtigia ubi 328
locrenſes ad Pœnos defecerunt ibid.
loianum 498
lombardiæ nominis origo 599
lombardiæ tranſpadanæ fines 600
lombardiæ tranſpadanæ gentes ibid.
lombardiæ ciſpadanæ fines 546
lonatum oppid. 616
longena torrens 574
longbola Tuſſa oppid. 113
longobardia regio. Lombardia 545
longobardorum origo ibid.
longobardi unde dicti ſint 546
longobardi quot annis Italiam tenuerint, & ſub quot regibus ibid.
longobardorum in Italiam aduentus 663
longobardicorum regum in Italia catalogus ibid
longobardi regio nomine ſublato Duces xxx. conſtituerunt 664
lõgobardici Duces præcipui quatuor ibid.
longobardi iterum crearunt regem cum Flauij cognomine 664
longobardorum inter ſe certamina de regno ibid.
longobardicæ leges 418
longola oppid. 113
lonzanum oppid. 457
lopitium caſtellum 309
lotium oppid. 730
louercum oppid. 640
luca ciuitas 57
lucæ origo 17
luca Rom. colonia 57
lucæ ſitus 57
lucæ princeps Bonifacius 58
lucenſes libertatem emunt ab Imper. Rodolpho 58
lucentium tyrannus Vgutio Phaſcolus 58
lucenſium Princeps Caſtrucius Caſtracanus 58
luca Petro Rubrio commiſſa 59
luca Maſtino Scaligero ceſſa 59
luca Florentinis uendita 59
lucam Piſani obſident 59
lucenſibus reſtituta libertas 59
lucenſium tyrannus Paulus Guiniſius 59
lucenſes nunc libertate gaudent 59
lucius III. Pontif. 237
lucanus pons 297
lucania regio nunc Baſilicata ibid.
lucania unde dicta ibid.
lucani ab Samnitibus orti ibid.
lucania montoſa & horrida ibid.
lucaniæ fines ibid.
lucania latrocinijs infamis ibid.
lucanæ oræ longitudo 300
lucaniæ fines olim latiſſimi 303
lucas Bernardus 623
luceria ciuitas 381
luceria Saracenorum cognominata 382
luceria D. Mariæ ciuitas appellari iuſſa ibid.
luceriæ turris adhuc inſignis ibid.
luceria unde dicta 383
luceoli urbs olim 442
lucei iuxta Timauum olim ſacri 773
lucianum 89
D. Luciæ balneum 266
lucinæ templum 52
lucina ſylua 485
luciolum 32
lucretiæ Sextus Tarquinius Collatinum intulit 161
lucretilis mons 159
lucrinus lacus 260
lucrinus ſinus ſeu lacus 263
lucrinus oſtreis & auratis abundat ibid.
lucrinus & Auernus piſcoſi ibid.
lucrinus unde dictus 264
luculli uillæ ruinæ 272
lucumo quid 615
lucus Vulſinenſium 106
lucus Hetruriæ ibid.
lucus ſolis indigetis 201
lucus oppid. 487
lucus in Gargano mirabilis 380
lucus ſacer agro Minturnenſe 242
lucus oppid. 396
ludouicus Sfortia Mediolani Dux 680
ludouicus Montorius Comes 399
ludouicus XII. Franciæ rex Mediolani Dux appellatus 680
ludouicus Cœlius Rhodiginus 543
ludouicus Arioſtus 540
ludouici Sfortiæ fatum 589
ludouicus XII. Franciæ rex Neapolitano regno potitur 283
ludouicus Pontanus IC. 140
ludouici Alidoſij fatum memorabile 492
ludro oppid. 617
ludronij Comites ibid.
luganus lacus 689
luganum oppid. 690
luguni lacus amplitudo 690
lugi ſylua 487
luitprandus Leuita 657
luna urbs 38
lunæ portus 38
luna deſerta 39
luna Rom. colonia 39
luna caſeo abundauit 40
lunenſe uinum Hetruriæ palmam habuit 40
luniana 40
lunenſe marmor 56
lunatula oppid. 285
lunianæ montes 55
lupiæ deleta urbs, ſeu Lubiæ, ſeu Luſpiæ,

ſpia, ſeu Liſpie, ſeu Lupium, ſeu Lubis 361
lupiana palus Lugeia 778
Ad D. Lupum oppid. 409
lurnus torrens 568
luſillum oppid. 303
luſillina ſylua 303
luſtinianum 82
lutetiæ Pariſiorum circuitus 20
lybici populus, Libecij, Lebetij Lebui 702
lybici unde dicti ibid.
lybicorum fines ibid.
lycini forum 647
lydus amnis dictus Tiberis 126

M.

Maccaſtorma oppid. 641
macerata ciuitas 426
macerata Montisfeltrij opp. 444
machaneum 694
macra fluuius 32
macrobius Parmenſis 571
madia flumen 698
madinum 749
madrucium 614
meonum oppid. deperditum 116
meonia oppid. deperditum ibid.
meonianus campus ibid.
magadinum 692.694
magentia 213
maglianum ciuitas 156
magna Græcia regio 324
magna Græcia unde dicta ibid.
magnæ Græciæ ueteres fines ibid.
magnæ Grecię fines recentiores ibi.
magna Græcia nunquam dicta tota Italia 325
magnetis uſum in nauigando repererunt Amalphitani 294
magorum trium corpora Mediolano tranſtulit in Agrippinenſem Coloniam Aenobarbus 668
mahumetes quando primum extulerit caput 193
maida oppid. 321
maiella mons 392
maior, ciuitas 294
maior, uicus 542
maior lacus quare nunc dicatur Verbanus 691
maior mons 781
maior bium 814
maioricana uaſa fictilia Druidani eximiè faciunt 142
malalbergum, Maletum 498
malateſtarum gens nobilis Arimini principatum habuit 454
malateſtarum genealogia 455
malateſtarum gentis exitus 456
maluecentum unde dictum 405
malengus amnis 640
malgra 55
malianum 84.124.125.227.228
malpaga 617.631
malpaga Verbani 697
mambrinum oppid. 709
manertium oppid. olim 331
manertini gens ferociſſima unde orti. ibid.
mãmeæ uilla cum ſtagno inſigni 266
mammolus pons, ſeu mammeæ 237
mamurræ urbs uetus 208
mamurrarum gens Romæ ibid.
mamurra ab Catullo prociſſus ibid.
manariola 31
mandella pagus 158
mandurinum olim ſeu Manduria 364
manfredonia ciuitas 376
manfredoniæ urbis & nominis origo ibid.
manfredoniæ arx inuicta ibid.
manfredi & Euridis fuga 554
manfredi & Euridis filiorum nomina ibid. 555
manfredorum gentis Fauentiæ principum interitus 483
manna legitur iuxta Thurium 338
manna liquor ex D. Andreæ reliquijs apud Amalphitanos exudare dicitur 294
manna latex ſtillans ex reliquijs Diuorum apud Vigilias 368
manna liquor admirabilis ex reliquijs D. Nicolai Mireani emanans Barij. 367
manna in Brutijs colligitur 314
manna de cœlo rorat ibid.
mannam exudat marmor 408
mantianum 124
manthia ciuitas 308
mantua ciuitas 602
mantuæ urbis & nominis origo ibid.
manto Tireſiæ uatis filia ibid.
mantua quanto antiquior Roma 603
mantua à diuinatione nomẽ habet ib.
manto quare in Italiam uenerit 604
mantuæ formam reipub. condidit Ocnus ad exemplum totius imperij Thuſcorum 605
mantuæ primi coloni, Thebani, Veneti, Thuſci ibid.
mantua quando cõdita ibid. & 606
mantuanæ reipub. forma uſq; in præſens. 606
mantuæ principatum nactus Ludouicus Gonzaga 607
mantuanus Marchio primùm creatus Ioannes Franciſcus Gonzaga 608
mantuæ Dux primus Federicus Gonzaga 610
mantuæ ſitus ibid.
mantuanorum clades ibid.
manzolinum oppidul. 523
maranum oppid. 729
maranum oppid. Varanum, Marianũ 756
marantium 81
marcellus numus Venetus 805
marcelli interitus 660
marcheria oppid. 616
marchiones Mulatij 32
marchiæ Anconitanæ nomẽ unde ortum. 418.419
marchionatus quid ſignificet ibid.
marchiæ Anconitanæ fines 419
marchia Firmana
marchia Taruiſina regio unde dicta 711
marchiæ Taruiſinæ fines 712
D. Marci ciuitas 315
D. Marci corpus quando allatum ſit Venetias 795
marcinaſcum 707
marcus Vitruuius Architectus 722
marcus Antonius Coccius Sabellicus 224
marcus Lippamanus I C. 809
marcus Vgerius 18
marcus Guacius 611
mare paruum 351
mare magnum ibid.
mare Leoninum, Liguſticum 32
mare Mortuum lacus 259
marſetta ciuitas. Morſitta. Melfatta 368
D. Mariæ Sanguinaianæ fanum 116
D. Mariæ Caſſannæ oppid. 426

(.:.) D.Ma-

D.Mariæ templum 157
D.Mariæ Tremitinæ olim Diomedeæ insulæ 379
D.Mariæ Basellanæ fanum 633
D.Mariæ Lauretinæ fanum inclytum 427
munitum egregiè 428
D.Mariæ Forocaßianæ templum 121
D.Mariæ montis Ortoni ædes 744
D.Mariæ Saxeæ fanum 75
D.Mariæ gratiarum insula 779
D.Mariæ Quinquemillium 392
D.Mariæ Porticariæ fanum 465
D.Mariæ Vurgani agri ædes 52
D.Mariæ in balneo oppid. 462
D.Mariæ Victricis ædes in campis Palentinis 227
D.Mariæ Georgianæ oppid. Tegnũ olim 424
mariaßus Socinus I C. 88
marianus Socinus iunior I C. 88
marica nympha 242
marica Fauni coniux ibid.
marina torrens 61
Ad D.Marinellæ 52
marinum oppid. 211
mariana uilla ibid.
maritima regio Senæ 47.50
maris Ionij & Adriatici diſcrimen 355.359.378
marius Aluetius Aequicola 225
C.Marij interitus 231
marius Podianus 102
C.Marius ſepties Cõſul, Arpinas 413
C.Marius in Minturnenſium paludibus latuit. 210
martha fluuius. Oſa 105
martha oppidum 105
martianum 89.102
marthenianũ oppid. Veij, Veiẽs 123
martina oppid. 371
D.Martini torrens 438
martinus primus Pontifex 143
D.Martini Cirnoſii oppid. 767
D.Martini oppid. 707
D. Martini oppid. 457
martinengum oppid. 631
martinus Turrianus Mediolani princeps 670
martis oraculum Tioræ 151
martis templum & oraculum 132
marturanum ciuitas 320
martyrum uallis ad Hydruntem 356
martyres Spoleti ſub Diocletiano necati 139
marzanus torrens 484
Ad D.Margaritam 30
margotius mons 700
margotius lacus ibid.
marlianum, ſeu marianum, ſeu Mercelianum 284
marlianum ſeu Marianum, ſeu Marlianum 647
marmoris lapicidinæ 56
marmiroli uilla nobilis Gonzagarum 163
marnum Marruuij ueſtigia 226
maroſticæ oppid. 745
marotium oppid. 690
marruuium urbs olim 226.151
marruuij unde dicti ibid.
marrucini 399
marrucinorum fines ibid.
marſilius Ficinus 70
marſi incantabant ſerpentes 226
marſicum bellũ quod & ſociale 396
marſi unde dicti & orti 225
marſi gens ferocißima ibid.
marſicum bellum ſeu ſociale 226
marſi à Romanis debellati ibid.
marſilius Carrarienſis Patauij tyrannus 740
marſoni piſces 633
marucium caſtell. 354
marulli Bizantini interitus 44
maruti Taberna. Forum Appij 218
maſafra oppid. 346
maſſæ erant pagi 532
maſſa Lombardorum oppid 495
maſſa ciuitas 293
maßicanum uinum ibid.
maſſa Trebaria 436
maſſa 55
maſſa ciuitas 84
maßicus mons 242
maßicum uinum ibid.
maßicus mons exudat ſulphur uti tiam Veſeuus ibid.
maßici montis fines 243
maßicum promontorium ibid.
maßonium oppid. 402
maſtinus Scaliger Veronenſium Prætor. 717
matalana 31
matelica oppid 433
matera ciuitas. Acherontia 345
materæ ſitus mirabilis ibid.
materani cœlum ſideribus refertum poßunt ludere ibid.
materam diruère Saraceni ibid.
materlani ibid.
mathildis Comes Ferrariam habuit 533.534
matiera 142.151
matola 84
matris Deûm ædes 410
mattheus Palmerius 70
mattheus Magnus Vicecomes 670
mattheus Vicecomes Vicarius Auguſtalis 672
mattheus Vicecomes quas urbes & oppida tenuerit imperio 674
matthesius mons 411
mattheus Peruſinus I C. 101
mattheus Peruſinus II. I C. 101
mattheus Fœlicianus I C. 102
mattheus Aquaſpartanus 145
mattheus Boſſus 722
mattheus Foreſtus I C. 637
mattheus Vegius 644
mattheus Syluaticus 611
matuſcum 31
D.Mauri oppid. 340
maxenta 685
maxentius apud Miluium pontem à Conſtantino uictus 175
maximilianus Stampa Marchio Soncinas 626
Meagrus ſcopulus apud Neapolim 278
meani planum 112
mecenas 96
medama urbs olim 309
medama fons 309
medea ſoror Circes 226
medici mali mira uarietas 295
medecina oppid. 496
mediolanum ciuitas 657
mediolani primordium 658
mediolanum unde dictum ibid.
mediolanum Inſubrium caput 659
mediolani imperium quale florentibus Romanis 660
mediolani multi Imperatores conſederunt ibid.
mediolanum ab Athila direptum ibid.
mediolani imperium quale poſt Athilam 661

mediola-

mediolanenſium inſignis clades 662
mediolano potiti Longobardi 663
mediolani imperiũ quale fuerit poſt Longobardos 665
mediolano qui Imperatores & tyrãni ſint potiti poſt Caroli Magni genus 666
mediolanenſis Eccleſia olim libera 667
mediolani plebs cum nobilibus contendit ibid.
mediolanum crematum ibid.
mediolanum cepit Fridericus Aenobarbus & euertit 668
mediolanenſis ager in ſex Comitatus diuiſus ibid.
mediolanum quæ gentes inſtaurarint ibid.
mediolani inſtaurati ſub Aenobarbo qualis forma imperij fuerit 669
mediolanum reuerſi Turriani 672
mediolani imperium quo iure ſibi uendicent Francorum reges 676.
mediolanenſium Ducum maximi natu filij quem titulum habuerint 677
mediolani imperium ad Sfortiarum gentem quomodo uenerit 679
mediolano potitus Carolus V. Imperat. 681
mediolanũ artificibus omnigenis plenum ibid.
mediolani caſtellum munitiſſimũ porta Iouiæ 682
mediolanenſis agri caſtella uiciq; plurimi 684.685
medius Fidius 157
medole oppid. 616
medonium oppid. 373
meduacus portus, Edronis eſt ſeu Clodianus 736
meduaci portus 815
meduacus maior Brenta eſt, minor Bachilio 730
meduna fluuius 309
medunus amnis 750
medunus mons ibid.
meira fluuius 640.652
mella fluuius, uel Melo 624
meldola oppid. 474
meldolæ clades 475
melgola riuus 644
melci. Melpum oppid. olim ibid.
mellaria 544
melignianum oppid. 646
C. Meliſſus Grammaticus 139
melphis oppid. olim 300
melphis amnis ibid. & 413
memoriæ tenaciſſimæ exemplum 154
menatium oppid. 559
menacus amnis 543. 713
mengus Fauentinus 483
mentonium 16
mercadellum 436
mercatellum 102
mercuriale oppid. 411
mergelinæ Iacobi Sannazarij uilla ſplendida 275
merula fluuius 16
merulum 222
meſauci populi 695
meſaucum ibid.
meſia ſylua 123
meſium oppid. olim ibid.
meſopotamia quid 585
meſſanius amnis, foſſa 479
meſſania oppid. 360
meſſapia ubi quondam fuerit ibid.
meſſapia unde dicta 353
meſtrium oppid. Menſtra 745
metaleonis oppid. ſeu matalonis ſeu magdalonium 285
metapontum urbs olim 343
metapontum à quo conditum ibid.
metapontum à Samnitibus euerſum 344
metaponti locus 339
metaurus fluuius 310.436
metaurus portus olim ibid.
methamaucum oppid. olim 815
methamauci portus 736
metius Sabinorum Dux 170
meuania oppid. 137
mezentius Agillinus 53
michaël Angelus 71
michaël Sauonarola 743
D. Michaelis ſpecus cum templo in Gargano 379
D. Michaëlis archangeli domicilium 379
Milionicum oppid. 344
milliare aureum Romæ 172
milonis Crotoniatæ interitus 335
miluius pons 125
mincius fluuius 601
mineruæ templum Luceriæ quondã 381
mineruæ promontorium 292
mineruæ templum olim in Iapygio 355
mineruinum ciuitas 362
minianum 244
D. Miniati oppid. 76
minio fluuius 51
minor, ciuitas 294
minturnæ urbs olim 242
minturnæ colonia Rom. ibid.
minturnis generale concilium habitum ibid.
minturnæ urbs olim 210
minturnarum ueſtigia ibid.
minturnæ colonia Rom. ibid.
mirabella oppid. 408
mirabellum oppid. 684
miraculum hoſtiæ conſecratæ 472
miraculum hoſtiæ conſecratæ ſanguinem ſtillantis 104
miraculum carnis porcinæ apud Coſenates 460
miraculum de templo Iunonis Laciniæ. 334
mirandula oppid. 554
mirandula unde ſic dicta 555
mirandulæ arx inſignis 556
mirandulæ principes diu Pici gens clara ibid.
mirandula euerſa & inſtaurata ibid.
miſa fluuius 435
miſanum urbs deleta 518
miſani planities ibid.
miſcanus amnis 408
miſcellus gibber 335
miſenus mons 258
miſenum promontorium ibid.
miſenus Aeneæ ſocius ibid. tubicen. 259
miſeni claſſem tenuit Auguſtus & Rauennæ 259
miſenus mons cauus ibid.
miſenus ab Aenea immolatus 265
mitieuolus fluuius 59
myrtorum nemora in Brutijs 308
mocenicus nummus Venetus 805
mocolanum oppid. 773
moconus amnis 340
modiana oppid. Mutilum 484
modoetiam à Mediolano tranſlata

ferrea corona Cæſarum 662
modoëtiæ quondam imperatores Electi ſumebant coronam ferream 647
moguntium oppid. 647
moiæ, ſalinæ 81
mola uicus elegans 209
mola oppid. 367
molphæ oppidi ruinæ 300
monatius lacus 689
monatium oppid. ibid.
moncia oppid. Modoëtia 646
monelia. Monilia 31
moneta Monachus prædicator 630
monfortium oppid. 221
monfortinorũ gens nobilis Rom. ibi.
monianum 112
monopolis ciuitas 366
monopolitano in templo ſacellum nobiliſsimum ibid.
mons Vellius 520
mons maior D.Bernardi 706
mons Iouis ibid.
mons Minor D.Bernardi ibid.
mons columna Iouis ibid.
mons Peloſus ciuitas 345
mons Nouus oppid. 435
mons Bodius oppid. ibid.
mons Silicis oppid. Acelum Acedum 703
mons Niger oppid. 44
mons Piſcalus 48
mons Fœlicianus oppid. 89
mons Politianus oppid 89
mons Leo 92
mons D.Mariæ 158
mons Ruber oppid. 31
mons Sanctus oppid. 404
mons Morus 302
mons Apertus 89
mons Brandonius oppid. 420
mons altus ciuitas 315
mons Plarus 390
mons Lurus oppid. 451
mons Virginis 410
mons Cinſius 707
mons Cerberi oppid. 82
mons Rotundus oppid. 82
mons Ianus oppid. 568
mons Lucius oppid. ibid.
mons Carolus oppid. 59
mons Barotius oppid. 446
mons Falcus oppid. 137
mons maior oppid. 520
mons D.Ioannis oppid. ibid.
mons D.Petri oppid. ibid.
mons Veianus 102
mons Phyſcon oppid. 106
mons Phaliſcus ibid.
mons Falconis oppid. Verruca 767
mons Scipionis uel Sempronij 699
mons Calerius oppid. 593
mons Caſtellus 102
mons Niger oppid. 390
mons Leo ciuitas 321
mons Sagianus oppid. 386
mons Varcus oppid. 75
mons Lupus oppid. 75
mons iuſtus oppid. 75
mons Roſeus oppid. Roſulum 122
mons Maſsus 84
mons Vrſalus oppid. 84
mons Rotundus oppid. Eretum 160
mons Viridis oppid. 402
mons Gualcus oppid. 402
mons Bonus oppidul. 152
mons Leo oppid. 148
mons Bellus oppid. 729
mons Brunus 579
mons Petriolus 102
mons Caluus oppid. 158
mons Planus 391
mons Scutarius oppid. 84
mons Leonus 309
mons Aſdrubalis 442
mons Caballus Romæ Exquilini pars 178
mons Grumus olim, nunc Crepacorius 408
mons Labianus 393
mons Saticulus oppid. 409
mons Rufolus 82
mons Scalioſus oppid. 344
mons Corumus 384
mons Caulonus 331
mons Acutus 97
montedolium 97
mons D.Mariæ 97
mons Albanus 97
mons Alcra 97
mons Columna 97
mons Magius oppid. 452
mons Abbatis oppid. 444
mons Mauri 460
mons D.Martini oppid. 424
mons Syluanus oppid. 400
mons D.Honorati oppid. 427
mons Aionis oppid. 77
mons Opulus oppid. 77
mons Aquilus oppid. 416
mons Zibius 559
mons Baronzonius ibid.
mons Caſuarius 426
mons ferro præciſus apud Narniam 155
mons Catinus oppid. 61
mons Merlus oppid. 61
mons Bobius 709
mons Dorſius oppidul. 390
mons perfoſsus à Claudio Imp. 224
mons Vlmus oppid. 426
mons Regalis ciuitas 592
mons planus oppid. 624
mons Vmbro oppid. 85
mons Micuolus oppid. 83
mons Alcinoi oppid. 85
mons Sanſouinus oppid. 89
mons Floris oppid. 422
mons Nouus oppid. ibid.
mons altus oppid. ibid.
mons fortis oppid. ibid.
mons Monachus oppid. ibid.
mons Italianus opp. deletum 117
mons Falco 441
mons Ceritus uel Cheruculus oppid. 563
mons Victor, Apennini celſiſsima iuga. 420
mons altus oppid. 51
mons Fuſculus oppid. 407
mons Militus ibid.
montes Tremuli. ibid.
mons Falco ibid.
montella oppid. ibid.
montisfeltrij Comites Vrbini Principes 444
monsferratus regio unde dicta 584
montisferrati deſcriptio 585
montisferrati Marchionũ ſedes 586
montisferrati Marchionatus nũc ad Ducẽ Mantuanum pertinet 588
montis roſei lacus, Roſuli 123
montis aurei amnis 727
montaniola 121
montauiana oppid. 736
montarunes 118
monteſanum 302
montironi Vallis 553
montona oppid. 780

montonium 55
montonium oppid. 136
montopolis oppid. 158
montorium oppid. 402
monumenta claris uiris ſolent ſtatui quanquam eorum non inferantur oſſa 254
monumēta antiquitatis multa apud Claſſem 465
moranum oppidul. 314
morbonium oppid. Morbonium 639
morcinum oppid. 421
morcotium oppid. 689.690
morlupum 124
morina torrens 624
moronida oppid. 285
mortaria oppid. Mortarium 687
morus amnis 394.591
moſcheæ Turcarum templa 357
moſcona 82
moſconæ arx 83
moſcum oppid. 374
motta oppid. Metta 751
motula ciuitas 346.402
mudernum 121
muetius amnis 695
mugellum 74
mugellani 74
mugila oppid. 774
mugonia porta Romæ 171
mulatium oppid. 32
mulinum 30
munianum 107
munio fluuius 62
murenarum gens Romana Lanuuio orta 217
murianum 813
muriani uitreamina nobili arte fiunt ibid.
muſcuſonium oppid. 400
muſo fluuius, uel Aſpis 427
muſonus amnis 745
mußum oppid. 651
mutecus torrens 750
mutina ciuitas 548
mutina Rom. colonia ibid.
mutinæ urbis & nominis origo ibid.
mutinam quis euerterit 549
mutina ut fuerit ab Triumuiratu ad Caroli Magni tempora uſq; ibi.
mutina quando & quomodo inſtaurata 550
mutinenſium reipub. forma 551
mutius riuus 644

N.

Napetinus ſinus 308
nar amnis, Nigra 148
nar unde dictus ibid.
nardum ciuitas. Neritum 364
narnia ciuitas 153
narnia unde dicta ibid.
narnia Rom. colonia ibid.
narniæ ſitus ibid.
narnia deſolata quandoq; fuit ibid.
narniæ pons inſignis 145
nataronus dictus Vulturnus 247
natianum 124
natiſo fluuius 759.766
naulius 644
naulius Marthesanæ 644
naulum ciuitas cum portu 17
naulinos epiſcopus ipſorū excecratus eſt 18
naulini uariè poſt epiſcopi excecrationem afflicti 18
naulum direptum 18
nauorius amnis 745
neapolis ciuitas 275
neapolis à quo condita ibid.
neapolitanorum munus oblatum Senatui Rom. 276
neapolis nomen Auguſto longè uetuſtius ibid.
neapolis ſumma ſalubritas amœnitasq; ibid.
neapolis degerunt plurimi nobiles uiri atq; literati ibid.
neapolitani regni fines 277
neapolis ſummè frequens hominibus nobilibus ibid.
neapolis opera illuſtria ibid.
neapolis uiæ elegantes 278
neapolis Curiæ quatuor ibid.
neapolis caſtella munitißima ibid.
neapolitanus portus frequentiß. ibi.
neapolis gymnaſium uniuerſale ibid.
neapolis multa Diuorum corpora uenerantur ibid.
neapolis moles in portu ibid.
neapolitanorum imperij forma 279
neapolim occuparunt Saraceni ibid.
neapolis in ditione Pontif. Rom. ibid.
neapolis imperium qui ex Normannis primi à Pontif. Rom. acceperint ibid.
neapolis & Siciliæ rex Normannus quis primus fuerit ibid.
neapolitanorum regum catalogus et ſeries ibid.
neapolitanum regnum quomodo ad Francos uenerit 280
neapoli potitur Carolus Angolenenſis ibid.
neapolitano regno Ludouicū XII. exuit Ferrandus Arrag. rex 283
neapolit. regnum ad Carolum V. Imper. deuolutum ibid.
neapolim fruſtra nuper obſiderunt Galli ibid.
neapolitanus ager amœnißimus ibid.
neapolitanum regnū quas regiones Italiæ contineat 404
neco fluuius 97
neethus amnis 337
negonum oppid. 559
neminia fons 149
nemoris ſtagnum 233
nepe ciuit. Nepita, Nepete, Nepet 112
nepe unde dictum ibid.
neptuni fons 149
neptunium oppid. Neptunia. Nettunia. 197
neptunus maris Deus 326
nequinum antea dictum Narnia 153
nequinum unde dictum ibid.
nereus Morandus I C. 478
nero Imper. nulla alia re damnoſior quàm in ædificando 196
neruium 30
nerula oppid. 158
neſanctus ager 151
neſtor fluuius 102
nexantium opp. olim ubi fuerit 779
Nicæa ciuitas 15
nicææ arx permunita 15
nicæa palea 591
nicaſtrum ciuitas 321
nicotera ciuitas 309
nicolaus V. Pontif. 55
nicola oppid. 55
nicolaus Accurſinus 57
nicolaus Nicolius 70
nicolaus Maciauellus 70
nicolaum 74
nicolaus Columbus 101
nicolaus Alexander I C. 102
nicolaus Pontif. Rom. 109

nicolaus Picininus 136
nicolaus Girardinus 319
nicolaus Fontana 579
nicolaus Perottus 436
nicolaus IIII. Pontif. 404
nicolaus Perottus 377
nicolaus Leonicenus 729
nicolaus Falettus 704
nicolaus Saxonius 250
D. Nicolai inſula 778
niger amnis 296
niger uel Nero mons 81
niger amnis occultè ſub terra primùm labitur 301
niger mons 156
nigra fluuius. Nar 148
nigra palus 431
nobilaria oppid. 446
noia 302
noia oppid. 363. 371
nola ciuitas uetus 286
nolam quis condiderit ibid.
nolæ ambitus olim, & nunc ibid.
nolæ obijt Auguſtus 287
nomentana uia 182
nomentum oppid. 157
nonantula 523
noſcum oppid. 408
nota 221
noualeſium 709
nouaria ciuitas 687
nouariæ origo qualis ibid.
nouariæ ſitus 688
nouariæ imperium quale ibid.
nouarula gens Veron. pernobilis 721
nouem pagi 107
nouum Comum. Nouocomenſes 648
nucaria oppid. 342
nuceria ciuitas 134
nucerini Fauonenſes ibid.
nuceria Alfatenia ibid.
nuceriæ plures ibid.
nuceria ciuitas nunc Paganorũ quære cognominetur 291
nuceria olim in Aemilia 567
numa Rom. rex 157
numa ubi cum Aegeria congredi ſolitus fuerit 234
numicus amnis exaruit 201
numitor Albanorum rex 168
nuntiata caſtellum 287
nura fluuius 573
nuria fluuius 400
nurſia ciuitas 141
nurſia frigida cur dicta Virgilio ibi.
nurſiæ ſitus ibid.
nurſinæ rapæ omnium maximæ ibid.
Nympheus amnis. Stura. Aſtura. 203

O.

Obeliſcus quid 54
obertus de Orto I C. 683
Occa torrens 574
ocrea urbs uetus, Interocrea 155
ocreæ urbis ueſtigia ibid.
ocriculum oppid. ibid.
ocnus 602. 603. Tiberini & Mantus filius 604
Odoacer Herulorũ regnator, Italiæ rex 661
odoacer ubi prorſus à Theodorico uictus 714
odofredus Beneuentanus I C. 407
Oenotria 1
œnotrij tres fuerunt 2
œnotria quæ primũm fuerit 366
œnotria regio quondam 306
œnotri olim & Itali qui fuerint dicti ibid.
oenotriæ inſulæ 300
œdipus quando regnauerit Thebis 606
Officina Leucæ 736
offida oppid 423
Olana oppid. 106
olearum & amygdalorum abundantia ſumma Trinio in agro 369. ſyluæ ibid.
olearum nemora ingentia in Brunduſino 359
olei ubertas ſumma in Monopolitano 567
olei mira abundantia Dianenſi in agro 16
oleum Petronicum 396
olibanum 229
oliuerotius Firmianus 423
oliuetus mons 85
oliueti montis ſodalium origo 85
oliuolum Caſtellum in parte Venetiarum 794
ollius amnis 635
ollij initium incertum 635
ollius Brixiani & Cremonenſis agri diſcrimen 626
olus torrens 30
olympias prima incepit anno X. regni Amulij 183
olympos uocant Græci præcelſiores regionum montes 163
olympi propriè dicti quatuor tantum ibid.
Omnis fluuius 415
omnibonus Leonicenus 729
Opici cognomine Auſones 241
opima ſpolia Marcellus retulit 660
opima ſpolia Romulus Ioui Feretrio dicauit 169
opitergium urbs Epiterpum 750
opiterginorum claſſis ibid.
opiterginorum clades ibid.
oppida Italiæ nobiliſs. quatuor 633
opum oppid. 391
Oraculum apud Auernum 264
oraculorum olim uaria genera 422
orbitellius lacus 49
orbitellum oppid. 49
orbilius grammaticus plagoſus 407
orcij Noui oppid. 625
orcij ueteres oppid. ibid.
orcus amnis: Morgus 707
ordelaphorum Foroliuij principum exitus 477
ordo operis totius & conſilium 11
organa ſolido ex alabaſtro 610
organa ex uitro 814
organa ex alabaſtrite 81
oria ciuitas. Vria. Hyria. Iria. 360
oriens oppidum 31
oriuetum ciuitas 91
orineti origo ibid.
orineti ſitus 92
orineti partibus laborarunt Muſſatorum & Marcolinorum 92
orineti templum inſigne cum præclaris ſtatuis ibid.
orinetini colunt linteum ſanguine ex hoſtia tinctum ibid.
ornauaſpus mons 700
orobij 634
oropitum 91
orpheus poëta Croton. 336
orta torrens 396
ortanus lacus, uel D. Iulij 701
orta oppid. ibid.
ortona ciuitas, Ortonum, Ortonium. orton 393
ortus nouus 55
oruinium urbs olim 151
Os ex piſcis capite uaſtiſſimum 309
oſaris

oſaris amnis 40
oſa amnis 49
oſci 241
oſca prius dicta Capua 248
oſca qui ibid.
oſci unde dicti ibid.
oſcellæ origo 700
oſſaria 97
oſtia ciuitas 195
oſtiam quis condiderit ibid.
oſtia unde dicta ibid.
oſtiæ cœlum graue 196
oſtilia 528
oſtunum ciuitas 371
otho Vicecomes Mediolani antiſtes 671
othonis Cæſaris origo unde fuerit 111
othonis primi Cæſaris in Italiam aduentus 665
otho primus Adlheidam accepit uxorem 666
otriculum oppid. 155
P. Ouidij Naſonis patria 395
ouum 17
oxybij 14
ozola fluuius 559

P.

Pacianum 97
pacuuius poëta tragicus 359
pacuuij epitaphium ibid.
padula oppid 302.408
padus dictus Eridanus 595
Padi deſcriptio ex Polybio ibid.
padus accolis olim dictus Bondiſcus 596
padi deſcriptio ex Plinio ibid.
padi deſcriptio ex Strabone ibid.
padus XXX. flumina colligit ibid.
padi nomen unde ibid.
padi incolæ amnes qui 597
padi inundatio maxima 598
padi alia inundatio 598
padus quare nunc ſoleat maximè abundare 598
padi fons in Veſulo 595
padi altitudo præcipua ubi ſit 547
padus ubi nauigabilis primum 709
padi oſtium Volana, Olana 529
padi brachium Turris foſſæ 527
Padi oſtiũ Carbonariæ, Fornaces 529
padi olim curſus qualis 526
Padi oſtium Manianacce, Capraſia olim 529
paduſa palus, & unde dicta 479
paduſæ amplitudo quondam ibid.
paduſa nunc magna ex parte deſiccata ibid.
paduſæ paludem qui primò exiccare conati ſint 480
pedicli qui fuerint 366
pedicli unde dicti ibid.
pæſtum urbs olim 998
pæſtum Calabriæ urbem allucinatus eſt Seruius ibid.
pæſti roſæ cæteræq; arbores biferæ ibid.
pæſtanus ſinus, nunc Acropolitanus ibid.
paganicum 84
paganus Turrianus Mediolani Prætor. 669
palantius uicus 697
palatium oppid. olim 151
palatinus collis unde dictus ſit 177
palatiolum oppid. 625.755
palauicinorum nobilis familia Parmenſis 572
palena nunc dicitur Pelignus ager 393
palenum oppid. 393
palæologorum gens græca quomodo ad Montisferrati Marchionatũ peruenerit 587
palæologorum genealogia ibid.
palæologorum ſtirps in Sangeorgio defecit 588
palepolis urbs olim 284.328
paleſanum oppid. 346
palia flumen 91
palianum 221
palietum oppid. 391
palinuri promont. nunc Caput Palinuri 300
pallas Stroza 70
palmarius Conſul interfectus Terracinæ 205
palumbaria 160
palus oppidum 54
palus oppid. 373
pan Latinis Bacchus 123
panarius amnis Scultenna 521.524 547
pancalerum 709
pandana porta Romæ 171
pandectas Florentinas Piſani ex Bizantio attulêre 42
pandinum 633
pandoſiæ ueſtigia 316
pandulphus Collenutius I C. 443
panicum caſtellum euerſum 518
panigaleum 97
pantheon Romæ nunc Virgini Matri & omnibus Diuis ſacrũ 227
panthera, machinæ 459
papia ciuitas. Ticinum 652
papiæ nomen unde 653
papazina foſſa 561
parauita caſtell. 364
parentium ciuitas 778
parthorum feſtum in memoriam natalis Romæ agebatur 168
parlaſca 618
parlaſina 684
parma fluuius 568
parma ciuitas ibid.
parma Rom. colonia ibid.
parmæ urbis & nominis origo 569
parmæ ſitus ibid.
parmenſis caſeus 570
parmenſis lana ibid.
parmenſium reipub. forma ibid.
parmæ Dux Petrus Aloyſius Farneſius 571
parrhaſium urbs deleta 632
parricidium atrox 100
parthenope priùs dicta Neapolis 275
parthenope Sirenum una ibid.
parthenicæ unde dicti 348
paſſus mille ueterum noſtris fuerũt minores 135
patauium ciuitas 736
patauium à quo conditum 737
patauium unde dictum ibid.
patauinorum imperium quale 738
patauini romanis olim amiciſſimi ibi.
patauium colonia Rom. ibid.
patauium ab Athila uaſtatum ibid.
patauium à Longobardis crematum ibid.
patauini fraude ab Acciolino oppreſſi 739
patauinorum horrenda clades ibid.
patauio potiti Veneti 740
patauium nunc munitiſſimum 741
patauij gymnaſium uniuerſale 742
paternum 228

patria cur dicatur Forumiulium 752
patriæ lacus 252
patriarchatus Aquileiæ diuiſus 756
patrica 222
patrimonium D.Petri à Mathilde donatum 50
paula oppid. 307
paulanum uinum ibid.
paula Malateſta 455.608
paulus Peruſinus I C. 101
paulus Barbus 627
paulus II. Pontif. 807
paulus Orianus I C. 622
paulus Iouius 650
paulus Pontanus I C. 140
paulus III. Pontif. Rom. 103
paulus Caſtrenſis I C. 104
paulus Diaconus 766
pauli Guinſij infœliciſsimus exitus 59
paulus Raynutius 156
paulus Eleazarus I C. 683
paulus Mathematicus 70
paulus I C. 742
palus Venetus 758
pauſilippus mons 273
pectoranum oppid. 395
pedclueum oppid. 149
pedemontium regio 708
pedena 780
D.Pedrintiani ædes 134
Pelaſgia 33
peligni 392
pelignorum fines 392
pelius mons 92
pelex amnis 709
peloponneſus, nunc Morea 324
pelusium oppid. 727
penna oppid. 309.424
pentinia 396
peregrinalis ſylua periculoſa 302
D.Peregrinus Aretinus 96
peregrinus Priſcianus 540
peretum 225
perlana amnis 651
perola 84
pereta ibid.
perninus mons 640
perſica procopia miræ magnitudinis 295
A.Perſius poëta 80
perſonorum oppid. 728
pertica uetus qualis fuerit 205
Peruſinus lacus Thraſumenus 97
peruſia ciuitas ibid.
peruſiæ origo 98
peruſini Fabio Conſuli ſe dediderunt 99
peruſini à Fabio Cõſule cæſi 99
peruſiæ obſeſſum Antoniũ Octauius Cæſar in deditionẽ compulit 99
peruſia ab Octauio Cæſare diruta 99
peruſia cremata ibid.
peruſiam refecit Auguſtus ibid.
peruſia Auguſta ibid.
peruſiã cepit Totila Gothorum rex 99
peruſiã Narſeti dediderũt Gothi 99
peruſia Longobardi potiuntur ibid.
peruſia Rom. imperio reſtituta deuictis Longobardis 100
peruſia ad Pontif. Rom. uenit ex diuiſione Ludouici Pij 100
peruſia quandoq; potitus IoannesGaleatius Viecomes ibid.
peruſini laborarunt factionibus Raſpantium & Nobilium ibid.
peruſinorum Principes ibid.
peruſini laborarunt partibus Odoniũ & Balioniorum ibid.
peruſiæ Principatum adipiſcuntur Balionij ibid.
peruſiã uenit Paul. III Põt. Max. 101
peruſia tranquillè potitur Pontif. Rom. ibid.
peruſini à Pont. Rom. defecerunt & in poteſtatem redire coacti 101
peruſiæ arcẽ cõdidit Pontifex 101
peruſiæ ſitus ibid.
peruſiæ gymnaſiũ uniuerſale ibid.
peſcennius Niger 414
peſcolis oppid. 409
peſcolum Penatarium 392
peſcum oppid. 393.412
pes Montis oppid. 411
peſtice oppid. 343
peſtronium oppid. 413
petilia urbs quondam 332
petiliam condidit Philoctetes ibid.
petilia non fuit ubi Altau.lla 345
petra locus 440
petra caſtellum 727
petra Ferracina 392
petra Catella oppid. 386
petraſancta oppidum 56
petra 17
petramala oppidum 93
Ad D.Petrum Arenoſum 20
petriola oppid. 584
petrolæ ruinæ 342
petricinum oppid. 423
petrus Lombardus 688
petrus Comeſtor ibid.
petrus Peruſinus I C. 101
petrus II Peruſinus I C. 101
petrus Antonius Viterbinus 115
petrus Accoltius 96
petrus Aretinus ibid
petrus Paulus Parraſius I C. 319
D.Petri oppid. 594
petrus Odo 158
Petrus Candidus 687
D.Petri Galatinani oppid. 363
petrus Philippus Martorellus 422
petrus Paulus Vergerius 777
petrus Aponinus Conciliator 743
petrus Raſſanus Epiſcopus Luceriæ 383
petrus Bembus Cardinalis 807
petrus Scaliger 720
petrus Ancharanus I C. 103
D.Petri caſtellum 158
petrus Crinitus 70
petrus II. Medices Florentia eiectus 72
petrus Damianus Cardinalatum abdicauit 473
peucetius Lycaonis filius 366
peucetij Apuli ibid.
Phalarus, Phalirum, Phaleria urbs 111
phalerij, Phaliſci ibid.
phalacrinæ uicus 149
phalanti in Italiam aduentus 347
phalantus Arati filius 348
phalanti dolis ibid.
phalantus à Parthenijs poſt mortem diuinis honoribus cultus ibid.
phaleria 48
phaliſcum 106
phaliſca colonia ibid.
phaliſci, & eorum origo 102
phaſianum oppid. 371
pharus quid 464
pharus in Miſeno 259
pharos apud Ligurnum portũ 40
pharus Meſſanæ 310
philoctetæ ſepulcrum 338
philoctetes quomodo in Italiam uenerit 333

Philo-

philoctetes in pede leſus quo ſacramentum uiolauerat ibid.
philippus Maria Vicecomes 678
philippus Caſolus I C.
philippus Decius I C. 683
philippus Saulus 27
philolaus philoſophus Croton, 336
phiternus amnis. & mõs. ſeu Tiphernus 387
phiternus mons 390
phlegræi campi 27
phregenæ 54
phregenæ unde dictæ ibid.
phyſcones 107
Pieæ campus 426
piceleo oppid. 631
picentini 291
picentinorum fines & amplitudo ib.
picentia urbs nunc Vicentia ibid.
picentinorum regio 294
piceni urbis ueſtigia 422
picenũ urbs à quo cõdita & dicta 423
picenum regio 418
picenorum origo ibid.
piceni unde dicti ibid.
piceni fines uarij ueteribus 419
picenum quondam uberrimæ multitudinis ibid.
picorum mirandulanorum genealogia. 556
pictianum uinum 753
picus auis Marti ſacer 418
pientia ciuitas 89
pieria 97
pilæ uaſtiſſimæ in mari ad Puteolos 270
pilaſtrina urbs, Præneſte 218
pileus Pratenſis I C. 743
pileus Modicenſis I C. 683
pili oppid. 392
pilum 233
pillium 221
pinariolum oppid. 709
pinetum 464
pinguentium 780
pinna oppid 391
pinna hominis oppid. 393
piranum oppid. 777
piratæ belluas imitantur 393
piſa ciuitas. Piſæ 40
piſarum origo 40
piſæ conditores Græci 40
piſanorum res præclarè geſtæ 42
piſani Sardinia potiti 42
piſani in Sardiniæ regnum à Pontifice Rom. inſtituti 42
piſanorum clades maxima 43
piſani Comitis nomen capit Vgolinus 43
piſanorum Tyranni 43
piſanorum Dux, Ioãnes Agnellus 43
piſanorum imperiũ emit Ioannes Galeatius Vicecomes 43
piſanorũ imperiũ uenditur Flor. 43
piſanos in libertatem uindicauit Carolus VIII. rex Franciæ 43
piſani à Florentinis obſeſſi deditionem fecerunt 43
piſæ gymnaſium uniuerſale 43
piſæ concilium peractum 43
piſanus Archiepiſcopus Corſicæ Primas eſt 43
piſaurum ciuitas 442
piſaurum dirutum à Totila ibid.
piſauri imperium Malateſtæ habuerunt. ibid.
piſauri arx munita 443
piſauri cœlum graue ibid.
piſauri mons 451
piſcaria fluuius & oppid. 395
piſcheria oppid. 613
piſcia flumen & oppidum 52
piſcianum 229
piſcina Neronis apud Auernum inchoata 266
piſcina mirabilis, eiusq; deſcriptio 260
piſciota oppid. olim 300
piſcis miraculoſus 228
piſcis unus in piſcina uixit ãnos LX. 273
piſelauo fluuius 640
piſinum oppid. 780
piſonium oppid. 625
piſſatellus amnis, Rubicon 457
piſtoria ciuitas 60
piſtoria unde dicta 60
piſtoriã Florentini ditionis ſuæ faciunt. 60
piſtoriæ clades 60
piſtorienſes factionibus laborarunt Alborũ & Nigrorum, item Cancellariorũ & Panzadicorũ 60
piſtrunus 146
pithagoras in Lacinio promontorio philoſophiæ ſcholã habuit 334
pitilianum 103
pius primus Pontif. 766
pius II. Pontif. 87
pius III. Pontif. 87
pix ex arboribus 595
Placentia ciuitas 575
placentiæ origo ibid.
placentia Rom. colonia 376
placentiæ ſitus 577
placentinus caſeus ibid.
placent. ciuitatis forma ibid. & 579
placentiæ Dux Petrus Aloyſius Farneſius 578
placentiæ gymnaſium uniuerſale ibi.
placentia & Cremona nequaquam poſt bellum Punicum alterum conditæ 606
planellus uicus 134
planellum oppid. 400
planicies arcis 393
planities Quinquemillium 393
planorium uicus 497
platina oppid. 626
plauis fluuius. Anaxum 748
plauti poëtæ origo 461
plebs oppid. 499
plebs Stochi 736
plebes caſtellum 92
pliniana, fons 648
plinius iunior 721
plinius Secundus Nouocomenſis 650
plinius maior Veſuuij conflagrationem explorans æſtu ſuffocatus eſt. 290
plinius maior ubi perierit 287
plinij maioris obitus 259
plontinus mons 696
plumatium oppid. 520
plumba fluuius. Matrinus, Seuinus, Homatrinus 400. 401
plumbinum ciuitas 47
plumbini origo. 47
plumbini ſitus 48
pluſa fluuius, Apruſa 457
Podalirij fanum in Daunijs 281
pœninæ alpes unde dictæ 706
poggius 75
poggibontium oppidum. 76
poggium imperiale ibid.
poggium Malianum 159
poggium Regale 284
poggium Martetum 158
poggium oppid. 625

poggium Donadeum 158
poggium Lambertinorum 499
poggium oppid. 402
polæ portus 779
pola ciuitas. Iulia pietas olim ibid.
polæ urbis & nominis origo ibid.
polenta oppid. 467
polentana gens nobilis ibid.
polentani rauennatium tyranni 472
polentanorum genealogia ibid.
poli 229
policaſtrum ciuitas 30
policinium Rhodiginum 543
policinium D. Georgij 528
policinium Ferrariæ 531
polinianum ciuitas 367
poliſtena oppid. 322
pollentia ciuitas 591
pollentia unde dicta 592
pollentiæ ueteris ueſtigia ibid.
pollentina lana ibid.
pomaricum oppid. 344
pomarium Biſiniani Principis perno-
bile 340
pomarium oppid. 586
pomarium nobiliſsimum 322
pometinus ager 203
pometia urbs olim ibid.
pometini campi ibid. & 204
pompeij olim pagus ampliſsimus 287
pompeiorum ager olim uberrimus et
amœniſsimus 288
pompeianum uinum ibid. & 291
pompeiorũ gens nobilis Veronæ 724
pomponius Lætus 342
ponalis fluuius 615
pons Curonis oppid. 582
pons uicus oppid. 625
pons Ariniani 62
pons Miluius 175
pōs Caſtelli S. Angeli, olim Aelius ibi.
pons Vaticanus ibid.
pons Sixtus olim Ianiculenſis & Au-
relius ibid.
pons Quadricepis, Fabricius ibid.
pons D. Bartholomei olim exquili-
nus & Ceſtius ibid.
pons D. Mariæ Aegyptiæ, olim Sena-
tor ius & Palatinus 176
pons Sublicius idem & Aemilius ibi.
pons Ollij oppid. 625
pons caſtellanus oppid. 140
pons Eræ, oppidum 77
pons oppid. 409
pons prope Corfinium olim 396
pons Coruus opp. Fregellæ olim 210
pons centeſimus 134
pons Seuæ, oppidum 74
pons Nanus oppidum 75
pons Landulphi oppid. 409
pons Molinus 713
pontanum oppid. 726
pontes IIII. ab Auguſto facti in uia
Flaminia 456
pontianum 124
ponticus Vrunius 747
pontif. Rom. catalogus 184
pontina ſeu Pontinia palus 204
pontia urbs olim Rom. colonia ibid.
pontremulũ, ſeu pons Remuli opp. 55
popium 75
populonia urbs deleta 44
populoniam deleuit Nicea Patritius
Conſtantinop. 45
populoniæ ueſtigia 45
populum oppid. 396
porcifera fluuius 19
porcilia oppid. 727
porcilię, oppidum 750
porcilianorum Comitum gens nobi-
lis. ibid.
porcilianum 221
porcinauallis 417
porletia 690
porrectana balnea, oppid. 519
porrectæ fontis inuentio ibid.
porſena Larthes 90
porta popularis Romæ olim Flumē-
tana Flaminia 173
porta Pinciana, olim collatina ibid.
porta Salaria, olim Quirinalis, Ago-
nēſis, Collina, Tricepis & Quin-
quecepis ibid.
porta D. Agnetis, priùs Viminalis,
Figulenſis Nomentana ibid.
porta inter aggeres 174
porta D. Laurentij, olim Tiburtina
uel Exquilina, Taurina ibid.
porta Maior, olim Neuia, Labicana
ibid.
porta D. Ioannis, olim Cælimontana,
uel Querquetula, Aſinaria ibi.
porta Gabiuſa, olim ſic & item Ga-
bina, Metrodi quoq; ibid.
porta Latina ibid.
porta D. Sebaſtiani, olim Capena,
Camœnia, Appia, Triumphalis,
Fontinalis ibid.
porta D. Pauli, olim Trigemina, O-
ſtenſis ibid.
porta Ripenſis, olim Portuenſis ibid.
porta D. Pancratij, olim Aurelia ib.
porta Septimiana, olim Fontinalis
ut aliqui putant 175
porta Turriōis dicta et Puſterula ib.
porta Pertuſa 175
porta Iulia ibid.
porta Caſtellana, olim Aeneia ibid.
porta prima 125
portiæ gentis origo ex Thuſculo 232
Portianum 75
portus Delphinus 30
portus Lunæ 31
portus Veneris oppidum 31
portus Lunæ oppid. 31
portus Baratus 47
portus Traianus 47
porticus oppid. 479
portus Herculis olim 309
portus oppid. 689
portus Aſculi 420
portus Ceſenaticus 458
portus Firmianus 424
portus Romanus ciuitas 125
portus Naonis oppid. 759
portus D. Angeli oppid. 400
portus Herculis Monœchi 15
portus Herculis Monœchi deſcri-
ptio 15
portus Monœci 15
portus Mauritius 16
portus Romanus 54
portus oppid. 727
portus Ferratus 46
portus Gruarius oppid. Portus Ro-
matus 755
portus Adriæ oppid. 400
portus Buſaletius oppid. 750
portus Ceruerius 778
portus Telamonis 49
portus Herculis 49
poſsidonia urbs olim ſeu Pæſtũ 298
poſsidonia Rom. colonia ibid.
poſsidēniatæ promontorium 299
poſta oppid. 412
potentia oppid. 302
potentia flumen 426
potentia urbs olim ibid.
potentia Traiana 427

poten-

potentianum 32
poteſtates & Vicarios in Italia primus inſtituit Aenobarbus 669
Præcutini 401
præcutinorum fines ibid.
prætutiani ibid.
prætutia uina ibid.
præfectura Claudij 117
præneſte ciuitas 229
præneſte à quo conditum & dictum ibid.
præneſte Stephanon & Polyſtephanon antea dictum 230
præneſtinorũ clades à Sylla accepta 231
præneſtinorũ calamitates unde ibid.
præneſte à Bonifacio VIII. Pontif. ſubuerſum ibid.
præneſte denuo à Romanis æquatum ſolo ibid.
præſentianum 244
prætorium oppid. 394
prata cœnobium ampliſſimum 744
prampergum 759
prata oppid. 750
pratellum flumen 411
pratellum oppid. ibid.
pratolinum oppid. 131
pratula oppid. 396
pratum oppidum 61
pratum uetus 75
D. Praxedis lacus 218
precina oppid. 380
preſa fluuius 651
prilis amnis 48
primarium oſtium Padi 525
principatus nunc dicitur ager Picentinorum 291
principatus regio 302
priuernum oppid. 212
priuernatium memorabile reſponſum 213
priuernate uinum ibid.
procella oppidul. 224
procenum 91
proculus Imper. 17
prodigium ſanguinẽ mittentis ſimulacri 698
profeum 221
promontorium Populonium 47
promontorium Merulæ 16
promontoria quatuor 780
propertius Aurelius poëta 137
proſerpinæ templum auguſtiſſimum Locris 328
in prouinciã obuenire quid ſit Liuio 448
publica 158
pucinum oppid. 773
pucinum uinum 753
pullanum 233
puluis Puteolanus 270
puluis Puteolanus nunc Romæ foditur ibid.
pumices in mare ex Vulcania inſula iacti 309
punica mala præcipuæ magnitudinis quæ uocantur Aloſilia 295
pupiliæ inſulæ oppid. olim frequens 796
pupilia inſula & oppid. olim 814
pupius Deus Populoniorum & Princeps 47
purganum 52
purpuriſſum Puteolanum 270
purpuriſſum Canuſinum 373
puſcianus lacus, olim Eupilis 645
puteoli ciuitas 269
puteolanus ſinus ibid.
puteoli colonia Rom. ibid.
puteoli unde dicti ibid.
puteolis oſſa gygantum uaſtiſſima uiſuntur ibid.
puteolanus portus 270
putida loca in agro Volaterrano 82
putilianum oppid. 371
pyrgi 52
pyrgana regio 52
pyrgi ueteres 52
pyrgorum ueſtigia 52
pythagoras ſcholam inſtituit apud Crotonenſes 335
pythagoras ſupremam ætatem egit Metaponti 344
pythagoræ domum conſecrarunt Metapontini ibid.
pyxuntum promontorium, nunc Caput Piſciotanum 300

Q.

Quarantanum 75
quarcetum 84
quarata ſeu Coratum 373
quatiſanum uicus 526
quinctia uia prius fuit quæ poſtea Flaminia 137
quinctia uia 181
quintianum oppid. 625
quintilius poëta 630
D. Quirici oppidum 85
quiris haſta erat Sabinis 157
quirites dicti Romani ibid.
quirinalis collis unde dictus ſit 149
quirinalis prius dictus Agonius ibid.

R.

Rachelis oppidul. 364
raſentius torrens 396
rancotium 694
rangonum nobilis familia Mutinenſis 552
rapa præcipua 457
Rapallum uicus 30
raphael Maffæus Volaterranus 81
raphaël Vrbinas pictor nobilis 446
raphael Brixianus, conuerſus 624
raphael Fulgoſius I C. 579
rapolanum 89
raſinus torrens 392
rauenna lacus 17
rauenna ciuitas 467
rauẽnæ urbis & nominis origo ibid.
rauenna cur tribuatur Vmbris 468
rauennæ ſitus deſcriptio ex Strabone ibid.
rauennatium paludes nunc arantur ibid.
rauennate uinum ibid.
rauennates aſparagi ibid.
rauennates ranæ ibid.
rauennæ captus rhombus ibid.
rauẽnates archiepiſcopi XII. iudicio columbæ delecti 469
rauennatis reipub. forma 470.471
rauennatium factiones 471.472
raynerius Piſanus 43
raynerius Arſinetus I C. 478
razenua 33
rea Syluia 168
reate ciuitas 148
receca 30
recinetum ciuitas 427
recurſus uicus 91
recuperatus I C. 76
regina oppid. 315
regiolum oppid. 561
regiones Italiæ XIX. 12
regio-

Regiones quomodo conueniēter diſtinguantur 450
regiſolis ſtatus apud Ticinenſes 656
regium Lepidi ciuitas 564
regium Lepidi colonia ibid.
regij nulla ferè mentio reperitur ab Triumuiratu ad Carolum Magnum. 565
regium quis olim ſubuerterit ibid.
regienſium reipub. forma ibid.
regium nunc in Ateſtinorum ditione 566
D.Remi oppidum 16
remuria oppid. 168
renda uicus 316
reſinianum 44
reſponſa oraculorum olim ambigua dabantur 317
reſtaurus Caſtaldus 102
Rhegina columella 310
rhegium ciuitas 311
rhegium Iulium ibid.
rhegium à quo conditum ibid.
rhegium unde dictum ibid.
rhegium ab Dionyſio Siciliæ tyranno ſubuerſum ob contumeliam illi factam 312
rhegium ab Hannone fruſtra oppugnatum ibid
rheginus ager olim lætiſsimus 312
rhenus amnis 517
rheni aquæ potu ſalubres ibid.
rhenus foſſa per Bononiam trahitur ibid.
rheni foſſa Bononiam accedens 498
rheti 639
rhetus rex ibid.
rheticæ Alpes ibid.
rhetorum prima & ſecunda Curia, uel Rhetia prima & ſecunda ib.
rhetorum fines ibid.
rheticæ iuga, Rhetici montes 640
rhetus reliquam gentem Thuſcorum ex Gallia citeriore eduxit in agrum Rheticum 606
rheticum uinum 725
rhodigium oppid 543
Rialberus amnis 559
ricardina uicus 497
richardus Malumbra I C. 631
ricontum 32
rinate 229
ripa oppid. 616.689
ripa Traſſonis oppid 421
ripalta, Ripa alta 633
ripæ 221
ripabella 84
ripabella 102
ripra rubra 30
riperia Salodij 615
riua caſtrum 615
riuellum ciuitas 294
riuoli oppid. 709
riuus altus, inſula 785
riuus altus nunc media ferme in urbe Veneta ibid.
riuus Moßius, ſeu mortis, Caminatus fluuius, Allia 160
riuus maior, oppidum 31
riuus Solis torrens, Digentia 158
riuus Frigidus oppid. 224
riuus ciuitas, uel Rubus 373
riuus Sonulus oppid. 393
riuus Luxeriæ 567
riuulus Francorum 591
rizolorum pons 442
Rostum oppid. 625
robeccum oppid. 684
robertus Malateſta 455
robertus rex Neapol. laudatiß. 281
robertus Malateſta Magnificus 455
robertus Bardus 70
roboretum oppid. 727
rocca oppid. 391
roccheta 15
rocella oppid. 331
rode ciuitas, Vreum, Vris, Vria, Hyrini, Hyrium 378
rodicofanum 91
roffredus Beneuentanus I C. 407
rogoretum 695
roma orbis princeps 165
roma quando condita primum ſit, & à quo, diuerſæ auctorum ſententiæ. ibid.
roma ut fuerit ab Romulo ædificata 166
romæ primordium in Capitolino colle fuit 167
roma Itali filia ibid
roma & Valentia idem ſignificant ibid.
romæ primordij tempus 168
romæ conditæ horoſcopus 169
romam quadrata forma condidit Romulus 171
roma quando condita 606
romam quo tempore & quomodo condiderit Romulus 168
romæ primi coloni ex tribus diuerſis gentibus conſtiterunt 170
romam in octo regiones diuiſit Seruius rex, totidē portis effectis 171
roma regionib. XIIII. poſtea diuiſa 172
romæ ambitus olim ibid.
romana ſuburbia quondam ad Otriculum uſq; pertinuerunt ibid.
romæ urbis & ſuburbiorum portæ olim XXXIIII. uel XXXVII. ibid.
romæ ſpatia ab aureo milliari ad portas, item ad extrema tectorum ibid.
romæ regionum ſingularū compita ibid.
romæ urbis regiorum XIIII. nomina ibid.
romæ Senatula III. 173
romæ obeliſci quot fuerint ibid.
romæ urbis primæ portæ à Romulo factæ 171
romæ pontes octo 173
romæ Campi octo ibid.
romæ fora XVII. ibid.
romæ baſilicæ XI. ibid.
romæ equi ænei deaurati & eburnei quot ibid.
romæ arcus triumphales quot ibid.
romæ cohortium numerus ibid.
romæ excubitoria XIIII. ibid.
romæ Vexilla communia II. ibid.
romæ macella II. ibid.
romæ theatra II. ibid.
romæ ludi V. ibid.
romæ Naumachiæ V. ibid.
romæ caſtrorum numerus ibid.
romæ turres quot ibid.
romæ ambitus hoc tempore, & turres, & portæ ibid.
romæ muros à Gothis deiectos reſtituit Beliſarius ibid.
romæ muros qui nunc ſunt, quis fecerit. ibid.
romæ urbis portæ nouæ ibid.
romæ planities 179
romæ urbis Colles 176
romæ urbis domicilia prima ex lignis canijsq; ac ſimul materia con-

ſtiterunt 177
romuli domus propter memoriã diu conſeruata ibid.
romæ urbis Gubernatores 182
romanula porta Romæ 171
romani plurima in ſuos mores á Thuſcis acceperunt 37
romani liberos ſuos in Thuſciam olim amandabant erudiendos 37
romanorum præclara de Hetruſcis Victoria 109
romanum imperium quando inceperit Romulus 183
romanæ legiones ſub iugũ miſſæ 409
romani leges & ſupplementum XI. Tabularum á Phaliſcis acceperunt 103
romanæ nunc familiæ nobiles 195
romanianum oppid. 689
romanula regio ſeu Romandiola unde dicta 449
romanulæ longitudo & latitudo ibi.
romanulæ fines ibid.
romanulæ gentes quæ ibid.
romanula cur ultra Padum extendatur 450
romanula Tranſpadana ibid.
romanulæ laudes ibid.
romanulæ tranſpadanæ fines 524
romena 75
romulus urbis agrum in tres partes diuiſit æquis collibus 170
romulo uulturum fœlicius augurium euenit 168
romulus Amaſeus 759
D. Romulus 79
roncilio oppid. 122
roncum oppid. olim 474
ronta torrens 74
ronta uicus 74
rontana oppid. 485
roſæ oppid. 340
roſanus ſinus ibid.
roſanum ciuitas ibid.
roſarnum oppid. 322
roſcius Amerinus 144
hiſtrio eximius de hiſtrionica librum ſcripſit 145
roſellæ urbs deleta 91
roſellanus ager fuit iuxta Velinum 159
roſeæ campi Italiæ ſumen dicti ibid.
roſetum ciuitas 49
roſſenum oppid 402
roſſendula fluuius 559
roſſetana arx 342
roſſetum oppid. ibid.
roſulum oppid. 122
rotunda oppid. 313
rouerum oppid. 553
rouinium oppid. 778
rozæ 644
ruberia, Herberia. oppid. 563
rubicon amnis 457
rubiconis pons olim ibid.
rubicon olim Italiæ auctæ terminus ibid.
rubiconem ultra arma ferre non licebat á bello redeuntibus 458
rubicõ olim Italiæ Galliæq; ciſalpinæ diſcrimen ibid.
rubriorum nobilis gens Parmenſis 572
rudia uetus urbs. Rudiæ. Rhodiæ. 360
ruffianum oppid. 362
rufinus Aquileienſis 766
rugianum oppid. 315
ruinæ maximæ nunc apud Baias 260
ruinæ maximæ circa ſinum Baianum 261
ruinæ circa Poggium Regale 284
ruinæ ingentes circa Puteolos 271
ruinæ maximæ nunc circa ſinum Pu. teolanum 267
ruinæ pagus olim 530
ruinum 342
ruſcianum urbs 341
ruſcium Thurinorum promontor. ibid.
ruſillus amnis ibid.
ruſſa 30
rutili 53
rutuba flumen 16

S.

Saba Caſtilionius 684
ſabatia regio 116
ſabatina aqua, quæ & Alſietina Romam ducta ibid.
ſabatinus lacus, Bracianus 53.116
ſabatina balnea 53.117
ſabbatus amnis, Beneuenti amnis, Samnium fluuius 405.407
ſabatius Sangni & Saga 116
ſabus ibid.
ſabini, Sabelli unde dicti ibid.
ſabelli 388
ſabinorum raptus 169
ſabini 146
ſabini unde orti & dicti ſint ibid.
ſabatia regio ibid.
Sabini á Sabo dicti 147
ſabinorum fines ibid.
ſabinia uetus quæ fuerit, & quæ nũc ſit ibid.
ſabinia olim frequentiſsima ibid.
ſabini á Romulo cæſi 170
ſabinianum 158.457
ſabuloneta oppid. 626
ſaccetta 712
ſaccharum gignitur agro Adamantino 307
ſacchari officinæ 308
ſacile oppid. 750
ſacrificãdi mos humão ſanguine 234
ſaga oppid. olim 542
ſagnena oppidul. 116
ſagonus amnis 709
ſagra fluuius 331
ſagrianum oppid. ibid.
ſagulum Liguſticum 14
ſaianum oppid. 463
ſaiena oppid. 116
ſal ex terra igne decocta fit 554
ſal rubrum 81
ſal ex fontibus ſalſis agro Placentino coquitur 577
ſal ex aqua marina fit 459
ſalis abundantia mira ibid.
ſala caſtell. 302
ſalana prata 522
ſala oppid. ibid.
ſalandrus amnis 339.342
ſalapiæ ueteris urbis locus. uel Salpiæ
ſalapia ob grauitatẽ cœli deſerta ibi.
ſalpæ oppid. ibid.
ſalaria uia 182
ſalariæ officinæ in agro Volaterr. 81
ſalaſsi gens 704
ſalaſſorum fines ibid.
ſalaſſos Auguſtus deleuit funditus
ſalaſſus caſeus ibid.
ſalcinius torrens 559
ſale oppid. 582
ſalem in agro Volaterrano faciũt 81
ſalem generat Tarentinus ager 352
ſalentini unde dicti 353

ſalentinorum fines ibid.
ſalentini peninſulæ formã habẽt ibi.
ſalentinorum oræ ambitus 354
ſalentinus ager optimus ibid.
ſalentini olim urbibus frequẽtes, nũc minus ibid.
ſalentinum promont. 354
ſalernum ciuitas 295
ſalernum unde dictum ibid.
ſalernum colonia Rom. ibid.
ſalerni gymnaſium uniuerſale ibid.
ſaleumbrona 2
ſalinus amnis, Suinus 400.492
ſalinum 54
ſaliſanum oppid. 159
ſalis fodinæ in Brutiis 314
ſallyus mons 15
ſalodium oppid. 615
ſaluij, uel Sallyi, uel Salubij, ubi ſederint 702
ſaluius Iulianus I C. 683
ſaluſtius Peruſinus I C. 101
ſalutium ciuitas 594
ſalutij Marchiones ex poſteritate Alerami ibid.
ſalutium direptum nuper ibid.
ſambuca 75.229
ſamnites Pentrorij 417
ſamnites priſci montani & agreſtes 411
ſamnites à Samnio dicti 405
ſamnium urbs olim ibid.
ſamnij montes altiſſimi ibid.
ſamnites ſub iugum miſſi à Rom. 411
ſamnitium ſtratagema 40
ſamnites regio 388
ſamnitium populi uarij ibid
ſamnites unde dicti ibid.
ſamnitium origo ibid.
ſamnitium potentia quondam ſumma. ibid.
ſamnitium lex optima de maritandis ibid.
ſamnitium imperij amplitudo quondam ibid.
ſamnites quomodo à Romanis debellati 389
ſamogia fluuius 521.522
ſamogiana uallis 520
ſancta Fœlicitas opp. 203
ſancteuphemia oppid. 308
ſancteuphemianus ſinus. Hipponiates ibid
ſanctes Pagninus 59
ſanctarſenium oppid. 302
ſanctagata oppid. 285
ſandolus 526
ſanflorium oppid. 91
ſangenitum oppid. 315
ſangninaia oppid. 116
ſangninini ibid.
ſanguinaria fluuius 53
ſagninaia regio 116
ſanleo amnis 322
ſanleo uicus ibid
ſanlucidenſe uinum uulnetianũ 307
ſanlucidum oppid. ibid.
ſanmartinorum Comitũ origo 707
ſanpetrium oppid. 302
ſanclericum oppid. ibid.
ſanrufum oppid. ibid.
ſanqualis auis 160
ſanquiricum oppid. 433
ſanſeuerinum oppid. 292.427
ſanſeuerinatium nobilis gentis origo 292
ſanſeuerinate uinum, olim Himenæũ ibid.
ſanternus amnis, Vatrenus 490
ſanuitum 229
ſanuitaliorum gens nobilis Parmenſis 573
ſanutorum gens Veneta, priùs Candiani dicta 797
ſaltus Montis Phyſconis 106
ſalyi Ligures 14.15
ſapina fluuius, Saueua 497
ſaponaria opp. olim Grumentũ 302
ſapris amnis, olim Laus 303
ſaracenescum 229
ſaraceni diu tenuerunt oppid. D. Angeli 379
ſaracenorũ ſepulcra in Gargano ibi.
ſaraceni quam partem Italiæ tenuerint 350
ſaracenorum Luceriæ audacia 382
ſaracenos Italia expulit Carolus II. rex ibid.
ſaraceni quando in Italiã tranſgreſſi ſint 279
ſarca fluuius 614.729
ſari urbis ueſtigia 391
ſarmineta caſtellum 212
ſarnum oppidul. 286
ſarnus amnis 291
ſarraſtes populi ibid
ſarſina ciuitas. Parſina 461
ſarſinatium reipub. forma 462
ſarus amnis, uel Sangrus, uel Sanguinaus 391
ſaſon inſula 355
ſarzana ciuitas 55
ſateanum 90
ſatura oppid. 203
ſatura palus ibid.
ſaturnia Capitolina 116
ſaturnia Latium ibid.
ſaturnia oppid. ibid.
ſaturnus Aboriginum rex inclytæ iuſtitiæ 3
ſaturnalibus ſerui cum dominis recumbebant 3
ſaturniana 84
ſaturnia colonia ibid.
ſaturnini ibid.
ſaturnus Caſpius 162
ſaturnus Cretenſis ibid.
ſaturnia dicta Italia 163
ſaturnus Caſpius 146
ſaturnia 2
ſauellum oppidulũ in angulo deletæ Albæ 215
ſauelliorum nobilis Rom. familia ibi.
ſaulianum oppid. 594
ſauius amnis, Sapis, Iſapis 460
ſaulium 30
ſaunites 388
ſauona ciuitas 18
ſauonenſium uarium imperium 18
ſauonæ portũ corruperũt Genuẽſ. 18
ſauuetus amnis 316
ſaxeta 82
ſaxoferratum oppid. 435
ſaxulum oppid. 558
ſaxum emittens flammas 519
ſaxum Rancidum 651
ſaxum Gloſinæ uicus 518
Scala Morani 314
ſcalia oppid. 307
ſcaligerorũ dominatus Veronæ quot annis durauerit 720
ſcaligera gens nunc prorſus interciduit ibid.
ſcandibia ciuitas 158
ſcantianum 84
ſcapharus amnis 291
ſcartealaſinum 498
ſcarlinum 48
ſcarparia 84

ſcbetia 134
ſebicinum oppid. 148
ſebiranum 400
ſcipionem Africanum Linterni nobiles piratæ inuiſerunt 253
ſcipionis Africani epitaphium ibid.
ſcipio Afric. ubi fuerit ſepultus ibid.
ſclauonium caſtellum 413
ſclopetinorum ædes 457
ſcriuia fluuius, Hiria 582.583
ſcrobs mortifera 272
ſcrofæ balneum 266
ſcucula 225
ſcultenna amnis 520
ſcurcula 222
ſcutula oppid. Cuculum olim 227
ſcylleus ſcopulus. Garofilus nũc 310
ſcylleum promontorium ibid.
ſcylleum oppid. ibid.
ſcylla portus. Silium nunc ibid.
ſcylla monſtrum ibid.
ſcyllæ ſaxum eſt ibid.
ſcyllatium urbs olim, ſeu Scylletium, ſeu Scolagium, ſeu Scyletiũ 332
ſcyllaceus ſinus ibid.
Sebaſtianus Peruſinus 101
ſebaſtianus Corradus 567
ſecia amnis, Gabellus 553
D. Secundi caſtrum 573
ſedicinum oppid. olim 244
ſegalarium 82
ſegaunorum montes 55
ſegeſtum occidentale 19
ſegeſtum orientale 30
ſegeſta Tegulicorum 31
ſegmentata opera mirabilia 637
ſegrenus lacus 645
ſeminaria oppid. 322
ſeminariæ fluuius ibid.
ſeminarianus ager præſtans 323
ſempronianum 84
ſena torrens 76
ſena ciuitas 85
ſena colonia Rom. 85
ſena à Gallis Senonibus condita 85
ſenæ ſitus 86
ſenæ gymnaſium uniuerſale 87
ſenenſium uictoriæ ibid.
ſenæ concilium peractum ibid.
ſencia fluuius uel Sicia Seßithes 702
ſenecæ de Vaccia dicterium 254
ſenius amnis 485
ſenogallia ciuitas Senegallia, Senagallia, Sena prius 434
ſenogallia non pridẽ reſtaurata 435
ſenones 432
ſenonum fines ueteres ibid.
ſenonum fines recentiores 433
ſenonum & Boiorum diſcrimen Rubicon 458
ſentinum urbs quondam 433
ſentini urbis locus 436
ſentinus amnis 435
ſentum 91
ſentina oppid. 91
ſentinus pons 91
ſentus amnis 390
ſepinum ciuitas 408
ſeptempeda urbs olim 427
ſeptem maria 726
ſeptem aquæ oppid. olim 151
ſeptimus amnis 316
ſepulcra doctorum hominum plurima 503
ſepulcrorum ueterum formæ 268
ſera oppid. 301
ſeræ & claues ligneæ in Brutijs 315
ſeralium apud Mantuam 612
ſerauallis 61
ſerauallis 139
ſerauallis oppid. 750
ſerenum oppid. 411
ſeretium oppid. 624
ſerij lacus 647
ſerius amnis 631.638
ſeriana 631
ſeriana uallis 638
ſeritella fluuius 409
ſermitum oppid. Serninum 553
ſeroriæ inſulæ 779
ſerpentium ad morſus remedia 227
ſerra Capreola oppid. 387
ſerronium 221
ſerſimo fluuius 148
ſertorius 141
ſeruilij Vacciæ uilla 254
ſeruius rex Quirinalem, Viminalem, & Exquilinum adiunxit urbi 171
ſeſtronus amnis 574
ſeſtus 244
ſetia oppid. 212
ſetinum uinum 212
ſetta fluuius 518
ſeua amnis 74
ſeuerani 82
D. Seueri oppid. 386
D. Seueræ cœnobium 52
ſeuerus mons 355.356
ſeuerina oppid. 337
ſextium oppid. 685.751
Sfortia Attendolus Cotignolan. 485
ſfortiarum inclytæ gentis origo ibi.
ſfortiæ nomen unde ortum 486
ſfortiæ gentis interitus ibid.
ſfortiarum gens uti cucurbitæ factus fuit ibid.
ſfortia Mutius in Aterno periyt 397
ſfortiarum ex gente quis primus iure Ducatum Mediolani habuerit. 680
ſfortiarum Mediolani Ducum genus cum Franciſco II. periyt 681
ſfortiaca. Sfortiarum prædium & uilla 685
Sibylla Albunea Tyburtina 223
ſibyllæ cauerna in Nurſino fabuloſa 421
ſibylla Italicẽſis. Magna, Cumæa 258
ſibyllæ antrum apud Cumas 256
ſibyllinæ cauernæ uti nunc eſt deſcriptio ibid.
ſibyllæ Cumææ habitatio 257
ſiciliam terræmotus ab Italia diremerunt 311
ſiculi Gallis cæſis ad Aragoniũ regẽ defecerunt 280
ſidones qui ſint 50
ſigellum oppid. 134
ſigiſbertus Lucenſium princeps 533
ſigiſmundus Homodeus I C. 683
ſignia 221
ſigninum uinum ibid.
ſil cœruleum Puteolanum 270
ſilicum lapicidinæ 323
ſiler amnis uel Silarus 296
ſilari in aquis folia uirgultaq; lapideſcunt ibid.
ſilis fluuius 745
ſilis fluuius Venetiæ Carnorumq; diſcrimen olim 748
ſimaris oppid. 333
ſimplicius Pontif. Rom. 223
ſimpruini montes 236
ſimulacrum palpebras & labra mouit 339
ſinatianum oppid. 218
ſinueſſa urbs olim 242
ſinueſſa Rom. colo. Synope dicta 243

ſinueſſanæ aquæ ibid.
ſinueſſanus ager nunc tractus Montis Draconis 244
ſinus Rapallinus 30
ſinus Ericis 32
ſinus amnis 339.400
ſiochus amnis. Togiſonus 736
ſipontinus antiſtes nunc eſt Manfredonianus 376
ſipontiruinæ 377
ſipontum, uel Sipo, uel Sipius, uel Sepius ibid.
ſipontum denuo colonia Rom. deducta ibid.
ſipontum Saraceni deſolarunt ibid.
ſirenum ſedes 293
ſirenes inſulæ ibid. & 299
ſirmium oppid. 614
ſirolum oppid. 429
ſiroli uinum ibid. & 432
Sixtus IIII. Pontif. Rom. 18
Smirnam mures uaſtarunt 50
Sodalitas Montis Virginis à quo cœpta 410
Socßa 243
ſolagium oppid. 229
ſolani ſaltus infames 323
ſolartolum oppid. 485
ſolennitas ſacrorum à Romulo Romā incipiente adhibita 168
ſolennia capiendi principatus apud Mantuanos 609
ſolennia quæ cepit Henricus VI. Imper. apud Mediolanum 673
ſolera 55
ſoles tres uiſi Troiæ 384
ſoletum 363
ſoncinum oppid. 626
ſoncini clades ibid.
ſoncini imperium quale ibid.
ſondrium oppid. 640
ſoninum 213
ſontius amnis 766
ſonus uicus 614
D. Sophiæ oppid. 475
ſora ciuitas 412
ſora Rom. colonia ibid.
ſorā cremauit Fridericus II. Imp. ibi.
ſoranum 91
ſoracte uel ſoractes mors 310
ſorbellum 97
ſorritella fluuius 285
ſoter Pontif. Rom. 208
ſouaris fluuius 97
ſoueretum 82
ſozomenus presbyter 61
Spartani Meßenios decennio obſiderunt 347
ſpecianum oppid. 362.107
ſpeculum Dianæ, lacus 234
ſpecus D. Michaëlis deſcriptio 379
ſpecus mirabilis cum ara D. Michaëlis 301
ſpecus periculoſus 263
ſpedia oppid. 32
ſpelunca balneum 267
ſpelunca caſtellum 206
ſpelunca uilla 205
ſpeninum oppid. 210
ſperindeus Palmarius 28
ſpiciatola 83
ſpilibertū opp. Spinum Lamberti 558
ſpilimbergum oppid. 755
ſpina urbs olim 524
ſpinus amnis ibid.
ſpinenſium dona Delphis 525
ſpinaciola oppid. 372
ſpoletum ciuitas 138
ſpoleti primus Dux Longobardus Pharola ibid.
ſpoletum unde dictum ibid.
ſpoletum colonia Rom. ibid.
ſpoletum fruſtra ab Annibale tentatum ibid.
ſpoletum à Gothis euerſum refecit Narſes ibid.
ſpoletinorum clades à Friderico Aenobarbo accepta ibid.
ſpoletum à Peruſinis fraude captum crematumq; ibid.
ſpoleti ſitus ibid.
ſpoleti arx inſignis ibid.
ſpoletinum uinum 139
ſpoltorium oppid. 400
ſpotronus uicus 18
ſpurcana torrens 573
Squilla quid Martiali 241
Stabiæ oppid. olim 287
ſtabienſis Epiſcopi nomen adhuc legitur ibid.
ſtaſora torrens 581
ſtagia torrens 76
ſtagia oppid. ibid.
ſtaphilum oppid. 429
ſtates Procionaſci 30
ſtaticli gens Alpina, Staticlenſes 592
ſtatius Papinius 278
ſtatones 48
ſtatua Heraclij Imper. Baruli 369
ſtella poëta Patauinus 743
ſtella fluuius 61
ſtella ſcopulus in Benaco 614
ſtella amnis. Tiliauentum minus 755
ſtellatis campus 245
ſtellatem campum agrumq; Campanum Iulius Cæſar extra ſortem diuiſit ibid.
ſtellatini in Thuſcia 61
ſtendardorum gens nobilis Neapolitana 285
ſtephanus Federicus I C. 522
Ad D. Stephanum 97.49.55
ſtermiliana 158
ſternatia oppid. 363
ſtia 75
ſtigianæ thermæ 117
ſtillum oppid. 331
ſtipendium qua occaſione primò datum militibus 205
ſtraſoldum 759
ſtrata 84
ſtrata 736
ſtratagema Annibalis 246
ſtrigna uicus 780
ſtrona fluuius 701
ſtronconium oppid. 158
ſtrongoli oppid. 337
ſtura fluuius uel Aſtura 202
ſtura amnis 589.707
ſturla torrens 30
Suana ciuitas 84
ſub iugum mittendi mos qualis fuerit 410
ſublaqueus 229
ſublacus ibid.
ſublacenſis uia ibid.
ſublacenſes populi ibid.
ſublaqueum ibid.
ſublicius pons unde dictus 176
ſublicæ quid ibid.
ſubria uicus 658
ſuburbia urbis appellatione ueniunt 172
ſudatoris crypta 262
ſudatoria 272
ſueſſa ciuitas 243
ſueſſa Pometia unde cognominata ib.
ſueſſa Auruncorum unde cognominata ibid.

ſueſſa ſedicinorum unde cognom. ibi.
ſueſſa Volſcorum quare dicta 244
ſueſſa Veſtinorum quare dicta ibid.
ſueſſa Rom. colonia ibid.
ſueſſæ nunc eſt Dux ibid.
ſueſſula ciuitas 285
ſulmo ciuitas 394
ſulmonis urbis & nominis origo ibi.
ſulmonẽſis ager Valuanus ſeu Valua dicitur 295
ſulphur nigrum 82
ſulphurariæ officinæ 82
ſulphuraria. Forum Vulcani 271
ſulphur album ibid.
ſulphurariæ aquæ uis ibid.
ſumaca 755
ſumarium promontorium 30
ſummanum 61
ſummanus mons Veſuuius 288
ſumma oppid. ibid.
ſummanus mons cur nunc dicatur Veſuuius 290
ſummæ Alpes. Summanus mons, nunc D.Gothardi mons 652.696
ſuna urbs olim 151
ſupinum 222
ſurdus amnis 316
ſurrentum ciuitas 293
ſurrentinum uinum ibid.
ſurrentinus ſinus ibid.
ſuſa oppid. Seguſium 709
ſuſenania 490
ſutrium ciuitas 122
ſutrium ire, adagium ibid.
Sybaris urbs olim 337
ſybarim quis condiderit ibid.
ſybaris urbs á flumine Sybari dicta ibid.
ſybaritarum maximæ olim opes 338
ſybaritarum repentina clades ob luxum ibid.
ſybaritæ dicti molles & uoluptarij ibid.
ſybaris amnis, nunc Cochilis 339
ſyllanum 57.83
ſyllanus Niger I C. 657
ſylua Vetlettæ 47
ſyluerius Pontif. 220
D.Syluestri mons. Soracte 110
D.Syluestri caſtrum 111
ſymbruiana ſtagna 229
ſymbruinus amnis ibid.
ſyris amnis 339
ſyris urbs olim ibid.

T.

Taberna oppid. 320
tabia oppidum uino apiano inclytum 16
tabulæ uetuſtiſſimæ apud Eugubinos 133.
tabula uetuſtiſſima Genuæ 29
tabulam ditiſſimam in D.Marci templo Venetijs quis poſuerit 798
tabulium oppid. 749
taburnus mons 285
taeina amnis 333
tagina locus 440
talandrus amnis 339
taliata 50
taliacotium 153
taliacotum oppid. Talicquitium 225
tamarus amnis 408
tanarus amnis. Tanagrus 583
tanarus XII. torrentes Pado infert 584
tanarus aurifer ibid.
tannetum 562
tannetum á Longobardis euerſũ 563
taranum oppidul. 152
tarentum ciuitas 346
tarentini portus deſcriptio ibid.
tarantum ibid.
tarenti origo ibid.
tarentum unde dictum ibid
tarentum molle cur dixerit Horatius 347
tarentum Herculeum quare dixerit Virgilius ibid.
tarentinorũ opes olim maximæ 348
tarentini luxu perierunt, cum plures feſtos dies quam profeſtos agerent ibid.
tarentini quos externos duces acciuerint 348
tarentinorum inſolentia ibid.
tarentum colonia Rom ibid.
tarentini olim habuerunt reges ibid.
tarentinũ theatrum urbi exitio fuit 349
tarentini belli cauſa quæ fuerit ibid.
tarentino bello maximæ opes delatæ Romam ibid.
tarentini belli ſpecioſiſſimus triumphus ibid.
tarenti quanta fuerit præda capta 350
tarentum quis euerterit ignoratur ibid.
tarentum refectum quando Totila Romam cepit ibid.
tarentinæ reipub. forma ibid.
tarenti ruinæ ueteres 351
tarẽtinus portus admodum piſcoſus ibid.
tarentini portus amplitudo ibid.
tarentinus ſinus ibid.
tarenti ſitus uti nunc eſt ibid.
tarenti arx ibid.
tarentinum mel 352
tarentina nux molliſſima ibid.
tarentinum porrum ibid.
tarentinæ caſtaneæ ibid.
tarentini ſinus amplitudo iuxta Strabonem 334
tarquiniæ lacus 116
tarquinia urbs, ſeu Tarquiniæ ibid.
tarcona ibid.
tarquiniarum ueſtigia 117
tarquinius priſcus Rom. rex ibid.
tarquinius Superbus Rom. rex ultimus ibid.
tarſia oppid. 340
tartalia 372
tartarus amnis 543.713
taruiſium ciuitas, Tauriſium 746
taruiſium Longobardorũ Marchionum ſedes ibid.
taruiſij imperium quale poſt Longobardos ibid.
taruiſium á quo conditum ibid.
tarus amnis 568
tatius Rom. rex 157
tatti 84
tauraſum oppid. 408
taurellus Sarayna I C. 722
taurina 3
tauriſium urbs. Taruiſium 746
tauriſcigens 696
taurini 708
taurinum ciuitas ibid.
taurini urbis & nominis origo ibid.
taurinum colonia Rom. ibid.
taurini gymnaſium uniuerſale ibid.
taurini imperium quale ibid.
tauſignanum oppid. 494
tauus amnis 400
Teanum Apuliæ 383
tegola torrens 736
tegulia 30.55

teguliorum montes 55
telamons uicus 639
temeſa urbs olim uel Tempſa 307
tempſa Rom. colonia ibid.
tempſanum uinum ibid.
templum antiquiſſimum Puteolis 269
tendola 55
tenna fluuius 424
teranum ciuitas. Interamnia 402
tergeſtini ſinus loca 773
tergeſte ciuitas ibid.
tergeſtinorum imperium quale ibid.
terinus magnus ſinus 308
terlitium oppid. 373
termulæ oppid. uel Terminus 390
terriana. Terina olim 307
terra noua ibid.
terracina ciuitas. Anxur, Tarracina, 204
terra laboris 251
terra laboris unde dicta Campania 239
terra Hydruntina 353
terra Noua ciuitas 322
terra nigra in Volaterrano 81
terra lutea fœtens in Volaterrano
terra rubra, lutea, cādida, nigra, cœrulia in Volaterr. 82
terra noua oppid. 340
terra Bariana unde dicta 366
terra Paſſumena 74
terra Noua oppid. 75
terratiola 77
terra flammam concipiens 479
terra icta flammas emittens ibid.
terra ignem concipiens 519
terra eſt in Narnienſi pluuijs in puluerem ſiccitate in lutum mutabilis 154
terræmotus circa litus rari 311
teræmotus horrendus 267
tertianum caſtell. 346
tertiola torrens 62
teſeca oppid. 749
teſſina fluuius 734
teſtruna uicus olim 146
tetricus quid ſignificet 155
tetricus mons ibid.
teutones ubi uicti à Mario & Catulo 701
Theanum Sedicinum 245
theate ciuitas. Theatea 396
theate unde dictum 397
theate à Pipino dirutum ibid.
theatrorum normam unde ſumpſerint ueteres 272
theleſia ciuitas 408
theleſiæ urbis ruinæ 417
theodoricus Turriſanus 70
theodoricus Oſtrogothorū rex Maximus 468
theodorici Gothorum regis monumentum 474
Theodoricus Gothorum rex Italia potitus 661
theophilus Bonus 623
thermæ ſtagni Anianæ dictæ 272
thermæ Stigianæ 53
thymallo abundat Ticinus 625
thomas Phædra 80
thomas Domus 88
thomas de Vio 207
D. Thomas Aquinas 414
D. Thomas Aquinas ubi exceſſerit 218
thinnorum frequens captura, & qualis 309
thurium urbs, ſeu Thurij, ſeu Thurini, ſeu Thurinum 338
thurij urbis primordium ibid.
thurium colonia Rom. tum Copiæ dicta ibid.
thurinum uinum ibid.
thuriana regio, nunc Thurrana ibid.
thurius fons ibid.
thurium oppid. 371
thuſcia Tuſcia 34
thuſci ab inſigni ſacrifico ritu dicti 35.
thuſciæ fines uarij ibid.
thuſciæ fines ut nunc ſunt ibid.
thuſciæ longitudo 36
thuſciæ diuiſio in tres gentes 37
thuſcorum potentia quondā magna ibid.
thuſci trans Apenninum & Padum quoq; tenuerunt ibid.
thuſci grauiter olim cum Romanis dimicarunt 38
thuſci ab Romanis poſtremo ſubacti ibid.
thuſci i Annibalis temporibus in defectionem ſpectauerunt ibid.
thuſci in fide nominis Romani uſque ad inclinationē Imperij ſtetere 768
ibid.
thuſciam diuiſit Ludouicus Pius ibid.
thuſcia ab Hungaris uaſtata ibid.
thuſcus amnis Tiberis 126
thuſculanus uicus ad Benacum 613
thuſculanus fluuius 615
thuſculum urbs olim 232
thuſculum à quo conditum & denominatum ibid.
thuſculum ſolo æquatum à Roman. ibid.
thuſculanum Ciceronis, nunc D. Mariæ Cryptæ Ferratæ cœnobium 233
thyberis 125
thyrea urbs olim, ſeu Thurea 360
Tib. Cæſaris dicterium de uno Surrentino 293
tiberis flauus qui debeat accipi 125
tiberis ubi incipiat nauigari 132
tiberis dictus à Tiberino rege 126
tiberis uaria nomina & cognomina 125.126.
tiberis ortus 127
tiberis aliquot eluuiones maximæ ibid.
tiberis XLII. amnes & torrētes colligit ibid.
tiberis uates intelligitur auctu ibid.
tiberis inceſſus ibid.
tiberis cum urbem Romam inundat malum portendit ibid.
tiberina uia 182
ticini fons 696
ticinus amnis 652
ticinus præcipuæ claritatis ibid.
ticini urbis & nominis origo 653
ticinum ab Athila direptū ab Odoacre prorſus ſubuerſum 654
ticini imperium quale ibid.
ticinum crematum 655
ticini gymnaſium omniū diſciplinarum 656
ticinenſis ager uulgò Mediolani hortus dicitur 657
ticinellus Naulius 646
tifata montes 251.285.286
tignium olim 424
tiliauentum amnis 755
tiliauentum duplex ibid.
timauus olim, nunc Tiuecinus minor

tima-

timauus portus 769
timaui lacus ibid.
timaui fons 770
Timauus mare dictus accolis 771
timauus fons maris dictus ibid.
tinna fluuius, Tenca, Tinia 134. 136
tintinnabula quas campanas uocant quando primum uiderit Græcia.
tinus inſula modica 31
tinettus inſula modica 31
tiora urbs quondam 151.142
tiphernus mons & amnis, Phiternus 387
tiphernum 132
tiſana oppid. 755
tiuetnus minor amnis. Timauus 768
toſanus fons 220
tolentinum oppid. 426
tolfa Noua 117
topia 158
topinus amnis. Tinna 134
torcellum ciuitas deſerta 814
tornaticum oppid. 391
torquatus unde dictus Manlius 236
torrida fluuius 57
torſana oppid. 136
totila Gothorum rex ubi à Narſete uictus 440
totila Gothorum rex ubi exceſſerit 97
totila Gothorum rex inclytus 662
touerus torrens 617
trachyna 204
traiani regia Mediolani, nunc Palatium dicitur 660
traiectus ex Italia in Siciliam 311
traiectus caſtellum 210
tranum ciuitas. Trinium 369
tranum à quo conditum ibid.
tranſacum 228
tranſtiberina regio Romæ olim Rauennatium terra dicta 180
tranſmiſſio in Græciam ex Italia breuiſſima 355
traſinaria foſſa, Tarana 562
traſtinum, olim Theſiunum 403
trauerſia 499
trebanorum montes 236
trebula oppid. 151
trebulanus caſsus 137
trebia fluuius 570
trebiſatum oppid. 342
trecentum oppid. olim 495
treſſa amnis 689
tres Sauonellæ 497
tres tabernæ 212
tres Pontes oppid. 140
tretium oppid. 645
treui oppid. Trebula 136
trebula. trebulani Mutiſcæ ibid.
treuium unum 308
treuius ager ibid.
treuum 221
tribus primæ tres Romanorum 171
tricaricum ciuitas 344
tricaſſum oppid. 362
tridentum ciuitas 727
tridenti nominis origo ibid.
tridentum à quo conditum 728
tridenti imperium quale ibid.
tridenti incepit concilium Paulus III. Pontif. ibid.
tridinium oppid. 704
triſanum urbs olim 242
trigabolorum ſedes 526
trigaboli 526
trilia amnis 110
trinatius lacus. Ternati. Terlacius 689
tripalta oppid. 408
tripaltus amnis ibid.
tripaltina ſylua infamis 408
tripalum oppid. 390
tripergula uicus, nunc terræmotu planè hauſtus 266
tripergulanæ cladis deſcriptio ibid.
triremis ex uitro 814
trinentum oppid. 390
triuiæ nemus 234
triuiæ lacus 234
triuilianum oppid. 117.221
triumphari in monte Albano ſolebat 216
triumuiratus Octauij, Antonij, Lepidi 184
triumuiratum ubi cōtraxerint Octauius, Antonius, & Lepidus 521
triuntes fluuius 337
troia ciuitas 384
troiam quis condiderit ibid.
troiani ubi è nauibus primùm in Italiam egreſſi ſint 355
troia quando euerſa 606
trometina regio Viterbini agri 115
trometi campus ibid.
trometorum planum ibid.
tronus numus, Venetus 805
tropia ciuitas 309
tropea Auguſti 16
troſſana regio Viterbini agri 116
troſſulum oppidum deletum 112
troſſuli dicti equites ibid.
truentum flumen, uel truentus, uel truentinum, uel Druentum, uel truntus 403
truentum oppid. olim ibid.
truttis abundat Benacus 614
tuder ciuitas. Tudernum 142
tuder ciuitas olim Tiora fuit 152
tuderis ſitus 143
tulli Hoſtilij patria 238
M. Tullius bello contra Marſos militauit 226
M. T. Cicero ubi natus 413
M. Tullius Cicero apud Aſturam oppid. cæſus à Popilio 202
tullonium oppid. 394
tulminum 766
tulmina amnis ibid.
tuniſtus mons 91
turcicæ immanitatis ſpecimen 357
turdinus amnis, Iuuentius 402
turdorum captura frequens 135
turnus 53
turranum oppid. 315
turres 52
turres. Cures oppid. 157
turrenus dictus Tiberis 126
turrena Meonia 112
turrena Volturna urbs 113
turria gens clara Veronæ 725
turrianorum Mediolanenſium genealogia 669
turricella oppid. 393
turris oppid. 364
turris D. Vincentij 44
turris Sarminetæ 212
turris balneorum 242
turris Fracoliſena 245
turris Patriæ 252
turris D. Anaſtaſij 206
turris Ioppærellorum 284
turris Maior oppid. 380
turris Græca, ſeu Octaua 287
turris ad Lirem 242
turris marina Bruccana 299
turris Vcellini 499

turrita 89.124
turritium oppid. 750
turritium 221
turrus amnis 759.767
turſena 57
turturellæ 302
tuſcanella oppid. 105
tuſcanienſes ibid.
tuſopum oppid. 745
tuſsinatum 44
Tybur ciuitas 222
tybur à quo conditum & dictum ibi.
tybur ſuperbum quare dixerit Virgilius ibid.
tybur olim dictũ Herculeum & Cataracta ibid.
tyburis arx 223
tyburtina uilla Adriani Imperator. ibid.
tyburtinus lapis ibid.
tyburtinæ conditure ibid.
tynni montes 91
tyrrhenia 33
tyrrheni unde dicti 34

V.

Vacina fluuius 53
uacuna uicus olim 156
uacuna Dea ibid.
uada Volaterrana 44
uada Sabatia 18
uadimonis lacus 107
à Plinio deſcriptus 108
uadimonis lacus herbidæ innatant inſulæ 108
uagire 181
ualentanum 104
ualentinus pons in Calore 408
ualentia opp.d. Valentium. Forum Fuluij 586
ualentia Vionum 321
ualeria urbs 227
ualeria regio Marſorum ibid.
ualeriæ regionis fines ibid.
ualeria ſeu Tyburtina uia 211.222
ualeriani, nunc Coruati 799
M. Valerius Maximus 683
ualcta rium 109
uallecium oppid. 613
uallidum urbs 134
uallis Regia oppid. 391
uallis Cluria 689
uallis Traualia ibid.
uallis Maioris Conſilij ibid.
uallis Minoris Conſilij ibid.
uallis Clauennæ 652.640
uallis obſcura 395
uallis ad Conſentiam peramœna 317
uallis Bregalia 640
uallis Anemonis 484
uallis Lugani 690
uallis Morobia ibid.
uallis Spoletina 139
uallis Topinia 134
uallis Bantaſci 584
uallis Rouana 699
uallis Caſearia ibid.
uallis Antigoria ibid.
uallis Luſernonia ibid.
uallis Doucria ibid.
uallis Veggetia ibid.
uallis Domodoſcellia 700
uallis Anciaſca ibid.
uallis Auguſta ibid.
uallis Rheni 518
uallis Tropia 624
uallis Seneræ, oppid. 559
uallis Porciferæ 19
uallis Rapallina 30
uallis Onelia 16
uallis D.Martini 313
uallis Arni 75
uallis Magna Veſi 594
uallis Telina, ſeu Turrena, ſeu Volturrena 639
uallis Malenga 640
uallis Cippia ſeu D.Ioannis 134
uallis Plumbana 687
uallis Meſauea 695
uallis Caranga ibid.
uallis Breunia ibid.
uallis Lepontina ibid.
uallis Intratia 697
uallis Vereiaſca 699
uallis Dolia ibid.
uallis Policella ſeu Peluſia 727
uallis Plitiana 766
uallis Caporetina ibid.
uallis Roncina uel Soncij ibid.
uallis Macreria 645
uallis Vgonia ſeu Agonum 700
uallis Vetus 701
uallis Bagnana ibid.
uallis Maginiaca ibid.
uallis Seciana ibid.
uallis Auguſtæ Prætoriæ 705
uallis Pelina 707
uallis Padi, ſeu Liuernæ 709
uallis Vmbroſæ cœnobium 75
uallis Vmbroſæ ſodalium origo ibid.
uallis Piſciana ibid.
uallis Solis 625
uallis Camunia ibid.
uallis anguſtiarum 141
uallis Brembana 638
uallis D.Martini ibid.
uallis Maneana ibid.
uallis Soni 614
ualmontonium 218.221
ualua ſeu Valuanus ager unde dictus 395
ualuaſores & Catanei 668
uandalos deuicit Baſilius iuxta litus Populoniæ 45
uarranorum gens Camerini principatum habuit 425
uarranorum interitus ibid.
uaranus lacus 378
uareſcium. Vicus Varronis, Varſiſium, Valleſium, Variſium 685
uarianum 244
uariguan. oppid 496
uarronis de Pluto iudicium 462
uarus amnis 15
uarus Italiæ Galliæq; Bracchatæ limes ibid.
uatia urbs quondam 151
uaticanus Deus Ianus 35
uaticana regio 35
uauarum oppid. Vaprium, Vauare. 644
D.Vbaldus Eugubinus 133
D. Vbaldi fanum iuxta Eugubium 134
ubertus Creſcentinas 704
Vbertus Crucius inſigni robore uir 672
uegianum 60
uegianum oppid. olim 342
ueientana gemma 125
ueiens, Veij urbs 124
Veientes unde dicti 122
ueientum fines ibid.
ueij urbs olim Athenis æquales 124

ueiosRomani decem æſtatum obſidio ceperunt ibid.
ueiorum ſitus amœnus ibid.
ueleta oppid. 342
uelia urbs olim 299
uelia portus Virgilio qui ibid.
uelinus amnis 148
uelinus lacus 149
uelinus lacus à Virgilio deſcriptus 150
uelinus ungulas iumentorum indurat 149
uelinus Italiæ mediũ tenet ibid.
uelinus ligna lapide tegit ibid.
uelinus lacus ex alto præcipitans in Narem ad X.M.P. auditur 148
uelitræ ciuitas 211
ueliternorum inſignis peſtilentia 212
ueliternum uinum ibid.
ueliterna ſylua ibid.
ueneæ montes 781
uenafrum ciuitas 417
uenafranum oleum ibid.
uenafrani campi 244
uenda mons in Patauino 744
D. Venerei templum 31
ueneris ædes in mõte Anconitano 430
ueneris templum Lauinij 201
ueneris templum 392
ueneris Caluinæ tẽplũ Aquileiæ 762
ueneris portus in Salentinis 355
uenetia regio unde dicta 710
uenetorum origo ibid.
ueneti Troiana ſtirpe orti 711
uenetiæ fines ueteres ibid.
uenetiæ fines recentiores 712
uenetiæ urbs quare multitudinis numero efferatur 784
uenetiarum ſitus ibid.
uenetiarũ primordium quale fuerit 785
uenetiarũ initiũ ex Sabellico ibid.
uenetiarum primi auctores Patauini ibid.
uenetiæ quando uerè conditæ dici debeant. 786. quo anno 787.
uenetiarum auctores primi quales fuerint ibid.
uenetiarũ nũc circuitus quãtus ibid.
uenetiarũ abundãtia annonaria 788
ueneta ciuit. triplici gente cõſtat ib.
uenetum imperium patritij ſoli regunt ibid.
uenetorum magiſtratus ibid
ueneta urbs in ſex regiones diuiſa eſt ibid.
uenetijs ædes D. Marci ditiſſima, eiuſq; deſcriptio 789
uenetijs inclyti theſauri D. Marci ib.
uenetijs eximia turris tintinnabulorum 790
uenetijs Curia nobiliſſima ibid.
uenetæ urbis nauale eximium, quod uocant Arſenale 791
ueneti naues plurimas perpetuò habent paratas ibid.
uenetorum patritiorũ numerus ibid.
uenetæ reip. forma 792
ueneti primò Conſules creabant poſtea Tribunos ibid.
ueneti Narſetem contra Gothos adiuuerunt ibid.
uenetijs noua lex creandorum Ducum 802
ueneti & Franci Conſtantinopolim ceperunt ibid.
ueneti quo iure Cretam inſulam teneant ibid.
uenetus Dux Marinus Falerius ob affectatã tyrannidẽ occiſus 804
uenetorum clades apud Ripaltam à Ludouico XII. Franciæ rege accepta 806
ueneti quem primum in Turcas miſerint belli imperatorem 810
ueneti quos primos belli legatos creauerint, quos Prouiſores uocant ibid.
uenetorũ epiſcoporũ catalogus 811
uenetias tranſlata Gradenſis Patriarchæ ſedes 812
uenetorum Patriarcharum catalogus ibid. & 813
uenetæ inſulæ 813
ueneti quando primum Duces creauerint 793
uenetorum Ducum catalogus. ibid. et ſequentib.
Veneti Ducum nomẽ in Magiſtrorũ Militum mutarunt ibid.
ueneti iterum creant Duces 794
uenetorũ Ducũ catalogus. ib. et poſt.
ueneti Heracliam exciderunt ibid.
ueneti Ducatus ſedes Riuus altus 795
uenetorũ Dux Protoſpatarius dictus ab Impera. Conſtantinopo. 796
uenetiæ quondam habuerunt mœnia 797
uenetũ imperiũ quando primũ in Liburniã & Dalmatiã prolatũ ibid.
ueneti imperij maximũ incrementũ ſub Petro Vrſeolo Duce 798
uenetiarũ Princeps etiam Dalmatiæ Dux appellatus ibid.
uenetos à munere aurei pallij liberauit Otho Cæſar 799
ueneti Duces nunc non poſſunt collegas ſumere ibid.
uenetiarum Princeps Dalmatiæ & Coruatiæ Dux 800
uenetias Henricus IIII. Imper. regnũ appellauit ibid.
uenetiæ bis ſubinde arſerunt ibid.
ueneta claſſis CC. nauiũ contra Turcas iuit 81
uenetijs quando conditum D. Marci Campanile 801
uenetijs Alexander III. Pontif. & Fridericus Aenobarbus in gratiam redierunt 802
ueneti Forumiulium occuparunt 755
uenonetes qui Plinio, Venonini poſtea, Ventolini nunc 639
uentidius Baſſus 403
uentarius mons 81
uentus ex ſpecu ualidus 82
uentus ſæuus 405
uenuſia ciuitas, ſeu Venuſium 372
uerbanus lacus, eiuſq; deſcriptio 689
uerbanus unde dictus 691
uerbani ſitus & figura 692
uerbani amplitudo quæ ibid.
uerbanus procellis ſæuit ibid.
uerbani piſces nobiles ibid.
uercellæ ciuitas 702
uercellarum origo ibid.
uercellenſium factiones 703
uercellenſium imperium quale ibid.
uerciaſca fluuius 699
ureſtis amnis 232
uretum urbs olim. Veretini 362
uergens amnis 526
ueri Cæſaris interitus 231
uerolentum 705
ueronenſes campi 417
uerona ciuitas ibid.
uerona unde dicta ibid.
ueronæ ſitus 716
ueronæ amphitheatrum uetus ibid.
ueronenſium reipub. forma ibid.
uerona noua Gallieniana dicta ibid.
ueronenſium partes 717
ueronenſium Principum Scaligerorum

rum ſucceßio ibid.
uerone principatum quomodo amiſerit gens Scaligera 718
uerone pernobiles familiæ plurimæ 724
uerrucula 55.57
uerſilia fluuius 40
uertumni ſimulacrum dedicauit Romulus in Vico Tuſco 170
uertumnus Princeps Deus municipalis Hetruriæ ibid.
uerulum ciuitas 221
ueſbola oppid. olim 151
ueſeuus mons, ſeu Veſuuius, ſeu Veſbius 288
ueſeui amœnitas á Martiale deſcripta 290
ueſpaſia Polla 141
ueſpaſiani Imperat. origo 149
ueſta Iani uxor Arctia dicta ideſt terra 94
ueſtice oppid. 378
ueſtina urbs olim 242
ueſtinus ager ibid.
ueſtini 397
ueſtinorum fines ibid.
ueſulus inanis, ſolum piceam arborē fert 595
ueſuli crypta ibid.
ueſus mons, Veſulus 595
ueſuuius unde dictus 288
ueſuuij deſcriptio ex Strabone 288
ueſuuij deſcriptio ex Procopio 289
ueſuuius flagrat incendio nonnunquam ibid.
ueſuuij conflagrationis quæ ſub Tito cōtigit, deſcriptio, ex Dione ibid.
ueſuuius quotannis ferè conflagrat ibid.
ueſuuij conflagratio duas urbes repente abſumpſit 290
ueſuuius ſub Conrado Imperat. quoq; conflagrauit ibid.
ueſuuius fert uinū Pompeianū, quod nunc Græcum uocant 291
ueſuuianæ aquæ ibid.
uetianum 32
uetralla oppid. 121
uetulia 47
uetulonia oppid. 113.120
Vfens amnis uel Auſens. 204
Vgo Senenſis 88
Vgo Ferrarienſium principum qui nunc ſunt auctor 534
ugolinus Cancrs 425
ugolinus Caualcabos Cremonæ tyrannus à legato ſuo cum omnibus gentilibus mactatus 629
ugolinus Oriuetanus 478
Via amœniſsima 321
uiadana oppid. Vitelliana 627
uiæ ab urbe Roma 181
uianum 117
uiarum XXIX nomina 182
uibij Virij Campani facinus 249
uibo Valentia ſeu Vibona 321
uibonenſis Phocenſium ſinus 308
uicarellum oppid. 117
uicus Aurelij ibid.
uicecomes quid 669
uicecomitum Mediolani principū origo ex Angleria, & qualis 693
uicecomitum Mediolani Principum genealogia 671
uicecomitum nominis origo ibid.
uicecomitum inſigne, & unde 672
uicecomites repente in carcerem abrepti 674
uicecomitum genus in Philippo Maria intercidit 678
uicentia ciuitas 732
uicētiæ clades ab Athila accepta ibid.
uicentiæ imperium quale ibid.
uicentia cremata 733
uicentini in fidem Venetorum primi omnium conceſſere ibid.
uicentini præcipuè colunt ſpinam ex corona Seruatoris ibid.
uicentiæ ſitus 734
uicciola fluuius 402
uicorum gens nobilis Viterbi principatu potita eſt 114
uicouentia pagus, Vicus Egonum, uicus Auentinus 527
uictoria oppidum iuxta Parmā 570
uictoriatus nummus ibid.
uictorinus Feltrius 742
uictorinus Aquinas 414
uicumuiæ 579
uicus Elbij 121
uicus ibid.
uici lacus ibid.
uicorum gentis Viterbinæ nobilis origo ibid.
uicus 221
uicus Varronis oppid. ſeu Vicus Valerius 224
uicus Mercatus, Vicus Martius 645
uicus ciuitas 293
uicus oppid. 76
uicus Veterum, uel Vetus urbs 295
uicus Thuſcus Romæ 170
uicus Tadonis 685
uigeuanum ciuitas. Vicus Veneris, Vegiuanum, Vigliuenum, Vergeminum 686
uigeuani imperium quale ibid.
uigiliæ ciuitas 368
uigiſiolus lacus 736
uilla, caſtellum 208
uilla D. Stephani 15
uilla franca 55
uilla Noua portus Oſtienſis 366
uilla Clara oppid. 625
uilla Franca oppid. 709
uilla Patulina 134
uilla Lititia 530
uillæ Gennæ 734
uillacum oppid. Forum Vibij 774
uilumbri qui ſint 130
uilumbrorum caput Spoletum 138
uiminalis collis unde dictus ſit 178
uincentius Herculanus 102
uincentius Bandellus 582
uincentius Gloſſator I C. 683
uincentius Sangeminianus 77
D. Vincentij caſtellum & monaſterium 416
uineinellum oppid. 303
uiniolum Garibaldorum 30
uintinella fluuius 451
uinum Tribianum 75
uinum apianum apud montem Phyſconem nobile 106
uinum Vernatium 617
uinum Græcum 287.291
uiolatum montes 55
uipauus amnis 766
uirgilij poëtæ ſepulcrum iuxta Pauſilippum ubi ſit 274
uirgilij epitaphium 275
uirgilij poëtæ patria, uicus Andis, nunc Petola 611
uirginitatis aßertæ exemplum inſigne 250
uirginitatis aßertæ exemplum inſigne 762
uirginius Rufus 647.683
D. Virginis Mariæ cœnobium cum templo 410
uirgium. Voragium oppid. 19

uirgo aqua Romam adducta 233
uiridis amnis 392
uiridomarus Inſubrium Gallorũ Dux à Marcello occiſus 641
uiſceratio 216
uiſſum oppid. 148
uitalianus Pontif. 222
uitaliana arx in Verbano 698
uitelliorũ gens nobilis Tipherni 132
uiterbum ciuitas 113
uiterbum unde dictum 114
uiterbi ſitus ibid.
uiterbi clades ex factionibus ibid.
uiterbini Gattorum & Maganceſio- rum partibus laborarunt ibid.
uiterbi Principatu potita eſt Vicorũ gens nobilis ibid.
uiterbum inteſtinis partium bellis pene deletum 115
uiterbini agri diuiſio ibid.
uiterbinus mons, Cyminus 120
D. Viti oppid. 755
D. Viti Lanciani caſtell. 394
D. Viti oppid. propter ſerpentes deſolatum 380
uitium in Neapolitano mira fœcunditas 283
uitulia 3
uitulnum 61
uitulonij ueſtigia 46
uitulonium 47
uiturchianum 107
Vlmea caſtellum 584
Vmbertus Bobius I C. 581
umbilicus orbis terræ Delphis 149
umbri 432
umbriæ traſapenninæ fines ibid.
umbri Italiæ gens antiquiſſima 129
umbri unde dicti ibid.
umbri Veteres & Noui ibid.
umbri Noui inter Thuſcos habebantur 501
umbria uetus 130
umbri Noui ibid.
umbriæ fines ibid.
umbriæ longitudo & latitudo ibid.
umbrorum CCC. oppida debellarũt Thuſci ibid
umbria mirè fœcunda fertiliſq; 131.
umbriæ maxima pars nunc Ducatus Spolitinus dicitur ibid.
umbrica urbs deleta 110
umbro fluuius 48.61
Vnci, locus 75
uncinum caſtellum 595
Voconia oppid. 700
uogheria oppid. Vicheria, Vicus Iriæ 581
uolaterræ ciuitas 77
uolaterræ unde dictæ ibid.
uolaterræ colonia Romanorum ibid.
uolaterrarum ſitus 78
uolaterræ antiquitatis abũdant monumentis 78
uolaterræ ab Hungaris euerſæ 79
uolaterranorum reipub forma ibid.
uolaterrani Conſules creant ibid.
uolaterranorum inſignia ibid.
uolaterras Florentini ceperunt ibid.
uolaterrani nouos magiſtratus crearunt ibid.
uolaterrani ultro in Florentinorum poteſtatem conceſſerunt ibid.
uolaterrani perſeditionem Præfectũ Florentinum peremerunt ibid.
uolaterrani iterum à Florentinis defecerunt ibid.
uolaterrani à Florentinis bello in imperium retracti 80
Volaterrani Carolo V. Imp. ſe dediderunt ibid.
uolaterrani in poteſtatem Alexandri Medicis Florẽtiæ Ducis traditi ibid,
uolcentarius mons 49
uolce urbs ibid.
uolgentium ibid.
uolſinius lacus, Volſienſium 104
uolſinia ibid.
uolturnia oppid. olim ſupra uallem Volturrenam 650
uolturrena Vallis 651
uolumina Lõgobardicis literis exarata 394
uoluſius poëta Patauinus 743
uomanus amnis 400.402
Vranum 777
urbanus Grammaticus 493
urbanus III. Pontif. 682
urbes quales priſco æuo fuerint 459
urbes olim & opp. exiguæ fuêre 114
urbinum ciuitas 444
urbinates cognomento Metaur. ibid
urſaria oppid. 384.
urſerium oppid. 778
urſina gens Tarenti Principatum habuit 351
Vtidonus torrens 581
utina urbs uel Vtinum 756
utinam quis condiderit ibid.
utini Patriarchæ Aquileienſes conſiderunt 758
uua paſſarina in Narnienſi 155
Vua paſſarina in agro Sangeminiano 145
uuam optimè condiunt Vigilijs 369
uulnetia 31
uulpianum oppid. 707
uulſinenſes 104
cõſpiratione ſeruorũ oppreſſi ib.
uulſinenſi agro miræ fœcunditatis olea ibid.
uulturata ciuitas 407
uulturreni cognomine Etruſci 120
uulturnus fluuius 146.416.
uulturnum oppid. olim 246
uulturnum colonia Rom. ibid.
uulturnus amnis Samnij & Cãpaniæ diſcrimen 411
uulturnus dictus Tiberis 126
uutrum 19
Vxentum ciuitas 362

Z.

Zacharias Treuiſanus 808
zacharias Zachius 81
zagariolum oppid. 211.235
zagonaria oppid. 487
zancatum 221
Zea frumenti ſpecies 240
D. Zeno epiſcopus 720
zenobius Accieuolus 70
zenobius Tribunus 96
zephyrum promont. 326
zephyrus uentus ibid.

FINIS.

Errata quędam in libri capite poſtremùm admiſſa.

Pagina præfationis 4. uerſic. 44 multplices. multiplices. pag. 6. uerſic. 20. diuturnitas. diuturnitatem.

DESCRIPTIO ITALIAE LEANDRI ALBERTI MONACHI PRAEDICATORIS.

COnſtituenti mihi apud animum ex omnibus orbis terris, quæ mortalium aptæ domicilio ſunt, particulatim vnam deſcribere Italiam, cunctis alijs præſtantem, & caput quondam principemq; mundi, ſatis equidem animaduerſum cogitatumque eſt, ingenium longè fœlicius, politum magis & elimatum iudicium, maiores inſuper eloquentiæ dicendiq; vires in me deſiderari nempe pro dignitate ſplendoreq; ſummo rerũ, quę iã olim exactis longa ſeculorum ſerie temporibus in hac regione extiterunt, & etiamnum ætate noſtra ſunt. Cõſtat enim ex omni memoria, terrarum oram fuiſſe nullam in qua vt in hac (omiſsis interea dotibus ab ipſa natura præſtantiſsima cunctorum operum artifice collatis) tot tantaq; contigerint, digna quę perpetuam & immortalem ad poſteros commendationem habeant. Eius ſanè apertiſsima documenta præbent, ampliſsimaq; teſtimonia res veterum Romanorum, tum in literarum ſtudijs, tum in armis bellicisq; negotijs cum ſumma gloria virtuteq; coniunctæ: quarum equidẽ amplitudo facit, vt mihi prorſus idem euenturum animo prouideam, quod ij, qui proximis litoris inductus vadis mare pedibus animoſè ingreditur, vt quicquid procedat, in vaſtiorem altitudinem & veluti profundum inuehatur, ac tandem animo conſternatus hæreat atq; dubitet, an digrediendum porrò ſit, mareq; planè tranandum, iam prius citra periculum, ſummis tamẽ laboribus tentatum. Eodem enim ego mentis ardore iam in hos immenſos Deſcriptionis Italiæ Campos deferor, quãquam haud ignorem, laborioſum opus, ac difficultatis moleſtiæq; plenũ fore. At enim quam explicãdi mei (quanquam fortaſſe non pari cum multis fœlicitate atq; laude, quibus idem video fuiſſe datum, at ſic ne planè fluctibus demergar) ſpem ac fiduciam habeo, ea me ad tam ingens & eximium inſtitutum excitat atq; confirmat.

Iam primúm omnium, vt vela ventis pandamus, ſatis conſtat nobiliſsimam hanc terram, quæ nunc Italia dicitur, clariſsimis initijs & temporum & populorũ primùm excreuiſſe: principium enim traxit ab aureo ſeculo, prę clarís item & egregijs Heroibus Iano, Cameſe, Saturnoq; Phœnicibus & Sagis, quos prò dijs habuit antiquitas, quæq; prima omnino gens fuit, à qua poſt vniuerſale diluuium coloni per orbem terrarũ emiſsi, vt in originibus auctor perhibet Cato. Varijs autem ac diuerſis nominibus ex viciſsitudine commutationeq; rerum & temporum oram hãc appellatam fuiſſe non eſt obſcurum. In primis Ianicula à Iano dicta, ſeu Noë, quem & Oenotrium vocatum aliquos prodidiſſe Cato ſcripſit, ob vini & farris, quorum in ſacrificijs vſus, inuentionem quandoquidem græcis vinum appellatur οἶνος. Hinc item Oenotriæ nomen ortum. Id tamẽ ab Oenotro Lycaonis filio, qui XVII ætatibus ante bellum Troianum è Græcia profectus Ionioq; mari de-

latus, terram hác tenuit, tum ab Auſonibus incolis Auſoniam vocatam, vbi pulſis barbaris ipſe cum ſocijs domicilium ac ſedem cepit, regioni ab ſe nomine parto, Dionyſius Halicarnaſſeus in antiquitatibus Romanis tradit, probarũt Antiochus Xenophanis, Pherecydes, & Strabo. Sed & alijs placet argumento græcæ vocis de qua ſupra diximus, nomẽ hoc a generoſis terræ vinis defluxiſse: nec deſunt qui ſcripſerint ab Oenotrio Rege Sabinorum, ad cuius ditionẽ olim regio pertinuit, deriuatum: idq; Seruius ad hos ᵃVirgilij verſus annotat.

Eſt locus, Heſperiã Graij cognomine dicunt,
Terra antiqua, potens armis, atq; vbere glebæ.
Oenotrij coluere viri, nunc fama, minores
Italiam dixiſſe ducis de nomine gentem.

Animaduertendum verò eſt tres Oenotrios extitiſſe, primũ Ianũ ex ſententia Catonis: alterũ Lycaonis filiũ, de quo Dionyſius & Myrſilus Lesbius ſcripſere, quemadmodum pòſt in Apulia dicetur plenius: tertium Sabinorum regem, a quo gentis eius regionem ante Italum Oenotriam dictam, & Varro teſtatur, & Seruius etiam apud Virgilium notat: quanquã antiquiſsimus omniũ ille fuerit Ianus, a quo Latiũ Hetruriaq; nomẽ Oenotrię deſumpſiſſe Cato memorat. Ab his itaq; tribus Oenotrijs totidẽ Oenotriarũ appellationes ortæ: prima veteris Italię quæ ab Iano profecta eſt: altera partis eius Apuliæ quàm tenebant Auſones, ab Oenotro Gręco Arcade: tertia regiõis Sabinorũ, ab Oenotrio gentis rege. Sed & quartã inſuper Oenotriam Antiochus deſcripſit, orã illam quæ à Lao fluuio Lucaniæ termino ſecundũ inferũ mare per Brutios ad Siculum fretum, inde ad Metapontinum agrum ſternitur: ait enim tractum hunc omnem tribus lateribus mari concluſum, videlicet inter ſinum Hipponiatem ac Scyllacæum, vti pòſt in Brutijs & Magna Græcia cõmonſtrabimus, Oenotriam Italiamq; fuiſſe dictam: incolas Oenotrios & Italos. Mihi certũ eſt antiquiſsimæ nunc illius Oenotriæ tractationẽ ſuſcipere, quæ Latium Hetruriamq; continet, à Iano nimirum Oenotrio denominatæ: qua in parte Heſperus Athlantis Itali frater (eius meminit Fabius Pictor de aureo ſeculo ſcribens) regnum inſtituit: primoq; nomen Italiæ cœpit, vti indicabitur: de qua etiam verſibus paulò antè recitatis Virgilium loqui conſtat. Succedit aliud nomen Cameſena, cuius auctorẽ Cameſem Cato, itemq; Macrobius ᵃex Igini & Protarchi Tralliani ſententia prodi-
a.lib.1.c.6. dit: pręterea Ioannes Annius in cõmentarijs ad Beroſum, & quidã antiquiſsimus chronicorum liber multarum vrbium Italiæ primordia memorans, teſtatur. Eo in codice ſic per ſcriptum legimus. *Poſt uniuerſale diluuium ducentis uigintiquinque annis, maxima multitudo hominum in hunc tractum, nunc Italiam dictum ſub Ducibus Bono, Tubal, Cambiſe, Heſpero, Veſione, Ligone, & Cireeo cum uxoribus & filijs adnauigauit.* Et Cambiſem hunc eundẽ eſſe Cameſem ſuſpicari licet, quod tamen vtcumq; ſit, iam non cõtendemus, Chronicorum ſanè liber : liter nõ habet. Inſequẽtibus temporibus aliud a Saturno nomẽ,
b.lib.1. Saturniæ, natum, Cato ac Dionyſius ᵇ produnt vnàq; Macrobius ᶜ. Addit Cato,
c.li.1.c.4.6. Saleumbronæ, a gentilibus: idemq; Saturniæ nomen totidẽ ferme annis durauiſſe, quot antè aurea ætas, vſq; ad Apim Deorũ Italiæ vltimum: ſic Antiochũ Syracuſanũ tradidiſſe ſcribit: a morte verò Saturni primũ cœpiſſe Macrobius auctor eſt. Subiungit Dionyſius, poſtquã id nominis inductum fuerat, locum quendã regionis Saturno dedicatũ appellatumq; Saturniũ, priuſquam Hercules in Italiam venit. Saturno itaq; regio ſacra quondã hæc erat quæ nunc Italia. Hoc Iuſtinus ex Trogo memorat inquiens. Italiæ cultores primi Aborigenes fuere: quorum Rex

Satur-

Saturnus tantæ Iuſtitiæ fuiſſe dicitur, vt neq; ſeruierit ſub illo quiſquã neq; quicquam priuatæ rei habuerit ſed communia & indiuiſa omnibus fuerint, veluti vnũ cunctis patrimonium eſſet. Ob cuius exempli memoriam cautum eſt, vt Saturnalibus exæquato omnium iure paſsim in conuiuijs ſerui cum dominis recumbant. Itaq; Italia regis nomine Saturnia appellata eſt. Ita Trogus. Aliud hinc nomen ab Api Deorum Italiæ poſtremo ſecutum, Apinæ, Antiochus Syracuſanus prodidit ac Taurinam interpretatus eſt, vt memorat Cato: quanquam id Græci quidam a bobus Herculis, vel quod eos opimos gignit Italia, quemadmodum Hellanicus ſcripſit, aut a vitulo de Herculis grege palato natum dixerint, vt Herodotus, & itē Hellanicum Lesbiũ ſcripſiſſe Dionyſius perhibet a, rem hanc tali narratione referens. Hellanicus ait, Herculem Geryonis boues abigentē Argos, per Italiam, cum iuuencus forte ab armēto euagatus, peragrata vniuerſa ora fretum tranauiſſet in Siciliam, rogitantem obuios eius regionis homines, quá iuuēcum perſequebatur, numubi eum vidiſſent, illis græcam linguam parum intelligentibus, ſed patria voce vitulum indicantibus, appellaſſe totam regionem quam obiuerat Vituliam. Hoc idem quod Taurina. Dionyſius tamen addit veriſimilius videri quod Antiochus dixit, id nominis ab Duce quodam profectum: at vtcunq; vel taurus vel dux auctor vocis fuerit, ex vtriuſq; ſcriptoris ſentētia conſtare, tēporibus Herculis, vel paulò antè ſic Italiam appellatam. Timæum & aliam vocis huius originem finxiſſe, quod Græci quidā Italos dixere boues Cato refert. Hinc nomen Heſperiæ ſucceſsit, vt auctor eſt Cato ac Dionyſius ab Heſpero Athlantis filio profectum, qui Hiſpania fratris iniurijs pulſus, cum huc commigraſſet, regioni nomen peperit, ſicut etiam Iginus teſtatur. eamq; propterea magnam Heſperiam a Virgilio dici, quó ab Hiſpania diſtinguatur, Seruius annotat in eo Virgilij verſu: Eſt locus, Heſperiam Graij cognomine dicunt. Non defuere tamen qui Heſperiam ab Heſpero ſidere cui ſubiacet, appellatam ſcripſerint. Auſoniam deinde vocatam a rege quodam, Seruius in hoc Virgilij verſu annotat: Ecce tibi Auſonię tellus, hãc accipe velis. Id & Beroſus in Antiquitatibus videtur cõfirmare, cum temporibus Aralij VII. regis Aſſyriorum Auſonem ab Aurono claſſe exceptum, ſedesq; nactũ in orientali Italia memorat. Nonnulli initio ſolum Auſoniæ nomen habuiſſe tractum illum dicunt, in quo Beneuentum & Cales, cum ora Tyrrheni litoris ab Cãpania verſus Siciliam. Plinius Italiæ frontem a Locris, qui Magna Græcia dictus, in tres incedentem ſinus Auſonij maris, Auſones primum tenuiſſe ſcribit. Ijs de finibus in tempore a nobis tractabitur. Sed hanc auctorum varietatem ita conciliari poſſe putamus, vt Auſones initio circa Beneuentum & illa loca finitima, propterq; Tyrrhenum & Siculum mare, quod Auſonium inde dictum, in Latij deſcriptione prohibet Strabo a, incoluiſſe, idem autem prolatis finibus ad Locros & Auſonium mare quod Plinius nominat, in Italiæ frontem effuſos, poſtremò reliquum vniuerſæ regionis, quæ nunc Italia, nomen adeptum Auſoniæ cenſeamus. Quod autem nonnulli Auſoniæ nominis originem ad Auſonem Vlyſsis & Calypſus filium retulere, fictum id commentitiumq; eſt quippe quia Diodorus b Siculus Auſones Barbaros in Italia inuentos perhibet ab Oenotrio, quingentis amplius annis, aut vt Myrſilus Lesbius ait, quindecim ætatibus, quæ CCCLXXV. colligunt annos, (nam ætatē annorũ eſſe XXV. Xenophon in Æquiuocis docet) aut vt Dionyſius ſcribit, XVII. ætatibus ante bellum Troianũ. Nec valde me mouet is auctorum in tēpore diſſenſus: certum enim eſt, vtcũq; ſit Oenotriũ Arcadē

a. lib. 1.

a. lib. 5.

b. lib. 2.

cum fratre Peucetio multis ſeculis ante Troiam captam in hæc Loca delatum, Auſonibus tum eiectis ſedes cepiſſe,prorſus vt verum eſſe nequeat,conditoré Auſones habuiſſe filium Vlyſsis·quoniam Oenotrium Arcadem tot ætatibus Vlyſsi ſuperiorem ſupputatio temporum euidentiſsimè conuincit. Vltimum deniq; nomen exortú,Italię,cuius auctor vt & Polibius c,& ex Antiocho Xenophane Dionyſius luculenter prodit,Italus, regionis huius rex·quem etiam prius in Arcadia regnauiſſe Thucydides d ſcripſit.Cato fratré Heſperi dixit, à quo prius Heſperiæ nomen,vti ſupra memorauimus,ortum.Dionyſius traditum ait ab Antiocho Syracuſano,Italum hunc à quo denominata Italia, virum bonum & ſapientem fuiſſe·ac propinquarum regionum hominibus partim oratione perſuaſis , partim vi coactis,eam terram ditionis ſuæ feciſſe totam,quæ Napetino Scyllaceoq; ſinu cótinetur. Hanc primùm Italiam dictam · dein autem non contentum ijs imperij finibus,vt eſſe ſolet ingenium illorum,qui propter animi ſublimitatem ſemper ad excelſa maioraq; feruntur,appetiſſe finitimos,ac plurimas vrbes & gentes in poteſtatem redegiſſe. Natum eum Oenetria ſtirpe dixerút quidam : at alij prius Siciliæ regem , dein huius terræ fuiſſe prodidere , veluti Antiochus Xenophanis,qui & Morgetum ab eo conditum in Sicilia,tradidit,& tanquam à Siculo ac Morgeti principe,variorum populorum imperium conflatum,vt qui priús Oenotrij erát, poſtea Siculi,Morgetes,ac Itali nuncuparentur.Ad hæc Italiam, quæ nunc ita vocatur,olim Magnam Gręciam appellatam recentiores nonnulli dixerunt,vti Helias a Capreolus in hiſtorijs Brixianis, & Facius b Vbertus Florentinus Dictamundo,in hanc ſententiam ſcribens:

c.lib.1. d.lib.6. a.lib.1. b.lib.3. Cant.8.

Dein ne tempus & ego & ille perderemus,
  Inter eundum ex eo quæſiui,an Italia vnquam
  Aliud vllo ſeculo nomen habuerit?
Tum ille ad me,ſi quæras,inquit,inuenies
  Quum à Græcis eſt occupata,Magnam Græciam
  Primis temporibus nominatam fuiſſe.

Sic Facius:at hercule cum omnibus qui idé ſentiút inſigni in errore verſatur.Nego enim vnquã hanc terrã,quę núc Italia,Magnę Gręciæ nomé habuiſſe,quod ſolũ illius Italię frótis erat circa ſinũ Tarentinũ·videlicet,vt quidã volũt,ab Tarẽto,vel vt alij,à Metapóto ad Alicé amné Rheginorũ & Locrenſiũ diſcrimen, quéadmodũ in Magna Græcia plenius oſtẽdemus.Animaduerti porrò debet quod ait Cato,nominibus his Ianiculæ, Oenotrię, Cameſenę,Saturnię,Saleũ bronę,Apeninę,Taurinę ſeu Vitulię,Heſperię,ac Italiæ principio núcupatã regioné circa Tiberim, vt qui ex oĩbus Italiæ fluminibus in omniũ Deorũ ac Principũ tutela eſſet·ideoq; merito numine Deũm parés, Imperijq; ſedes cómunis ſit electa,quę totius Italię vti núc dicitur,originem & primordiũ faceret.Cóſirmat id Fabius Pictor,Heſpero rebus humanis exépto fratré eius Italũ tutelã Iani ac Etruriæ ſuſcepiſſe ſcribens,omnemq; circa Tiberim regioné,extinctis vltrocitroq· nominib. alijs,Italiã à ſe dixiſſe.Hęc igitur priſca eſt Italia · cuius appellatio ſenſim ab Alpiũ iugis ad fretum Siculum, & inter maria duo, ſuperum ac inferum,tertiumq; ſinum Ionium pòſt diffuſa:quanquã & priús Auſonia circa Tiberim, Apulos,& Beneuentum vt prędiximus,regio vocata ſit. De nominibus Italiæ quæ téporum rerumq; mutatio peperit,hæc ſufficere putamus· itaq; deinceps terminos cómemorare aggrediemur.Eorum variam rationé apud auctores,poſtquam Italiæ nomé inuectum fuit,pręter ea quæ dicta ſunt hactenus,

inuenio

inuenio. Primos Italię fines Dionyſius Halicarnaſſeus memorat, Neptuniam in litore Tyrrheni maris, & Tarentum. Strabo fretum Siculum & amnem Æſin, ac deinde Rubiconē: ſed poſterioribus ſeculis hi ſtatuti: Flumen Varus: inde linea per Alpes Coctias, montem Adulam, Alpes Rheticas, adiunctaq; iuga porrò ad amnē Arſiam Hiſtriæ terminum. Hoc vnum latus, cętera mare Adriaticum, Ionium, Siculum, Tyrrhenum & Liguſticum alluere, Polybius, Thucydides, Strabo, Dionyſius Halicarnaſſeus, Dionyſius Afer, Cato, Sempronius, Plinius, Mela, Solinus, Ptolemęus, reliquaq; cohors auctorum tota docet. Terminis Italiæ figuram eius annectere conueniens eſt. Peninſulam Ptolemæus depingit, quam maria tribus lateribus circūfundant, vno vallent Alpes, aliaq; culmina montium hoc modo. Lineam occidentali plaga ducit ab Adulæ montis cacuminibus per Alpes, quæ Galliam vlteriorem ab Italia ſubmouēt, ad amnis Vari oſtium, Gallię Narbonēſis, quæ nunc Prouincia, terminum: à ſeptentrione Rheticas Alpes & Pœnas, Ocram, Caruſadiumq; montes ſub Norico, pręterea litus Adriatici maris ab Tiliauento flumine ad montem Garganum, inde Hydruntem vſq; locat: auſtrale latus Adriatico ſinu ab amne Tiliauento ad Illyriæ confinium claudit. Sed animaduertendum eſt, quòd ad meridiem Adria ponitur, id hac ratione fieri, quoniam ſi coniungas Hiſtriam Italiæ, vti fit, tum ab Arſia Hiſtriæ termino ad Forumiulium & Tiliauentum incedenti, partem Auſtralem Adriaticum mare faciat. Nec difficulter ingenium cuiuſquam hoc capiet, ſi quem totius continentis Italiæ terminum figit Ptolemęus, vti paulò antè diximus, inſpiciat: ita namq; cognoſcet hoc inter Arſiam & Tiliauentum litore, partis tantū Italiæ meridionalem oram cōfici: idēque melius ex tabula diſci poteſt. At cum vniuerſam Italiæ longitudinē animo metimur, dubiū hercule non eſt, quin auſtrale latus mare Tyrrhenū alluat, non Adriatici, quod tūc in ſeptētriones conuerſum magis videbitur. Nobis hanc Ptolemæi deſcriptionē ſequi animus eſt. Plinius a Italiā per maria incedere, cœli regione, ſi quis id diligēter exigat, inter ſextā horā primāq; brumalem ſcribit. Nos hoc inter meridiē & exortū ſolis hybernū dicimus, quoniā antiquis hora ſexta meridies fuit. Ptolemęus eam inter ſeptimū & quartum clima, gradu longitudinis XV, latitudinis plus ſeptimo collocat. A Plinio Solinoq; folio, maximè querno aſsimilatur, vt proceritate ſit amplior quàm latitudine, in læuum ſe flectens cacumine, & amazonicę figura deſinens parmę, vbi à medio excurſu Cynthos vocatur, per ſinus lunatos duo cornua emittēs, Leucopetrā dextra, Laciniū ſiniſtra, de quibus promōtorijs in tempore dicemus. Recentiores eam integri cruris humani ab coxendice ad imum pedem effigie pingunt, quàm ſpeciem nos conuenientiſsimam eſſe iam demonſtrabimus. Ab Arſia Italiæ termino ad Alpes Rheticas, quæ ſeptentrionem tenent, vt auctor eſt Ptolemęus, hinc per Caruſadium & Ocram montes ad Adulę iuga, quod ſeptentrionale latus eſt totum, inde linea recta Ptolemęi per Alpes in occaſum cōuerſas ad Vari fauces, quibus Liguſtico mari is illabitur, & Italiam ibi finit, latitudinem ſummæ coxę deſcribimus. Tum à Varo per orā Liguſtici maris ad oſtiū amnis Macræ, quod Liguriam claudit, flexus eſt, vbi excurſu modico promontorium legitur Populonium, nunc Plombini dictum, uſq; ad montē Argentarium. Hoc tuber litoris promontorio nonnihil diffuſi genu figurat. Deinde leni receſſu continentis vſq; Pyrgos, tibia conficitur, promontorio Poſsidoniate deſinens, vbi nunc Policaſtrum. Hinc rurſum excurſu terrę ad Promontorium Palinurum gibbus fit, ſimæ ſpecie ſuperni pedis. inde circuitus per orā Tyrrheni

a li. 3. ca. 5

maris,fretumque Siculum,vſq; Rhegium,abſoluere pedis figuram videtur. Mox à Leucopetra ſecundum Mare Adriaticum ad Lacinium promontorium, illa digitorum ſub articulis inciſura cauatur · ac tuberculum vti inter volam & digitos incipit: ipſam porrò plantæ volam ſenſim Tarentini ſinus inflexio conficit· nimirum ab Lacinio Tarentum, indeque ad promontorium Iapygium, quod calcem pedis format. Deinceps ora litoris, quæ ad montem Garganum pertinet, leniter primò recedens Ionio litore, mox paulatim ad Adriaticum mare verſus extuberans, ſuram effingit,quæ finiri Ancone videtur. Inde ad Rauennam ſinuoſus nonnihil continens interni genu curuaturam facit. Demum litoris egreſſus,vaſtuſque circa Venetiam ambitus per intimum Adriæ angulum ad Arſiam vſque fit,vbi femoris exitus,& coxæ latitudinem incipere paulò antè dictum eſt, abſoluiq; prorſus integrum videtur crus. Itaq; ſic nobis huius terræ figura cōmodè ſatis eſt expreſſa: cui à Septentrione Alpes Rheticæ,monteſque celſiſsimi alij vſque ad Adulam, adiacent, item Adriaticum mare affunditur,ab exortu ſinus Ionius, mare Auſonium & Siculum, à meridie Tyrrhenum ac Liguſticum, ab occaſu Alpes, quæ Galliam Italiamque ſeparant, ab oſtio Vari vſque ad Adulam montem, hærent· vti Dionyſius Halicarnaſſeus, Strabo, Polybius, Mela, Sempronius, Ptolemæus,& omnes cæteri coſmographi geographique con ſentiunt. Quod autem aliqui dixere Italiam ab oriente complecti Adria,manifeſtus error eſt: quippe quia litus Apuliæ prǽternauigantibus, apertè Septentrionem tenere ſinum Adriaticum apparet· vti & nos oſtendimus, & ratio ſitus in Ptolemæi tabula conuincit. Hæc de ſitu regionis in vnuerſum· nunc ad partes eius trasnſeundum eſt. Primùm igitur Apenninus dicendus. Montem hunc ita nominatum aſſeruere nonnulli, quòd media latitudine ſua Pennini iuga contingat, vel ab Api priſco duce, qui totam Italiam deuicit, & à nobis ſupra commemoratus eſt cum Apeninæ regionis nomine. Plura de Apennino alibi adferemus· hæc in præſentia quo ad appellationis originem ſufficiunt. Incipit, vti in Liguria demonſtrabitur, ab Alpibus Liguriæ· perpetuiſque iugis Italiam mediam interſecat vſque ad Anconem: inde paulatim vſque Venuſiam reflexus, ibi per tranſuerſum diſcurrit, vno cornu Brunduſium, altero Veliam tendens, vt ſcribit Sempronius. Aliter paulo Ptolemæus ait, ad Anconem in latus digredi ad Adriaticum mare verſus,idque pene contingere· ac dein ad Garganum explicatum, hinc in meridiem conuerſum, ad Leucopetram procurrere, Rhe
a lib. 5. gioque Iulio finiri. Strabonis deſcriptio plenior eſt a. Montes Apennini,inquit, cum Arimini & Anconis loca contigerunt, Iapygiæ latitudinem à mari ad mare terminant· rurſuſque flexu totam regionem in longum ſecant, vſque ad Picentes & Lucanos· nec multum ab Adriatico diſtant ſinu: cum vero Lucanis appropinquant, ad alterum inclinantur mare· dehinc per Lucanos & Brutios tendunt, ad Leucopetram agri Rhegini terminantes. Ita ferè Strabo. Perpetuum montis huius iugum inſtar eſt Italiæ dorſi, quod elatum per mediam regionem ſenſim incedens, tandem in duo cornua diducitur, alteroque Siculum, altero Ionium mare reſpicit, vt Solinus & Mela tradiderunt. Melius tñ ſitus Apēnini totus,
b lib. 2. quo Italia cōſurgit,in tabula ſpectari percipiq; poteſt. Polybius b Italiam hoc modo definit. Omnis,inquit, Italia trianguli figuram habet: latus quod orientem ſpectat, Ionio mari & ſinu Adriatico terminatur· quod verò in meridiē & occaſum vergit, Siculo & Tyrrheno clauditur pelago. Hęc latera inuicē copulata, triāguli apicem

apicem faciũt propoſitum Italię promontorium, quod Cocynthum incolæ vocãt, & meridianam regionem ſpectans, Ionium ac Siculum mare diuidit. Tertium latus, quod ad gelidiſsimum ſeptentrionis axem, & mediterranea loca protenditur, cõtinuatio terminat Alpium, quæ à Maſsilia, & locis ſupra Sardoum pelagus ſitis, incipientes, vſq; ad intimũ Adriatici maris ſinũ continuè extendũtur, exiguò quodam ſpatio in medio relicto. Sic fere Polybius. Apparet igitur Italiã Peninſulæ tribus lateribus mari circunfuſæ ſpeciem habere. Longitudinẽ eius Plinius & Solinus prodiderunt ab Alpino fine Prætoriæ Auguſtæ per vrbem Capuam, eoq; curſu meante Rhegiũ oppidũ in capite Apennini ſitum, decies centena & viginti millia paſſuum: multoq; fieret amplior menſura Lacinium vſq;, ni talis obliquitas in latus digredi videretur. Latitudinem variam iijdem auctores tradunt· maximã quadringentorum decem millium inter duo maria, ſuperum & inferum, vel Adriaticum & Liguſticum, ac amnes Arſiam atq; Varum· mediam, quæ fere circa vrbẽ Romam ab oſtio Aterni amnis, nũc Piſcariæ, in Adriaticum influentis, ad Tyberina oſtia in Tyrrheno, centum triginta ſenum· pauloq; minus à Caſtro Nouo Adriatici maris, ad Thuſcum æquor· nec vllo in loco ducẽta excedere· ſed arctiſsimam inter portũ Magnæ Græciæ, nunc Calabriæ, qui Annibalis caſtra dictus, & Tyrrhenum pelagus· etenim ibi nõ amplius quadraginta millia colligere, quemadmodum nos in loco docebimus. Vmbilicum Italiæ Varro deſignauit in agro Reatino. Circuitum vniuerſum quidam prodidere M. P. X L. ſupra vicies quadragies ſepties centena nimirum ab Arſia ad Varum: alij vicies quadragies nouies centena: quo in ambitu primus Europæ ſinus à Gadibus ortus aduerſa fronte Locrenſium deſinit: etenim ſecundus à Lacinio promõtorio incipit, qui Acroceraunijs Epiri, nunc Albaniæ, montibus finitur. Abſunt terræ circumiectæ, Iſtria Lyburniaq; nunc Sclauonĩa, locis quibuſdã M. P. centum· Epirus & Illyris quinquaginta M. Africa minus ducentis, vt Varronẽ affirmaſſe Plinius ait· Sardinia centum viginti M. Sicilia, mille quingentis· Corſica minus ſeptuaginta. Hic Italię ſitus· hæc amplitudo: conſequens eſt, vt populos aduenasq; gentes quas excepit, cõmemoremus. Earum tantam multitudinẽ ac varietatem inuenio, quanta nullã omnino totius orbis terram vel habitandi, vel prædandi cauſa petiuit. Appulere huc Oenotrij, Aborigines, Lydi, Aurunci, Pelaſgi, Auſones, Arcades, Græci, Troiani, Veneti, Ligures, Ardeates, Rutuli, Siculi, Iapyges, Lacedæmonij, Salentini, Pelij, Aenianes, Achæi, Orepites, Pilij, Galli, Pœni, Heruli, Gothi, Oſtrogothi, Hunni, Hungari, Gepidæ, Turingi, Auares, Lõgobardi, Saraceni, Britones, Cimbri, Teutonesq;· quemadmodum Cato, Myrſilus Lesbius, Beroſus, Solinus, Polybius, Liuius, Procopius, alijq; plurimi ſcriptores perhibent. Ex his autẽ populis quidam hîc vrbes condidêre, veluti Oenotrij, Auſones, Græci, Troiani, Galli, ac alij pleriq;· nonnulli ſedes ceperunt tantum· aliqui populationibus peractis ad ſua reuerſi ſunt, vti noſtra memoria præ cæteris Franci· quos magnificis auſpicijs in hanc terrã noſtrã iterùm & ſæpius veniſſe, quẽadmodum itẽ Vaſcones, Heluetij, Germani, Hiſpaniq;· ſed tandem vel internecione propemodũ deletos, vel haud diu cõmoratos vidimus, vti in noſtris Ephimeridibus latinis ſigillatim perſcribitur. Argumentoq; eſt id præſtantiæ ſoli ſummæ, ad quod totius penè orbis nationes vel poſsidendi, vel diripiendi conſilio aſpirauêre· ſicut haud vlli pariter orbis parti contigiſſe, ſi qua fides hiſtorijs, equidem negari nonnullo modo poteſt. Et hercule omnino talis eſt regio, tantamq; materiam ſuppeditat· vt lau-

dibus eius plenè dicendis nó me ſolum haud ſufficere,ſed nullius cuiuſquàm ſcriptoris ingeniũ & induſtriam poſſe arbitrer. Docent hoc hiſtorię plurimorũ nobilium tam Græci, q̃ Latini nominis auctorũ· qui texendis eius præconijs defatigati potius opere medio ſunt,quã ad exitũ integrè id perducere potuerint. Nec tamẽ exiſtimauimus adeo nos eſſe oportere timidos,ac ſegnis & ingrati erga patriã animi,in qua ſumus in hanc lucem editi, educatiq́;, nihil vt de ſummis eius laudibus attingere quicquã ac delibare conemur: quamobrẽ vti fuit à Græcis auctoribus celebrata,aliqua ex parte referemus, latinorũ notis laudibus & immenſis,quibus ad ſidera penè tollitur,omiſsis·quod externam,atq; adeò Latini nominis æmulorum cõmendationem,plus gloriæ,plus ſolidi honoris habituram arbitramur. Itaque iam ſpretis omnibus Latinis,veluti Plinio, Mela, Solino, Virgilio, qui multis locis in eius laudes effunditur,maximeq́; ſecũdo Georgicorum, item & Petrarcæ tum alijs præconijs,tum eo Carmine,quod à Gallia reducem in culmine montis Genebræ ſummo,mirifica ex Italiæ proſpectu lætitia hauſta ceciniſſe conſtat,

Salue chara Deo tellus ſanctiſsima, Salue
Tellus tuta bonis,tellus metuenda ſuperbis.
Tellus nobilibus multum generoſior oris·nec vltrà referre iam libet· his inquã

cum aliorũ omniũ alumnorũ eius laudibus omiſsis,ad Græcos diuertemur· quod genus & ipſum admodũ honorificè regionem hanc celebrauit. Et inprimis à Strabone a tum deſcribitur,tum magnificè laudatur in hunc modũ. Inſtar eſt inſulæ, quam tuta in circuitu maria cuſtodiũt, paucis exceptis partibus, quæ tamẽ inacceſsis vti muro,montibus vallatæ. Litora plerunq; ſunt inportuoſa·quoſq; portus habẽt,ij cum amplitudine,tum excellentia mirabiles, & aduerſus externã vim tutiſsimi· nec minus ad excurſiones opportuni,ac mercibus exportandis aduehendisq́; cõmodi & frequentes. Aëris hîc in vniuerſum mira tẽperies· cuius vitalis perẽnisq́; ſalubritas,animalia,arbores,breuiter quicquid ad vſum humanæ vitæ cõmodũ ac vtile eſſe poteſt,ſiue neceſsitati,ſiue voluptatibus paratũ,varietate mirabili generat. Longitudine à Septentrione in Auſtrum maximè procurrit· additãq́; Siciliam habet, eadem qua ipſa cõditione ac natura. Cœli temperiem & intemperantiam pro caloris ac frigoris vel raritate,vel vi, aut mediocritate patitur. Itaque cum tanta proceritate inter vtranq; cœli conditionem incedat, plurimum temperatæ regionis naturam obtineat, & plurifariam neceſſe eſt. Summa quoque fœlicitas eius alia ratione cõtingit,quod Apennini perpetuis iugis per mediũ tendentibus,aſſurgens, vtrinq; fructiferos colles, itemq́; campos habeat· ideoq́; nulla parte non ſimul & campeſtribus, & montanis fruatur bonis. Adde lacuum & fluuiorum amplitudinem ac numerum,frigidos calidosq́; fontes,quos ad mortalium ſalutem munifica parens natura pluribus in locis comparauit. Quid, metallorum varietas? quid,alimentorum, pabuliq́; mortalibus ac pecori parati copia? quid,fructuum vbertas generoſitasq́;,quo tandem narrari queat opere? Nationes inter ampliſsimas & ipſam Græciam, Aſiæq́, partes excellentiſsimas conſiſtens media, ob dotium & virtutum præſtantiam, numine Deûm electa videtur, quæ ſparſa terrarum congregaret imperia· facultatemq́; ad id vicinitas dedit. Ita ferè Strabo: ſed quod Italiæ longitudinem à ſeptentrione ad Auſtrum incedere dicit , animaduertendum eſt hac ratione verum eſſe , ſi ab Adula monte directò pergas ad Leucopetram, quæ meridiem ſpectat. nam de Iapygiæ fine non poteſt exiſtimari id dictum · quippe qui in ortum brumalem excur-

a lib. 6.

excurrit· vti cum ipſe Strabo ac Plinius auctores ſunt, tum nos & antea docuimus,
& in Salentinis Iapygiaq́; plenius dicemus. Dionyſius Halicarnaſſeus principio
antiquitatum Romanarum in Italiæ dotibus enarrandis amplíſsimè digreditur·
at quia longior vberiorq́; eſt, breuiter à nobis eius oratio perſtringetur. Primum
collatione perpulchra regionem hanc cum omnibus orbis terris, quæ memoria
quid dignum habeant, ita confert, vt optimam præſtantiſsimāq́; dicat· quòd re-
rum cunctarum tam ad vſum ac neceſsitatem mortalium, quam ad voluptates &
delitias vtilium affatim apud ſe habeat· rara omnino, & orbe toto ſingulari fœli-
licitate. Agri, inquit, hic opimi, arbores omne genus, & fructu, & materie munifi-
cæ· herbarum vbertas ad pabulum pecoris, ad odores & ſalutem hominum· apri-
ci vitiferiq́; colles generoſo ſucco fœlices· paſcua cum in montibus & collibus,
tum in planitie pecuariæ rei commodiſsima, nobilitateq́; vellerum fœcunda: plu
rimi nauigabiles amnes, deuehēdis mercibus apti· fontium calidorum ſcaturigi-
nes paſsim, tam ſalubritati mortalium, quàm voluptatibus idonei· metallorum
omnium grauida terræ viſcera· ſaltus innoxij, ferarumq́; venatu opportuni· vn-
diq́; propemodum affuſa maria, piſcium copiam prębentia: nec deſunt variæ no-
biliſsimi marmoris ſpecies, pretioſiq́; lapides & gemmæ: breuiter, vt ſemel omnia
complectar, innumeris præterea dotibus hæc regio fœlix & beata eſt: quicquid
eſt, quo carere vita non debeat· quo item voluptates ac delitiæ paſcantur, eo af-
fluit: at his mirabilior & excellentior eſt cœli temperies· cuius eximia perennisq́;
ſalubritas nec æſtu immodico, nec frigoris violentia fruges, aut animalia lædit:
vt mirari debeat nemo, nobiliſsimam hanc terram Saturno ſacram veteres exiſti-
maſſe, quam tanta vbertate ac abundantia rerum omnium, quæ profunda huma-
ni ingenij vota comminiſci poſsint, beatam atq́; copioſam aſpiciebant· numi-
neq́ue hoc auctore mortalibus omnia tam largè ſuppetere rebantur. Huius eti-
am fœlicitatis, ac affluentiæ admiratio diuinitatis opinionem antiquis incuſsit·
vt quod gaudentis opus naturæ peculiariter cuiusq́; numinis putarent, id illi dica
tum ſacratumq́; vellent· ideoq́ue montes ac nemora tutelæ Panis aſsignauerint,
prata locaq́; virentia nymphis, litora & inſulas marinis numinibus, cæteraq́; pa-
riter cuncta ſuis dijs vel dæmonibus. Alia inſuper tam multa Dionyſius & Strabo
in huius nobiliſsimæ regionis cōmendationem adferūt, vt niſi longiſsima narra-
tione cōplecti haud poſſent. Polybium optimū ac luculentiſsimū auctorem Grę-
cū nō adduco, qui in hiſtoria a deſcriptiōi ſitus eius, ingentes etiā annectit laudes· a.lib. 2.
vti quoq́; multi pręterea Græci ſcriptores· quorū omnium præconia nunc gratia
breuitatis reticemus. Itaq́; prouidę naturę muneribus dotibusq́; tam ornatā Italiā
apparet, vt primatū omnium omnino terrarū orbis abſq́; cōtrouerſia teneat· nec
ab alumnis eius ingenio manuq́; gentes quas cœli conuexitas ambit, pene oēs de-
uictas, & lingua ſcientiaq́; nationes alias illuſtratas, & etiamnū in præſenti lucem
accipere, mirari oporteat: quibus hercule vel animus vel vires ne nūc quidem etiā
deeſſent· ni ſocietatis humanæ cōmunis gratia, beneuolentiaq́; perijſſet: vnde ni-
mirum pernitioſiſsimis eorū inuidiæ ſtimulis, & per indomitam dominandi libi-
dinem, in tantas adducta miſerias eſt, vt è principe mundi, rectriceq́;, deteriorem
abiecta famula factam, non queamus nunc abſque ſummo animi dolore com-
memorare. Præconio hactenus ex parte relato, quod Græci Italiæ tribuunt,
diuiſionem eius porrò dicere aggrediemur. Varietas hic auctorum eſt maxi-
ma· quapropter hominum curioſiorum gratia, rationes quorundam diuerſas
conge-

congeremus. Catonis & Sempronij partitio eſt huiuſmodi: in Apenninum· in Ciſapenninam regionem, quę ad inferum mare vergit, & in tranſapenninam, quę ad ſuperum: & vt Sempronius adiicit, in Alpes à Rhetis ad Ligures. Idem dein Apenninum in Ligures Montanos, Apuanos, Vmbros, Sabinos, Sabellos, & Hetruſcos diuidit: Ciſapenninam porrò regionem vocat, quæ mari infero appoſita· quippe quoniam in vrbe Roma diuiſionem hanc peregit· ideoq; ſitus Ciſapenninus illi erat, qui nobis apud Bononienſes tranſapenninus: & rurſum qui nobis eſt citra montes· ille tranſapenninum nominat· quod hoc in opere meminiſſe legentes oportebit. Regionem Ciſapenninam ad inferum æquor in Ligures Montanos, Ligures Apuanos, Ligures Hetruſcos Populonios, Ligures Hetruſcos Turrhenos, hinc Lucanos, Picentinos, & Cumanos ſecat: tranſapenninam, quæ nobis vt diximus, citra montes eſt, in Galliam Ciſalpinam· hanc in Tranſpadanam & Ciſpadanam· item in Galliam Togatam. Alpes inde trifariam ſcindit: in Alpes Ligurum, & quæ inter Pœninum Ocramq; montes, demum Tauriſanas ab Ocra vſq; in Hiſtriam. Plinius auctorem D. Auguſtum, deſcriptionemq; ab eo factam, in regiones vndecim, ſequi ſe fatetur. & Liguriam, Hetruriam, Latium, Campaniam fœlicem, Samnium, Picenum, Vmbriam, Galliam, Italiam Tranſpadanam, Venetiam & Iſtriam ponit. Strabo regiones octo facit, Venetiam, Liguriam, Picenum, Lucaniam, Thuſciam, Romam, Campaniam, & Apuliam. Ptolemæus alia ratione terram hanc omnem in populos quatuor & quadraginta partitur. Maſſilienſes ſunt circa Liguſticum mare, & Thuſci, Latiniq,, & Campani, & Picentini, & Lucani, & Brutij. quorum aliqui ad Tyrrhenum æquor vergunt, nonnulli mediterranea tenent, vti quoq; Magnę Græciæ gentes & Salentinorum, tam in Adriatici ora, quàm intus· dein Apuli, Peucetij, Daunij propter Ionicū ſinum, & item Penitius in continenti: tum qui ſequuntur, partim ad Adriam colunt, partim in mediterraneo, Frentani, Peligni, Marrucini, Piceni, Senones, Veneti, Carni, Hiſtri, & in meditullio, Galli Boij, Cenomani, Becuni, Inſubres, Salaſſi, Taurini, Lybici, Centrones, Lepontij, Caturiges, Seguſiani, Neruſij, Surij, Vendeontij, Gallia Togata, Vmbri, Sabini, Aequicoli, Marſi, Prætutij, Veſtinij, Caraceni, Sannites, Hirpini, & Calabri. Antoninus in Itinerario regiones facit denas ſenas, ſic Campaniam, Thuſciam cum Vmbria, Aemiliam, Flaminiam vbi Rauenna, Liguriam in qua Mediolanum, Venetiam, Iſtriam cuius Aquilea, Coctias Alpes, Samniam, Apuliam, Calabriam in qua Tarentum, Brutiam, Lucaniam, Rhetiam primam, & Rhetiam ſecundam: annectit inſuper Italiæ Siciliam, Sardiniam, & Corſicam inſulas, vti partes. Sed quod Mediolanum in Liguria cenſet, haud video quæ ratio ſit, quando id trans Padum eſt, neq; Liguriæ nomen Padum exceſſiſſe vſquam inuenerim. De Aquileia, quam Iſtriæ tribuit, & Tarento, quod Calabris, vel antiquis, vel qui nunc ita vocantur, ferri aliquo modo poteſt, propter vicinitatem: etenim illa Iſtris, hoc Calabriæ propinquum: ſed nos in tempore docebimus ad quas regiones vrbs vtraq; pertineat. In Sacro Codice Romano, vt Volaterranus auctor ſcribit, Italiæ diuiſio recentior ſit huiuſmodi, in Marchiam Treuiſanam, ſeu Venetiam, in Iſtriam, cui Foroiulienſes annectuntur, Lombardiam, ſiue Galliam Tranſpadanam, Liguriam, Romandiolam, vel Galliam Ciſalpinam, Ducatum Spoletinum qui Vmbria, Aprutium quod & Samnium, Campaniam ſiue Latium, Terram Laboris quæ Campania, itemq; Leboria, Calabriam vel Lucaniam, Apuliam, & Terram Hydruntinam, qui Salentini di-

cti

cti. Notandũ porrò eſt, hoc in libro neq; geographicum, neq; topographicum ordinem ſeruari, ſed rationem ſolum Archiepiſcopatuum, Epiſcopatuum, & Eccleſiaſticorum beneficiorum haberi· vt ſi quid rudius quàm chorographiæ leges patiantur, hîc appareat, nemo miretur. Blondus Italiam regionibus decemocto partitur, in Liguriam, Etruriam, Latinam ſeu Campaniã maritimam, Vmbriam ſeu Ducatum Spoletinum, Picenum, quod nunc Anconitana Marchia, Romandiolam olim Flaminiam, Aemiliam, Galliam Ciſalpinã, quæ & Lombardia, Venetiã, Italiam Tranſpadanam, quæ nũc Marchia Taruiſina vel Aquileïenſis vel Foroiulienſis, Iſtriam, Samnium, Terram laboris, quæ Campania vetus, Lucaniam, Apuliam, Salentinos quę Terra etiam Hydruntina, Calabriam, & Brutios. Has auctorum diuiſiones, partim nos ſequi decreuimus, partim commutare: & vt quam cõmodiſsimè partes fiant, Italiam cunctã in Regiones decemnouem diſtribuemus. Ad eas oẽs ſummo quidẽ labore perſequẽdas ita venimus, vt cuiusq; fines, & priſca recentiaq; nomina dicantur: neq; ſolum ipſarum regionum, ſed etiam vrbium, oppidorũ, montium, fluminũ, lacuum, fontium, vnaq; naturæ miracula ediſſeramus· & prætereа res præclarè geſtas hominũ illuſtrium quorũcunq; locorum, eorumq; nomina, & virtutes, quibus patriam quiſq; ſuã nobilitauit, breuiter omnia quæ ſunt in hac terræ parte memorabilia, dignaq; vt notentur, quantũ ingenij noſtri facultas patietur, enarrabimus: quanquàm haud ignoro rem me polliceri immenſi operis, & quę difficulter omnino præſtari poſſe videatur· quippe cum ingenia rara nobiliaq; multa, frequenter in antiquis vrbium, oppidorum, locorumq; nominibus hæſitent, minusq; nunc ſciant, vbi quondã extiterint, ob ingentes plurimorũ ſeculorũ ruinas quibus maximè ab initio inclinationis rei Romanæ, quod ab Imp. Arcadij & Honorij temporibus deductum, in hunc vſq; diem, quemadmodum Blondus Sabellicusq; ſcribunt, adeo miſcuit omnia, ſubuertit, immutauit· vt iam nõ ſolum in antiquis locorũ nominibus ſummè laboretur· verumetiã ipſa loca, vbi ciuitates, oppidaq; quondã extiterunt, ignorẽtur· quas terras illa veteribus dicta flumina perfundant, qui mõtes, aliaq; id genus ſint, nõ liqueat. Neq; ſolum calamitas temporum has nobis tenebras ſuffudit· ſed etiam optimorum voluminũ immenſa iactura. Quamobrem euenire nõ rarò ſcimus, vt in hiſtorijs legendis quũ eruditi ac prudẽtes homines vrbem aliquã, aut montem, aut amnem, vel alia loca memorari vident, eaq; iam vbi ſint, flumina qua labantur, montes qui vocentur, indagare certò nequeant, tœdio ac indignatione perciti, & hauſtis proſperata voluptate moleſtijs, inſtitutũ deteſtẽtur. Et tam immenſę profecto clades ab Imp. Arcadij & Honorij tẽporibus, vt diximus, in hunc vſq; diem Italiam obruêre, quę nullius omnino terrę ruinas & miſerias, nõ longiſsimo poſt ſe ſpatio relinquãt. Diſcimus hoc inde luculenter, quod Strabonis, Dionyſij Halicarnaſſei, Plinij, Dionyſij Afri, Liuij, Melę, Solini, Ptolemęi, Antonini, aliorumq; multorum qui ſcripſere memoria lõgè plures in ea vrbes fuere, & pręſertim in Cãpania, Latio, Magna Græcia, alijsq; regionibus plerisq;, q̃ hoc ſeculo reperiãtur. Aelianus auctor affirmat, olim in Italia MCLXVI. vrbes extitiſſe: Guido presbyter Rauennas ex Igino, qui de vrbibus Italiæ ſcripſit, eius tẽporibus ſeptingẽtas fuiſſe perhibet. Puto tamẽ eos oppida cũ vrbibus ſeu ciuitatibus vnà numerare· aliter q̃ nũc more ac inſtituto Eccleſiæ Romanæ fit, quo ciuitates illæ tãtum appellari ſolent, vbi p̃ſideat Epiſcopus. Hac porrò ratione noſtro ſeculo plus trecẽtas ciuitates Italiã habere cenſemus: quanq̃ diligens & acer harum rerũ indagator Blõdus,

ſe non

ſe non vltra ducentas ſexaginta quatuor inueniſſe ſcripſerit:etenim poſt eius memoriam aliquot oppida ciuitates effectas cōſtat,accepto recenter ex Decreto Romanorū Pontificum Epiſcopo veluti Caſale D.Euaſij,Salutium, Pientia,Burgū Sancti Sepulcri, Vigleuanum, aliaq; nonnulla,quæ in loco memorabuntur.Euidentes autem Italiæ calamitates adeo ſunt, vt ſi maximè nunc oppida caſtellaq; momenti alicuius inter vrbes referas, ad antiquum tamen numerum haud ſis peruenturus.Intercidére plurimæ tam prorſus vt ab extrema clade ne veſtigia quidē minima ſuperſint quodq; miſerius eſt,vbi quondam extiterint poſteritas ignorare cogatur,quemadmodum in operis proceſſu diſſeremus.Cæterum quod promiſimus antiquarum aliquot vrbium deletarum loca vbi extitere,nos inuenturos, oſtenſurosq;,magni hercule laboris,maximæ induſtriæ fiduciæq; negotium ſuſcepimus:& cum erit præſtitum,ſi modo ſuccedet, non tam mihi votis ſatisfeciſſe meis,qúam prudētibus aliorū ac nobilibus ingenijs videbor.Quod ſi ad promiſſa nō ſatis aderit viriū iuuabit tamē cōmunibus ſtudijs cōſuluiſſe hactenus,vt aliorū induſtria, quò certiús aliquid adferant ipſi, per nos excitetur.Pręfari autē neceſſe duximus & ſimul obteſtamur æquitatem legentium,hominem me,ac humanis erroribus obnoxium meminerint:ideòq; ſi quid animaduerſum & æſtimatum ab ijs erit,in quo nos defecimus,id exactiore iudicio ſuo ſarciant & excuſare voluntatem noſtram potius amicè,quàm ad iniurioſa iudicia deſcendere velint. Tantæ igitur ordiendæ rei,partium & regionum ipſarum cum antiquis recētibuſque nominibus ordinem præmittemus.

Regio prima, Ligura nunc Italis,Ora Genuenſis.
Secunda,Hetruria:quæ & Thuſcia.
Tertia,Vmbria:nunc Ducatus Spoletinus.
Quarta,Latium.id nunc Campania Romana.
Quinta,Campania Fœlix:hæc Terra laboris.
Sexta,Lucania:nunc Baſilicata.
Septima,Brutij,nunc Inferior Calabria.
Octaua.Magna Græcia:hęc Calabria ſuperior
Nona,Salentini:nunc Terra Hydruntina.
Decima.Apulia Peucetia:iam Terra Bariana.
Vndecima,Apulia Daunia:nunc Apuliam planam vocant.
Duodecima,Samnites. hoc Aprutium.
Tertia decima,Picenum.hæc Anconitana Marchia.
Quartadecima,Flamminia:quæ Romanula nunc,vulgo Romandiola.
Quintadecima,Æmilia:nunc eſt Lombardia Ciſpadana.
Sextadecima,Gallia Tranſpadana:quę iam Lombardia Tranſpadana.
Septimadecima,Venetia:hæc Taruiſina Marchia.
Duodeuiceſima, Forumiulij nomen vulgo fere retinet dicta & Patria.
Vndeuiceſima. Iſtria: quæ & ipſa,ſed prorſus incorruptam appellationem pertulit.

LIGV.

LIGVRIA, ITALIAE REGIO PRIMA.

QVæ in generali Italiæ deſcriptione promiſſa fecimus, nunc deinceps in ediſſerendis partibus ſingulis fidem à nobis flagitant. Itaq; principium occidentali regionis latere ducemus ab iugis Alpium, quæ Galliam Narbonenſem, nunc dictam Prouinciam, ſubmouēt: & per oram inferi maris, quod Liguſticum, itemq; Leoninum hæc ætas vocat, tendentes, ſigillatim omnia cū maritima, tum interiora loca memorabimus. Sed agris locisq́ue dicendis, nominum regionis, & antiquorum, & recentium expoſitio, ipſique fines præmittentur: quem in cæteris quoque partibus eundem ac perpetuum ordinem inſtituimus ſequi. Liguriæ nominis originem in diuerſum auctores trahunt: aliqui a legumine, nonnulli a Ligone, vno e ducibus Iapeti, qui huc venerit, quidam alijs ortum fabuloſis pene initijs, nec libet referre, prodiderunt. Sed Cato, Sempronius, & Beroſus Chaldęus in idem conſentire videtur, à Ligure Phaëthontis Ægyptij filio profectum, qui in has partes vnà cum patre habitatum conceſſerit, multis ante Gręcos tam Atticos, quàm Oenotrium Arcadem ætatibus: & vt Ioannes Annius in Commentarijs ad Beroſum colligit, annis centum ſeptuaginta: nec abeſt ab hoc numero Dionyſius Halicarnaſſeus. Et Ligurē tractū eum omnē imperio tenuiſſe, q inter oſtia Tiberina, Nicęamq; Maſsilienſiū patet, auctores ijdē affirmāt: vnde cōſequitur, olim amplisſimos Liguriæ fuiſſe fines. Succeſsit poſtremis tēporib⁹ Oræ Genuēſis nomē. De cuius origine priuſquā dicere aggrediamur, finiū tam priſcorū, quàm recentiū indicāda ratio viſa eſt. Iam primùm conſtat, longè admodū antiquit⁹ patuiſſe Liguriā, vt pote cui Trogus [a] Piſas, auctores alij Ligures Apuanos agri Piſani gētem dēt, Cato q̧cquid eſt vt diximus inter oſtia Tiberina, Nicęamq; Maſsilienſiū olim tributum prodat: qui tamen vltimis ſeculis concluſum Apuanæ Liguriæ nomen addit, inter Portum Ligurnum, & amnem Macram: cui oppidum erat appoſitū Apua, vnde Ligures Apuani dicebātur. Sempronius aliter, Montanos Ligures Phaethontis prolem à Nicæa Maſsilienſium ad Macram tenuiſſe, ac deinceps ad Arnum vel Portum Ligurnum Hetruſcos cognomento Ligures Apuanos, ait. Trogus Pompeius latè Maſſiliam in Liguria cōplexus eſt: alij & Lucam: nonnulli multò maioribus ſpatijs, partem etiam Italiæ Ciſapenninæ, tota in Ciſapēninos & Tranſapenninos gente Ligurum diuiſa, quemadmodum Sempronius, Strabo, [a] Ptolemęus, itemq; Liuius [b] non vno in loco docet. Nobis Liguriam Tranſapenninam perſequi tantum, in animo nunc eſt: ideoq; fines eius, vt ſunt ab auctoribus luculentis iam inde à florentibus rei Romanæ temporibus in hunc vſq; diem deſcripti, & à Ptolemæo quoq; conſtituti, dicemus. Initium erit Nicęa, vel amnis Varus paulò vlterior: inde per oram ad flumē commeabimus Macrā, latitudine ab Apēnino ad æquor inferum, quod nunc Leoninum vocant, poſita, Pliniū, itemq; D. Auguſti auctoritatem ſecuturi, quam is imitari ſe fatetur: addens, inter Varum & Macram CCXI, M. P. oræ longitudinem patere. Termini igitur erunt, ab occaſu

a. lib. 20.

a. lib. 4.

b. lib. 41. & 44.

Alpes quæ Galliam Narbonenſem ab Italia diuidunt, ab exortu Hetruria · me-
ridiem mare Liguſticum tenet · à Septentrione Apenninus cum Ciſapenninis Li-
guribus, Aemiliæque parte. His metis Liguriam Tranſapenninam definimus ·
quam Strabo bifariam ſecat: ait enim Ligures partim Ingaunos eſſe, partim Inte-
melios, eorumque duas vrbes mari appoſitas, vnam Albium Intemelium quaſi
Alpium, alteram verò diuiſi maris Albingaunum vocari. Nos totidem partes,
ſed nomina diuerſa, quæ nunc vulgata ſunt ponemus, Oram Genuenſem orien-
talem, & occidentalem · quas plerique recentiorum etiam ab Genua metropoli,
vno Genueſatus nomine efferunt. A Monœco ad Hetruriæ confinia regio im-
portuoſa eſt tota · niſi quod exiguæ quædam iactandis anchoris aptæ ſunt ſtatio-
nes. Imminent vndique rupes immanes ac præcipites, quæ iuxta mare tran-
ſitus relinquunt peranguſtos. Intus omnia ferè montoſa, ſyluoſiſque ſaltı-
bus horrida, vti oſtendemus · quos Strabo iam tum ſua ætate frequentiſsimam ædi
ficandis nauibus materiam, tamque vaſtas arbores habuiſſe ſcribit, vt in qui
buſdam craſsitudinis diameter octonos æquaret pedes. Eas maximè fabrican-
dis-menſis, & id genus operibus expetitas, Genuamque regionis Emporium
deportare montanos conſueuiſse, vnde viciſsim oleum & vinum ſibi com-
parabant, ait · quoniam fere lacte ac hordeacea tantum potione viuebant · quan-
quam & in aſpretis illis picati ac auſteri vini modicum legerent. Equimuli hic,
Gygenij dicti, naſcebantur. Lingurium item, quod electrum aliqui vocarunt,
nonnulli ambram, abundabat. Genti equo militare vſus infrequens: pe-
deſtribus verò, maximeque tumultuarijs prælijs ſummè valebat, æreis græ-
corum more parmis vtens. Hinc etiam Sagulis liguſticis nomen fuit. Ligu-
a.lib.20. rum mentionem Liuius plurimis in locis facit · præſertim vbi a primùm à Ro-
b.li.29.41. manis bello petitos, item vbi b à C. Sulpitio Gallo deuictos, aliaque paſsim
42.& 49. quæ repetere omnia non libet, de ijs commemorat. L. Florus auctor eſt Po-
pulum Romanum à Punico bello primo vix breui ad recipiendum ſpiritum
requie frui potuiſſe, quum laceſſentibus inter alias gentes Liguribus, arma
ferrumque ſumere neceſſe habuit. Eos, inquit, imis Alpium iugis adhęrentes
inter Varum & Macram flumen, implicitos dumis ſylueſtribus, maior aliquan-
to labor erat inuenire, quàm vincere. Tutum locis & fuga, durum atque ve-
lox genus, ex occaſione magis latrocinia quàm bella faciebat. Itaque cum diu
multumque eluderent, Salyi, Deceates, Oxybij, Euburiates, incognitas tan-
dem Fuluius latebras eorum ignibus ſepſit. Bębius in plana deduxit. Poſthu-
mius ita exarmauit, vt vix reliquerit ferrum quo terra coleretur. Obiter hic di-
cere viſum fuit, Oxybios ſcribi oportere, non vt mẽdoſi codices Pliniani habent
Meſſubios: errorẽ enim conuincit tum Polybius, tũ Strabo · quod etiã in caſtigatio-
c.lib.39. nibus ab Hermolao Barbaro notatũ eſt. Liuius c quoq; ſigillatim arduũ huius regi
onis ſitũ, rituſq; populorũ memorat, cũ Ligures hoſtẽ velocẽ, leuẽ, ac repẽtinũ di
cit · in quo vincẽdo difficultatis laboriſq; plurimũ, prodę haud multũ eſſet, ob aſpe-
ra mõtanaq; loca · quiq; propter domeſticã inopiã vicinos agros incurſaret. Alia pr-
ter hęc multa cũ ipſe, tum Strabo de Liguribus ſcribũt, quę iã repetere non puta-
d.lib.1. mus operępretiũ. Eandẽ gentẽ Dionyſius Halicarnaſſeus, & Myrſilus Lesbius d me
e.lib.11. morãt · itẽq; Diodorus e Siculus Themiſtoclis fugã à Molloſsis narrãs, duos, ait eum
adoleſcẽtes inueniſſe, negotiatores Ligures, viarũ gnaros, à quibus Lacedęmonẽ,
inde in Aſiam deductus ſit. Virgilius f durã eorũ atq; laborioſam vitã haud obſcu-
re notat.

rè notat, inquiés: Aſſuetumq́; malo Liguré. Lucan᷒ [a] inſuper hac degente: Et nũc
tonſe Ligur quõdam per colla decora Crinibus effuſis toti prælate comatæ. Hęc f.2.Georg.
in vniuerſum nomina, hic ſitus, hæ veterum auctorũ commemorationes Liguriæ [a] a.lib.1.
nunc ſingula deinceps loca dicenda ſunt. Initiũ erit amnis Varus, ita Plinio, Luca
no, Melæ, Ptolemæoque dictus. Oritur in Alpium capite ex monte Sallyo, ſupra
Villam D. Stephani. Montem hunc Camelionum ætas noſtra vocat, à Camellione
vel Cemellione caſtello, quod hîc extitiſſe Plinius auctor eſt. Ptolemęus Antoni-
nuſq́; Cemenelion à monte hoc Cemeno ſic tum dicto, vocant, & Antoninus à Va
ro M.P. VII, à mari XXX. collocat. Varus rapidè pręcipitans, haud procul Nicęa
Maſsilienſium mari illabitur, nulla re alia memorabilis, niſi quod Italiæ, Gallięq́;
Brachatæ diſcrimen ſit, vt Plinius. Ptolemæuſq́; docent, ac item Lucanus [b] hoc ver
ſu: Finis & Heſperiæ promoto milite Varus. Sallyi mõtis, ſiue Camelioni iuga, Sal
lyi Ligures habent, quos ita Strabo vocat, Plinius Salios. Vari dextra ſurſum op- b.lib.1.
pida reperiri nonnulla Bracellius in huius regionis deſcriptione tradit, inter quæ
Roccheta, Gileta, iuxta fontem amnis Buſonium. Hinc in ora ciuitas eſt, Nicæa,
quõdam à Maſsilienſibus condita, vt Plinius & Ptolemæus perhibent, dorſo Alpi
bus innitens, partim in iuga, partim in planitiem porrecta. Plinius Nicęam appel
lat, Ptolemæus & Antoninus Niciam. Annius ad Beroſum ſcribit, auctorem no-
minis Larthem Hetruriæ Nicium, qui colonos huc miſerit, uti prius Athlas Ita-
lus Hetruriæ Larthes, eiuſque ſucceſſor Coritus in Galliam Bracchatam (quæ
nunc Prouincia) propter Electræ nuptias. Hac tempeſtate Nicæa munitiſsi-
mam & inuictam arcem habet in colle; ditionis Reguli Sabaudi. Venit huc
anno poſt C. N. MDXXXVIII. Roma Paulus III Pontif. Max. pacis inter
Imp. Carolum V, & Franſciſcum. I. Galliæ regem conciliandæ gratia, qui tum
hic cõgreſsi nouennales inducias pepigere. Non procul in montibus, agro Cimi-
es, ſeu Cemeno, veſtigia cernere eſt vrbis in tumulo quondam Cemella vel Cemel-
lion dictę, quam veteris eſſe Nicęæ putent aliq. Seqtur in ora ſecundo lapide Vil
la Franca, Portus Herculis Monœchi vocatus Straboni, Plinio, Ptolemæo, Taci-
toque [a]. Strabonis ſeculo, quemadmodum auctor ipſe eſt, nec multarũ, nec ma-
gnarum nauium capax ſtatio fuit, cum templo in quo ſolus Hercules Monœchus
colebatur. Diuerſè tradit Ammianus [b] Marcellinus ædem Herculis Thebani eſſe, a.lib.10.
qui contra Gerionem tendens, arcem hîc memoriæ ſuæ gratia muniuerit. Alij vo- b.l.b.14.
cis interpretatione nomen ab Ægyptijs ortum dixere, quoniam mon, & akos La-
tinis habitationem & municipium hamantiorũ. i. piſcatorum ex Ægypto cum ha
mis, qui habitatum huc conceſſere, ſignificet. Suo quiſq; probabit arbitrio, quod
viriſimilius putabit: mihi prior ſententia placet; quæ Seruium etiam aſſertorem
in hoc Virgilij verſu, [c] habet: Aggeribus ſocer Alpinis, atque arce Monœci, Deſ-
cendes. Veniſſe huc à Gallia Iulium Ceſarem in Italiã tẽdentem & Lucanus [d] me- c.li.6.Aen.
morat, inquiens: d.lib.1.

Quaq; ſub Herculeo ſacratus nomine portus,
Vrget rupe caua pelagus, non Corus in illum
Ius habet, aut Zephyrus: ſolus ſua littora turbat,
Circius, & tuta prohibet ſtatione Monœci.

Succedit in ora tertio lapide Port᷒ Monœci, quẽ Monaci vocat Ptolemęus, loco
munito in ſcopulo maris, ex auctoritate Friderici Ænobarbi à Genuenſibus quõ-
dã ædificatus. Puto nomen à vicino Herculis Monœchi portu traxiſſe, propte-

reaq; Monaci dictum pro Monœchi. Supra Monacum ad alterũ lapidem editus in
montibus Torbida iacet, Ptolemæi Tropea Auguſta, vt affirmat Bracellius, Imp.
Ælij Pertinacis patria, quẽ in Apẽnino in Villa Martis natum, & ex cõtinuatione
lignariæ negotiationis, quod pertinaciter eam rem gereret, à patre Pertinacem di-
ctum Iulius Capitolinus auctor eſt. Hinc dein propter litus, Mentonium, & Arx
Bruna locis ſterilibus ſiccisq́; : mox quinto milliario Vintimilia: Ptolemę Albini
a.lib.17. miniũ, Strabo ac Plinius Albium Intemelium, Tacitus a & Antoninus Albintimi
lium vocant. A Strabone Ligures in duas diuidi nationes prædiximus, Ingaunos,
& Intemelios· quarum vnius colonia mari imminens, Albium, tanq̃ Alpium Inte
melium vocabatur. Orientale latus eius flumen alluit Rutuba, Plinio memoratũ,
b.lib.2. itemq; Lucano b, ſic: Rutubamq; cauũ. Mons hac parte mille hinc paſsibus aſſur-
git Appius· vlteriuſq; paulò Arx cernitur, à qua nõ procul Apẽnini primũ iugum
incipit: etſi Strabo ſcribat, vti Alpes à Sabatijs, ſic Apẽninum Genuæ principiũ ha
bere: nam id de circumiecta Genuæ regione debet accipi. Nomen Apennini haud
quaquam à Pœnis ortum, qui Annibale duce hac in Italiam penetrauerint, vti
quidam antiquitatis & hiſtoriarum rudes arbitrati ſunt· quoniam ante Pœnorũ
aduentum viguit, auctore Sempronio: ſed vel quia Pœninum montem latitudine
contingit ſua, vel ab Api duce denominatus, qui multis ante Romam cõditam ſe
culis Italiæ potitus eſt imperio, quemadmodum in operis initio circa nominis, A-
peninę, originem diximus. Pœninum tamẽ ab Annibalis trãſitu montem eum ap
pellatum damus, quem is e Gallia Narbonenſi in Italiam tendens, igne ferroq́ue
perruptum ſuperauit, memoratq́ue Iuuenalis inquiens: Et montem fregit aceto.
Sed hunc ætas recentior Genebræ vocat· & nos in exitu Lombardiæ Traſpadanæ
deſcribemus. De Apẽnino ſuprà, cum generatim de Italia diſſeruimus, vt eam diui
dat, vt finiat, dictum eſt ſatis. Sequitur à Rutuba X. lapide D. Remi oppidum per-
amœno ac fertili agro, citris, palmis, medicis, limonibus, aliiſq; fructiferis arbo-
ribus mirificè ornato, earumq; tum floribus ſuauiſsimè fragrante, tum fructibus
nobiliſsimis nitente. Dein P. M. quinq;, duobus à mari, caſtellum Tabia, vinis
apianis inclytum, ambitu quidem exiguo, ſed nomine celeberrimum ob genero-
ſitatem ſucci nec Maluatico Cretę, nec Cyprio, vel vlli tum Italico, tum exotico vi
no ſuauitate cedentis. Nobilitatum inſuper fuit memoria noſtra, Ioannis cogno-
mento Tabiani, prędicatoris monachi, hominis doctiſsimi ortu· qui Summam ca
ſuum cõſcientiæ, Tabianã vocãt, texuit, diem functus anno poſt C. N. M. DXXI.
Bononiæ in D. Dominici. Succedit milliario decimo Portus Mauritius, nomine
magis quàm re portus· altero dehinc Vallis Onelia, pagis viciſq; multis nitens· vl-
teriùs quarto Dianũ· antiqui Dianam dixere, P. M. à mari duobus. Ager olea cõn
fertus vndiq;, ꝓuentu olei vberrimus· vt quãdoq; duodeuiginti, nonnunq̃ vicena
millia reddat vrnarum, quas barilas vocant. Mox alterum poſt lapidem ſupremo
e colle litori immĩnẽs Ceruum· hinc poſt quartũ, Andoria oppidum· ſubter quod
amnis labitur Plinio Merula dictus, vallẽ quę ad M. P. VIII. iuxtà, percurrens, ma
riq; dein illabẽs vbi ꝓmontorio Merulæ nomẽ facit. Omnia circum Andoriam
amœnis vitiferiſque collibus ſplendent· inſuper & pagis, ac vicis, quorum me-
moriam Auguſtinus Iuſtinianus Epiſcopus Nebiæ principio hiſtoriarum Genu-
enſiũ lingua vernacula, ſigillatim repetit. Itinere dehinc P, M. V, per orã Albingau
nũ deuenitur, ſic tanq̃ diuiſi maris dictũ Straboni, itẽ Plinio, Melę, Antonino, ſed
Albitaunũ Ptolemęo. Ligurũ Ingaunorũ oppidũ vocat Strabo· quã gẽtem quoq;

Liuius a memorat, Ingaunis Liguribus, qui cum Epanterijs montanis bellũ gerebãt, Magonem Pœnum Amilcaris filium ſe coniunxiſſe, ac alibi, b pacem inter Ingaunos Ligures & Pub. Ælium Cõſulem factã, aliaq; locis c alijs de hac gente ſcribens. Cõditum Albingaunũ aliqui dixere Magni Pompeij temporibus: at quoniam, vt paulò antè retulimus, Strabo auctor affirmat, Ligures antiquitus in Ingaunos & Intemelios fuiſſe diuiſos, hoc apud me haud magna dubitatione caret: vtcũque ſit, antiquam eſſe vrbem ſatis apparet. Situ eſt plano, quingentis à mari paſsibus ædificata lautè, ſed graui cœlo, pręſertim ijs anni temporibus, quum in flumine vicino Centa, maceratur cãnabis: id enim tum odorem effundit teterrimũ vnde vitium aëris contractum humana corpora morbis pernitioſis infeſtat. Hinc vulgi dictum, Albingana plana, ſi eſſet ſana, diceretur ſtella diana. Ciuitas eſt opulenta, rebuſq; cũctis ad vitã mortalium vtilibus ſatis affluens. Captam, direptam, atq; crematam, abductis etiam ciuibus permultis, anno à C.N. MCLXXV. legitur, à Piſanis. Inſtaurata dein ope Genuenſium, aliorumq; finitimorũ ab ijs, qui ex illa calamitate ſuperſtites fuerant, adeo paulatim ædificijs creuit vt nunc egregiè ſplendeat. Ciuitatem effectam ab Alexandro III. Pontif. Max. qui primus Epiſcopum dederit, eumq; Genuẽſi Archiepiſcopo ſubiecerit, proditum eſt à quibuſdam: ſed hoc ad Innocentium III. alij referunt attributumq; pręſulẽ ipſum Mediolanenſi Archiepiſcopo perhibent. Inclyta eſt ortu Proculi Imperatoris, quẽ Spartianus & Eutropius Albingauni natũ in Alpibus maritimis, domo nobili, ſed maioribus latrocinãtibus, ſcripſere. Propter fluit amnis Centa, per amœnã lõgamq; vallẽ inter montes colleſq; fructiferos in mare deſcendens. Centã vocatũ putauêre nonnulli, quod centum colligat torrentes. Aliqui Merulã eſſe Plinij putãt. Sed eam nos ſuprà deſcripſimus aliam. Poſt Albingaunum introrſum quingentis ferè paſsibus ad montis pedem lacus exiguus, Rauenna in quo circũiectis e iugis delabentes aquæ ſtagnant, piſcibus optimis fœcundus. In ora dein quinto ab Albingauno lapide caſtellum eſt Ceriale: mox Burgetum: & alterũ poſt lapidem, Ouũ: totidem hinc Petra: inde ad Finarium nobilẽ oppidum M. P. V. Iacet id à mari M. P, in faucibus vallis, vbi modica impoſita colli arx munitiſsima tutelam eius tenet. Finariũ ab aëris tẽperie & excellentia dictũ putat Blondus. Olim à Genuẽſibus euerſum hiſtoriæ perhibẽt, eiecta nobili familia Carretorũ, ꝙ ex ea loci Marchio Galeotus, Philippi Mariæ Vicecomitis, Mediolani ducis partes aduerſus ipſos fouiſſet. Eum tamen Dux Philippus in ditionem poſtea reſtituit, & in principatum ſecutus filius prudentia virtuteq; animi ſumma pręditus à quo diligentiſsimè refici oppidum cœptum, ac dein ad inſignem nitorem perductũ. Filios ille genuit homines claros, Carolum Dominicum, qui ob virtutẽ à Iulio II. Pontif. Max. Cardinaliũ ordini allectus, Romæ fato cõceſsit anno poſt C.N. MDXIIII. itẽ Fabricium, qui Magiſter ſummus ſodalitatis equitũ Hieroſolymariorum, Rhodi fœliciter animam edidit, anno poſt C.N. MDXXI, quum inſequenti Solimanus Turcarum Imperator Rhodiorum potitus eſt tertium Alfonſum, qui tota vita principatum oppidi tenuit. Patriam Finarium Baptiſta Iudex, Albintemelius Epiſcopus, ex ordine prædicatorum, ſingulari eruditione nobilitauit, cuius argumenta præclara ſcriptis editis præbuit, maximèque pereleganti illo de Religione Dialogo. Sequitur in ora ſeptimo lapide Naulum, à Genuenſibus Sabatijſque conditũ. Ciuitatẽ fecit Innocẽtius IIII. Pontif. Rom. epiſcopo eius Genuẽſi pręſuli attributo. Nõ deſunt tñ qui ciuitatẽ effectã ab Alexãdro III. Pontif. max. dicãt. Portus

a.lib.28. b.lib.30. c.lib.40.

hic eximius. Vrbem olim admodum frequenté opulentis negotiandi induſtria ci-
uibus fuiſſe conſtat: nunc haudquaquã eſt. Ferunt cum ſtudio mercaturę gens, o-
pibuſq; mari quęrẽdis ſummè eſſet dedita, neq; ſanctionibus Eccleſiæ, quibus fer
rũ & id genus merces ad Chriſtiani nominis hoſtes exportari vetãtur, obtẽpera-
rẽt, tũ ab antiſtite ſuo ſacrorũ, admonitam correptamq; ſępius, non modo eum nõ
audiuiſſe, ſed etiã inſuper affeciſſe ludibrio: pręſulẽ ea propter obteſtatũ numen, vt
vindictæ documẽto edito, reſipiſcere nefariũ genus cogeret: ita deinceps ire rẽ ci-
uitatis pręcipitẽ cœpiſſe, donec ad hãc calamitatẽ peruenit. Acceſſere quoq; mox
ad maiorẽ facilioréq; lapſum diſcordię ciuiles Genuenſiũ: etenim quotieſcũq; vel
Fregoſa factio, vel Adurnia pellebatur, Genua exacti huc ſummo cũ vrbis detri-
mẽto recipere ſe ſolebãt. Nec minorẽ cladẽ Alfonſi Arragonij Neapolis & Hiſpa
niæ regis perſępe in terrã hic effuſa direptò etiã loco, claſsis intulit: vt pluſquã eui-
denter execrationis ab Epiſcopo inflictę vis & auctoritas tot malis apparuerit. A
Naulo millib. duobus in ora, Vicus Spotron⁹: inde tribus, Vada, portus, vadũ Sa-
batiũ Plinio dict⁹, Straboni Vada Sabatia, Antonino Vada Sabatis. Strabo hęc va
da paludes ait eſſe. Millia hinc. V. Sauona ciuitas, quam ita Liuius vocat, Strabo
Melaq; numero plurali, Sabatia, Ptolemęus Sabata, Sabatiũq;. Cõditã aliq tradũt
vti Italię multas inſup alias à Gallis Senonib⁹: vtcũq; ſit, antiqſsimam eſſe ſatis cõ
a lib. 38. ſtat. Mentionẽ ei⁹ facit Liuius, a Magonẽ Pœnũ Amilcaris filiũ, cũ ex minore Balea
riũ inſula, vbi hybernarat, iuuẽtute lecta in claſsẽ impoſita, in Italiã XXX. roſtra-
tis nauib⁹, & multis onerarijs, XII. M. peditũ, duo fermè eqtũ, traieciſſet Genuãq;
nullis pręſidijs orã tutãtibus, repentino aduentu cœpiſſet, Sauona oppido Alpino
pręda depoſita, & X. lõgis nauibus in ſtationem ad pręſidiũ relictis, cęteras Car-
thaginẽ miſiſſe, ſcribẽs. Vrbs eſt perhoneſta, circuitu M.D. Paſſuũ, ędificijs orna
ta magnificis, pręcipueq́; nobiliſsima domo Iulij II. Pontif. Rom. Variorũ princi
pũ ditionis ſuperioribus ſeculis fuit, Genuenſiũ, Vicecomitũ, Sfortiarumq; Me-
diolani regulorũ, item Gallorũ: quandoq; etiã in ſuo iure ac poteſtate egit. Nunc à
Genuẽſibus imperio tenetur, & quidem tali, vt anno poſt C.N. MDXXVIII mul-
tas ob cauſas portũ corruperint, quũ anni inſequẽtis die VII. Id. Auguſti Carol. V.
Imp. claſſe nauiũ cẽtũ, partim roſtratarũ, partim onerariarũ ex Hiſpania huc ap-
pulit, ad Põtif. Max. iturus, q tũ mox illi Bononiæ coronã auguſtalẽ poſuit. Nobi
litarunt Sauonã ortu multi pręclari hoẽs, interq; cęteros Gregorius VII. Pontif.
Rom. vir ſapientia, iuſtitia, virtute inclytus, vti tum Platina, tum cęteri ſcriptores
perhibẽt. Is decreta ſanctioneſq; plurimas, & ſummè vtiles, & valde neceſſarias Ec
cleſiæ conſcripſit. Diem Salerni obijt. Noſtra quoq; memoria Sixtus IIII. ex familia
minorũ, itẽq; Iulius II. ambo Rom. Pontif. ſummũ huic natali ſuo ſolo ſplẽdorẽ at
tulere. Prior apprimè doctus, ingenioq; ſagaciſsimo fuit: alter eius nepos amplitu-
dine rerũ geſtarũ, quibus conferta nũc ingentia volumina, Iulij nominis auſpiciũ
exęquauit. Libertatis eccleſiaſticę, nec minus Italicę propugnator hercule maxi-
m⁹ erat. Vrbes plurimas, oppida, agros, in Æmilia, Flaminia, Vmbria, Picenoq;,
quẽadmodũ in Ephimeridibus ſigillatim perſcripſimus, in Eccleſiæ ditionẽ ſubiũ-
xit. Gallos ope Venetorũ & Heluetiorũ ex Italia deturbauit: Maximilianũ Sfortiã
Ludouici filiũ in Mediolani ducatũ reſtituit. Bellis cõtinuò geſtis, nec tñ tributum
clero vnquã, minuſq; popularib. impoſuit: ſed qcqd etiã erat oneris ademit. Cõci
liũ habuit apud Lateranũ, quo de Cardinaliũ in eligẽdo Põtif. ambitu legẽ ſanxit.
Opera tũ Romę, tũ alijs in locis magnifica incepit plurima: abſoluit pleraq;. bre-
uiter

uiter tāmulta præclarè geſsit, qbus & animi ſublimitatē, & ingenij ſummā indolē teſtatā reddidit, vt omniū in magnū volumen exceſſura cōmemoratio foret. Piè vita decedens Romæ, M D XIII. poſt C. N. anno, ſepulcrum in D. Petri Vinculani ſplendidū ſibi poni, perficiq; manu Michaëlis Angeli Florentini, nobiliſsimi tū anaglyptæ, iuſsit. Illuſtrauere hanc quoq, patriam Petrus & Raphael Riarij Cardinales, Sixti Pontif. Max. nepotes quorū poſtremus ædes illas magnificentiſsimas Romæ apud D. Laurentij in Damaſo, vel ſplendidiſsimis Europæ totius cōferēdas, ædificauit. Ludibrio fortunæ, vt vocāt, fuit, quanq̄ egregiè ſapiens ac prudens homo. Vita conceſsit anno poſt C. N. M D XXI. apud Neapolim, delatuſq; Romā, apud D. Laurentiū in Damaſo ſepultus eſt. Edidit quoq; Sauona Marcum Vgeriū ex ſodalitate minorū item Cardinalē, apprimè doctū, vti literarū monumentis oſtendit insuper Auguſtinū Spinolā Cardinalē & Quæſtorē Eccleſiæ Romanæ, quē annis ſuperioribus fatū rapuit præterea Cæſarē Patriarchā Conſtantinopolis Octauianū Epiſcopū Viterbinū, & Sfortiam Lucēſium, oēs Hieronymo Riario Comite natos qui Forocornelienſiū Forolíuienſiūq; regulus fuit, & filium principatus hæredē reliquit Galeatium, Romæ nūc vitā fœliciter agentē. Ortum etiā ex hac vrbe traxit Ioannes Roboreus, Sixti Pontif. Max. nepos, vrbis Romæ Præfectus, & Senogalliæ Regulus cui in imperio ſucceſsit Frāciſcus Maria filius, Piſauri dein etiā Princeps, & Vrbini Dux, ingenij ſingularis inclytæq; iuſtitiæ vir, qui anno poſt C. N. M D XXX præfectus Veneti exercitus è vita decedens, hæredem filiū habuit Guidubaldū. Res à Frāciſco Maria fortiter fœliciterq; geſtas, niſi lōgiſsima narratione cōplecti haud poſſem: Iulij ſe Pontificis ſanguine ſatum me Hercules quā euidenter oſtendit. Alios præterea tam multos hæc vrbs illuſtres homines in lucē produxit, vt ſi memoriā omniū perſequi vellemus, lōgiſsimo ab inſtituta locorū deſcriptiōe diuerticulo eſſet euagandū. Itaq; vt ad loca reuertamur, à Sabatijs Alpes incipere, q̄ perpetuis hinc iugis porrò cōſurgunt, auctor affirmat Strabo. In ora pagi aliquot exigui, viciq; ſequūtur, inter quos alterū poſt lapidem Albiſſola tū inde tertio, Calle, cum alijs aliquot ab Epiſcopo Nebiano recenſis. Ad Virgiū tria millia quod oppidū & Viraginē, & Voragiū appellauere nōnulli: nec deſunt qui Viam virginis olim vocatū diu, tradāt. Honeſtū eſt ſatis, itēq; ortu Iacobi ex p̄dicatorū ordine viri docti, Genuenſiū Archiepiſcopi, nobile, qui multa literarū monumenta poſteritati reliq̄t, vti in libris hoīm illuſtriū ordinis p̄dicatorū legitur. Obijt anno à C. N. M CCXCIIII. Succedit Vutrū cū amne ex Apennino Chieruſa: poſt eā Segeſtū, quod vocatur occidentale nā aliud eiuſdē noīs oppidū, quod orientale, de quo in tēpore dicemus. Hinc ad Cornelianū inſignē vicū gētis ex Genua nobilis Spinolæ, millia duo. Noīs auctorē Corneliū Romanū, qui hìc habitauerit, aliqui perhibēt. Vlterius flumen eſt Porcifera, Plinio memoratū. Id Annius à Porco rege dictū ait. Oritur Apennini iugis curſuq; milliū xv. mari illabitur, vti regiōis amnibus torrentibusq; cæteris maior, ita quoq; vi maiori, valli ſumptuoſis villis nitenti quā p̄currit, Porciferæ noīe indito. Ager etſi haud valde ſit fœcūdus, tn̄ amœnus & pulcher admodū aſpectu eſt, ob citriarū, limoniū, medicarū, & id genus fructiferarū arborū abūdantiā. Ora tota, q̄ ab D. Remi, ac etiā vlterius, ad Genuam pertinet, tot talibusque nobilibus arboribus, itemq; palmis ſummæ proceritatis, vnde fructus admodū generoſi odoriferiq; percipiūtur, adeò ornata eſt, vt tum aſpectu, tum odoratu periucūda ſit hortique paſsim tam amœni, qui recreandis reficiendisq; mentibus afflictis omnem facultatem habeant.

tum temporis hac regione, præſertim circa oram, oppida extitiſſe nulla: ſed nul-
lum tañ Florus nominat, vtpotè quia nõ erãt hoſtilia. Quid? Liuius, ãn nõ diſertè
Genuam Sauonãq; principio ſecũdi belli Punici cõmemorat? Genuam, vt in Sa-
uona retulimus, aduentu repentino Magonẽ Pœnum cepiſſe, p̃damq; cum decem
roſtratis nauibus p̃ſidij cauſa reliquiſſe Sauonæ ſcribit. Ergo ſi capta deiectaq; tũ
Genua, vt extiterit neceſſe eſt, vtq; ditionis Romanæ fuerit. His occurri Blondo
poſſe cenſeo, deq; Iordario pariter illi ac de Floro ſatisfieri· nimirum omiſſam ab
Iordano Genuæ memoriam propter obſcuritatem, vel ignorationem. Hæc hacte-
nus. Ego cum Bracellio, multisq; ſcriptoribus alijs Genuam æſtimo antiquiſsi-
mæ originis· & vel à Iano Genio Priſco ædificatam, vel à Genuino, Genuoúe, ac
nomen ab horum alterutro accepiſſe. Captam à Magone Amilcaris filio Liuius a.lib.28.
a his verbis prodit. Eadem æſtate Mago ex minore Balearium inſula, vbi hyberna-
rat, iuuẽtute lecta in claſſem impoſita, in Italiam XXX. ferme roſtratis nauibus,
& multis onerarijs XII.M. peditum, duo ferme equitum traiecit, Genuamq; nul-
lis præſidijs oram tutantibus repentino aduẽtu cepit. Hoc P. Cornelio Scipione,
P. Licinio Craſſo Coſs. accidit, anno mundi MMMDCCLVII. ab vrbe Roma
condita DXLIX. centeſimæ quadrageſimæ quartæ Olympiadis primo, ante
C.N. CCIIII. Ita deinde biennio deiecta vrbs iacuit, donec à Romanis Lucretio
Spurio negotium eius reficiendæ datum· quod idem auctor b Liuius in hæc verba b.lib.3.
tradit. Lucretio prorogatum imperium eſt, vt Genuam oppidum à Magone Pœ-
no dirutum, exædificaret. Id in conſulatum Cn. Seruilij Cœpionis, Cn. Seruilij Ge
mini recidit: vnde manifeſtus fit eorum error, qui dirutam à Magone ſcripſerũt,
anno ab vrbe Roma cõdita DXXXIIII. reſtitutam à Lucretio DXLV. quæ tem-
pora belli Punici ſecundi initia, Magonisq; in Italiã aduentũ præceſſere. Docent
hoc tũ ab Henrico Glareano & Georgio Haloãdro Cõſulum ordinati Catalogi,
tum Ioannis Lucidi temporũ & annorũ à mundi primordijs ad noſtrã memoriã
vſq; ſupputatio. Poſtq̃ à Lucretio refecta Genua fuit, quanq̃ nõ vt cæteræ, Roma-
norũ Colonia deducta legatur, ob agri tenuitatẽ, quod etiã Blondus ſentit, colo-
nos tñ Romanos aliquot accepiſſe par credere eſt: & conſtanter exin in fide noĩs
Romani ſtetit. Ita diuitijs populoq; ꝑpetuo creſcens ad annũ à C.N.DCLX. per-
uenit, quo à Rhotare Longobardorũ rege direpta fuit. Poſt hãc cladẽ ſeſe denuo
paulatim erigẽs, Deſiderio rege Longobardorũ à Carolo Magno Ticini capto, ad
imperiũ & ditionẽ Pipini venit, Caroli filij, quẽ Italiæ regẽ pater dederat: ab hoc
ad filiũ Bernardonũ cõmeauit· demũ ad Imperatores, qui Carolo ſucceſſere. Cum
horũ leni & æquo admodũ imperio haberetur, poteſtatẽ etiã eſt adepta p̃fectos ſi-
bi ipſi legendi, q Rempub. gererẽt. Ex his Ademarus fuit, q ex auctoritate ciuitatis
cũ numeroſa claſſe Corſis auxilio ꝓfectus, quos tũ ſuæ ditionis Saraceni fecerãt,
tãta virtute fortitudineq; rẽ geſsit, vt p̃fracta hoſtili claſſe tota victoriã adipiſcere-
tur, quãuis & ipſe caderet. Ita tũ debellatis Saracenis, Corſorũ Genuenſes potiti·
& nauibus hoſtiũ XIII. abductis, eã inſulam exin imperio tenuere. Succeſsit tñ an-
nus à C.N.CMXXXV. ſummè luctuoſus vrbi & infauſtꝰ· quo nomẽ Imperatoris
Romani Berengario tertio in Italia vſurpãte, Stephano VII. Pontif. Max. Saraceni
Carthaginẽſibus fœdere iuncti in Italiam traiecerunt, & vrbe hac capta direptaq;,
maximis cædibus editis, quotquot inſuper aſſequi virilis iuxta ac fœminei ſexus
potuere pueros, vnà in Africã inducta prorſus ſolitudine abduxerunt: quos ta-
mẽ oẽs haud diu pòſt receptos, patriæq; reſtitutos Andreas Dandalus Venetorũ
Dux

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMAN.

Dux tradidit. Inde tantis incrementis tum populi ac ædificiorũ, tum opum denuo creuit, vt nomen adepta ſit Genuæ ſuperbæ: quanq̃ & inſignem paſſa cladem anno pòſt C.N. MDXXII. quum à Proſpero Columna ſocialis exercitus Leonis X. Pontif. Caroli V. Cæſaris & Florentinorũ, Imperatore, exactis Italia Gallis expugnata, captoq́; Octauiano Fregoſo ex Galliæ regis Frãciſci auctoritate vrbis Rectore, cũ Petro Nauarra Comite, Vaſconũ quos Gallus Fregoſo auxilij cauſa miſerat, præfecto, ꝑter aliam belli iniuriã triduo direptioni militibus cõceſſa eſt. Incredibile profectò videtur tantã vrbem ea facilitate capi diripiq́; potuiſſe. Sed ab hac clade non mediocriter refecta dein anno poſt C. N. MDXXIX. Imperatoris Caroli V. trãſitu: qui tum à Barcellona ſolenniũ Imperij à Clemente VII. Pontif. Max. capiendorũ gratia in Italiã aduenie͂s, iter hac egit: inſup anno MDXXXVI. quùm ide͂ Imperator legionibus è Gallia Narbonenſi huc reductis, vrbe͂ pecunia locupletauit, quã miles hìc tum reficie͂di ſui cauſa reliq̃t. Pace nũc ciuitas fruitur, mercaturæ ac negotiationi vacans: q̃bus ſtudijs ex om̃ibus penè mundi partibus ingentes trahit quæſtus: nec affirmare dubitauerim, nullum om̃ino eſſe emporiũ, quod Genuenſes nõ adeant: tanta eorum negotiãdi induſtria: tãta quæſtus auiditas: idq́; regionis & agri ſterilitas, vrbis freque͂tia, facit. Hinc quoniã ſterilitas domeſtica nauos eſſe cogit, ciuitas om̃ibus rebus nõ tam ad vſum humanæ vitæ, neceſſarijs, q̃ ad delitias vtilibus, affluens & copioſa redditur. Rem quoq; Genuenſium mari ſummè viguiſſe cõſtat: nec minus hoc te͂pore floret: inſignibusq́, victorijs, opibus maximis inde auctã & ornatam haud eſt obſcurũ. Id vt ipſis rerum geſtarum exemplis doceamus, quædam ex hiſtorijs eximia cõmemorabimus. Anno MLX. poſt C.N. vt Iacobus Voragius *a* tradit, vel vt Auguſtinus Iuſtinianus Nebiæ Præſul, MCI. magnam claſſem Genuenſes Balduino Hieroſolymarũ regi aduerſus hoſtes Chriſtiani nominis auxilio miſere: quę ſpectabili pugna hoſte victo, Tripolim & Cæſaræã in poteſtate͂ redegit: quas vrbes deinde cum Balduino reddidiſſet, is vt gratia meritum & inſigne͂ operam rependeret, pretioſum catinum ex Smaragdo viciſsim dedit, quo Seruatori Chriſto poſtrema in Cœna cum diſcipulis agnus Paſchalis fuit appoſitus, prætereaq́; cinerum corporis D. Ioãnis Baptiſtę partem. Nos tame͂ ob auctorũ in te͂pore variatione͂ neutri hic fide͂ addimus: etem anno poſt C.N. MLX. Chriſtiani Hieroſolymarũ adhuc potiti nõ erant: & MCI. captas à Gothifredo primùm conſtat, eũmq́; rege͂ tum appellatum: niſi forte Voragium de MCLX. anno loqui ce͂ſeamus: nã circa illa te͂pora Balduinũ regnaſſe ꝓditur. Eugenij quoq; III. Põtif. Rom. hortatu claſſe nauium centũ ſexaginta triũ in Armeniã aduerſus eunde͂ hoſtem profecti, maxima ſtrage edita, magnoq́; hoſtium numero capto victores rediere. Iuxta hæc Piſanis Plumbinum ademerũt: ipſas Piſas annali obſidione preſſas ijs demum cõditionibus aſtrinxere, vt recuſaretur nihil, interq́; leges pacis cæteras hæc perſcripta ſit, ad primùm vſq; tabulatũ omnia vrbis ædificia deponi. Iterum deinde cum ijſdem ad Lamellum inſulã nauibus roſtratis CXXX. congreſsi, claſſem Piſanam XLVIII. triremibus captis, magnoq́; triumpho Genuam abductis, deuicere. Tertiũ quoq; Piſanos debellarunt: quo te͂pore Portum Ligurnum corrupere, munitiſsima etiam illius arce deiecta, quã poſtea Piſani accepta pace refecerunt. Sæpe præterea cũ Venetis, alijsq́; potentiſsimis Populis, & cum regibus ita dimicarunt, vt ſpectabiles adepti victorias nec paucas ſint. Talibus ſucceſsibus ad Tanaim flumen in ſeptentrionem verſus, imperium extulêre, Theodoſia etiã in Taurica Cherſoneſo ſuæ ditionis effecta.

a.lib. 2. hiſtor. Genu.

cta. Cyprũ inſulam, item Lesbon, Chion, & Peram, aliasq; tam multas vrbes ac loca ditionis ſuæ fecerunt, vt breui om̃ino narratione complecti omnia nõ poſſent. Formã Reipublicæ diuerſam ac variã habuere. Cum in ſuo iure primum Genua, (ſub auctoritate tñ Romani Imperij) fuit, conſulum annali magiſtratu à populo creatorũ imperio rectam diu, Georgius Merula [a] perhibet. Sic ad annum à C. N. MCI. peruentum: biniq; tum conſules addi cœperunt, qui pro tempore poſtea vel dempti, vel iterum adiuncti, vſq; ad annum à C. N. MCXXIX: etenim tum anno inſequenti, inſtituto illo mutato, tres lecti Cõſules, cum XIIII. viris rerum ciuiliũ. Is magiſtratus annis XII. exin durauit: poſteà X. Conſules annali poteſtate Reipublicæ præfecti: Sed exactis IIXX. annis iterum mutatus eorum numerus, vt qui ni tantum vel ſeni eſſent. Ita ventum ad annum poſt C. N. MCXC. Tum Prætor inſtitutus, qui vnà cum Coſs. præeſſet iuſſu Friderici Aenobarbi: quemadmodum aliæ quoq; ciuitates Italiæ illo imperante fecerũt. Notare operæpretium eſt quod Nebianus Epiſcopus ſcribit, annis CX. qui inter MLXXX. & MCXC. effluxere, ſuorum ciuium magiſtratu Rempub. geſtam: at hinc inſecuta diſsimilitudo vſq; ad annum MCCXVII. magna: nonnunquàm enim interea Prætor externus accerſitus, interdum omiſſus: quãdoq; Conſiliarij pro ratione temporum Prætori attributi. Demum anno poſt C. N. MCCLVII. Præfectus populi creatus, & in ſocietatem gubernationis Prætori eſt additus. Hoc inſtitutum annis ſex ſtetit: deinde rurſum Præfectus creari deſijt annis nouem, omnisque Reipub. auctoritas Prætori conceſſa. Poſt hæc bini Præfecti ex patritijs Prætori coniuncti. Sic ad annum à C. N. MCCXCI. deuentum. Exin Præfectus & Prætor externi à populo acciti: quibus Abbas, ſeu Cuſtos populi additus. Hæc forma ciuitatis ad annum MCCCXVIII. ſtetit: quo populus in Ioannis XXII. Põtif. Rom. & Roberti Neapolitani Regis poteſtatem conceſsit. Horum imperio vrbs habita vſq; ad annum MCCCXXXV. Inde rurſus Prætorem, binosq; Præfectos ciues, Abbatẽ, & Antianos ciuitas ſibi legit: ſub quibus anni exacti quatuor. Hoc tempore diſcordijs ciuilibus enatis, pulſi vrbe ſunt Spinolæ cum Aurijs: & exin odijs atq; cõtentionibus inteſtinis indies gliſcentibus, poſt clades plurimas noui magiſtratus perpetui ſpeciem inuehere primoribus viſum, ſi forte hac ratione pax & otium ciuitatis parari conſeruariq; poſſet. Ducem appellant Simonem Boccanigram, qui annus à C. N. MCCCXXXIX. fuit, vt auctor Nebianus Epiſcopus tradit: quanq̃ Volaterranus Dominicum Fregoſum Ducẽ creatum anno MCCCXXVII. ſcripſerit. Simon annis ſex Repub. geſta, ſucceſſorem nactus eſt Ioannem Mortanũ. Is quinquennio Ducatũ tenuit: ſecutus Ioannes Valens, qui cũ tribus annis imperio eſſet functus, per diſſentiones ciuiles anno poſt C. N. MCCCLIII. ditionis ſuæ Genuã fecit Ioãnes Vicecomes Archiepiſcopus & Princeps Mediolani. Sub huius, eiusq; nepotũ dominatu triennio peracto, tędiũ alieni imperij ſubortũ: ideoq; Dux iterũ creatus eſt Simon Boccanigra. Poſt ſeptimũ annũ Gabriel Adurnius ei ſublectus: huic itẽ exacto ſeptẽnio Dominicus Fregoſus: qui Ducatu potitus eſt annis octo. Succeſsit hinc anno à C. N. MCCCLXXVIII. Antoniottus Adurnius, qui paucis tantum horis ab ſexta diei ad veſperũ imperium tenuit, ſucceſſorem mox adeptus Nicolaum Guarcum. Illum quinto anno pòſt Leonardus Montaldus excepit: qui annum ducatu potitus erat, quum is iterum Antoniotto Adurnio delatus anno à C. N. MCCCLXXXIIII. Ita tum Antoniottus ſumma commendatione virtutis ſex annos imperium geſsit: deinde Iacobus Fregoſus annum vnum

[a] lib. 6. hiſtor. Vicecom.

hinc totidem Antoniottus Adurnius tertium· qui annus à C. N. MCCCXCI.
fuit. Inſequenti Dux appellatus Antonius Montaldus annos natus XXIII. cui per
ſeditionem pulſo, Franciſcum Iuſtinianũ Garibaldum anno MCCCXCIII. popu
lus ſublegit: & hoc eodem anno exacto, Antonius Montaldus iterùm ſucceſs t.
Proximo anno Ducatus inſignia ex populi auctoritate cepit Nicolaus Gonghus,
paucosq; poſt dies Nicolaus Guardus· & interuallo haud multorũ menſiũ Anto-
niottus Adurnius quartum. Ita biennij curriculo duces terni creati. His tẽporibus
factiones Guelforum & Gibellinorũ adeò vigere cœperant, vt Guelfis externa
viderentur auxilia petenda. In Caroli VII. Francorum regis clientelam ſe contu-
lere. Is Rectorem vrbi dedit Bucicaldum Gallum vaſta gigantæaq; ſtatura homi-
nem· qui annis tredecim imperio ſuperbè geſto, ad Mediolanũ eius potiundi cau-
ſa profectus, cum re infecta reuerteretur, portis occluſis vrbe prohibitus, & impe-
rio ſpoliatus eſt anno à C. N. MCCCCIII. Comitijs dein habitis ciuitas in fidem
Ioannis Mariæ Vicecomitis Mediolani Ducis conceſsit· à quo legatus extemplo
miſſus Theodorus Paleologus Montisferrati Marchio, annis quatuor vrbi præ-
fuit. Occiſo dein Ioanne Maria, Dux Genuæ appellatus Georgius Adurnius an-
no à C. N. MCCCCXIII. pòſt alterũ annum Barnabas Goanus· paucosq; ſtatim
poſt dies Thomas Fregoſus. Hinc anno ſexto in Philippi Mariæ Angli Mediola-
nenſium Ducis fidem & clientelam conceſſum· in eaq; trãquillè anni exacti XV.
Deinde cum Philippus Maria Neapolis & Arrogoniæ regem Alfonſum, aliosq;
proceres à Genuenſibus captos, & maximis honoribus excepiſſet, & ipſis incon-
ſultis liberè dimiſiſſet, hac iniuria cõmota ciuitas ab eius fide deſciſcens, octo li-
bertatis præſides creauit, ijsq; non diu pòſt magiſtratu abire iuſsis, Iſnardũ Guar-
cum annos natũ LXX. Ducem dixit, anno à C. N. MCCCCXXXVI. Hoc quia
per ætatem curis reipub. non ſufficere videbatur, paucos item pòſt dies ab impe-
rio depoſito, Thomas Fregoſus Petri filius iterum dux eſt appellatus· quem anno
Repub. geſta cum frater Baptiſta vi magiſtratu deturbaſſet, ipſeq; principatum ra
puiſſet, eum non vltra denas ſenas horas tenere potuit: Thomas enim vt erat inge-
nio vir ſummo, magnaq; auctoritate, mox contractis amicorum auxilijs Bapti-
ſtam in palatio Ducali obſidere cœpit, & pòſt horas ſexdecim deſperantem re-
bus fugere coegit. Itaq; tertiùm ſic Thomas Dux factus, principatum exin an-
nis quinq; geſsit. Hunc ciuitatis ſtatum Ioannes Antonius Fliſcus non ferens, vt-
potè quem iuxta ſeruitutem eſſe iudicabat, libertatis reſtituendæ conſilijs inius
effecit, vt Præfecti legerentur octo· quibus creatis extemplo Thomæ Duci vincu
la imperio noui magiſtratus appoſita fuêre. Poſtquam ne hac quidem ciuitatis
forma res eſſe tranquillę potuerũt, Ducatus reſtitutus. Ita MCCCCXLIII. à C. N.
anno Raphael Adurnius Antoniotti olim ducis nepos Dux ſalutatur. Eum quar-
to principatus anno popularium ſeditio abire magiſtratu compulit: ſublectusq;
eſt Barnabas Gentilis eius, conſobrinus. Hunc cum menſe primo nondum imple-
to Ianus Fregoſus ope Ioannis Antonij Fliſci exegiſſet, ipſe Ducatum inuaſit· eoq;
per annũ geſto, ſucceſſorem habuit Ludouicum fratrem· quem altero anno prin-
cipatus Petrus Fregoſus exegit, à C. N. MCCCCL. Petrus ducatum triennio fer-
mè habuit· nec adminiſtratione rerum populi gratiam tenens, ope Caroli VII.
Frãcorum regis vrbe profugere coactus eſt. Ita deinde ciuitas in fide Caroli man-
ſit ad annum à C. N. MCCCCLXI, quo per ſeditionem pulſis Gallorum præſi-
dijs, Proſper Adurnius, eoq; paulò pòſt ab imperio rurſum depoſito, Spinetta Fre-
goſus,

ſus, illo item elapſo triduo repudiato, Ludouicus Fregoſus iterum dux appella-
tus, eodem anno. Carolus Francorum rex eiecta præſidia ſua moleſtè ferens, Io-
anne Rainerij quondam Regis filio cum inſtructa claſſe, ac ſeptem millibus ar-
matorum ad Genuam miſſo, vt eam in ditionem retraheret agebat: tum populus
depoſito à Ducatu Ludouico, Paulum Fregoſum vrbis Archiepiſcopum illi ſuf-
fecit anno à C.N.MCCCCLXII. Is inita poteſtate extemplo armis ſumptis, tata
virtute Gallum inuaſit, vt magno cum detrimento fugere cõpelleret. Annum de-
inde geſto Ducatu à Ludouico Fregoſo ſpoliatus eo eſt· qui ſic tertiũ Dux factus,
at haud diu pòſt à Paulo recuperatis viribus exactus viciſsim, ipſi Paulo recipien-
di imperij facultatem dedit anno à C.N.MCCCCLXIII. Eodem tẽpore Fregoſis
& Adurnijs pace reconciliatis, viſum ciuitati eſt Caſtelletum, quod Galli captum
muniuerant, expugnare: ſed quia nõ ſatis ad id adeſſe ſibi virium putabãt, auxilijs
à Franciſco Sfortia Mediolani regulo acceptis, quum ita potiti hoſtium eſſent,
quò gratiam beneficij Sfortiæ referrent, per legatos inſignia imperij ſuæ ciuitatis,
ſceptrum, vexillum, claues, ſigillumq́; vrbis Mediolanum illi miſere, ac Princi-
pem eum nominauere, poſt C. N. MCCCCLXIIII. anno· vti quoq; tum Corius,
tum alij ſcriptores tradunt. Frãciſco Sfortiæ Galeatius Maria filius ſucceſsit· huic
Ioannes Galeatius vſq; ad MCCCCLXXVIII. annum· vt Sfortias tunc Genua
potitos annis XIIII. appareat. Deinde cum Fliſcis auctoribus ſeditione contra Io-
annem Galeatium excitata, populares Caſtelletum eiectis eius præſidijs cepiſſent,
Dux appellatus eſt Baptiſta Fregoſus· qui Rempub. annis quinque mirifica hu-
manitate, iuſtitia, paceq́; rexit: & quanquàm ſæpius ab Obietto Fliſco turbare-
tur· Pauli tamen patrui Cardinalis ope ſe tutatus eſt. Inde cum anno à C. N. M
CCCCLXXXIII. Paulus ipſe tertium Dux ſucceſsiſſet, is imperium Ioanni Ga-
leatio Sfortiæ reſtituit MCCCCLXXXVIII. anno. Tum oratores ad eum miſsi
deni ſeni, expoſitis ſuorum mandatis, ſceptrum, vexillum D. Georgij, claues, & ſi-
gillum vrbis tradidere, fidemq́; contacto ſacro miſſæ libro quod in manibus erat
Ducis Sfortiæ, iureiurando addixerunt. Ita rectorem vrbi Sfortia mox dedit Io-
annem Auguſtinum Adurnium, Genuenſesq́, deinceps in poteſtate Ioannis Ga-
leatij, ac Ludouici Sfortiæ annis vndecim ſtetere, vſq; ad Ludouici XII. Franco-
rum regis aduentum: qui cum anno à C.N.MCCCCXCIX. Ludouicum Sforti-
am Mediolani imperio deturbaſſet, Genuenſes item in deditionem accepit. Hæc
rerum conditio annis octo fuit: deinde cum arreptis armis plebs patritios exegiſ-
ſet, Paulũq; Nouiũ infectorẽ pannorum, hominem priſcum & minimè malũ, re-
nitentẽ priùs, at deinde coactũ, Ducis inſignibus ornaſſet, ſimulq́; à Rege defeciſ-
ſet, ad quem cuncta nobilitas in patriam reduci flagitans profugerat, is ad vrbem
maximis copijs admotis, & plebem in ditionem retraxit, & patritios ſuis penati-
bus reſtituit, Paulo plebeio Duce ſecuri percuſſo. Caſtellum hinc portui impo-
ſuit, cuius præſidio ciuitas in officio contineretur, Briliamq́; nominauit, id eſt, fre-
num, quo ferocem hunc & temerarium equum, ne deinceps reluctari domino poſ-
ſet, conſtricturum ſe dictitabat. Hanc tamen arcem poſt annos aliquot arte ac
ſumptu ingenti ciuitas æquauit ſolo, quod nos in Ephimeridibus Latinis ſcribĩ-
mus. Quinto pòſt anno quàm potitus vrbe Gallus erat, vtpote à C. N. MDXII.
pulſis Italia tota, Iulij II. Pontif. Max. ac Venetorum opera, bello Heluetico Gal-
lis, tum & Genuenſes libertate recepta Ianum Fregoſum Ducem appellarunt. Is
cum deinde Iacobus Triuultius Galli legatus exercitu XL. millium armatorũ in

Italiam adducto, Mediolani Ducatum, in quem Maximilianus Sfortia reſtitutus fuerat, totum ferè iam recepiſſet, ne in hoſtium poteſtatem veniret, pauens vrbe profugit: quæ ſic in Gallicum imperium reuerſa, tantiſper in eo ſtetit, donec haud diu pòſt Heluetij Gallos ad Nouariam fuderunt: tum enim & Maximilianus Sfortia Mediolani dominatum recepit: & hîc populi auctoritate Ducatum inijt Octauianus Fregoſus, anno à C. N. MDXIII. Nulla prorſus in eo viro virtus deerat: humanitate, prudentia, vitæ integritate, inſigni militiæ vſu, multiſq; litteris clarebat. Rempub. cum biennio geſsiſſet, & Franciſcus Francorum rex Ludouici ſucceſſor Mediolani recuperaſſet imperiū, qui à C.N. MDXV. annus fuit, depoſito principatu his cōditionibus cum illo depactus eſt, vt ex regis auctoritate deinceps vrbis adminiſtratione fungeretur. Ita præfuit vſq; ad annū MDXXII. & quāq̄ interea varijs multiſq; modis ab Antonio Fregoſo Albintimelienſi Epiſcopo turbaretur: animosè tñ & prudenter in imperio ſe cōſeruauit. Tū pulſis Italia Gallis à Proſpero Columna ſocialis belli Leonis X. Pontif. Caroli V. Cæſaris, & populi Florentini duce, captaq; Genua, in poteſtatē Proſperi venit, ac Neapolim ablegatus, ibi annis aliquot in vinculis exactis, tandeq; dimiſſus in inſula Prochyta paucos poſt dies piè ſupremum ſpiritum edidit. Vir talis fuit, qui perilluſtribus memoriæ noſtræ cuiuſcunq; virtutis cōmendatione hominibus conferri iure debeat. Capto eo Dux creatus extemplo eſt Antoniottus Adurnius, anno nēpè MDXXII. Hac tempeſtate ciuitas Briliam arcem infeſtam non ferens, & multis aditis laboribus, & ingenti facto ſumptu, redemptam tandem ad fundamenta deiecit. Opus me Hercules erat admirabile, totamq; ad vrbem compeſcendam idoneum: quapropter ſapientiſsimo conſilio exciſum libertatis conſeruandæ gratia fuit. Antoniottus Rempublicam geſsit vſq; ad annum MDXXVII. quo pellendis Italia Cæſarianis militibus cum Franciſco Galliarum rege Pontif. Clemens VII. Veneti, Florentini, peneq; cuncti Italiæ proceres fœdus iecerant: & Gallus per Odettum Lotrechium XL. millium armatorum ducē, ac Andream Auriam eximiæ claſsis præfectum, vrbē mari terraq; obſeſſam, annonæq; difficultate cōflictatam deditione cepit: concedentibus in Gallicum imperium ciuibus, & Antoniotto magiſtratu depoſito abeunte. Sic tum Gallus præfectum vrbi impoſuit Theodorū Triuultium: ſed cū anno inſequenti legatione pernobili ad Regem miſſa, vt veteri libertatis iure ciuitas vteretur impetratum fuiſſet, octouiri deinde cum Duce creati hoc inſtituto ſunt. Duodetriginta gentes (ipſi albergos vocant) patritias habet Genua, quæ nobiles dicuntur. Ex his quadringentorum Conſilium nobile, Ducē vnum, Gubernatores octo, totidē Procuratores, quinq; Syndicos legi decretum eſt: quorum om̄ium cœtus arbitrium ac poteſtatem imperij referret. Additū, vt haud abſimili more, quo Veneti magiſtratus creant ſuos, ſortes ducantur: vt Dux biennio præſit: tum ſorte ſuccedat alius, & ſuperior inter Procuratores tota reliqua vita ſit: vt ſemeſtri tempore bini de Gubernatoribus ad Procuratores mutentur: paribusq; temporibus totidem Procuratores varient, & à cura vacent: vnde conſequitur Gubernatores ſingulos in eo magiſtratu biennio detineri, moxque alterum biennium Procuratores eſſe, ac annis omnino quatuor publicam poteſtatem habere. Ab his Reſpublica geritur. Primus hac lege Dux creatus anno MDXXVIII. poſt C. N. Albertus Acianus, ſapiens vir & priſcus. Eo poteſtatem publicam tenente, ſequenti anno Carolus V. Imper. huc claſſe ab Andrea Auria ſuo Amirante vectus aduenit, ca-

piendæ

piendæ ab Clemente VII, Pontf. Max. coronæ gratia· legemq́; ciuitatis hanc nouam, multis additis p̃rogatiuis ratam æternamq́; eſſe iuſsit. Proximo anno qui à C.N.MDXXX. fuit, Dux factus eſt Baptiſta Spinola: biennio pôſt Baptiſta Laumellinus: pari hinc interuallo Chriſtophorus Rubrius Grimaldus, excellens medicus: de cætero Ioannes Baptiſta Auria, Leonardus Catanæus, Andreas Iuſtinianus, Andreas Petraſancta, Ioannes Baptiſta Furnius, Benedictus Gentilis, q anno MDXLVI. Ducatum cepit, quum ſequenti, Nonis Ianuarij Ioannes Auguſtinus Comes Fliſcus adoleſcens lingua manuq́; ac ingenio promptus Ducatum vi affectans, vna iam porta vrbis occupata, claſſeq́; Principis Auriæ direpta (quo certamine Ioannes Auria Principis Andreæ nepos ciciderat) cũ victoriam propemodum in manibus haberet, ſaltu in aliam triremem armatus trãſilire niſus, tenebris nocturno tẽpore fallentibus, pelago hauſtus extinctusq́; eſt, eoq́; caſu vrbs in fide Caroli Imper. tranquillè manſit. Dux itaq; ſecutus ex more MDXLVIII. poſt C.N. anno Gaſpar Grimaldus Bracellius, cuius principatus alter nũc annus agitur. Hæc præſens Reipub. forma, qua pax & otium viget, magnisq́; indies operibus vrbis mœnia tam egregiè prouehuntur, vt munitiſsimam fore ac inuictam credatur, ni defenſores, & ad tutelam neceſſariæ res deſint. Superioribus etiam annis vt certior expeditiorq́; ſit libertatis conſeruatio, Caſtelletum excindi ſoloque æquari placuit. Viros illuſtres, Genua, quorum claritate lumen ac ſplendorem ipſa ſummum adepta eſt, plurimos edidit· inter cæteros Innocentium V. & Adrianum V. Pontifices Romanos ex nobili familia Fliſca· quæ eadem plus XXX. Cardinales genuit, multosq́; Præſules alios, vti Archiepiſcopos Epiſcoposq́;. Cibonum è gente magnifica fuit Innocentius VIII. Pontif. Max. è Fregoſia Paulus cum Friderico· è Fliſca Nicolaus· ex Saulia Bendinellus, Cardinales omnes. Viuunt adhuc Innocentius Cibo, nepos Innocentij VIII. Pont. Max. Hieronymus Grimaldus, & Hieronymus Auria Cardinales. Aliorum Præſulum tam multos hæc vrbs tulit, vt longiſsima omnium futura commemoratio eſſet. Nec tamen ſilentio præterire queo Philippum Saulium antiſtitem Brugnatinum doctum hominem· qui opera quædam de Græcis latina fecit, nominatim Eutimij commentationes in Pſalmos Dauidicos· item Auguſtinum Iuſtinianũ Epiſcopum Nebiæ, ſodalitatis prædicatorum eximium Theologum, Græcis, Hebræis, Arabis, Chaldæisq́; literis ornatum· qui ex Græcis Hebraicisq́; Latinitati plurima donauit· ingensq́; volumen hiſtoriarum Genuenſium lingua vernacula, cum inſulæ Corſicæ deſcriptione condidit· præterea Marcum Catanæum Archiepiſcopum Rhodi, ex prædicatorum ordine concionatorem facundum. Iuxta hos etiam literatos homines Genua magno numero protulit, vti Ioannem Balbum ex ordine prædicatorũ, qui librum de anima & corpore reliquit, itemq́; vocabulariũ Catholicon· quod opus etſi tãto viro indignum pleriq́; cenſeant, habenda tamẽ illi eſt gratia: quippe quoniam ijs quæ iecit fundamentis, qualiacunq; ſint, ædificia videmus inædificata nobilia· resq́; tum antiqua tum vulgata ſermonibus habeatur, inuentis facile eſſe addere. Genuenſes etiam fuerunt Andalotius Niger Ioannis Boccatij præceptor, curioſus aſtrologus, Iacobus Cepa, Iacobusq́; Bracellius ambo docti viri· quorum poſtremus ſitum locaq́; regionis huius diligenter perſecutus eſt, itẽ Gothardus Stella latinarum literarũ ſummè peritus, Baptiſtaq́, Fregoſus, qui lingua vernacula, Valerium Maximum imitatus, librum exemplorum ſcripſit, opus eximium· quod deinde Latinum fecit Camillus Gilinus Mediolanenſis vir doctiſsimus.

egregius hîc Dux habuit, vt inſigni volumine perſcribi poſſent, quemadmodum in Ephimeridibus latinis docemus. Nec plura nunc dicenda de tanto viro viſa ſunt, quoniam ſilere potius eſſe, quam imperfectè, ac tanq̃ in trãſcurſu aliqua cõmemorare duximus: hoc tamen dicam ſolum, nauali eum re tam excellere, vt pręſtantiorem, aut etiam æqualem habeat omnino neminem. Vita ſuperioribus annis conceſsit Philippinus item Auria, qui admodùm adoleſcens Imperatoris Caroli V. claſſem apud Salernum vicit, anno MDXXVII. poſt C. N. occiſo Vgone Moncata Hiſpano eius præfecto, captisq́; Aſcanio Columna & Marchione Vaſtio, cum multis magni nominis viris ac præfectis. Alia quoque plurima præclarè geſsit, quibus haud inferiorem Andrea patruo indolem eſt teſtatus. Neq, nũc etiã adoleſcentes animoſi ac nobiles hac in vrbe deſunt, qui iam editis ingenij ac virtutum documẽtis, ijs ſe maioribus ortos oſtendère, continuoq́; oſtendunt, à quibus tot, tamq́; præclaris patria ornata victorijs fuit: horumq́; in numero item ex Auria gente ſunt, Antonius Vicecomes, & Cicala præſtantiſsimi viri· quorũ virtus clara iam nũc, & inſuper in dies terra mariq;, bellica re magis ac magis eluceſſit. Semper Genua tum in negotiãdo mirificè induſtrios, & nauos, tum ad res ſummas vel terra, vel mari gerendas promptiſsimos viros genuit: vnde nobis in vſu eſt dicere, longè maius imperium tam maritimum, quàm terreſtre certò habituram, ſi ciuibus ipſis inter ſe pax & concordia cõſtaret· imperiaq́; daturam illis fuiſſe par credere eſt, quibus ipſa quandoq; ſeruiuit. Hoc Facius Vbertus in Dictamundo a tali ſententia perhibet. a.Canto.6.

Nobilis & magna eſt ciuitas Genua,
Plusq́; foret adhuc niſi contingeret
Quemq́; ſua diſcordia rem minuere.

Plura nunc de hac potentiſsima vrbe nõ dicemus· quippe q̃a ſatis multis ab Epiſcopo Nebiano in hiſtoria memoratur: addemus tamen principium antiquiſsimæ cuiuſdam ex ære tabulæ, quam in Porcifera valle paganus terrã fodiendo reperit anno poſt C.N. MDV. & Genuenſes in vrbem delatam memoriæ vetuſtatis ſuæ cauſa ſummo in templo collocarunt. Eſt autẽ huiuſmodi. Q. M. Minutieis. Q. F. Rufeis de cõtrouerſieis inter Genuateis & Veiturios in re preſente cognouerunt & coram inter eos controuerſias cõpoſuerunt: & qua lege agrum poſsiderent: & qua fineis fierent: dixerunt eos fineis facere terminos quæ ſtatui iuſſerunt, vbei ea facta eſſent, Romani coram venire iouſſerunt, Rom. coram ſententiam ex Senati Conſulto dixerunt, eidib. Decemb. L. Cœcilio Q. F. Q. Minutio Q. F. Coſs. Qua ager priuatus Caſteli Veituriorum eſt, quem agrum eos vendere, hæredéq́; ſequi licet. Is ager vectigal nei fiet. Langatium fineis agri priuati· ab riuo infimo, qui oritur ab fonte in Mamcelo, ad Flouiũ Lemurum, inde Flouio Lemuri ſuſum vſq; ad riuom Comberane. Deſcripſiſſem totam vt habet, niſi ab Epiſcopo Nebiano in hiſtoria Genuenſium referretur, vnde peti reliquum poterit· dignum hercule quod notetur monumentum. Facta eſt anno primo centeſimæ ſextæ Olympiadis, ab vrbe Roma condita DCXXXVII. ante C. N. CXVI. quemadmodũ Henricus Glareanus & Haloander ſupputant, vel CXV. vt Lucidus, L. Cœcilio Metello Diademate, Q. Mutio Sceuola Coſs. Genua partem oræ Liguſticæ, quam diximus Genuenſem occidentalem vocari, finiemus· ſimulq́; hinc incipiemus alteram, quæ orientalis. Ea itaq; regio ab Genua ad Macræ fluminis oſtiũ ꝑtinet, quo tota quoq; Liguria terminatur. Orientalem oram nominant, quoniam in exortum incedit· vti in occaſum altera. Primum

mum à Genua per orã orientalem incedenti, flumen occurrit, Biſamnis Georgio

a.lib.10. hiſtor. vicecom.

Merulæ [a] dictũ tanq̃ ex duobus amnibus cõſtet, Feriſano nempe, ac alio quodã vt Blondus & Bracellius ſcribũt. Ego Plinij Feritorẽ eſſe autumo· quẽ etiam Antoninus in Itinerario memorat, Genuam inter Porſinam & Feritorẽ ponens: legendũq; Porcifera pro Porſina eo loco arbitror. Octauo hinc lapide Neruiũ ſequitur· inde altero Buliaſcum· exin totidẽ Saulum, modici oẽs vici. Poſt duo millia Recca· hinc pari interuallo Camolium. Tractus is litoris vniuerſus magnificis ædificijs cum in collibus tum vallibus ita frequenter ſitis ad XX. amplius millia nitet, vt oram nauigio legentibus, vna perpetuaq; videatur ciuitas potius, quã villæ viciq; diſcreti. Incipit hæc agri ſpecies ab vrbe Genua· pertinetq; ad Camolũ, vbi Caput Montis incipit, quod antiqui Sumarium Promontorium dixere. Mons eſt ſaxoſus, aſcẽſuq; perdifficilis, mare ſpectans, D. Fructuoſo ſacer, qui in intimo iugo circa finem, auguſto in fano colitur. Ex altis eius rupibus aſperiſq; ſaxis, claræ p̃cipitant aquæ, mox per anguſtas fauces mari illabẽtes. Portus hîc Delphinus, quẽ Plinius memorat· hæc ætas dempta priori ſyllaba Finum vocat, haud alia vt puto ratione quàm p̃ſtantiæ ſtationis apertius denotandæ cauſa. Memoriam eius apud antiquum ſcriptorem, excepto Plinio, inueni neminẽ· fortaſſe quod priſcis tẽporibus haud frequentaretur. Abeſt à D. Fructuoſi M. P. IIII. perpetuo inter arctas & ſaxoſas rupes deſcenſu: quanq̃ via ſecundũ litus cõmodior pateat. Sequitur paulò ſupra ſecundũ lapidem ad D. Margaritæ: poſtea ſinus incipit Rapallinus, vnde flexu in latus inter aſperos montes Vallis Rapallina cernitur peramœna iucundaq; tota, paſſim citris, medicis, limonibus, oleis, alijſq; fructiferis arboribus exornata. Nomen vti & ſinus, à Rapallo habet, nobili vico iuxta litus, M D. à D. Margaritæ paſſibus. Senis hinc millibus inter cõfragoſos horridoſq; ſaxis mótes

a.lib.10.hiſtor. Vicecom.
b.in purg.

Claueriũ eſt, ita Merulæ [a] dictũ, & Danti [b] Clauerũ. Id annis ante ſe natũ CL. muro cinctũ non fuiſſe Blondus ſcribit· at antiſtes Nebiæ conditũ à Genuatibus p̃hibet anno poſt C. N. MCLXVII. ac deiectũ quondã inſtauratumq;, vt Blondus auctor ait. Nundinario mercatorũ cõuentu certis anni tẽporibus ob ſummã loci opportunitatẽ frequẽtatur. Noſtra memoria Pauli ex ordine p̃dicatorũ viri docti ortu, qui in Chio fatis cõceſsit illuſtratũ ſummè eſt. In ora dein ad primũ fermè lapide via ſatis plana, flumen ex Apennino in mare iactũ Lauania, ſuccedit, quod Entellã Ptolemæus nominat, alij ſcriptores Laboniam. Eius in dextra ſunt Ripa Rubra, Mulinũq;, ac iuxta fontẽ quo naſcitur, Arx cæſa. Plurimum torrentibus augetur, Graueia, Olo & Sturla. Tum deſcenſu ad mare per dextram amnis ripam vicus inuenitur Lauania, nomen à fluuio tenens. Hunc aliqui Libarnũ, quod Ptolemæus in mediterraneis Liguriæ ſub Apennino collocat, dixere· quod equidẽ miramur: quippe quia Libarnũ à Ptolemęo deſignatũ trãs Apenninũ eſt, vti in tẽpore docebimus, Lauania verò citra montes iacet. Vicum ego nouũ, nec Ptolomæi æuo extitiſſe, vel momentũ habuiſſe vllum arbitror. Originem huic loco nõnulli attribuunt illuſtris familiæ Genuenſis Comitum Fliſcorũ, qui & Lauaniæ Comites dicuntur· ex quibus duos Põtifices Romanos, Cardinales, Archiepiſcopos, Epiſcopoſq; plurimos fuiſſe paulo ante memorauimus. Læua dein amnis Lauaniæ ſunt, States Procionaſci, Graueïa, Viniolũ Garibaldorum, & Frelum· iuxta caput quo ſurgit, Ruſſa. Rurſus ab oſtio Lauaniæ ad Segeſtũ orientale (Siſterium Dantes vocat) vicum, millia quatuor aſperæ admodum & montoſæ, ſaxoſæque viæ. Teguliam hîc ex Ptolemæi deſcriptione fuiſſe videtur, quam tamen Plinius penitius in

medi-

mediterraneo cũ Segeſta Teguliorũ ponit: vt quē Ptolemę᷒ vnum locum, ille duo facere diuerſa videatur. Sed exiſtimari poſſe autumo, partē hanc regionis Teguliã fuiſſe dictã, inſuper aũt aut vicum, aut pagũ, aut oppidum certũ extitiſſe nominis eiuſdem quoq; Plinij hoc Segeſtũ Teguliorum ideo cognominatũ ab agro, in quo erat. Nũc orientale dicitur ꝓpter alterũ quod in occidētis Genuę plaga prius cõmemoratũ eſt. Annius in Cõmentarijs ad Itinerarium Antonini Segeſtum hoc Entelliã Antonini eſſe ſcribit: at eũ haud mediocriter puto falli quippe quoniã Entella, nõ aũt Entellia flumen Lauania eſt, vt diximus. Cõtra Segeſtum inſula iacet parua, modico ab continēte freto diſiunċta, rupibus altiſsimis & pręcipitoſis inſtar murorũ, natura munita, binos omnino habens aditus, dextro ſiniſtroq; latere, qui portus ſunt tutiorq; videtur altero is, q̃ in orientē obuerſus. Itaq; perquã ſecurè in colitur, ꝙ aduerſus omnem vim prędonum, tam marinorũ quã terreſtriũ egregiè locũ natura muniuerit. Non procul hinc montes bini vitibus vndiq; conueſtiti, Monelia vernaculum nominat vulgus, pro monilibus ſeu prætioſis torquibus, ob fruċtiferorum collium, qui locum cingunt, nobilitatem. Vicum hunc noſtra memoria Paulus ordinis ꝓdicatorũ ſummus Theologus illuſtrauit. Altiùs apparēt caſtella Bancaleſiorum, Matuſcum, & Matalana. Moneliorũ fines tangit Framula, ſic vt auċtor affirmat Blondus, ab accolis diċta, propter aſperam, mõtoſam, ſaxoſamq; viã, quò admoneantur iter hac agentes, vt mulos equoſq; ferratos ꝓbè eſſe curent, ſi tutò iter conficere velint. Modico pòſt ſpatio nobile ſuccedit oppidum Orientis, ſplendidè admodum ædificatum: vndiq; peramœni apriciq; colles nitidęque valles circumieċtæ. Recenter videtur conditum, quia nullam apud antiquos eius mentionem inuenimus. Iuxta ſunt caſtella quatuor, paribus pene diſcreta interuallis, Mons Ruber, Vulnetia, quam vulgus perperam dicit Vernatiam, Manariola, Riuuſq; maior. Hęc Gallis Angliſq; celeberrima eſſe propter nobilitatē vini, quod hinc eas in partes exportatur, Blõdus perhibet. Admirationē ꝑfeċto habet ingentē, qui in tam excelſis pręruptiſq; montiũ iugis, ad quæ vix, vt dicemus, accedere volucres poſſe videantur, quæque tam perpetuas habent cautes, nulla ne terræ mica propemodum appareat, tanta queat eſſe copia vitium, vt cum æſtate veſtiuntur pampinis, hederaceo tegmine murum obduċtum referant. Hinc tamen ſuauiſsima vina, hinc nobilis ille ſuccus percipitur. De Plinio mirari ſatis nequeo, celebrata illi hęc vina non eſſe: niſi forte cum Lunenſibus, quæ laudauit, quæq; agro gignuntur finitimo, æſtimat. Deinde Riuus Maior portum Lunæ ſtringit, nunc parum frequentem, etſi opportunus ſit, antiquiſq; magno in vſu & quæſtuoſus fuerit vti Romanorum immodicum pecuniæ ſtudium leniter notans Perſius, hoc verſu indicare videtur: Lunai portũ opæ eſt cognoſcere ciues. Amplis eius faucibus inſula modica quam commemorauimus, obieċta, vim Auſtri Africiq; prohibet. Tantæ eſt magnitudinis, vt omnem omnium nauigiorum varietatē commodè queat excipere. Flumen iñ eum ſe exonerat Macra, contra quod in oſtio portus binæ iacēt inſulę aliæ modicæ, Tinus, & Tinettus. Memorat hũc portum Liuius, ᵃ M. Portium Conſ. Oppia lege abrogata, mox portũ Lunæ cũ XXV. lõgis nauib᷒, inter quas ſociorũ erãt quinæ, petiuiſſe ſcribēs. Prioris inſulæ in verti ce tēplũ apparet D. Venerei, quondã Veneri ſacrũ, vnde port᷒ dicebatur Veneris vt Ptolemę᷒ ꝓdit: ꝙ nomē etiãnũc manet. Latere tũ ꝗ inſulã hãc ſpeċtat ab occaſu, oppidum eſt, Portus Veneris, colonia Genuenſium, admodum frequens & perhoneſtum. Deiecere id Genuates bello Piſano à C. N. M. C.XIX. anno, & Portum ᵃ lib. 34.

Lunę appellarũt·vti quoq; prius à Strabone Liuioq; nominatus fuerat. Quanquam autem nonnulli Veneris Portum perperam pro Venerij dictum tradiderint, postquam huc à Genuenſibus D. Venerij Lucenſium Epiſcopi oſſa fuere deportata, cuius ſententiæ aſtipulator etiam Blondus videtur eſſe·nos tamen id iuxta fabulam cenſemus·quippe quia Portum Veneris etiam à Ptolemęo vt diximus, vocatum, eiuſdemq; partem, quæ cis Macram, pariter ac alterã quę vlterius in Hetruria, Portum Ericis, ab oppido quod imminet, moxq; memorabimus, Erice, appellatum Antonino videmus. Erix oppidum e regione oppidi Portus Veneris eſt; & vti hoc olim imperij Genuenſium terminus, ſic illud Piſanorum erat. Circa medium huius Portus Lunæ, ſeu Veneris, ſeu Ericis (quandoquidem à Strabone, Ptolemæoque ac Silio a Italico ſinus totus Ericis dicitur) caſtellum eſt nouum, Spedia, muris cinctum ante annos ducentos. Blondus Teguliam ad hunc ſinum fuiſſe auctor eſt·aitq; ſe vetuſtam Italiæ deſcriptionem & tabulam inſpexiſſe, quę id doceret. Illuſtrauit Spediam æuo Blondi eximia doctrina Bartholomæus Facius. Ab oriente, quæ pars Luniana dicitur, portum mons claudit in mare procurrens·ſubter quem amnis Macra labitur, ita Straboni ac Plinio dictus, itemq; Ptolemęo·licet recentiores quidam codices eius, Marcellę Floruſtia, mendoſè habeant. Profluit ex Apennino. Liguriamq; ab Hetruria diuidens, in hunc ſinum euoluitur. Tanto cum impetu pręcipitat, vt nauigari nõ poſsit, quod à Sulpitio in his Lucani verſibus eſt notatum: Culta ſiler, nullaſq; vado qui Macra moratus Alnos, vicinæ percurrit in ęquora Lunę. Macrã vocari ad eoſdẽ verſus ſcribit Omibonus Vicentinus, quod ab aquis maceat: ideoq; tum quia rapidior, tum quia vadoſus, haud nauigabilis eſt. Læua eius ripa ſurſum, Vetianum, Arbianum, Potentianum, Riconium, Luciolum, & Mulatium, à quo nomen tenet illuſtris familia Marchionum Mulatiorum. Plinius auctor eſt inter Macrę ac Vari oſtia millibus P. CCXI oram patere. Ptolemęus hoc ſpatium quatuor graduum eſſe tradit: gradus ſinguli. M. P. XLIIII. continent: hinc menſura redit milliariorum C. LXXVIII, à qua nec multum abſcedit Blondus, binis millibus ſuperans. Mare quod hanc oram alluit, Liguſticum, & vulgò quoq; Leoninum vocatur·inſulaſq; habet exiguas tres, ſcopulos potius ne rectius dixeris·quorum vnus ex aduerſum Albingauno ſępe refugium & ſtationem tutam nautis trepidis, ac fluctuum irati maris violentia iactatis præſtat·alter e regione Nauli eſt·tertius iuxta montem, qui ab occaſu Lunę portum claudit, propemodum continenti hęrens, vt prædiximus. Hic Tranſapenninæ Liguriæ, quæ nunc ora ſeu ripa Genuenſis Orientalis occidentaliſq; dicitur, finem faciemus: alteram enim partẽ Ciſapenninã commodius in Lombardia Ciſpadana perſequemur.

a. lib. 8.

THVSCIA

THVSCIA REGIO ITALIAE SECVNDA.

QVONIAM ad amnem Macram, Liguriæ Thuſciæque diſcrimen ſuperius eſt peruentum: nunc Tuſcia nobiliſsima regio annectenda. Primùm itaque nominum varietatem, deinde terminos, poſtremò loca ſingula ſimili vt in præcedenti factum, ordine dicemus. Diuerſa omnino priſcis ſeculis, & multa huius Italiæ partis nomina fuiſſe reperio: nec mirari ſatis poſſum, quòd eam Blondus ſcribit, appellationem mutauiſſe nunquam, cum tanta nominum eius apud antiquos ſcriptores inueniatur varietas, vti ſtatim docebimus. Primum nuncupatam Comaram à Comero Gallo Iapeti primogenito Annius in Commentarijs ad Beroſum teſtatur, vbi is ita ſcribit. Anno à ſalute humani generis ab aquis centeſimo trigeſimo primo cœpit regnum Babilonicum ſub noſtro Saturno, patre Iouis Beli, qui imperauit annis LVI. Anno huius decimo Comerus Gallus poſuit colonias ſuas in regno quòd pòſt Italia dictum eſt, & regionem ſuam à ſuo nomine cognominauit, docuitq; illos legē & Iuſtitiam. Hęc Beroſus. Ergo Comaræ nomen peperit Comerus in hanc regionem profectus poſt vniuerſale Diluuium annis CXXXI: quod etiam antiquus Chronicorum liber, quo vetuſtiſsimæ origines Italiæ perſcriptæ ſunt, teſtatur. Aliud nomen Ianicula, vel Ianigena, ab Iano ortum Fabius Pictor memorat. Nos antea cum in vniuerſum de Italia diximus, eam à Iano Ianiculam vocatam oſtendimus, qui hunc in continentem delatus, hîc ſedes cepit, regionique primùm à ſe nomen Ianiculæ dedit. Razenuam quoq; dictā à Razenuo, tum e Beroſi monumē tis, tum ex Dionyſio Halicarnaſſeo colligi poteſt. Vmbriæ nomen gens Vmbrorum genuit, quàm his in locis habitaſſe, Plinius, alijque ſcriptores tradunt. Hos qui pepulere Pelaſgi, Pelaſgiam, qui eos viciſsin Lydi, Tyrrheniam ab ſuo rege Tyrrheno dixere: ſimulque gens ipſa Tyrrheni vocati. Diuerſi tamen hîc auctores ſunt, noménne ab rege Tyrrheno cœperit Tyrrheniæ, vel ab gente Tyrrhena? Beroſus Caldæus, cum Herodoto, Strabone, Plinio, ac Trogo [a] conſen- a. lib. 20.
tit, nominis huius auctorem eſſe Tyrrhenum Atus Męoniæ regis filium, qui fame conflictato paterno imperio cum magna multitudine hominum domo profectus, in hæc loca venit, anno Aſcatatis Aſsyriorum regis vltimo: & à Cybele Coribantoque comi hoſpitio exceptus, quod erat è nobili Herculis ſtirpe, Razenuaque inſuper ciuitate donatus ab ijſdem fuit: qui deinde conſtituta apud Ianigenas duodecim Ducum populorumue Dynaſtia, in Phrygiam conceſſerunt. Myrſilus

Leſbius & Dionyſius b Halicarnaſſeus Tyrrheniam dictã à gente Tyrrhena con-
b. lib. 1. tendunt, non Tyrrheno rege· quoniam & eum cùm prius appellaretur Torybus,
poſtquam huc domicilium tranſtulit, ab regionis incolis Tyrrhenum etiam voca
ri mutato primo nomine cœpiſſe. Varijs id aſtruere rationibus conãtur: adduntq;
Tyrrhenis nomen peperiſſe genus ædificiorum munitum, quo habitare ſolebant,
turres· & eiuſmodi firmas ac modicas ædes Græcos nominaſſe Tyrſos: vnde vide
licet primò Tyrſenam, regionem dictam pro Tyrrhena, vetuſtatis etiã more, quæ
pro. r. litera frequenter ſ. vſa eſt, Annius ſcribit. At idem tamen Dionyſius cũ Ma-
nethone Tyrrhenos fortaſsis ab Duce aliquo ſuo ſic vocatos ait· ſubijcitq; deinde
cum Myrſilo, Thyrrhenos antiquæ originis ex aureo ſeculo eſſe, nec Lydorũ colo
niam ſe arbitrari, quòd argumenta id conuincant, diuerſitas linguæ, varius numi
num cultus, variæ leges, varij literarum characteres, aliaq; multa, quibus ab Ly
manifeſto differebant· proinde potius exiſtimandum, eos non aduenam fuiſſe g
tem, ſed antiquam Italiæ indigenam. Notare operæpretium eſt· cum Tyrreni
mini originem Hetruſcam damus, tum abſq; aſpiratione ſcribendum, quoniam
turribus ſeu Tyrſis venit, non à Tyrrheno· Tyrrenaq; gens, vt ex Myrſilo ac Di
ſio commemorauimus, annis ætatibuſque plurimis Tyrrheno & eius patre au
que vetuſtior fuit: verum ſi Græca origine vocem hanc cenſeamus, tum aſpirati
ne addita ſcribendum, Tyrrhenia· denotaturq; ſic Torybus auctor, qui Atus
us, & caſtellis aliquot circa Tiberim modicis, vbi ſedes cepit, Tyrrheniæ nom
fecit. At enim hę tam inſignium auctorum ſententiæ ſunt pugnantes: nec ſatis ſcio
cui potius accedere oporteat: tamen ſi quod Myrſilus ſcripſit, cùm de primordi
populorum oriuntur controuerſiæ, tum primùm antiquis auctoribus ex illa ip
gente profectis, deinde propinquioribus credendum magis, quàm externis ac re-
motis· hoc inquam, ſi animo perpendamus, ante omnia quod ipſi Tyrrheni, dein
de, quod eorum finitimi Romani tradunt, inſpiciendum erit. Perhibent autem c
Myrſilo ac Dionyſio priſcam originem eſſe ſuam· nec à Lydis ſe, quod alij ſcrip
res volunt, deſcendiſſe· ſed alias ipſos condidiſſe gentes. Id quoque propinqui R
mani confirmant: quamobrem ob rationes quas adduxi, nationem hanc ego q
dem arbitror antiquiſsimam eſſe cenſendam ex aureo ſeculo· nomenq; ab Ty
ſeu turribus, domiciliorũ genere quo primũ vſa, traxiſſe· nec ſtirpe genitã Lyd
Tyrrhenos dein à Romanis Hetruſcos dictos addit Dionyſius, vnaq; Strabo,
regione quam habebant Hetruria, nec non à peritia & vſu quem habebant di
cultus· qua in re cæteras olim omnes vincebãt gentes: ideoq; ſe voce, vt Græci, p
mùm integra θυοσκόυς appellabant: quanquam idem Dionyſius iam tum æuo
ſtudium id diuinorum adeo apud eos exoleuiſſe ſcribat· vt cunctarum nation
vni haberentur ſacrorum negligentiſsimi. Hetruriæ nomen cum aſpiratione ſcri-
bi quum originis eſt Græcæ, Seruius teſtatur: fit enim ἀπὸ τῶ ἑτέρου καὶ ὄρου He-
truriaq; dicitur, tanquam ἑτερορία, quod ab altero Liguriæ fine, qui Macra e
ad alterum Volturrhenorum, qui Tiberis, pertineat, hiſque limitetur terminis
a. Inſtit. 2. Annius a docet. Ergo cum Hetruriam, & Hetruſcos aſpiratè ſcribimus, vniuerſam
Comment. regionem ac populos eius denotamus· cum verò leni ſpiritu, Etruriam, primoge-
nium vocis capimus Hetruſcum, id eſt Tyrſos, ciuitatemq; ſignificamus, quę à D
onyſio memoratur, vti poſtea docebimus. a qua & regio ipſa primùm Etruſia cũs,
littera pro. r. vocata fuit. Vltimò nomen regionis acceſsit, Tuſcia· cuius aucto-
rem Beroſus, & Feſtus Pompeius perhibent Tuſcum primum eius regem, Hercu-
lis &

lis & Araxæ filiũ, à patre ex Tanaide regiõe euocatũ, creatũq; Ianigenis Coritũ, ac poſtea regẽ. Sed & confirmatũ dein id nominis ab inſigni ſacrifico ritu gentis, Plinius, Manetho, Feſtusq; Pompeius tradunt: ſcribendumq́; nonnulli hac ratione Thuſciã cum aſpiratione volũt quippe quoniã à græco verbo θύω, quod ſacrificare atq; haruſpicium facere ſignificat, & futuri vocem θύσω habet, deriuetur· & ſacrificam haruſpicemq́; ſignificet. Additur autem c littera, Romanorũ more, qui in efferendo, vocalitatis gratia frequenter ſolent c, vocibus inſerere. Sententiam hanc Facius Vbertus quoq; probat his [a] verſibus. a.lib.3. Canto.10.

A Thure, Thuſciæ pulchrum nomen impoſitum fuit,
Quoniam priſci illi temporibus exactis

Sacrificabant Dijs religioſè ac frequenter. Hactenus de nominum varietate: conſequẽs eſt, vt parem ferè finium diſsimilitudinem ediſſeramus. Ab initio cũ regio Tyrrhenia dicebatur ſeu Italia Ianigena, termini fuere ab Horta vrbe circa Naris in Tiberim influẽtis oſtiũ, ad agri Aretini fines, vbi caput Tiberis attollit: vt ſic à ſeptẽtriõe Tiberi clauderetur Vmbriæ termino vſq; Hortã, & ad Naris cõfluentẽ: erantq́; in hac Septentrionali parte Aretini & Thraſimeni· quorũ capita Cortona ac Peruſia. Hæc Tuſciæ pars Italia Ianigena Beroſo eſt: hæ gentes in ſeptentrionali Tiberis ſunt plaga, quò Tyrrhenus habitatum conceſsit. Primas etiam hîc Vmbrorum fuiſſe ſedes, tum Dionyſius ex auctoritate Herodoti perhibet, tũ Cato probat, Ianum cum Dyrim & Gallis progenitoribus Vmbrorum veniſſe ſcribẽs, rateq́; cum colonis Tiberi ſubuectum, ad læuam eius Etruriam tenuiſſe locũ, colonijs ibi primùm in continentem expoſitis· & ipſum Deum ſimul habitũ ſimulque Vaticanum dictum, regionem verò Vaticanam, quaſi vagicanam, quòd ibi Ianus quaſi in cunis natam, primumq́ue vagientem Italiam exceperit: Primi igitur ij quos diximus, huius regionis fines fuere. Diodorus [b] Siculus tamen b.lib.5. Tyrrhenos primùm circa Telamonis portum ait conſediſſe: ac alio [b] deinde loco c.iib.6. terminos eis ipſum portum & iuga Cymini deſcribit. Tanta hîc veterum varietas: conciliari verò ſic poſſe videntur, vt Ianum dicamus omnium primò circa Tiberim & Vaticanum habitaſſe, deinde Tyrrhenos ad portum Telamonis in terram egreſſos, inter eum & Cyminia iuga fines habuiſſe, Ianum poſteà prolatis ſedium terminis, vti Cato tradit, colonias circa Tiberim & Arnum, itemq́ue inferum mare, quod poſteà dictum Tyrrhenum, duodenas collocaſſe, nimirũ ad Tiberim Ianiculum & Arinianũ, ad Arnum Pheſulas, & item Arinianum, ad litus Hetruſcum quatuor, Phregenas, Volcen, Volaterras, Carariam, quæ Luna Latinis, in mediterraneo totidem, Ogygianum, Aretium, Roſellas, Volſinium. Poſtremò Hetruriam longè latioribus terminis deſcriptam Strabo, Polybius, Plinius Cato, Mela, Solinus, Ptolemæus, alijq́ue multi ſcriptores docent· nimirum inter amnes Macram & Tiberim· inter Apenninum & inferum mare. Quamuis autem ad Hetruriam olim pertinuiſſe quoque conſtet eas gentes, quæ trans Apenninum vſque ad mare ſuperum & Spinam, ac vlteriùs etiam pertinent· quandoquidem olim Bononiam, Parmam, Mantuam, Veronam, cum alijs vrbibus plurimis vltra citraq́; Padum, inſuper & Alpes Rhetias, ſic à Tuſco duce denominatas vti in tẽpore dicemus, Hetruria tenuit· nos tñ nũc ea de regione tantũ agere inſtituim⁹, quã p̃dicti auctores Hetruriã vocant, itẽq; noſtrũ adhuc æuũ: cuius fines ponimus ab oriente Tiberim amnem cũ

Latio;

Latio.à meridie,mare Tyrrhenum quod nunc Tuſcum vocatur, & ad Sardiniam vergit·à Septentrione montem Apenninum,vbi Vilumbri,& Vmbria,Galliæque Togatæ pars· ab occaſu amnem Macram cum Liguria. Plinius inter Macram & Tiberim CCLXXIX. M.P.eſſe tradit,Blondus Hetruriæ longitudinem CLXX. M.P,Strabo ſtadiorum bis mille quingentorum, quæ ſi milliario des octona ſtadia,ſummã milliarũm efficiunt. CCCXII & ſemis. Ptolemæ9 tres gradus lõgitudinis ponit, ſingulos milliũ paulò amplius XLVII ·qui menſurã paulò maiorem milliũ paſſuũ CXLI. faciunt:verùm hęc longitudo inter Macram & Tiberim recta eſt:quod ſi litoris flexus emetiare,longe maior redibit·nec admodum à cæteris Ptolemæus aberit. Attamen haud paruam inter auctores de lõgitudine Tuſcię diſsimilitudinem reſtare videmus:quamobrem ita cenſeo,diuerſas eos vti numerãdi,ſic menſuræ rationes ſequi:quoſdam enim ſpatium longitudinis exigere, quod nauigatio propter oram habet· alios per litus ipſum extremum & ſinus incedere· nonnullos per mediterraneum·aliquos ſitum ad poli noſtri rationẽ ęſtimare,quẽadmodum facit Ptolemæus. Hoc apertè Strabo probat, quum per mediterranea minus dimidio ſpatij oræ metiri adijcit. Menſuram circa litus hoc modo colligit. E Luna Piſas ſtadia plus CCCC. Piſis Volaterras CCLXXX: Volaterris Populoniam CCLXX: Populonia Conſam DCCC ferme·ſed alios hic DC. munerare ait tantum. Summa ſtadiorum hęc M.DCCL:vel poſteriori modo demptis ducentis M D L. Iam ſtadia MDCCL,paſſuum millia faciunt CCXIX. minus ſtadijs duobus:ſtadia verò M D L,millia paſſ. CXCIIII. minus item ſtadijs duobus. Ea Strabonis menſura: Polybiumq; ſtadia colligere addit vix M CCCCXXX, quæ P. M. reddunt CLXXIX, minus ſtadijs duobus. Ergo ſi diuerſam metiendi rationẽ inſpicias,haud magnam inter hos auctores nobiliſsimos varietatem inuenies:etenim Strabonem & Plinium oræ nauigationem ſumere arbitror, nec ita multum differre: Blondus autem per mediterranea longitudinem M.P.CLXX,Strabo medij oræ ſpatij nimirum M.P. paulò amplius CLXI. Polybius CLXXI minus ſtadijs duobus,eſſe ait· vnde ſatis apparet parum eos inter ſe differre. De ſitu Hetruriæ circuituque Facius Vbertus in hanc ſententiam ſcripſit.

a.Cant.6. lib.3.

Macram exire vidi ex faſcijs
  Iugi Apennini ruinoſi turbidiq;,
  Quod aquis eius paſcere ſe videtur.
Nolo inquit Solinus ignarum te pręterire,
  Hoc ab amne Thuſcia incipit.
  Quæ in mare vergit à monte Corui.
Scire te volo hanc prouinciam
  Ad XXV epiſcopatus ſtringere:
  Nec terram ſcio tam præſtantem à qua vincatur.
A meridie eam cingit,premitque
  Mare mediterraneum: dein Apenninus
  A Septentrione fines claudit.
Ab oriente it tanquam peregrinus
  In mare Tiberis,in Falterona ſurgens,
  Perficitq; Thuſciam ac omnem eius ambitum.
Circuitus eius,vt ferunt,
  Septingenta millia paſſuum colligit.

Et Ro-

Et Roma hîc eſt, decus quo exornatur. Ita Facius. Cato Hetruriam in tres gentes diuidit, maritimam, & mediterraneam, quæ rurſus duplex: prima circa mare inferum quod nunc Tuſcum, inter Macræ ac Tiberis oſtia fines habebat: altera in mediterraneo à Tiberi ad iuga Cyminia, quã Larthenianã olim Thuſci, quos Romani dixere Veientes, cognominarunt, ab Lartheniano eorum metropoli: tertia gens à iugis Cyminijs ad Piſtorium diffundebatur. In his quondam vrbes plurimæ fuerunt, vt Cato refert, itemque Dionyſius a Halicarnaſſeus Brutum inducens apud ſenatum orantem, qui Hetruriam in duodenos principatus diuiſam, ſummeque & mari, & terra potentem dicit, ipſoſque mox populos memorat, Lucam, Piſam, Populoniam, Volaterras, Agyllinam, Feſulas, Ruſſelanos, Aretium, Peruſiam, Cluſium, Phaleriam, & Volſiniam: ex quibus nunc quatuor ſuperſunt tantùm, Piſæ, Volaterræ, Aretium, & Perùſia. Præterea vires & potentiam Hetruſcorũ copioſè memorãt Diodorus b Siculus & Liuius, c qui in hanc ſententiã de Tuſcis prodidit. Thuſcorum ante Romanum imperium latè terra mariq; opes patuere: mari ſupero inferoque, quibus Italia modo inſulę cingitur quantum potuerint, nomina ſunt argumento: quod alterum Tuſcum communi vocabulo gentis, alterum Adriaticum ab Adria Tuſcorum colonia vocauere Italicæ gẽtes: gręci ea dem Tyrrhenum atque Adriaticum vocant. In vtrumq; mare vergentes, incoluere vrbibus duodenis terras prius cis Apenninum ad inferum mare: poſteà trans apenninum totidem, quot capita originis erant: colonijs miſsis, quę trans Padum omnia loca, excepto Venetorum angulo, qui ſinum circumcolunt maris, vſque ad Alpes tenuere. Alpinis quoque tangentibus ea haud dubiè origo eſt: maximè Rhetijs, quos loca ipſa efferarunt, nequid ex antiquo præter ſonum linguæ, nec eum incorruptum retinerent. Ita Liuius: nos deinceps in tempore duodenas gentis vrbes, totidemque trans Apenninum & Padum colonias ab ijs deductas oſtendemus. Alia quoque amplitudinis rei Hetruſcæ argumenta ſunt, quod populus Romanus in ſuos, mores ac ciuitatem inde multa mutuatus eſt, vti prætextam puerorum veſtem, qua vſque ad annum ætatis quintumdecimum vtebantur, quemadmodum Strabo, a Halicarnaſſeus b ac Liuius tradunt, item Regum ac Imperatorum trabeam, equorum phaleras, togam, virilem & grauem amictum, veſtes palmatas, præterea facium vſum, quos Regibus Cõſulibuſque lictores duodeni præferebant, quibuſque ſecuris illigata erat, facinoroſorum pœnę parata, inſuper vſum tubarum, ſellam curulem qua Conſules, Prætores, Iudiceſq; ſedebant, item ornamenta triumphalia, auguria, muſicen, inſignia, aliaque ornamẽta magiſtratuum. Primùm hæc omnia, mores inſtitutaque Romam à Tarquinijs delata Strabo perhibet, itemque Dionyſius Halicarnaſſeus, populi Rom. cum Hetruſcis fœdus memorans, per quod hæc primùm Romam deportaſſe P. Tarquinium Priſcum ſcribit. Idem teſtatur Silius. his verſibus c

a.lib.6. b.lib.6. c.lib.5. a.lib.5. b.li.3.et 4. c.lib.8.

Męoniæq; decus quondam Vetulonia gentis,
Bis ſenos hęc prima dedit præcedere faſces,
Et vinxit totidem tacito terrore ſecures:
Hæc altas eboris decorauit honore curules:
Et princeps Tyrio veſtem prætexuit oſtro:
Hęc eadem pugnas accendere protulit ære.

Tantam quoq; Romani de Tuſcis opinionem olim habuerunt, vt quod Liuius & Halicarnaſſeus tradidere liberos ſuos primùm in Hetruriam tum litteris, tum moribus imbuendos, vti

D pòſt

pòſt in Græciam amandare ſoliti fuerint. Iuxta hæc opes & potentiam Thuſco-
rum inde ęſtimare facile eſt, quòd tã ſępe Dictatorem populo Rom. tuendi ab iſs
ſui cauſa dicere neceſſe fuit, vt multis in locis tradit Liuius. Sed plurima poſt bel-
d.lib.9. la tamen anno ab vrbe Roma Cond. CCCCLXX. ad lacum Vadimonis cæſi de-
uictique quemadmodum à Liuio d perſcriptum eſt, tum ditione Romana ſubacti
ꝓrſus, exinde tranquilli in ea cõſtiterunt vſque ad Annibalis in Italiã aduẽtũ· qua
tẽpeſtate defectionem molitos, auctoribus ducibuſq; Aretinis, ea narratione Li-
uius docet, quum e Aretinis à Cornelio Cõſule diem dictum ait, quod ad occaſio-
e.lib.23. nem defectionis Magonem Pœnum expectaſſent. Temporibus etiam belli Mar-
ſici conſilia defectionis iniere Aretini, Cluſini, & Feſulani, qui coniurauerant·
quamobrem tum Aretium Cluſiumque diruta ſunt. Poſt hæc rebus iterum pa-
catis conſtanter in populi Romani ac Imperatorum fide tota Hetruria ſtetit an-
nis DCC, vſque ad Impp. Arcadij & Honorij tempora· ſub quibus inclinatio-
a.lib.8. histor. nem rei Romanæ cœpiſſe Blondus docet: deinde verò calamitates à Gothis Lon-
gobardiſque maximas paſſam idem auctor Blondus a tradit. Debellatis à Caro-
lo Magno Longobardis, nonnihil vti Italia tota ſe refecit: diuiſamque pòſt à Lu
b.In uita Paſcal. Pontif. douico Pio Caroli Magni filio ac imperij ſucceſſore Blondus & Platina b ſcri-
bunt hoc modo, vt partem vnam imperio Romano ſeruaret, in qua Cluſium, Are-
tium, Florentia, Volaterræ, Luca, Piſtorium, Piſæ, & Luna· partem alteram,
id eſt, reliquas vrbes agroſque ditioni Pontificis Max. concederet. Conſecuta
ſunt Hungarica tempora, quibus anno à C. N. CMXL, Ioanne X. Pontif.
Max. gens illa tanto furore ac rabie per hoc loca deſęuiuit, vt quotquot aſſequi
poſſet mares iuxta ac fœminas vel mactaret, vel iniectis vinculis in Hungariam
abduceret: à qua clade tum diu regio pene deſerta ſpoliataque colonis iacuit. In-
ſtaurata verò deinde paulatim adeo eſt, vt nunc admodum conferta frequenſque
ſit: vnde in hodiernum vſque diem pars ad Imperium Romãnum ſpectat, pars
ditione Pontificum habetur. Terra pernobilis, pulchra lautaque eſt: indige-
næ ad omnia ſumma pacis bellique temporibus ingenio promptiſsimi· nec mi-
nus ad ſtudia litterarum, quàm negotiationes. Gentem cæremonijs & cultui
diuino maximè ſemper addictam fuiſſe, ex antiquis auctoribus docuimus. Mul-
ta poſſent in regionis laudem atque commendationem adferri, quæ Diony-
c.lib.1. ſius Halicarnaſſeus, c Diodorus d, Strabo, nobileſque ſcriptores alij memorant·
d.lib.6. verùm ne tœdium verboſitate legentibus efficatur, lõgiores eſſe nolumus, ſed iam
ad particularẽ locorũ deſcriptionẽ tranſire, quã ab amne Macra Liguriæ fine, ac
Tuſcorũ initio per oram primùm maritimam peragemus. Vt igitur ordinẽ inſti
tuti reliq teneamꝰ in hac nobiliſsima regione dicẽda certum, à Macra primùm lo
ca ſingula vſq; ad oſtia Tiberina, deinde mediterranea perſequemur. Orã Tyrrhe
ni maris ſaltus maiori ex parte occupant hoc ęuo, quemadmodum & ętate Flauij
Eutropij, vt ipſe in Aureliani vita perhibet· maximè verò trans Arnum aliquanto,
vſque vltra Plumbinũ. Nec tñijs in locis ędificia planè nulla ſunt, vti in tẽpore de
mõſtrabimꝰ. A Macra iuxta litꝰ primùm omniũ locus apparet antiq̃ ac nobilis vr-
bis Lunę, cuiꝰ ingẽtes ruinę ſupſunt, cũ aliquot piſcatorũ caſis. Lunã nominauit
Strabo, Pliniꝰ, Mela in Liguribꝰ & Ptolemęꝰ. Hetruſcis etiã Cariara vt auctor affir
mat Cato, dicta· quo vocabulo itẽ Luna vrbis inſigne denotatur: q̃ ꝓpter & à Gre
cis vocata σελήνη fuit, vt ꝑhibet Strabo. Portꝰ hîc ille admirabilis, quẽ amplitudine
eſſe tanta Strabo teſtatur, vt omnibꝰ, quæ toto mari verſantur nauigijs excipiẽdis
ſufficiat·

ſufficiat·nec ſolum latè vaſteq; patere·ſed etiam tutiſsimum eſſe,quod iugis montium præcelſis vndiq; claudatur·ideoq; longiſsimum in omnes partes & vtrumq; litus ac Sardiniam proſpectum habeat:quamobrem ait a Silius. a.lib.8.

Tunc quos à niueis exegit Lunæ metallis
Inſignis portu,quo non ſpatioſior alter
Innumeras cepiſſe rates,& claudere pontū.

Plura de hoc portu iam dicere non eſt operæpretium,quoniam in Liguria quoq; memoratus eſt. Lunam inter primas XII.totius regionis vrbes fuiſſe penes quas imperij Tuſcorum erat auctoritas antea docuimus:vnde fabuloſum id arguitur, quod tradidere nonnulli, à Troiano quodam conditam.Nec magis veri ſpeciem habet, quod quidam dixerunt,deletam olim ab Imperatore Auguſto quodam ex huiuſcemodi occaſione. Vrbis principatū eximius cū teneret adoleſcēs,venireq; huc Imperatorē contigiſſet,imperatrix forma iuuenis capta,colloqjs iterū acſępius clā habitis,hāc eius po tiūdi technā ſtruxit· ipſa mortuā ageret·amaſius ſepultā extēplo à monumēto reciperet.Res ex voto peracta· mulieremq; tumulo extractam iuuenis domum duxit: vterq; libidinis ſuæ compos factus.Id vt primùm Imperator reſciuit, ira doloreq; iuſto percitus,adulteros ſimul trucidari, ſimul deijci ac euerti ipſam vrbem iuſsit. Hoc Facius b Vbertus cōfirmat in hanc ſententiam. b.lib.3 Cant.6.

Cum hæc vt tempus ferebat, loqueremur
Regionem illam ſigillatim perluſtrauimus,
Viridem,Lauaniam,Vulnetiam,& Corneliam.
O Libido indomita,amens & importuna,
Dedecus ac perditio eius qui te colit,
Digni hercle ignominia reprehenſioneque
Lunæ fuimus vbi omnes te accuſant,
Quod tua cauſa tantummodo,
Ea poſtremò diruta fuerit,& ſubuerſa.

Sic Facius: at profecto nobis hæc anilis fictaque fabula potius,quam res vera videtur·nec vna quidem de cauſa,maximeq; quod antè Lucani tempora Lunam pręcipitem ire ac labi cœpiſſe ſatis ille euidenter his verſibus a indicat: a.lib.1.

Hæc propter placuit Tuſcos de more vetuſto
Acciri vates·quorum qui maximus æuo
Arnus,incoluit deſertę mœnia Lunæ.

Mendoſi codices mœnia Lucæ habent·ſed ſcribendū eſſe,Lunæ,Omnibonus Vicentinus & Sulpitius interpretes notant·quanquā nō aſsignent caſtigationis rationē,quæ eſt huiuſmodi, quod Luna ex duodenis Hetrurię primis vrbib9 vna fuit,vt dixim9,vbi diſciplina ſacrorū&vaticinatiōis vigebat:Lucā verò deinde Lucumo Lukius XLV. Larthesà Iano, cōdidit,nec in ea diuinos vti in duodecim illis vrbibus cōſediſſe vnquam,reperio.Planū igitur eſt,ſi ante Lucani tempora deſerta Luna fuit,eā ab Impatore aliquo Cęſare deleri nō potuiſſe:niſi qs refectā poſt Lucani ętatē dicat,iterūq; dein euerſam. Sed etſi veritatem hæc res haberet, ab ijs omitti omnibus debuiſſe, qui vitas Imperatorum, vt iam cæteros auctores omittamus, conſcripſere, vix credere par eſt: fidem tamen legentes vel addent vel dement. Lunæ mentionem nobiliſsimi ſcriptores plurimi faciunt · nominatim Liuius, b cum ex S C. C. Calphurnium Conſulem ad portum Lunæ profectum ſcribit: item c cum huc triumuiros coloniam deduxiſſe tradit P. Aelium,L. Egilium,C. Sicinium·deducta b.lib.39. c.lib.41.

duo millia ciuium Romanorum·accepiſſe iugera quinquaginta vnum & ſemis·a-
grum de Liguribus captum fuiſſe qui Thuſcos eiecerant. Antiquitus abundauit
caſeo·quod teſtatur Martialis his verſibus: Caſeus Hetruſcæ ſignatus imagine
a.lib.14. Lunæ Præſtabit pueris prandia mille tuis. Plinius a in vinorum cenſura palmam
cap.6. Hetruriæ habere Lunam perhibet. Patria fuit Eutychiani Pontif.max. & marty-
ris. Vrbs quanquam interciderit, memoriam eius tamen circũiectus adhuc ſeruat
ager, Luniana vulgò dictus, nunc in Genuenſium ferè ditione·quem in mediterra
neis commemorabimus. Sequitur in ora torrentis oſtium Lauentię, moxq́; Frigi-
di·ac vlterius Ceruia palus itẽ in mare ſe exonerãs: dein Arx Motronis iuxta Ver-
ſiliæ fluminis fauces, ꝓpugnaculum vetus, edito loco·quod ademptum Florenti-
nis, Carolꝰ Sicilię rex Lucẽſibus reſtituit anno à C.N. MCCLXXV. denuoq́; po-
ſteà Florẽtinos cepiſſe Blondus ſcribit. Hinc ad oſtiũ amnis Auſeris, nihil inuenio
quod dici mereatur·& pariter inde ad Arnũ, pręter Oſarẽ amnẽ modicũ, q exigua
effecta palude mari mox illabitur. Haud procul Arni oſtio Portus eſt Ligurnus,
Ptolemęi in tabulis Liburnus appellatꝰ. Labronẽ Marcꝰ Tulliꝰ epiſtola ad Quin-
tum fratrẽ vocat in hæc verba ſcribens. Hominẽ conueni & ab eo petij, vt quãpri-
mùm nobis rediret: ſtatim, dixit: erat enim iturus, vt aiebat, ad III. Id Aprilis, vt aut
Labrone, aut Piſis cõſcenderet. Probat hanc ſententiã Volaterranus quoq́;: ſubij-
cit tñ hunc eſſe portum, quem Antoninus in Itinerario Salepronem nominat. Ego
id vt conueniens eſſe queat, non video: quippe quoniam Antoninus iter Arelatẽ-
ſe ab vrbe Roma deſcribẽs Aurelia via, Saleprone ab lacu Aprili abeſſe M. P. XII.
oſtẽdit: at Ligurnus ab eo lacu ſupra L. millia diſtat· Piſæ LXXVI. vt euidẽter ip-
ſa locorũ ab lacu Aprili enumeratio ꝓbat, ita. Saleprone M.P. XII: Manliana M.
P.IX· Populonio M.P.XII: Vadis Volaterris M.P-XXV: Ad Herculẽ M.P.XV
II: Piſę M. P. XIII. Hinc itaq́; Volaterranꝰ cõuincitur Saleꝓnem eſſe Portũ Ligur
nũ haud poſſe quũ vicinꝰ ſit Piſis. Ligurnũ dici debere, nõ Liburnũ, Cato ac Sem-
ꝓnius docẽt·auctoreq́; nominis indicat Annius Ligurẽ Phaëthõtis filiũ: Lyburnꝰ
aũt portꝰ inter Iſtriã Dalmatiamq́; ſitus. Muniuere hunc locũ olim Piſani magnis
opibus·q̃ capto portu Genuẽſes anno à C.N. MCCXCVII. diruere: pace verò cũ
ijs facta, rurſus ad Piſanorũ ditionẽ redijt. Inde poſt annos aliquot cũ Florentini
Piſarũ eſſent potiti, portũ quoq́; tenuerũt, vſq́; ad annũ à C. N. MCCCCXCIIII.
quo Carolꝰ VIII. Frãcorum rex Piſanos ab impio Florentinorũ vindicauit. Exin
itaq́; Ligurnꝰ iterũ in poteſtate Piſanorũ fuit, donec vnà cũ Piſis anno poſt C. N.
MDIX. ditionis Florẽtinorũ denuo effectꝰ. Pręiacet in mari ad mille paſſus ſcopu
lo impoſita Pharos excelſa turris·e cuiꝰ ſummo faſtigio noctu fax ingẽs nauigãti
bꝰ ꝑlucet, ad quã curſum dirigere tuto queãt. Intꝰ tertio ab ora lapide vetuſtiſsima
nobiliſsimaq́; vrbs Piſę, ſic omnibꝰ auctoribꝰ dicta, nominatim Catoni, Straboni,
b.lib.2. Polybio, b Plinio. Melę, Liuio, Trogo, Solino, Dionyſio Halicarnaſſeo, Virgi-
c.lib.10. lio, Antonino, Ptolemęo, Agathio, c Rutilio Numãtio, cęteriſq́; ſcriptoribꝰ omni
de bell. Go- bꝰ vti oſtẽdetur, quanq̃ in mediterraneis à Ptolemęo ponatur· Catoni tñ Hetru-
thic. rię litoralis q̃ prima gẽs, referẽti vrbes, in maritimis eſt: ab Antonino varie nũc in
ora, nũc intꝰ ponitur. Nos Catonẽ rationeq́; primã Antonini ſeq̃mur. De primor-
d.lib.1. dio eiꝰ diuerſę ſunt auctorũ ſentẽtię. Cato, cui Halicarnaſſeꝰ d accedit, à Piſis Alphe
is Pelaſgis cõditã tradit· Pliniꝰ & Solinꝰ à Pelope Piſiſq́; aiũt, q Piſa oppido Arca-
dię, ꝙ Alpheꝰ amnis alluit, ꝑfecti, cognomẽ inde habuerint Alpheorũ·vt & alio in
loco Pliniꝰ ſcripſit. Idẽ tñ & à Teuycanis Gręca gẽte fortaſsis ortã ꝑhibet. De Al

pheis

pheis auctoribus cõſentit Virgilius cũ a ait: Hos parere iubent Alpheę ab origine a. Aen.10.
Piſę, Vrbs Hetruſca ſolo, ſequitur pulcherrimus Aſtur. Idem ſeqtur Rutilius in I- b.lib.1.
tinerario, b inquiẽs: Alpheę veterem contẽplor originis vrbem Quam cingunt ge-
minis Arnus & Auſer aqs. Trogus c quoq; Piſas à Græcis oriundas ſcripſit· at Stra c.lib.20.
bo ab ijs conditas Piſanis dicit, qui è Peloponneſo cũ Neſtore ad bellũ Troianũ
ꝓfecti, quũ exciſo Ilio domũ redirẽt, erroribꝰ acti ꝑ maria, partim Metapontũ,
partim Tyrrhenũ litus tenuerunt, Pylij oẽs vocati. Pylios igitur vrbis huius aucto
res facit. Ego a Piſanis Alpheis Pelaſgis duce Pelope conditã potius cenſeo·q Piſa
oppido Arcadiæ orti, & ab Alpheo amne dicti Alphei fuere, vt Plinius ſcribit: qua
ratione nec magna inter eos ſcriptores varietas relinquitur. Piſas igitur ædificarũt
Græci multis ante Romam annis, auctore Catone, multiſque præterea ſcriptori-
bus antiquis, à quibus inter primas XII. Hetruſcas vrbes numerãtur. Probat hoc
quoque d Rutilius in Itinerario ſic. d.lib.1.

Ante diu quàm Troiugenas fortuna penates
Laurentinorum regibus inſereret,
E lide deductas ſuſcepit Hetruria Piſas,
Nominis indicio teſtificata genus.

Iacet inter amnes Auſerem & Arnũ, vt
Strabo Pliniuſq; tradunt. Arnus ab Aretio magna cũ mole accedit. nec tñ integer,
quoniam in tria flumina diducitur. Auſer, aut vt nunc vocant Serchius, ex Apẽni-
no profluit, quod in tempore docebimus. Strabonis æuo apud Piſas coniuncti, tã
latum amnem efficiebant, vt riparum inter ſe ſpatium vtrinque cõſiſtentes agno-
ſcere ſeinuicẽ non ſineret. Hac memoria non confluunt· & vt Volaterranus ait, ſi
iũgebãtur antiqtus, aliũ Auſeris alueũ quo in Arnũ ꝑtingeret, extitiſſe neceſſe eſt:
quoniã nũc ꝓpter Lucã haud modico ab Arno interuallo fluit. De Piſis Strabo in
hanc ſententiã ſcripſit. Nauigationẽ à mari aduerſã habet ſtadiorũ viginti: ciuitas
quondã fœlix ac beata fuiſſe videtur: nec hoc quoq; tẽpore vel ignobilis vel obſcu
ra eſt, ꝓpter frugũ copiã, ſaxorum opera, naualemq; materiam, qua priſcis annis
ad maritima vtebatur diſcrimina· nã inter Hetruſcos belli gloria præcellebat. Irri
tabãt eam imꝓbi vicini Ligures, ſemper lateri inhærentes· ſic Strabo. Memoriam
eiꝰ etiam hônorificè Dionyſius Halicarnaſſeus e vſurpat, vetuſtatem nobilitatem e.lib.1.
que commemorans· item Liuius varijs in locis, at nominatim f vbi Conſulem pro f.lib.21.
uectũ claſſe Piſas, inde celeriter ad Padum perrexiſſe ſcribit: & cùm g in hybernis g.lib.4.
hîc legiones tenuiſſe C. Bebium Proconſulem narrat· paulòq; pòſt addens, Piſa-
nis agrum pollicentibus quo latina colonia deduceretur, gratiæ à ſenatu actæ: Tri c.lib.1.
umuiri ad eam rẽcreati Q. Fabius Buteo, M. & P. Popilij Lenates. Inſuper & h alio h.lib.3.
loco Piſas memorat· vti quoq; Lucanus hoc verſu: Hinc Tyrrhena vado frangen- Cant.6.
tes æquora Piſę. Facius Vbertus etiam in hanc ſententiam.

Poſt Motronem deinde venimus
Ad vrbem pulchram quæ pro inſignibus habet
Signum Romanum, ac ſi ipſius eſſet proprium.
De nomine eius vnde ſit ortum
Controuerſia eſt: nam aliqui dicunt à Piſo
Qui tempore Troianorum hîc regnauit:
Alij putant inditum hinc eſſe,
Quòd Roma priſcis temporibus hic conſtituebat
Portum, cauſa cenſus fui tranſmiſsi põderandi. (id peſare dicunt Itali.)

 Nonnul-

Nonnulli referunt Alpheam vocatam
Primùm à ſuis: verùm Solinus dixit
Piſam à Pelope nomen habere:

Viſoq; ſupra Arnum templo ſummo haud diutius eſt moratus. Sic Facius. Alij pręterea tam multi ſcriptores vti ab initio diximus, Piſæ mentionem fecerunt, vt eorum monumenta niſi longiſsima narratione referri haud poſſent. Notare id operæpretium eſt, quòd plures Piſam vnitatis, quam Piſas, multitudinis numero dixere. Inter eos qui Piſam nominant eſt Liuius g. Vrbs olim fœlix admodum & beata, non ſolum ante rei Romanæ florem, ſed etiam illa iam vigente ac item poſteà, multis annis fuit. Docent id inſignes victorię nauales quas habuit, & Leonardus Aretinus, Blondus, D. Antoninus, Sabellicus, Platina, Volaterranus, alijq́; multi ſcriptores memorant: e quibus etiam aliquas hìc, at breuiter, repetere nobis viſum, nempe ex ijs temporibus quæ rei Romanæ inclinationem conſecuta ſunt. Inter cætera à Piſanis pręclarè geſta eſt, quod inſulam Sardiniam ditionis ſuæ fecerunt, denuoq́; occupatam à Muſato rege, maxima cõparata claſſe, ac Genuenſium accitis auxilijs, in poteſtatẽ retraxerũt, Genuẽſib. tũ cõceſſa pda. Carthaginẽ quoque domuerũt, ei. rege vincto ad Pontificẽ Rom. adducto, à quo is deinde baptiſma ſuſcepit anno poſt. C. N. MXXX. Panormũ Siciliæ diu à Saracenis occupatũ recepe. & ex eius belli ſpolijs tẽplũ maximũ q vocãt Domũ, Epiſcopiq́; ſplẽdidas ædes ædificare cœperunt. Sæpe cum Genuẽſibus mari congreſsi extitere victores. Gallis ad bellũ ſacrũ auxilia dedere. Rege maioris Balearũ Saraceno occiſo, reginã cũ puero vinctã abduxere Piſas, & pòſt in regnũ reſtituerunt. Quadraginta nauibus roſtratis Almerico Hieroſolymarũ regi auxilio ꝓfecti, cõtra Saracenos, à quibus Alexandria tenebatur, eos debellarunt. Gelaſium III. Pontif. Max. vim Henrici III. Imp. fugientẽ honorificè recepe: nec minores Calixto II. à Burgundionib. reuertẽti exhibuerũt honores, à quo tũ in Sardinię regnũ inſtituti. Parib. officijs Piſam deduxere Innocẽtium II. vrbe Roma pulſum. In Siciliã vnà cum Impatore Cęſare iuere cõtra Rugerium, q regnum illud occupauerat: eoq́; tẽpore Neapolim & alia loca multa ſeptem annorũ ſpatio cuſtodierunt. Ex Cõſtantinopoli Piſas illud Pãdectarũ volumẽ quod nũc Florẽtię ſeruatur, attulere. Salernũ etiã obſidio pſſere. Multis inſup egregiè pro Eccleſia Romana geſtis rebus, Pontifex Max. eorũ pſpecta fide, quum bello Genuẽſiũ attererẽtur, pacis auctorẽ ſe prębuit, Epiſcopũq́; tunc Piſanũ multis honorib. ornatũ Archiepiſcopi nomine auxit. Triremes duas inſtructas Gregorio II. Pontif. Max. dedere tuti e Gallia Romã traiectus cauſa. Friderico Ænobarbo cõtra Mediolanẽſes adfuere: quo tempore Albingauno expugnato Genuenſes in ſe cõcitarunt, anno à C. N. MCLXX. quamobrẽ leue tum inter vtramq; claſſem ad Rhodani oſtium certamen factũ: triduo verò pòſt, intercedẽte Gregorio VIII. Pontif. Max. q Piſam venerat, pax inita, naueſq; lõgę qnquaginta Lanfrãco Arhiepiſcopo claſsis pręfecto, à Piſanis Ænobarbo ad bellũ ſacrũ tendẽti, auxilio miſſę, quæ poſtquã in flumine perijt Frideric., terra ſancta cõpletæ redierũt, qua Cãpus Sanctus in vrbe effectus. Deinde cũ Friderici ſecũdi, hoſtis Romani Pontificis amicitiam maioris apud ſe momenti eſſe vellent, quam veterem erga Pontifices & clerum obſeruantiam, hortãte Friderico Iacobum Epiſcopum Præneſtinum & Odonem Cardinales, multoſque pręſules, qui vnà e Gallijs Romam ad Lateranenſe concilium ibant, quod Gregorius IX. Pontif. aduerſus Fridericum agebat, apud inſulam modicam iuxta fauces Piſani portus, docti

g. lib. 45. & alibi.

auctore

auctore Platina a Lamellum vocant,ceperunt.Nec diu pòſt eodem in loco numi- a. in vita
ne pœnas exigente ſcelus luere· quum ibi à Genuenſibus XLIX. longis nauibus, Honorij
XII.hominum millibus amiſsis,tanto vulnere cæſi victiq́; ſunt,vt ab ea clade nú- IIII.
quàm exinde ſe reficere,priſtinasq́; recuperare vires potuerint. Hinc tum res eo-
rum labi,hinc præceps ire indies adeò cœpit,vt ad veterem florem poſtea redierit
nunq̃.Eodem impetu fortunę cladisq́; ad Lamellum, Genuenſes Portú Ligurnú
occuparunt,Gregorius Pontif. Max.Sardiniam ademit. Florentinis colúnas bi-
nas Porphyreticas,quæ pro Baptiſterio Florẽtiæ cernútur,dono dedere,ꝙ Piſam
ipſis domo procul agentibus contra Lucenſes defendiſſent.Hæc de rebus à Piſa-
nis donec fœlices beatiq́; fuere geſtis memorauiſſe ſatis ſit:peruentumq́; ſic eſt ad
annum poſt C. N. MCCXXVIII. quo patriæ tyrannidem cum nomine Comi-
tis Piſani Vgolinus,infauſto tamen exitu inuaſit: etenĩ aliquandiu retento domi-
natu,cú tandem pulſus,ac ope Florentinorú in vrbẽ reuerſus eſſet, in carcerẽ de-
mum vnà cum filijs ſupremum diem expleuit.Poſt hæc inſignis etiã ab Imperato-
re Rudolpho clades accepta.Dein attollere caput Vgutio Phaſeolus cœpit occu-
pato principatu· & poſt húc Ioãnes Donarciaticus, Comes Facius, Petrus Gãba-
curta,Ioãnes Agnellius,q Dux Piſanorú appellatus anno à C.N. MCCCLXIIII.
item Iacobus Apianus cú Gerhardo filio ſucceſſore,qui vrbẽ Ioanni Galeatio Vi-
cecomiti,primo Mediolani Duci vendidit.Ioanni Galeatio diem functo nothus
filius Gabriel ſucceſsit.Is cú nõ modica pecunia Florẽtinis imperiú ceſsiſſet, Pi-
ſani rẽ Florentinã auerſati, Ioanne Gãbacurta reuocato ꝓſidia Florentinorú eie-
cere,ſeſeq́; in libertatẽ vindicarút.Hoc ſtatu deinde Gambacurta mercede pacta
Florentinos intra mœnia recepit,& patriã hoſti ꝓdidit: ex quo tẽpore illi hic im-
perio potiti vſq; ad MCCCCXCIIII. à C.N. annú, quo Carolus VIII. Galliæ rex
ingentes copias ad bellú Neapolitanú per Hetruriã ducens,libertatẽ Piſanis reſti
tuit.Hác quú exin ad annú poſt C.N.MDIX.retinuiſſent,tú in Abduæ Glarea cæ
ſis à Ludouico XII. Francorú rege Venetis, obſeſsi à Florentinis, ac oĩni auxilio-
rú ſpe deſtituti,rebus ſuis deſperantes hoſti deditionẽ fecere: maximaq́; pars corú
qui arma ferre poterãt aliò,relicta in ſeruitute patria cóceſsit· aliqui Panormú in
Siciliam, alij diuerſas in partes vbi ſe vitá tolerare poſſe cómodius ſperabant,hoc
vno ducti cóſilio,potius vt liberi foris,q̃ domi in ſeruitute agerẽt.Ita tú vrbs pene
deſerta· q̃ tantis ſucceſsibus olim fœlix potensq́; fuit.Gymnaſiú habet omniú di-
ſciplinarú anno poſt C.N.MCCCIX.inſtitutú.Nobilitata quoq; Concilio Gene
rali eſt,quod hîc anno à C.N.MCCCC.peractú cauſa ſchiſmatis ob duos Põtifi-
ces,Gregoriú XI.& Benedictú XIII.oborti· eoq́, tú vtroq́; à Põtificatu depoſito,
Cardinales Alexandrú V.legiſſe Blondus, D. Antoninus, Platina,multiq́; ꝑterea
ſcriptores tradút.Inceptú inſup hîc anno à C.N. MDXI. conciliabulú vt vocãt,
aliquot Cardinaliú,aduerſus Iuliú ſecundú Pontif.q́ res cú in publicú effluxiſſet,
populus armis arreptis ꝓfugere coëgit oẽs,qui ea de cauſa cóuenerant.Archiepiſ-
copus Piſanus etiã Corſicæ Primas,& ampliſsimis Pontificú Max.ꝑrogatiuis or-
natus eſt.Viros claros Piſa multos in lucẽ edidit,q patriã ſplẽdore illuſtrarút ſuo·
noiatim Eugeniú III.Pontif.Rom.ſapientẽ ac bonú virú, Rayneriú & Bartholo-
męú doctos hoĩes ꝓdicatorú ordinis· quorú prior eximiú illud Pãtheologiæ opus,
alter Summã caſuum vt vocant cóſcientię,q́ Piſana dicitur,reliqt.Alij ꝑterea tam
multi maximæ virtutis & ingenij, gloriaq́; militari illuſtres viri hac vrbe orti,
qui non ipſi ſolum, ſed Italiæ vniuerſæ decori ac ornamento fuerunt, vt omnium

commemoratio longiſsima omnino futura eſſet. Extra Piſam, haud procul Ligurno portu, crebri lacuſculi, ac paludes magna hercule voluptate ſpectantur. Mox contra portum ferè Lamellum, modica in mari inſula Piſanorum clade nobilis, vt diximus. In ora ſequuntur Mons Niger, paulum à litore abſitus: inde Reſinianum: & vlterius Vada Volaterrana, Catoni Antoninoq; Vada etiam dicta: quæ Plinius populorum Hetruſcorum hoc tantum quondam in litore fuiſſe addit. Annius rationẽ nominis reddit, flexum litoris, qui hîc ad portũ Ligurnum verſus fit: quoniã Hetruſci vado, dicant quod Latini verto: vadaq; propterea cõuerſionem oræ denotare. Raphaël Volaterranus olim hîc vrbem Etruriam Volaterranorum ditionis extitiſſe ſcribit: eamq; ob defectionẽ exciſam, ac denuo nonnihil refectã, Tuſsinatũ vocari cœpiſſe: poſteaq; tẽporis progreſſu mari hauſtam, & etiamnũ æquore cõſiſtente, quibuſdam in aquis ædificijs ſe prodere. Mirari ego ſatis haud poſſum, quòd vrbẽ Etruriam hoc loco dicat olim fuiſſe: cum eam antiqui auctores, vt in tempore docebimus, ad Lacum Vadimonis deſcribant: præterea Plinius auctor ſit, Vada ſola, quondã Hetruſcæ gentis hoc in litore extitiſſe. Quæ tamẽ adhuc in aquis ædificia cernuntur, ea puto Vadorũ eſſe partem, aut aliud opus Volaterranorum, quod Tuſsinatum dictum Raphaël ait. Sequitur oſtium fluminis Cæcinæ, ſic à Plinio Melaq; nominati: quod è Monteti radicibus haud procul Maſſa, per agrum Volaterranum, vt alibi demonſtrabimus, huc in mare defluit, Marulli Bizantini viri docti, ſed de Chriſtiana pietate haud ſanè ſentiẽtis, interitu illuſtratum. Nomẽ accepiſſe nonnulli dicunt à Cæcina Volaterrano, militiæ Ro-
a. lib. 10. manæ præfecto, cuius memoriam Plinius a celebrat, equeſtris ordinis quadrigarũ
cap. 24. dominum appellans, qui cõprehenſas hirundines in vrbẽ ſecum afferens, illito victoriæ colore, in eundẽ nidum remeantes, victoriæ nuntias amicis mittebat. Annius tamen hunc Cæcinam nõ Volaterranũ, ſed Volturrhenum fuiſſe cõtendit ex Catone, qui Cæcinam Volturrhenum magiſtrum quadrigarum & augurum principem, patrem Menippi & auũ Menodori nominat: ideoq; mendoſos hac in voce Plinij codices, & Cæcinam Volturrhenum, nõ Volaterranũ legi oportere Annius arbitratur. A Cæcina nonnihil interius ab ora Bulgarium oppidum ſuccedit frumenti ac fructuum copia mirè affluens, ſed aquarum dulcium ſummè inops. Iuxtà, Caſtanietũ in colle: & ad litus, D. Vincẽtij Turris. Hinc continentis flexus procurrente in æquor ora, modo peninſulæ: vbi collis eximius occidentem, ſeptẽtriones, & exortum ſpectans, cum amœna poſtremũ ad latus planitie. Quondam illi impoſita vetus vrbs Populonia fuit, Catoni, Sempronio, Straboni, Melæ, Liuio, Virgilio, Antonino, Ptolemæo, cæteriſq; ſcriptoribus Populonia Populoniumúe dicta. Ex duodenis Hetruſcorum primis vna erat, princepsq; rei naualis.
a. lib. 14. Plinius a tradidit in vrbe Populonia Iouis ſimulacrum ex vna vite incorruptum
cap. 1. multis æuis conſpectum. Sita erat vrbs hoc in promontorio, quod admodum præruptum in mare vergit vt ſcribit Strabo, in hanc ferè ſententiam pergens. Oppidum Syllanis temporibus obſeſſum, totumq; præter ſacras ædes, & modicas domos deſertum: at nauale ipſum frequentiores habet incolas, ad montis radices exiguum portum habens, & nauigiorum ſtationes: quo circa ſola hæc Thuſcarum vrbium ad litus poſita quondam mihi videtur. In cauſa eſt quod regionis huius tractus importuoſus ſit: ea propter enim conditores vrbium maritimas fugiebant oras: vel anteillas tuta iaciebant propugnacula, ne incurſantibus prędonum nauigijs opportuni ad prædam & rapinam eſſent. Sub vertice, quo Thyrnus, annotan-

notantium ſpecula eſt: ex vrbe autem procul, ægrè tamen, Sardinia cernitur· pro-
pius verò Corſica, quæ à Sardinia LX. ſtadijs abeſt: litoriq; multo propinquior
Aethalia, quæ CCC. ſtadijs remota, pari ab Corſica interuallo diſtat. Commodiſ-
ſimus hîc conſcendendi locus eas in inſulas cogitantibus. Sic Strabo. Mentionem
etiam Populoniæ Liuius haud ſemel facit· nominatim vbi *b* Populonienſium li- *b.lib.28.*
beralitatem memorat ferrum pollicentium ad inſtruendam claſſem totam, qua
traiecturus in Africam erat Scipio· pręterea quum *c* Claudium Conſulem ab vrbe *c.lib.30.*
profectum, inter Conſanum & Laurentinum portum atroci oborta vi tempe-
ſtatis Populoniam impulſum, ibique donec æſtus ſedarentur conſtitiſſe narrat.
Et Virgilius inquit: *d* Sexcentos dederat Populonia mater. Poſt cladem Sylla- *d.lib.10. Aeneid.*
nam, de qua paulo ante diximus, vrbs iterum exædificata, ſic ad Niceæ patritij
Conſtantinopolitani tempora perſtitit· qui Imperatoris Bizantini claſsis præfe-
ctus, Bernardono Caroli Magni nepote in Italia regnante, totam adeo ſubuertit
ac deleuit, vt exinde refecta ſit nunq̃· planeq; deſerta dein & deſolata fuerit, quē-
admodum ſcribit Blondus. Iuxta Populoniæ litus Vandalos cum Genſerico rege
deuictos à Baſilio, qui Imper. Leonis III. claſsis præfectus erat, Blondus, Sabelli-
cusq; prodiderunt. Priuſquã ad alia loca dicenda pergamus, in gratiam ingenio-
rum veſtigia vetuſtæ huius vrbis, quæ adhuc ſuperſunt, vti nobis Zacharias Za-
chius Volaterranus excellens ſtatuarius, & ſummè antiquitatis ſtudioſus oſtēdit,
ediſſerenda viſa ſunt. Circumiecta omnia ſaltus occupant. Ipſis in ſyluis ingentes
craſsiq; muri cernuntur ex lapide quadrato quaqua verſum vaſtq, arctè admodū
& ſine calce vel bitumine cōſerto. Circū hæc dirupta mœnia pauimentū latitudi-
nis pedū XX. totū ex marmore ſummo artificio factum· plurimis tñ locis corru-
ptū contectumúe terra, vel ab vrbis ruina, vel alio quouis caſu incerto. Intra mu-
ros amphitheatri pars, argumentis euidentibus ſplendorē magnificentiãq; totius
operis adhuc indicãs. Murus eius lapide formis amygdaliceis, alijsq́, ſimilibꝰ cæ-
ſo, elegantiſsimè ſtructus: nec difficilis cōiectura totū ædificiū marmoreis intectū
cruſtis fuiſſe. Nō procul, lacus inſignis prætioſi lapidis, & exacta ratione, mirabi-
liq; arte perfectus· vnde per rictū leoninū è ſaxo eximiè ſcalptū aquæ prorumpe-
bant nitidæ ac dulces· quæ iam olim collapſa vrbe, nec curam gerente vllo, inter-
ciderunt. Iuxta hunc fontem murus ingens opere paganico grandibus ſaxis tam
affabrè commiſſus, vt ſummam prorſus habeat admirationem. Hinc in vrbis an-
tiquæ meditullio ciſterna maxima, cum canalibus quolibet ex latere ſingulis,
qua pluuiæ huc aquæ confluebant. Præterea multi paſsim inueniuntur putei·
quorum etiamnum aliqui aquis ſcatent, pleriq; oppleti terra ſunt, nonnulli in-
tegri, quidam ſemiruti. Alia inſuper ædificiorum veſtigia hîc vndiq; ſe produnt,
ex quibus amplitudo ciuitatis vt olim fuit, haud obſcurè animaduertitur. Ad col-
lis radices orientali occidentaliq; latere, pari ab deleta vrbe centum pedum in-
teruallo vtrinque in planitie fundamenta ſuperſunt gemini propugnaculi· in-
terq; collem & ipſa caſtella, latitudinis haud modicæ foſſa erat vrbem cingens,
vt vnà cum colle modo inſulæ omnibus partibus ab continente diuideretur:
conijcere licet hac foſſa immiſſum mare, nauigiaque ſubducta fuiſſe. Caſtel-
lis vtrunque foſſæ caput erat munitum præſidij vrbis cauſa. Septentrionali
regione planities M. P. X. à meridie mare. Medio in colle vbi quondam
vrbs, copioſus largusque fons erumpebat· circa quem argentum quod Po-
pulonium à loco dicebatur olim, purgabant: eaque propter adhuc paſsim
multa

multa fabrilium officinarum fruſta reperiuntur,quæ contuſa decoctaq; flammis, argentum reddunt. De Populoniæ ruinis hæc a Rutilius.

a. lib. 1. itiner.

Proxima ſecurum referat Populonia, littus
Qua naturalem ducit in arua ſinum,
Non illic poſitas extollit in æthera moles
Lumine nocturno conſpicienda Pharos:
Sed ſpeculum validæ rupis ſortita vetuſtas,
Qua fluctus domitos arduus vrget apex,
Caſtellum geminos hominum fundauit in vſus,
Præſidium terris,inditiumq; fretis.
Agnoſci nequeunt æui monumenta prioris·
Grandia conſumpſit mœnia tempus edax.
Sola manent interceptis veſtigia muris·
Ruderibus latis tecta ſepulta iacent.
Non indignemur mortalia corpora ſolui·
Cernimus exemplis oppida poſſe mori.

Vltra Populoniam M.P.IIII. cauernæ puteiq; multi ſunt, vnde quondã elici argentum ſolebat,quod ad fontem prædictum in officinis repurgabatur. Eodem ex fonte canalibus ſubterraneis & vada ſubeũtibus,aquæ dulces ſpatio M.P.X.ad Portum Ferratum ductæ,qui medijs in vndis marinis ſitus,olim Populoniæ portus fuit. Aedificium eſt muris fortiſsimis & cochlidibus,id eſt, per gyros arte ſumma prouectis. Ea operis forma nauium,quæ ſæuiente mari hic conſiſtunt,ſecuritatis cauſa excogitata. Redduntur aquæ medio in portu ex magno ac inſigni arte facto caſtello,quod acceſſum aquationis cauſa cum libet,commodiſsimum nautis præſtat. Circum portus mœnia duplex cellarum ordo,alter alteri impoſitus,muris eleganti lapide formis amygdaliceis cęſo ſtructis,clauſus. Portus vnà cũ Populoniæ ruinis ad ditionẽ Plumbinenſis reguli pertinet· qui vt frequentetur locus,plurimis ex Corſica familijs ob factiones domeſticas inſula profugis, incolenda hæc & exædificanda conceſsit. Pergendum hinc per oram eſt: priùs tamen aliqua memoranda ſunt viſa, quæ inter promontorium in quo Populonia fuit,& Turrem D. Vincentij, tribus à litore paſſuum millibus,obſita implicitaq; ſyluoſis ſaltibus inueniuntur. Eſt inter hos ſaltus ingens longusq; murus,ſpatium maximum amplectens, grandibus ſaxis pedum quatuor ad ſex tam affabrè compoſitus, vt nulla calx aut bitumẽ videatur adhibitum, ſummaq; ex hoc opere veterum artificum eluceat induſtria. Craſſus eſt pedes X. quibuſdam tamen in locis integer, nonnullis ſemi rutus, aut vſq; ad fundamenta collapſus. Medio ſpatio fontes intus multi extant,id eſt, ædificia ipſa,quibus aquæ olim reddebantur, vti annotari poteſt· quæ nunc corrupta propemodum tota· quamobrem & aquæ intercidere. Putei quoq; cernuntur hîc aliquot,partim oppleti prorſus terra,vel medij,partim cum aquis, vel ſine· lithoſtrata item plurima, lapidibus prætioſis artificioſè admodum facta, pulchriſq; nobili ex marmore operibus diſtincta· quanquàm maiori ex parte labefactata ſint. Amphitheatri quoq; ſplendidiſsimi pars ſupereſt,quæ amplitudinem & magnificentiam operis totius ac integri haud obſcurè adhuc teſtatur. Apparet inſuper hîc ingens lapis, exactiſsimè litteris Hetruſcis, vti antiquitatis indagatores affirmant,inſcriptus: deniq; tam intra muri ambitum,quàm extra vicinis locis, inter nemora, teſqua, dumetaq;, fruſta nobilium marmorum, capitula prærupta, baſes,

baſes, tabulæ, abaci, epiſtylia, ſimiliaq́; vetuſtatis monumenta eximijs operibus perfecta paſsim inueniuntur, quæ conijcere eſt, vel nobilium ædificiorũ ornamẽta fuiſſe, vel templorũ, aut id genus operum· quando etiam ingentia hic ſuperſunt fundamenta, cũ maximorum mœniũ partibus. Ego quantum inueſtigare animo poſſum, has tam ingentes vaſtaſq; ruinas, Vetuliam accolæ vocant, nemoroſosq́; ſaltus quos ſyluã Vetlettæ, locum eũ eſſe puto, quẽ Ptolemæus Vetuloniũ appellauit, a Annius Itulonium dicẽdum aſſerit· quippe quia Vetulonia regalis Tetrapolis pars fuerit iuxta Lacum Cyminũ & Veientes, Etruriæ finitimos, vt teſtatur [a.lib.2.cõment.& queſt.25.] b Liuius. Vetuliamq́; Plinius in mediterraneis cum Tuſcanienſibus ac Volturrenis collocet. His argumẽtis locũ hunc nõ procul ab ora, vbi à Ptolemæo Vetuloniũ deſcribitur, Ituloniũ vocandũ, codicesq́; Ptolemæi mẽdoſos eſſe, Annius cõtendit. [b.lib.1.] Ituloniũ porro ait ampliſsimum, vti nunc indicãt ruinæ, templũ, cum domibus ſacerdotũ fuiſſe in agro Populonienſi, Pupio Deo Populoniorũ ac Principi ſacrum· proinde manifeſtò apparere, has ruinas Ituloniũ appellandas, aut veterum more V. cõſonante præpoſita, Vituloniũ, non verò Vetuloniũ· quod altera deriuatio ſit à Veijs, altera aũt ab Itu· ꝓtereaq́; quoniã Vitulonium ædes fuit, vti dictũ· Vetulonia verò regia vrbs Hetruriæ, nomẽ à Veijs & Lomninis Lucumonibus tenẽs. Sic Annius ferè. Nũc itaq; pro Vitulonio Vetuliam hunc locũ vocãt· & ſyluã Vetlettæ pro Vitulonia, parte ex antiquo & vero vocabulo ſeruata. Paſſim dein extra has ruinas diruti labefactatiq́; cernũtur fontes. Vlterius ſecundũ colles ſyluoſos ac dumis horridos incedenti, altero ab Vetulia lapide, ingens occurrit ædificiũ, vbi alumẽ conficitur· hinc tertio, ferri fodinæ, quod admodũ hîc crudũ extrahitur. Poſt mille paſſus eodẽ itinere per collem q in auſtrũ ſpectat, ad eius radices palus eſt in mare ſe exonerãs, optimis fœcunda piſcibus. Flumẽ recipit Corniã, quod à monte Rotũdo per agrũ Campilianũ profluens, hîc finit. Caldana palus nũc vocatur, qm̃ calidas effundit aquas. Memorari a Plinio arbitror, [a.lib.] cũ Patauinorũ aquis calidis herbas innaſci virentes, Piſanorũ ranas, ad Vetulonios in Hetruria nõ procul à mari piſces, ſcribit. Nec valde me mouet Annius, id ad Viterbinas aquas referẽs, qbus amnis Caldanus nomen facit· qa Vituloniũ mari ꝓpinquum iam docuimus· at Viterbũ haud modico ab ora ſpatio diſtet· inſup & hæ in hodiernũ vſq; diem aquæ Caldanæ vocẽtur. Vlterius prope collem ciuitas Campilia, de qua nullã alibi mentionem, q̃ apud Annium in Cõmentarijs inueni: ſcribitq́; Capyliam dicẽdum: ea enĩ voce nouam Pyliam ſignificari, à Pylijs Neſtoris comitibus poſt conditam Piſam inhabitari cœptam. Incipit hic Maritima regio Senę ab Cornia flumine ꝓdicto. Rurſus in ora ſub Promontorio q Populoniam habuit, Portus Baratus: Promõtoriũ Populoniũ nominat Ptolemæus. Locus nunc eſt deſertus, in maris hoc latere ſinum vergens. Annius ſcribit iuxta Phaliſcos & Plumbinũ eſſe Aratum, quẽ euphoniæ gratia B. littera præpoſita Baratũ accolæ nominant. Populoniam ad oſtium Vmbronis amnis vltra Plumbinum extitiſſe Blõdus prodere videtur. Sed lapſus hercule eſt· qm̃ hoc in promontorio, quod modo deſcripſimus, citra Plumbinũ fuit, vti quoq; Ptolemęus oſtendit. Altero huius Cherſoneſi vel promontorij latere, maris ſinus maior pãditur, è regiõe eius, qui ad portum Baratũ. Eo in promontorio cernitur Plumbinũ, ipſum ſinum ſpectans, quẽ Ptolemæus Antoninusq́; Portum Traianũ vocãt. Plumbinũ cõditũ eſt ꝓpter interitũ Populoniæ, à cuius ruinis P.M. tribus abeſt, vt teſtatur Annius: ideoq́; Populinũ tanq̃ paruum Populoniũ deberet dici· ſed vulgus corrupta

voce

voce Plumbinum effert. Eccleſia Romana Plumbinariam, vt auctor Blondus affirmat, diu vocauit. Ciuitas eſt nobilis ac lauta ſatis, mari appoſita, quo latere vno alluitur: Septentrionem campi tenent amœni feraceſq; ac vini, frumenti, olei, medicorum aliorúq; nobilium malorum ac fructuum fertiles, quorum ſuperius in Populonia mentionem fecimus. Mare quoq; hôc piſcium optimorũ vberi captura fœcundum. Fons hîc inſignis & periucundus nitentium aquarum, ex quo canalibus quinis ad litus ducuntur latices dulces, in vſum commodumq; nautarum. Imperio hæc diu tenuit nobilis ac illuſtris Apianorum familia. Primus ex ea Iacobus Piſanorum à ſecretis ſcriba, Petro Gambacurta Tyranno Piſæ cum filijs occiſo, dominatum ſibi tum Piſæ, tum huius vrbis comparauit. Succeſſor filius Gerhardus Piſa Ioãni Galeatio Vicecomiti, primo Mediolani duci vendita, Plũbinum cum Ilua inſula retinuit. Huius hæres filius, Iacobus ſecundus abſq; liberis decedens, Principatum vniuerſum Raynaldo Vrſino genero reliquit: quo item nulla prole ſuſcepta, mortuo, populus Manetum Apianũ ætate iam grauẽ, Troia Apuliæ, vbi diu cum vxore priuatus vixerat, ad vrbis principatũ reuocauit. Is diu ſapienter geſta republica fato concedens, filios nothos reliquit duos, ex quibus in Dominatum Iacobus tertius ſucceſsit: quo Iacobus quartus genitus, quẽ poſtea Cæſar Borgia Dux Valentinus, Alexandri VI. Pontif. Max. filius eiecit. Borgiæ tamẽ obitu accepto, mox in veterem imperij poſſeſsionẽ reuerſus, exinde principatum trãquille, ac ſumma populariũ beneuolentia geſsit. Flexu hinc per orã fauces inueniuntur, q̃bus ſe Palus, de qua paulò antè dictum eſt, in mare exonerat. Inde per litoris ſinum, paruo ab ora ſpatio ad Scarlinum deuenitur oppidum in colle, quondam Apianorum ditionis, agro fructuoſo, ac vini, olei, cæterarumq; frugum copia vberi. Volaterranus Statones eſſe Plinij autumat. In exitu huius ſinus inſula Troiana, modico ab cõtinente diſcreta freto. Quondam huc pertinuere Phaliſci: reſtatq; nomẽ etiam hoc æuo Phaleſcæ, vulgò corruptũ, pro Phaliſcis, quos Cato Antoninuſq; memorant, & in mediterraneis copioſius dicemus. Meminit eorum & a Rutilius ita: Laſſatum cohibet vicina Phaleria curſum, Quãquàm vix medium Phœbus haberet iter. Paulo vlterius Caput Hetruriæ eſt, quòd Cato & Antoninus nominant: quoniam hic Hetruſca Liguria Tiberinis definita oſtijs incipiebat: quanq̃ ab Etruria Tuſcorum metropoli hoc nominis profectum aliqui putarunt. Sequitur amnis oſtium Almæ, ex collibus: deinde Caſtilio Piſcaliæ oppidum, faucibus altæ cœno paludis quam Aprilem Lacum Antoninus vocat, appoſitum. Iuxta ipſam paludem de cætero Burianum: mox Columna: tum in lacus principio, fluminis oſtium Bruni, ex montibus Maſſæ propinquis in lacum hunc defluentis. Plinius vocat Prilem: quapropter & Antoninus ipſum lacum Aprilem, ab fluuij Prilis nomine nuncupat. Hinc ad oram redeunti ſecundum paludem, modico ab ripa ſpatio in colle Mons Piſcalus apparet, vnde Caſtilionem Peſcaliæ cognomen traxiſſe puto, ſic pro Caſtilione Piſcaliæ dictum. In ora rurſus oſtium Vmbronis amnis ex montibus orientis inter Senam & Aretium, iuxta D. Guſmetij, Caſtellumq; nouum. Vmbronem Plinius nauigiorum capacem ait: memoratq; Rutilius his verſibus.

a. lib. 1.

Tangimus Vmbronem, non eſt ignobile flumen,
Quod tuto trepidas excipit ore rates.
Tam facilis pronis ſemper patet alueus vndis,
In pontum quoties ſæua procella ruit.

Læua eius paulò altius ciuitas Groſſe-

Groſſetum, Antonino, vt Annius docet, Roſetum dicta· ſed vulgus litteram G.
addidit. Ditionis eſt Senenſium· Epiſcopumq́; nunc habet virum doctum Marcū
Antonium Campegium Bononienſem. Ab Vmbrone Portus Telamonis in ora,
cum eiuſdem nominis promontorio. Telamonem Cato, Plinius, Polybius, An-
toninus, Mela, Ptolemæusq́; vocant. Ortum nomen Cato perhibet ab Argonau-
tarū principe, quū in Hetruriā ad Lucumones profectus Hercules Alcæus, Lacū
Cyminium effecit, & puella Faula ſubrepta ex fano, ad Euandrum perrexit. Vo-
laterranus [a] aliter auctorem eius Teucrum aſſerit, qui pòſt bellum Troianū amiſ- a lib. 4.
ſo fratre huc delatus, ſpecieq́; captus agri, eo ſubſtitit. Nobilitauit locum Gallo-
rum clades, qua ſpectabili pugna cæſi ab Romanis L. Aemilio Lepido, C. Attilio
Regulo Coſſ. vt Polybius [b] tradidit. Succedunt amnium ora, Oſæ· mox Alben- b. lib. 3.
giæ ſupra Sempronianum orientis. Deinde Lacus eſt Orbitellius, quibuſdam etiā
faucibus in mare ſe exonerans. Nomen ab Orbitello oppido ripæ appoſito. Sal-
ſus hic ille lacus eſt, quem Strabo commemorat. Ante eum Cherrhoneſus ingens,
ſeu promontorium in mare excurrit, Mons Argentarius· cui vno in latere D. Ste-
phani oppidum, altero Portus Herculis, de quo poſteà dicetur. Annius montem
Volcentarium appellandum contendit, ab vrbe Hetruſcorum Volce, quam An-
toninus & Cato memorant, quæq́; vicina ipſi promontorio fuit, nec procul Ro-
ſeto, vt Volaterranus perhibet· nunc propemodum extincta tota, Voceq́; dicta,
pro Volce. Addit Annius voculam vol, antiquiſsimum & priſcum ſignificare, ce
verò vel cen, æs aut argentum· hinc montem Argentarium nunc pro Volce vo-
cari, ſeu corruptione, ſeu interpretatione. Nos Volcen eum eſſe locum inter-
pretamur, quem Plinius Volgentium dixit poſt Coſani. De monte Argentario c. lib. 1.
Rutilius [c] ita.

Tenditur in medias mons Argentarius vndas,
  Ancipitiq́, iugo cœrula rura premit.
Tranſuerſos colles bis ternis millibus effert.
  Circuitu ponti ter duodena patet.

Dubium non eſt quin Blondus in Ita-
lia ſua ſit allucinatus, quod de huius oræ locis in hæc verba ſcribit. Deinceps ma-
ritimo in ſinu Telamonis eſt portus Telamotoſa à Plinio appellatus, Senēſis mer-
caturæ ſatisfaciens: nec obſcurè apparet corrupto illum Plinij codice vſum· ete-
nim vera lectio eſt talis, Portusq́; Telamon, Coſa: quas voces duas in Blondi li-
bro vitioſè coniunctas fuiſſe, ac Telamotoſa ſcriptum, pro Telamon Coſa, ſi-
mulque hinc eum in errorem deductum claro etiam argumento hoc diſcimus,
quòd Coſæ mentionem fecit nullam, quæ tamen à Plinio cæteriſq́; ſcriptoribus
eſt commemorata. Latere promontorij altero Portus Herculis antiquiſsimus
eſt, Antonino ſic dictus. Auctorem nominis Annius tradit Herculem Alcæum.
Circa montem Argentarium vrbs Coſa fuit, nec procul à mari poſt Populo-
niam, cum propugnaculo in hoc monte ſub quo portus Herculis, & Lacui ſal-
ſo, qui Orbitellius, propinqua, vti à Strabone deſcribitur. Alijs tamen eo lo-
co extitiſſe videtur, vbi nunc Orbitellum: videturq́; depingi ibidem à Ptolemæo.
Nos propinquam Lacui vrbem fuiſſe putamus, caſtellum autem in monte,
quemadmodum deſignat Strabo. Coſæ memoriam vſurpant, Cato, Plinius, Me-
la, Antoninus, Ptolemæus, Liuius plurimis in locis, item Virgilius [d] cum inquit: d. lib. 10. Aeneid.
Quiq́; vrbem liquere Coſas, præterea Rutilius his [e] verſibus: e. lib. 1.

Inuia caſtrorum veſtigia ſermo retexit

Sardoum, Lepido præcipitante fugam.
Littore namq; Coſæ cognatos depulit hoſtes,
Virtutem Catuli Roma ſecuta Ducis.

Sunt qui Coſam ob multitudinem murium deſertam dixerint, quemadmodum Aegei maris inſulæ Smirnæ cótigiſſe Plinius refert. Et hoc quoq; credit Volaterranus, quanquam fabula cenſeatur ab alijs, vti Rutilius c indicat, his verſibus.

c. lib. 1.

Cernimus antiquas nullo cuſtode ruinas,
Et deſolatæ mœnia fœda Coſæ.
Ridiculum clades, pudet inter ſeria cauſam
Promere, ſed riſum diſsimulare piget.
Dicuntur ciues quondam migrare coacti,
Muribus infeſtos deſeruiſſe lares.
Credere maluerim Pygmeæ damna cohortis,
Et coniuratas in ſua bella grues.

Annius à Gothis euerſam, & poſtea ſub Deſiderio Longobardorum rege refectam, à præfectis quibus exædificãdi eius cura fuerat data dictam Aſidoniam ait. Nomen igitur Aſidoniæ, quoniam à Sidonibus Germanis regi militantibus inſtaurata eſt, accepit. Sidones Germanam eſſe gentẽ ex Ptolemæi tabulis cognoſcitur, vbi Longobardos à Rheno infra Sicambros, ad Trophæa Druſi & amnem Albin pertinere demonſtrat, Sidones aũt vltra id flumen è regione ad Viſtulam eſſe, qui nunc Poloni, regioq; Polonia. Poſtq̃ à Sidonibus reſtituta Coſa, dictaq; Aſidonia fuit, iterũ deinde Caroli Magni tẽporibus deletã Volaterranus perhibet, cũ in ea ſe Lõgobardi operibus muniuiſſent, legatique Caroli oppugnationis difficultate animaduerſa, magnis honoribus D. Anaſtaſij capite ad mœnia delato, mox facta incurſione potiti vrbis ſunt: additq; veſtigia etiamnum in Argentario monte, ac finitimis Orbitello locis circaq; portum qui nunc Fœnilia, ſupereſſe. Mentionem Aſidoniæ in edicto ſuo facit Deſiderius: facit & Facius d vti adiacentium quoq; locorum hac ſententia.

d. lib. 3. Cant. 9.

Reſpice, inquit, ad mare tum ego vidi planam
Cum cæteris collibus totam Maritimam regionem,
Quæ admodum amœna, ſed parum ſalubris.
Ibi Maſſa, Roſetum, & deſtructa
Ciuitas vetus, ibi Populonia
Vix vt nunc appareat tam malè habita.
Ibi inſuper locus quo fuit Aſidonia,
Ibi cauerna in qua obuerſari
Creditur malignus, ſeu mali dæmones.

In Argentarij montis fine ad litus Taliata eſt dein modico ab ora interuallo in colle Capalbium oppidum, Blondo Caput Aluei dictum, ſed Annio Caput Abantium, ab Abante Tuſco, quem ex Manethone Tuſcos Abantes populos circa maritimã orã à Grauiſcis vſq; ad hoc oppidũ fundauiſſe perhibet. Seqtur in ora, fluminis oſtiũ Piſciæ. Patrimoniũ D. Petri in Tuſcia, quod anno poſt C. N. MC. Romanæ Eccleſiæ Mathildis Comes donauit, vt Platina, Blõdus, alijsq; ſcriptores tradũt, hoc amne finitur, omnemq; tractum inter Piſciã & D. Quirici hac parte, item Apenninũ, mare, ac Ceparanũ patentem continebat. Idem amnis Hetruriæ antiquæ Tiberinis oſtijs & Coſa, vt docet Strabo, incluſæ, terminus fuit vti etiam eſt regionis, quam nũc Maritimam Senæ vocant, quæ ab Cornia flumine huc pertinet. Succedit amnis oſtium Floris

quo

quo tranſito, nonnihil interius ab ora, caſtellum in colle Mons altus, vbi pictura *b.lib.10.*
Ptolemæi Grauiſcas prodere videtur, à Strabone, Catone, Plinio, Mela, Antoni- *Aeneid.*
no noĩatus, itemq́; à *b* Virgilio ſic: In tẽpeſtęq́; Grauiſcæ, & à Rutilio his *c* verſibus. *c.lib.1.*

Inde Grauiſcarum veſtigia rara videmus
  Quas premit æſtiuæ ſæpe paludis odor,
Sed numeroſa viret denſis vicinia lucis
  Pineaq́; extremis fluctuat vmbra fretis.

Grauiſcas ab cœli intemperie
grauitateq́; dictas, auctor eſt Cato, & probat Rutilius. Mentionem earum perſæpe
Liuius facit· nominatim verò cum *d* huc Coloniam Romanã deductã ita ſcribit.
Colonia Grauiſcæ eo anno deducta eſt in agrũ Hetruſcũ de Tarquinienſibus quõ- *d.lib.40.*
dam captũ: quina iugera agri data: Treſuiri deduxerũt C. Calfurnius Piſo, P. Clau
dius Pulcher, C. Terentius Hiſter: item alibi fulmine percuſſos muros & portam
Grauiſcarum narrat. Strabo Coſa Grauiſcas ſtadia eſſe CCC. tradit. Plinius *e* in *e.lib.32.*
mari apud Grauiſcas naſci coralliũ auctor eſt, quod retibus occupari euelliq́; ſo- *cap.2.*
lebat, vti etiã adhuc fit. Sequitur hinc oſtiũ amnis Marthæ, quẽ ita vocat Antoni-
nus, nimirũ à lacu ex quo effunditur, Martha, quẽ Ptolemæus Oſani nominat, &
in mediterraneis poſteà dicemus. Poſt hoc flumen interius paulò ab ora, Cornetũ
ciuitas in colle, quo loco Caſtrũ nouum fuit, vti ex Plinij, Melę, Antonini, ac Pto
lemæi diſcriptione liquet, tũ ratione ſitus, tum quia veteris appellationis pars ſu-
pereſt. Annius hìc olim Grauiſcas nouas extitiſſe aſſerit, veteres vbi nũc Mons al-
tus fuiſſe, quẽadmodum oſtendimus. Et veterum Grauiſcarum Silius *f* meminit *f.lib.8.*
inquiens: Et veteres miſere Grauiſcæ. Præterea quondam huius loci incolas In-
uentinos appellatos idem Annius ait, à vicino decurſu aquarum· inſequenti verò
tempore Cornuetanos ab inſigni Cornus arboris· quandoquidem in more ac vſu
vetuſtati fuit, ab ſuis inſignibus, vrbes plerunq; denominare. Cornetum inſuper
olim Caſtrum Inui dictum, Seruius annotare videtur in hoc Virgilij *g* verſu: Po- *g lib.6.*
merios Caſtrumq́, Inui, Bolamq́; Coramq́;: perhibet etiã Inui nomen eſſe Panos *Aeneid.*
ſeu Fauni, propter ſalacitatem videlicet ab ineundo ſumptum: porro quoniã cor-
nutum eſſe Pana cõſtat, mirari debet nemo, locum poſtea dictum Cornetum. Alij
tamen Corneti nominis auctorẽ tradunt Coritum Dardani Iaſijq́; patrẽ: nos hæc
legentium arbitrio permittimus probãda. Vrbs eſt Cornetũ in colle modico, tri-
bus à mari P. M. inſignis adhuc mœnibus antiquis eximijs, multiſq́; turribus, vn-
de ſatis euidenter colligitur olim honeſtiſsimã fuiſſe. Blondus eã propter veterri-
mæ vrbis Tarquinię propinquæ ruinas quondã creuiſſe autumat. Nobiliſsimis il-
luſtrata eſt ingenijs, nec paucis: interque cæteros quos genuit homines egregios
Gregorius V. Pontif. Max. extitit· item Robertus eius Epiſcopus, qui rationem
ſymphoniarũ & cantus eccleſiaſtici reformauit: præterea patrum noſtrorũ æuo
Ioannes Vitelleſcus fuit Cardinalis, militari potius virtute, quã religione inſignis·
cuius memoriã Blondus, Platina, Sabellicuſq́; celebrãt abundè, ac nominis æſti-
mationẽ poſtea nõnihil refecit Bartholomæus nepos, Cornetinus epiſcopus. No-
ſtra inſuper ætate magna illuſtrãdæ patriæ principia iecerat Adrianus Cardinalis
ex hac vrbe, cum litterarum ſtudio, tum cæremoniarum· ſed qui metu Leonis X.
Pontif. Max. clam Roma profectus, exinde nunq̃ apparuit. Sequitur in ora Minio
fluuius, de quo Virgilius: *h* Qui ſunt Minionis in aruis: & Rutilius, Pauliſper lit- *h.lib.10.*
tus fugimus Minione vadoſum, Suſpecto trepidãt oſtia parua ſolo. Nomen amni *Aeneid.*
indidit Glaucus à Minoë patre· quanq; i. littera inſerta Minio, inq̃t Annius, effe-

 ratur.

ratur. Ex vicinis montibus recta huc in mare profluit· dictus etiã Cæres, ꝙ è mon-
tibus propinquis Cære naſcatur. Dein eſt Ciuitas vetus, vbi Caſtrum vetus fuit, vti
litteræ ſaxo inſcriptæ iuſſu Pij II. Pontif. Max. teſtantur. Nunc Cincellas vocant
pro Centű cellis. Aliqui hîc extitiſſe Pyrgos volũt, quod nobis minimè probatur:
etenĩ & Antoninus in Itinerario Pyrgorũ mentionẽ facit, itemq́; Cellarũ, à q̃bus
Centũcellæ vrbs hæc appellata eſt· & ratio ſpatij quod inter Pyrgos atq; Grauiſ-
cas ponit Strabo, nõ cõuenit. Annius verò nec Ciuitatẽ veterem Centũcellas eſſe
putat· qm̃ ſub amne Marcelliano vſq; ad Minionẽ regio Cellenſis Hetruſcis, Pyr-
gana Græcis per interpretationẽ dicta fuerit: etenĩ inquit quod Aramæis Cellæ,
græcisq́; πύργος eſt, Latini propriè turrim nominant. Omnes igitur huius tractus
incolæ Cellenſes vocabantur, & Pyrgi veteres à mari Celliano ad amnẽ Minionẽ·
quos cõplexus his verſibus eſt Virgilius: Qui Cærete domo, qui ſunt Minionis in
aruis, Et Pyrgi veteres, intempeſtæq; Grauiſcæ. Sic fere Annius. Cõmunis tamen
antiquitatis curioſorum opinio eſt, Ciuitatẽ veterem iuxta eum locũ fuiſſe poſitã,
vbi tutiſsimus Centũcellenſis portus erat· quòd modicũ omninò inter hunc locũ
& vrbem Centũcellas ſpatium videtur cõprobare. Centũcellas deletas à Saracenis
b. lib. 12. histor. tẽpore Ludouici Imper. auctor Blondus [b] tradit. Inſtauratæ poſteà nomẽ accepere
Ciuitatis veteris· quę dein ob aëris grauitatẽ pene deſerta eſt. Munitiſsima hîc arx
cernitur. Antoninus huic vrbi ꝓpinquas Forumcellas indicat, quod nũc Forcellũ
vocant, circa litus. A Ciuitatis veteris portu, alijsq́; locis illis ingentia fundamẽ-
ta, ruinæq́; murorum ac ædificiorum inueniuntur, vbi D. Marinellæ eſt: ibique
Pyrgos ego extitiſſe conijcio tam ex Strabonis menſura inter Pyrgos & Gra-
uiſcas, quàm ex cognomine, quod etiamnũ hîc ædes ſacra retinet D. Mariæ Pur-
gani agri, ſeu Vurgani, vt Caſtri veteris Coloni proferũt: etenim ea vox de Pyrgo-
rum nomine aliquid adhuc retinet. Strabo inter Pyrgos & Grauiſcas ſtadia eſſe
CLXXX. ſcribit· vnde ſatis euidenter apparet hîc Pyrgos veteres fuiſſe, quos no-
minat Virgilius inqens: Et Pyrgi veteres, intẽpeſtæq́; Grauiſcæ· itẽq́; Cato, Plini-
us ac Ptolemæus memorãt. Antoninus hunc locũ vocat Purganũ. Hetruſci Cara-
rin dixere, quod eſt oppidũ oppidorũ, vt ſcribit Annius· qui & per v, latinũ hanc
vocẽ efferendã, dicendũq; Purgos, ac Purganũ ait, vti quoq; nũc accolæ loquun-
tur, qui D. Mariæ fanum hic Purganũ, ſeu vt diximus Vurganũ, vocant. Sequitur
in ora flumen Eris mari illabens, quem Plinij Cæretanum eſſe puto. Propter eum
olim Emporium Cæretanorum fuit, ad quod à Pyrgis ſtadia XXX. erant, vt Stra-
bo ſcribit· addens extitiſſe ibidem Lucinæ templum à Pelaſgis conditum, olim
opulentiſsimum, quod Dionyſius Siciliæ Tyrannus in tranſcurſu ad Corſicam
ſpoliauit. Trans Erin cœnobium D. Seueræ eſt, in litore, inſtar arcis· vbi fortaſsis
Emporium id Cæretanorum quondam fuit, aut Turres ab Antonino deſcriptæ.
Interius hinc paulò, in colle Cære vetus, quod Virgilius memorat, inquiens: Qui
Cærete domo. Feſtus auctor eſt ab hoc oppido ritus ſacrorum diuinosq́; cultus
omnes, cæremonias appellatas, quod ijs admodum addicti Cæretes eſſent. Vr-
bem hanc nobiliſsimam olim fuiſſe Strabo perhibet· addens, poſt captam Ro-
mam Gallos Senones cum præda domum redeuntes, à Cæretanis fuſos ac debel-
latos, prædamq́; hoſti ereptam Romanis reſtitutam, præterea virgines Veſtales
cum æterno igne Roma capta profugas ab ijſdem perhumaniter exceptas: quanq̃
beneficiorum gratiam, illorum ſcilicet malignitate qui tum Reipub. præerant,
non dignam Romani rependerint· quum ciuitate quidem eos donauere, ſed ius
ſuffra-

uffragiorum negarunt. Vrbs dein hac quoq; de cauſa Cære Seruatorũ dicta fuit, quoniam Romanos ſeruauerat. Mentionem eius perſæpe facit Liuius, nominatim quũm [a] Turnum Rutiloſq; diffiſos rebus, ad florentes opes Thuſcorum, & a. lib. 1. Mezentium eorum regem, qui Cære opulento tunc oppido imperabat, confugiſſe: item cum [b] Cæretanos frumentum Scipioni in Africam traijcienti contuliſſe b. lib. 28. ſcribit. Martialis pernam Cæretanam laudat inquiens: Cæretana mihi fiet, vel Maſſa licebit. De Menapis lauti de petaſone vorent: itemq; vinum ſic: Cæretana Nepos ponat, Setina putabis: Non ponit turbæ, cum tribus illa bibit. Vltra Cære vetus in mediterraneo ad M. P. IIII. vt tradit Plinius, antiqua vrbs Agilla fuit: cuius memoriam vſurpant Cato, Plinius, [c] Dionyſius Halicarnaſſeus, & [d] Trogus, c. lib. 1. vnaq; cum Solino à Pelaſgis, qui Theſſalia oriundi litteras in Latium inuexere, d. lib. 20. conditam aſſerunt, & Hetruſcis dictam Cære. Nominis occaſionem Dionyſius [e] e. lib. 3. & Strabo produnt huiuſmodi. Lydis, qui & Tyrrheni vocabantur, Agillinos bello ac obſidione prementibus, cum quidam murum ſubiens nomen vrbis percunctatus eſſet, ac è muro Theſſalus pro reſponſo ſalutem renuntians χαῖρε, id eſt, Salue, dixiſſet, Tuſci id pro fœlici omine arripuere poſteaq; captam vrbem, mutato veteri nomine Cære ſine aſpiratione vocarunt: quæ tam ſplendida, tamq; glorioſa quondam ciuitas, inquit Strabo, vixdum hac ætate vrbis veſtigia retinet. Inter Hetruriæ capita XII. antiquitus fuit, ſaxoſo in colle modico ſita, quemadmodum indicat Virgilius, [f] Euandrum Æneæ dicentem inducens ita. f. lib. 8. Aeneid.

Haudprocul hinc ſaxo incolitur fundata vetuſto
Vrbis Agillinæ ſedes: vbi Lydia quondam
Gens bello præclara, iugis inſedit Hetruſcis.

Tantarum olim opum viriũq; fuit, vt Strabo teſtetur æuo ſuo Agillinorum ampliſsima dona in Apollonis templo adhuc viſa. Nomen hinc Agillini Mezentius adeptus eſt eiectis Pelaſgis. Nũc admodum exigua vrbis tantæ veſtigia ſuperſunt. Vicina illi Cæretana balnea ſaluberrima Strabo dicit, quæ vt [g] Annius ſcripſit, Thermæ Stigianæ ſunt, & hoc g. in Itinera. Anton. æuo Balnea Sabatina dicuntur à Lacu Sabatino, qui & Bratianus. Cæretanorum nomen à Cære veteri acceperunt, haud multum diſtanti: ideoq; quanquàm intus in mediterraneo ſint: tamen hîc eorum mentionem habere voluimus. In litore rurſus ora fluminum Vacinæ & Sanguinariæ ſuccedunt: dein paulò interius exiguo in colle Cære eſt, olim Alſium vocatum: quod primum Aborigenes, deinde Pelaſgi, poſtremò Tyrrheni tenuerunt vt ſcribit [h] Halicarnaſſeus: & nunc h. lib. 1. formam exigui potius vici, quam oppidi habet. Olim à Cæretanis veteribus propinquis euerſum, ab ijſdem inſtauratum denuo, Cæreq; dictum, ſuam verò vrbem differentiæ cauſa Cære vetus, Annius ſcribit. Et quanquàm Volaterranus aliquos exiſtimare tradat Alſium vrbem, à qua Romam ducta aqua Alſietina dicebatur, iuxta lacum Bratianum haud procul Vicarello extitiſſe: Plinius tamen & Strabo, Antoninus, Ptolemæuſq; iuxta litus Alſium ponunt: & vt aliqui putant, vbi nunc D. Seueræ eſt. Ego aliter hîc fuiſſe puto: quippe quoniam Antoninus poſt Phregenas Alſium, deinde Turres, tum Pyrgos collocat. Alſium denominatum ab Aleſo Argiuo Silius [i] indicat ita: Necnon Argolico dilectum littus Aleſo Alſium. i. lib. 8. Virgilius hunc Aleſum aurigam, vel Agamemnonis filium dicere videtur, cum inquit:

Hinc Agamemnonius Troiani nominis hoſtis
Curru iungit Aleſus equos.

Alſium tamen vrbs poſteà dicta per ſyncopen,

pen,inquit Annius: nũc Cærenouũ locus vocatur. Hinc in ora Palus eſt, vbi quõdam Phregenæ fuere, quas ita Cato, Plinius Antoninusq; nominãt, Strabo Phregenã, Silius a hoc verſu memorat: Alſium & obſeſſæ campo ſqualente Phregenæ: cuius argumẽto Volaterranus Phregenas eo loco extitiſſe cõtendit, vbi nunc Bracianum· quoniã obſeſſas campo ſqualente Phregenas dicat Silius, vel ob aquarũ abundantiam quibus ager Phregenarum ſcatebat· vel propter lacum ſubiectum olim ſyluoſis ſaltibus cinctum. Ego de Volaterrano valde miror, quod Bracianũ Phregenas exiſtimet, cum id tam penitus in mediterraneo ſit· Phregenas aũt Strabo, Plinius, Antoninus, alijq; ſcriptores tam euidenter in ora collocent, vt dubitandi de hoc locus relictus omnino videatur nullus. Verſum Silij quem allegat, ſi diligenter ſitum huius loci ac naturam, in quo Phregenas fuiſſe dicimus, inſpicias, optimè ad rem conuenire animaduertes. Phregenæ, inquit Cato, dictæ à Genio Iano, qui primus colonias ibi poſuit, & Pheritone, id eſt, Phaëtonte, qui colonias adiecit· vel quod à Genio Iano conditæ eſſent. Vltra Palum amnis è lacu Bratiano oſtium in ora: deinde Campus litori propinquus: hinc Salinum: deniq; Portus Romanus à Claudio Cæſare factus, vti in illius vita Suetonius ſcribit, inquiens. Portum Oſtiæ extruxit, circumducto dextra ſiniſtraq; brachio, & ad introitum profundo iam ſolo mole obiecta· quam quo ſtabilius fundaret, nauem ante demerſit, qua magnus obeliſcus ex Aegypto fuerat aduectus· congeſtiſq; pilis ſuperpoſuit altiſsimam turrim in exemplum Alexandrini Phari, vt ad nocturnos ignes curſum nauigia dirigerent. Sic Suetonius. Ab eo obeliſco, qui lapis erat ingens, ſpecie quadratus, latitudinis & proceritatis maximæ, paulatim ab imò gracileſcens, & in anguſtum verticem deſinens inſtar acus, ad hæc vſque tempora loco nomen Aguliæ vulgo manſit, quo ſignificatur acus. Portum hunc deinde Traianus Imper. refecit, & vrbs appoſita ciuitas Portuenſis dicta· cuius Epiſcopus ex ſeptem Cardinalibus Romano Pontifici aſsiſtentibus vnus eſt. Natus ea Formoſus Pontif. Max. Inſulam modicam hîc ſciſſus Tiberis efficit, media ex parte paluſtrem· quam vnum amnis cornu huc protentum, alterumq; ad oſtium defluens, & mare, claudunt. Procopius b Inſulam ſacram vocat. Extra eam circum vrbem tot inſignium ædificiorum ruinæ cernuntur, vt qui oculis non viderint, vix credere queant. & in ipſa inſula tot marmorum apparent fruſta, partim vrticis, virgultis, rubiſq; vel terra conuestita, partim adhuc extantia paſsim pene contigua, quæ negotiatores impolita ſcabraq; per fœlicia Reipub. Romanæ ac Imperatorum tempora huc comportarunt, tantæ vaſtitatis, vt ſi videas, mirari omnino cogaris, qui tam ingentes obeliſci, altiſsimæq; vſq; ad ſtuporem columnæ cum ex Aegypto, tum alijs longinquis partibus Romam deportari poſſent. Tanta eſt horum marmorum copia, tam vaſtæ moles, vt haud videatur aſſequi cogitatione poſſe, quibus artibus, qua ratione ſint aduecta. Remanſerunt hîc labante Romani Imperij fortuna, numeralibus duplici latere litteris inſcripta· quibus vti ex Plinio Blondus refert, pondus lapidis, & ordo fruſtorum vt à mercatore fuerũt miſſa, ſignificatur. Trans inſulam & alterum Tiberis brachium Hoſtia eſt ciuitas ad litus, qua de poſtea dicemus in Latio. Pyrgis Hoſtiam Strabo ſtadia eſſe CCLX. ſcribit. Hactenus ora Tuſciæ tota, vſque ad regionis finem Tiberim dicta, conſequens eſt vt mediteranea coniungamus.

a lib. 8.

b lib. 1 de bello Gothic.

MEDITERRANEA HETRVRIAE.

Prin-

PRincipiũ huius inſtituti dextra Macræ fluminis ſurſum procedendo exordiemur:& quanquã interior regionis pars,quòd ferè montoſa ſit,difficultatis habitura plurimũ videatur:ordinẽ tñ deſcriptionis quàm fieri poterit, cõmodiſsimũ tenere conabimur. Ab oſtio Macrę ſurſum dextra ripa,quarto ab ora lapide,ciuitas eſt Sarzana,propter interitum Lunæ condita,quemadmodum etiam Volaterranus a perhibet. Eam Nicolaus V. Põtif. Max.& doctus vir,& doctorum inſignis a.lib.5.
Mecenas illuſtrauit,ſede Lunenſis Epiſcopatus huc trãſlata. Non procul in alto colle Sarzanellum,quod Caſtrucius Lucenſium regulus primùm ædificauit. Sarzanellum tanquam arx Sarzanę dictum, vt Bernardinus b Corius in hiſtorijs per- b.parte 2
hibet. Propugnaculum hîc prius erat quoddam, Batiſolis vt accolæ vocabant. Sarzanellum deinde Perinus Fregoſus Genuenſium Dux egregiè communiuit. Vlterius Macræ dextra ſunt in collibus, Ad D.Stephani, Tendola, Capriola, cum alijs oppidulis, dein fluminis in Macram confluens Laulę: de cætero oppidum Laula,quo loco Teguliam aliqui extitiſſe putant:hinc Caſtilio, Forum nouum,& Villa Franca: mox amnis Bagnonus Macræ incola, cum oppido eiuſdem nominis in dextra, Marij Querni viri docti, per humani,ac virtutibus perornati patria: dehinc Filaterra, Malgra: milleque paſsibus à Bagnono Graniola:tum fluminis in Macram illabentis oſtium Graueiæ:pòſt quod in Apennini radicibus pernobile ac opulentum oppidum Pontremulum,iuxta Macrę fontem,vbi vetus caſtrum Apua fuit, à Catone Antoninoque memoratum,vt Annius & Volaterranus c per- c.lib.5.
hibent:cum & Cato Apuam in tranſitu Apennini eſſe ad fontes Macræ ſcribat: & id quoq; verſus lapidi veterrimo hîc inſcriptus teſtetur huiuſmodi: Apua ſum Marco quondam celebrata Catoni. Ligures hinc Apuani olim denominati, quorum tractus vniuerſus inter Macram & Tiberim erat: quorumque mentionem facit Liuius, d Sempronium à Piſis in Apuanos Ligures vaſtando vicos & caſtella d.lib.10.
eorum aperuiſſe ſaltum vſque ad Macram flumen, & Lunæ portum: item alibi e c.lib.39.
Q. Martium in Apuanos Ligures profectum ſcribens. Pontremulum Imper. Cæſar Henricus anno à C.N. MCXV deiecit,quòd oppidani tranſitum illi Romam eunti negauiſſent. Quando deinde refectum inſtauratumque fuerit, non inueni. Diu in ditione Mediolanenſium regulorum fuit. Inclytum iuris ſcientia Ioannis Lucę Regij Lepidi antiſtitis,ſuperioribꝰ annis defuncti. Rurſus ab ora tertio lapide pręcelſo in colle Ortus Nouus, Nicola, ſupraque Caſtellum Nouum,& Foſſa Noua, quod caſtrum ob Foſſę Papyrianę in mediterraneis à Ptolemæo poſitę interitum Volaterranus ædificatum arbitratur. Transamnem Laulam dehinc inter montes Solera: vltraque Fiuitianũ, Comanum, Caſulæ, Verrucula: altiuſque Corſilianum. Denuo tum ab ora introrſum ad montes verſus Maſſa: deinde Carraria, Plinij f Carrea Liguriæ Ciſapenninæ, quemadmodum Volaterranus f.li.3.ca.5.
cenſet: addens etiam marmor quod his montibus cæditur, Carrarienſis ab hoc oppidulo accepiſſe nomen: quod tamen nobis haud probatur: putamus enim id appellationis ab Luna vrbe eſſe, quam Hetruſcos vnà cum regione tota Cariaram dixiſſe, Cariaramq; ſignificare Lunã, paulo ſuperius in orę deſcriptione ediſſeruimus: quapropter & oppidi huius nomen à Luna deſumptum arbitramur. Succedit Montoniũ,& alijs alia quędã caſtella in mõtibus altiſsimis,q̃ nũc Carrarienſes Lunẽſeſque vocantur, antiquis montes Violatũ, Teguliorũ, Segaunorũ, Apuanorũ, Ligurum dicti, ab Apennino ad litus inferi maris, tranſuerſo ab oriente in meridiem tractu incedentes. Liuius per hos montes ad Lunam penetraſſe Sẽ-

pronium oſtendit. Strabo hîc candidi ac varij marmoris lucidiſsimi eſſe latomias perhibet· ex quibus vnico ſolidoq́; lapide tabulæ integræ columnęq́; cædi ſolebant immenſæ· ſumpta & hinc olim ea marmora quæ ad opera nobiliſsima cum Romæ, tum alijs in partibus expetebantur, tam ob inſignem lęuorem, quam propter ſummam exportandi hinc facilitatem· quippe quia vicinæ litori ipſæ lapicidinæ opportunitatem maximam haberent lapidum ad naues deferẽdorum · quos à mari ſubuehendos excipiebat Tiberis. Columnæ hîc etiamnum peringentes aliaq́ue marmorum rudia fruſta cernuntur, quæ florentibus rei Romanæ temporibus exciſa, dein autem ea labante derelicta nemo aſportauit aut expoliuit. Importantur nunc quidem adhuc ex his locis marmora Piſas, Genuam, Florentiam, Romã, Bononiam & in vlteriorem Galliam. Sed haudquaquã eius magnitudinis, eaq́ue copia, vt olim ſolebant Romam, vigente illius vrbis imperio. Meminit eorum Plinius, in Liguria lapidem album facile ſerra ſecari ſcribens *a*, quem prius *b* Lunẽſe marmor dixerat. Iuuenalis quoque marmorum horũ mentionẽ facit inquiens: Procubuit veluti q̨ ſaxa Liguſtica portat, Axis· & Facius *c* Vbertus hac ſentẽtia:

a. lib. 30. cap. 10.
b. lib. 30. cap. 5.
c. lib. 3. cant. 6.

Vidimus Carrariam vbi mortales
Candidum marmor cædunt tanta copia
Quæ vel orienti vniuerſo ſufficeret:
Præterea montem & ſpeluncam ipſam
Vbi vates conſidebat Aruns,
Cum eius Romę tanta fuit neceſsitas.

Tranſito amne cuius apud Arcem Motronis, oſtium, eius in dextra ripa intus Petraſancta nobile eſt oppidum· quo loco quidam arbitrantur Lucum Feroniæ extitiſſe à Ptolemęo nominatum· alij verò Templum Herculis: maxima tamen auctorum pars conſentit Fanum hîc Feronię, non Lucum aut ædem Herculis fuiſſe, quæ ambo Ptolemęus iuxta oram collocat, nec procul vt ego conijcio Arce Motronis, vbi etiam hoc æuo multa antiquitatis veſtigia ſuperſunt. Et Feroniæ fanum hîc, vbi Petraſancta, extitiſſe, probat Annius, oppidum hoc primò Caferonianum, id eſt, poſterius Feronianum, deinde Petram ſanctam à Deſiderio Longobardorum rege abolendæ profanæ Deæ nominis cauſa dictum, omniaq́ue inſuper montana inter Petram ſanctam & Lucam adhuc Caferonianæ appellationem ſeruare ſcribens, quamuis corruptam, qppe quia Carfenianam ſeu Grafignanam vulgus effert. Quod autem Volaterranus ait Petramſanctam à Lucenſibus exædificatam, denominatamq́; ſic in memoriam arbitrij, quo Iudex quidam inter ipſos & Genuates de hoc oppido diſceptantes ab Imperatore Cæſare datus ex Mediolanenſi familia Petraſancta, ſecundum ipſos pronuntiauerat· id alij propter Regis Deſiderij decretum, quo templum Feroniæ Petraſancta vocari manifeſtò iubetur, iuxta fabulam eſſe cenſent. Illuſtrauit locũ ortu Bartholomæus doctrinæ ac ingenij ſummi vir, Auditor noſtra memoria Romanæ Rotę. Vlterius dextra Petræſanctæ in montibus Caſa maior: deinde flumen Sercius, quem Strabo Eſarem vocat, Plinius Auſerem, Ptolemęus Boactum, vt alii qui cenſent quibus etiam nos accedimus: etenim cum in ſexta Europæ tabula ſic ſcribat: Liguriæ, apud Gręcos Liguſticæ, penes Liguſticum pelagus, poſt amnis Macrę oſtia, fluminis Boacti ſciſsio, pari longitudinis gradu, cum faucibus Macrę, latitudinis autem medio amplius: hinc certò mihi perſuadeo Sercij oſtiũ eſſe quod Boacti vocat, quanquam in pictura id non fuerit expreſſum. Inſuper ſi Benedicti Bordonij picturam Italiæ diligẽter inſpicias, & ſpatium inter Macræ ac Sercij fau

cij fauces exigas, Sercium eſſe euidenter quē Ptolemæus Boactum vocat, animaduertes. Quod Blondus Sercium Liuio appellari Meram putat, cuius verba refert, Sempronium à Piſis per montes qui nunc Carrarię, ſaltum aperuiſſè vſq; ad Merā fluuiū & Lunæ portum, dicētis, hoc manifeſtò allucinatus eſt· quippe quia Liuiani codices integri non Meram, ſed Macram habent: nec vllus hac regione fluuius inuenitur Mera, veteribus memoratus, ſed Macra cum Sercio: quamobrē Liuius iter Sempronij referens eum ad Macram & Lunæ portum perueniſſe ſcribit, vti etiam Volaterranus cōfirmat. Sercius ex Apennini montibus ſupra Syllanum haud procul à Curtiliano, profluens, per mediam Caferonianā & propter Lucam tandē mari illabitur, vt antè diximus. Tam ſubito intumeſcere ſolet, vt auctu exterreat. Deferuntur eo trabes ædificandis nauibus magna copia. Piſcium optimorum capturam habet, maximeq́; Truttarum & Carpionum, vti ad me Nicolaus Accurſinus Caſtrinouanus cum eruditus vir, tum curioſus perſcripſit. Sequitur in dextra Sercij, ſurſum, ad montes Librafacta. Quidam hîc Foſſas Papyrianas fuiſſe arbitrati ſunt· at nos eas vbi nunc Foſſa noua, ex aliorū ſententia paulò antè deſignauimus: cæterū huius rei iudicium in medio relinquimus. Hinc tum vallis Grafiniana eſt, vltra citraque flumen· nam id vt diximus, eam percurrit, quę vicis caſtelliſque multis haud infrequentibus nitet: altiuſque in amnis dextra Caſtellum Nouum cognomine Grafinianum, pernobile ac opulentum, & negotiatoribus frequens, olim cum alijs plurimîs huius tractus in ditione Bononienſium, nunc in principum Ateſtiorum Ferrariæ Ducum· à quibus præfecturam horum omnium locorum tenens Ioannes Baptiſta Pappazo Mirandulanus, Iureconſultus & Eques auratus ingenij ſummi vir hîc iam conſidet. Ornat Caſtellum Nouum egregiè Nicolaus Accurſinus homo literatus. Altiùs dein eſt Grinianū cum amne Torrida, Sercio ſupra Caſtellū nouum illabente· item arx inuicta Verrucula, ſuperiuſq; Syllanū· quę loca maiori ex parte Malaſpinæ principes tenēt. Anniꝰ[a] inter Macrā & a.lib.2. Instit.3.
Lucā oppidum fuiſſe Turſenā ſcribit, quòd nūc Curſena vocetur, exiguū Caſtellū. Trās Auſerē mox Luca ciuitas, Romana quondā colonia. Lucā Pliniꝰ, Antoninꝰ, Ptolemęꝰ, cęteraq́; veterū ſcriptorū cohors appellat. Cauſam nominis indiuerſum auctores trahūt: aliq id acceptū ab ſcutis inauratis, q̃ ſummis impoſita vrbis turribꝰ, ſplēdore ſolis illuſtrata valde lucebāt· nōnulli, cū priꝰ Aringa diceretur, poſtea Lucā à duce quodā inſigni denominatā, aiūt. Cato auctor eſt à Lukio Lucumone priꝰ Lucumodiā, dein euphoniæ gratia Lucā vocatam: vnde adhuc locꝰ eſt iuxtà, cōditoris ipſum nomen retinens. Alij Lucum oppidum in ora fuiſſe olim ferunt, eiuſq́; colonos Lucēſes huc profectos, vrbē quā condiderāt, à ſe Lucā dixiſſe. Pręterea verò & de nominis origine, & de vrbis primordio varia narrātur, q̃ vti propinqua fabulis, aut exigui omnino momenti referre nō putauimus operæpratiū: vnáq; Catonis ſententiā p̃ cęteris ꝓbamꝰ· nimirū auctorē Lucæ, tā nominis, quā vrbis, Lukiū Lucumonē fuiſſe. Colonia deinde Romanorū deducta, pòſt etiā à Deſiderio Lōgobardorū rege aucta, muriſq; ex lapide q̃drato cincta eſt. Iacet in planitie nō ꝓcul à collibꝰ, ędificijs ꝑ honeſta: gēs lauta, prudēs, ingenioſa, vt q̃ libertatē ſibi diu ſapientiſsimè cōſeruauit integrā, etſi finitimorū bellis haud rarò fuerit petita. Lucā Strabo[b] memorat hac ſentētia. Vrbs eſt ad mōtes Lunę incūbētes, vbi plerūq; vicatim habitāt: regio virorū ꝓbitate floret· magnūq; robur militare, magnā b.lib.5.
equitū multitudinē ſuppeditat· vnde Romani bellicas manꝰ accipe ſolebāt· Liuiꝰ etiā eius memoriam vſurpat ſępe· nominatim verò[c] cum Annibalem in Ligures, c.lib.21.
Sempro-

Sempronium eodem tempore Lucam conceſsiſſe dicit. Frontinus T. Domitium Caluinum Lucam in Liguribus obſediſſe ſcribit, non ſolum natura loci ac operibus, ſed etiam valido militum præſidio munitam. Mētionem Lucæ & Agathius b fecit. Blondus c in hiſtorijs tradit à Gothis poſſeſſam, menſibus ſenis oppugnaſſe Narſetem Eunuchum priuſquam capere poſſet. A Facio d Vberto in hanc ſententiam deſcribitur.

b lib. 1. bel li. Goth. c. lib. 12. d. lib. 3. cap. 6.

Incedentes vidimus orbe in modico
  Turribus frequentem Lucam, inſtar nemoris,
  Et Prato Sercioq; allui.
Lauta eſt tota, ſpecieq; iucunda,
  Magiſque foret, ni turparetur planctu
  Qui annis iam amplius quadraginta pectus illi contraxit.
Vidi ſanctam ciuitatem, & vultum ſanctum,
  Audiuiq; vt ad preces Fidriani
  Sercius in latus ſe conuerterat.
Fui ad Glaream, vbi Piſanus
  Florentinum deuicit, quum oppreſſus eſt
  Ioannes Vicecomes belli præfectus.
Vrbs hęc quā de tibi loquor,
  Aringa ſeu Fredia dicta creditur
  Illo tempore quod antiquum æſtimatur.
Sed quoniam illuminata fide
  Prius fuit, quàm alia Tuſcorum vlla,
  Nomen immutatum, & Luca vocata.

Sic Facius, ſatis indicans poſtremis verſibus, cum Lucam ait dictam, quòd prima ciuitatum Tuſciæ, fidei Chriſtianę lumen acceperit, Strabonem, Catonem, Liuium, Frontinum, alioſq; veteres ſcriptores qui Lucam ſæpiſsimè nominarunt ante Chriſtum Seruatorem natum, ſe nō vidiſſe. Luca quoq; vocatur in mediterraneis à Ptolemęo. Poſtquam à Narſete, vt diximus, capta fuit, exin Imperatorum Conſtantinopolis opibus collapſis, principatum eius Bonifacius occupauit: qui Beatricem Henrici Impera: filiā habuit vxorem, & ex ea Mathildē filiā ſuſcepit. Ea Gotifredo marito ſuperſtes hęreſque in ampliſſimū imperiū, & nominatim huius vrbis ſucceſsit, vti alibi erit dicendi locus. Deinde tēporibus Honorij IIII. Pontif. Rom. ſuum ius & poteſtatem ab Imperatore Cęſare Rudulpho XII. millibus aureorum nummûm Lucenſes redemiſſe Platina a tradit. Poſtea tyrannidem nactus eſt Vgutio Phaſeolus: quo per ſeditionē populariū cum Nerone filio exacto, principatū mox adeptus eſt Caſtrucius Caſtracanus ab Vgutione carceri incluſus: vt ita vno momento ſimul ille pelleretur, ſimul hic vinculis ſolut9 ex carcere ad principatum eueheretur. Caſtruciū Galeatius Vicecomes, Azoq; eius filius Mediolani reguli, ꝓpter ſummā viri virtutē mirificè dilexerunt. Florentinis tota vita perquam infeſtus fuit: quorum copijs cęſis, ipſam quoq; Florentiam obſidio ſic affecerat, vt expugnaturum omnino crederent multi, ni morbus ex quo deceſsit, impedimentum inieciſſet. Piſam & Piſtoriū ditionis ſuæ fecerat. Filios reliquit duos, qui ab Ludouico Bauaro Luca pulſi. Multa de Caſtrucio Blondus, D. Antoninus, Sabellicus, & Nicolaus Maciauellus Florētinus in eius vita vernaculo ſermone ſcripta, prodidit. Eiectis Caſtrucij filijs, Germanica præſidia, quę Bauarus vrbi impoſuerat, Lucā Gherardo Spinolæ Genuenſi

a in uita Honorij 4.

ẽſi vẽdiderunt: eãdemq́; deinde Ioannes Boihemiæ rex Petro Rubrio cõmiſit,
ubrius Maſtino Scaligero Veronę regulo ceſsit,is vendidit Florentinis · q tũ mẽ
ous nouem ea poti. Hoc tempore quoniam Piſani plus ſibi iuris ad imperium ei-
s eſſe ex Henrici Imper. conceſsione putabant, vrbem obſidere, donec tandem eſt
anſactum. Poſtea cum Imper. Carolus IIII. in Italiã profectus legatum Lucen-
bus præfeciſſet Cardinalem quendam Gallum, is Imperatore digreſſo ciuitatem
uri ac poteſtati ſuæ reſtituit, accepto prætio XXV. milliûm aureorũ nummûm.
ta tum extemplo deiectum Caſtellum, quod Caſtrucius ædificauerat, cõſeruataq́;
ibertas vſq; ad M. CCCC à C.N. annum, quo tyrannidẽ occupauit Paulus Gui
niſiꝰ Lucẽſis. Hic dominatu annis XXX. fœliciſsimè potitus, ingenti opũ vi accu
mulata, auro, argento, gẽmis, pecunia multa locuples, & numeroſa ꝓle fœlix, glo-
ria fortunaq́; & exiſtimatione apud Italiæ ꝓceres ampliſsimus, vt adeo nõ ſibi ſo-
lũ ipſi, verumetiã alijs beatus, ſtabileq́; ac firmũ fundatũq; imperium habere vide-
retur, mutata ſubitò vagæ volubiliſq́; fortunæ aura ſpectaculũ miſerabile & exem
plũ mortalibus inſigne factus eſt, quo euidenter apparuit in humanis rebus perpe-
tui omnino eſſe nihil, oportereq́; reuerenter & cũ timore caſus, fortunã benignam
gerere. Tã igitur excelſo in gradu fœlicitatis cõſtitutus, quia Florẽtinis hoſtibꝰ fa-
uebat, cũ quinq; filijs impetu populariũ vinctus, & Mediolanũ ad Philippũ Vice-
comitẽ Ducẽ ablegatꝰ, tandẽ in obſcuro ſqualidoq; carcere cũ liberis diẽ ſupremũ
expleuit, anno poſt C.N. MCCCCXXX, ac ita dignitatẽ, opes, imperiũ, gloriã, li-
beros, tot annis parta parâtaq́; ſimul cũ anima ꝑdidit, Profligatis Guiniſijs vrbs
varijs agitata motibꝰ, tandẽ verò in libertate cõſtitit, qua nunc tranquillè potitur.
Multos genuit illuſtres & ꝑclaros hoẽs, nominatim Luciũ III. Pontif. Rom. Blon-
dus a etiã Alexandrũ II. Volaterranus b III. dixit · at vtrumq; falsò: nã ijdem c aucto *a in Italia*
res alibi cũ reliqua ſcriptorũ cohorte primũ ex ijs Mediolanẽſem, alterum Senen- *hiſt.*
ſem perhibent. Erroris occaſionem Blondo præbuiſſe, quòd Alexander II. Lucen- *b li.5.C.V.*
ſium Epiſcopus fuit, ideoq́; Lucenſis à quibuſdam dictus eſt, non ob originem, ſed *c Blond. ii.*
præſulatum, Volaterrano autem vitium intuliſſe librarium arbitror, tertio I. nu- *13. hiſt.*
merali littera non rectè addita. Lucenſis Epiſcopus fuit D. Fidrianus, quem D. *Volat. lib.*
Gregorius Pontif. in Dialogis, Sercium cohibuiſſe Lucẽſem agrum infeſtantem, *22. C.V.*
prodit · cuius rei adhuc ſuperſunt veſtigia, & Facius Vbertus etiam mentionem
facit. Epiſcopum quoque Luca B. Anſelmum habuit, qui Comiti Mathildi à con
feſsionibꝰ fuit, & cuius in D. Benedicti Podalironis, agri Mãtuani cœnobio diem
functi, ſancta oſſa deinde Mantuã in ædẽ maiorẽ delata ſunt. Noſtra memoria Lu-
cam ortu nobilitauit Sanctes Pagninus, ex ordine prędicatorum ſummus Theolo
gus, & latinè, gręcè, hebraicè, Caldaicè, Arabiceq́; doctiſsimus, vt inſtrumẽti vtri
vſq; verſio ex Hebræo græcoq́; in Latinum, itẽ Iſagoge ad myſticos ſcripturæ ſen
ſus, Grammatica hebraica græcaque, ac alia multa litterarũ monumenta quæ re-
liquit, abundè teſtantur. Fato cõceſsit anno à C.N. MDXXXVI, ætatis ſuę LXX.
Lugduni in Gallia. Infra Lucam ad mare verſus, non procul templum Herculis
ampliſsimum erat. quod circa oram vt dictũ eſt, Ptolemęus deſcripſit, & etiãnum
obſcuris qbuſdã veſtigijs ſe ꝓdit. In dextra Lucę colles cũ caſtellis aliquot · interq;
cætera Collis. Deinde palus Bientina, quondam in lacum à Florentinis concluſa ·
cui oppidum imminet, Mons Carolus. Hinc Florentiæ vicinior Altus paſſus · ſu-
praq; Colodũ flumẽ cũ oppido: dein Piſcia itẽ oppidũ, cũ amne q Mitiuolẽ fluui-
um vnà Arno infert ſub Phocetio, è regione D. Miniati in altera Arni ripa ſiti.
Phoce-

Phocetij nomẽ à conditoribus Tyrrhenis, Crotoniatis, & Phocenſibus Pelaſgis ortum, quamobrem & Cato Phocenſes huius agri incolas vocat. Sunt etiam hoc ſitu Bugianũm, Vegianumq́; & ad prædicti lacꝰ oſtium, quo ſe in Arnum exonerat, Bientina oppidum, à quo denominata Palus. Non procul his locis Volaterranus Feroniæ Lucũ ponit: ego eũ falli, Feroniæq́; Lucũ in ora, vti paulò antè memorauimus, extitiſſe puto. Vltra Piſciã deinde pulchra planities, in qua ciuitas Piſtoria, Catoni, Plinioq́; Piſtoriũ dicta, Ptolemęo, multiſq́; ſcriptoribꝰ alijs Piſtória, ſed Antonino, Ad Piſtores. Miletus primùm à Clodio Forum Clodij vocatã allucinatus eſt, quippe quia Plinius Forum Clodij Piſtoriumque diſertè, tanquam vrbes duas recenſet. Aliqui nomen acceptum prodiderunt à peſtilentia, quæ reliquias Catalinariarum legionum, ipſo Catalina prælio cęſo afflixit, dictumque Piſtorium, veluti Peſtorium, quod Facius Vbertus in hanc ſententiam prodit. a

a.lib.3. cant.6

Sextium, Magianicum, & Garfanianam,
Lunamq́; vidi, & incedens ad Piſtorium,
Neuolam, Piſciam Lunenſemq́; regionem.
Dubium non eſt perſcriptum eſſe multis paginis,
Propter ingentem pugnam quæ tum facta,
Quum Catilina vires gaudiumq́; perdidit,
Multos vulneribus affectos, exuleſq́; multos
Nobiles homines ex vrbe Roma
Congreſſos, mutuo ſibi ignouiſſe,
Et vti gentem malis feſſam domitamq́;
Hic conſediſſe, ac propter peſtilentiam
Ab ijs vrbem hanc tum Peſtorium vocatam.

Alij Piſtorium etymi eſſe Græci putant, & compoſitum ex πίςις καὶ ὄρος, quibus tanquam fidelis terminus ſignificetur. Hoc Vgutio ſentit, & itemq́; Annius, qui addit fidos viros hunc locum incoluiſſe, quòd clauis, ac vti clauſtrum Galliæ Ciſalpinæ eſſet: veruntamen & antiquiorẽ inueniri originem, nimirùm vt ex piſt, quod teſte Samuele oſtium, & ὄρος quod montem ſignificat, conflatum ſit Piſtorij nomen quoniam oſtium eſt tranſcendendi Apẽninum à Thuſcia in Galliam: ideoq́; hinc in Gallias Catilinam contendiſſe apud Saluſtium legi. ſic Annius. Non deſunt qui à piſtorum frequẽtia nomen loco datum putauerint: ad quod alludere videtur Antoninus, vrbẽ ad Piſtores vocans. Probabunt ex his arbitrio ſuo legentes, quod volent. Inſcriptione ſigilli Piſtorienſes huiuſmodi vtuntur. Quæ volo tantillo Piſtoria cælo ſigillo. Mœnibus eam cinxit, auxitque plurimùm Deſiderius Longobardorum rex, vti in eius edicto legitur: nec aliam poſt interitum Catilinę, veterem memoriam huius vrbis reperimus. Exinde cum Florentinorum opes augeri cœpiſſent, ab ijs varia ratiõe ſubacta eſt & nudata mœnibus cõplanatæ quoq́; foſſę: ager inter ipſos & Lucenſes, qui ſocij belli fuerant, diuiſus: poſteaq́; diſcordijs enatis tota ditionis Florentinorum facta. Primam omnino hanc vrbem fuiſſe, quam Florentini imperio ſubegere, nimirum anno à C.N.MCCL, Leonardus Aretinus auctor eſt. Hinc in partes abijt Alborum & Nigrorum: inter quas magnis cædibus vulneribuſq́; dimicatum frequenter. His extinctis aliæ ſucceſſerunt ęquè pernitioſę Cancellariorum & Panzadicorum, quæ vſq; ad hęc tempora durant: ſtragibusq́; mutuis adeo cum ſæuière, tum adhuc inuicem graſſantur, vt vrbs per ſummam miſeriam pene deſerta nũc & colonis deſtituta videatur. Viros tamẽ eximios genuit non paucos: quorum

quorum è numero Sozomenus preſbyter, homo doctus, quem Volaterranus perhibet hiſtoriam ab exordio mundi ad ſua tempora ſcripſiſſe: item Cynus Sinibaldus Dini diſcipulus, qui de iure multa edidit in Codicem Digeſtumque vetus, & additiones ad Infortiatum, aliosque libros Iuris Cæſarij multas. Situs eſt eodem monumento cum Dino præceptore, Florianoque Sanpetrio in Dominici pórticu apud Bononienſes, vbi publico ſalario leges profeſſus erat. Viuit hoc tempore Benedictus Conuerſinus Piſtorienſis, epiſcopus Aeſinatium, vir prudens & integerrimæ vitæ: quem ob egregiam virtutem gubernationi Romæ Bononięq́;, ac poſtea totius Romanulæ Paulus III. Pontif. Max. præfecit. Circa Piſtorium via Bononienſi magnifica domus cernitur, Ignum, ab Antonio Pucio Cardinale, ſummoque Pœnitentiario ædificata, quum Piſtorienſium eſſet Præſul. Sunt item hoc ſitu Summanum, Serauallis, Vitulinum: ſupraque, Mons Catinus apud hiſtoricos percelebris propter ſpectabilem Vgutionis Phaſeoli victoriam de Florentinis, qua cęſi ad duo millia, captique plurimi, & ipſum etiam oppidum expugnatum, vt Blondus, a Leonardus Aretinus, D. Antoninus, & Nicolaus Maciauellus memoriæ prodiderunt. Iuxta Piſtoriam inſuper amnes bini, modico inter ſe disiuncti interuallo Stella & Vmbro: qui propter Carmanianũ confluunt, vnuſque dein oſtijs Arno exaduerſum Monti lupo illabuntur. Annius ſcribit Stellatinos in Thuſcia dictos à Stella vicino amne montãos populos circa Piſtoriam vſque Pheſulas: inde ad Tiberis fontes Cluſentinos, qui nunc corruptè Caſentini vocantur. Trans Vmbronem Mons Merlus oppidum ad collem, Bartholomæi Valoris Philippique Strozæ ac multorum Florentinorum exulum captura inclytum, quos hic Alexander Vitellius Coſmi Medicis Florentię ducis legatus viuos in poteſtatem redegit, & Florentiam deduxit, quam contractis quinque millibus armatorum vi inuadere decreuerant, anno poſt C. N. MDXXXVII, mẽſe Auguſto. Sequitur oppidum pernobile Pratũ, quod amnis ex Apennino Biſentius alluit, Ar nincola. Conditum ab Imperatore Friderico II. Collenutius b auctor eſt. Inter caſtra quatuor Italiæ totius ſplendidiſſima propter amplitudinẽ elegantiamq́; ſummam cenſetur vulgi verbo, quo hęc ea eſſe ferunt, Barulum Apuliæ, Fabrianũ Piceni, Cremã Lombardię, Pratũq; Tuſcię. Facius c Vbertus Prati meminit his verſib9.

a. lib. 29. hiſt.

b. lib. 4. hiſtor. Neapol.

c. lib. 8. cant. 6.

Ita quęrentes per eos campos,
Pratum inuenimus, quod Biſentius alluit,
Vbi ſacroſancta monſtratur zona.

Seruatur hic vt Facius indicat magna religione cingulum D. Virginis Matris. Cladem ingentem oppido intulit anno pòſt C. N. MDXII. Raymundus Cardona, Ferrandi Arragonij Neapoliſque Regis legatus, Florentiam reducere Ioannem Medicem Cardinalem Boniæque Legatum cum Iuliano fratre, & Laurenzino nepote cupiens: etenim vi tum occupatum ac direptũ: oppidani omnes pene capti: mulieres inſigni cum ſcelere ac infamia conſtupratę: quam calamitatem in Ephimeridibus latinis abundè perſequimur. Ditionis eſt Florentinorũ. Viros illuſtres plurimos genuit: inter alios Nicolaum ex pdicatorum ſodalitate Cardinalem, multę doctrinæ, maximeq; prudẽtię virum: de quo D. Antoninus copioſè ſcripſit: vti nos etiam in libris d illuſtriũ hominum ordinis prędicatorũ. Fundauit ille hîc D. Nicolai cœnobiũ. Nobilitauere quoq; Pratũ ortu Arlot9, generalis antiſtes familię minorũ, qui ſcripta quædam erudita reliquit: itẽ Vgolinus ex prędicatorũ ordine cõcionator eloquentiſsimus. Marina hinc eſt torrens, qui à Calẽtiano paulo inferiùs, Biſentio influit.

d. lib. 3.

F Vltrà

Vltrà ſunt Campi·dein Tertiola torrens, & Munio fluuius ex Appennino Floren-
tiam alluens, vbi Arno iungitur. Hic priuſquam Florentia dicatur, aliqua de nobi-
li amne Arno commemoranda ſunt viſa. Naſcitur, vt Strabo perhibet, ex Apenni
ni latere dextro: Falteroriam vocari fontis locum auctores ſunt Bocati* in libro flu
minũ, Chriſtophorus Landinus Dantis interpres in Purgatorio, & Facius Vbertus
a.lib.3. Canto.6. hoc verſu: *a* Tiberis ad mare (incedens) qui ſurgit in Falterona, Complet Thuſci-
am. Modicis initijs principio tanquam riuulo inter rupes horridas præcipitesque
conualles in occaſum tendit: deinde collectis fontibus, torrẽtibus, amnibusq; plu-
rimis, intumeſcit, Aretioq; ad lęuã relicto, Florentinũ agrum ingreditur, & Floren-
tiam ipſam interſecat: hinc Piſam quoq; diuidens, tandem mari illabitur, vti antea
dictum eſt. Annius Arnum ab Herculis Aegyptij cognomine vocatum ait, quòd is
paludes ſtagnaq; omnia circa Pheſulas vnum hunc in alueum reduxerit· cuius rei
iudicium apud legentes eſſe volumus. Mentionem Arni veteres auctores faciunt,
b.lib.22. maximè Cato, Strabo, Liuiusque Annibalis propter eum iter narrãs *b*, vti poſtea
memorabimus. Hîc iam ciuitas Florentia flumine Arno percurrente, quatuor exi
mijs coniuncta pontibus. De primis eius initijs varia ſcriptores prodiderunt. Leo
nardus Aretinus principio hiſtoriæ Florentinæ, conditam à Romanis Syllæ Dicta
toris militibus ait, qui finito ſociali bello in premium laborum acceptis Pheſulis
& earum agri parte, propter aſperitatem montis in quo Pheſulæ erant poſitæ, diffi
cili aſcenſu deſcenſuque offenſi, paulatim relicto iugo, tecta domiciliaque ſubie-
cta in planitie iuxta ripas Arni & Munionis exædificare cœperunt, nullo tum ho-
ſtis metu, quòd in flore res Romana eſſet, cuius auguſta fortuna pauendi cauſam
amouebat: ita cum iam inſtar vici frequens locus ędificijs eſſet, à finitimis Fluen-
tiã ſeu Fluentinã cœpiſſe nominari, quod inter fluxionẽ curſumq; duorũ amniũ Ar
ni & Munionis erat ſitus: hinc gentem poſtea Fluentinos dictam· eaque nomi-
na ciuitatis tamdiu durauiſſe, donec Florentiæ vicini item populi indidere, vel
ob fœlicitatem repentinam qua flori videbatur ſimilis, cito ad pulchritudinem
formamque proficienti, vel ob florida excellentiaque colonorum ingenia, cun-
ctis in rebus omnes populos excedẽntium, aut etiam hac vtraque de cauſa. Sic
c.lib.5. c.v. Aretinus: at Volaterranus *c* eum haud mediocriter ait errare, cum à Syllæ mi-
litibus vrbem conditam ſcribit, quoniam in Coloniarum libro colonia de du
cta legatur à Triumuiris in hæc verba: C. Cæſaris, M. Antonij, & M. Lepidi
Pontific. colonia Florentia deducta à Triumuiris: aſsignata lege Iulia centuriæ Cæ
ſarianæ iugera per cardines & decumanos. Termini rotundi pedales· & diſtant à
ſe in pedes II. MCCCC. Subijcit inde probari ſibi Laurentij Vallæ ſententiam,
epiſtola quadam eius perſcriptam, nempe Pheſulanos, vrbis huius initia poſuiſ-
ſe· iugisque relictis commodiorem hunc apud Arnum cœpiſſe habitandi locum.
Annius in Comentarijs aliter ad Ianum Florentiæ primordium refert, Cato-
nis verbis innixus, qui duas eum Colonias ad Arnum ex primis Hetruriæ XII.
poſuiſſe tradidit, Pheſulas & Arynianum: & forte, inquit Annius, ad Arnum
aliquis collis vel tumulus eſt, vbi Coloniam Arynianum id eſt, ſublime Iani op
pidum condidit· fortaſſeque: reperiretur, ſi quis ſpectet non procul tranſitu Arni,
quem ętas hęc Pontem Arinianum vocat. Hi ſunt Fluentini præterfluenti Arno
appoſiti, nunc Florentini. Vrbs quidẽ Florentia noua eſt, ſed gens Ianigena vetu-
ſtiſsima, vna ex primis XII. colonijs Iani, à quibus vna pars vici Thuſci Arni-
enſis Romæ condita fuit. Hactenus Annius. Diuerſitas hæc ita mihi non ine

ptè con-

ptè cōciliari poſſe videtur, vt Florentinos qui nūc ſunt, ab ijs Fluentinis ortos cenſeamus, qui apud Arni ripam, vbi iam Ariniani pontem dicunt, pagum aliquem vnum, vel etiam plures (quippe quia primis ab vniuerſali diluuio temporibus, vt auctor eſt Halicarnaſſeus a tyrſis, id eſt modicis ex materia domi- a.lib.1. bus vicatim habitabatur) incoluere · primamque coloniam hîc poſuiſſe Iaū, indito Ariniani nomine, quoad oppidum ſublime Iani ſignificabat, vtpote vici is Arno collibus impoſitum · deinde paulatim eam gentem ſecus Arnum, aper- o demum ſaxo quo retentæ eius aquæ paſsim antea ſtagnabant, omniaque hæc bi nunc Florentia, demergebant, ſe extendiſſe · poſtea ſiccatis omnino agris iam Pheſulanos relictis iugis ad primos acceſsiſſe loci colonos · exin à militiis Syllanis, quibus datæ Pheſulæ cum earum agri parte fuerant, plurimum inmenti vicos eos accepiſſe, ac munitos vrbis inſtar, Florentiæ nomine ſeu Fluiæ, nimirum à Fluentinis populis indito · quæ cum per infœlicia tempora Maanarum & Syllanarum partium affecta peſsimè eſſet, qua de re Florus b Mu- b.de bello. cipia, inquit, Italiæ, ſplendidiſsima ſub haſta venierunt, Spoletum, Inter Mariano. annum, Præneſte, Fluentia, tum coloniam huc deduxiſſe Triumuiros, vti conarum liber habet · hac inquam ratione non magna mihi videtur inter Areum, Catonem, ac Volaterranum diuerſitas relinqui: quanquam prudentioris afferētibuſque certiora haud illibenter conceſſuri erimus. Vrbem hanc merat Tacitus, c actū in ſenatu ab Arruntio & Atteio ſcribens, an ob moderādas eris exundationes auerti flumina lacuſque deberent, per quos augeſcit: audi- c.lib.1 ;, inquit, municipiorum & coloniarum legationes, orantibus Florentinis, ne nis ſolito alueo demotus in amnem Arnum transferretur, idque ipſis perniti-d ferret. Procopius d quoque Florentiam nominat, vti & Agathias e inquiens, d.lib.3.de entiam Centumcellasque parua tunc oppida Tuſciæ: pauloque inferiùs Flo- bell. Goth. nos ac Centumcellenſes Narſeti Eunucho Imperatoris Iuſtiniani legato ſe e.lib.1. diſſe ſcribit. Antoninus etiam in Itinerario Florentiam recenſet. In Ptolemæi lis depicta quidem eſt, ſed in græcis codicibus deſideratur · quod equidem val iror quum à Tacito memorata ſit, qui Ptolemæum annis ferè LXXV. præ. A Facio Vberto f ſuo alumno ac municipe hac ſententia memoratur. f.lib.3.cāt. 7.

Initio haud dubium eſt quin Roma
Primùm eam habuerit, muroſque & pinnas fecerit.
Quapropter aliquandiu tum prius dicta
Parua Roma · ſed hoc nominis non tenuit,
Quoniam id populis adhuc erat inſolitum.
Cęſar expugnatis Pheſulis huc profectus
Vrbem à ſe nominari voluit.
Verùm per Senatum hoc non obtinuit.
Dein à Florino, quem fata rapuerunt
Pheſulanum, dicta Floria fuit:
Sed & hoc nomen ex parte pòſt ablatum.
d extremum coloni propter memoriam
Situs loci in florido prato,
Nomen illi pulchrum quo claret indidere.

Sic Facius. Et ſanè mihi ſtat quem harum rerum auctorem habuerit. ideoque nec in illis vel ap p- l cōuellendis immorabor. De cęteris quoq; ad vrbis primordia originéq;

noĩs pertinentibus id quiſq; quod ſibi magis ꝓbabitur accipiet. Pręter hæc aũt a.lib.1. epiſt.2. & Politianꝰ a aliqua prodidit epiſtola quadam ad Petrũ Medicem· nec tamẽ quod à Florio ſeu Florẽtino Florentia ſit dicta, ſed quoniam à Triumuiris colonia deducta fuiſſet Romanorũ, vti ab omniũ vrbiũ florentiſsima. Iacet ad Arnũ, quo ipſo vt paulò antè diximꝰ ſecaturˑ ab oriẽte ac ſeptentrione collibꝰ amœniſsimis, & vndiq; fructiferis arboribꝰ veſtitis cincta medij theatri inſtar, occidentali latere pulchrã in planitiẽ incedẽs cœli regione inter Aretiũ & Piſam media· quarũ vrbiũ prior acutiſſima ingenia fertˑaltera craſsiori aẽre, homines memoria ſinglari: quãobrem ipſa vti mixta temperie, non ſolum ad omnes artes idoneos, ſed etiam ſummè memores generat. Apennini aliquot brachijs contra vim externam & incurſiones eſt munita· videturque ferè vmbilicum Italiæ tenere. Hac de cauſa facile ſibi putant Florentini, (nimirum ingeniorum adiuti acumine) vires & robur Italię totius colligere ac diſsipare. Nobili gente frequens perpetuò fuit. & ſi cui familias honeſtas hinc tanquã è ſeminario in alias vrbes Italiæ profectas cognoſcere libebit, commentatiões in Dantẽ Chriſtophori Landini adeat: is enĩ opis eiꝰ initio multis hac de re tractauit. Poſtq̃ aucta Florẽtia, ciuitatisq; in formã redacta fuit, vt ingeniũ erat gẽtis, animuſq; excelſus, ex omni florũ genere ꝓ inſigni Liliũ candidũ in rubẽti cãpo ſibi legit qđ deinde Gibellinorũ Guelphorũq; pnitioſiſsimis factionibus in Italia enatis, vrbe pulſis Gibellinis, in Liliũ rubrũ niueo in ſpatio, mutatũ eſt, cuiuſmodi adhuc durat. Ex animalibus quoque leonem vti omnium regem in ſymbolum ſumpſitˑex hominibus præclaris ad maximũ vrbis ſignum, Herculem. Geminos habuiſſe muros auctor eſt Landinus. Prima mœnia fuere vbi adhuc veſtigia cernuntur Capacij, tanquam aquæ caput, quoniam ibi aquæ ductus iungebantur, dicti: hinc per eam regionem vbi poſtea Vaccaria fuit, vſque ad ædes Hormannorum, qui nunc Feraboſci vocantur, incedebant· inde verò ad D. Martini, Vbertorum & Hormannorum ædibus complexis · à D. Martini porrò ad Turrim D. Reparatæ · tum exinde iuxta locum ubi pòſt Adimariorum porticus extructa, vſque ad Tabernam Fraſcati · deinceps ad angulum Ferraueterum, eius ſpatij incluſa parte, vbi poſtea fuere Arrigutij, D. que Mariæ Capitolinæ: demum ab eo angulo, qui D. Petri Conſultoris habet, rurſus per D. Miniati forum inter turres, ad Capacium redibant. Continebantur hoc ambitu turres LXII, quas homines nobiles inhabitabant, & ferè vt multi perhibent, Romani. Maiores erant portæ quatuor: vna iuxta Capacium: apud Hormannos altera: apud D. Martini tertia: apud Ferraueteres, quarta. His totidem minores accedebant. Ea ſpecies vrbis olim euerſa · nec tamen à Totila, quod aliqui dixere,
a.li.3.cãt. 7. inter quos etiam Facius a Vbertus inquiens,

Magna dignaque olim omni erat honore
  Quum Totila crudelis per proditionem
  Totam cremauit ac deiecit, intus foriſq;.
Poſt hanc ingentem calamitatem
  Ab optimo Carolo Magno refecta fuit,
  Marſque ex Arno tractus, & ad auram collocatus.

Quanquam verò exarſiſſe Totilam conſtet deſiderio vindicandæ cladis Gothorum, qua tam miſerabili ſtrage Radagaſus eorum rex cum numeroſiſsimis copijs apud Pheſulas occidione occiſus eratˑtamen vrbem ille non euertit totam: etſi enim forte murorum aliqua pars deiecta, ciuiumque nonnullæ tum cædes editæ, quemadmodum

modum

[...]dum Leonardus Aretinus ait, ædificijs tamen eſt parcitum, nec laribus fo[...]ſque pulſi oppidani: quod etiam tum Landinus confirmat, tum ædes anti[...]uæ permultæ, quæ vetuſtate ſumma Totilæ tempora vincere ſanè videntur: [...]ſumptuoſiſsimum Baptiſterium, quod olim Martis fanum fuiſſe Politianus [...]uoque ſcribit ad Petrum Medicem: aliaque id genus opera. Sentit hoc ipſum [B]londus cum Volaterrano, qui omni quidem vi Totilam, vt Procopius a tra[...]dit, funditus vrbem delere conatum ſcribunt, cæterum diuinitus, & benig[...]tate numinis ſingulari ſeruatam. Landinus addit muros eius deiectos à Phe[...]lanis itemq; à Barbaris, qui per illa infœlicia tempora continuis irruptionibus [...]lam vaſtabant: eaque propter ciues & à Pheſulanis, & à Barbaris variè tum [...]tatos, quia pene nudati mœnibus ad omnem iniuriam videbantur opportu[...] deſerta vrbe paſsim in circumiecta oppida propugnaculaque, vt quiſque ma[...] in tuto ſua fore ſperabat, conceſsiſſe: deſolatam ita vrbem ad annum poſt C. [...] DCCCII. iacuiſſe, quo Carolus Magnus Roma, vbi tum Imperator Cæſar [Au]guſtus appellatus erat, in Galliam tendens, hîc dies aliquot conſtitit, cap[...]que loci conditione, mœnium nouorum fundamenta longè prioribus am[...]ora iuſsit inchoari: propoſito etiã edicto, vt paſsim diſperſi ciues ad inſtaurandã [vr]bem reuerterentur, cum ſic habitari denuo cœpiſſet, recreatis populi animis [...]ceſsit Itaq; noui muri hoc modo ædificati: Primùm ab orientali parte, vbi ædes [...] Belinciorũ, Bettorum, Rauinianorum, & vbi porta D. Petri cum ſuburbijs, [...]ue ad D. Petri Maioris: hinc ad D. Ioannis, & ad Epiſcopatum, vbi altera porta, Humana, extra quam D. Laurentij ſuburbia: dein ab Epiſcopatu ad [D.] Mariæ Maioris, & D. Pancratij, vbi porta tertia, Sancti dicta: quanquam [...] fanum extra vrbem relinqueretur: inde vſque ad Arnum, excluſo Sanctę [Tr]initatis, quo templo non procul portula Rubra erat, à qua viæ nomen adhuc [...]t. Porta quarta D. Mariæ fuit. In hoc ſecundo orbe CL. fuere turres, al[...]ine amplius vlnarum C. Contentiones inter Florentinos & Pheſulanos con[...] plus quingentis annis durauere: ſed tandem auctis plurimum huius vrbis [...]is, Florentini clam noctis obſcuro captas Pheſulas deleuere funditus, E[...]pali tantùm domo ſeruata: tranſlatiſque Florentiam populariter colonis, [...]e quoque ciuitatis iũxere ſuo, & commune Symbolum ex candido lilio [...]ti in campo quod ipſorum erat, cœruleaque Luna candenti in ſpatio, quod [...]larũ effecere. Sic vnum partim album, partimq; rubens ſcutum ex duarum [...]m ſymbolis conflatum deinceps inſigne Florentinis fuit: pariterque va[...] vexillo, quod belli temporibus in Carotio deferebatur, & nunc, vt ait Lan[...]ex Baptiſterij ſummo faſtigio dependet. Ea quæ diximus hac quoq; ſenten[...][...]ius Vbertus b expreſsit.

[...]t verò ſemper in maximis turbis fuit, b. lib. 3. Cant. 7.
Quamdiu Pheſulę ſpiritum habuere:
Poſtea autem ijs deletis creuit.
[...] ſi tum prorſus extincti omnes fuiſſent,
Nec vterq; ſanguis inuicem eſſet confuſus,
Fortaſſe aliquis caneret, qui modo luget
[...]tionem non eſſe qua coniungatur anguis
Homini, quoniam hęc tam ſibi ſunt contraria,
Vt tandem vtrumque languere oporteat.

Poſtquam inſtaurata,

a. lib. [...] bell. G[...]

vt diximus fuit, ſæpe varia difficiliaque habuit tempora, præſertim illud, quum cæſis ad Arbiam amnem eius copijs ab exulum manu, qui Piſanis & Senenſibus erant coniuncti, hoſtes de victoria perſequenda conſilio habito, funditus vrbem delere conſtituerant: ſed exulum è numero Farinata Vbertus, maiore ſalutis patriæ cura, quam ſuæ, vti optimus ciuis, eam ſe viuum quam non ædificaſſet euerti nullo modo paſſurum dixit: eaque virtute certo deſtinatam exitio ſeruauit. Partium etiam Alborum & Nigrorum, Guelphorum & Gibellinorum pernicioſiſsimis contentionibus frequenter conturbatam fuiſſe, Leonardus Aretinus, D. Antoninus, Nicolaus Maciauellus, àlijſque plurimi ſcriptores abundè prodiderunt: ex quorum hiſtorijs equidem eam diu quieſcere haudquaq̃ poſſe animaduerto, quin aut externa vi, aut motibus laboret ſuis: idque puto ingenia gentis peracria, magnaſque diuitias efficere: quoniam hac de cauſa fiat, vt apud externos opum inuidia prematur: illa verò, vt domi tumultuetur inter ſe, cum maiores alios, aut æquales ferre plerique nolint. Vrbes agroſque multos imperio ſubegit, Piſtoriam, Aretium, Cortonam, Volaterras, Piſam, Portum Ligurnum, Bibienam, agrum Cluſentinum, Montem Politianum, aliaque plurima Tuſciæ Romanulæque oppida. Splendore ac elegantia ſumma eſt: quamobrem iure vulgi dicto Florentia bella nominatur, vtpote quæ flos videatur Italiæ. Nobiliſſimis ædificijs tum diuino cultui, tum ciuium vſui paratis, vti oſtendemus, nitet. In primis eſt admirabile fanum D. Mariæ Floridæ, totum ex marmore cruſtatum, cum hemiſphærio ſtupendi operis, à Philippo Brunalitio Florentino ſingulari arte facto. Iuxtà turris ſtat eximia tintinnabulorum, tota item marmorea: modicoq; pòſt interuallo veterrimum Martis templum forma rotunda, magno ingenio conſtructum, & nunc D. Ioanni Baptiſtæ ſacrum: vbi lacus ex marmore prætioſiſsimi lapidis conſpicuus, in quo pueri baptiſmate lauantur. Valuas habet ex ære, fuſili opere, tam raro artificio factas, eas præſertim quæ contra fanum D. Mariæ Floridæ ſunt, vt omnes omnino quibus ingenij vis adſit vlla, reliqua in Europa tota ſimiles eſſe nuſquam arbitrentur. Situs hac in æde Balthaſar Coſſa, quondam Pontifex Max. decretoque concilij Conſtantienſis à Pontificatu depoſitus, tymbo præclaro ex ære, cum ſtatua, & epithaphio huiuſmodi. Balthaſar Coſſa, olim Ioannes XXIII. De
a li. 3. cat. 7. Baptiſterio Turreque tintinnabulorum Facius Vbertus a in hanc ſententiam memorat.

Loca diuitijs inclyta prætioſaq; uidi multa,
Verum ſupra cuncta mihi placuit Baptiſta,
Quo marmoreis cruſtis haud quicquam noui ſimile.
Et extrema manus addita ſi eſſet
Turri tintinnabulorum, uti opus inſtitutum,
Nullam omnino aliam forma non vinceret.

Eſt item pernobilis ædes D. Mariæ Nouellæ, Sodalium prædicatorum, eximijs Italiæ cunctæ merito conferenda propter admirabilem ſtructuræ rationem: adhæretq; ſumptuoſiſsimum ipſum cœnobium. Quid, Sancti Spiritus baſilica, tam exactis architecturæ legibus facta, tot ingentibus excelſiſq; columnis ornata, quam Eremitæ monachi tenent: quid item inſigne fratrum minorum fanum? quid, artificioſum D. Laurentij? quo tandem narrari debent opere? Poſtremum hoc Medices condidere, Coſmus pater, & Laurentius filius, habetq; ſepulchra quædam magnifica, non

non ſolum nobili marmore & ære decorata, ſed etiam mirabili opere perfecta, quorum unum ipſius eſt Coſmi, inſcriptum hoc elogio. Decreto Publico Patri Patriæ, alterũ Petri filij. Sacellum etiam hac in æde eſt ſplendidiſsimũ, cum bibliotheca ſumptuoſa Clementis VII. Pontif. Rom. voluminibus optimis, tum Græcis, tum Latinis conferta. Cœnobij D. Marci, item à Coſmo facti, amplitudinem ac elegantiam, cum bibliotheca raris prętioſisq́; codicibus vtriusq́; linguæ plena, longiſsimè cõmemorare poſſemus. Eſt inſuper Annunciatæ templum, ad quod pꝑpetuo concurſu mortales, quibus per D. Virginis Matris patrocinium munera fuerunt à Deo peculiaria aliqua cõceſſa, maiori frequentia confluunt, quã antiquitus ad Epheſiæ Dianę concurri ſolebat. Alia præter hęc inſignia paſsim vrbs fana habet, quæ niſi multis omnia recenſeri nõ poſſent. Loca item pia Xenodochiaq́; ſunt memoratu digna, veluti Hoſpitalis domus D. Mariæ Nouę, q̃ in omnib⁹ omnino pietatis officijs, tam copia rerum ægris neceſſariarum, quàm ordine ac lege ſeruientium cuncta Italiæ Xenodochia longè ſuperat. Expoſitorum bephotrophium, cæteraque loca pietatis ergo conſtituta prætereo, qualia tricena ſeptenaeſſe dicuntur. Aedes cenſentur plebanicæ XLIIII. prioratus XII. conuentus virorum mulierumq́ue ſacri LXXVI. collegia puerorum nouem, quas Fraternitates vocant virorum ſodalitates maximo numero. Aedificijs præterea nobiliſsimis, cum publicis, tum priuatis vrbs perornata eſt: inter quæ Curia ſenatus ampliſsima domus Medicea, vel Imperatore & Pontifice Max. excipiendis opportuna, Coſmi opus Strozarum ædes item Pitorum, quæ tam magnificè vti aliæ quoque paſsim, ædificatæ ſunt omnes, vt admirationem planè ſummam habeant. Vrbis viæ latiſsimæ, maximisq́; ſpatijs directæ, magnis ſtratæ lapidibus, & vndiq; præterea pulchris ædificijs ſumma cum voluptate ſpectantium nitentes. Munitiſsimum eſt Caſtellum, ab Alexandro Medice Clementis VII. Pontif. Max. nepote conditum: à quo ſplendore operum meritò Florentiæ bellæ cognomen vrbs adepta eſt, vt diximus. Pontes ſunt quatuor eximij, quibus Arni tranſitus coniungitur. Olim & ſuburbia quædam fuere haud ignobilia quæ coniuncta inuicem, vrbem ferè alteram pari magnitudine erant effectura: deiecta verò ſunt anno poſt C. N. MDXXIX. omnia. Plurimæ tamen extra muros ſuburbanæ adhuc villæ magnificentiſsimæ paſsim apparent, quibus adiuncti horti peramœni & elegantibus ex myrto, lauro, gelſamino, roſa, buxo, topijs decorati cum varijs diuerſisq́; figuris è buxo myrtoq́; ſummam oculis delectationem præbentibus. Obſtrepit etiam vndiq́; diſcurrentium aquularum murmur: & hercule tantus eſt horum circa vrbem locorum tum ab natura, tum ab hominum induſtria nitor & amœnitas, vt ſi commemorare ſingula velimus in volumina ſint exceſſura: quamobrem nunc ijs omiſsis, de cætero imperij formam, qua ciuitas in hunc diem vſq; eſt vſa, narrabimus. Poſtquàm à Carolo Magno, vt diximus, inſtaurata fuit, binos Conſules annali magiſtratu creauit, addito centum patrum ſenatu. Hæc Reipublicæ ſpecies dein mutata, Decemuirisq́; creati, quos Antianos vocabant, anno à C. N. MCCXX. vt Volaterranus tradit vel vt Blondus *a* MCCLIIII. Libertate poſteà MCCLXXXVII. anno ab Imper. Rodulpho ſenis aureorum nummũm millibus vt auctor eſt Platina, *b* redempta, Decemuiri ad Octouiros redacti, dictiq́; Priores Artium, cum vno Iuſtitiæ Cõfalonerio qui magiſtratus bimeſtris tantum erat dein legebãtur alij. Hæc forma ciuitatis quã-tum ex hiſtorijs colligere potui, tertiùm ad hunc diem immutata fuit. Primùm

a. lib. 17. hiſtor.
b. in uita Honorij.

anno à C. N. MCCCXLIII. quum Florentini Lucam L. millibus aureorũ nummûm à Maſtino Scaligero emerant· amiſsiſq; bello copijs auxilium à Roberto rege petere coacti, Gualterium Gallum Athenarum Ducem pręfectum accepere, qui magnis artibus ac fraude occupato vrbis Dominatu in curiã profectus, Priores cum cæteris magiſtratibus ab imperio depoſuit. Nec diu tamen retinere tyrãnidem potuit· etenim hortante Angelo Accieuolo prædicatorum ordinis, vrbis Epiſcopo populus arma ſumpſit, exactoq; Tyranno, Prioribus & Confalonerio magiſtratum reſtituit. Altera mutatio temporibus Alexandri VI. Pontif. Rom. euenit, cum eius filius Cæſar Borgia Dux Valentinus, Petrum, Ioannem, & Iulianum Medices, Laurentij filios exules reducere nequicquam conatus, demum id effecit vt Petro Soderino Confaloneriatus perpetuus daretur· qui vna cum Prioribus artium bimeſtri tempore pro veteri more creatis, prudentiſsimè Rempub. geſsit, donec à Raymundo Cardona Ferrandi Arragoniæ Neapoliſq; regis legato, Ioannem Cardinalem Medicem cum Iuliano fratre reſtituente pulſus anno poſt C. N. MDXII. redditaq; tum forma magiſtratuum prior, ad annum MDXXX. exinde durauit. Interea quanq̃ vrbs arbitrio nutuq; Pontificum Maximorum Leonis X. qui Ioannes Medices erat, & Clementis VII. qui Iulius Medices Iuliani primi filius nothus, regeretur, Cardinale Cortonenſe tutelam curãq; Hippolyti ex Iuliano ſecundo nati, & Alexandri filij nothi ex Laurenzino Petriq; ſecundi nepotis hic gerente· nihilominus tamen veteres ex more magiſtratus creabantur. Eo igitur anno, quum libertatem ante triennium Romæ Clementem VII. Pontif. in Hadriani mole obſidentibus Cæſarianis, ciuitas arripuiſſet, & in ea retinenda perſeueraret, Philippus Auraniæ Princeps cum Imper. Caroli V. legionibus, poſtulante Clemente nepotem ſuum Alexandrum, quem iam antè Ducem Pennenſem appellauerat, in vrbem reduci, eam annonæ penuria conflictatam in Caroli ditionem compulit. Carolus ex voto Clementis Alexandrum mox Priorem perpetuum creauit. Ita magiſtratus Priorum & Confalonerij ſublatus. Deinde cum Imper. Carolus Alexandrũ etiam Ducẽ Florentinũ tradita illi in matrimonium filia notha Margarita, creauiſſet, anno à C. N. MDXXXV. bienniòq; poſt ante diem VII. Id. Ianuarij Laurentius Medices, Petro Franciſco genitus, quò patriam, ut aiebat, in libertatem vindicaret, eum miſera cæde trucidaſſet, Dux illi ſuffectus eſt Coſmus, Ioanne Medice natus, qui nunc quadrageſimo nono ſupra MD anno rerum adhuc potitur. Vrbs Florentia perpetuò non ſolum apud Italiæ principes, genteſq;, verum etiam externos, cum ob alumnorum ingenia ſumma tum propter ampliſsimas negotiationes opeſq;, magna exiſtimatiõne fuit. Concilium hic Eccleſiæ Dei generale Pontif. Romanus Eugenius IIII. maxima Cardinalium, Archiepiſcoporum, Abbatum, aliorumq; præſulum frequentia peregit. Adfuit etiam Ioannes Paleologus Imper. Conſtantinopolis cum Patriarcha, plurimiſq; totius Græcię doctiſsimis primatibus, ad orientalis Eccleſię cum Latina conciliationem lectis. Per honorificè tum inter Græcos & Latinos diſceptatum eſt, maximè de Spiritus ſancti origine, deq; Purgatorio· ac tandem à Patribus ex auctoritate ſanctorum tam Græci quam Latini nominis Doctorũ decretum, æquè Spiritum ſanctum à patre & filio procedere, Purgatorium extare, aliaq; multa Eccleſiæ Catholicæ dogmata confirmata, quemadmodum in aureo diplomate legere eſt abundè, quod latinis græciſq; litteris exaratum, manuq; Pontificis Eugenij, Cardinalium omnium, Imperatoris & Patriarchæ Conſtentinopo-

opolitani aliorũq; præſulum ſubſcriptum, cũ ſigno Eugenij plumbeo, Imperato is aureo, in archiuo noſtræ vrbis Bononiæ ſæpe vidimus, vbi aſſeruatur. Cæremo- ias etiam Eccleſiæ Romanæ, fidemq; totam Ieſu Chriſti ſeruatoris, hoc in con- ilio ſuſceperunt Armenij, Aethiopes, Georgiani, Iacobitæq; Lybiam & Aſiam ncolentes: qui ad Chriſtianæ pietatis veram inſtitutionẽ accipiendam, & ineun- æ cum Eccleſia Romana conſociationis cauſa tum huc venerant. Viros illuſtres qui non modo patriam, ſed omnem Italiam ſplendore exornarunt ſuo, multos Florentia genuit quorum aliquos tantum memorare inſtituimus. Fuit ex his D. Ioannes Gualbertus ſodalitatis Vallis vmbroſæ conditor, quem ob vitæ ſan- ctitatem in Diuos Eccleſia Romana retulit: item D. Bernardus Vbertus, eiuſ- dem ordinis magiſter, inſignis homo virtutibus, & ab Vrbano II. Pontif. Max. in Cardinalium collegium adoptatus, quem anno poſt C. N. MCXXXIII. vita cõceſsiſſe Valaterranus auctor eſt. Patrum noſtrorum memoria D. Antoninus Archiepiſcopus, inſtituti prædicatorum, floruit, qui & multa litterarum monu- menta reliquit, & ob ſanctitatem in Diuos ab Adriano VI. Pontif. Max. rela- tus eſt. Egregiè quoque natale hoc ſolum doctrina ſingulari, operibusq; ſanctis nobilitauit Ioannes Dominicus item ex ordine prædicatorum Cardinalis, vti ex eius vita cognoſcere abundè licet à Ioanne Carolo monacho prędicatore ſcripta. Fato conceſsit apud Hungaros Budæ, miraculisq; poſt obitum claruit. Florenti- nus fuit & Philippus, ordinis Seruorũ reformator, bonus vir & pius. Noſtro æuo duos Florentia Pontifices Max. dedit ex Medicea pernobili familia, Leonem X. Laurentio genitũ, & Clementem VII. Iuliano Laurẽtij fratre. Cardinales habuit plurimos, Albertũ Albertũ, in æde D. Mariæ Maioris Romæ ſitũ: item Alemanũ Aldimariũ, Frãciſcũ Soderinũ, Laurentiũ Puciũ Epiſcopũ Prænestinũ, ſummũq; Pœnitentiariũ, magnæ integritatis virum, & plurimo vſu aulæ: cuius dolore haud vulgari ac detrimento fatis interceptus anno poſt C. N. MDXXXI, Nicolaum Pandulphinũ, Aloyſiũ Rubriũ, quos tres poſtremos Leo X. Põtif. in collegiũ ad- optauit, Antoniũ Pucium Laurentij nepotẽ, ob eruditionẽ ſingularẽ & præclara facta à Clemente VII. Pontif. Cardinaliũ ordini allectũ, fatoq; raptũ non pridẽ anno MDXLIIII. apud Bagnareã, ſermonibꝰ aliquot elegantiſsimis de ſacramẽ- to relictis. Superioribus etiã annis Robertus Pucius Antonij patruus itẽ Cardi- nalis titulo Sanquatrenſis, maiorq; Pœnitentiarius diẽ obijt, & Nicolaus Ardin- gellus à Paulo III. quoq; Cardinaliũ ordini allectus, inſuper Hippolytus Medices Iuliani ſecundi filius à Clemente VII. creatus, qui ad Itrum iuxta Caietã mortuus. Nunc adhuc patriã decorãt Ioannes Saluiatus, & Nicolaus Rodulphus, græcè la- tineq; docti, propter ſummã virtutẽ merito à Leone X. Cardinales facti: inſuper Nicolaus Gaddus, quẽ Clemens VII. legit. Præter hos alij quoq; Præſules Archi- epiſcopi, Epiſcopi, Abbates, & id genus ſummi viri Florentia geniti tam multi, vt oẽs referre longũ foret: quorũ è numero fuerũt Angelus Accieuolus antiſtes pa- triæ, Simon Saltarellus Orivieti, Aldobrandinus Caualcantes Archiepiſcopus Pi- ſanus, oẽs ordinis pdicatorũ docti ſanctiq; viri, vt in eorũ vitis Ioãnes Carolus pſcripſit. Reliquos pſules illuſtres vrbe hac ortos breuitatis cauſa ptereo. Nati hic quoq; doctrina inclyti hoies, Aloyſius Marſilius ſummus Philoſophus, Bartholo mæus Lapacius ex ordine pdicatorũ eximius theologus, Leonardus Statius eiuſ- dẽ ſodalitatis magiſter: quorũ Lapacius in cõcilio Florentino pclaram eruditio- nẽ vtriusq; linguæ diſputationibus oſtendit, adactis ad confeſsionẽ Græcis Spiri-

tum

tum ſanctum pariter à patre ac filio procedere. Statium ob prudentiam doctrinamq; ſingularem Italos in Conſtantienſi concilio inter extraordinarios nominando Pontifice legiſſe hiſtorici tradunt. Florentini item fuere Robertus Bardus, Dinus Garbius, Theodoricus Turriſanus, Ianetus Manetus viri doctiſsimi, Leo Albertus ingenio vir admirabili, ac vti ad omnes omnino diſciplinas tam practicas, quàm theoricas nato: nam & Geometra perfectus, & Optices, Aſtrologiæ, Muſicæ, Picturæ, Toreutices, aliarumq; id genus artium omnium gnarus fuit: opera quoq; nonnulla reliquit haud uulgaria, nominatim librum præclaræ eruditionis indicem de architectura. Eius uirtutes quod pluribus dixerimus mirari debet nemo: quippe quia dum in ea commemoratione verſor, mei gentilis memoriam celebrare mihi uideor: quanquam enim ille Florentiæ natus ſit, ego Bononiæ: tamen ex vna eademq; familia, quæ Florentia quondam huc tranſlata, ducimus originem. Orti quoq; Florentia Paulus Mathematicus, Dantes Aligerus cum Franciſco Petrarca: quorum poſtremus apud Inciſam patre Florentino exule genitus, Arquato in vico agri Patauini anno ætatis LXX. deceſsit, Dantes Florentiæ in lucem editus, exul Rauennæ mortem obijt ætatis anno L VI. Doctrinam utriusq; ſummam eorum ſcripta ſatis indicant. Egregiè quoque ſolum hoc natale ſuum decorarunt, Guido Caualcantes, qui regulas elegantis ſtructuræ orationis vernaculæ ſcripſit, item Colutius Salutatus, Leonardus Datus, Donatus Accieuolus, qui vitas Annibalis & Demetrij pereleganter ex Plutarcho latinas fecit, commentariaq; reliquit in Ariſtotelis Ethica, Matthæus Palmerius, qui ſupplementum temporum Euſebio addidit, librosq; de vita ciuili quatuor conſcripſit, Lapus Caſtilionius, qui vitas aliquot Plutarchi de græco in latinum eleganter vertit, Nicolaus Nicolius, Pallas Stroza, qui ſupra græcæ latinæq; linguæ ſcientiam inſignis animi fortitudinis ac prudētiæ fuit exemplar, exilium ſtudio literarũ perpetuo traducens, Angelus Accieuolus, Andreas Floccus, Chriſtophorus Landinus, qui copioſè docteque Dantis comœdias & Virgilium enarrauit, Facius Vbertus inſignis Geographus & Poëta laureatus Dictamundi auctor, Ioannes Carolus ex ſodalitate prædicatorum, qui multas illuſtrium hominum ſui ordinis vitas candido iucũdoq; ſtylo condidit, Marſilius Ficinus meritò dictus Platonicus ob opera Platonis è græco in latinũ verſa, Alamanus Rinucinus, qui Phyloſtratum de vita Apollonij Tyanæi latinum fecit, Petrus Crinitus, qui libros de honeſta voluptate cum eruditè, tum eleganter ſcripſit, Bartholomæus Scala vir doctus, vt potius muſarum alumnus, quàm inter rotas molarum natus videretur, Zenobius Accieuolus ex ordine prædicatorum, qui de græcis opera quædam in latinum conuertit, nominatim Iuſtinum martyrem, & annis ſuperiobus bibliothecæ Vaticanæ magiſter exceſsit, Bernardus Rucellarius inſignis hiſtoricus, Lippus Raynutius, Beniuenus, itē Nicolaus Maciauellus, qui hiſtoriam Florentinam, Caſtrucij vitam, & de Principe, aliaque præclara ſcripta edidit. Longiſsimè quoque extra Italiam vrbis huius nomen protulit Albertus Veſputius excellens coſmographus, cui poſtulanti Emanuel Luſitanorum rex naues aliquot ad inueſtigandas per oceanum orbis incomperti terras conceſsit. Accurſius Florentinus haud vulgarem legum cognitionem habuit, totumque ius Cæſareum interpretatus egregiè eſt. Franciſcus etiam eius filius haud parum in legibus profecit: vti quoq; Laurentius Rodulphus, qui tractatum de vſuris ſcripſit. Iotus etiā hîc genitus is qui picturæ artis reductor fuit, cuius opera nobilia multis

us adhuc Italia locis extant, & ſectatores fuere Maſus, Ioannes Camburius, Stephanus Scimia, Thadæus Gaddus, cum Ioanne monacho prædicatore, qui ſacellum Nicolai Pontif. in D. Petri palatio Romæ depinxit. Noſtra memoria fuere Philippinus Bartholomæus ex prædicatorum familia, Laurentius Vincius, qui in triclinio cœnobij prædicatorũ D. Mariæ gratiarũ apud Mediolanenſes admirabilem effinxit Chriſti cœnam, Dominicus Girlandinus, Alexander Boticellus cum Philippo Brãdulano, pictores nobiliſsimi omnes. Vrbem eandẽ inſuper optices arte illuſtrarunt Maſius & Philippus Carmelitanus: item artificio viuas imagines exprimendi, Arion, Paulus Vcellus, Præſelus Præſelinus, Donatus, alijq́; multi. Statuaria excelluêre Donatellus, Antonius Roſellus, qui portã nobiliſsimã ex ære Pontif. Eugenij IIII. tẽporibus in D. Petri Romæ fecit, Laurentius Cion, qui valuas hac in vrbe Baptiſterij annis quinquaginta elaborauit, in q̃bus admirabili opere veteris ac noui Teſtamenti hiſtoria eſt efficta, item Deſiderius, Lucas Rubeanus, Andreas Verrucius, Antonius & Matthæus Pullarij, Andreas Sanſouinus, qui inter alia opera inſignia duo ſepulcra ſplẽdidiſsima nobili ex marmore perfecit in æde D. Mariæ popularis Romæ, Iulij II. Pontif. iuſſu, alterum Aſcanio Mariæ Sfortiæ, alterũ Hieronymo Sauonẽſi vtroq; Cardinali poſitũ. Primus omniũ is imagines in tymbis effinxit brachio tanq̃ innixas. Quid Antonius Pōteſeuæus? quid Michaël Angelus, nõ minus excellens pictor quã ſtatuarius? Eorũ poſterior pictura ſcalpturaq́; tantam laudẽ & cõmendationẽ eſt cõſecutus, qua hercule veteribus illis ſummis in eo genere artificibus quos Plinius alijq́; ſctiptores præcipuè celebrarunt, conferri iure queat. Hæc in artibus excellentia ingenia: nec pauciores Florentia ſapientes prudentesq́; viros, & non ſolum vnius ciuitatis aut prouinciæ, ſed vel regnorum imperijq́; Romani gubernationi peridoneos edidit: in primis Coſmum Medicem, qui diu Rempublicam hanc geſsit, magnificentia, comitate, liberalitate, prudentiaq́; in congreſsibus ſingulari. Ciuitatem admirabili dexteritate ac ſapientia rexit: loca pia plurima condidit, veluti cœnobium D. Marci ordinis prędicatorum, vbi nobiliſsimam illam, qua de paulo ante memoraui, bibliothecam poſuit, item Abbatiam Pheſulanam canonicorum regularium Friſonariæ: D. Laurentij templum incepit, quod abſoluit Laurentius: ædes ſuas ampliſsimas, equidem regiam potius, quam priuati ciuis domum dixeris ædificauit, aliaq́; inſuper opera tam multa, vt breuiter omnia commemorari non poſſent. Tanta in ciuitate exiſtimatione fuit, vt pro arbitrio de Repub. ſtatuere quod vellet, poſſet: ea tamen erat modeſtia, nihil vt diſcerneret quicquam, niſi quod in commune ac publicè conſultum videretur, priuatæ rationis commodis omnino neglectis, veluti bonum patrem familias de tota domo ſolicitum eſſe decet, quamobrem & ab ciuitate tota merito Pater Patriæ nominatus eſt. Alia de tam prudente, humano magnificoq́; viro multa eſſent dicenda, quæ tum ob inſtitutam breuitatem, tum quod abunde à Volaterrano, Maciauello, ac alijs plurimis ſunt perſcripta, omittimus. Fato conceſsit anno à C. N. MCCCCLXIIII. ætatis ſuæ LXXX. filijs ſuperſtitibus Petro, Ioanne, & Carolo. Ex his Petrus in adminiſtratione ciuitatis patri defuncto ſucceſsit, priuatum potius ciuem ſe, quam principem gerens. Filios reliquit Laurentium & Iulianum: cæſoque per coniurationem Pacium & Saluiatorum Iuliano, Laurentius Rempub. acceptam tanta modeſtia ſapientiaque rexit, vt admirationem ſummam efficeret omnibus. Nec ſolum Florentiam moderari, ſed Italiam totam

tam

Dardani fratre ter milleſimo octingenteſimo quadrageſimo anno mundi conditam dixere: alij ab Athlante, quod Facius f Vbertus in hanc ſententiam tradit. f.li.3.cã.7.

Tranſito à mari monte quodam,
Solinus iter regens, incede, inquit,
Nec ob progreſſum omitti ſermonem volo.
Incipit hinc: poſt diluuium venit
Athlas, cum vxore Æthra
Ex Aſia, montemq; illum eximium tenuit.
Primus ille fuit qui lapidem iecerit
In Italia condendarum vrbium cauſa,
Quemadmodum ex quadam hiſtoria priſca conſtat.
Idq; teſtatur nomen quanquam mutilum,
Phæſolam enim dixit, quoniam ſola
Primùm hoc ſitu apparebat.

Ita Facius· confirmatq; hoc in epiſtola ad Petrum Medicem Politianus, addens tamen vrbis nomen ab Hyadum Athlantis filiarum & Bacchi nutricum vna ſumptum, vti quoq; Volaterranus ſcribit. Annius aliter Pheſulas Herculis Ægyptij temporibus conditas ait: nomenq;, inquit, à Pheſe, quod tranſcenſum, & Vlai, quod paludem ſignificat vt Samuel noſter expoſuit, & D. Hieronymus libro de interpraetationibus conſentit: hinc Pheſulai, prolatione Aramæa, & Pheſulæ, prolatione Romana, tranſcenſus à paludibus eſt: ſubiacens enim planities paludoſa erat à Iani ætate uſq; ad Herculem Ægyptium, qui plauſtres aquas omnes vnum in alueum coëgit, eumq; ſuo cognomine vocauit Arnum. Hactenus Annius. Alibi quoq; ſcribit, quanquam paludes vno alueo collegerit Hercules, tamen Annibalis temporibus regionem hanc paluſtrem adhuc fuiſſe, quod nos in loco demonſtrabimus, etſi aliqua parte infra Pheſulas, & vbi poſtrem eſſe Ariniani diximus, habitatam tum quoq; arbitremur. Annius igitur vrbem hanc circa Herculem Ægyptium ædificatam perhibet: at vtcunque vel Athlantem eius auctorem accipiamus, vel Herculem Ægyptium, equidem dubiũ haud quaquam eſt, eam inter Hetruriæ primas XII. colonias fuiſſe. Erat in amœno apricoq; colle, fontibus eximijs abundante, quemadmodum Facius a Vbertus indicat his verſibus. a.li.3.cã.7.

Hìc tibi dicere pergam illo de monte
Vt diues optimis aquis & balneis fuit,
Magnisq; ductibus, & omne genus pomis.

Et pòſt
Proculdubio ille quem dixi
Phæſolas condidiſſe, locum cognouit
Cœli naturam obtinere temperatam.

Nunc vrbs intercidit. Cauſa interitus in Florentia dicta eſt· acciditq; à C.N. MXIIII. anno, die quem Diuo Romulo feſtum Pheſulani ſolenniter agebant, vti Nicolaus b Maciauellus in hiſtorijs Florentinis cum Blondo Sabellicoq; c tradidit. b.lib.2. Ædificia omnino pauca ſuperſunt tantæ ciuitatis, quæ tam potens olim fuit, ut Stilliconem nominis Romani Ducem Gothis cædendis præcipuè iuuerit· quorum hic ſupra centum millia trucidata, reliquos peſsimè habitos Blondus & Sabellicus perhibent. c.lib.2. Ennead.2. Hac ætate paſsim in colle in quo extitit, villæ Florentinorum ciuium haud ignobiles apparent, itemq; cœnobia templaq; multa· quorum è numero ſumptuoſiſsima eſt Abbatia, vt vocant Pheſulana, Coſmi Medicis opus. Eſt etiam hic amœniſsimũ monaſteriũ D. Dominici, ſodaliũ prædicatorum. Nomen Pheſularum locus adhuc

cum Epiſcopatu ſeruat. Circà paſsim intidiſsimi horti fructiferis arboribus omne genus conſiti, ſeptisq́; perelegãtibus ex buxo, myrto, gelſamino, roſmarino ac roſa varia concluſi. Pergulæ in ijs præcelſæ ex omni ſpecie vitiũ· pini miræ proceritis, & cupreſsi· opaca lauri nemora · fragrantes vndiq; plurima cum ſaluia herbæ, nec tam odoratu, quã aſpectu iucundiſsimæ · ſuauiſsimũ item murmur aquularũ undiq; diſcurrentiũ obſtrepit. Arbores hic medicæ variæ perpetuo ſimul fructu auriæ, ſimulq; flore vernantes: breuiter mirabilis omnino locorum amœnitas & ornatus. Iuxtà tum in collibus qui ad orientem vergunt, annis Munio caput tollit, procurſu Florentiam alluens. Propter eum, ſexto ab vrbe lapide, ſacellum eſt ad Cruces dictum, quòd vt accolæ perhibent, hoc in loco Gothi iaceant, illa memorabili ſtrage ad Pheſulas cæſi. De cætero inter montes Apennini amœniſsima
a li.8. hiſt. Vicecom. vallis, tota villis vicisq́; nobilibus nitens, Mugellum · coloni Mugellani, vt a Merula vocat. Origo hinc Dini, cognomento Mugellani, viri doctiſsimi præcipueq́; iuris, qui in clauſtro D. Dominici apud Bononienſes, cum Cyno Piſtorienſe Florianoq; Sanpetrio ſitus eſt. Mugellum medium amnis ex Apennino Seua, percurrit, Arni incola, quemadmodum in tempore demonſtrabitur. Primum Mugellanæ regionis oppidum, via quæ Florentiam Bononia ducit, Scarparia eſt, anno poſt
b lib.10. C.N.MCCCXIII. conditum à Florentinis, qui capta Piſtoria, uti Blondus b in hiſtorijs prodidit, quò finitimum agrum tuto imperio tranquillum haberent, Actianum munitiſsimum propugnaculum ab Vbaldinis emptum euerterunt· oppidumq́; hoc in planitie, indito ob ſitum Scarpariæ nomine, quod ad pedem, Scarpamue vt Itali vocant, Apennini ſeu collis, ſit poſitum, ædificarunt, Terræ motu totum pene nuper concidit anno à C.N.MDXLII, miſerabili planè ac horrendo caſu. Nobilitauit locum ortu Iacobus Angeli filius, latinè græceq́, doctiſsimus. Sequitur Nicolaum, cui nomen à duro Nicolai Picinini obſidio fortiſsimè tolerato, quod Blondus Sabellicusq́; ſcribunt. Hinc amnis Seuæ, torrentisq; Rontæ confluens. Ad Rontam via quia itur Fauentiã, eiuſdem nominis eſt vicus, ſub quo D. Laurentij Burgum. Dein ad quintum lapidem torrẽs Ducaria Seuæ illabitur: profluit Apenini iugis à D. Gaudentij vico. Agrum qui inter eum & Arnum ad Aretinorum fines vſq; patet, Caſentinum vocant: Annius Cluſentinum ait dicendum ex Antonio, qui in Itinerario ſic ſcribit. Cluſentinum, tranſitus Annibalis à Cluſio
a lib.5. Nouo. Volaterranus a hanc putat eſſe Terram Paſſumenam à Strabone b deſcriptã
Com.V. qui tractus erat longus, quo in Thuſciam exercitus è Gallia penetrare ſolebant, &
b lib.5. Annibal quoq; tranſijt: nempe cum duæ patetent viæ, vna hæc, alteraq́; ab Arimino per Vmbriam, eaq́; melior quidem ob iuga montium clementiora, ſed præſidijs accurate eſſet munita, difficiliorem eligere coactus. Itaq́; tractum hũc Strabo Terram Paſſumenam vocat, qui nunc Caſentinus. Cluſentinos nouos memorat Plinius. Hiſtoriam Merulæ corruptam arbitror in nomine Creſcentinatum, quo regionis huius incolas nominat: Caſentinates enim ſcribi oportere autumo. Ca-
c lib.8. ſentinus ager vt ad Florentinam ditionem venerit, Blondus in Hiſtoria ſigillatim narrat. Propter amnis Seuę & Arni confluentem, oppidum eſt, Pons Seuę, à vicino ponte, qui tranſitum fluminis iungit, denominatum. Ager eſt Caſentinus peramœnus ac fertilis, vino, frumento cæterisq́; rebus ad vſum mortalium vtilibus abundans, & caſtellis vicisq́; frequentibus nitens totus. Supra Florentiam millia XV. ad Arni ripam oppidum perhoneſtum Inciſa, Franciſci Petrarcæ natale ſolum. Id Blondus nomen accepiſſe conijcit, ab inciſo obice ſaxeo, qui curſum Arni quon-

dam

dam ſuſtinebat,& adhuc quibuſdam veſtigijs ſe prodit: quamobrē priſcis temporibus hāc Arno profluenti appoſitā planitiē,paludes occupabāt, quæ poſt apertū ferro ſaxum exiccata, nunc exculta tota conſitaq;,nobiliū hortorum inſtar eſt: Vallem Arni vocant. Mentionem eius facit Liuius, Annibalis iter hac memorans,& vt paludoſa tum fuerit·vt Annibal ob intemperiē vernā humore nocturno, ac paluſtri cœno grauante caput,altero captus oculo ſit· & elephante qui vnicus ſuper fuerat,quò altiùs ab aqua extaret, vectus,quà fluuius Arnus per eos dies ſolito magis inundauerat·vt in præaltis ac profundis fluuij voraginibus hauſti pene fuerint duces·maximè tamen omniū cōfecerint vigiliæ per quatriduū iam & tres noctes toleratę,cū omnia obtinētibus aquis,nil vbi in ſicco feſſa ſternerent corpora,poſſet inueniri. Ita de his locis Liuius ferè. Ad dextrā Arni poſt Inciſam,eadem in valle Ficinum,caſtelli honeſti inſtar,quod cum à Populo Florentino cum Guidone Nouello Comite et exulibus Florentinis bellū gerēte,ſubuerſum fuiſſet,pace deinfacta Comes idē inſtaurauit,anno poſt C.N. MCCXCVIII,vt Volaterranus prodidit. Nobile hinc oppidum D. Ioannis,vino inclytum,quod Tribianū vulgò vocatur in ſuauiſsimis herculè ac generoſiſsimis quæ vſquā ſint, cenſendū. Hoc vnà cum Caſtro Franco,de quo paulo poſt dicemus,Florentinos anno à C.N. MCCXCVIII.condidiſſe Blondus *a* & Platina *b* tradūt. Sequitur Mons Varcus,& Quarantanū. Trans Arnū,eius in læua Caſtrū Francū. Terraq; Noua, Poggij viri docti patria,qui nō pauca cum ipſe ſcripſit,tū è græco latina fecit. Muro hoc oppidū cinxit Guido Petramala, Dominus & Epiſcopus Aretinorum. De cætero Laterina, Pons Nanus ·ſupraq; inter mōtes altiſsimos cœnobiū Vallis vmbroſæ,quo in loco primus id inſtitutū religioſæ vitæ,quod ab vmbroſa valle cognominatur anno poſt C.N. MLXX. D. Ioannes Gualbertus Florentinus eſt exortus. In Caſentino inſuper agro multa ſunt caſtella,viciq; , quorū primaria cenſentur Romena, Burgū, Puppiū,olim in Comitū Guidonū ditione. Sub Arni fonte altera in ripa, Portianum·inferiuſq; Stia·mox Pratum vetus,ortu Antonij viri docti,iuriſq; tam Cæſarij,q̄ Pontificij periti,nobile,qui memoria patrū noſtrorū apud Bononienſes,vbi publico ſalario diu ius erat ꝓfeſſus fato cōceſsit. Infra hoc oppidū Corſolana torrens Arnū auget. Dein altiſsimis in montibus Camaldulorum eſt cœnobiū,inſignis religione locus,quòd inter hæc ingentia frigora tam auſterā duraq; vitā cultui diuino mancipati agāt. Deſcenſu hinc ad amnē deuenitur Archianū Arno illabentē iuxta Bibienā in mōte ꝓnobile oppidum,& origine Bernardi Cardinalis illuſtratum eruditi viri,aulicorūq; negotiorū vſu exerciti, qui Leonis X. Pōtif. Max. tēporibus Romæ deceſsit. Haud ꝓcul Bibiena modico in colle fanum eximiū, D. Mariæ Saxeæ,cum cœnobio ſodalium ꝑdicatorū. In Archiani fluminis dextra ſurſum oppida modica Gelum Coretiūq;. Dein eſt Piſtilio torrēs Arni incola, cuius alueus aduerſus inter mōtes aſperrimos ad Auerniam ducit,religioſum locum,vbi D. Frācīſco,rarum equidē & ſingulare pietatis monumētum,ſtigmata Chriſti Seruatoris inflicta. Deinceps agrū Florētinū Aretino, Senēſi, Piſano, Volaterranoq; cōterminum deſcripturi,proximā ad vallē Piſcianā,ab amne Piſcia qui hac fluit, cognominatā,tranſiemus. Primùm ſic Laſtra · deinde Mōs Lupus·tum Colina· ſupra quā & ſub Piſcię fonte Sābuca. Dextrā eiuſdē amnis Mōs Iuſtus, Linariū,& D. [illegible]nati Caſtrum tenent. Sequitur flumē Elſa,ꝙ paulum ſupra oppidum Collis ad [illegible] ē verſus loco quē Vncos accolæ vocāt vt Boccatius in libro fluminū perhi[illegible]riēs,modico procurſu tātum incremēti ſumit,vt tres ingētes frumētarias ful-

a lib.19. hiſtor.

b in uita Clementis. V.

 loni-

lonicasq; molas voluat. Ad primum lapidē mox Senā excipit, exiguum torrentē poſt cuius acceſſum naturæ eſt talis, ut iniectū lignū ſaxeo cortice obducat. Claritate totus à fonte ad oſtiū quo Arno illabitur, ꝓcipua, niſi quū imbribus turbatur. Miraculum hoc aquæ Facius a Vbertus memorat his verſibus. a. lib. 3. Cant. 8.

Prætereundum non eſt aut ſilendum
· De Elſa, quæ à Colle ad Hiſpaniam verſus fluit,
Hoc quod abſq; periculo minimè crediđiſſem
Baculum illi inijci iuſsi
Longum ac tenuem, & ante menſem
Craſſus, lapideusq; fuit cum ut reciperem veni.

Multas hac regione columnas faciunt. Ita Facius. Cochleas etiā albas caſſasq; ac fere fractas in imo alueo flumē curſu eruit, quas vniuerſali inundatione huc delatas Boccatius autumat: cæterum & generari forſan ipſo in amne poſſunt, tali cōditione ſoli, quæ formā hanc operāte naturæ vi recipiat, vti metalla naſci perpetuò cōſtat. Arno Elſa vt diximus, illabitur ſupra D. Miniati oppidū, quo de poſtea dicemus. Ad læuā habet Emporiū, Caſtrū Florentinum, & in colle Certaldū, vnde Boccatius originē ſibi fuiſſe priusꝙ̃ maiores eius Florentini ciues efficerentur, in libro fluminū ſcribit. Quātus ille vir fuerit opera literaria cum latino, tum vernaculo ſermone ſcripta quæ reliquit, abunde teſtātur. Latine prǽter cætera Genealogiā Deorū, de Fluminibus, de Fontibus, de Stagnis & Paludibus, de Montibus, & Bucolica ſcripſit: patria lingua Decameron quod cētum nouellas uulgus vocat, Philocalū, aliaq; ſimilia. De Ameto & Amatoria viſione, an officinæ Certaldicæ partus vterq; ſit verus, an ſuppoſititius, varia hominū iudicia ſunt: quamobrē & nos hoc in arbitrio legentium relinquimus. Vita conceſsit anno poſt C. N. MCCCLXXV, natus LXII, vt Volaterranus auctor eſt. Infrà, haud procul amne, Vicus altiusq; Barberinum, ortu Frāciſci eximij Iureconſulti ac elegantis ſcriptoris obſeruatoriſq; vulgaris eloquētiæ, veluti editis operibus eſt teſtatus inclytum. Suprà ſunt, ad D. Donati, & Caſtellina. Rurſus altera in ripa Elſæ, ſurſum, D. Miniati cognomēto Teutonis, nobile oppidū, cuius paulò antè mentionē fecimus. Conditor Deſiderius Longobardorū Rex, vt in eius Edicto legitur: cognomē à Teutonibus qui ædificarūt, Annius eſſe ſcripſit: arcē ab Imper. Cæſare Friderico II. factā Pandulphus Collenutii in hiſtoria a Neapolitana perhibet. Nobilitatū ortu Recuperati Iureconſulti, Laurētijq; ſummi Aſtrologi, quē omniū primū iudicia in annos ſingulos ſcripſiſſe Volaterranus ait. Sequitur in Elſæ ripa iuxta fontē eius Caſulū, Auget amnē Stagia torrens, vicinis oppido Stagiæ locis ortus, præterq; Poggibontiū nobile ac lautū oppidū, olim Bonitiū, fluens. De Bonitio Blōdus b in hiſtoria memorat, eius excidium à Carolo primo Siciliæ rege Florētinis pretio venditum in contumeliā Piſanorū, qui id ſemel à Florētinis ſubuerſum, inſtaurauerant. Ita tū Florētini hoc ad pedem collis, in quo ſummo prius oppidū Bonitiū extitit, haud pari tamē amplitudine cōdiderūt, Poggibōtium pro Poggio Bonitio dictū vt Platina c ſcribit. Volaterranus auctor eſt olim ditionis Senenſiū fuiſſe. Paulo vlterius in collis ſpecula valli imminēti murus apparet fortiſsimus, à Florētinis ad tutelam ſubiectæ vallis ædificatus, Poggiū Imperiale vocāt. Dein à tergo rurſum, Elſæ dextra ad Sanminiatum verſus, ꝑ honeſtū eſt oppidū D. Geminiani, Senēſium ditionis olim, at nūc Florentinorū, à Deſiderio Longobardorū rege cōditum, vti alabaſtretica tabula Viterbi, Longobardicis in ſcripta literis, docet. Vinū hìc etiā ꝙ vocant Tribanū ex Italiç totius no biliſsi-

a. lib. 4.
b. lib. 18.
c. in vita Clementis IIII.

liſsimis, gignitur. Ornauere locũ ortu Ioãnes & Vincentius ex ordine prædicato
ũ doctiſsimi viri, quorũ prior de rerum ſimilitudine librum ſcripſit, alter ſodali
s ſuæ procurationẽ in aula Romana gerens, vitam D. Antonij aliaq; opera cõpo-
uit. Scriptor elegans fuit fatoq; conceſsit anno poſt C.N. MDXXVII. Romæ, cũ
b Imper. Caroli V. legionib9 vrbs capta direptaq; eſt. Illuſtrauit etiã hoc ſuũ nata
e ſolũ Dominicus, qui de iure Pontificio nõ pauca ſcripſit. Vltrà ſunt, Gambaſiũ,
Mons Aionus, & Mons Topulus. Sequitur Era flumen, cuius tranſitum põs iũgit,
bi Pons Eræ, oppidũ prælio inclytũ, quo Piſani à Florentinis cæſi tribus hominũ
millib. amiſsis, vt Aretinus in Hiſtoria tradidit. Erã amnẽ Facius[a] Vbert9 ita memo a. lib. 3. Cant. 8.
rat. Ad Eram cum eſſemus

Aqua mihi oſtenſa, ſimulq; à quodam
Sic dictum, quem propter nouitatem interrogabam.
Mos hîc eſt inter nos vt quiſquis
Circulos vaſorum faciat, ibi eos maceret,
Semperq; decimum ex ijs amittat,
Nec vllus animaduertere poteſt quis eum auferat:
Aliqui putant à demonibus ſubtrahi.
Quidam ab ipſis deglutiri aquis.

Ad leuam Eræ, Plebs Sacci, Peciola, Calcinaria, cum alijs quibuſdã oppidulis. Trans Eram, inferiùs, Caſcina Piſani agri, cuius hic mentionem facimus, quoniam cum Piſa non eſt dicta, quippe quod in mediterraneis ſit. Hinc in Eræ dextra, Lari Terratiolaq; ſequũtur & vlteriùs multa tum Piſani agri, tũ in Volaterrani finibus caſtella modica, præterea verò & Aquæ calidæ, quibus innaſci ranas auctor affirmat Plinius, & à nobis in ora priùs commemoratũ fuit. Dein ciuitas antiquiſsima Volaterræ, difficilimo aſperrimoq; iugo impoſita, ex primis Hetruriæ XII, conditore Iano inſignis vt Cato prodidit. Volaterras Strabo, Plinius, Liuius, Antonin9, Ptolemæusq; vocant. Annius ad Catonẽ etymõ nominis eſſe vocabulũ Ater, ꝓdidit, quod, inquit, vt Samuel dicebat, olim Schytica lingua latã plateã ante domus exitũ ſignificauit. Ergò quoniam hoc vti Atriũ eſt, quod à Tuſcis primùm veniſſe Varro de lingua latina teſtatur, argumentũ eſt Atrianos Tuſcos eſſe Volaterranos, id eſt priſcos Atrianos. Hæc igitur vrbs atriorũ inuẽtrix prima fuit. Sic fere Annius: nec planè diſcrepat Raphaël Volaterranus in Cõmentarijs[b] Vrbanis omnino eũ XII, primarũ Hetruriæ vrbiũ vnã hãc fuiſſe contẽdit, ſed nomẽ, Volaterræ, Vole Tyrrhenorũ ſignificare, id eſt vrbẽ, vel oppidũ, ſeu propugnaculũ Tyrrhenorũ vt Volaterræ vox locũ natura munitũ denotet, à Tyrrheno Lydorũ Duce conditũ, qui, inquit, in has partes ꝓfectus XII. fundauit vrbes, ante bellũ Troianũ annis ferè centũ, ante Romã cõditam, quingentis. Ita Raphaël: ego Catoni potiùs aſſentior. Vrbs igitur hæc in monte ſecuritatis cauſa condita, quò latrocinantiũ incurſiones ipſe per ſe locus prohiberet: etenim vt Tucydides memorat, antiqui condendis vrbibus excelſa contraq; vim & iniuriã malorũ ſitu tuta plerũq; deligebant. Iam itaq; quin hæc antiquiſsima ſit ciuitas dubitatio nulla eſt, cùm ob auctoritatẽ eorũ quos nominauimus, tũ propter monumẽta vetuſtatis plurima, ſtatuas, epitaphia litteris Etruſcis, tymbos, aliosq; lapides elaboratos, cuiuſmodi hîc indies inueniuntur, itemq; muros, quibus adhuc vrbs eſt cincta, quemadmodũ oſtẽdemus. Deinde coloniã Romanorũ deductã in libro coloniarũ legitur ita. Volaterræ lege Triũuirali colonia deducta: cẽturijs ſingulis iugera CC. decurianis & cardinibus aſsignata, q̃ omnẽ veterani in portionib9 diui

b. lib. 5.

ſam pro parte habeant, in quos limites cepitꝰ interualla pedum CCCC. de quibus centurijs vnuſquiſq; miles accepit iugera XXV, & LXXXV, & LX. Facius Vbertus *a* olim hanc Antoniam appellatam prodere videtur his verſibus. [*a. lib. 3. cant. 8.*]

Iuxtà deinde Volaterras inuenimus
Ingenti in monte tam vetuſtas,
Quàm in Hetruria, ſit vrbs vlla.
Antonia dicta quondam, & vt ferunt
Hinc Bonus ortus, qui pro Druſiana
Multos trans mare labores tolerauit.

Ego quẽ huius rei Facius auctorẽ habeat, equidẽ ignoro: quippe quoniã apud antiquos ſcriptores oĩes Volaterrarũ nomẽ inuenioꝰ aliud nõ inuenio: Volaterras eñ Cato cũ Strabõe, Antonino Ptolemæoq; vocãt: Plinius Volaterranos recẽſet. Et Liuius itẽ ꝑſæpe mentionẽ Volaterrarũ facit, nominatim *b* ad Volaterras Scipioni hoſtes Hetruſcos ſtructo agmine occurriſſe ſcribẽs, & pugnatũ maiore parte diei magna vtrinq; cæde, donec incertis qua data victoria eſſet, nox interuenit. [*b. lib. 10.*] Alibi quoq; Volaterranos Scipionẽ [*c. lib. 28.*] in Africã euntẽ iuuiſſe ſcribit cõmeatu alijsq; rebus ad naues neceſſarijs. Cicero quoq; nõ ſemel in epiſtolis nomẽ huius vrbis ita memorat, p̃ſertim ea epiſtola, q̃ ꝓ municipibus Volaterranis Q. Valerio Proprætori Syllanã legẽ antiquã reſtituere molieti, ſcripſit. Oratione etiã ꝓ domo ſua Romã Volaterranis non ſolũ vt ciuibus, ſed vt optimis ciuibus vti potuiſſe dicit. Quadã inſuper ad Atticũ epiſtola gloriatur in Cõſulatu ſuo ſe Volaterranos & Aretinos in veteri poſſeſsione agrorũ quos ademerat Sylla, nec diuiſerat, cõſeruaſſe. Patet itaq; cũ ex his auctoribꝰ, tũ alijs vti Agathio, *a* p̃tereaq; multis Volaterrarũ & Volaterranorũ nomẽ antiquitatẽ vſurpaſſe ſempꝰ alio non vſamꝰ quamobrẽ de Facio quod Antoniæ vetus memorat vt diximus, haud ſatis mirari poſsimusꝰ vti nec de eo, quod Bonũ hac vrbe ortũ ait, quẽ Antona Britanniæ genitũ alij tradidere. [*a. li. 11. de bell. Goth.*] Vtcũq; ſit, donec auctore carebimus, qui rationẽ aliquã ſolidiorẽ adferat, quæ ille de hac vrbe dixit, iuxta fabulã putabimus. Situ vt Strabo quoq; ſcripſit, eſt huiuſmodi. Profunda in valle ſublimis et p̃ceps vndiq; collis aſſurgit, cuiꝰ in vertice planitiesꝰ in qua vrbis mœnia poſita ſunt. Aſcenſus ad eam ſtadiorũ XV. ab Cæcina flumine M. P. V. ab Era flumine IIII. altero latere: quanq̃ hoc iter multo aſperiꝰ difficiliusq; primo eſſe mihi Zacharias Zachius Volaterranus affirmauitꝰ addẽs et murorũ formã humanæ manus ſpeciẽ ſeq, ꝙ mõtis in quo ſiti faſtigiũ quinis aſſurgat modicis collibꝰ inter ſe paruis itẽ vallibꝰ diſſociatis. Omnes tamẽ clauſi muro nõ ſunt, ſed aliq tantũ. Mœnia ipſa quadrato lapide lõgitudinis ſenũ fere pedũ tã affabrè abſq; bitumine cõpoſito, vt elegantiã habeat ingentẽ, maiori ex parte cõſtant. Quinis in vrbẽ portis aditꝰ datur: ꝓ ijs ſingulis fons eximius aquas nitidiſsimas iacit: intus in vrbe bini alij ingẽtes. Vndiq; veterrimas ex marmore ſtatuas cernere eſt, quaſdã integras, pleraſq; fractas magna varietate, vti & epitaphia multa tabulis marmoreis inſignibꝰ inſcripta. Fuit inter hæc antiqtatis monumẽta caput ex marmore laurea redimitũ corona, quondã in arcis vetuſtæ, quæ maximo quinq; colliũ erat impoſita, fundamẽtis repertũ, cũ tabula marmorea his inſcripta litteris. A. Perſius A. F. Seuerus V. An. VIII. M. III. D. XIX. Id elogiũ iuxta portã Angelicã extare Raphaël Volaterranus ſcribit. Perſius ille Perſij poëtæ fuit gentilis. Caput Romã poſtea delatũ Alexãdri VI, Pontif. Max. tẽporibus, Thomæq; Phędrę Volaterrano muneri datũ, nobis Zacharias Zachius narrauit. Vrbis medio veſtigia maximi theatri ſuperſuntꝰ & in via

quam

ꝗ Curſum Martiũ vocãt, Martis ſignũ ꝑnobile marmoreũ, cũ vrnis aliquot ex ala
baſtrite, toreumatis inſigni opere cęlatis, in quibus & ignotę quædã literæ, quanꝗ̃
Hetruſcas multi aſſerant. Iacet hîc itẽ ſtatua ex marmore muliebris, amicta, pue-
rũ inuolutũ vlnis tenens, in cuius pallæ manicarũ prægrandiũ vna minutæ admo-
dũ inciſæ literæ ſunt, vt ferũt, Hetruſcæ. Pręterea multæ inſuper inſcriptiones eiuſ-
modi, ac itẽ Latinę cernuntur, quę niſi longa narratione cõmemorari omnes haud
poſſent, & aperté vetuſtatem vrbis docent. Strabo hîc olim è Tyrrhenis quoſdam
conſtitiſſe ſcribit, itemq; ex proſcriptis à Sylla, qui obſidione biennio preſsi, tandẽ
ꝑ inducias diſcedẽtes, vrbẽ reliquere. Volaterranos tantũ potuiſſe quondã ſcribit
Raphaël a, vt ciuitatẽ ad litus Etruriã imperio tenerẽt· hanc etiã ob defectionẽ po a. lib. 5.
ſtea deleuiſſe, nouo oppido Tuſsinato iuxtà condito· quo dein mari hauſto, Vada C. V.
Volaterrana ſint ædificata. Sic Raphaël: at nos in oræ deſcriptione, quid de vrbe
Etruria ſentiamus, iam antea diximus. Volaterræ prima ciuitas Hetrurię Chriſti
Seruatoris Euangeliũ ſuſcepit, annuntiante D. Romulo, quem D. Petrus Apoſto-
lus miſerat. Ea in fide conſtanter mãſit vſq; ad Arriana tempora· quorũ cum eſſet
aſperſa labe, Iuſti Africani pręſbyteri virtute circa Leonẽ III. Imperat. rurſus expur-
gata fuit. Is vir ſanctus ab Africa & Vandalis cũ fratre Clemente ac Octauiano i-
tem pręſbyteris, & Regulo Epiſcopo huc profectus, vrbẽ obſidione Vandalorũ li-
berauit, eiusq; poſtea factus eſt antiſtes. Inſecuta ſunt Hũgarica tẽpora, quum pari
cum cæteris vrbibus Hetruriæ fortuna ab Hungaris euerſa eſt, quos Americus Tu
ſciæ Comes auxilio contra Berengariũ primum, à quo oppugnabatur, acciuerat.
Non diu tamen poſt ab Othone primo Imperat. Germano pulſis Italia tota Hun-
garis refecta fuit, & vti nũc eſt, muris arctius cincta. Diem functo Othone aliquot
huc Germanicæ familiæ habitatũ vnà cum paucis Volaterranorũ, qui ab clade Hũ
garica ſuperfuerant, venêre. Dein Friderici II. temporibꝰ bini Cõſules, qui Cęſareo
Legato in adminiſtratione ciuitatis adeſſent, creari cœpti. Iam tũ Hetruria Guel-
phorũ & Gibellinorũ partibus erat diuiſa: Volaterrani, quod Gibellini nominis
eſſent, Piſanis ſe coniunxêre, ſcuto nigro candida diuiſo cruce pro inſigni vtentes:
at Friderico mortuo ditionis Florentinorũ facti ſunt hoc modo, vt Blondus perhi
bet. A Florentinis prælio fuſi, quod ad montis in quo ſita vrbs radices committe-
batur, quum ad mœnia fugerent, inſecutus Florentinus victor, pari impetu cum vi
cto portas ingreſſus, vrbem cepit. Sic tũ eiectis Gibellinis introducti Guelphi, an-
no poſt C.N. MCCL. Reuocatis deinde Gibellinis, conſtitutaq; pace, geminus
eius tuendæ magiſtratus à populo lectus, alter XII, alter XV. virorũ: primus XII.
populi Defenſorũ vocabatur, ſecũdus XV. viri vectigalium. Inſigne captum albo
in ſpatio crux rubẽs. Conſiliũ quoq; creatũ ſexingentorũ, qui rubro Codice deſcri
pti· nobilesq; familiæ XLIII. in albo annotatæ. Nec diu tamẽ hac reipu. forma pax
eſſe potuit, indies partiũ odio gliſcente. Sic ad Florẽtinos tandẽ vltro decurſum, q
pacatas aliquo tẽpore res ciuitatis Prętore ad tutelã pacis dato, reddiderũt. Poſtea
cũ ſe iam exacto annorũ pluriũ ſpatio ditionis ſuæ vrbẽ effeciſſe Florentini exiſti-
marẽt, et tributũ impoſuiſſent, Volaterrani taliũ inſolẽtes, ꝑ ſeditionẽ aggreſsi Flo
rentinum Prætorem, eum de ſumma feneſtra præcipitant, anno à C.N. MCCCC.
XXX. Pax tamen denuo à Florentinis & imperium vt priùs, acceptum. Hic rerum
ſtatus ad annum poſt C.N. MCCCCLXXI. perſtitit· quo recenter in agro eorum
alumine inuento, quũ eius vectigalis partem Florentini poſtularent, ad defectionẽ
ventũ. Ea de cauſa tũ vrbẽ obſidentib. Florẽtinis, viceſimo die Volaterrani externa

 auxilia

auxilia deſperãtes, pacẽ legibus certis fecere, quorũ fide ſpreta hoſtis vrbẽ diripuit: nec ſolũ ædes priuatorũ, ſed etiã ſacrata numinib⁹ tẽpla, piaq́; loca miles ſpoliauit. Poſt hæc deiecta Epiſcopi domo Florẽtinus ibi arcẽ erexit, agrũq́; totũ vrbis inter ſe diuiſit, municipibus ipſis in ſumma inopia relictis. Ab hac tamẽ inſigni calamitate Volaterrani deinceps in fide Florẽtini nominis ſtetere cõſtanter, tã Caroli VIII. Francorũ regis, cũ is numeroſiſsimas in Tuſciam copias adduxiſſet, q̃ Cæſaris Borgiæ tẽporibus, auxiliaq́; Florentinis aduerſus utrũq́; miſerũt. Hac cõſtantia ꝑuentũ ad MDXXIX. à C.N. annũ, quo Florentiã obſidẽte Philippo Auraniæ principe, Caroli V. Imper. legato, vnà cũ Clemẽtis VII. Pontif. Max. exercitu, vt Alexander Medices alijq́; multi exules reducerẽtur, Volaterræ, Cortona, & Aretiũ, Philippo ſe dediderũt: ipſaq́; dein Florẽtia ſubacta, quẽadmodũ ante memorauimus, in Alexãdri Medicis Florẽtię poſteà Ducis impio Volaterrę ꝑmãſerũt, cui ſucceſsit Coſmus. Illuſtres hoĩes plurimi hîc orti quorũ virtus patriã ſummẽ nobilitauit. Eorũ in numero Linus fuit Põtifex Roman⁹, Petri Apoſtoli ſucceſſor prim⁹, ex familia Maurorũ, vt Raphaël Volaterranus ꝓhibet, addẽs hoc de eo peruetuſtũ adhuc ſcriptũ apud Volaterranos legi: Linũ Herculanũ à patre Herculano annorũ viginti duorũ, ſtudiorũ gratia miſſum Romã, in cõtubernio tũ Q. Fabij amici paterni, deinde venientẽ eo tẽpore Romã Petrũ omiſsis omnibus ſecutũ fuiſſe, ac ob eius egregiã fidẽ ſimul ac eloquentiã Euãgelij coadiutorẽ illic ꝑmanſiſſe. Sedit annis X. M. III. D. XII. martyr ſub Saturnino Cõſule, cuius filiã lymphatã liberauerat. Sepultus in Vaticano: ab vltimo Neronis anno ad Veſpaſiani tẽpora peruenit. Is Pontifex apto capite mulieres in templũ ingredi vetuit: Res à Petro geſtas, nominatimq́; diſceptationem cum Simone Mago, perſcripſit: Epiſcopos ordinauit XI, Sacerdotes XXIII. Noſtra memoria p̃cipuo Volaterris ornamento fuit ſanctitate vitæ, fortitudineq́; in aſſerenda libertate eccleſiaſtica inclytus Vgo ex nobili Saladinorum gẽte Agnani ꝓpinqui oppidi, Volaterranus Epiſcopus, qui ob Eccleſiaſticã libertatẽ plurima ꝑpeſſus ætate admodũ grauis, anno pòſt C.N. MCCCCLXXXII. de vita deceſsit, magna opinione ſanctitatis, quamobrẽ ad diẽ decimũ cadauer ſumma cũ religione inſepultũ abſq; vllo fœtore habitũ, ob frequẽtẽ finitimarũ gentiũ cõcurſum, quæ id viſebãt, & pietatis intuitu cõtingere, ꝓpterq́; merita viri, numinis ꝓmereri gratiã, vti quoq; factũ, geſtiebant. Volaterranus fuit A. Perſius poëta Satyricus, quẽ annos tantũ vixiſſe XXI, Euſebius auctor affirmat. Neronis tẽporibus Romæ cũ Cornuto Baſſoq́; Salijs floruit, ſecundũ inter Satyricos adeptus locũ. Noſtro æuo nõ mediocriter vrbẽ hãc ornauit Iacobus Cardinalis dictus Ticinenſis, ob excellentẽ virtutẽ ac eruditionẽ à Pio II. Põtif. quanq̃ obſcuro loco natus in eũ ordinẽ allectus. Cõmentarios ſuorũ temporũ reliquit, cũ multis familiariũ epiſtolarum libris, in quibus ſupra ſuauitatẽ ſtyli, haud vulgarem oſtẽdit eruditionẽ, vt nõ minus iuuet, q̃ delectet. De Raphaële Volaterrano, quod mentionem tanti viri, ſuiq́; popularis nullam fecerit, haud ſatis poſſum mirari, cum tamen aliorũ qui hac vrbe orti, illuſtrium hominũ memoriam celebrauerit, & nominatim Ioannis Baptiſtæ fratris, à quo nullũ ingenij monumentũ ad poſteritatẽ venit, quanq̃ dicat ſi fata vitã illi conceſsiſſent, ſperatos ex floribus ætatis primæ, fructus haud ignobiles fuiſſe cõſecuturos. Volaterris quoq; genitus erat Thomas cognomẽto Phædra, Canonicus D. Petri Romæ, vir doctus & eloquẽs, quẽ Eraſmus Roterodamus epiſtola quadã ad Iodocũ Cauerũ, Phædrã dictũ ſcribit, ab eius ꝑſona geſta in Hippolyto Senecæ Tragœdia, quũ ꝓ Cardinalis Sãgeorgij domo Romæ ageretur.

vnde

de tum maximam facūdiæ doctrinæq; opinionem ſibi peperit. Nobis olim Romæ cognitus,& ibidem D. Petri ſacerdos ætatis anno quinquageſimo diem obijt. Illuſtrauit etiam vrbem hanc ortu Raphaël Maffæus vtriuſq; linguæ doctiſsimus; editis literarum monumentis oſtendit,quæ quantam artium humanitatis,philoſophiæ,ac theologię ſcientiam habuerit,abundè teſtantur. E græcis latina fecit plurima·nominatim opuſcula quædam D.Baſilij·item Oeconomicum Xenophōtis· Homeri Iliadem,& alia pleraq;. Decedens epitomata theologica reliquit pulcherrima cum Cōmentarijs Vrbanis. Ad beatiorem vitam,vti credere pium eſt,tranſijt, diſciplinis optimis,optimiſq; moribus abundās,ætate grauis,annis ſuperioribus magno ſui apud poſteros deſiderio relicto. Volaterranus inſuper fuit Gaſpar Zachius Auximi Epiſcopus,græcè latineq; doctus,olim Beſſarioni Cardinali Romæ ito,à ſecretis. Superioribus etiā annis vrbem hanc maximè nobilitauit Zacharias Zachius excellens ſtatuarius,vti opera quæ tum Romæ tum Bononiæ fecit,indicāt: nec ſolum eximius ſculptor fuit·verumetiam antiquitatis & rerum ſingulariū curioſus indagator. Res patrię memorabiles ſcripſit,vti metallorū fodinas,aquaſque medicatas,quæ à nobis ſigillatim memorabuntur,vtpote cū has eius lucubrationes viderimus. Diem ſupremū expleuit Romæ paucos antè annos,Ioanne filio relicto,non minori indole paterna,qui nunc cōtinuam ſtatuariæ ac alijs id genus ingenioſis ſtudijs operam Bononiæ exhibet. De cætero ager Volaterranus, finitimaq; ſunt dicenda: quapropter vt ordinē ſequamur certum,quē Zacharias tenuit, à tribus ex quinq; collibus,quos cum vrbe coniunctos diximus,nimirum Monte Brandonio,Portonio,& Vlimento,in quibus ſepulcra vetera cernuntur plurima, exordiemur. Poſtremi horum radicibus è ſaxo fons prorumpit,cuius aqua dierū XV ſpatio,quicquid immerſeris,lapideo cortice tegunt. Hinc mille paſsibus Febianum vicus,vbi fons aquę dulcis,potu vbertatē lactis intermiſſam nutricibus reſtituens. Abeſt D.paſsibus Mons Niger,cauernis frequentibus perfoſſus vnde ferūt olim erutum aurum: lapis item hîc ater ad opera inſignia opportunus. Vltrà eſt Leſcalia,vicus,alabaſtritæ copia abundans. Eius hîc duo genera·durū ac molle: prius è terra cæditur,dictum vitrinum. aliud ſupra terram inuenitur,& excoctū igne gypſum fit. E primo nobilia fabricātur opera,veluti illa quæ maximus quidā artifex Neapolitanus olim organa fecit,Leoni X. Pontif. Rom. muneri deſtinata·quo fatis intercepto priuſquam abſoluerentur,Friderico Gonzagæ primo Mantuę Duci donata fuere. Profecto id eſt opus huiuſmodi,quod inter rara mirabiliaq; nūc quę vſquam ſint,cenſeri debeat·viſumq; nobis,& canere auditum. Ex alabaſtrite fiſtulæ moduliq; toti. Poſt alterum lapidem Mons Ventarius, arcis in vertice deiectæ veſtigia ſeruans. Circa medium fons exilit inſignis. Rurſum à Volaterris ad amnē Cæcinā verſus,millia tria,colles aliquot,vbi officinę ſalarię. Puteis in cretā effoſſis altitudine tanta,quæ ad gypſum penetret,aquas è gypſo ſalſiſsimas oriētes plūbeis caldaribus paulatim in ſalem niueum igne coquunt. Periculū hauſtæ imis puteis aquæ artifices faciūnt ouo iniecto,cum bullat·nam id ſi non mergatur,aptiſsimam conficiendo ſali eſſe affirmant. Quotidie ſolent hic modij ſalis plerumq; XXIIII. coqui. Rubrum quoque ſal quondam alia ex aqua fiebat, quæ res intermiſſa nunc eſt. Moias hæc ſalinarum loca vocant. Trans amnem Cæcinam in colle dein Marantium oppidum,à Volaterranis muro cinctū. Inde tria millia Libbianū in monte,vbi terra nigra foditur·magnaq; chalcitis vnde ſutoriū atramentū fit copia. Fontē hîc quē Aquā vocant,acidum,acuti ſaporis & mordacis nulla guſtāt anima-

animalia : ſalubris tamen eſt ad quoſdã morbos. Vlteriùs tertio lapide Mons Ru-
folus,qui olim in ſummo vertice arcẽ habuit. Ad pedem fons nitidus exilit aquæ
dulcis,in qua nullo unquam tempore quicquam impuri cernitur, tantæ leuitatis,
ut ad trutinam cũ cæteris huius ſitus aquis examinata,cunctis pondere cedat. Rur
ſum tertio à Volaterris lapide caſtellum eſt vbi mira effoditur chalcitis abundan-
tia, Hinc aquæ riuulus,iuxta quem per conualles quaſdam modicas & depreſſa
loca incedendo, porphyrites,ophites, achates, chalcedonios,;& id genus pretio-
ſos lapides alios varij coloris,inuenire eſt, quos plerunq́; curſus aquarum eruit.
Finitimis etiam locis terra eſt lutea,ſimilis auripigmento,fœtidiſsima·quamobrẽ
incolæ regionis,quam poſſunt ſtudioſè iter hac vitant : odorem enim tam grauẽ
ac tetrum exhalat,vt ſuperuolantes aues mortuæ ſtatim cõcidant. Alia quoq; ſunt
agro Volaterrano Marantioq́; loca putida,quorum graueolentiã & fœtorem, ſul-
phuris nigri metallum quod hìc inuenitur,& haud procul ad id paratis officinis ex
coquitur, exhalare puto. Deinde M.P.à Marantio V.oppidum in mõte eſt Mons
Cerberi : hinc quarto lapide Caſtrum Nouũ cognomine Volaterranũ,& vlteriùs
Lecia. Maxima hoc ſitu naturæ miracula. Primùm quibuſdam in locis aquæ tãto
ſtrepitu,tantaq; violentia bullientes,vt altitudine pedũ X.exiliant , nec minori cũ
ſonitu rurſum cadant,quæſo quem non cogant aſpectu horrere ? præterea tãti ſunt
feruoris,vt iniecti animalis viui oſſa extemplo nudata carne ſurſum emergant. Ri-
uulus ijs ex aquis efficitur,quo ſe exonerãt,cuius in ripis gummi ferreo,ſulphureo,
atramentiq́; ſutorij colore cernitur. Lapides qui circa ſunt omnes exuſti,picto-
ribus vmbris faciendis maximè expetiti. Propè eſt terra rubra,lutea, candida,ni-
gra,cum pilis quibuſdam paruis inſtar globulorũ cœrulei ſilis optimi,quæ picto-
ribus in pretio maximè ſunt. Miraculũ etiam eſt in his aquis, quod pluuiã denſis
vaporibus vſq; ad nubes magna vi emiſsis prænũtiant,cœlo ſereno fumũ rarũ hu-
mileḿq; & per vicina ſe diffundentẽ exhalãt. Aliç hìc aquæ cernũtur claritatis prç-
cipuæ,quæ cũ bullire magna videantur vi,tamẽ ad tactũ rigent. Gũmi hæ generãt
candidiſsimũ,aluũq́; difficilẽ emolliunt. Præter has etiã agro Volaterrano multç
medicatç ſunt aquæ,præſertim inter Caſtrũ Nouũ & Marantiũ vbi balnea morbo
rũ nominibus certis inſignita,quoniã ad alios alia cẽſentur ſalutaria, quæ niſi lon
ga narratione complecti haud poſſent. Nec tamẽ haud procul Lecia clariſsimas
aquas ſilentio tranſmittã,quarũ hæc virtus·vt ſalitæ ac affatim potæ,moxq́; vel o-
re,vel alio naturç abſceſſu redditæ mirabilẽ in modũ corpora malis plurimis emũ
dent. Sterilitatẽ quoq; mulieribus auferũt,fœcunditate repoſita. Cæteras aquas vt
dixi,prætèribo. Tribus à Lecia P.M.Senẽſiũ Mons Rotũdus eſt. Hoc ſitu inter ſyl
uas ſpecus in altitudinem vaſtiſsimus·è quo certis anni tẽporibus venti tanto cũ
impetu ac vi prorũpunt,vt propinquos arborũ ramos conuellant,ipſasq́; frequen
ter arbores ſolo eruãt. De cçtero ad oram verſus, Iuſtinianũ· vlteriusq́; haud parũ,
Saxeta oppidũ,fortaſsis à monte Saxoſo cui inſidet,denominatũ. Hinc vino,oleo,
cæterisq́; frugibus abundantiſsimũ oppidũ Soueretum,cuius incolas Plinio Seue
ranos eſſe Volaterranus autumat. Iuxtà quoq́,,Segalariũ,aliaq́; hoc ſyluoſo ſaltı-
bus & dumetis tractu oppidula,quæ nunc prætermittimus. Itinere tunc ad Mariti
mã Senenſiũ regionẽ inter ſaltus q Senenſiũ,in colle Moſcona iacet, vel vt Facius
appellat Guaſcona·q̃ ꝑpemodũ collapſa tota,et in paſtorũ ac pecudũ habitationẽ
abijt,olim,vt Zacharias Zachius author eſt, perhoneſtum oppidũ. Muri nũc eius
ſemiruti lapide quadrato magno facti,cum ingenti ciſterna. Superſunt etiam paui

mento-

ntorum nobilium partes,opere teſſellato, vel vt nunc vocant muſiuo , lapillis etioſis eximiè factæ.Paſsim item marmorum fruſta inſigni arte perfecta , vnde endor ædium quæ ſuperiori æuo hîc extitere ſatis intelligi poteſt : vndiq; cerntur fractæ columnæ,capitula rupta,conuulſæ baſes,abaci,tymbiq́; , ac alia id nus partim elaborata,partim paganica varijs operibus facta,quibus amplitudo ci priſca demonſtratur.Super hæc fontis extant eximij veſtigia.Reperiuntur eti n indies hîc antiquitatis monumenta plurima,veluti ſtatuæ ex ære,numiſmataq; id genus alia è quibus Eremita quidam hæc incolens Zachariæ Zachio togatū uem manu tenentem fulgur ex ære,ſemipedalem,cûm numiſmate cui Ianus vno tere,nauis altero inerat,præter alia item hîc reperta dono dedit.Secundum collē nde ad mare verſus procedenti ſummo quodā in iugo mōtis arx apparet deiecta, uę Moſconæ fuiſſe creditur.Ex hac ſpecula longiſsimus in circūiecta proſpectus t,præcipuè tamē ad mare.Relicta tū hac parte , rurſus in via qua Volaterris itur Senam,quarto à Volaterris lapide Mons Miciuolus eſt oppidum: inde mille paſsi bus Speciaiola:hinc tribus millibus Caſtrum Nouum D.Geminiani, Collis Elſanæ Vallis,ab Elſa flumine præterlabente dictus,elegans vicus,vbi propter opportunitatem aquæ clariſsimæ,quæ mille ab hinc paſsibus oriens in Elſam modico riuo defluit,papyri magna fit copia. Collis in ditione Senenſium eſt.Quarto inde lapide perhoneſtus vicus Abbatia,inter Florentinorum & Senenſium fines.Bini hîc lacus interuallo iactus ſagittæ diſiuncti vnus aquas habet clariſsimas , at ut aiunt accolæ,fundū non habet alter paulo minor aqua nigra modo atramenti, pariterq; vado incomperto eſt,totus priori contrarius,quoniam iniectum lignum extēplo in imum rapit vt porrò non appareat, piſcibus omnino carens.Fama regionem tenet,cum hac D.Cerboni Epiſcopo Maſſano iter incidiſſet,& in tabernam,vbi nūc prior lacus,diuertiſſet, de cauponis flagitioſa vita certiorem factum ſedulò eū ad pœnitentiam monendo reducere conatum.Sed quia proficere ſe videbat nihil,exītium poſtridie decedentem prænunciaſſe repentinum,vt abyſſo hauriretur. Ita ſancto viro paulum digreſſo,mox hiatu terræ ſimul tabernam cum domino abſumptam,& hunc ibi remanſiſſe lacum. De altero aiunt,cûm eo in loco cynœdus quidam perditiſsimus tam fœdum aliquandiu flagitij genus exercuiſſet,diuina tandē vindicta hauſtum hiatu terræ cum tota domo,relictumq́, lacum atrum illo ſpatio quantum eius habitatio patebat,alteri planè contrariū natura nec immeritò, nempè propter pœnam abominandæ illius ac putidæ contra naturam luxuriæ.Rurſus à tergo Volaterris Senam euntibus præcelſo in iugo Syllanum apparet, oppidum permunitū,hac in ſaxoſo monte forma conditum.Quadrata loci ſpecies angulos ſingulos munitæ tenent arces quintaq; cæteris maior oppidi medio,quæ puteum aquæ viuæ præcipuæ altitudinis habet. Aditus ad oppidū difficili , arcta, ſinuoſaq; via latitudinis haud ſupra pedes ternos opere ſaxo inciſa,montem ambiens.Saxoſum hunc collem murus cingit inſignis,à medio colle per circuitum in vertice deſinens. Inter eum & caſtellum familiæ multæ habitant.Syllani nominis originem ad Syllam conditorem ipſi incolæ referunt:ſed Volaterranus aliter, oppidū à Petronijs Senenſibus ædificatum ſcribit,addens quū Guelpha factio Volaterris Bon parentes exegiſſet,eos huc vti in tutū conceſsiſſe tādem vero à cognatis Petronijs per dolum capto loco & hinc pulſos. Sic à Petronijs tum arcem tutelæ loci cauſa munitā,oppidumq; dein Florentinis prætio venditum. Cōciliari hæc fortaſsis nō ineptè ita poſſent,ut primùm à Sylla caſtellū aliquod hîc ædificatū nomine Syllani creda-

credamus, quod poſtea collapſum, Petronij refecerint. A Syllano millia paſſ. VI. in amœniſsimo ac periucundo colle oppidum eſt D. Armatij: extra quod inſigne virginum cœnobium, è cuius nitidiſsimis hortis largus inſtar iuſti fluminis exit fons, qui prolapſus inde gemino riuo diuiditur, quorum vterq; multis molis verſandis idoneus eſſe poſsit. Inſignium anguillarum hæc aqua copiam habet. Septimo dein lapide perelegans & lautum oppidum Caſoli Volaterranæ diœceſis, quanquam ditione Senenſium habeatur. Statua hic Syllæ Dictatoris marmorea cernitur, media ſuperiori parte nobili opere facta. Totus ager amœnus & fructifer, aquiſq; nitentibus abundans. Rurſum altero à Volaterris lapide, Matola, Roncolaq; ſunt oppida: verſusq; mare X. à Roncola P.M. Guardiſtallum: & è regione millibus duobus Mons Scutarius. Regio nitens vniuerſa eſt, & frumenti aliarumq; frugum fertilis, itemq; ſalubri cœlo. Dein octauo lapide Quarcetum: inde tertio Ripabella, haud indigno nomine propter amœnitatē ac elegantiā collis in quò ſita. Paſsim hîc claræ perriuulos obmurmurāt aquæ: copioſus frumento, cæteriſq; frugib. ager. Hactenus Volaterrani agri ac diœceſis dicta loca: nūc ad propinquiora litori, quæ Maritima Senēſium vocātur, accedemus. Eam regionem ab amne Cornia citra Souseretū, ad Piſciam ultra Capalbiū pertinere non pridem in ora demonſtrauimus. In latum ac longum haud mediocriter patet: nam ut aliqui tradidere, M. P. ad LXX. longitudine colligit: infrequens tamen colonis propter grauitatem cœli. Primùm in ea ciuitas Maſſa peruetuſta, Veibeni principis cognomine Maſsi, opus, ut Annius aſſerit. Volaterranus tamen hoc in loco Vetuloniam extitiſſe ſcripſit, errare contendens eos, à quibus iuxta Viterbum collocetur, quippe quoniam hîc Ptolemæi pictura deſignata fuerit. Ego Volaterranum allucinari puto, quandoquidem ſuperiùs in ora Tuſciæ Vetuloniam & Vitulonium differre docuimus: Vetuloniamq; Viterbo finitimam, Vitulonium autem hac in parte extitiſſe plurimis adhuc veſtigijs ædificiorum ſe prodens, idq; Vitulonium, non Vetuloniam dicendum. Itaq; iam magis Annij ſententiam probamus, nimirum ſi tam vetuſta hæc vrbs ſit, ut eo amplius Veibenum Maſſum auctorem & nominis & ortus habere credatur. Maſſanus Epiſcopus erat D. Cerbo, quem paulo antè memorauimus. Paucos ante annos hic aluminis inuentum metallum. Sequūtur loca quędam exigui momenti, Perola eſt et Tatti, & Mons Maſſus, & ad D. Fortini, & Strata, & Mons Vrſalus. Trans Vmbronem deinde Scantianum, Pereta, & Malianum: vltraq; ad flumen Albengiam Saturniana modicum nunc oppidum, Ptolemæo Saturnia colonia dictum, pariterq; Catoni & Appiano *a* Alexandrino. Plinius hos Saturninos antea vocatos Auruninos ſcribit, nimirum ab Auruno Lartheno Hetruriæ Principe: quod confirmat Beroſus*b*. Saturnianam olim collapſam refecere nonnihil Senenſes, in quorū eſt ditione. Præterfluit amnis Albengia, ſecundum quem vlteriùs ad Sempronianum deuenitur: nec procul eo oppido dextra in ripa, Suana ciuitas, ſic dicta Ptolemæo: memoratq; Suanenſes etiam Plinius. Originem hinc traxit Gregorius VII. Pontif. Rom. antè Ildebrandus monachus, vir bonus ac doctus, & Pontificatu nō indignus, ut apertè Platina, Petrarca, Blondus, Sabellicus, alijq; multi ſcriptores tradidere. Mentionem Suanæ Facius Vbertus facit inquiens: Ibi eſt Suana, cerniturq; Guaſconia. Rurſum à tergo, læua fluminis Vmbronis, Iſtia, Campaniaticum: altiùs Paganicum: deinde Balnea Petrioli, cum alijs item in agro Senenſe, quorū priſcis temporibus & prætium, & uſus fuit, vti in oratione pro Cœlio Marcus Tullius Senenſium aquas memorans,

a. lib. 1.

b. lib. 5

c. lib. 3. Cant. 9.

iorans, oſtendit, prætereaq; Martialis ad Oppianum ita: Hetruſcis niſi tremulus ſueris, Illotus morieris Oppiane. Frequentantur etiamnum ægris. Supra eſt ad dextram D. Quirici oppidum. Annius in commentarijs cum alibi, tum ad Antoninum, vbi Vmbronem is deſcribit inter mõtes, Vmbronem hunc eſſe locum aſſerit, & ab Vmbrone flumine radicibus collis in quo ſitum, naſcente, ſic appellatum. Ego eum in errore verſari arbitror: quoniam amnis Vmbro, quanquam propter collis pedem fluat, tamẽ eo nequaquam oritur, ſed altius multo ſupra Alcianum. E radicibus tamen ipſius collis exiguus exit amnis Aſſus, Vmbroni prope Saxum illabens, vbi Orcia dicitur, vt Hieronymi Bellarmati Chorographia docet. Libentius itaq; Volaterrano fidem addimus, qui hoc oppidum à Zenobio Landrici F. cõditum, idq; ſe marmori inſcriptum apud Aretinos legiſſe perhibet. Attamen & Montem Vmbronem hunc eſſe, quem Cato Antoninusq; nominant, arbitror: ſed oppidum quod nũc eſt, Zenobium condidiſſe, & à D. Quirici æde quam is poſuerat, denominatum. Dein ad Senam verſus alto in monte oppidum eſt, Mons Alcinoi Volaterrano dictum, vino quod amœnis ijs collibus gignitur, nobile. Non procul etiam hoc collino tractu, Mons Oliuetus, primordio inſtituti monachorum alborum inclytus, quod Montis Oliueti nominatur, & hîc Bernardus Ptolemæus Senenſis anno poſt C. N. MCCCCVII. incepit, vt auctor eſt Volaterranus a. Succedit Arbia flumen, hiſtorijs Florentinis celebre, propter cladem Florẽtinorũ a Senenſibus, Piſanis, & exulibus Florentinis Farinatæ Vberti temporibus ad id acceptam, qua de ſuprà diximus. Interius ciuitas Sena, quam Plinius Coloniam Senenſem vocat, itemq; Tacitus in hæc verba ſcribens: Manlius Patritius ordinis prætorij pulſatũ ſe in colonia Senenſi cœtu multitudinis, & iuſſu Magiſtratuum querebatur: nec finẽ iniuriæ hîc ſtetiſſe. Et pòſt: Additumq; S. C. quo Senenſium plebes modeſtiæ admoneretur. Senam quoq, Cato, Antoninus & Ptolemæus in mediterraneis vrbibus Tuſciæ memorãt. Et Volaterranus ſcribit, quoniã pleriq; dubitarẽt, an hęc à Ptolemæo deſignata Sena fuerit: an verò ab interpretibus addita operi: quò ſcrupulũ oẽm eximeret, ſe græcas Ptolemæi tabulas, quæ peruetuſtæ in Vaticana Bibliotheca cõſeruãtur, inſpicere voluiſſe, ac in ijs Senã quoque deſcriptã reperiſſe: quam Populi Romani Coloniam factã in libro coloniarum legitur, in quo colonia Saniẽſis vocatur. Polybius initiũ Senæ primũ ad Gallos Senones à populo Rom. deuictos referre videtur, cũ eos alterã vrbem Senam ædificaſſe pter illam quæ Adriatico appoſita mari, tradit. Hoc cõfirmat Gotifredus in libro memoriarũ, conditã à Gallis Senonibus Duce contra Romanos Brẽno ſcribens: idemq; dicit Polycarpus in Chronicis b, addens inſuper habitationi veteranorũ vt hîc quieſcerẽt ædificatam, ante Chriſtũ natũ annis CCCLXXXII. De Blondo mirari ſatis nequeo, quod in Italia ſua nouã hanc vrbẽ dicit, vtpote cuius in veterum monumentis memoria reperiatur nulla: ſibiq; in D. Georgij Algani cœnobio apud Venetias, peruetuſto in libro lectũ, Ioannem IIXX. Pontif. Max. acceptis de Peruſina, Cluſinenſi, Aretina, Pheſulana, Florentina, & Volaterrana diœceſi ſenis plebanatibus eã condidiſſe, quod & inde propter ſenos plebanatus Senarum adepta ſit nomẽ. Hæc profectò nos iuxta fabulã æſtimamus, veterũ auctorum à quibus Sena diſertè memoratur, inſpectis ſcriptis, vti oſtendimus. De ſenis plebanatibns abundè Volaterranus Blondo ſatisfacit, verum quidem eſſe poſſe dicens, Ioannẽ Pontificem cum inſtituto Eccleſiæ Romanæ ciuitatẽ, epiſcopo dato Senam efficeret, eos illius diœceſi attribuiſſe plebanatus: at hinc minimè cõſequi

a. lib. 21. c. V.

b. lib. 6.

H vt is

vt is Pontifex vrbis conditor fuerit. Hoc ait apertè quaſdã ex marmore tabulas in Aretinorum æde cōuincere, quibus donatio Zenobij Tribuni prędiuitis viri ac potẽtis, Landrici Senatoris Rom. F. circa Damaſum Pontif. Max. annũq; poſt C. N. CCCLXX. Aretinæ Eccleſiæ facta perſcribitur, mentioq́; fit D. Mariæ ab Zenobio iuxta Senenſe caſtellũ ædificatæ: qui locus ad portã vrbis D. Marci apparet, vbi etiã nunc veteris caſtelli nomẽ durat, & muri deiecti cernuntur cũ cryptis ſpecubusq; ſubterraneis. Iiſdem in tabulis caſtellum Senenſe à Romanis cõditum traditur: quod tñ intelligi ita debet, vt à Pop. Rom. inſtauratum, & habitatioi nouæ coloniæ opportunum ſit effectum: primos eñ vrbis cõditores fuiſſe Gallos oſtendimus: memorantur inſuper templa cœnobiaq; multa ab Zenobio condita, nunc Senenſium ditionis: quorum mentionẽ nos in tẽpore partim fecimus, partim adhuc faciemus. Alij Senam à Carolo Martello fundatam aiunt: ſed quo tempore, quo modo, qua cauſa, non addunt. Alij aliter: quorum ſententias quoniam infirmis ſubnixæ mihi videntur argumentis, nõ putaui operæpretium referre. Commemorat id genus quædam Facius Vbertus *a* his verſibus.

a.lib.3. cant.8.

Ea via quæ planior erat,
 Ad vrbem deuenimus Senam,
 Quæ loco valdè ſalubri eſt ſita.
Iucunditate ac moribus decoris plena,
 Mulieribus formoſis virisq; ciuilibus,
 Aere dulci, lucido, ac ſereno.
Vrbem hanc, vt à quibuſdam intellexi,
 Relictis hic multis ſenibus Brennus
 Poſt cæſos captosq; à ſe Romanos
Primum incoluit: alij diuerſæ ſententiæ
 Quum bonus Carolus Martellus dicunt
 Hac tranſiret, eius veteranos eam condidiſſe.

Sic Facius. Mihi vt dixi videtur antiquorum potius auctoritas ſequenda, qui vrbẽ hanc vetuſtã perhibẽt, vti etiã verſiculus ſigillo ciuitatis inſcriptus habet, talis: Salue virgo Senam veterẽ quã cernis amœnã. Iacet in colle, præcelſis cincta crepidinibus tophinis, frequentia nobilium ædificiorũ nitens, e quibus ædes Maxima Diuæ Virgini matri ſacra, ſplendidis ac ſumptuoſis, quę tota Europa ſunt fanis annumeranda, ſiue pretium marmoris ex quo tota cõſtat, ſiue excellentiã operis ac artificij quo facta ſpectes. Præterea ſunt ędes ampliſsimæ quadrato lapide ſtructę, Pij II. Pontif. Max. opus: aliaq; multa pernobilia magnificaq; ædificia, quæ niſi longiſsima narratione cõplecti omnia non poſſem. Eſt item ampliſsima domus Hoſpitalis, miſerorum inſigne ac periucundum refugium, quam præter ædium auguſtam formam magnus ordo ægrorum votis ſeruientium decorat. Spatioſi ornatiq; fori commendationem prætermittimus, cum inſigni fonte Branda, ſemper nitentibus aquis copioſo, de quo Dantes in Inferno *b* ſic memorat: Per fontem Brandam dixerim vidit. Opera hæc & Facius *c* Vbertus celebrat ita.

b.Cant.30 *c.lib.3. Cant.8.*

Forum eius vidi, quod perelegans,
 Et fontem vidi Brandam, Cameliamq́;,
 Et domum Hoſpitalem quæ adhuc eſt noua.
Vidi ædem Diuæ Mariæ
 Cum cruſtis marmoreis: & his viſis

Ad

Ad Aretium verſus viam cepimus. Eſt Senæ quoq; Gymnaſium omnium iſciplinarũ: quamobrem excellentes viri hîc plurimi extitere, qui non modo atriam, ſed vniuerſam Italiam illuſtrarunt, vti ex parte oſtendemus. Gens Chriſtianæ religionis cæremonijs admodum eſt addicta: ciuilitate, comitate, ac moibus elegantiſsimis inſignis. Chriſti Seruatoris Euangelium ciuitati primus tradidit D. Anſanus Tranquilli Romani F. quē ad Arbiam amnem Calendarum Decembrium die Lyſias Proprætor ob fidem in Chriſtum ſecuri percuſsit. Victorias habuere Senenſes ex hoſtibus plurimas. De Florentinis primùm ad Arbiam quarto ab vrbe lapide, via qua itur Aretium, Piſanis tum & Florentinis exulibus coniuncti. Cæſi Florentinorum III. M. viui capti IIII. & Senam vnà cum eorum carrotio deducti: qua clade nuntiata tantus Florentinos inceſsit pauor, vt vrbi ſuæ diffidentes plurimi diſcederent: pars Bononiam, pars Lucam, aut aliò. Præterea MDXXVI. pòſt C. N. anno, die qui D. Iacobo Apoſtolo feſtus agitur, ſpectabili victoria Florentinas item legiones, quæ diebus aliquot Senam, vt Fabium Petrutium cum alijs multis exulibus reducerent, obſidio preſſerant, eruptione facta fudère, captis de hoſte tormentarijs machinis ingentibus XV. plurimisq; paruis. Sed & alias inſuper multas Sena victorias adepta eſt, quas breuitatis cauſa prætermittimus. Diu in ſuo iure ac poteſtate ciuitas fuit, ſub auctoritate tamen imperij Romani: ſed noſtra memoria magnis artibus in dominatum Pandulphus Petrucius irrepſit, eumq; tota vita tenuit, haud abſq; criminatione, qua fata præparaſſe nobilium aliquot ciuium ex ſuis cognatis amicisq; principatus obtinendi cauſa dicebatur. Eo morte intercepto, filios eius partemq; nobilitatis populus exegit arrepta libertate, quam in hunc vſq; diem ſub imperij Romani nomine conſeruauit: magnaq; fide, ac magnis ſemper honoribus Cæſareum præfectũ coluit. Concilium hîc generale Nicolaus II. Pontif. Max. egit centum & triginta Epiſcoporũ: quo ſtatutum, quod in decretis patrũ tertia & viceſima diſtinctiōe legitur, Pontificis Romani eligendi ius penes Cardinalium collegiũ eſſe tantũ oportere. Viros illuſtres Sena, quorum virtute nō ſolum per Italiã omnē, verumetiam alijs orbis partibus inclyta eſt, plurimos edidit. Ex his fuit D. Bernardinus minorũ inſtituti reformator, qui cōcionibus vehementiſsimis hominũ maximã multitudinē in verã ad Chriſtũ viam cōpulit. Veræ vitæ beatitudinē petijt apud Aquilanos, vbi ſancta eius oſſa ſeruantur argenteo monumēto. In Diuos à Nicolao V. Pontif. Max. relatus. Nata hîc quoq; D. Catharina tertij p̄dicatorũ ordinis, quæ catholicã Eccleſiam vitæ ſanctitate ac inſigni doctrina plurimũ adiuuit: & vt Pius II. Pontif. Max. perhibet, Chriſti ſacroſanctis cōpuncta ſtigmatibus, aliter tñ ac D. Franciſcus fuit. Vita conceſsit Romæ: ſitaq; in D. Mariæ Minerualis, Diuorũ à Pio ſecundo Pōtif. inſerta catalogo. Geniti etiam hac vrbe B. Ambroſius Blanconius ordinis p̄dicatorum doctiſsimus ſanctiſsimusq; vir, vt in eius vita quã Sebaſtianus Flaminius conſcripſit in libris hominũ illuſtrium *a* noſtri ordinis, legitur: item B. Ioãnes Columbinus auctor inſtituti Ieſuatorũ, vitæ ſanctitate ac optimis diſciplinis perornatus, vt à Volaterrano *b* eſt traditum. Pōtifices Romanos Sena dedit Alexandrum III. quē ſanctitare vitæ, patientiaq; ſingulari pſeudopontifices quatuor aduerſum ſe à Friderico Aenobarbo ſuſcitatos glorioſiſsimè ſuperaſſe Platina, Blondus, & Sabellicus tradunt: præterea duos Pios, alterũ & tertium ex eadem Picolominea familia. Horum prior Aeneas Syluius antè dictus, vir eloquens & doctus fuit, excellentiq; virtute viam ſibi ad illam dignitatē mu-

a. lib. 5.
b. lib. 21.
c. v.

niuit. Opera litteraria multa, cum elegantia, tum erudita reliquit· nominatim aliquot Epiſtolarum libros, orationes, opuſculum quanq̃ imperfectum, quo de Cõſtantini donatiõe diſputat, cũ deſcriptione Europæ, ac hiſtorijs qbuſdã. Vita eius Platina perſcripſit, ac item alius auctor qdam admodũ exactè. Poſterior Pius huius nepos fuit, vir doctus ac prudẽs· ſed haud diu in Pontificatu ſuperfuit, magno ſui apud oẽs deſiderio relicto. Situs vterq; eſt in ſacello D. Andreæ apud D. Petrũ Romæ. Cardinales Sena plurimos habuit. Ex his primùm Alfonſus Petrutius, Pandulphi de quo ſuprà cõmemoratum eſt filius, qui auſpicia dignitatis fœlicia lætaq; miſerabili ac infauſto exitu finiuit: etenim admodum adoleſcens à Iulio II. Pontif. in Cardinalium collegium adoptatus, eo defuncto cum inter iuniores Cardinales ex ſe nouum Pontificem nominare conueniſſet· id vbi ſucceſsit, iuniorumq; votis ſubleuatus Ioannes Medices eſſet, huius creationem ipſe Alfonſus de more primus ad populum nuntians, ingenti cum lætitia ſic fatus eſt: Pontificem habemus Ioannem Medicem prius Diaconum Cardinalem, nunc Leonem X. dictum· ac viuant vigeantq; Iuniores. At vti huius conſilij iunioris creandi Pontificis ipſe princeps fuerat, quo nimirum libertas eſſet maior, primusq· hac de re gratulatus erat· ita primus omnium quem eius pœniteret, ac dolor ſequeretur, fuit: nam cum haud diu pòſt Senenſes fratrem Borgeſum, qui dominari apud ſe videbatur, exegiſſent, idq; Leonis Pontif. factum voluntate diceretur, Alfonſus occaſionem vindictæ contra Leonem cum non ſemel quæſiuiſſet, proditis conſilijs Romam plurimis artibus, magnaq; ſimulatione illectus, tandem in Hadriani mole vinctus poſt ærumnas plurimas, & carceris ſqualorem miſerrimè ſupremum diem expleuit. Ex Petrutijs etiam fuit Raphaël Cardinalis· ex Picolomineis Ioannes, Pij III. Pòntif. nepos, quem ob eruditionem & integritatem Leo X. ordini Cardinalium allegit. Vterq; paucos ante annos obijt cum Hieronymo Ginutio item Cardinale, à Paulo III. Pontif. creato, qui Apoſtolicæ Cameræ Auditorem magna commendatione doctrinæ iuſtitiæq; diu egit. Præterea tam multi Eccleſiæ præſules alij, videlicet Archiepiſcopi Epiſcopiq; hac vrbe orti, vt omnes memorare nimis longum foret. Eam & docti homines eruditionis inſigni gloria multi nobilitarunt: inprimis Vgo ſummus Philoſophus ac Medicus item Fridericus Petrutius eximius Iureconſultus, Thomas Domus, quem grex literarius veritatis doctorem nominat, Marianus Socinus varijs diſciplinis excultus, geometricis, muſicis, poëticis, oratorijs, philoſophicis, item hiſtoriarum cognitione, ac iuris & agriculaturæ. In hoc viro naturam fuiſſe auaram creditur, quod ornatum ſtaturę negaſſet· ac tam inſigni ingenio corpuſculũ admodum deforme dediſſet inhabitandum. Bartholomæus eius filius cognitione iuris patri haud inferior extitit· quem ego puer apud Bononienſes maximo ſalario ſcholam habentem cognoui· & doctiſsimum fuiſſe virum monumenta litterarum quæ reliquit, abundè teſtantur. Talis erat & Bulgarinus, homo eloquens & inſignis iureconſultus. Ambo auditores Alexandri Tartagni Imolani legum maximi luminis fuere. Patriam quoque hanc ſuam Auguſtinus Dathus mirificè illuſtrauit eloquentiæ gloria, cuius argumenta ſunt ampliſsima, tum epiſtolæ ac orationes, tum alia opera quæ reliquit. Nunc Senam adhuc ornat Marianus Socinus alter iuris ſcientia, quem Patauio, vbi diu leges erat profeſſus, magno ſalario Bononienſes in ſuam ſcholam acciuêre. Inſuper tam multa hæc vrbs ingenia genuit, vt omnium commemoratio longiſsima planè foret.

Agrum

grum habet bonum, amœnum, fructiferumq; ac frumento cæteriſq; frugibus uberem. Qua in mare vergit, maritima regio dictus vulgò, copiam frumenti maximam præſtat, quanq̃ infrequens colonis, pcipueq; menſibus æſtiuis & autũno, propter cœli vitiũ: ijs enim tẽporibus homines hîc frondiũ prope virentiũ colore ſunt ,ppter morbos corporũ, qui maligno aëre generãtur. Sed de maritimo Senẽſium agro ſuperius abundè dictum eſt. Extra Senam Arbia flumen, è montibus ſupra Caſtellinã hac in Vmbronẽ iuxta Bonconuentũ defluens. Almam hãc Antonini eſſe Volaterranus ſcribit: ego Antonini Itinerario excuſſo nomen Almæ nuſq̃ reperi. Trans Arbiam ad ſeptentrionẽ, Mons Apertus. Dein itinere in orientẽ, Vmbrone tranſito, eius in dextra Aſcianũ altiusq; Rapolanũ & ad ſeptentrionẽ, Mons Sanſouinus, noſtra memoria duobus Cardinalibus illuſtratus, Antonio viro docto, & aulæ Romanæ aliorumq; principũ negotijs exercito, quẽ ob ingenij præſtantiam Iulius II. Pontif. Cardinalium ordini allegit, fata rapuere poſt C.N. MDXXIII. anno altero huius nepote Ioanne Maria, qui adhuc ſupereſt, & propter eruditionem virtutẽq; ſummam à Paulo tertio Pontif. Cardinalis factus. Multa de hoc viro ni adulationis forte calumniam metuerem, dicẽda eſſent, quorum tamen in Bononia memoriam honorificã faciemus. Altius Ciuitella Baroſoleque ſunt: & altius ad orientem Clanis, Arni incola, quo de poſtea ſcribemus. Deinde iuxta Clanis ripam, Martianum, ſuperiusq; Folianum non inhoneſtum oppidum, à Benedicto noſtra memoria pdicatorũ ordinis docto facundoq; cõcionatore nobilitatũ. Dextra Foliani, Lucianũ, à Zenobio Landrici Senatoris Romani filio conditũ vt Volaterranus tradit, putare ſe dicens oppida ab hoc Zenobio conſtituta Romanis dicta nominibus fuiſſe, veluti Lucianũ à Lucijs. Bello quod Florentini cum Ioanne Galeatio Vicecomite, primo Mediolani duce geſſẽrunt, Bononienſes cõmuniter à Senenſibus & Florentinis arbitri ſumpti, oppidũ hoc Florentinorum ditioni attribuẽre. Sed haud diu poſt ad veteres dominos Senenſes redijt. Infrà dehinc Aſina Longa, Turrita, Mons Fœlicianus, & Mons Politianus nobile oppidum frequenſq; amœno in colle, ac omni fructuum optimorum genere fœcũdo, pſertim verò generoſis vinis albis & vermiculis ob ſuauitatẽ inter finitimos celeberrimis. Cõdidit hoc quoq; Zenobius, vt à Volaterrano traditur. Noſtra memoria cum in ditione Senenſium eſſet, vti agri eorum pars à Pãdulpho Petrutio vrbis principatũ tenente Florentinis traditum fuit Iulio II. Pontif. cupiente, quia Florentinorum gratiã ille captabat. Paruo extra oppidum ſpatio in æde prædicatorũ, B. Agnetis, ex Gracchiano veteri (is pagus eſt Montis Politiani) corpus integrũ magnis honoribus colitur. Monacha inſtituti pdicatorũ fuit dictaq; Politiana, quod hîc ſita ſit. Hoc cum ego ſacratũ corpus viſerẽ, gens miraculum narrabat, ſudore id calamitates oppidi ſi quæ fortè inſtarent, magna pſectores & rara, pnunciare. Nobilitauit locum noſtris temporibus Angelus, ſingulari vtriuſque linguæ ſcientia quam conditis verſiſq; item ex græco in latinum operibus abundè eſt teſtatus. Ornat idem oppidum adhuc, virtutibus & prudentia ſumma Marcellus Ceruinus Cardinalis à Paulo III. Pontif. qui nunc eſt, creatus, Legatum Concilij Bononienſis agens. Non procul dein Chiancanum, vino nobile: mox Pientia ciuitas à Pio II. Pontif. Max. ſic dicta, ciuitaſq; effecta propter memoriam ortus ſui: nam hîc patre Syluio, qui per ſeditionem cum magna nobilitatis parte Sena pulſus erat, in prædijs ſuis exilium tolerante naſci eum contigerat. Loco antea nomen fuit Corſinianum, cuius auctorem Corſilianum

Corſi filium Volaterranus prodit. Ingentem ex terræmotu calamitatem accepit
nuper anno à C.N. MDXLV. Hinc ad Clanem verſus Sateanum eſt, Alberto ex
Minorum ordine maximo cõcionatore inclytũ. Vlterius in alto ac difficili mon-
te vetuſtiſsima ciuitas Cluſium ex XII. Hetruriæ capitibus. Cluſiũ nominant Ca-
a. lib. 1. to, Strabo, Polybius, Plinius, Appianus *a* Alexandrinus, Procopius *b* & Ptolemæ-
b. lib. 2. de us, inſuper Antoninus, qui & Comerſolum dictum ſcripſit. Annius ait Cluſium
bell. Goth. vetus à pugna nomẽ accepiſſe quoniam cluere veteres, vt Plinius *c* auctor eſt, pro
c. lib. 15. pugnare dixerunt. Comerſolum quidẽ prius Cluſium hoc vocatum apertè Liui-
cap. 29. us *d* docet his verbis. Cluſium quod antea Comerſolum appellabãt. Id porro no-
d. lib. 10. minis à Duce ortum auctor Cato affirmat· cui quoq; cõſentit Beroſus, quem An-
e. lib. 5. nius refert ſcribere *e*, Ianum Vetuloniæ regem inſtituiſſe Comerum cognomine
Gallum, à quo regio & loca denominata: ſubijcit Annius, Veſtigia ꝑmanent Clu-
ſij priſcum nomen Comerſol, id eſt, Comeri iugum· & in agro Volturrheno Val
lis Comera, & Rycomeriũ, id eſt, Regis Comeri amnis· item in Phaliſcis Comer-
f. lib. 8. ſana inſula. Præterea Cluſij memoriam Silius *f* vſurpat inquiens.

Et antiquus Romanis mœnibus horror
Cluſinum vulgus cum Porſena magna iubebat
Nequicq̃, pulſos Romę imperitare Superbos.

Nobilitauit Cluſium Porſena
celebribus quibuſdã operibus, inter quę Labyrinthus, quẽ verbis Varronis Plini-
g. lib. 36. us ita memorat. *g* Situs Porſena ſub vrbe Cluſio, in quo loco monumentũ reliqt
cap. 13. lapide quadrato· ſingula latera pedũ lata tricenũ· alta quinquagenum, inq; baſi
quadrata int⁹ labyrinthũ inextricabilẽ· quo ſi quis improperet ſine glomere lini,
exitũ inuenire nequeat. Supra id quadratũ pyramides ſtãt quinq;· quatuor in an-
gulis, & in medio vna, in imo latæ pedũ ſeptuagenũ quinũ· altæ centũ quinquage-
nũ, ita faſtigiatæ vt in ſummo orbis æneus & pegaſus vnus om̃ibus ſit impoſitus,
ex quo pendeãt excepta catenis tintinnabula, q̃ vento agitata longè ſonitus re-
rant, vt Dodonæ olim factũ. Supra quem orbẽ quatuor pyramides inſuper ſingu-
læ extant altæ pedũ centenũ: ſupra quas vno ſolo quinq; pyramides, quarũ altitu-
dinẽ, inquit Plinius, Varronẽ puduit adijcere· fabulæ Hetruſcæ tradũt eandẽ fu-
iſſe quã totius operis· adeo veſana dementia quæſiſſe gloriã impendio nulli pro-
futuro. Hęc Plinius, nulla eius operis iam tũ ſuo æuo veſtigia extitiſſe addens. Alij
h. lib. 2. quoq; multi ſcriptores mentionẽ Cluſij faciũt, vti Liuius, *h* Porſenã cum exercitu
ad vrbem Romã profectũ vt Tarquinios in regnũ reduceret, in Ianiculo conſediſ-
i. in uita ſe narrans: quod etiã Plutarchus *i* tradit, itemq; Dionyſius Halicarnaſſeus *K* Lar-
Publicol. them vocãs cognomine Porſenã. Inſuper & Liuius alibi *l* tradit, quũ ad Cluſiũ de
K. lib. 5. pace agentibus populi Romani legatis, ad arma inter Gallos & Hetruſcos ventũ
l. lib. 5. eſſet, legatosq; Romanos pro ſignis Hetruſcorum pugnantes agnouiſſent Galli,
eos omiſſa inde in Cluſinos ira contendiſſe Romam, eamq; ꝑter Capitolium ce-
m. in uita piſſe· quod etiam Plutarchus *m* memoriæ prodidit. Alijs ꝑterea locis Cluſij men-
Camilli. tionẽ Liuius fecit, nominatimq; cum *n* Syllæ victoriam de Carbone narrauit· vti
n. lib. 88. quoq; Plutarchus *o* Syllã pulſo ex Italia Carbone, reliquias hoſtilis exercitus ad
o. in uita Cluſium haud procul amne Clane, dein apud Saturniam viciſſe, Carbonemq; in
Syllæ. armis XXX. militum millia cum duabus Damaſippi legionibus, & alijs aliquot,
cumq; Carina & Martio ad Cluſium habuiſſe ſcribens. Vrbem hanc etiam Vir-
p. lib. 10. gilius memorat cum ait. *p* Qui mœnia Cluſij. Nunc pene collapſa iacet tota.
Aeneid. Iuxta eſt Cetona· & in altiſsimis aſperrimiſque montibus Apennino ipſo non
diſsimi-

diſsimilibus,haud modico interuallo Rodicoſanum oppidũ,à Deſiderio Longo-
bardorũ rege ſic dictum vt in eius Edicto legitur,& poſteà muris egregiè munitum
ab Adriano IIII, Pontif. Max. quemadmodũ Platina a tradidit. Vltimum id eſt ea a. in eius
parte caſtrum patrimonij D. Petri, à Mathilde Comite donati. Vltrà ſunt altiſsi- vita.
ma iuga Montuniata, quæ Montem Tuniatum Cato & Antoninus vocant. Du-
niata pro Tuniata dicuntur: & à Strabone b Tynni montes, cùm poſt Populoni- b. lib. 5.
am & Coſam montium Tynnorum eſſe proſpectum ſcribit: ex his namque iugis
altiſsimis ad Portum Herculis, & eum locum vbi quondam Coſa propę lacum
Orbitellium fuit, proſpectus eſt. Addit Strabo glande montes hos eſſe copio-
ſos: at hoc ſeculo non ſolum abundant glande · ſed etiam ad radices coccum
quod purpuram tingit, inuenitur. Sub his montibus oppidum Sanflorium quod
olim Sfortia Attendulus Cotignolanus Dux fortiſsimus Boſio filio tribuit Comi-
ti creato, quem anno poſt C. N. MCCCCXI natum Corius c auctor eſt. Ab c. parte 4.
hoc Boſio alter Boſius genitus Pauli III. Pontif. Max. per Conſtantiam filiam
gener · ex qua liberos ſuſcepit multos, interq́; cæteros Guidonem Aſcanium Diaco
num Cardinalem & Quæſtorem Apoſtolicę ſedis ſummi ingenij iuuenem, ampliſ
ſimæq; ſpei, ſi fata vitam largiantur. Inter Rodicoſanum & illos præcelſos montes
Balnea D. Philippi ſunt, olim Roſellana dicta, ſi Annio creditur, ab vrbe vicina
Roſellis, cuius etiamnum veſtigia haud procul extant. Roſellas nominat Ptole-
mæus: Coloniamq́; Roſellanam cum Seněſi Plinius recenſet. Cato Roſellas inter
capita XII. Hetruriæ ponit, vt diximus. Mentionem earum ſępe facit Liuius · no-
minatim d cum M. Valerium Max. dictatorem in campos Roſellanos mouentem d. lib. 10.
Hetruſcos hoſtes inſecutos · & inferius, quum legiones Romanas in agrum Roſel
lanum ductas, non modo eum vaſtauiſſe, ſed ipſam inſuper vrbẽ vi expugnaſſe, ca-
ptaq́; ex oppidanis ſupra duo millia hominum, occiſis fere non paucioribus · item
paulo pòſt, vbi Roſellas, Peruſiam, & Aretium Hetruriæ potentiſsimas vrbes pa-
cem petijſſe ſcribit. Rurſum infra Rodiçoſanum ac montes illos præcelſos flumẽ
oritur Palia, quod inde per cõualles deſcendens tantum colligit incremẽtũ, vt ſub
iecta loca infeſtet, ac dein infra Oriuetũ fluens Glanẽ excipit, demũ Tiberi illabi-
tur · aliter ac Blõdus vult, q̧ Paliã à Glane effici ſcripſit, quanquã ab eo nõ medio-
criter augeatur. Paliã Cato Peliã vocat: Volaterranus Plinio dici Prilẽ allucina-
tus eſt, quoniam amnis Prilis ab eo in ora deſcribitur · at Palia penitus in mediter-
raneis eſt, nec in mare, ſed in Tiberim exit. Nos in ora q̧s Plinij Prilis ſit oſtẽdim⁹.
Secundũ Paliã, eius in dextra vicus eſt Recurſus · in lęua Sentũ, vbi quondã oppi-
dũ Sentina fuit, quod Cato memorat, & Ponti Sentino adhuc nomẽ hîc reliquit.
Liuius agri Sẽtini Hetruſcorũ diuerſè ab Sentino in Phaliſcis mentionẽ facit. Vl-
terius dextra item Paliæ inter montes, Procenum · infraq́; Soranum: dein propter
amnem incedẽti ſurſum in alto pręcipitiq́; mõte ciuitas apparet Oriuetum Cato,
ni Oropitũ dicta, Deſiderio Longobardorũ Regi in Edicto, Orbitũ. Annius Oro
pitum ſcribendũ dicit, ab Oropito Pelaſgorũ vrbe in Achaia, Deſideriumq; Regẽ
p̧Syncopen p. cõſonante in b. mutata, reiectaq́; vocali o, dixiſſe Orbitũ · hinc cõſue
tudine gręcorũ q̧ b, p̧ u, p̧nuntiãt, vti etiã multi Italię populi, Oruitũ factũ · ac dein
euphonię gratia vocali e, addita Oriuetũ, q̧ latinis vrbs vet⁹ eſt. Leonard⁹ Aretin⁹ &
Blõd⁹ aliter ſcribũt, vrbẽ hãc à Florẽtinis ortã, nec ſupra mille annos ante ſe natos
eius memoriam inueniri vllam. Volaterranus Herbanũ eſſe Plinij iuxta Ortã cen
ſet, idq; multorũ auctoritate cõfirmat, qui non ſolum vicinitate locorũ, ſed etiã no

minum ſimilitudine ducti, ac ſi Oriuetum pro Herbano vel Herbana dictum ſit,
idem credidere: prȩterquam quod antiquum omnino ȩdificiũ eſſe patet, vnde quo
que non difficilis cõiectura capi queat Herbanum eſſe, cum hoc ſitu æquè propin
quũ Ortȩ oppidum ſit nullum. Alij vrbem Veterem dictam aiunt, quod veteranis
olim ad quietẽ reliquæ vitæ incolẽda fuerit aſsignata, ꝑpter cæli ſalubritatem. Et
a.li.3.Cãt. hi etymõ nominis ad veteranos referũt, quorũ in numero eſt Facius Vbertinus iẽs.
10. Vrbs Oriuetum alta eſt & præceps,
Nomen à Romanis accepit veteranis,
Qui propter aëris temperiem eò conceſſere.
Nos horum omnium iudicium in medio relinquimus. A Procopio *b* ciuitas
b.lib.1.et2. Vrbeuetana dicitur, & Vrbibentum. Sita eſt in excelſi præcipitique montis ſp-
de bell. tioſa in vertice planitie, ſine muris: quorum vice rupibus vndique præruptis altiſ
Goth. que cingitur, natura hoc modo creatis, vt ex ſumma crepidine deſpectum in ima
perquam horribilem habeant. Cælo eſt iucundiſsimo, præterquam autumnali tẽ
pore, quum in amne finitimo Palia cannabis ſolet macerari: tum enim aër eo
fœtore corruptus colonis permoleſtus eſt. Templum hîc ſumptuoſiſsimum, cuiu
frõtem pernobiles ex marmore ſtatuæ ſummorum artificum operis elaboratȩ de
corant. Inter cætera eſt hiſtoria coſtȩ Adamo extractȩ ex qua ſummus cõditor E-
uam figurauit. Hȩc tanto artificio facta ſunt, vt haud putem humano ingenio vin-
ci poſſe. Templi feneſtrȩ alabaſtreticȩ ſunt, non aliter ac vitrum perlucidæ. Seru
tur hîc magnis honoribus linteum quod Bolſenæ magno miraculo ſanguine intin
ctum ex hoſtia ſacroſancta ſtillante dicemus. Id quotannis die qui corpori Chriſti
feſtus agitur per vrbem ingenti cum religione deferunt, memoriæ tanti miracu
cauſa. Sunt hîc etiam ædes ſplendidiſsimæ ab Vrbano V. Pontif. Max. factæ M
XVII. poſt C.N. anno. Vrbs frequens olim admodum fuit: cæterũ auorum noſtro
rum memoria partibus Muffatorum & Marcolinorum pernitioſiſsimis deſol
propemodum per plurimas illarum inter ſe cȩdes, expulſionesque: quanquam
tinctis deinde factionibus paulatim inter res pacatas ſatis ſe tum populo, tum o
bus refecerit. In planitiem hinc præcipiti via deuenitur ad Paliam, qui amnis à Ca
tone vt diximus Pelia vocatur, & infra Oriuetum in Tiberim cadit. Iuxta Oriue
tum, Mons Pelius, de quo ſic Annius in Commentarijs. Pelij fuerunt incolæ mon
tis Theſſaliæ qui Pelion dicitur, vbi Chiron habitauit: & celebratũ conuiuiũ Th
tidis & Pelij: à quo mons ipſe Pelion, incolȩ Pelij vocati. Hi Pelaſgi Enonij ſunt
& incoluerunt in Thuſcia montem iuxta Orpitum quem adhuc Peliam dicimus
ſed eius amnem Peliam corruptè Paliam efferimus. Hæc ille. Trans Paliam, ſ
ſum, palus eſt Ciana, quam Plinius de Tibere ſcribens, Glanem vocat, Appianus
c.lib.1. *c* Alexandrinus Glanium fluuium. Inſtar habet lenti admodũ & pigri amnis: qua-
obrem paludem, vt dictum eſt, potius, quàm flumen appellari debere Boccatius
libro fluminum ſcribit: itemque Landinus Dantis interpres ad hos eius in Paradi
d.Cãt.15. ſo *d* verſus: Quantum ſupra motum Glanis, Cælum mouetur, quod omnia (celeri-
tate) vincit. Accolis perquam noxius eſt aëris grauitate, quã ob cœnoſa vada cre-
at. Agri plurimum amplectitur, Peruſinorum & Senenſium diſcrimen efficiens.
Sub Cluſio Folianoque ac ijs in locis finitimis latè admodum diffuſus, longo cur-
ſu in Paliam ſe exonerat. A Blondo Dana fluuius appellatur: ſed corruptos eius co
dices arbitror: ſcriptumque D. pro Chi: nempe Dana pro Chiana. Dextra eius ſ
ſum, ſpacio ipſum inter & Tiberim, Garnaiolȩ, Mons Leoninus, Plebes: vlteriusq;
ciui-

itas Cortona,ſic dicta Catoni, Polybio, a Dioniſio Halicarnaſſeo, b Mirſylo, a.lib.3.
noque . c Plinius etiam Cortonenſes memorat. Volaterranus antea dictam Co- b.lib.1.
um aſſerit ex his Virgilij verbis. c.lib.8.

Huncillum Coriti Tyrrhena à ſede profectum: & alibi
extremas Coriti penetrauit ad vrbes,
Lidorumq; manꝰ collectos armat agreſtes. item alio loco ,d d.lib.10.
Venerat antiquo Coriti de finibus Acron. Sed præterea quoque Co

tum memorat alibi:nec diſcrepare videtur Silius hoc verſu: Areti muros,Coriti
unc diruit arcem. Annius autem in Cõmentarijs ad ea Catonis verba, Crotona
Crotone Herculis ſocio cõdita,itẽq; alibi e ſic ſcribit:Crotõ mediterranea,tem- e.queſt.37
ore Dionyſij Halicarnaſſei colonia Romanorũ facta & dicta Cortonia,qđ ipſe
Dionyſiꝰ in primo tradit. Ergo antiqtus neq; Cortona dicebatur,nec à Corito ſic
vocata · quoniã id nominis poſt Coriti exceſſũ annis plus mille trecẽtis Romani in
cidere,ſed Crotõ mediterranea appellata,vt Dionyſiꝰ,Cato, alijq; phibent · & ab
Herculis Ægyptij Comite Crotone originẽ traxit. Ita ferme Anniꝰ · Neq; ſanè ver-
ſibꝰ illis quos ex Virgilio retulimꝰ Coritũ ꝓ hac vrbe Cortona ſumere oportet. Sed
de Tyrrhena ſede Coriti,q̃ de verſus prior manifeſtè loqtur, Hũc illũ Coriti Tyr-
rhena à ſede ꝓfectum:vbi adhuc extãt veſtigia Lidorũ agreſtiũ,arciumq; & caſtel
lorum cum nominibus Coriti: ꝓinde iã ante Cęſares Crotonã,nec poſt à Corito ꝑ
ſyncopẽ vt quidã exiſtimant, Cortonã pro Coritona vocatã conſtat. Primùm di-
ctã Crotonẽ Dionyſiꝰ f apertè docet Pelaſgorum in Italiã aduentum narrãs,quos f.lib.1.
ait anguſtia ſedium ab Aboriginibus acceptarum cõpulſos,Aboriginibus in expe
ditionis ſocietatem accitis bello Vmbros petiuiſſe,ac eorum florentẽ & magnam
vrbem Crotonem incurſu repentino cepiſſe,eaq; mox pro arce belli contra hoſtẽ
vſos,quòd & munita eſſet,& agrum circumquaque haberet aptum paſcuis. Eandẽ
poſtea cum diu retinuiſſet formam veterẽ,non multo ante ſuã ętatẽ colonos cum
nomine mutauiſſe,Cortonã vocatam,factãq; populi Rom. coloniã ſcribit. Blon-
dus igitur vti & Volaterranꝰ, Dionyſiũ ſe nõ legiſſe demonſtrat,quũ vrbẽ hanc à
Pelaſgis cõditam dixit:euidenter enim Dionyſius ab Vmbris habitã diu ante Pe-
laſgorum aduentum docet. Ab ijs tñ,vti oſtenſum,munita forte muris,fuit vt ſi de
hac inſtauratione Blondꝰ Volaterranuſq; ſentiãt,haud quicquã à Dionyſio diſcre-
pare videãtur. Pelasgos dein Tyrrheni expulere poſteriores incolæ. Liuiꝰ g Corto- g.lib.9.
niam,vt vocat,vrbẽ hanc inter Hætrurię capita numerat. Poſt multum deinde tẽ-
poris Aretini captã muris nudauere · peſsimeq; habitam duro imperio tenuerunt.
Epiſcopũ dedit Ioan. XXII. Põtif. Max. parte illi ex diœceſi Aretina tributa. Prin
cipatũ inde ſeu potiꝰ Tyrãnidẽ inuaſit Vgutio · quẽ cũ ob flagitioſos mores,ſtupra
q; ꝓſertim inuiſũ,populꝰ obtrũcaſſet, inq; Ladislai Regis Neapolitani ditionẽ cõ
ceſsiſſet,is vrbẽ Florẽtinis vẽdidit,quorũ in impio deinceps ad hũc diẽ cõſtitit trã-
[illegible]è. Nobilitauit eã noſtra memoria Syluiꝰ Eccelſię Romanæ Cardinalis à Leone
[illegible].Põtif. creatꝰ · itẽ Iacobꝰ Peruſinorũ Epiſcopꝰ,vir eximiꝰ. Agro Cortonẽſe Pe-
tramala caſtellũ eſt,origine nobilis familię Petramalarũ Aretinę,de q̃ poſteà di-
cemꝰ inclytũ. Deĩn eſt Ciuitella, Guidõis Petramalę opꝰ. Secũdũ Glanẽ, eo nõ pro
[illegible] altiꝰ, phoneſtũ oppidũ populo frequẽs,doctiſq; viris & ingenijs abundãs,Ca-
[illegible]o,p̃ria Lapi,græcis latiniſq; litteris eruditiſsimi hoĩs,vt litterarũ monumẽta,q̃
[illegible] dit,teſtãtur,noĩatim vitę aliquot Plutarchi ex Gręco in latinũ elegãter verſę. Iu
ns cũ Cęſarij,tũ Põtificij ꝑitꝰ fuit, ꝙ itẽ editis ſcriptis indicauit. Decętero antiqſsi
ma ci-

ma ciuitas Aretiũ,vt omnes veteres appellant,Cato,Polybius,Strabo,Liuius,An
toninus,Ptolemęusq́;. Plinius Arutinos veteres,Arutinos Fidentiores,& Aruti-
nos Iulienſes memorat.Inter prima Hetruriæ capita XII. annumeratur. Aretium
denominaſſe Annius in cõmentarijs ad Catonẽ ſcribit Ianum,ab vxoris ſuę Veſtę
cognomine,idq; Catonem tradere,falli igitur q latinam voci etymologiam affin-
gant veluti ab aris,vel aratura,vel ariditate:quippe quoniam hoc nomen ab He-
truſcis ante latinã linguam inditum fuerit originis Aramęæ, nimirum ab Veſta
Iani vxore,quam Beroſus ait Aretiam dictam,id eſt,terram.Succeſsit tempus quo
ciuitas hæc in Aretinos veteres & nouos diuiſa,quemadmodum Leonardus Are-
tinus ex marmore veterrimo apud D.Mariæ Gradatæ fanum Aretij,priſcis litt[eris]
Decretum Aretinorum veterum habente,ſe didiciſſe perhibet.Cauſam huius di[ui]
ſionis hoc modo narrant.Marſici vel ſocialis belli tẽporibus,cum ſe hoſtibus H[e]
truſci furoris ſocios adiunxiſſent,L.Syllam deuictis Marſis ac ſocijs in Aretin[os]
& Pheſulanos deſæuiſſe,adeo vt Aretio ciuibus proſcriptis exinanito, nouam po-
ſtea coloniam ſuperinduceret:hinc veteres Aretinos qui exacti erant,nouos, [qui]
recenter adducti,dictos.Aretinorum mẽtionem Liuius perſępe facit nomin[atim]
a.lib.27. cum a Terentium Varronem obſides ab ijs Senatorum filios CXX. accepiſſe, cla
ueſque ac ſeras nouas appoſuiſſe portis ſcribit,quoniam Annibale tum Italiam p[re]-
b.lib.28. mente Hetruſci Ducibus Aretinis in rebellionem ſpectare videbãtur. Alibi b eti[am]
Aretinos in claſſem Scipionis, q́ ad Carthaginẽ itura erat,XXX. millia ſcutorũ,
galeas totidem,pila,geſſa,haſtas longas,millium quinquaginta ſummam pari cu-
iuſque generis numero,ac præter alia armorum genera,quantum in XL. longas
naues opus eſſet,tritici centũ & viginti millia modiûm pollicitos ſcribit. Vrbs eſt
Aretium perhoneſta,iucundis amœniſq; in campis ſita,fructuoſo agro, ac frume[n]
ti, vini,cæterarumq́; frugum abũdè fertili.Calamitates varijs temporibus varias
pertulit & vt Syllanam ſeueritatem prætermittamus,peſsimè à Gothis Longob[a]r
diſq; affecta fuit,à quibus deiecta,biennioq́; muris nudata iacuit.Refecta dein &
egregiè munita mœnibus ab epiſcopo ſuo Guidone Petramala,quem antea com
memorauimus.Florentinorum quoq; bellis Aretini ſępè vexati quos & vicerun[t]
aliquando interdum & ipſi victi.Sic ad Imper.Friderici ſecundi tempora perue[n]
tum,quando Tarlati Vbertiniq́; Gibellinarum partium à Guelphis,quorum no-
men populus fouebat,antea pulſi, in vrbem rediere. Tum Guilielmus Vbertin[us]
vrbis Epiſcopus dominatum ſibi comparauit qui cum Florentinis acie ſæpius c[on]
greſſus, ac tandẽ cũ eorum duce Guidone Feltrano magni vſus bellici viro apu[d]
Bibienam dimicãs,interijt,amiſsis ſuorum trib⁹ millibus, captisq́; ad duo millia.
Succeſsit illi Guido Petramala, quem modo nominauimus, tam in epiſcopa[tu]
quàm vrbis impio,Tarlatorũ factionis princeps,anno poſt.C. N. MCCCXVIII.
qui etiam à Florentino dein auxilio Roberti Neapolitani Regis debellatus, cu[m]
eo hac conditione depactus eſt,vt vrbs in ditione Regis permaneret,ipſe guberna
tionem retineret.Inde cum tam ferox ingenium quieſcere haudquaquam poſſet,
Tiphernumq; Pontificis Rom.oppidum cepiſſet,ea propter Epiſcopatum illi Io-
annes XXII.Pontif.Max.abrogauit, Cortonenſibus recenter Epiſcopo dato,qui
ex Vbertinorum gente erat.Hac contumelia Guido irritatus,Vbertinorum caſtel
lis vaſtatis,quo mentem Pontifici infeſtam prorſus oſtenderet,nulla ex auctorita-
te coronã ferreã Mediolani Ludouico Bauaro Põtificis hoſti poſuit eaq́; re patra
ta cũ reuerteretur domum,febre in itinere correptus, apud Mõtem Nigrũ animã
edidit.

edidit. Vir ad arma potius quam ſacra natus, Aretiũ patriam in ditionem redegit, cũ Burgo ſancti ſepulcri, Tipherno, Caſtilione, Terra noua, Ciuitellaq́; vallis Arni, quæ nunc adhuc Epiſcopi dicitur, quod ab ipſo fuerit capta. Muris oppida hęc omnia cingi ac muniri, vias ab Aretij portis excurrẽtes dirigi ac dilatari, & vbi oportebat, ſterni, pontibusq́; iungi curauit. Opus etiam eiuſdem eſt illa directa ſpatioſaq́; via, quæ ab Angulario ad Burgum ſepulcri ducit, victoria legionũ Pontif. Maximi & Florentinorũ qua Nicolaus Picininus deuictus, nobilitata. Succeſſorẽ habuit in dominatu Petrũ fratrẽ cognomento Sacconẽ, qui cum Vbertinis dimicãs, vt Vgonis Phaſeoli filij caſtella ſua perderẽt in cauſa fuit: quamobrẽ illi indignati iuſta vltionẽ repoſuere, vt Tiphernũ & Burgũ amitteret effecto: qbus oppidis amiſſis, pacẽ cum Florẽtinis facere coactus, Aretiũ illis vendidit, caſtellis qbuſdam ſibi reſeruatis. Poſtea de rebus nouis ſuſpectum Florentini vinculis appoſitis incluſum carceri, imperio exuère toto. Liberatus tñ & in priſtinã poſſeſsionẽ reſtitutus a Gualtero Athenarũ Duce, Florẽtiæ Tyranno, cũ eũ Florẽtini exegiſſent, arma hic in Florẽtinos Peruſinosq́; ſumpſit, oppidis ꝑ vallẽ Arni incenſis, ac Mõte Varco pſidij cauſa capto. Dein ab Aretinis eiectus, Imperat. Carolũ IIII. adijt auxilia nequicquam petens: tandẽq́; ſenex octuagenarius, cæterũ vigentibus adhuc corporis viribus, vt, quoteq ſolus arma ſibi indueret, nec difficilius ac iuuenis quiſq́ in equũ inſiliret, Bibienæ ſuo in oppido vita cõceſsit. Filios eius deinde Florẽtini cũ Bibienæ, tum omnium quæ poſsidebãt imperio ſpoliarunt. Gualtero Florentia pulſo Aretini libertatem arripuere, LX. viris ex ciuibus ad Reipub. gubernationem creatis. Ita pax & tranquillitas aliquandiu fuit: verùm enatis poſtea diſcordijs, filij Sacconis vna cum Vbertinis alijsq́; Gibellinarum partium exulibus in vrbem introducti, quoniam ſuis rebus diffidebant, ſponte Guelphos exules omnes reuocarunt. Ita mox partes inter ſe concordia inita coniunctis animis vrbem diripuère, cuius ſic tum deſertæ reliquias non diu pòſt Engeranius Ludouici Angolemenſis legatus ope filiorum Sacconis qui pulſi fuerant, iterum diripuit: & arcem obſidio tenens, cum de Ludouici morte nuntium accepiſſet, vrbem Florentinis XL. M. aureorum nummûm vendidit. Inde poſt annos paucos cũ Ioannes eius Epiſcopus iubente Gregorio II. Pontif. Rom. Aretinos vt ab imperio Florentinorum deſciſcerent impuliſſet, illi celeriter inſtructis copijs ad vrbem miſsis, eam debellato Epiſcopo recepère. Sic dein ad annum poſt C.N. MDII. nomen Florentinorum vigens cum Vitellotij Caſtellani ſuaſu, qui Alexandri VI. Pontif. Rom. copiarum præfectus erat, denuo rebellatum: captaque arx cum magiſtratu Populi Florentini, qui vrbi præerat. Haud diu tamen pòſt tumultu hoc Ludouici Franciæ regis opera ſedato, in Florentinorum poteſtatem vrbs reſtituta: quamobrem maior ciuium pars metu vindictę profugit, vrbe ſic ferè deſolata: in quam deinde memores furoris defectionisq́; Florentini adeo deſæuierunt, vt triſtiſsimo mox ſpectaculo omnibus fuerit. Ita peruentum ad MDXXIX. à C.N. annum, quo cum Imper. Carolus V. ex voto Clementis VII. Pontif. Rom. Philibertum Auraniæ principem cum inſtructiſsimis copijs aduerſus Florentinos miſiſſet, Aretini in deditionem venère: ſubactaque pòſt ipſa Florentia, cum ne in duriſſimum Florentinorum imperium reciderent, omnia obnixè feciſſent, Alexandro Medici Pennano Duci Florentia reſtituta, in eiuſdem imperium ipſis quoque concedendum fuit: quem Imperator Auguſtus Priorem Florentiæ perpetuum, ac poſtea Ducem appellauit. Eo dein crudeli cæde ſublato, Coſmus Medices

dic⁹ qui in Ducatum Florentię ſucceſsit, perhumano nunc & æquo imperio Aretinos habet. Hęc pſens rerũ forma. Quondã Aretinis fictilibus vaſis ptiũ ſummũ fuit, vt Plini⁹ a docet·adeo vt omniũ Italiæ nobiliſsima cẽſerẽtur. De qb⁹ Martialis: b

a.lib.30. cap.11. b.lib.1. Epigr.

Aretina nimis ne ſpernas vaſa monemus,
Lautus erat Tuſcis Porſena fictilibus. Et alibi:
Sic Aretinæ violent criſtallina teſtę.

Martyrio hic affectũ cõſtat ſub Valētiniano Imper. Aug. D. Donatũ vrbis epiſcopũ, à quo baptiſmate ablut⁹ Zenobi⁹ Tribũus, qui ſuprà memoratus, & Aretinam eccleſiam dotauit, vti antiquis ipſam æde tabulis ex marmore plurimorum oppidorum quæ is condidit, & nunc ferè Senenſium ditionis ſunt, memoriam habentibus, perſcriptum legi antea dictũ eſt. Edidit Aretium ingenia claroſq; viros magno numero·inter cæteros D. Laurentium & Peregrinũ fratres ob fidē in Chriſtum ſub Diocletiano necatos, & hîc ſito item Mecęnatem, quem Aretij natum Macrobius ex epiſtola quadam Auguſti monſtrat, & Horatius, alijsq; plurimi ſcriptores indicant·poſtea Guidonem inſignem Muſicum, qui ſymphonias moduloſq; ſenos in digitorum articulis variatos effinxit·præterea Leonardum Brunum, græcè latineq; doctiſsimum, vt opera quæ vel ipſe fecit, vel è græco in latinum vertit, abundè probant. Diem functus anno poſt C.N. MCCCCXL. ætatis ſuæ LXXIIII. Florentiæ, cum illi Reipub. diu à ſecretis fuiſſet·& ſucceſſorem in eo munere habuit Carolum item Aretinum, & græcis latiniſq; litteris eruditiſsimum, qui etiam ipſe quædam de græcis latina fecit. Aretio quoq; geniti Ioannes Tortellius vtriuſq; linguę gnarus, cum Franciſco qui Phalaridis epiſtolas latinè vertit, prætereaq; D. Ioannis Chryſoſtomi opera nonnulla·item Angelus primus Gambalconius excellens iureconſultus, cuius de iure laudatiſsima extant ſcripta·Petrus Accoltius vir doctiſsimus, Eccleſiæ Romanæ Cardinalis, qui admodum confectus ætate, magna cum iactura Senatus Apoſtolici Romę diem obijt anno à C.N. MDXXXII. Supereſt eius nepos Benedictus, item Cardinalis, homo doctus. Viuit etiamnunc Petrus Aretinus vernaculæ linguæ ornamentum, liberrimusq; taxator principum & cuiuſq; conditionis hominum, vti epiſtolis alijsq; ſcriptis in lucem editis oſtendit. Prętерea tam multi illuſtres viri hac vrbe orti, vt omnes commemorare nimis longum foret. De Aretio Facius c Vbertus:

a.lib.3. cant.9.

Trans Lambram Aurelia nos excepit,
Aureliam appello vrbem Aretium,
Quoniam ea ſic olim dicta fuit.
Nomen tamen & imperium mutauit,
Quum à Totila capta eſt, qui poſtea
Induci illi aratrum vniuerſæ iuſsit.
Gens quæ ad hodiernum diem eam habet,
Modo quicquam ſit quo vitam ſuſtineat,
Honores ambitioſè non curat.
Et tamen natura ingenium habet
Acre totum, adeo vt ad quæ animum adiecerit,
In ijs ſępius alios homines vincat.
Agrum frumenti viniq; fertilem colit,
Arnus, Ciaſſa, Glanis, & Cerſo,
Propius ſunt quam alia flumina.

Signum

Signum ei magnus donauit draco,
Gaudet exornare muros & foſſas,
Vti de cauda facit pauo.

Hæc Facius. Ego nuſquam legere memini Aretio nomen vnquã Aureliæ fuiſſe, vt ait: nec item id à Totila deletum, ſed Aretium omnibus hiſtoricis & geographis dictum ſicut oſtendi, ſatis ſcio. Supra Aretium flumen è iugis vbi Mons Acuctus, in Arnum profluens, Ciaſſa. Dein ad Tiberim verſus dextrà, Citerna: decætero trans amnem Souariam qui ſubter Montem Acutum ortus, in Tiberim influit, è regione propemodum Tipherni altera in ripa ſiti, Angularium eſt, exaduerſum Burgo ſepulcri trans Tiberim in Vmbria. Cernitur hîc illa directa lataque via, quæ à Guidone Petramala Aretinorum epiſcopo facta vt diximus, ad Tiberim Angulario ducit, nobilis ſtrage legionum Nicolai Picinini, ab Eugenij IIII. Pontif. Max. & Florentinorum copijs edita, quam Blondus Sabellicusque cum Platina memoriæ prodiderunt. Viæ ſpatium Angulario ad Tiberim millia III. Sequitur prope Tiberim Mõtedolium: altiuſq; Ad D. Stephani, vbi pons Tiberim iungit, cuius læua inter montes, Capreſium, Totilę Gothorum regis morte inclytum, qui ex pugna cum Narſete Iuſtiniani Imp. Legato inter Calium & Aqualaniam commiſſa ſaucius cum huc ſe recepiſſet, ex vulnere deceſsit, vti eſt à Procopio [a] traditum, qui Capras locum vocat. Ea de pugna plenius in Piceno dicemus. Altiùs hinc alia ſunt exigua circa Tiberis fontem loca, quę quòd momenti pene ſint nullius, omittere certum eſt. Infra Citernam amnis Ctereo: trans eũ in collibus, Mons D. Mariæ: dein Mons Albanus & Sorbellũ. Nerone flumine quod in Tiberim exit cõtra Fratam aduerſa in ripa ſitam, tranſito, Pieria in colle cernitur: inferiusque lacus Peruſinus, quem Thraſumenum omnes antiqui dixerũt. Nomen id Annius in Commentarijs ad Manethonem, à Thraſumeno Tyrrheni filio ortum ſcribit, cui pater vxorem petijt Aegylam nympham Amni Faunigenæ regnatoris, vt Silius ait, Peruſini lacus, filiam. Lacus is eſt eximius, & piſcium optimorum mira copia fœcundus: quanquam à Calendis Nouembribus vſque ad Paſcha piſcatio tãtum cocedatur, cæteris verò temporibus vt cum opus eſt, abundantiam captura ſuppeditet, interdicta ſit. In circuitu vici oppidaque multa, nominatim Oſſaria, quo in loco Romanos Annibal cęcîdit ob temeritatem C. Flaminij, qui & ipſe in certamine cum maxima parte legionum occiſus, vt Polybius, [b] Liuius, [c] itemque Plutarchus [d] memoriæ prodiderũt. Hinc ab oſsium multitudine, quę poſt eam ſtragem Romanorum militum hîc remanſere, nomen loco inditum Oſſariæ. Meminit illius infœlicis pugnæ Silius [e] his verſibus:

a. lib. 3. de bell. Goth.

b. lib. 3.
c. lib. 22.
d. in uita Annib.
e. lib. 5.

Nec minus Herminium primis obtruncat inermis
Aſſuetum Thraſumene tuos prædantibus hamis
Exhaurire lacus.

Tres in lacu ſunt inſulæ cultu hominum habitatæ. Mirari ſatis haud poſſum apud coſmographos geographosque memoriam huius lacus non referri, cum tamen perinſignis ſit: apud hiſtoricos autem propter cladis Romanæ memoriam celeberrimus eſt, vti oſtendimus. Secundum dextram ripam deorſum Baſsiniana, Burgetum, Caſtilio, Cluſinum, Pacianum, & in montibus Panigaleum, Mons Alera: redituque ad lacum Mons Columna: tum vlterius ad Peruſiam verſus, Corcianum: mox antiquiſsima ciuitas Peruſia, ſic à Strabone, Plinio, Liuio, Appiano [f] Alexandrino, Procopiõ, [g] Ptolemęoq; dicta. Peruſiũ qui nominant, quos auctores ſequantur haud ſcio: quapropter quoniã omnes enumerati modo ſcriptores Peruſiã, vti quoq; Tacitus, [h] cõſtanter vocant.

f. lib. 5.
g. lib. 3. de bell. Goth.
h. lib. 17.

ter vocant. Primordium eius in diuerſum auctores trahunt. Quidã à Peruſio Troiano conditã aiunt· alij à Perſeo· quæ Facij *a* Vberti videtur eſſe ſententia cum ait.

a.lib.3. Cang.9.

Carcharem tranſiuimus & Rodum amnem modicum,
Perq; tranſuerſum ad Peruſiam videndam iuimus
Quæ vti mons, bono pulchroq; ſitu eſt.
Perſeus, qui hîc conſedit, exul
A Romanis factus, poſt longum bellum
Eam à ſe, ni quidam fallit auctor, denominauit.
Agrum eius opimus claudit lacus,
Qui tam vber optimis eſt piſcibus,
Vt plurimos in alias partes emittat.
Non creſcit cuiuſquam amnis acceſſu.
Aqua eius clara eſt tanquam fontana,
Nec etiam vbi exeat apparet.

Ita Facius. Ego hercule non video prorſus vbi legerint iſti Peruſiam à Peruſio Troiano vel Perſeo denominatam· quam obrem niſi auctores alios proferant, fide apud me carebunt. Nonnulli vt Trogus ab Achæis duce Vibio conditam dixere· quod etiam inſcriptio marmoris adhuc apud portam Martiam extans probat huiuſmodi. Vibia Colonia. Diuerſè à *b* Tyrrhenos eius auctores memorant, vt Appianus *b* Alexandrinus poſt incendium vrbis narratum ita ſcribens. Hunc finem Peruſia habuit vetuſtatis gloriam & dignitatis in ſe continens· quam ab Tyrrhenis iampridem in Italia conditam, inter XII. primas vrbes fuiſſe memorant, & ob id Iunonem Tyrrhenorum more in ea coli ſolitam. Qui reliquias vrbis ex ſorte delegerunt, Vulcanum Deum patrium Iunonis loco ſtatuêre. Hæc ille. Sed Marius Podianus in oratione quam coram Paulo III. Pontif. Max. cum huc acceſsiſſet anno à C. N. MDXXXV. habuit, aliter ex Catone, Beroſo Caldæo, Myrſiloque Leſbio, ac alijs auctoribus vrbis initia commemorat. Noë ait, quem antiquitas Ianum vocauit, in Italiam poſt vniuerſale diluuium profectus, & in læuam Tiberis egreſſus, colonijs XII. ſeu pagis hoc ſitu qui Vmbria vocatur, conditis, vicum dein his in collibus ædificauit ex tugurijs, vti illorum temporum ferebat ratio, nomine indito Turrenæ Auguſtalis ſeu principalis· ſtatutôq; vt ad certũ lunæ nouæ diem, huc ad ſe tanquam caput & regem honorandum ſingularum coloniarum Lucumones ſeu præſides accederent. Is eſt locus quem nunc Burneam corruptè pro Turnea ſeu Turrena Peruſini nominant. Vallis ſubiecta, quæ inter hunc collem & alium propinquum, in quo dein alia pars ciuitatis condita vt dicemus, intererat, Vallis Iani dicta fuit· & nũc corruptè Vallianum appellatur. Hæc tantæ vrbis initia fuere CCLXI, poſt vniuerſale diluuium anno. Dein centum vnoque & viginti annis elapſis magno incremento loci altero in colle qui contrà erat, vbi nunc Mons Solis dicitur, ædificia quoque conſtruxêre Armenij Ianigeni Gryphonij cum filijs & nepotibus huc ex Armenia profecti, comiterque ab Armenio Ianigena recepti, à quo collem hunc incolendum ſumpſere, quem domicilijs exædificatum Peruſiam dixere ſeu Gryphoniam, idem enim lingua Schytica ſignificat· ipſamque gentem Peruſinos ſeu Gryphonios, ab inſigni Gryphi, quod eius gentis Ianigenarum erat, & Peruſini adhunc vſque diem conſeruarunt. Exin creſcentibus indies ædificijs CCCCL. poſt Gryphoniorum aduentum anno, qui ab vniuerſali diluuio DCCCXL. fuit, ambo hi colles vnà cum

b.lib.5.de bellciuil.

inter-

interiecta valle mœnibus à Tarconte cincti, iuſſuq; Tyrrheni Mæonij in Tetrapo
lim redacti, vt Appianus Alexandrinus tradidit. Eam vrbem inde plurimùm au-
xere Pelaſgi qui Crotonem ceperant, vt Dionyſius Halicarnaſſeus ſcribit. Tro-
gum cum his auctoribus ita conciliari poſſe puto, vt cum Peruſiam ab Achæis cō-
ditam ait, refectam auctamue dicere cenſeamus C. Vibio Duce: frequenter e-
nim condendi verbum ſcriptores pro inſtaurãdo vel ampliando ſolent vſurpare.
Iam anteà diximus Pelaſgos aliasque nominis Grçcanici gentes in Italiam adue-
ctas his locis conſediſſe auxiſſeq; Peruſiã, & eã prima inter Hetruriæ capita XII.
fuiſſe. Mentionẽ eius antiqui claſsiciq; auctores oẽs vt partim oſtẽdimus, partim
adhuc oſtẽdemus, faciũt Sili⁹ a poſt cçſos fuſosq; ab Anniballe Romanos ad Thra a.lib.6.
ſumenum, reliquias legionum huc confugiſſe dicit, inquiens: Noctis iter tacitum b.lib.9.
Peruſina ferebat in arua. Liuius Peruſiã ſæpiſsimè memorat, nominatim vbi b Fa-
bium conſulem cum reliquijs Hetruſcorum ad Peruſiam, quç & ipſa induciarum
fidem ruperat, nec dubia, nec difficili victoria dimicantem, ipſum oppidum cum
acceſsiſſet ad mœnia capturũ fuiſſe ſcribit, ni legati dedentes vrbem exiſſent. Ali-
bi c quoq; ſic. Nec in Hetruria pax erat· nam Peruſinis auctoribus poſt deductũ à c.lib.10.
Cõſule exercitũ rebellatum fuerat. Et pòſt: Fabius IIII. MD. Peruſinorum occi-
dit· cepit ad MCXL. qui redempti ſinguli æris trecentis decem: præda alia omnis
militibus conceſſa. Poſtea tres validiſsimas vrbes Hetruriæ capita, Volſinos, Per
uſiam, Aretiũ pacẽ petijſſe dicit. Alio inſup d loco auxilia quæ ſociæ ciuitates ad d.lib.28.
claſſem Africanã Scipioni contulere, memorans, Peruſini, ait, Cluſini, Ruſellani
abietes in fabricãdas naues & frumenti magnũ numerum polliciti. Præterea e L. e.lib.125.
Antonium Conſ. M. Antonij fratrẽ Fuluia conſulente bellum intuliſſe Cçſari
ſcripſit, receptis in partes ſuas populis, quorum agri veteranis aſsignati fuerãt in-
ter quos erat Peruſinus· & M. Lepido qui cuſtodiæ vrbis cum exercitu prçerat, fu-
ſo, hoſtiliter in vrbem irrupiſſe. Demum alio f loco Cæſarem cum eſſet annorum f.lib.126.
XXIIII, obſeſſum in oppido Peruſia L. Antonium, conatumq; aliquotiens erum-
pere & repulſum, fame in deditionem compuliſſe, ipſiq; & omnib⁹ quidẽ eius mi-
litibus ignouiſſe tradidit, ſed Peruſia diruta. Scribit hoc quoq; Florus in Peruſino
bello· item Appianus g Alexandrinus, qui addit: cum diripere vrbem Cæſari in g.lib.5.
animo eſſet, tamen victum Peruſinorum præcibus ignouiſſe: Ceſtium verò quẽ-
dam cognomine Macedonicũ, quod Macedonico bello militauerat, cæteris in-
ſolentiorem ædes ſuas iniecto igne cremauiſſe· tum ventorũ ſubito exorta vi flã-
mis euagantibus vrbem deflagraſſe totam præter Vulcani templum. Poſt hanc
verò cladem breui vrbem mœnibus ac portis quæ nunc extãt, Cæſar inſtaurauit
cõmuniuitq;, ac Peruſiam Auguſtam appellari voluit, vt litteræ cubitales inciſæ
portis oſtendunt, aliæque huiuſmodi: Auguſto Sacro Peruſia Reſtituta. Poſterio-
ribus ſeculis in fide Cæſarum coſtanter hæſit, vſque ad Totilam Gothorum regẽ,
qui annis ſeptem obſeſſam, inopia rerum omnium conflictatam tandem cepit,
diripuit, incendit, vaſtauitque magna oppidanorum cæde, crudeliter etiam neca
to D. Herculano eius epiſcopo, qui Germanus erat, vt D. Gregorius in Dialogis
auctor eſt. Ita tum in poteſtate Gothorum manſit, vſq; dum à Narſete Imperatoris
Iuſtiniani duce, ſtrenuo viro, ad Calium Totila victus, accepto in pugna vulnere,
Capris haud diu pòſt exceſsit, Peruſiamque Melidius præſidij Gothici prçfectus
Narſeti dedidit, vt Procopius h auctor memorat. Poſt obitum Narſetis Longo- h.lib.3. de
bardi in Italiam profecti, eam occupauêre: manſitque deinde ſub imperio Lon- bell. Goth.

gobardorum vſq; ad Deſiderium regem vltimum, quem Carolus Magnus deuicit. quo tepore Peruſini imperio Romano reſtituti. Deinde cum Ludouicus Pius Caroli filius Hetruriam diuiſit, Pontifici Romano Peruſia cum alijs aliquot Tuſciæ oppidis ceſsit, cuius in ditione ad hûc diē māſit. Quanq̄ verò nōnunquā externa vi diſtracta ſit, vti à Ioanne Galeatio Vicecomite, primo Mediolani Duce, tamen ad eandem ditionem ſemper tādem rediȷt. Ciuium inter ſe varijs factionibus ſæpe cōturbata fuit, inprimis Raſpantium Gibellinorum, & Nobilium Guelphorum partibus. Nobiles à Raſpantibus eiecti: illos nobilitas fouebat, eaque propter Nobiles appellabantur: ab his plebs ſtabat. quorum dux Biordus Micheletus armorum vſu exercitus. Nobiles in exilio manſere annis XXIIII, quamdiu Biordus ſuperfuit, qui cum eo inſolentiæ prouectus ſtudijs popularibus eſſet, vt ferri porrò nequaquam poſſet, à Guidelotijs per coniurationem cum tota domo deletus eſt. Superfuerat forte Cecolinus frater, qui ſuorum inſpecta ſtrage, mox arrepto equo, contractiſque clientelis fratrem Biordum incolumen viuere, nec extinctum, clamitans, pertracta etiam his vocibus magna in auxilium multitudine, quæ Biordum ſpirare credebat, repentè ad Guidelotiorum ædes aduolans, omnibus vltioni necis fraternę mactatis tyrannidem ipſe cepit. Eam tamen haud diu tenere potuit, quoniam Bracio Montonio fortiſsimo belli duce conſurgente, primùm ab eo exactus, dein & in pugna captus occiſusque eſt. Ita tum populus omnium votis Bracium ob ſummam virtutem ciuitatis Principem appellauit, qui vt erat prudentia ſingulari, extemplo nobilitatem cum plebe in gratiam reduxit. De huius viri virtutibus alibi in Montonio dicemus. In Principatu dein vrbis ſucceſſere. Nicolaus Picininus, Nicolaus Stella Bracij nepos, Franciſcus & Iacobus, Picinini, Iacobi filij. His extinctis partes ſurrexere Odonū & Balionorū, qbus inter ſe de principatu ſæpe dimicantibus, tandē Odones pulſi. Dux eorum Fabricius Simonis filius nothus, qui protonotarius erat, vrbem cum armatorum aliquot cohorte ingreſſus, magniſque vocibus factionis ſocios contra Balionos inclamitans, nemine in auxilium noctis obſcuro ſe commouente, à Baleonis circumuentus occiſusque eſt, comites laqueo necati. Primus ex Balionibus Odo fuit qui rerum potitus, vir ſapiens prudenſque. Filios ille genuit Nellum & Malateſtam, è quibus in principatum vrbis patri ſucceſsit Nellus, ſummaque moderatione præfuit, & maximam apud finitimos auctoritatem ſibi peperit. Eo natus Rodulphus. Ex Malateſta Iacoba queeius coniuge Bracij Montonij nepte, Bracius, Carolus, Sfortia, Guido, Rodulphuſq; geniti. Bracius horum primus Bracij Montonij nomen magis quàm virtutem imitans, nefario parricidio Rodulphū Nelli filiū patruelem ſuum in foro cum filio eius Franciſco trucidauit: cæterum non diu ſcelere lætatus: etenim intra paucos dies vnicum & ipſe filium Gryphum, quo vno ſe fœlicem beatumque reputabat, amiſit. Secutus eſt Ioannes Paulus Rodulphi filius. Is Carolum Odone natum primi Caroli filio, vrbe pepulit, quem Cæſar Dux Valentinus, Alexandri VI. Pontif. Rom. filius reſtituit, Ioanne Paulo eiecto. Diem functo Alexandro Pontif. Ioannes Paulus Peruſiā extēplo rediȷt, Caroloq; fugiente, principatum vrbis vſq; ad Iulij II. Pontif. Max. tempora tenuit, qui inuito ſe vrbem eum ingredi vetuit, ſtipendio tamen honeſto militiæ conſtituto. Poſt Iulij Pontif. exceſſum reuertens, magna populi lætitia tanquam Princeps receptus eſt. Tādem cum à Leone X. Pōtif. Romā vocaretur, acceptaq; fide multorū Cardinaliū & vrbis Romę pcerū iuiſſet, iuſſu Leonis Pontificis

Pontificis ſecuri percuſſus eſt. Vrbem diu rexit · & quoniam armorum vſu polle-
bat, militum præfecturam à Iulio II. Pontif. ac item à Venetis habuit. Maximi a-
nimi ſummæque virtutis vir fuit. Filios reliquit Malateſtam & Horatium. Eo mor
tuo Carolus cum Gentile Baliono redijt. Gentilis Rempub. gerens in valle Aſiſia
nefariè à Federico Bozulo cæſus eſt, cum per id tempus Clementem VII. Pon-
tif. Romæ in Hadriani mole Caroli V. Imper. Aug. legiones obſiderent, &
Federicus vnà cum Franciſco Maria Roboreo Vrbinatium Regulo præfectus
Veneti exercitus eſſet, anno à C.N. MDXXIX. Sic tum in vrbem reuerſi Mala
teſta & Horatius Ioannis Pauli filij, biennio rerum potiti ſunt. Hi Philiberto
Auraniæ principe, qui Caroli V. Imp. legiones ducebat, Clementis VII. Pontif. no
mine Peruſiam obſidente, conditionibus quibuſdã cum illo depacti, vrbe exceſſe-
re: Philibertus Bracium Balionum introduxit. Bracio dein eiecto, Malateſtæ qui
vita deceſſerat filius Alfonſus redijt, potitusque rerum eſt ad annum à C.N. MDX
XXV, quo Paulus III. Pontif. Max. Peruſiã venit, & maximis honoribus pom-
paque exceptus eſt, vti Marius Podianus opuſculo hac de reedito pereleganter
expoſuit, apparatum vniuerſum & ordinem ſigillatim deſcribens. Exin vrbs
in poteſtate Pontificis tranquillè fuit vſque ad MDXXXIX. poſt C.N. an-
num, quo ob impoſitum vectigal ſalarium à Pontificis auctoritate deſciuit. Hinc
vtrinque magnis belli motibus excitatis, externa planè auxilia deſperans, ingen-
ti cum damno in ditionem Pontificis redijt. Ab eo tum datus Præfectus eſt Ber-
nardinus Caſalenſis Caſalenſium Epiſcopus, vir vſu ac animo pollens, qui ar-
cis initia poſuit, cuius præſidio ciuitas in officio fideque contineri decætero poſ-
ſet. Is nunc Peruſiæ ſtatus. Situ eſt huiuſmodi. Colli inſidet Apennini maiore
agri parte fructiferis & amœnis aſſurgente collibus, vini nobilis, olei, ficuum,
pomorũ aliorũq; optimorum fructuum fertilibus. Subter vrbem ad Aſiſiam, itẽ
ad Tuder verſus iuxta Tiberim cãpi ſternuntur iucundi, tritico cęteroq; frumẽto
copioſi. Natura loci vrbs permunita eſt, nobilibus ædificijs cum priuatis ciui
um, tum cultui diuino dicatis nitens, itemque nobili ac largo fonte qui medi-
um vrbis habet. Populus frequens, & animis ingenijſque ſummis nec minus ad
litteras quã arma prompt⁹. Sita hic D. Herculani martyris & Epiſcopi oſſa, cũ B.
Benedicti XI. Pontificis Max. ex ordine p̃dicatorũ Taruiſini, B.q; Columbę tertij
ordinis p̃dicatorum Reatinę. Pręclara etiam ingenia, quę non modo patriam, ſed
Italiam omnẽ illuſtrarunt hic orta · veluti Sebaſtianus excellens theologus aſtro-
logusq;, & Nicolaus Columbus tam Philoſophię, quam Theologiæ peritiſsimus,
ambo p̃dicatorum ordinis, vita nõ pridẽ defuncti, prior anno à C.N. MXXV, al-
ter biẽnio pôſt. Iuri diuino humanoq; lumẽ attulêre maximũ plurimi ex hac vrbe
quippe quæ Gymnaſium habet vniuerſale, ortu: quorũ è numero fuere Paulus, qui
pręter Collationes, numerum de Dijs Græcorum Latinorumq; ſcripſit, vnde Ge-
nealogiam ſuam Deorum aiunt Boccatium excerpſiſſe · item Baldus auditor Bar-
tholi, p̃ceptorq; Gregorij XI. Pontif. Max. qui anno poſt C.N. MCCCC. Ticini
diem obijt, & explanationes iuris multas reliquit. Secutus eum Angelus filius pa-
tre haud inferior doctrina, vti etiam Angelus nepos ingenij commendatione tem-
poribus Sixti IIII. Pontif. Max. clarus. Floruit etiam Petrus Baldi frater, cum Mat
thęo filio · itẽ alter Petrus · inſuper alter Baldus, qui filios tres habuit ornatiſsimos
homines, Nicolaum Apoſtolicæ Rotæ Auditorem, Matthęum inſignem Iurecon-
ſultum, & Sigiſmundum Equitem Auratum. Secuti hos ſunt Iuo, Saluſtius, &

Ioannes Petrutius ex nobili gente Montiſperelli. Præterea clari fuere Nicolaus Alexander Bartholi gener, Matthęus Fœlicianus, Benedictus & Dionyſius Bargiani, Benedictusque Benedictus cognomento Capra. Sed & alios cognitione iuris inclytos homines plurimos vrbs hæc genuit, quos breuiter commemorare omnes haudquaquam poſsim. Nec deſunt nunc etiam ex Peruſia viri eruditiſsimi, inter quos Reſtaurus Caſtaldus non ſolum apprimè doctus homo, quod eius opera probant, quæ nunc vbique typis deſcripta verſantur in manibus, verumetiam prudentia multa, multo vſu rerum publicarum aulæque Romanæ præditus. Plurima de huius viri maximis virtutibus commemorare poſſem, quæ nunc tacenda putaui, ne vel affectui indulgere meo, vel in adulationem prolabi forte videar. Nobilitauit quoque Peruſiam Iacobus Antiquarius inſigni virtute· quo in viro præter gręcę latinæq; linguæ ſcientiam animi quidam mirus candor elucebat· quamobrem et ab omnibus obſeruabatur, & nulli non charus erat. Doctrinam eius & pietatem ſcripta quæ reliquit teſtantur, præſertim Epiſtolæ. Magna exiſtimatione fuit apud Ludouicum Mariam Sfortiam Mediolani Ducem circa M D X I I. à C. N. annum. Franciſcus quoque Maturantus eruditionis gloria patriam hanc ſuam illuſtrauit· vti nunc adhuc faciunt Marius Podianus inſignis Orator, & Ioannes Franciſcus Camenus· quorum prior opuſculo illo de aduentu Pauli III Pontif. Max. elegantiam ingenij eſt teſtatus, quod præter eruditionis argumentum, pietate erga patriam in cuius laudibus diligentiſsimè verſatur, refertum eſt· alter ingenij quoque præſtantiam Sylua ad eundem Pontificem ſcripta demonſtrauit. Supereſt etiam adhuc Vincentius Herculanus, cum Gulielmo Pontano· alijque tum clariſsimi Iureconſulti plurimi, tum cæteris exornati diſciplinis homines, quorum nomina breuitatis ſtudio prætermittimus. Militari virtute clari ex Peruſia fuere item multi· inter quos Biordus & Cecolinus Micheleti, quorũ antea mentionẽ fecimus· item Bracius ſecũdus, Ioãnes Paulus, Malateſta, Horatius, Carolus, Gentilis, Citolus, è nobili familia Balionorũ omnes· prҿterea Vincentius Colũbus, qui virtutis teſtimonium vti Sertorius olim, ſecum defert. Peruſinus inſuper fuit Petrus excellens, vti quæ ad ætatem noſtram eius opera peruenêre docent, pictor, antiquis illis à Plinio celebratis inſerendus. Aliorum illuſtrium hominum, qui temporibus exactis Peruſiæ ſplendori ac ornamento fuere, quique nunc eam adhuc ornant, quo demum ad loca dicenda reuertamur, omittimus. A Peruſia deorſum, inter montes Cerquetum: mox trans amnem Neſtorem Tiberis incolam Mons Petriolus, Mercatellum, Mons Veianus, & Campinianum· vltraq; ad Tiberim verſus Martianum· inferiùs Collis Longus, Ripabella, Mõs caſtellus, Ceruaria. Hinc Palia flumen, quo tranſito vltra Oriuetum ad Tiberim verſus, Caſtilio, Ciuitella. De cætero Phaliſcorum ager, de quibus iam porrò dicere aggrediemur.

PHALISCI.

DEſcriptione locorum ad Paliam amnem hactenus perducta, nunc in Phaliſcos vltra flumen tranſiemus. Eos Solinus gentem fuiſſe tradidit, quæ huc Phalerio Argiuo ductore Phyſca vrbe Macedoniæ commigrauit· quãquam Ouidius ducem eius Aleſum Argiuum appellat, inquiens: Venerat Atrides fatis agitatus Aleſus, A quo ſe dictam terra Phaliſca putat. Montem Phyſconem hic, quod

quod oppidum nunc mons Phyaſconus appellatur, in memoriam nominis patriæ condidit. Hetruriæ quoque magna pars ab his incolis Phaliſci & Phalerij dicta, quæ nimirum à monte Soracte, qui nunc D. Syluestri eſt, vſque ad Tyrrhenum æquor inter Plumbinum & Caput Hetruriæ continetur, vt Cato deſignauit. Erant in hoc tractu Mons Phyſcon, Viterbum & Phalerium, aliæque multæ vt ego quidem iudico, ac poſtea quoque demonſtrabo, vrbes. Annius in Commentarijs Phaliſcos inſequentibus etiam temporibus Aequos, ab æquo ſcilicet appellatos ſcribit fuiſſe quod vetuſto quodam marmore prope Viterbum repertocomprobatum eſt. Tantæ fuerunt olim apud finitimos exiſtimationis, vt leges ab ijs (ſi Seruio credimus) & ſupplementum XI. Tabularum Romani ſumpſerint. Agrum eorum lini copia fertilem denotat Silius, cum inquit: Induti ſua lina Phaliſci. Plinius Clitumnum amnem in Phaliſcis eſſe ſcribit, cuius potu albeſcant boues: at vbi illo nomine fluuium, vel omnino vllum eiuſdem naturæ hæc regio habeat, mihi ſanè non liquet: in Vmbria Clitumnum eſſe, cuius aquæ conditio Plinianæ deſcriptioni conuenit, haud equidem ignoro quapropter in eo Plinij loco mendum eſſe, proque Phaliſcis Vmbriam accipi debere cenſeo. Liuius de Phaliſcis ſæpe commemorat nominatim a vbi defectionem eorum à Pop. Romano, ac reditum viciſsim in poteſtatem, refert. Et hactenus de Phaliſcis generatim: nunc vt particularem enarrationem omnium locorum quæ in hac gente recenſeri debebunt, ex inſtituto perſequamur, à mari (relicta tamen ora litorali iam deſcripta priùs) ad montem Soracte Phaliſcorum & Veientum limitem (acceptis nimirum finibus à Catone deſignatis) incedemus. Primum igitur hîc Pitilianum eſt, oppidum nobile Vrſinorum illuſtris familiæ Romanæ, titulo Comitatus inclytum, cuius principatum annis ſuperioribus Nicolaus Vrſinus Veneti exercitus Imperator obtinuit ex quo liberi qui hoc tempore rerum potiuntur, geniti. Pitiliano vicinum eſt Farneſium, honeſtum etiam oppidum, Farneſiorum nobili & honorata gente Romana clarum ex qua plurimi cum rei militaris ſcientia, tum eruditione doctrinaq; ſingulari, ac rerum egregiè geſtarum gloria celebres viri prodierunt. Fuit ex ijs Petrus Ancharanus, illo cognomine, quòd Ancharani caſtelli eſſet dominus qui propter inſignem iuris ſcientiam à Bononienſibus accitus, publico ſalario leges apud eos quamdiu vixit profeſſus eſt, monumentoq; conditus in D. Dominici æde, vti epitaphium teſtatur. Plurima de iure litteris conſignata reliquit & collegium Ancharanum commoditati aliquot ſtudioſorum iuuenum fundauit. Militari gloria Petrus Nicolaus quondam Bononienſium, ac deinde Florentinarum legionum dux anno à C. N. MCCCLX. præterea duo Raynutij claruerunt. Omnibus autem ex hac domo quouis nomine claris Paulus III. Pontif. Max. longiſsimè præluxit, qui & eruditione, prudentia, cæteriſque virtutibus ad tam excelſum dignitatis gradum viam acceſſumque ſibi muniuit & nunc ad Eccleſiæ gubernacula tanta cum laude commendationeque ſedet, vt omnes in admirationem ſui maximam adigat. Plura de tanto Pontifice iam haud dicere ſtatui, quo dein omnia ſuo loco referantur. Maximæ quoque ſpei nepotes eius ſummi ingenij adoleſcentes habentur, Alexander & Raynutius Cardinales, qui veſtigijs aui laudatiſsimis prorſus velle videntur hærere. Camerini quoque Dux Octauius, & item Horatius Cardinalium fratres, non obſcura tam tenera adhuc ætate documenta præbent, ad quem honoris ac exiſtimationis gradum

a.lib.8. & 19.

ſint olim peruenturi. Paulum infra Farneſiũ ciuitas Caſtrũ eſt, adeo omni ex aditu rupibus cauerniſq; ſepta, potius vt accedentes in ſpecum obſcurum & à feris habitatum duci ſibi videantur, quàm in vrbem hominum cœtu cultam atq; frequẽtatam. Magnum huic ciuitati nomẽ memoria patrũ noſtrorum peperit excellens legũ doctor Paulus, cuius nũc de iure probatiſsima ſcripta verſantur in manibus. Deinceps in via quæ Sena Romam ducit, citra Paliam flumen Aquapendens occurrit, quod oppidum Volaterranus Aquulam à Ptolemęo deſignatam, eſſe iudicat, Plinij teſtimonio nitens, qui Aquaſeſes cognomine Taurenos (non tamen vt Volaterranus legit Aquuleſes) memorat. Eadẽ via porrò ad D. Laurentij peruenitur iuxta Volſinium lacum, quem Strabo Vulſienſium nominat. Vehementer

a.lib.5. autem miror Volaterranum *a* exiſtimare nullam huius lacus memoriam apud an-

c. V. tiquos inueniri præterquã Columellam· cum tam euidenter à Strabone *b* ſit defi-

b.lib.5. gnatus, qui plurimos Hetruriam habere lacus ſcribens, quibus ad Tiberim multa deuehi ſoleant, eoq; Romã, lacum Cyminũ, Vulſienſium, & Cludiũ diſertè nominauit. Appoſita lacui Bolſena eſt, haud obſcurũ aut infrequens oppidum, veſtigijs antiquæ vrbis Vulſinenſium quæ ex Hetruriæ XII. primis vna fuit, inædificatum. Cato Volſiniã vocat, Ptolemæus Volſinium, Antoninus Volſinios. Plinius Vul-

c.lib.9. ſinenſium mentionẽ facit, vti quoq; Liuius plurimis in locis, ijſq; præſertim vbi *c*

& 10. Poſthumium Cõſulem exercitu in Hetruriã educto, primum Vulſinenſium agrũ depopulatum, poſteà cum ijs qui ex vrbe finium tuendorum cauſa proceſſerãt, iu-

d.lib.11. xta muros pugna decertaſſe narrat: præterea quum *d* cõſpiratione ſeruorũ potentiſsimã hanc olim inter primas Hetruriæ ciuitatẽ aliquando occupatam ſcribit· quo tẽpore ciuibus auxilia populi Rom. petentibus, Decius Murena cum exercitu miſſus dominos à ſeruorum imperio vindicauit. Tacitus etiam de Vulſinijs in

e. initio hæc verba memorat *e*. Aelius Seianus genitus Vulſinijs patre Seio Strabone equi-

lib.4. te Romano. Plinius tantæ fœlicitatis agrum vrbis eſſe perhibet, vt oleæ ibi poſt primum ſtatim quo ſatæ, annum fœcundæ ſint. Vina fert cumprimis nobilia, prę-ſertim verò apiana. Colit vrbs corpus D. Chriſtinæ virginis, cuius etiam veſtigia pedum ad hãc vſq; memoriam oſtendit lacus, in quẽ fidei noſtræ cauſa quũ præcipitata fuiſſet, ſalua tamen euaſit. Ingens etiam hîc illud accidit miraculum hoſtiæ cõſecratæ, firmo veroq; Catholicę fidei erga Seruatorẽ Ieſum Chriſtum argumento· quod eſt huiuſmodi. Sacrificus qdam cum miſſa operaretur, ac manibus hoſtiã conſecratã tenens apud animum dubitaret, verè ne ſacratiſsimũ illi corpus Chriſti ſacramentaliter ineſſet, ecce tum viuus ex ea prorumpere ſanguis viſus, candidũq; corporale ſeu linteum ſubſtratũ inficere, adeo vt plurimis in locis ſigna cruoris relinquerentur· mox ſanguine ſtillans paſsim obuolitare, marmoraq; niuea quæcunq; cõtigiſſet, cruoris etiam inſignire notis, quæ in hodiernũ vſq; diẽ oculis cernere manifeſto licet, egoq; ſæpiſsimè vidi Romanũ hac iter agens. Seruãtur cõmaculati illi lapides vt par eſt ingenti cum veneratione in oppidi fano· ſacratũ verò linteum ſanguine hoc infectũ apud Oriuetinos in æde ſumma religioſiſsimè cuſtoditur. Antiquiſsima quædam hîc marmora leguntur, ex quorum inſcriptionibus facilè eſt de loci vetuſtate iudicium facere· nobile verò præ cæteris eſt quoddam pro templo, antiquitatem Vulſinenſium ſummam optimè probans. Dextra Bolſenę, nimirum poſt D. Laurentij, Grottę, Gradolique in collibus. pauloq; vlterius inter montes, Valentanum, ditionis Farneſiorum, Antonino dictum Varentanum. Rurſus ad lacum, eiuſq; in ripa, Caput Montis· cui nõ procul

ipſo

ipſo in lacu oppoſita inſula, modica quidé, at fertilis & peramœna, nobilis cæde Amalaſiuntæ, cum ſapientia, tum pietate perilluſtris reginę, quã Atalarico eius filio mortuo, Theodat⁹ Oſtrogothorũ rex trucidari hîc iuſsit, vti à Procopio [a] memoriæ ꝓditum eſt: quanq̃ Blondus occiſam filio ſuperſtite ac diſsimulante ſcripſerit. Caſsiodorus auctor ꝓhibet reginã hãc tãta maieſtate venerationeq́; fuiſſe, vt aſpectu ſui hominũ animos ad ſe colendã honorandãq́; planè cõpelleret: nec admirari ſatis auditores poſſent, græcè, latinè, germanicéq́; loquenté. Eo verò maiorem apud oẽs gratiam habebat, quod ex præcepto Sophoclis in oratione eſſet ſobria, quę præcipuè mulierem commendat virtus. Omnes ſubditarum gentium, & imperio Romano fœderatarũ linguas intelligebat. Tanta eius in ſermone grauitas cum incredibili ſuauitate cõiuncta erat, vt qui propter flagitia ſupplicijs eſſent extremis afficiendi, cum dicentem audiuiſſent, ita permulcerentur animis, vt perexiguam omnino ac leuem capitis pœnam ducerent. Inſulam nunc cum vicis agriſq́; finitimis præclara gens Farneſiorũ poſsidet. Lacus piſces habet optimos, vinaq́; locis circumiectis ꝓnobilia. Sequitur in ripa oſtioq́; lacus quo ſe exonerat, Martham amnem emittens, oppidũ Martha, quod ipſi flumini nomen dedit. Antoninus in Itinerario Larthem amnẽ vocat vt Annius exiſtimauit, litteram, L. hac in voce vulgi vſu nunc in M. mutatam, Marthámq́; ſic dici ſcribés. Partem eius in hunc vſq́; diem accolæ vulgò Cadutã Saleumbronæ vocant. De oppido quoq́; dici poterit idem quod de amne, Martham appellari nunc, at à Catone Larthes oppidum eſſe vocatum. Flumen vt dictum eſt, effundit lacus: idq́; tandem mari illabitur, quemadmodum in ora memoratum. Dextra lacus peruetuſtum ac nobile oppidum eſt Tuſcanella, ditionis Eccleſiæ Romanæ. Coloni Plinio Tuſcanienſes vocantur. Conditum Annius exiſtimat ſub Aſcanio poſt excidium Troianũ, loco propinquo Tuſſæ Nanæ, quam ſic vt à Para Tuſſa (id nominis regiam coronatam ſignificat) diſtingueretur, ceu Tuſcam paruam appellarunt. Vicinam itaque Tuſcanellum paruæ Tuſciæ putat Annius, ſimulq́; à cane nomen accepiſſe, quemadmodum coloni affirmant, & quidem peruetuſto cuiuſdam marmoris teſtimonio, quod ad oppidi portam ſic inſcriptum legitur.

a. lib. 1. de bell. Goth.

Ingreditur quiſquis huius per limina portæ
Aſcanium norit hanc vrbem exædificaſſe
Conſilio Martis, in ſomnis admonuit qui
Troianum Aeneam vt vbi catulam reperiret
Vnà cum catulis bis ſenis, conderet vrbem.
Turres quadrantur, tolluntur mœnia ſurſum:
Sic fundata fuit hæc vrbs & ciuitas dicta,
A cane Tuſcana dicta eſt
Quam quoq́; Rex Tuſcus proceſſu temporis auxit.

Quanq̃ aũt hi verſus inconditi ſint & corrupti: vt patet: tamen haud aliter ac nunc leguntur, aſſcribendos arbitrati ſumus. Addit Annius [b] quoniam bello impeditus Aeneas, oraculũ condendæ vrbis implere non potuerat, Aſcanium filium pòſt id executum, conditamq́; ab eo monopolim, quę à cane inuẽta, Tuſcania dicta ſit, & pòſt à Tuſco iuniore dypolis facta, demum à Deſiderio Longobardorum rege Tuſcanella denominata. Memoratur à Facio [c] hac ſententia.

b. 33. quæſtione.

Poſtq̃ inde ex alto deſcendebamus
Apparebat Tuſcanella, quæ antiquitate

c. lib. 3. Cant. 10.

Nulli

Nulli omnino huius agri oppido cedit. Catonis ſeculo finitimam habuit Olanam, quod oppidum nūc prorſus interijt. Trans Martham deinde ſurſum ad lacus dextram, itinere quod Bolſena Viterbū ducit, ſaltus occurrit Montis Phyſconis, quem Vulſinenſium Lucum priſci, & Hetruriæ Plinius dixit. Hunc eum eſſe non inuitus crediderim, vbi veteres tāta ſolennitate religioneq; Iunonis operabantur ſacris: qua de re feſtum Iunonis memorans Ouidius ✶ ſic inquit.

Stat vetus & denſa præ nubibus arbore lucus,
 Aſpice, concedes numinis eſſe locum.
Aſpicit ara preces, votiuaq; thura piorum,
 Ara per antiquas facta ſine arte manus: pluribusq; mox inſtituta ſolénesq; ſacrificij cæremonias & pompam deſcribit. Trans Lucum Mons Phyaſconus oppidum præcelſo in colle, Teutonibus celeberrimum gratiſsimūq; propter vini apiani cum albi, tum vermiculi ſuauitatem ac dulcedinem. Locúsne hic ille ſit, quem Strabo Phaliſcum appellat, Plinius Phaliſcam coloniam ab Argis, inquit, vt auctor eſt Cato cognominatam Hetruſcorum lucum, diſſentiunt ſcriptores. Annius hoc in loco Catonis: Soracte Phaliſcorum mons Apollini ſacer: diſertè ſcribit eos in errore verſari, qui Montem Fiaſconū, ſeu Phyſconē eſſe montē Phaliſcorū Catonis putant: quandoquidē prior inter Etruriā & Volſinas, alter verò inter Phalarim & Flauianū· ſeu hic in Hetruria, ille in Veientibus ſit. Blondus cum Volaterrano nequaq̄ dubitandū cenſet, quin hoc ipſum Strabonis Phaliſcum, Plinijq; Colonia Phaliſca ſit, & quin gētis Phaliſcorū olim fuerit caput: quippe quoniam in colle, vti iam demonſtrauimus, ſitum· nec aliud in Phaliſcorum montibus oppidum inueniatur vllum. Huic ſententię nos etiam aſſentimur, Ouidij de feſto Iunonis verſibus compulſi, quibus equidem apertiſsimè locum demonſtrat, inquiens. Grande moræ pretium ritus cognoſcere· quamuis Difficilis cliuis huc via præbet iter. Magis etiam vicina nos mouet Sylua, quam Vulſinenſium aut Hetruriæ Lucum priſci dixere, Iunonisq; ſacris inclytam fuiſſe paulo antè commemorauimus. Accedit ſumma loci amœnitas, vndiq, fructiferis arboribus nitentis· quod etiam Ouidius affirmat ita: Cum mihi pomiferis coniux foret orta Phaliſcis. Aequè tenendum eſt, hanc eam eſſe vrbem, quam ob muniti ſimum loci natura ſitum longo bello Camillus obſedit, ijq; ludimagiſter ab-
4.lib.5. ductis clam in hoſtium caſtra ciuium liberis, ꝓdere conatus eſt, vti à Liuio ✶ memoriæ proditum, & Ouidius etiam ex parte ſignificat his verſibus:

Cùm mihi pomiferis coniux foret orta Phaliſcis,
 Mœnia contigimus victa Camille tibi.
Caſta ſacerdotes Iunoni feſta parabant,
 Et celebres ludos, indigenamq; bouem. Itaq; tam ex ſitu naturaq; loci, quàm è cæteris adiunctis oppidum hoc id eſſe apparet ipſum, quod Strabo Pliniusq; memorarunt. Conditum Ouidius auctor eſt ab Aleſo Argiua cum inquit.
Argiua eſt pompæ facies· Agamemnone cæſo
 Et ſcelus & patrias fugit Aleſus opes·
Iamq; pererratis profugus terraq; mariq;,
 Mœnia fœlici condidit alta manu.

Ille ſuos docuit Iunonia ſacra Phaliſcos. Montem Phyſconem quoq; Arcem Iti dictum Cato his verbis prodidit. Mons Coriti in iugis Cyminijs: è regione Mons Phyſcon, quæ & Arx Iti. Eum in locum Annius ſcribit Montē Phyſconem

nem denominatum à Phyſconibus veteribus Pelaſgis, qui Vulturnæ fanum ingens dedicarunt, Phyſca Macedoniæ huc profecti, nominis Phyſci ac Pelaſgi in agro Volturreno fuere auctores. Idem quoq; oppidum, vt diximus, Arx Iti vocatum, id eſt Iouis, ſeu Coriti· nam Beroſo Lactantioq; Firmiano auctoribus, idem Iupiter Coritusq; eſt. Hinc, inquit Annius, in hiſtoria D. Flauiani martyris Arx Ici, mēdosè pro Arx Iti ſcriptum legitur. Agrum Mons Phyaſconus peramœnū, fructiferisq; nitentē collibus habet· vnde nobiliſsima vina vti diximus, poma itē & ficus, alijq; conſimiles fructus legūtur. Dextra tum inter montes Balneoregiū eſt, Roda in Edicto Deſiderij regis vocatum: in eo enim Rhoda & Ciuitas in poſterum Balneoregium appellari iubentur. Locus hic ille eſt quē Plinius Nouem Pagos dicit: quanq̃ apud Volaterranum X. pagi vocetur· mendum enim in libris eſſe, & vnitatis notam ante numerum decennarium incuria librariorum omiſſam arbitror. Paulum Iouium doctum alioquin virum, & ætate noſtra celeberrimum hiſtoriographum, vehementer equidem errare puto, quòd in vita Sfortiæ Lucum Feroniæ Balneoregium fuiſſe ſcribit, his verbis. Cum Tartalia tranſuectis per Vulſinenſium lacum copijs ſuis, Bracio ſe coniunxiſſet, qui ab Auriſpampano & Balneoregio· (id Feroniæ lucus fuit) ad Montem Phaliſcū peruenerat. Nequaq̃ profecto Lucus hîc Feroniæ· ſed iuxta montē Soractē fuit: quamuis alter etiā in Thuſcia nō procul eſſet ab ora, de quo prius in oppido Petraſancta cōmemorauimus. Balneoregiū ortu D. Bonauenturæ Cardinalis & Doctoris ex ordine Minorum eruditiōe vitæq; integritate clari inclytū. Altius paulo Grafinianū eſt, infraq; Specianū, cum Viturchiano oppido, inſigni erga Populū Rom. fide claro, quemadmodū in Curia Capitolina Cōſeruatorum Romæ legitur. Eſt item hoc ſitu Bomartium, dein ad Tiberim, Munianum, pauloq; longius Baſſanum. mox ad confluentia Naris ac Tiberis, vbi noſtra etiam memoria pons Tiberis ripas iunxit, at nunc inundationum vi concidit, Horta ciuitas, Hortanum Plinio dicta: qua de licet antiquiſsima ſit, exiguam tamē apud veteres mentionem inuenimus. Hîc iam hoc latere terminus Hetruriæ eſt, qui in Vmbros vergit. Secundum Tiberim ad viam Flaminiam incedenti veſtigia magni occurrunt in Tiberi pontis ab Auguſto facti, quo via illa cōiungebatur. iuxtaq; altera in ripa ciuitas Ocrea fuit, vti pòſt in Vmbria dicetur. Flaminia via cōtinentibus olim ædificijs ab Ocriculo, quod vltra Tiberim erat, adeo Romam vſq, ſepta fuit, vt ibi prima eſſe vrbis initia viderentur: quēadmodum ab Ammiano *a* Marcellino memoriæ proditū eſt, vbi Conſtantij Cæſaris Hormiſdam Perſam architecturę peritiſsimū in comitatu ducentis, aduentū ad vrbem hac ferè ſententia narrat. Imperator cū ad Otriculum eſſet ventū, in pontis qui Tiberim iungebat tranſitu, vrbis Romæ initia inter ſuos celari iuſsit: deinde via illa perpetuis munita ædificijs aliquādiu progreſſus, Hormiſdam rogat, ecquid illi de ea ædium deſcriptione videretur: qui iam ipſa in vrbe ſe verſari exiſtimans, ciuitatem reſpondit eſſe ſplendidam. Hac ætate tot tantorumq; ædificiorum vix vlla veſtigia ſuperſunt· quanquàm ſtratæ ſaxo viæ quædam adhuc reliquiæ reſtent. Tribus ab Horta P. M. prope Tiberim in amœna planitie lacus Baſſanellus eſt. Eum ego Vadmonis autumo, licet hac de re magna ſit inter auctores controuerſia. Blondus Vadimonis eſſe, qui nunc montis Roſei dicitur, exiſtimat· nonnulli eum qui nunc Bacchani· alij aliter. At ſi noſtri omnino iudicij vis ſaltem aliqua eſt, attentè ac diligenter epiſtola Plinij iunioris *b* ad Gallum inſpecta, profectò haud dubitan-

Plinij mend

a. lib. 16.

b. lib. ult.

bitandú arbitramur, quin hic Vadimonis certo ſit. Plinius, exegerat inquit, proſocer meus vt Amerina prædia ſua inſpicerem: hæc perambulanti mihi oſtẽditur ſubiacens lacus nomine Vadimonis· ſimul quædam incredibilia narrantur. Perueni ad ipſum. Lacus eſt in ſimilitudinem iacentis rotæ circunſcriptus, & vndiq; æqualis· nullus ſinus· obliquitas nulla·omnia dimẽſa, paria, & quaſi artificis manu cauata & exciſa. Color cœruleo albidior· viridior & preſsior ſulphuris: odor ſaporq; medicatus: vis qua fracta ſolidantur. Spatium modicum, quod tamẽ ſentiat ventos, & fluctibus intumeſcat. Nulla in hoc nauis, ſacer enim eſt·ſed innatant inſulæ herbidæ oĩes harundine & iunco tectæ, quæq; alia fœcundior palus ipſaq; illa extremitas lacus effert. Sua cuiq; figura, vt modus cunctis: margo deraſus quia frequenter vel litori, vel ſibi illiſæ terunt, terunturq;. Par omnibus altitudo, par leuitas· quippe in ſpeciem carinæ humili radice deſcendunt. Hæc ab omni latere perſpicitur· eadem aqua pariter ſuſpẽſa & merſa. Interdum iunctæ copulatæq; & cõtinentis ſimiles eunt: interdum diſcordantibus ventis digeruntur: nõnunq̃ deſtitutæ tranquillitate ſingulæ fluitãt. Sæpe minores maioribus velut cymbulæ onerarijs adhæreſcunt: ſæpe inter ſe maiores minoresq; quaſi curſum certamenq; deſumunt. Rurſum omnes in eundem locum adpulſæ, qua ſteterunt, promouent terram· & modo hac, modo illac lacum reddunt auferuntq; auctum demum cum medium tenuere, non contrahunt. Conſtat pecora herbas ſecuta ſic in iuſulas illas vt in extremam ripam procedere ſolere· nec priùs intelligere mobile ſolum, quam litore abrepta, quaſi illata & impoſita circumfuſum vndiq; lacum pauent· mox quo tulerit ventus, egreſſa, non magis ſe deſcẽdiſſe ſentire, quàm ſenſerint aſcẽdiſſe. Idem lacus in flumen egeritur, quod vbi ſe pauliſper oculis dedit, ſpecu mergitur, alteq; conditũ meat· ac ſi quid antè quàm ſubduceretur, accepit, ſeruat & profert. Hæc tibi ſcripſi, quia nec minus ignota quàm mihi· nec minus grata credebam: nam te quoq; vt me nihil æquè ac naturæ opera delectant. Vale.

Hæc igitur à Plinio de lacu Vadimonis memoriæ ſunt prodita: quæ cũ ego mihi propoſuiſſem quo in lacu ſint inueſtigare, peramico homini Vincẽtio Regiano familiæ prædicatorũ monacho qui tum Viterbi, loco propinquo conſidebat, & non ſolum regionis erat gnarus, ſed etiam antiquitatis totius ſummè ſtudioſus, negotium dedi, vt quàm diligenter cognoſceret, quid in lacu Baſſanello Plinianę deſcriptioni vel cõueniens, vel diſſentaneum appareret. Is igitur omnibus exactè conſideratis, hunc ipſum eſſe reſpondit, qui & à Plinio iuniore tam accuratè ſit
a.lib.2. cap.96. deſcriptus, & ab eius auũculo in hiſtoria naturali a, inſulas in Vadimonis lacu natare perhibente deſignatus: nominatim verò paſtores agri & accolas omnes aſſerere, motum inſularum in eo prorſus ita cõtingere, queãdmodum à Plinio traditur: flumen item ex eo, quanq̃ pluribus initio diuiſum riuulis, effundi: denique conditionem ſitus nihil diſsidere· nam in planitie eſſe non procul Tiberi·Baſſanellum Hortæ oppidum à meridie imminere· à ſeptentrione trans Tiberim, Caſtellum Iouis in colle, ac vlterius Ameriam. Nullæ ſunt his campis arbores· quapropter opportunitatem præliorum habere ſummã videtur: patetq; facilis ad lacum ab Amelia proſpectus. Locis circumiectis plurima reperiuntur antiquorum ædificiorum veſtigia· pleraq; etiam monumẽta templorum, cõſimileſq; vetuſtatis reliquiæ. Quid? quod Plinius ex villa proſoceri ſui proſpectum ad lacũ Vadimonis patuiſſe ſcribit, nec in ea regione ſit alius, qui poſsit vel ab Amelia, vel propinquis ei locis cõſpici, præterq̃ is qui nunc Baſſanellus dicitur? Sed & oẽs etiam Amelia-

Ameliani & Baſſanellini,qui locorũ curioſi ſunt,hunc Vadimonis eſſe lacũ conſiderata Plinij deſcriptione iudicant. Addebat F. Vincentius ſe cõiecturis quibuſdam moueri,vt hîc milites antiquitus ſacramentũ Ducibus ſuis præſtare ſolitos crederet,pota ex lacu aqua: cum & Plinius ſacrũ nuncupet lacum, & in hũc vſq; diem ædificia q̃dam hîc cernantur formas canalium,è quibus aqua manibus hauriri poterat,habentia. Perſuaſum itaq; nobis eſt & hũc Vadimonis eſſe lacũ, quẽ Plinius Liuiusq; memorarunt, & eum omnino, (nõ autem vt Blondus exiſtimat, lacum Montis Roſei,vel alium vllum)ad quẽ anno ab vrbe Roma cõdita CCCC LXX. Romanus Hetruſcos vicit. De qua victoria Liuius[a], ad Vadimonis, inqt, lacum Hetruſci lege ſacrata coacto exercitu, cũ vir virum legiſſet, quantis nunq̃ aliàs ante ſimul copijs,ſimul animis dimicarunt: tantoq; irarum certamine geſta res eſt, vt ab neutra parte emiſſa ſint tela: gladijs pugna cœpit. Deinde cõmemorato prælij modo, illum diem ait primùm abundantes fortuna veteri Hetruſcorũ opes fregiſſe: cæſum eñ in acie quod roboris fuerat: & caſtra eo impetu capta direptaq;. Blondo de lacu montis Roſei cõtendenti Volaterranus reſpondet, ideo eũ Vadimonis nõ videri,ꝙ ægerrimè credi poſsit Hetruſcos iam ante à Fabio Syl ua Cyminia pulſos, vti Liuius[b] tradit, adhuc vlterius poſtea ꝓceſsiſſe. Sed & planius errorem eius conuincit, quod lacus Montis Roſei trans Cymini iuga eſt: Vadimonis autem citra, quẽadmodũ haud difficulter è Liuij verbis animaduertitur, quia Fabius à citeriori parte inter Cymini montes & Vulſinos tranſiuit. Deniq; manifeſto Blondi ſententia reprobatur ideo,ꝙ is lacus nequaq̃ ea ſit conditione, qua eſſe Vadimonis ex Pliniana deſcriptione debet: nec eñ aquas habet colore cœruleo albidiore,viridiore & preſsiore ſulphureo: nec innatant inſulæ oẽs harundine & iunco tectæ: nec etiã piſces generat: alijsq; plurimis adiunctis q̃ in Vadimonis ſunt, nihil cõueniens habet aut ſimile. Volaterranus q̃dem (p̃ter quẽ alij quoq; multi diligenter in Vadimonis lacu inueſtigando ſunt verſati) eum in agro Viterbino deſignat, dextra viæ Romanæ: ſed amplius nec locum certum indicat: nec etiam quo hac memoria nomine vocetur, edocuit. Dextra in colle Baſſanellũ eſt oppidũ, vnde lacui nomen ꝙ nunc habet. Sequitur Galleſium patria Nicolai Pontif. Max. Iuxtà, Corchianum Ignanellumq;, & vlterius Valetanum, item ad Tiberim Burgetum D. Leonardi, vicus lautus, ad ius dominiũq; Xenodochij ſancti ſpiritus Saſsiani Romæ, pertinens, & à Veneto milite poſt C. N. MDXXVII. anno quum per id tempus in Hadriani mole Clemens VII. Pontif. Max. obſideretur, incẽdio maiori ex parte vaſtatus. Tertio hinc per ripam Tiberinam lapide ꝑuetuſta eſt Turris, vbi tranſitus Tiberis, Folianũ vocant, ex aduerſum Maliano in Sabinis, de quo pòſt in Vmbria dicetur. Rurſus à Burgeto per antiquæ viæ Flaminiæ veſtigia, quæ plurimis in locis etiamnũ lapide ſtrata cernuntur incedẽti, poſt octauum milliare Ciuitas Caſtellana præcelſis in rupibus occurrit: de qua variè proditũ quid olim nominis habuerit, inuenimus. Quidã Veiorum fuiſſe vrbem à Romanis decennio obſeſſam propter munitiſsimũ loci ſitũ, arbitrantur. At hi cũ diligenter inſpicient & quod à Dionyſio [c] Halicarnaſſeo ſcriptũ eſt id oppidũ nõ vltra centeſimũ ab vrbe Roma ſtadiũ abfuiſſe, & quod Plinius [d] tradidit, Vientes iuxta Tiberim, vrbemq; Veiam à Fidena, Vaticano, & Ianiculo P. M. XIII. diſtaſſe (quanq̃ latius Veientum fines tum etiam ad montes Cymini pertinebant vt iudicabitur) equidem ab ea ſententia mihi videntur admoniti ſpõte diſceſſuri, cum ciuitatẽ Caſtellanam haud minus XX. P. M. Roma diſtare nullus ambigat.

a. lib. 9.
b. lib. 9.
c. lib. 1.
d. lib. 3. cap. 6.

Hoc verò multo magis ꝑſuaſum eos habituros exiſtimo, ſi verba Liuij volét animaduertere, quibus trecentorũ Fabiorũ viam deſcribẽs, Roma ꝓfectos per Ianiculum verſus lacum Sabatium cõtra Veientes, quos illo itinere habebãt obuios, cõmemorat: vnde ſatis euidẽter patet, Fabios nõ qua Ciuitas Caſtellana eſt ad Tiberim, ꝓceſsiſſe· ſed prorſus alio itinere, quo Veientes Romã Veia ſua vrbe veniebant. Itaq; quid olim hoc loco fuerit, mihi Blondus, Annius & Volaterranus rectè demonſtrare videntur, cũ Feſceniam dicũt vrbem, ſic à Plinio vocatã, Feſceniũ verò Catoni Straboniq;· quã Argiuos cõdidiſſe Solinus auctor eſt, & ab inſi-
a. queſtione 37. gni equitis armati denominatam Annius a teſtatur. Incolas eius ita Virgilius me-
b. lib. 7. Aeneid. morat b: Hi Feſcẽninas acies, equiteſq; Phaliſcos. Quod aũt ad eum verſum Seruius Feſcenium oppidum in planitie ſcripſit, mihi profecto videtur mirum· quippe quia nemini obſcurum ſit, huius agri montoſi in quo verſamur gentes à poeta memorari, vti ex ſequentibus euidenter colligitur, cũ inquit. Hi Soractis habent arces Flauiniaq; arua, Et Cymini cum monte lacum, lucoſq; Capenos: apparet enim de gentibus quæ plana teneant hîc minimè recenſeri. Eſt tamen & aliud in Campania Feſcenium oppidum, de quo fortaſſe Seruius ignoratione huius quod in Phaliſcis erat, Virgilianum illud accepit. Vetus igitur hic vrbs fuit Feſcenium in Phaliſcis, vel Phalerijs vt diximus. Situ eſt Ciuitas Caſtellana præcelſo, altiſsimis vndiq; cincta rupibus, à quibus haud procul in Veientibus erant Aræ Mutiæ,
c. lib. 2. cap. 38. Catoni memoratæ· item c Plinio his verbis: Ad Aras Mutias in Veiente, & apud Thuſculanum, & in ſylua Cyminia loca ſunt, in quibus terræ depacta non extrahuntur. Vrbs hæc ſummo impoſita monti erat. Finitimis in locis etiã adhuc Vmbricæ veſtigia cernũtur. Vmbricam dixit Cato. Nominis auctores Priſci Vmbri fuere. Sequitur amnis Trilia, qui à Nepe profluens lapſu infra Ciuitatem Caſtellanam, demum in Tiberim ſub Ponte Foliano defertur. Ripa Tiberis pergenti Mons ſe D. Syluestri offert, quem Cato, Virgilius, & Strabo Montem Soractẽ vocant, Vibius Sequeſter Montem Phaliſcorum, propterea quod agri Phaliſci hinc ad mare Tyrrhenũ vergẽtis, vti ante dictũ eſt, principiũ eſſet. Sacer olim Apollini habitus. Memoratur à Virgilio ſic, Hi Soractis habẽt arces Flauiniaq; arua. Sed
d. lib. 3. & Horatius. Vides, inqt, vt alta ſtet niue candidũ, Soracte: Silius d itẽ, Haud ꝓcul & ſacrũ Phœbo Soracte frequentãt. Mons D. Syluestri poſtea dictus, ꝙ in eo Sylueſter Pontifex metu Cõſtantini Imperat. latitauerit. Plinius è Varrone refert ad Soractem eſſe fontem latitudinis quatuor pedũ, & Sole oriente exundare feruenti ſimilem, aueſq; quæ guſtauerint, iuxtà mortuas cõcidere. Ea res à Blondo etiam in Italia cõfirmatur qui nec putandũ ait, tale qd fieri haud poſſe· quoniã & in ſyluis Antijs vbi fons exiguus inter ingentes ædificiorum ruinas, ipſe oculis viderit, auiculas duas ijs aquis guſtatis repente iacuiſſe mortuas. Sunt & alterius in Hetruria fontis agro montis Politiani aquæ, vt ſermonibus aliorũ accepi, quarũ par om̃ino vis & natura. Verumenimuero cum his affectæ poſt potũ aquis, volucres iam vti ſpiritu deſtitutæ iacent, ſi mox alium in locũ transferantur, ſenſus integritatemq; recipiunt. Strabonis ſeculo ſub hoc monte Feronia fuit vrbs, à Dea Feronia, quam huius agri gentes ſumma religione colebant, denominata. Fanum Deæ ſumptuoſiſsimũ erat: eiuſq; ſacerdotes magicis adiuti artibus, vt à vulgo diuinis honoribus colerentur, ardentes lignorum ſtrues nudo pede flammis parcentibus haud aliter calcabant, ac ſi innoxio prorſus incederẽt humo, vti cum Strabone ac Plinio Solinus etiã memoriæ prodidit, Hirpos id hominũ genus vocatũ addens.

Frequen-

Frequentiſsimi igitur olim huc mortalium concurſus fiebant, nō ſolum Deæ venerandæ, ſed etiam iſtius miraculi ſpectandi gratia. Niſi me coniectura fallit, vrbs Feronia prorſus eodē in loco fuit, quo nūc D. Syluestri caſtrum. nec procul hinc Feroniæ Lucus erat, vti etiam Volaterranus a indicauit: de quo iam antè commemorauimus, eodem vbi Balneoregium eſt loco, minimè extitiſſe. Tum vbi nonnihil à Monte Soracte deflexeris, iuxtà in Phaliſcis Flauianū erat, ita Catoni vocatū: cuius hac ætate nulla prorſus monumenta ſunt reliqua, ſed agrum Virgilius commemorat inquiens b: Hi Feſcenninas acies equitesq́; Phaliſcos, Hi Soractis habent arces Flauiniaq́; arua: Silius c etiam ita: Quiq́; tuos Flauiana focos. Deinde trans viam Flaminiam Veientibus relictis, per Phaliſcorū regionē paulum in viæ dextram ad meridiem verſus flectenti, Phalaris Catoni, Phalirū Ptolemæo, Phaleria Dionyſio dicta occurrit, quæ quondam inter Hetruriæ capita XII. fuit. Eius incolas Strabo Phalerios, & ꝙ in Phaliſco ſint, etiā Phaliſcos appellat: quamobrē non eſt exiſtimandū id quod Seruius apud Virgiliū notauit, Ianū bifrontē è Phaliſcis Romā allatū, à Macrobio diſsidere, qui Phalari profectū tradidit, cū idem ſentiat vterq́;: nec eiuſdē nominis pterquā in voce, differentia ſit vlla. Dionyſius d Halicarnaſſeus & Epigon⁹ in Apologetico, quondā hac vrbe ac Feſcenio locisq́; finitimis vbi Ciuitas Caſtellana nūc eſt, Siculos habitaſſe tradiderūt. Phalaris veſtigia nulla fere iam ſuperſunt: quanq̃ habitationes hîc aliquot cernātur, q̃ recentes potius, q̃ antiquæ poſſunt exiſtimari. Sequuntur hîc reliquiæ q̃dam peruetuſtę ciuitatis q̃ Cato ac Ptolemæus Ferentiā, Plinius Ferentiū, Strabo Ferentenū appellat: vti quoq́; Tacitus e, cū de coniuratione Sceuini contra Neronem ita ſcribit. Primas partes ſibi expoſtulat Sceuinus, qui pugionē templo Salutis in Hetruria, ſiue vt alij tradidere, Fortunæ, Ferenteno oppido detraxerat, geſtabatq́; veluti magni operis ſacrū. Obſeruandum porro eſt præter hāc Ferentiam alias item inueniri duas non admodum nomine diſsimiles: quamobrem multi cū in hiſtorijs verſantur, hac re non animaduerſa in dubitationem incidere ſoleant: Ferentinum eñ quod Strabo cæteriq́; geographi memorant, in Hernicibus eſt, quemadmodū in tempore demonſtrabimus: Frentanū item in Samnitibus, haud procul Theano Apuliæ: cæterum ab hoc Ferentio Tuſciæ de quo nunc agimus, incolæ Ferentinates: à Ferentino Hernicum Ferentini: à Frentano Samnitium Frentani dicti. De primis Dionyſius f Halicarnaſſeus mentionem facit: de ſecundis Annius cum Volaterrano: de poſtremis nos in Samnitibus dicemus: quanq̃ non raro cōfuſa hæc nomina reperiri conſtet, vti apud Plinium Ferentini incolæ Ferentinates appellantur: quod etiam in vrbium ipſarum nominibus frequenter ob vocū ſimilitudinē accidiſſe cōpertum eſt, vt Frentanū pro Ferentio ſit ſcriptū. Attamē abſq́; cōtrouerſia manebit hanc de qua nunc agimus Hetruriæ vrbē, Ferentiam ſeu Ferentium (licet etiam Ferentana dicta fuerit) illam in Latio Ferentinum, tertiam in Samnitib⁹ Frentanum appellari debere. Naſcitur ex horū nominū vicinitate maxima dubitatio, nimirū, quænam Othonis inter XII. Cæſares à Suetonio collocati origo fuerit: Blondus enim & Volaterranus eum Ferentino Hernicum, Philippus Beroaldus in Cōmentarijs ad Suetoniū Frentano Samnitiū, Annius hac Ferentia Phaliſcorū ortū cōtendit. Mihi verò videtur ſi diligenter Suetonij, Taciti, ac Sexti Aurelij verba cōſideremus, omnino idem ꝙ Annius hac in re ſtatuendū eſſe, nimirum originē eum ex hoc Ferentio Tuſcorū duxiſſe. Suetonius g, Maiores inquit, Othonis orti oppido Ferentino, familia veteri & honorata, atq́; ex princi-

a. lib. 5. c. V.
b. lib. 7. Aeneid.
c. lib. 8.
d. lib. 1.
e. lib. 15. annal.
f. lib. 3.
g. in uita Othon.

Otho ... [illegible]

a.lib.17. annal. pibus Hetruriæ. Tacitus [a] ita ſcribit: Othonis origo ex municipio Ferentino· pater Conſularis· auus Prætorius· maternum genus impar. Sextus Aurelius hoc modo. Syluius Otho ſplēdidiſsimis maioribus ex oppido Ferentino: q̄bus equidem, vt diximus, oriundū Othonem hac Tuſcorū Ferentia nō obſcurè probari videtur, etſi propter vocū ſimilitudinem auctores eam Ferentinum dixerint· ideoq; nonnulli Hernicum vrbē hîc accipiendā exiſtimauerint, vti ab Annio quoq; demon-
b. quæſt. 8 ſtratum eſt. Vt aūt ad Ferentiū reuertamur Annius [b] hoc olim ait Troſſanorū (ij Viterbo P.M.V. aberāt) metropolim fuiſſe, & à Viterbinis vt annales Gotifredi teſtantur, anno poſt C.N. MLXIIII. funditus deletum exciſumq;. Cauſam eius calamitatis Gotifredus huiuſmodi narrat. Eo inſaniæ Ferentinates proceſſerant, vt animā in Chriſto minimè creatā, ſed diuinitatē ac numen eius vice fuiſſe, proptereaq; nec eū in crúce cepiſſe mortē, ſed quia nunq̄ diuinitatis p̄ſentia deſtituebatur, vixiſſe quoq; tunc cōtenderēt. Hác rem vt ſigno exprimerēt euidenti, Chriſtū oculis in cruce apertis depinxêre, quēadmodū in hūc vſq; diē Viterbi tabulæ nōnullæ docēt, quæ poſt vrbis excidium eó deportatę. Tā ineptum ac fatuū furorem vt defererent cū à Viterbino epiſcopo iterum & ſæpius eſſent admoniti, neq; tñ illi non parerēt modo, ſed etiā ſanè iubēti illuderēt, is Viterbinos ad arma cōcitat· qui magnis ad vrbē copijs adductis, cum poſt multa p̄lia nequicq̄ inçōdita vi rem tentari intelligerēt, artibus agere inſtituunt. Placet vt diuiſo exercitu maior cohortiū numerus altero ab latere mœnibus immineat, & mox cū ad illa defendēda quaſi eó vis om̄is hoſtiū incubuiſſet, oppidani cōcurrerēt, altera manus nuda tū à p̄ſidijs loca petat. Nec defuit cōſilio euētus. Ita vrbe capta nemini parcitum· omnia direpta· flammis cætera vaſtata adeo, vix vt vlla nunc veſtigia ſuperſint. Hinc Pontificis Rom. voluntate Beneficia quæ vocāt, & Dignitates Viterbū tranſlatæ: qua in parte Præpoſitura quoq; D. Stephani fuit, q̄ in foro iuxta fontē eſt. Locis Ferētio finitimis oppidū etiā erat Catoni dictū Troſſulum, ſimiliterq; Plinio, qui
c. lib. 33. cap. 2. equites hinc Troſſulos vocatos p̄hibet, inquiēs [c]. Sæpe variatū eſt equitū nomen: nam ſub Romulo & regibus appellati ſunt Celeres· deinde Flexumines· poſtea Troſſuli, cū in Tuſcis citra Volſinos nono lapide oppidū eius nominis ſine pedite cepiſſent. Vocis illius vis vltra C. Gracchum durauit. Euerſum poſtea Troſſulū à Romanis, vnaq; Mæonū D. Anſelmó inclytum· cuius oppidi q̄dam adhuc veſtigia ſuperſunt, nominiſq; memoriā cāpus, quē planum Meani vocāt, retinet. Iuxtà
d. lib. 3. Metamorph. hîc quondā & Turrena Mœonia fuit, quā Ouidius [d] in fabula Turrenorū Delphinorum memorat. Sunt qui prope Tiberim fuiſſe putēt, vbi nunc Moniani nomen reſtat, tanq̄ Mæoniani. De cætero hoc ſitu oppida q̄dam exigua ſunt, Celinum, Fabrica, Caprariola: tum Nepe ciuitas, ſic Plinio Catoniq; dicta, Straboni Nepita, Liuio Ptolemæoq; Nepete. Quāuis aūt Volaterranus Nepet ſcribendū cenſeat, quoniā in vetuſto apud Sutrium lapide ſic repèrerit, & apud bonos auctores frequenter corruptè legi Nepe vel Nepete haud ſe fugere fateatur: mihi tñ equidem nō placet, vt tot ſcriptorū monumēta Plinij, Strabonis, Liuij, Ptolemæi, q̄ Nepitā, Nepe, & Nepete habēt corrupta om̄ia deprauataq; iudicemus, & plus lapidis vnius inſcriptioni, q̄ tot auctorū libris tribuamus. Itaq; diſertè fateri auſim quolibet modo nomē hoc efferri rectè, ac ſcribi. Feſtus auctor eſt à gētis inſigni quod erat ſcorpius, a ceptū. Liuius vrbis memoriā multis in locis vſurpat· nominatim
e. lib. 6. vbi [e] à Valerio captā, oppidaniſq; p̄terq̄ defectionis auctoribus parcitū ſcribit:
f. lib. 20. itē quum [f] inter eas duodenas numerat, q̄ cum Pop. Romano Annibali ſe oppo-
nere

nere noluerunt: alibi[a] quoq; cũ cæteris anno ſexto pòſt, duplũ inferre cõpulſam *a.lib. 28.*
ait. Memoratur etiã à Silio[b] ſic: Nepeſina cohors. Rurſus à Nepita ſi cõuerſo iti- *b.lib.8.*
nere planitiem amœnã repetas, Viterbum occurrit, de cuius initijs variæ admodũ
ſunt auctorũ ſententiæ. Blondus nouã vrbem propterea ſe cenſere dicit, quod nul-
lam eius apud antiquiores mentionẽ inuenerit. Alij nomen qdem hoc nouum, at
vrbem ipſam antiquiſsimam autumãt. Horum in numero Ioannes Annius Viter-
binus[c], Tyrrhenũ ait, qui cum Lydis in Italiam venerat, loci huius ſpecie captũ *c. Inſtit. 3.*
ſedes hîc & domicilium collocaſſe, vrbẽq; ipſam Etruriã regalẽ dixiſſe· quatuor *Aequiua.*
item oppidorũ q̃ Ianus ac ſocij priùs cõdiderant, nimirũ Longholæ Tuſſæ, Vetu-
loniæ, Turrenæ Vulturnæ, & Arbani caput atq; principem cõſtituiſſe. Vehemen-
ter aũt alibi[d] in harũ rerum probatione laborat: adijcitq; Volturniã Auguſtalem *d.quæſt.16*
fuiſſe vrbem, in qua nouæ lunę temporibus XII. Hetrurię ciuitatum principes vt *& 20.*
Ianum venerarentur (contra id quod Podianus de Peruſia dixit) conuenire ſole-
bant· tres item earum vrbium, Longholam Tuſſam, Vetuloniam, & Turrenam
Volturnam à Deſiderio rege muro vno cõprehenhas, Viterbũq; ſimul dictas, vti
ex eius edicto cõſtat, quod in alabaſtrite Viterbi legitur, huiuſmodi. Reuocamus
ſtatuta regis Aiſtulphi contra Vetulones edita, ne lacus non Tyrenſium, ſed Ve-
tulonum ſit, qui lacus magnus Italiæ dictus eſt, quia ager eorum priùs eſt Italia
dictus ab ibi ſede tali decreta: & vt ſuam Longholam non Longobardulam, ſed
cognomine ſui ampliatoris Turreni Torebum vocent: & vt ſub vno muro cin-
gant tria oppida, Longholam, Vetuloniam & Turrenam Volturnam, dictam
Etruriam, totam Q. vrbem noſtra adiectione Viterbum pronuntient, vt Rhoda
& Ciuitas Balneoregium dici iuſsimus. Permittimus pecunijs imprimi F A V L,
ſed amoueri Herculem, & poni Sanctum Laurentium ſicut facit Roma & Bo-
nonia. Sunt etiam qui Viterbum prius Veiuſam dictum ſcripſerint, vti Facius[e] *e.lib.3.*
Vbertus his verſibus: *Cant.16.*

Sequitur nunc vt de Viterbo dicam,
    Quod ab initio Veiuza fuit appellatum,
    Idemq; nomen donec Romanos habuit inimicos, retinuit.
Sed conciliatum dein Romanis, charum
    Tam illis fuit ob ſalubres aquas & ſitum ſuauem
    Vt in Vitam Erebi nomen mutauerint.

Multæ præterea reperiuntur
aliorum opiniones, ſed quarum cõmemoratio tædium legentibus adferre poſſet.
Nos cũ Annio ſentimus, nimirũ vt in Edicto Deſiderij legitur, olim hîc quatuor
illas vrbes extitiſſe, q̃ poſtea muro vno cõiunctæ Viterbi nomẽ acceperũt. Id par-
tim Volaterranus in Cõmentarijs Vrbanis, partim Sabellicus cõfirmat. Et Vola-
terranus ſcribit Longholam hîc fuiſſe, cuius mentionẽ Liuius nõ vno[f] in loco fa- *f.lib. 1.*
cit. Animaduertendũ porro eſt Longholam hãc, aſpirationẽ habere, quò ab alia *& 9.*
Volſcorum circa Tarracinã, differat. Quod aũt hæc in Latio ſit Liuius[g] apertè *g.lib. 9.*
docet, Papyrium Dictatorẽ cum legionibus nuꝑ conſcriptis ad terrorẽ Cyminiã
ſyluam traducti exercitus ꝓfectum, ad Longholam ꝑueniſſe ſcribens. Longhola
veluti haſtata dicta· quãdoquidẽ græcis haſta λόγχη vocatur: at Longola Latij ali-
ter nomen à longitudine ſortita eſt. Sabellicus[h], ex aliorum tñ auctoritate, Vetu- *h.lib. 7.*
loniam vrbẽ hoc loco extitiſſe refert· quod etiã probat Volaterranus· quanq̃ idẽ *Enn. 9.*
poſteà diuersè dicat eos in errore verſari qui id arbitrẽtur, cum & alibi Ptolemæ-
us eã deſignauerit, & veriſimile nõ videatur tam vicinã Longholę fuiſſe. At reſpõ-

deri Volaterrano non difficulter poteſt, Vetuloniam hanc eum locum minimè eſſe, qui ſic corruptè nunc apud Ptolemæum nominatur. Sed Vitulonium, vt iam antè à nobis in ora Hetruriæ dictum, vbi admonuimus hoc loco Vetuloniam vrbem, illic verò Vitulonium eſſe. Præterea quod ait non videri veriſimile tam vicinas inter ſe duas fuiſſe vrbes, ego id minime mirum videri debere aio· quoniam primis illis temporibus, vti quoque Dionyſius a Halicarnaſſeus perhibet, exigua oppida, pagorumque fermè ac vicorum qui nunc ſunt, forma condebantur· quapropter nouum putare haud oporteat, ijs ſeculis mortales id maximè ſtudio habuiſſe, quò à ferarum incurſionibus, ac improborum iniurijs faciliùs ſe tutarentur, propinquiora inuicem domicilia conſtituere. Nonnulli Viterbum Ptolemæi Vicum Elbij dixere: ſed quanto à veritate interuallo diſsideant, haud difficulter intelligitur, cùm is Vicus vltra Montes Cyminios deſcriptus ſit, vbi & à nobis demonſtrabitur, Viterbum autem citra eſſe nemo neſciat. Patet itaque iam Viterbum origine eſſe vetuſtiſsimum· quanquàm ſi coniunctionem trium oppidorum, eiuſque muri opus ſpectes, nouum putari queat, vt Blondus voluit. Nominis quod Deſiderius indidit, etymon variè proditum à multis Annius commemorat. Quidam Viterbum tanquam Vei'Terbum, id eſt curule Terbum putauere dictum: ab alijs aliter etymologia fingitur ſic: Vita Heroum, Vi trium vrbiũ, Vita vrbiũ, Vita herbidũ, Vita inermium, Vi Thermarum, plurimiſque modis alijs quos Annius recenſet. Ego Arcadis Epiſcopi ſententiam præ cæteris amplector, qui Viterbum à Deſiderio nuncupatum dixit tanquam trium vrbium ſeptum· ſeu murum tria oppida complectentem. Multa præter hæc antiqua de Viterbo commemorari poſſent, quæ ne tædium legentibus efficiamus, omittere viſum fuit· & qui planè cognoſcere volet, è Ioannis Annij Viterbini quæſtionibus, tertia, ſextadecima, viceſimaque ſexcentis interpretationibus expoſita diſtinctaque ad ſatietatem poterit haurire. Ciuitas ex more ac inſtituto eccleſiæ Romanæ Viterbum à Cæleſtino III. Pontif. Max. effecta· is enim vt teſtatur Platina b primus Epiſcopum dedit. Iacet amœno ſpatioſoq; loco, iugis Cyminijs (ea nunc mons Viterbinus) à tergo imminentibus, plurimis haud inhoneſtis operibus nitens, inter quę fons eſt inſignis, & maxima cum admiratione ſpectantium copioſus. Egregios homines multos edidit, qui ſumma ingeniorum excellentia principatum vrbis ſibi cõpararunt. Ex his Vici, diu rerum potiti, donec ab Aegydio Carila Cardinale ac Legato Eccleſię Romanę cuius tum in Gallia ſedes erat, pulſi. Eo tamẽ fatis intercepto rurſus ad imperium vrbis peruenerunt, idq; dein ad Eugenium IIII. Pontif. Max. tenuere. Hoc tempore Franciſcus Vicus vrbis Romæ præfectus à Patriarcha Vitelleſco Pontificalium legionum Imperatore ac Legato confoſſus, Ioannem Gattum in Viterbino principatu ſucceſſorem habuit· ille Princiualem filiũ, qui Roma Viterbum reuerſus, impetu inimicorum circumuentus perijt. Ob eius mortem cum populus tumultuaretur, cędes multę editę, plurimaq; deiecta ædifica: ſed cõpoſitis deinde motibus, ceſſanteq; ſeditione Ioẽs Gattus II. principatum vrbis ſuſcepit. Is tranquillo iam tum ac pacato ciuitatis ſtatu circa Alexandrum VI. Pontif. Max. anno à C. N. MCCCCXCVII. cæſus: qua occaſione Columnæ vrbem ingreſsi, Magancеſios, qui Gattorum erãt inimici, magno numero obtrũcant· ædes multas diruunt· plurimas diripiunt. Tertio anno pòſt, Vrſini qui Magancеſiorũ partes tuebãtur, Gattos viciſsim eijciunt: ſequitũq; eſt tam vehemẽter,

a. lib. 1.

b. In uita eius.

tam

tam nec ætatis, neque ſexus habita ratio, tot ædificia flammis incendioque conſumpta, prorſus vt ſæua Turcarum barbaries crudelius quicquam aut immanius deſignare haudquaquam potuiſſet. Nec aliter à Gattis dein viciſsim occupata vrbe Maganceſiorum habitę partes. Et fatales huiuſmodi dies Viterbum ſæpius expertum eſt· adeo quidem vt nunc maiori propemodum ex parte ruinis deformatum iaceat. Tales nimirum exitioſarum nefariarũq; factionum eſſe fructus ſolent. Orti hac vrbe pręſtantes ingenio viri aliquot qui patriæ nomen ſummè illuſtrarunt. In primis Petrus Antonius Epiſcopus Signanus excellens theologus, & Ioannes Annius· quorum vterq; ex prædicatorum familia ſed poſterior ſacri palatij magiſter fuit, homo egregiè non ſolum latinis literis, ſed etiam græcis, hæbreis, arabicis & caldæis eruditus, præterea totius antiquitatis ſtudioſiſsimus indagator, vti ſcriptis editis abundè eſt teſtatus: opera enim reliquit hęc: Commẽtationes in Catonem, Fabium Pictorem, Myrſilum Lesbium, Archilochum de temporibus, Xenophontis Aequiuoca, Philonem Iudæum, Methaſtenem Perſam, Beroſum Caldæum· item in Itinerarij Antonini partem, in Edictum Deſiderij regis Longobardorum, in Propertium de Vertumno, & in Apocalipſin D. Ioannis· præterea quæſtiones curioſiſsimas, cum inſtitutionibus, alijsq; ſcriptis, quæ profectò omnia virum eum maximi ac ſolertis ingenij fuiſſe teſtantur: quanquam non deſint, q fragmẽta Catonis aliosq; tales libros eũ cõfinxiſſe calũnientur· qppe quoniã ipſis illorũ auctorũ ſcripta viſa nõ fuere· mihi verò primis etiã annis cognita. Romæ mortẽ obijt Alexãdro VI. Pontif. ac ibidẽ in Mineruę fano cũ Petro Antonio ſit9 eſt. Viterbo quoq; cũ Faci9 Sanctor Eccleſiæ Romanę noſtris tẽporib9 Cardinalis oriũdus fuit, tũ alij pterea multi docti viri & Eccleſiaſticis dignitatib9 clari· quorũ omniũ in pnti memoria nõ ſuccurrit. Vrbis ager bon9 fertilisq; eſt, & copia omniũ q ſunt ad vitã neceſſaria veluti frumẽto, vino, oleo, cęterisq; frugũ generib9 abundãs. Fluminib9 etiã multis piſciũ optimorũ vbertate fœcũdis pfunditur· vti Ecalido, Egelido, Riuo obſcuro, Riuo Vrcerio, Alcione, Roſſeno, Riuo Atlao, Albiano, Veſſano, Catenace, Veiaq;, ac inſup alijs id gen9 nitidiſsimis aquulis. Nec deſunt fontes ſcaturiginesq; calidę, veluti in cæteris Aquæ Caię, quas cunctis alijs nobilitate præſtare Strabo teſtatur, & Facius Vbertus his verſibus memorat: a a.lib.3. Cant.9.

Haud equidem credebam quod fama didiceram
Nec eram expertus, Bolicanem eſſe
Tam immenſo ardore feruentem.
Sed iniecto veruece decoctum eum
Minori ſpatio quam CCL. paſſus confeceris
Adeo vidi, vt præter oſſa nil appareret.
Aqua ibi ſupra omnia medicamina
Ad lapidem ſalubris· quippe quoniam
Eũ terit frãgitq; ceu grana milij.

Sic Faci9. Aq̃ Caię veterib9 hę fuere· nũc Bulicani nominãtur. Cętera q ſunt in Viterbino agro plurima memoratu digna, quò clari9 exactiusq; dicãtur, agrũ oẽm bifariã diuidere viſũ fuit, in Infernatẽ & Supnatẽ vti ab Annio b quoq; factũ animaduertim9. Primã regionẽ ab vrbe ad Tiberim b.lib.7. in longũ· à iugis Cyminijs, q nũc Viterbi dicũtur, ad montẽ Phyſconẽ Ferẽtiãq; in Inſtit.2. latũ accipiem9· eãq; rurſus in partes duas, Trometinã atq; Troſſanã deſcribemus. Trometina noĩatur à Trometi cãpo Vulturnę vicino, quẽ ętas noſtra Pelaſgico vocabulo planũ Trometorũ vocat, à τρόμος ꝙ eſt formido vel horror, & τορέω, id eſt

transſigo. Pars hæc à Viterbo ad Vadum Troſſanum non procul Ferentino oppido, pertinet. Inde ad Tiberim, qua parte is ad ius Viterbinorũ ſpectat, regio Troſſana· vbi Lydi & Mæones Italis atque ſacratæ ab origine ſedi priſci Coriti coniu-
a.lib.2.et 5 gijs ſtirpeq; ſe miſcuerunt, vt Beroſus a & Silius b perhibẽt. Manent hinc adhuc ea
b.lib.4.5. in parte nomina vetera deperditis oppidis Turrenorum Męono, Męonia: à quibus nunc campus Mæonianus cum oppido. Troſſulum verò vt diximus, prorſus interijt. Eſt & in hac parte Athlantis filiæ oppidum, Celinum pro Celeno dictum· prætereaque Sagnena, vulgo nunc Sagena. de qua tabulam hæc memoria legit, quæ Sabatium in Troſsis villam poſuiſſe teſtatur: ea enim hæc eſt Sangnena, cuius à nomine adhuc Sangninaia regio Trometina nuncupatur, vnde nunc appellatio fani D. Mariæ Sagninaianæ. Regio Sangninaia longitudinem habet ab æde D. Mariæ, ad oppidum deletum Sangninaiam iuxta Celinum, vt diximus. Sangnininorum memoriam & Cato vſurpat. Sequitur regio Sabatia. Eam hac ætate Anguillariam & Barceanam vocant· terminus amnis Sangnina-
c.lib.8. ia nõ procul Cære, definit. Memoratur à Silio c ſic: Sabatia quiq; Stagna tenent. Nomen cum regioni Sabatiæ, tum limiti Sangninaiæ Sabatius Sangni peperit, quẽ Beroſus & Cato Sabi patrẽ perhibẽt· vnde nominis origo Sabinis Sabellisq;, quos
d.lib.3. Latini Samnites, Gręci Saunitas vocabãt, auctore Plinio d. Is itaq; lingua Sabino-
cap.13. rũ & Hetruſcorũ Sabatius Sangni dictus, itemq; Sabatius Saga· latinè verò Saturnus, Sanctꝰ, Fidius, Semipater. Et operępretium eſt animaduertere Sabatium hunc vel Saturnum, non Gręcum fuiſſe, ſed Caſpium, itemq; Iani in Latio Proregem· vnde Saturnia Capitolina, & Saturnia Latium, vt Varro de lingua latina ſcribens docuit. Quinetiam Hetruriæ pars ab eo dicta Sabatia· & ab eiuſdem cognomine Sangninaia Trometina· & oppidum Saturnia nuper vt prædiximus à Senenſibus refectum· itemque Tuſcię pars; vti antè proditum eſt. Regio hęc Sabatia lacum Bracianum habet, ab nobili oppido Braciano quod ad dextram adiacet, ita nũc denominatum. Priſci Sabatinum dixere, ab ipſa regione Sabatia, quæ inter Tiberim in-
e.lib.8. ferumque mare patet, Straboni Sabbata dicta, itemq́ue à Silio e ſic commemorata: Sutrium, & Sabatia quique Stagna colunt. Olim hinc aqua Sabatina Romam ducta· cuius etiamnum medio in lacu fontem apparere Volaterranus auctor eſt, aquam quoque vocatam Alſietinam tradens, vti canalium & riuorum per quos ducebatur inſcriptione conſtitit, & in ora ſuperiùs ex parte dictum vnà cum Alſietinæ nominis cauſa fuit. Quin & Tarquiniæ lacus quondam appellatus ab Tarquinia vrbe, quæ iuxta fuit, Viterbo P.M.XV. Eius vrbis veſtigia, nunc Tarquenæ vocant, ad mare verſus ſuperſunt. Condita creditur à Tarchonte, qui præfectus ijs Hetruriæ locis à Tyrrheno Athus filio conſtitutus, vt Strabo perhibit, XII. Hetruriæ primis colonijs ædificatis, Tarconam hanc nomini ſuo dicauit· qua de
f.lib 8. Silius, f Tarcona inquit, Tarcontis ſuperbi domus. Eam tamen à Theſſalis & Spi-
g.lib.20. nambris Gręcis conditam Trogus g ſcripſit. Exiguum ab initio fuit oppidum· ſed poſtea maximis incrementis, vt huic æuo ruinæ teſtantur, auctum, Romani Tarquinias dixere. Demaratum Corinthium hîc ſplendidiſsimam ædificaſſe domum
h.lib.3. Dionyſius h Halicarnaſſeus & Strabo tradiderunt. Ab eo genitꝰ Lucumo, Tarquinij Priſci pater. Plurimùm hanc vrbem Dionyſius extulit. De ſitu eius admo-
i.lib. 8. dum inter auctores variatur. Silius, i Blondus & Volaterranus non procul eam à mari ponunt iuxta Caſtrum Nouum aut Cornetum, quod etiam ex illius ruinis creuerit: Ptolemæi cum Tabulæ, tum Pictura in mediterraneis pluſculum à

Caſtro

Caſtro Nouo deſignāt·vti quoq; facere Plinius videtur,& itē Antoninus, viā Aureliā Claudiamq́; ꝑ mediterranea deſcribens'.'Et poſterior hæc ſentētia mihi magis probatur·nimirū vt int9 in mediterraneo fuiſſe Tarqnias cēſeam, vbi etiamnū veſtigia ſupſunt. Ortus ea ꝑter Tarquinium Priſcū etiam vltimus Romanorū rex Tarqnius Superb9. Memoratur à Liuio frequēter, nominatim vero cū a Tarqnijs porcum humano ore natum·item alibi b quū Tarqnienſes ad vela claſsis, quam in Africam ducturus erat Scipio lintea contuliſſe ꝓdit. Nunc quoniā in Sabatia regione verſamur, loca quędā finitima demōſtrare operæpretium erit. Ex ijs eſt Bieda, Catoni, Plinio, Ptolemęoq́; Blere vocata·cuius etiamnū veſtigia X. à Viterbo P.M. inueniūtur. Nominis originē Anni9 c à Flere capit, quoniā Latini f, littera cōſueuerint vti, vbi Hetruſci. b: ſic em̄ qđ illis blere fuit, latinis flere fuiſſe·porro id idē eſſe quod fluere ſeu ſcaturire, vel aquas aut lacrymas erūpe. Hinc Blere oppidū vocatum quod nō procul ab eo duorū amniū, Minionis & Blerani, vel vt nūc effertur, Biedani, fontes fluant erūpantq́;. Seqtur inferius ad orā verſus Barbaranū·item Vianum·vltràq; Tolfa Noua, Forū Claudij Plinio, Ptolemæo, Straboni, Antoninoq́; dictū·vbi temporib9 Pij II. Pontif. Max. metallū aluminariū à Ioāne Caſtro lōbardo ꝑſpicacis ingenij viro reptum Volaterranus ꝓdidit. Abeſt Forū Claudij Roma P.M.XXVIII. Erat etiā iuxtà hoc ſitu Pręfectura Claudij, cū via Claudia, qua Antonin9 deſcripſit, vt Anni9 & Volaterran9 indicarūt. Sunt inſuꝑ hîc Cæretana Balnea, q̄ Antonin9 in Aurelia Claudiaq́; via ponit, Thermę Stigianę dictę, ꝑtereaq́; Balnea Sabatina, nimirū ab ipſa regione Sabatia, vel à Sabatino lacu, quem admodum prius à nobis in Hetruria litorali demonſtratū eſt. Hinc tum ad Sabatinū ſeu Tarqniæ lacū incedenti Bracianū occurrit, ab eruditis etiā dictū Braceniū, Braceanū, & Brignanū: anteà vt Annius perhibet Arcēnū, priusq́; Barcenū à Catone vocatum, & ab Antonino in Caſsia deſignatū ad Veientum & Cæretanorū confinium. Id Romanos aliquādo deiecíſse Liuius d memoriæ prodidit. Deinde iuxtà lacum Anguillaria, nobile oppidum, à quo lacus etiam Anguillariæ dici ſolet. Annius Amnilara proferendum aſſerit propter Larum flumen, (id hinc non procul è lacu effunditur,) tanq̄ Amnis Larus diceretur: quanquam Platina e non Anguillanæ lacum, ſed Angularem ab angulis & trigoni forma quam habet, appellandum eſſe tradiderit. Sunt hæc oppida ditionis Vrſinorum nobilis & honoratæ familiæ Romanę. Hinc tum amnis Aron vt perperam pro Laro nunc vocant, è lacu emergit vti prędiximus: vlteriusq́; mox oppidum ipſa quoq; in ripa, Triuilianum·& iuxtà loco propinquo Vicarellum aliud, qui olim Vicus Aurelij vocatus auctore Volaterrano: ſed alij Biracellū à Ptolemęo deſcriptū cēſent. Hactenus ſuꝑiore Viterbini agri regione decurſa, cōſequens eſt vt ad inferiorem conuertamur, quę ſcilicet ab vrbe ſpatio P.M.X. in longum ad Bleranum amnem olim Tarquinienſium pertinet, latitudine quicquid inter Montem Viterbinum vſq; ad amnem Martham & lacum Volſinienſem continetur, amplectens. Aequè hanc in partes duas, Tuſcanienſem & Veiam diuidemus. Prior à Viterbo ad Vada Tuſcanienſia ſic iam dicta ſpatio P. M. V. panditur. Hæc in iugis deleta quædam habet oppida vti Dardanium, & Montem Italianum, cum regione Iaſinella ac Thermis. Primo à Viterbo lapide Veteres Aruntes cognomine Camillarij fuere prope Iaſinellas aquas, vti à Catone & Antonino demonſtratum eſt·quo in loco multa reperiri antiquitatis monumenta teſtis eſt Annius in Commentarijs. Principiū illius vici vna cum ponte, Camillarius dicebatur · & etiamnum poſterior pars Mon-

a. lib. 7. & 27.
b. lib. 28.
c. lib. 7. comm.
d. lib. 4. in fin.
e. in uita Adriani. lib. 1.

Mõtarunes appellatur. Vt autem curioſis ingenijs hoc loco ſatisfiat, tribus verbis qui fuerint Arũtes illi veteres Camillarij, dicemus. Ii Lucumonibus erãt à ſecretis & vt nunc vocãt eorum cancellarij: camillum enim Hetruſci ſua linguà propriè dicebant eum, quem vulgus cubicularium & ſecretarium Deorum appellaret, vti & Macrobius cum Seruio teſtatur, & Statius *a* Tullianus quoque confirmat Callimachũ, eũq; Hetruſcis Camillus dicitur, Mercuriũ vocari ſcribens. Illa itaq; voce Deorum miniſter ſignificatur: eoque pertinet quod ait Virgilius, Metabonem filiam ſuam nominaſſe Camillam, id eſt, miniſtram & famulam Dianę, quemadmodum à Macrobio *b* refertur, addente inſuper Pacuuium de Medea loquentem ita dixiſſe: Cælitum Camilla expectata aduenis, ſalue hoſpita. Sed & Romani olim ingenuos pueros puellasq; cum miniſtris flaminũ vel ſacerdotũ camillos & camillas appellarunt. Fuere etiam antiquitus Arunci dicti habitatores, id eſt, municipes ac ciues, ideo quod honorum ac munerum quaq; in vbe participes eſſent: de quibus ait Virgilius *c*: Aruncos ita ferre ſenes: quo loco Seruius annotat, in vſu coſuetudineq; poſitum apud antiquos fuiſſe, vt ſenes iuuenib⁹ præteritorum temporum memoriam traderent. Ad quod etiam Lucanus alludit, inquiens: Cognita per multos docuit rudis incola patres. Erant igitur Aruntini veteres vt Plinius vocat, ſeu Arunci vt Virgilius, aut Aruntij Camillarij vt Cato & Antoninus, magiſtri ac pſides annaliũ atq; cõmentariorũ, qbus memorię cauſa res Hetruſcorũ continebantur, vti denotat Virgilius *d* ita ſubijcens:

a. in lib. de uocab. rerum.

b. lib. 3. Satur.

c. lib. 7. Aen.

d. lib. 7. Aen.

his ortus vt agris
Dardanus Idęas Phrygiæ penetrauit ad vrbes,
Threiciamq; Samum, quæ nunc Samothracia fertur:
Hinc illum Coriti Tyrrhena ab ſede profectum.
Aurea tunc ſolio ſtellantis regia cœli
Accipit: & numerum diuorum altaribus auget.

Hæc hactenus. Seqtur Caldanus amnis piſcibus optimis fœcundus, Ecalidum veteres dixere celebratũ que miraculo piſciũ à Plinio prope Vetuloniã aqs calidis innaſci piſces ſcribẽte Annius credidit: verùm iã anteà noſtrã in oræ deſcriptione ſententiã hac de re ptulimus. Eſt inſup hîc regio Sais Xantho, & Xantho Apoito, Oſiridis triũpho illuſtris, vt Anni⁹ memorat: pterea Freddanus exiguus ſubiecta in valle amnis, Egelidũ priſci dixere, inclytus colloqo Veneris & Aeneæ, cùm is ad lucum fanumque Vulturnæ miſſus ad Lucumones, vicino Minione trãmiſſo, qui Cæretanorum ppinquus terminus, & ab Egelidi fonte P.M.X. abeſt, ibi luſtratus eſt: quẽadmodũ à poëtis, maximeq; Virgilio *e* memoratur. Pars hęc agri Viterbini Tuſcanięſis dicta fuit à Para Tuſſa nimirũ vna Tetrapolis Etruriæ parte, ſeu coronata Tuſca. Pars altera Vulturreni agri quę Veia dicitur, à Vado Tuſcanienſe ad Tuſcanelli ſpatio P.M.V. pãditur: in qua fluuij villęq; ſunt etiãnũ his nominib⁹, Veia, Cybelaia, Katenaces, Cymella, Horchiaq;. Sub his Tuſsi Nani & Tuſcanelli in Tarqnięſi: in quo & Carcarim, id eſt, Caſtrũ Lucernę. Hacten⁹ ager Viterbin⁹ q hoc latere vrbi annectitur enarratus: nunc Mons ſeqtur Cymini⁹: de quo tamen priuſquã dicere aggrediamur, priſcæ vrbis Etruriæ, quam Cato, Myrſilus Leſbius, Dionyſius Halicarnaſſeus, alijq; plurimi commemorarunt locum demõſtrabimus. Dubium equidem haud eſt oppidum olim Etruriam extitiſſe, cuius nomen leni in capite ſpiritu ſcribitur: cum Hetruria ſi aſpirationẽ addas, appellatio regionis ſit, vti etiam priùs admonuimus. De loco vrbis ſcriptores minimè conſentiũt. Raphaël

e. lib. 8. Aen.

Volaterranus eam in Vadis Volaterranis vbi nunc Tuſsinatũ eſt,prope litus col-
locat queãdmodum in tẽpore admonuim⁹,illa ſentẽtia improbata: nõnulli citra
montẽ Cyminũ ponunt,inter quos Cato in hæc verba ſcribens: Gens tertia Tuſ-
cię Tranſapẽnina à Cyminijs diffunditur ad Piſtoriũ. In his Vulturrena ſub radici
bus Cyminijs iacẽs cognomine Etruria à qua tres gentes Hetruriæ appellantur
Hetruſci, vt à cõmuni metropoli. Idem confirmat Dionyſius a Halicarnaſſeus,cũ
Hetruſcos à ciuitate regionis eorũ Etruria Romanis ſic appellatos ait. Sed et Myr a.lib.1
ſilus Dionyſiũ ſecutus. Ianũ Etruriã Tetrapolim ædificaſſe teſtatur nimirũ cũ qua
tuor cõiunctis oppidis, Bolturſena, Betulonia, Tuſſa, & Harbano. Etruſiã verò cũ,
s,littera nominat quoniã vt Fabius Quintilian⁹ docet, veteres ea ꝓ r. vtebãtur, ac
Fuſios & Valeſios hac ratione efferebãt, quos nũc Furios Valerioſq; dicim⁹. Sub
iungit aũt Myrſil⁹ ita. Ipſi quoq; Romani fatẽtur Hetruſcos eſſe vetuſtiſsimos,&
aureo ſeculo natos à qbus aras, rit⁹, diuinationes, colonias, & diſciplinas habuit
priſca Italia, initio ſumpto à prima eorũ tetrapoli dicta Etruria, à qua illos Roma
ni Hetruſcos cognominarũt. Cato inſuꝑ Etruriã vrbẽ diſertè memorat his verbis.
Turrenus, patre Elbio Vulturreno, & regũ Hetruſcorũ vltimo ad lacum Vadimo
nis cęſo, eqdem ad reddendã vrbẽ Etruriã anno II. Olympiadis CXXIIII. allici po
tuit sed ad recipiendas latinas litteras nunquã perſuaderi potuit. Hinc iam vrbẽ
olim Etruriam fuiſſe pluſquam manifeſtò conſtat. Quanquam autem Annius di
uerſis cõmentariorum & quæſtionum ſcriptis in huius rei probatione valde ſe tor
queat, plurimoſq; cum Liuij, tum Spartiani ac aliorum locos adferat, qui ad inſti
tutam diſputationem vti legentes animaduertere poſſunt momenti habent nihil,
cum non de ciuitate, ſed de regione Hetruria ſint accipiendi minimè tamen nega-
ri poteſt, quin & vrbem Etruriam Liuius etiã aliquando memorauerit, veluti cũ
in hæc verba ſcribit b. Alij duo exercitus haud procul vrbe, Etruriæ oppoſiti vnus
in Phaliſco, alter in Vaticano agro: C. Fuluius & L. Poſthumius Megyllus Pro- b.lib.10.
prętores ambo ſtatiua in ijs locis habere iuſsi. Satis vt puto hîc ex confinium de-
ſignatione liquet Etruriam ciuitatem à Liuio memorari, cũ milites ſtatiua iuſſos
habere dicit in agro Phaliſco Vaticanoq; nam illi Etruriæ oppido finitimi ſunt:
quinimo ipſum in Phaliſcis Viterbum eſſe iam antè commonſtrauimus. Satis igi-
tur ſit hactenus Etruriam vrbem omnino extitiſſe, proinde certum ipſumq; locũ
quo fuit, deinceps inueſtigare conueniens erit. Et cum ſi diligenter Catonis verba
conſideremus manifeſtò apparuturũ cenſeo: cum eñ ait, Gens tertia Tuſciæ Trãſa
pẽnina à Cyminijs diffunditur ad Piſtorium: in his Vulturena ſub radicibus Cymi
nijs iacẽs, cognomine Etruria, à qua tres gẽtes Hetruriæ appellãtur Hetruſci, vt à
cõmuni metropoli: ſatis euidẽter oſtẽdit, vrbẽ hãc radicib⁹ mõtis q nũc Viterbin⁹,
appoſitã fuiſſe. Quapropter vnà hîc cũ Annio ſentimus, eo loco Etruriam vrbem
vbi nũc Viterbum eſt extitiſſe ſimulq; quatuor oppidorum de quibus in Viterbo
commemorauimus, caput ac Metropolim habitam. Diuerſis autem nominibus ꝓ
ſertim apud poëtas appellata legitur. Nonnulli Turrenã, alij aliter dixerũt, & ali- c.lib.8.
quãdo ſub nomine Larthis alicui⁹ expreſſere. Sic à Virgilio c Mezẽtij Agillini ſe- Aen.
des antiqua vocatur & alibi d Turrena Coriti ſedes à Rege, Dardani patre, cum d.lib.7.
ait. Hinc illum Coriti Turrenã à ſede profectum. Silius e quoque priſci Coriti ſe- Aen.
dem nominat, inquiens: e.lib.4.

> Ergo agit areptis præceps exercitus armis
> Lydorum populus, ſedemque ab origine priſci Sacratam Coriti.

Quan-

Quandoq; totius Vulturnæ, vel eius duntaxat partis cuiuſdam appellatione deſi-
gnatur, vt apud Liuium, vbi de fano Vulturnæ mẽtio fit. Plini⁹ etiam Vulturrenos
memorat cognomine Etruſcos, qui in Vulſinienſium regione ſunt. Notare porro
operæpretiũ eſt eum Plinij locum mendo nõ carere, ſi vt vulgares habent codices,
Volaterrani, legatur· quandoquidem Vulturreni reponendum eſſe ſatis inde con
uincitur, quòd Volaterrani in agro Vulſinienſi nequaquam ſint, in quo Vulturre
nos eſſe haud dubitatur. Alij Vetuloniam nimirum ab vna eius parte Vetulonia,
a.lib.8. dixere, quemadmodum Silius a illo verſu: Mæoniæq; decus quondã Vetulonia gẽ
tis. Eodem modo Tuſſam Tuſcamq; vocatã, incolas Tuſcos, inuenitur, vti apud
Propertiũ in Vertũno ſic dicentẽ. Tuſcus ego Tuſcis orior· nec pœnitet inter Præ
b.lib.4. lia Vulſinios deſeruiſſe focos: Et Ouidius b de Libraca: qui Tuſca, inqt, pulſus ab
Metamor. vrbe Exilium dira pœnam pro cæde luebat. Sæpius tamen Etruria proprium vrbis
nomen apud auctores vſurpatum. Itaq; iam euidenter ex Annij ſententia demon-
ſtrauimus Etruriam vrbem eo loco, vel ſaltem finitimo extitiſſe, quo Viterbũ eſt.
nempe cis montem Cyminum· non vt Volaterranus exiſtimauit, in eius vlterion
parte. Poſt Viterbum, ſeu id Vulturrena & Etruria pri⁹ fuerit· ſeu illa quæ Deſide-
rius rex vno muro coniunxit oppida vti prędiximus, mons eſt Viterbinus, cui⁹ ip-
ſis in radicibus Viterbum. Totus ſcriptorũ grex, vti Cato, Liui⁹, Virgilius, Anto
nus, alijq; plurimi Montẽ Cyminũ vocãt: habetq; ad viæ qua nunc Romã itur le-
uam primo fere lapide Canapinã oppidum, cuius incolas antiqui Capenates dixe
re. Capinã Cato vocat: hinc gens Capinates. Meminit eorum perſæpe Liuius· nomi
c.lib.5. natimq; cũ c Q. Seruiliũ audita Capenatiũ defectiõe copias in eorũ agrũ adduxiſ-
ſe, ac in eo prędas exercuiſſe· tũ exterritos oppidanos pacis cõditiones poſtulaſſe
d.lib.6. narrat. Alibi d quoq; in ciuitatẽ, inqt, accepti qui Veientium Capenatiũq; ac Pha-
liſcorũ per ea bella transfugerãt ad Romanos· agerq; ijs nouis ciuibus aſsignatus
Fuit & olim hoc in monte Coritum (id Cato ſcribit in Corito monte cui ab illo
Tuſcię rege nomen erat, extitiſſe) oppidum, cuius hac ætate veſtigia ſuperſunt. He
truſci ſua lingua Coritnienta vocarũt, quod latinè vt Seruius exponit, Coritũ mõ-
tem munitum cum arce & caſtello ſignificat. Erat item in Cymino inuia quonda
e.lib.9. & horrida ſylua, de qua Liuius e ita memorat. Iam Sutrium ab Hetruſcis obſideba
tur, Cõſuliq; Fabio in ijs montibus ducẽti ad ferendam opem ſocijs, tentandasq;
munitiones ſi qua poſſet, acies hoſtium inſtructa occurrit: quorũ ingentem multi-
tudinem cum oſtenderet ſubiecta latè planities, Conſul vt loco paucitatem ſuorum
adiuuaret, flectit paululum in cliuos agmẽ. Aſpreta erant ſtrata ſaxis· inde ſigna in
hoſtem obuertit. Et paulò poſt. Eum impetũ non tulerũt Hetruſci· verſisq; ſignis,
fuga effuſi caſtra repetunt: ſed equites Romani pręuecti ꝑ obliqua campi, cum ſe
fugientibus obtuliſſent, omiſo ad caſtra itinere montes petunt: inde inermi pene
agmine ac vexato vulneribus in ſyluam Cyminiam penetrant: Romanus mul-
tis millibus Hetruſcorũ cæſis· duodequadraginta ſignis militaribus captis, caſtris
etiam hoſtium cum præda ingenti potitur. Tum de perſequendo hoſte agitari cœ
ptũ. Sylua erat Cyminia magis tum inuia atq; horrenda, quam nuper fuere Germa
nici ſaltus· nulli ad eam diem ne mercatori quidem adita. Eam intrare haud fere
quiſquam præter ducem ipſum audebat. Ita Liuius· idemq; L. Florus in Hetruſco
Samniticoq; bello cõfirmat, Cymintũ ſaltũ ante illa tempora inuium planè, quaſi
Calidonium vel Hercinium fuiſſe ſcribens. Hac tamen ætate repurgatis muni-
tiſq; locis illis iter habet non min⁹ frequens atq; tutũ, quã olim infra Viterbũ via

aſsia fuit Romam Vetralla ducens. Trans arduum hunc montem lacus ad pe-
em eſt regione meridionali, veteres Cyminum dixerunt· nominatimq́; Cato, &
irgilius qui ſyluam Capenam, montem, lacumq́; Cyminum vno hoc verſu me-
orauit *d*. Et Cymini cum monte lacum, lucoſq́; Capenos. Silius *b* etiam ait: Cymi *d. lib. 7. Aeneid.*
nq́; lacus. Seruius in enarratione Virgiliani verſus, fabulam de lacus origine nar-
at. Hercules inquit, cum ad hos populos aliquando veniſſet, & à ſingulis prouo- *e. lib. 8.*
aretur ad oſtendendam virtutem, ferreum vectem quo exercebatur, defixiſſe dici-
ur· qui cum terræ eſſet affixus, & à nullo potuiſſet auferri, etiam rogatus ſuſtulit·
vnde immenſa vis aquæ ſecuta eſt quæ Cyminium lacum fecit. Hæc Seruius inſu-
per addens, quanquam hoc fabuloſum ſit, verum tamen eſſe locis hoc ſitu humili-
bus egeſta terra ſtatim aquas prorūpere propter abundantiam earum, quæ hîc tan
quam in concha minimo ſub terra ſpatio lateant. Nomen à monte Cymino de quo
iam egimus traxit, uti etiam ipſa regio & ſylua. Lacus Elbij quoq́; dictus ab Elbio
poſtremo Larthe Turreni patre· quapropter & Antonino ſic appellatur. Ptolemæ
us Vicum Elbij iuxtà deſignat: ideoq́; non mediocriter illos errauiſſe manifeſtum
eſt, qui Vicum Elbij Viterbum exiſtimarunt, cum citra Cyminum ſit· illud verò in
vlteriori parte. Eſt autem & in hodiernum vſq́; diem Vicus, vnde lacui quæ nunc
viget appellatio nata, vt lacus Vici appelletur: nec immerito ſuſpicari poſſe cen-
ſeo Vicum Elbij Ptolemæum hoc eodem loco deſcribere. Puto & hinc originem
fuiſſe nobili honoratæq́; Vicorum genti, quæ Viterbinæ Reipub. principatum diu
tenuit, vt Blondus, Sabellicus, & Ioannes Geneſius in Hiſtoria Ægydi Carilæ Car
dinalis abundè perſcripſerunt. Deinde ſupra viam Caſsiam, quæ paulo antè memo
rata, propter Cymini iuga Caſtellum Surianum eſt, vbi munitiſsimam cum primis
Italiæ totius arcem Nicolaus III. ex Vrſinorum gente Pontif. Rom. conſtruxit· po-
ſteaq́; ſuæ familiæ conceſsit, vt Volateranus auctor perhibet. Eam quo tempore
Pontificia ſedes Auinioni in Gallia erat, Britones à Cardinale Gebennenſe Grego
rij XI. Pontif. Legato in Italiam adducti occupauerant, neq́; priùs vlla vi extorque
ri ſibi ſunt paſsi, quamuis ab Alberico Cuniate libertatis ſummo vindice reliquis
Italiæ locis omnibus fuiſſent pulſi, quàm Martinus V. è familia Columnana Pon-
tif. Max. ſedem Pontificiam è Gallia Romam reduxiſſet: is enim artibus, inge-
nioq́; ac muneribus id effecit, vt ſponte excederent, arcemq́; ſuæ ditioni ac poteſta
ti reſtituerent, quemadmodū Blondus, Volaterranus, & Sabellicus memoriæ pro-
didêre. Noſtro item ſeculo Vrſinis traditam ab Alexandro VI. Potif. vidimus· nec
ita diu pòſt iterum ablatam receptamq́;. In Via Caſsia à Ciſalpina Gallia Romam,
oppida vt Antoninus recenſet hæc ſunt: Caferonianum, Luca, Phocenſes, Sena co
lonia, Mons Vmbro, Varentanum iuxta lacum Volſinienſem· quæ loca iam à no-
bis antè deſcripta ſunt. Sequitur eadem via Mudernum, quod ita nunc vulgus vo-
cat, ſed Antoninus Tudernum, Ptolemæus Sudernum: quanquam non ſine ratio
ne putem mendum hac in voce apud Ptolemæum eſſe· ac literam S. pro T. librario
rum errore ſuppoſitam. Erāt & in hac via prope Viterbum Aruntes Camillarij, de
quibus ſupra memorauimus. Hinc tum Vetralla eſt, ſic vt quibuſdam placet, tan-
quam Vetus aula dicta. Forum Caſſij vocat Antoninus à Caſsio nimirum, qui &
viæ, & nominis eius auctor, vt Annius ſcribit. Suffragatur Antonino quod in ho-
diernum vſq́; diem ædes hîc eſt vt uulgò vocatur D. Mariæ Forcaſsiæ. Viæ Caſsiæ
Marcus Tullius in Philippicis meminit, Hetruriam ea diuidi ſcribens. Læua hinc
Sutrium verſus plurimi ſunt colles, Italicum vulgus Montaniolam vocat, habètq́;

nõnulla etiam caſtella. Sequitur illa in via, quæ Romam ducit Roncilio, infraq;
Capranica, quam Annius apud Beroſum Cupranicam dici vult, olim Oceani The
tidis fratris coloniam, cuius amni Capo oceanum nomen eſt inditum. Dextra Ca
pranicæ Baſſanum. Rurſus itinere Tiberino Cyminioq; iuxta deſcriptionem An
tonini Sutrium antiquiſsima ciuitas, ita veteribus Straboni, Silio Ptolemæo, An
tonino, Liuioq; dicta. Nominis originem à frumẽto eſſe ſcribit Annius nempe a
σῖτ⊛, quod frumentum ſignificat, & tris, quo triplicem ariſtam, compoſitum, quo
niam tribus ariſtis pro ſymbolo ac inſigni vtatur. Eos igitur errare cenſet, qui con
ditum à Saturno fabulantur, quandoquidem apud Catonem relatum ſit auctores
eius ante Saturnum fuiſſe Pelaſgos. Liuius Sutrium multis in locis nominat, præ-
ſertim cum Hetruriæ clauſtrum ob loci naturã, & belli aduerſus Hetruſcos geren
di opportunitatem, appellat: pauloq; pòſt, Camillum audita Sutriorum def
ctione, militi ędixiſſe ait, vt annonam tridui ſecum in iter deferret, quò celeritati
profectionis aduerſus Sutrios obeſſe poſſet nihil. Hinc & Plautinũ eſt adagium
a.lib.6. vt qui dierum aliquot annonam ſecum deferunt, ire Sutrium dicantur. Tantam
b.lib.9. Liuius a Camilli celeritatem fuiſſe ſcribit, vt eadem die Sutrium reciperet, eie
ctosq; reſtitueret, qua erat ab Hetruſcis occupatum. Alibi b quoq; pugnatum in
ter Romanos Hetruſcos, & Vmbros acerrime ad Sutrium ait, amiſſaq; ex Hetru
a lib.8. ſcis & Vmbris quorum pars capti, pars cæſi, hominum fermè M.LX. Sed et Silius
a Sutrij meminit inquiens: Ciminiq; lacu qui Sutria tecta. Parum hac ætate fre-
quentatur, cauernis vndiq; topho cui inſidet, inciſis cinctum. Alia quoq; ſunt in
hac regione loca, quæ quidem Phaliſcis annumerari poſſe puto, cæterum quia nul
lius fere momenti habentur, omittemus, & ad Veientes vltimam Hetruriæ medi
terraneæ partem ex inſtituto conuertemur.

VEIENTES.

VEientes à plauſtris, quibus omnia ſua more Schytarum circumferre, muni
b.lib.5. tionesq; in oppidi formam componere ſolebant, appellationem tra[illegible]
Beroſus b auctor in hæc verba tradidit. Anno tertio Iouis Beli filij Saturni Comerus
more Schytico vnde venerat, docuit ſuos Italos vrbem curribus componere. Et i
deo Veij appellati ſunt vocabulo Sago, qui Veias plauſtrum appellant, & vrbem
ex his compoſitam ſi parua ſit Veitulam, ſi magna Vlurdum, ſi metropolis Cyo
cholam. Ad hæc quoq; tempora Schytæ plauſtris & curru pro domibus vtuntur,
& ſub ſolario quidem ſtabulum, ſuprà verò habẽt officinas domus. Hæc ille. Gen
tem itaq; Veiorum, vehiculorum vſum à Comero primùm accepiſſe, proptereaq;
Veios & Veientes appellatam, illo auctore comprobatur. Fines Veientum Romã
& Phaliſcos deſcribit Liuius, quo ſpatio XX.P.M. continentur: itaq; quod Iani-
culum & Cymini montis radices nonnulli deſignarunt, ſpatium amplius P. M.
XXX. rectè factum ex Liuij ſententia eſſe haud poteſt. Nos huic genti limites ſta-
tuemus à Ianiculo ad lacum Sabatinum, item Roſulum, Regnanum, radices mon
tis Soractis, ac deinceps ſecundum Tiberim ad Ianiculum. His finibus olim tenue
re Veientes admodum ab antiquis ſcriptoribus celebrati, pręſertim Dionyſio Ha
c.lib.1.3.5. licarnaſſeo, Catone, ac Liuio, qui ſæpius contra Romanos grauiſsima eos geſsiſſe
d.lib. 7 bella, tandemq; victos ſubactosq; ſcribit. c Et Silius de hac gente, trecentorum Fa-
biorum cladem memorãs, Veientum, inquit, populi violata pace negabant Acce
ptare iugum. Sutrio itaq; viam Romanam pergenti, quarto lapide Mons Roſeus
Antonino Roſulum dictus occurrit, pari à Nepe, de quo ſuprà diximus, interual-
lo, Pro-

. Propinquus eſt lacus,accolæ Montis Roſei vocant,haud quidem magnus,ſed men altitudine notabilis. Hunc vt paulo antè retulimus,lacum Vadimonis fal- exiſtimauit Blondus. De cætero eſt Bacchanum, de cuius nomine ſcribit An- us,Căpanianum quod altero lapide abeſt, ſeu Capanianum, recentius Pania- m à Pane dictum, quem Latini Bacchum vocant: inde Capanianum poſterius ppidum Bacchanum eſſe,à quo tota regio & ſylua olim Capaniana, nunc latinè acchana vocatur. Priuſquam ad vicum Bacchanum perueniās lacus occurrit e- guus,quem Bacchani vocant,flumen modicum effundens, admodum tamen a- id ſcriptores vti poſtea dicemus, celebre: quod decurſa regionis parte, iuxta alcham in Tiberim ſe condit. Poſt vicum Bacchanum qui totus ex diuerſorijs bernis cōſtat,ſyluoſi imminent ſaltus,quos Bacchani vocant,cædibus & latro- nio quondam perinfames. Antiqui ab oppido quod iuxtà erat & Cato Meſium at, Meſiam ſyluam appellarunt. De qua Liuius a, Sylua inquit, Meſia Tuſcis a- empta. Et alibi pugnam Fabiorum cum Veientibus exponens, è ſylua Meſia vo- em exauditam ſcribit. Olim ea commeare non ſine ſummo periculo licuit: ſed ac noſtra ætate tam quod maiori ex parte ſit incendio vaſtata, quàm per maxi- am Pontificum Rom. curam ac diligentiam, præcipueq; Iulij II, Leonis X. Cle- mentis VII. & Pauli III. tam eſt tuta, prorſus vt abſq; metu quouis tempore pera- gretur. Flumen ex Bacchani lacu oriens Cremeram eſſe dicimus, prope quam CCCVI. Fabios cum ſeruis V. M. internecione occidêre Veientes, vt & Liuius prodidit, & item Dionyſius c Halicarnaſſeus qui amnem hūc parum à Veijs di- tare diſertè ſignificat hac ferè ſententia. Fabij cū amnem attigiſſent Cremerā, qui on procul à Veijs abeſt, caſtellum in prærupta rupe defenſioni præſidioq; ſuo cō- ituêre, ac circū ducta duplici foſſa, turribus etiam aliquot ad commodiorē ſtatio is tutelam erectis, magno opere muniuere. Nomē ab amne Cremera inditum præ erlabente. Addit poſtea caſtellum hoc cæſis Fabijs Veiētes expugnaſſe cepiſſeq;. ciendum verò eſt Fabios omnes vnà cum ſocijs non ſimul ad Cremeram flumen teremptos, ſed paſsim diuerſis locis in vallibus collibusq; ac ſyluis propinquis. e Fabiorum clade ſic Ouidius d.

a. lib. 1.
b. lib. 2.
c. lib. 9.
d. li. 2. Faſt.

Vt celeri paſſu Cremeram tetigere rapacem,
Turbidus hybernis ille fluebat aquis.
Caſtra loco ponunt: diſcretis enſibus ipſi
Tyrrhenum valido marte per agmen eunt. Et paulo pòſt
Fraude perit virtus, in apertos vndiq; campos
Proſiliunt hoſtes, & latus omne tenent.

Dextra tum deorſum, hæc ccurrunt, Cæſanum, Formellum, Gallera quod oppidū Antoninus in itinere Ti erino ſeu Cyminio deſcripſit, Annius nomine eſſe Aramæo ac Hetruſco vult Gal eram enim ab antiquis Gallis id eſt inundatis dictā, cùm Xenophon auctor ſit Ba ylonios Galleras dicere rates, quòd ab vndis ſeruent: easq; inquit Annius Ga- eas Hetruſci vocant, Schytæ Sagas. Ditionis eſt Gallera gentis Vrſinorum. Exi- uo hinc interuallo Marthenianum in itinere Tiberino ſeu Cyminio, vt Annius cribit, quod nunc in via eſt, qua Roma itur Anguillariam tertio decimo ab vrbe apide, Larthenianum Antonino Catoniq; dictum. De quo Cato, A Tiberi, inquit, d Cyminia iuga, ſecunda gens Tuſciæ eſt, cognomine à Tuſcis Lartheniana, id ſt metropolis Eniana: Larthem enim ſummum regem vocant. Enianum verò rbs in ea ab Enetanis Pelaſgis condita, quam Veij Hetruſci pulſis Pelaſgis am-

pliatam, à principatu prouinciæ ſimul & conditoribus priſcis Larthenianum, Romani verò à genere populi Veiens vocauerunt. Hæc Cato. Annius autem in Manethone ex Diodoro Siculo refert, Vetulonienſes Glauco & Pelaſgis tota Italia pulſis victores, Enotum oppidum potentiſsimum non procul vrbe Roma cum cepiſſent, vrbem ſibi conſtituiſſe, quam à patriæ gentisq; ſuæ nomine Veientem appellarunt, vt Epigones tradidit. Hinc, addit, in vita Camilli Plutarchus illos Latanos antè fuiſſe retulit, dictosq; à Romulo Sardinianos, quoniam à Veijs Hetruſcis qui intra fines Hetruriæ continentur, originem habent. At verò Veij Hetruſci, Sardiniani fuere coloni vt idem Plutarchus in vita Romuli perhibet. Coloni autem Sardiniæ fuerunt, non quòd à Sardinia in Hetruriam venerint, ſed quod origine Hetruſci Sardiniam cum rege Phorco primùm inhabitarunt, vt auctor S...
a.lib.5. bo a tradidit. Vrbs hæc illa eſt, quæ montis impoſita iugo, rupibusq; præcel...
b.lib.2. ſciſſà vndiq;, tantum, vt Dionyſius Halicarnaſſeus b ſcribit, ambitu ſuo ſpatij c... plectebatur, quantùm olim Athenæ in Græcia. Sed idem tamen auctor ſcri... illis antiquis temporibus ea magnitudine vrbes haudquaquam fuiſſe, qua n... plerumq; ſunt (quoniam priſca memoria, quod & ante retulimus, in ſpeciem v... rum vrbes conſtruebantur) multisq; de cauſis plurium inter ſe vicinitas capta... tur. Itaq; iam nemo mirabitur eandem Martheniano amplitudinem Dionyſi... aſſcribere, quantam Athenis: etenim modicas eius etiamnum ſeculo Athena... iſſe, dein autem auctas, intelligere oportet. Eſt item hæc illa vrbs, quam pop... Romanus decem æſtatum bello obſedit, duceq; tandem Camillo expugnauit (... de tanta vis opum tunc delata Romam, quanta CCCL. annis ea in vrbe adh... ſa nunquam fuerat. Situ cum primis erat amœno ac eleganti (cœlo optimo ...
a.lib.5. berrimoq;): quapropter Roma quondam à Gallis capta Liuius a auctor e... lium habuiſſe Romanos patriæ deſerendæ, domicilijq; populariter huc tranſ... rendi: qua de re verſiculus ille legitur, Roma domus fiet, Veios migrate Qui... etſi Camillo diſſuadente non fuerit tum in illam ſententiam diſceſſum. Qu... d... tem vrbs Veij loco hoc certò extiterit, minimeq; quo nunc Ciuitas Caſtellana ... tum ſitus confiniaq; à bonis auctoribus deſcripta, tum ſpatium quo ab vrbe ... ma diſtat, omnino conuincit. Colli, vt ex Dionyſio retulimus, impoſita eſt p... ſo: vicinum habet Ianiculum: deniq; centum ferè ſtadijs vt ait Dionyſius, vel... lo amplius P.M.XII. abeſt à Roma. Prorſus igitur exiſtimo Marthenianum ... Veios quondam, gentisq; Veientum metropolim fuiſſe. Tranſuerſo hinc ... ad Montem Soractem, primò Malianum apparet, deinde Mantianum, mo... gia, tum ad pedem montis Arinianum ita dictum Catoni, binas Ianum colo... ad ripam Tiberinam poſuiſſe tradenti, Ianiculum & Arinianum tanquam ... mitatem Iani dictum. Nec obſcurè id quoque Blondus probat, oppidum hoc Ariànum à propinqua Iani area vocatum ſcribens. Idem addit caſtellum quod hic ... extat ab Illuſtri Domina Theodora Romana poſſeſſum, temporibus D. Gre... Pontif. Max. ædificatum fuiſſe. Arignanum Platina vocat in Adriano IIII. Po... quem hìc vita conceſsiſſe ſcribit. In propinquo ripa eſt Tiberis, in qua mox Pontianum, & vlterius Flaccianum. Tiberis hìc flexus ad meridiem, vrbemq; Ro... Sequũtur itinere per ripam, Turrita, inferiùs Natianum, deinde Fianum ortu Franciſci nobilis Hiſtorici & poëtæ, quem Blondus commemorat, inclytum. De... tra tum in mediterraneo Ciuitella, item Limprinianum, & vltrà Morlupum. De cætero viæ impoſitum Flaminiæ Caſtrum Nouum, quod Antoninus illo in itinere

recen-

cenſet : hinc Arianum. Rurſus Flaminia Romam tendenti Porta Prima occur-
,vbi viæ ſtratæ pars cum veſtigijs quibuſdam & ruinis ædificiorum ſupereſt.
ır nunc Portam primam vocent, equidem adhuc cognoſcere non potui. Sequi-
r ſecundo Tiberi Pons Miluius, quo via Flaminia per amnem iuncta, primusq;
tur in Latium & ſuburbia Romana ingreſſus. Tiberis hinc alueus ad Ianiculũ
icit prope quod initia cum huius regionis, tum Italiæ totius cœperunt. Termi-
ıs hic vt dictum eſt Veientum, quorum inſuper in agro lapidem inueniri nobi-
m Plinius[a] his verbis memorat. Veientana Italica gemma eſt in Veijs reperta ni *a.lib.3c. cap.10.*
am materiam diſtinguente limite albo. Ianiculum pòſt in Latio dicetur, quippe
uia Romæ pars eſt. Sequitur ſecundo Tiberi Malianum ripæ appoſitum, locus
ramœnus & elegans, quinto ab vrbe lapide, Pontificum oblectationi peculia-
s. Ciuitas hinc Portus Romanus, quam in ora deſcripſimus. Denique Tiberina
ſtia totius Hetruriæ finis. Hactenus igitur abſoluta nobiliſsimæ regionis He-
uriæ chorographia, proximi ſunt Vmbri : quos tamen priuſquam dicere aggre-
iamur, præclarum flumen Tiberim ſummè apud priſcos ſcriptores celebre, com-
nemorandum arbitrati ſumus.

TIBERIS.

AMnem hunc à veteribus diuerſè appellatum ſatis conſtat. Albulam inpri-
mis vocãt, Liuius, Virgilius, itemque Silius[b] cum inquit : Sed patre ingenti *b.lib.8.*
medius illabitur amne Albula. Cauſam eius nominis in diuerſum auctores tra-
hunt. Annius apud Catonem ab Alba Iani deductum aſſerit ex Ouidij[c] verſibus *c.li.6.Faſt.*
ius, quibus Ianum loquentem introducit:

Sic fatus Spinam qua triſtes pellere poſſet
A foribus noxas, hæc erat Alba, dedit. Pauloq; poſt.
Virgaq; canalis de ſpina ſumitur Alba.

Coniungit Beroſi[d] auctoritatem, qui Ianum filiam ſuam Cranam Aboriginum *d.lib.5. antiqui.*
reginam creauiſſe, ſceptrumq; illi cum Alba tradidiſſe ſcripſit. Albulam itaq; di-
ctam putat à Ianigenis ab Alba Iani. Ea faſcis virgarum erat cum ſecuri, flagello,
ſceptroq; regio, quem Latini faſcem Imperij vocabant, Aramæi Albam. Et primus
omnium regio hoc faſce Ianus ex inſtituto Schytarum his in locis vſus eſt· nimi-
rũ ad terrorem improborum, ne perpetuam illam Aurei ſeculi pacem & quietem
conuellere quiſquam ac turbare auderet. Eam ob rem ex virgis fiebat : flagellum
quo malũ caſtigaretur, ſecuris quo amputaretur, ſceptrum quod Imperij poteſta-
tem ſignificaret vnà iungebantur. Itaque quoniam his in locis Ianum faſcibus v-
tentem habitaſſe contigit, propterea cenſet Annius amnem hunc Albam vel Al-
bulam inde dictum· reprobatq; ſententias aliorum, qui ab albis eius aquis deno-
minatum putauerunt· quippe quoniam albæ illæ non ſint, ſed flauæ potius, Virgi-
lio[e] teſte cum inquit : Et multa flauus arena. item Horatio dicente : Vidimus fla- *e.lib.7.*
uum Tiberim retortis Litore Hetruſco· ac Ouidio[f] ſic : In mare cum fulua pro- *f.lib.14. Metamor.*
rumpit Thybris arena: denique Silio[g] ita: Addam etiam flaua Thybris quas irri- *g.lib.9*
gat vnda. Verumenimuero mihi Ioannis Antonij Flaminij plurimorumque qui
vnà ſentiunt aliorum opinio magis placet· nimirum Albulæ nomen ab albis flu-
uij deſumptum aquis · idq; nec poëtarum quos Annius allegat auctoritatem oppu
gnare : dicimus enim Tiberis colorem eſſe album, quemadmodum & in ſpicis fru
menti maturis quæ reuera flauæ ſunt, albedinem accipimus, cum is color ſic ipſa
natura comparetur & proueniat. Dictus inde Thybris à Thybro Hetruſcotum re-

 ge, vel

ge,vel vt alij volunt, Aboriginum·quem Glaucus Minois filius apud eum interemit.
a. lib. 8. Aeneid. Nonnulli,vt Seruius illo Virgilij [a] verſu notat, Tum reges aſperq; immani corpore Thybris, Thybrim dixere non tam ab regis huius nomine,quàm ab iniurijs & contumelijs quibus in obuium quemque circa fluuium graſſabatur appellatum,quaſi τῆν ὕβριν quæ vox iniuriam ſignificat. Alij Siculos aiunt quoſdam huc profectos,amniq; nomen id à Syracuſana foſſa,quam in oppidanorum contumeliam Africani & Athenienſes fecerant,indidiſſe. Vt vt ſit,nos omniũ ſententias in medio relinquimus. Recentiſsimum nomen Tiberis à Tiberino Syluio Albanorum rege,qui anno ante Romam C. C L X I I I. in traiectu eius ſubmerſus,ortũ, vt
b. lib. 1. Euſebius & Ioannes Lucidus teſtantur. Cuius rei mentionem Liuius [b] quoq; fecit,
c. li. 2. Faſt. ac item Ouidius [c] inquiens: Albula, quem Tiberim merſus Tiberinus in vndas red
d. lib. 14. Metamor. didit. Et alibi [d]:

ante fuit regnum, Tiberinus ab illis
Cœpit,& in Thuſci demerſus fluminis vndas
Nomina fecit aquæ.

Plerumq; vero hac appellatione veteres omnes qui memoriam amnis vſurparunt vſi·vt Cato, Sempronius, Fabius Pictor, Strabo, Plinius, Dionyſius Halicarnaſſeus, Dionyſius Afer, Mela, Liuius, Antoninus, Virgilius, Ouidius, Silius, Horatius, Ptolemæus, cæteraq; cohors ſcriptorum qui mentionem eius fecere, tota. Memo-
e. lib. 8. Aeneid. ratur à Virgilio [e] his verſibus.

Tum reges aſperq; immani corpore Thybris,
A quò poſt Itali fluuium cognomine Thybrim
Diximus,amiſit verum vetus Albula nomen.

Sed et alijs modis apud poëtas deſignari ſolet·nempe per periphraſin,veluti vt Lydus, Tuſcus, Vulturnus ac Turrenus appelletur. Et ab Hetruriæ populis eæ quidem denominationes ſumptæ: Lydus enim dictus à Lydis clara bello gente,quæ ſedibus in Italiam tranſlatis apud eum incoluit·totumque tractum à fonte ad mediam amnis longitudinem regione
f. lib. 1. ſeptentrionali, vt Herodotus, Myrſilus, ac Dionyſius [f] Halicarnaſſeus tradidere, tenuit, vbi Tyrrhenus Mæon Lydorum colonias poſuit XII. Hinc Lydi nomen amni natum à Lydis, qui ante Troiam conditam accoluere. Tuſcum frequentius à
g. lib. 8. poëtis vocari ſcimus, nominatim Ouidio, Virgilioq; ac Silio dicente: [g] quique
h. lib. 4. Epig. oſtia Thuſci Amnis amant· item Martiale [h] qui, Heſperias inquit, Thuſco lauit in amne boues. Quod autem nonnulli exiſtimarunt propterea dictum Thuſcum, quoniam in Tuſcia ſurgat·ea ſanè ratio mihi videtur inconueniens: etenim & ad cæteros hac regione naſcentes amnes, Arnum, Auſerem Vmbronemq; ac alios æquè pertineret. Veram itaq; rationem à Fabio Pictore ſumemus, ſic vt Annius ait, dicente. Tiberis limes Imperij Volturreni inter veteres Ianum & Saturnum, qui à principe eius vrbe Volturrena per ſyncopam dictus eſt Volturnus, & ob id non Latinus ſed Tuſcus. Itaq; duo cognomina ſunt à Regia Volturrena, id eſt antiqua Turrena Tiberi indita· per ſyncopam Volturnus, ſine ſyncopa Turre-
i. lib. 1. nus, & Tuſcus. Hinc Varro [i] de lingua latina ſit ſcripſit. Tiberis quod vocatur extra Latium Volturnus, non ſpectat ad linguam latinam, etiamſi tranſit in vſum latinæ linguæ. Nomina igitur & cognomina Tiberis vt Annius ſcripſit hæc fuere: Volturrenus, & per ſyncopẽ Volturnus, ab vrbe regia ſub Iano & Saturno, ſub finem ætatis aureæ· dein Tuſcus à Tuſco rege Herculis Aegyptij filio· Albula ab Alba Iani· Lydus à gente, ſub Tyrrheno Mæone· Thybris à rege Thybre latro-

cinijs infami· deniq; Tiberis à Tiberino X. Albanorum rege. Sic ille. Nos vt paulo antè diximus, Lydi Tuſciq; nomina per circumlocutionem potiùs à poëtis vſurpata putamus: ſuum tamen cuiq;, relinquimus iudicium. Tiberis vt Strabo Pliniusq; teſtantur, præterea q; facile videre eſt, caput in Apennini iugis tollit è media propemodum eius longitudine, finibus Aretinorum, eadem ferme parte vbi fons Arni ſupra Aretium· & vt ſcribit Dionyſius a Halicarnaſſeus, initium ex ijſdem Apennini radicibus habet, in quibus etiam Lyris· quanquam oſtijs per quæ mari illabitur vterq;, ſtadijs DCCC, vel P. M. C. inter ſe diſtent, Tiberiſq; ad Septentrionem, Lyris ad Meridiem vergat. Tenuis primò admodum eſt modici riuuli inſtar, lapſuq; aliquandiu paulum etiam incrementi aſſumit, quòd præter exiguos fonticulos aquæ grandes accedant nullæ: dein vbi fluminibus augeri incipit, paulatim creſcens nauigabilis efficitur, Romamq; demum tam grandis fertur, ut tranſiri aliter quam pontibus aut nauigio minimè queat, inquit Halicarnaſſeus. Amnes torrenteſq; duos & quadraginta ſpatio P. M. CL, nam hæc à fonte ad oſtia longitudo eius tota eſt, colligit, præcipuos verò Narem, Anienem, Tinnam, & Glanem. Tot igitur auctore Plinio fluminibus, & Aſi item augetur: ideoque non mirum ſi Dionyſij temporibus latitudinem iugerum quatuor habuerit. Oritur vt diximus Apennino: Tuſciamq; percurrens non procul Tipherno, Peruſia, Otriculo Hetruriam ab Vmbris Sabiniſq; dirimit: dein citra Romam P. M. fere XIII. Veientes ab agro Cruſtumino & Fidenate, item Latium à Vaticano ſeparat. Rerum omnium in toto orbe naſcentium inquit Plinius, mercator placidiſsimus. etenim ab Oſtia naues aduerſo flumine vel remis, vel funibus ſubuehuntur. Plurimis accolitur aſpicituṙq; villis, oppidis, ac vrbibus, præcipueq; Roma, quam in duas partes diuidit, vti pòſt in Latio dicetur: quem in locum Ianus, ſeu vt Cato dicit Noa vel Noë domicilium contulit· primaq; ibi Italiæ cœpta initia, dein Romani tenuere, qui imperiũ & Monarchiam vniuerſi propemodum orbis terræ ſibi compararunt. Plinius de Tiberi ſcribit, nulli fluminum licere minus incluſis vtrinq; lateribus: nec tamen ipſum pugnare, quamuis creber, & ſubitis incrementis augeatur· aquis quoq; nuſquam magis, q̃ in vrbe Roma ſtagnãtibus: quinimo vatem intelligi potiùs ac monitorem, quoties vrbem inundet· auctuq; religioſum veriùs, quàm ſæuum. Ita Plinius. Et mehercules Tiberim alueo nunquam egredi, Romamq; inundare, quin malum illi aliquod calamitatemq; maximam ceu bellum, peſtem, famem, aut ſimile quid portendat, exemplis pridem longa temporum ſerie fuit obſeruatum· è quibus & nonnulla quæ in noſtram memoriam inciderunt paucis commemorare libet. Temporibus Alexandri VI. Pontif. in eam magnitudinem intumuit, vt plano vrbis penitus occupato, ſignum illud pro D. Mineruæ fano exæquaret, quod in hunc vſq; diem memoriæ cauſa cernitur. Eam inundationem mox Caroli VIII. Galliarum regis aduentus eſt inſecutus, qui Italiam pene totam vſq; Neapolim in genti cum exercitu peruaſit· vnde tot vrbium populorumq; clades & excidia pro ceſſere, quemadmodum Corius b in hiſtorijs oſtendit. Rurſus circa Clementem VII. Pontif. in tantum excreuit, vt omnia vbiq; ſigna, quæ temporibus exactis ad memoriam poſita fixaque fuerant, excederet, quod plurimis in vrbe locis videre eſt. Hanc eluuionem ſtatim anno à C. N. MDXXVII, triſtiſsimus vrbis caſus excepit, quo à Caroli V. Imperat. Auguſt. legionibus vaſtata direptaque fuit, ac ipſe in Hadriani mole circumſeſſus Pontifex, vt in noſtris Ephimeridibus eſt perſcriptum. Sub eodem Pontifice MDXXX. poſt

a. lib. 1.

b. parte ul.

C.N.anno diluuium aliud accidit, tanta aquarum magnitudine & inſolentia, quæ ſuperiorum temporum ſigna omnia rurſum vinceret· tot hominum mortes, animalium interitus, mercium ac rerum annonariarum aliarumque damna, non ſolum intra vrbis muros, ſed etiam in agris apparerent, vt abſque lacrymis grauiſsimoque dolore commemorari minimè poſsit. Et quidem ea calamitas quantam cum Romæ, tum in Italia tota famem annonæque difficultatem traxerit, nemo herculenunc ferè eſt qui neſciat. Hæc de Tiberi dixiſſe ſatis ſit: Faciā

a. lib. 3. Cant. 9. a tamen carmen adijciendum putaui quod eſt huiuſmodi.

Dein ad dextram aſpice vt euadat
 Tiberis, præter Maſſam Trebariam fluens,
 Ob aquas plurimas quas recipit.
Et vide vt lympham ſuam deferat
 A Burgo ſancti ſepulcri ad Caſtellum verſus,
 Vbi Pibicus & Soara accedunt.
Vide etiam vt grandis & inſignis
 Circa Peruſiam· vtq; apud Tuder flectit,
 Vbi Aqua frigida eſt, vnaq; Iezua.
Et vide vt per agrum Sabinum,
 Ragolum,
 Per Romam (labatur) & apud Oſtiam, mari influat.
Notato quoq; cum ab oriente recedit
 An extra Tuſciam ſit, vbi Ducatus (.i. Spoletinus, quæ Vmbria)
 Omnino, vt vides, ſe non abſoluit.i. vbi Tiberim excedit.

VMBRIA ITALIAE REGIO TERTIA.

ABSOLVTA TOTIVS HETRVRIAE deſcriptione, conſequens ſanè videbatur & proximum de Latio agere: ſed quoniam hæc regio prorſus in mediterraneo ſita eſt, pro vt nunc Vmbriam accipere ſolemus, eam ne forſan alieniori loco pertractaretur, Latio præmittere, ac tertiam Italiæ regionem in noſtri operis ordine collocare viſum fuit. Vetuſtiſsimum eius nomen, & perantiquos Vmbros eſſe, cum alij, tum in primus Plinius a teſtatur, inquiens. Vmbrorum gens antiquiſsima Italiæ exiſtimatur, vt quos Vmbrios à Græcis putent dictos, quod [in]undatione terrarum imbribus ſuperfuiſſent. Eidem accedit Cato in originibus Ianum ſcribens ex Schythia cum Dirin (vel Athlante iuxta Græcos, ſeu vt Hetruſci dicunt Atlauo) cumque Gallis Vmbrorum primogenitis in con[u]entem eius regionis veniſſe, quæ nunc Italia vocatur. Fuere hi veteres illi Galli quos Xenophon in Aequiuocis ex vniuerſali diluuio ſeruatos affirmat, Nini Babylonij atauum Ogygen Gallum vocatum perhibens, ideo quòd [so]lus cum aliquot alijs inundato orbe terrarum imbribus ſuperfuiſſet. [Qui] plurimos deinde filios procreauit. Idem confirmat ex auctoritate M. Antonij Solinus. Planum igitur eſt Vmbros tanquam Imbrios ἀπὸ τῦ ὄμβρου dictos [e]orumq; maiores antiquiſsimos fuiſſe Ianigenas, ab inundatione terrarum & [i]mbribus, vt Cato perhibet, ſeruatos. Id quidam ârcæ beneficio factum tradunt: quoniam à Beroſo ſcriptum eſt, Noa ſibi nauem inſtar arcæ contectam inundationis tempore fabricaſſe, & in eam cum tribus filijs Semo, Iapeto, Chem, ac eorum vxoribus Tyteamagna, Pandora, Noëla, & Noëgla ingreſſum, aquas euaſiſſe, poſt diluuium verò Ianum in hanc regionem Vmbriam cum Gallis profectum. Non defuere qui Vmbriam ab imbribus denominatam exiſtimarunt, quoniam ab vndis diluuij circa Noë occupata ſubmerſaque non fuerit, quemadmodum poëtæ fingunt: verùm id proculdubio fabuloſum eſt: etenim præter ſacræ ſcripturæ teſtimonium, etiam ex omnium ſcriptorum monumentis conſtat, diluuium illud vniuerſale fuiſſe, nec vllam omnino terræ partem toto tunc orbe ſupereminuiſſe. Concludimus igitur ex his auctoribus, Plinio, Catone, Xenophonte, ac Beroſo, regioni huic Vmbriæ nomen a primis eius incolis ex vniuerſali diluuio ſeruatis, & huc poſteà profectis, natum. Sed obſeruandum tamen eſt geminam Vmbrorum gentem, id eſt Veteram ac Nouam inueniri, vt Annius commentario ad hunc Myrſili locum ſcribit. Quinetiam ſi quid tradit de bello Pelaſgico Xantus, aſſerens Pelaſgos antiquiores Athu, aggreſſos bello Tuſciam, quæ quondam Vmbria dicta eſt: intelligi-

a. lib. 3.

telligitur enim hîc Vmbria prima & vetus, Antonino Saleumprona dicta, q
etiamnum ſupereſt nomen, & quidem vt Myrſilus indicauit in agro Volterr
no· nam eius in hodiernum vſque diem confinia, vulgus Italicum Caduta
Sale Vmprone vocat: vbi locus etiam eſt is, in quo primùm Turrenus Mæon
tradit Herodotus) cum his Vmbris ſedes poſuit· quem & in huius vrbis ci
a. lib. 8. allectum Beroſus perhibet, itemque Silius a inquiens: Mæoniæque decus quo
dam Vetulonia gentis. Vocabatur itaque pars hæc Vmbria priſca ſeu vet
quemadmodum à Plinio Myrſiloq; videtur appellari: quanquam & Vm
ſimpliciter Xanto Dionyſioque Halicarnaſſeo in deſcriptione bellorum à
laſgis geſtorum dicta ſit. Rationem verò id habet, quòd antè Pelaſgos V
briæ nomen erat ſimplex: ſed inſequenti æuo poſterior Vmbrorum gens à p
mis illis antiquiſsimis qui Seleumpronam habuerunt genita, Nouorum appe
lationem aſſumpſit, interque Apennini colles & per Tuſciam longè lateque p
pagata, nomen Vmbrorum à primis auctoribus retinuit. Itaque quod lid
a. lib. 9. a ſcripſit Tuſciam Italiæ partem eſſe, Vmbriam Thuſciæ, id eſt veteris Sal
Etymolog. pronæ, de noua ſcilicet Vmbria capitur. Hactenus de nomine: fines in p
mo ſunt. Latiſsimos Vmbriæ terminos olim habitos non obſcurè colligitur
b. lib. 5. Strabone, b qui montem illi Apenninum & Adriaticum mare pro limitibus a
gnat· eo tractu Camarinum, Senam, Fanum Fortunæ, Montem Cigunum, Ar
minum, Sarſinam, Rauennam, item Aeſin, Metaurum & Sentinum amnes co
plectens. Longitudinem à Rauenna Otriculum vel ad Tiberim per viam F
miniam alij demonſtrarunt· quo ſpatio MDCL. ſtadia continentur, vel mill
ria CCVII. & ſemis: Rauenna enim Ariminum ſtadia CCC ſunt· inde MCCCL
Tiberis abeſt vel Otriculum, vnde ſumma fit ſtadiorum MDCL. Sed lat
quæ Sabinos amplectitur haud quaquam par eſt. Plinius Vmbriam anguſtio
bus longè terminis includit: nec enim Rauennam, Ariminum & Sabinos ad
ſed à finibus tantum agri Ariminenſis Anconam vſque per litus ſuperi maris
cedens, in eo Adriæ fronte conſiſtit· continentisque tractum omnem per Ap
nini iuga vſque Ameriam adijcit. Ptolemæus collocato à meridie Tiberi, ab
riente Aniene, à Septentrione Apennino, gentem ijs limitibus conſeptam Vilum
bros nominat: ijs dein ab occidente coniungit Vmbros, quibus à meridie ſit H
truria, ab exortu Vilumbri immineant, à Septentrione Senones, ab occaſu Gal
lia togata: quam deſcriptionem nobis hîc ſequi certum eſt· nimirum vt ijſdem
finibus ſeruatis, Vilumbros Vmbroſque ſimul hac tertia regione complectamur.
Principio autem à Tiberino fonte ducto, agrum omnem qui inter Apennium &
Tiberim ſternitur ad Anienem vſque (nimirum in eius læua vſque ac vrbem Ro-
mam vbi ſe in Tiberni exonerat) in Vmbria diſcribemus. Memoriam Vmbro
c. lib. 1. rum Dionyſius c Halicarnaſſeus vſurpat· gentemq; ſupra cæteras omnes magna
vetuſtamq; ac multis Italiæ locis inſediſſe perhibet. Plinius etiam auctor prodit
Vmbros agro Palmenſi, Prætutiano, Adrianoq; Siculos atque Liburnos expu-
liſſe· ipſos viciſsim pulſos ab Hetruſcis · illos à Gallis (quod & Cato tradidi
præterea gentem Vmbrorum antiquiſsimam Italiæ exiſtimari, longeq; potentiſsi
mã fuiſſe, vt cuius CCC. oppida Tuſci debellauerint. Sed tamẽ animaduertendũ
eſt Plinium hæc de Nouis Vmbris dicere, qui à primis è Schytia poſt inundationẽ
terrarũ in hũc orbẽ profectis erant orti, vt eſt à nobis antè cõmemoratũ: pariterq;
quæ

Dionyſius Halicarnaſſeus & alij ſcriptores de Vmbris tradidere accipienda
. noui enim illi per loca modo nominata Rauennam vſq;, nec non ad agrum
eticum (quando & in Vmbris Spina ciuitas à Trogo refertur) pertinebant.
ius quoque frequenter Vmbros commemorat· præſertim a vbi per deditio- a. li. 9.
eos in Romanorum veniſſe poteſtatem narrat· præterea cum aliàs obſidio-
vrbi Romæ cõminatos ſcribit. A Silio etiam nominantur hoc verſu: b Dete- b
re cauis venientes montibus Vmbri, &c. Bonitatem vbertatemq; agri Vmbro-
i, item mulierum fœcunditatem mirificè Stephanus de vrbibus Ariſtotelem
torem citans, extollit: ait enim locis quibuſdam adeo eſſe fertilem, vt ſupra
um neceſſariarum quas copioſè fert, abundantiam, animalia tertium fœtus e-
nt, arbores biferæ ſint, puerperæ frequenter eodem partu edant geminos. Alia
æ de ſumma regionis fœlicitate fœcunditateq; commemorari plurima poſſent,
nc ad ſingula loca reijcimus. Hoc ſeculo maiori ex parte Ducatus Spoletinus
catur, cuius nominis originem & cauſam breuiter exponere operæpretium eſt
um. Reuocato ab Italia Narſeti præſtantiſsimo duci ſucceſſor à Iuſtino Impe-
at. datus Longinus primus Italiæ Exarchus. Is vt Rauennam venerat, ea ſe con-
nens, Italiam per legatos adminiſtrare inſtituit quos appellabat Duces. Primò
taq;, tum Romæ quemadmodum cæteris etiam vrbibus ſingulis, Dux attributus·
t aduentu Longini Conſulum magiſtratus in Italia, Senatusq; Romanus qui huc
ſque durauerat, prorſus interciderit. Hinc vltimos fuiſſe Coſſ. Romę Narſetem
& Baſilium auctor Blondus c affirmat· quanquam vt alibi dicemus, diuerſum nõ- c.lib.8.
nulli ſcripſerint. Ita Ducum magiſtratus à Longino cœpit ſub Iuſtino II. Imperat. hiſtor.
Benedictoq; Pontifice Rom. inclinationis imperij, quemadmodum tradit Blon-
dus, annô CLXVI. Hac occaſione dein Longobardi partem Vmbriæ Ducatum
Spoletinum appellarunt, Ducum nomine iam ab ijs quos primò omnium Longi-
nus inſtituerat Duces, enato: Ducatusq; etiam inde dictus, vt aſſerunt aliqui, num
mus aureus qui tunc cudebatur Romæ. Ducis tamen vocabulum diu ante Longi-
ni tempora Liuium aliosq; luculentos auctores vſurpaſſe conſtat, ſed in eodem
minimè ſignificatu· quippe quia militum præfectum ſeu belli, vel alicuius inſtitu-
ti ductorem ſolum apud eos, non vero præſides vrbium populorumúe denotat,
qua ſignificatione Ducum nomen primùm omnino vt diximus, à Longino cœpit.
Et ab his initijs Ducum appellatio profecta, poſterioribus ſeculis tantum aſſum-
pſit auctoritatis, vt à regibus ſecunda ſit dignitas, quemadmodum horum tempo-
rum vſus & ratio docet. Hinc vt conditi primùm à Longino Duces, ſic à Longo-
bardis, quod in tempore dicemus, quatuor regionum Præfecturæ Ducatus appel-
lati, nempe Beneuentanus, Taurinus, Foroiulienſis, & Spoletinus quo de nunc a-
gendi locus eſt. Eum Longobardicis temporibus agrum omnem inter Tiberim &
Apenninum, qui Flaminiam ſeu Rauennæ Exarchatum à Piceno, quæ iam Anco-
nitana Marchia, diuidit, comprehendiſſe Blondus a auctor affirmat. Sed & Phorco a.li.11.hiſt.
nēſes, qui nunc Aquilani, item Pelignos qui Valuenſes, præterea Penenſes & Fren
tanos, qui nunc Aprutini, Marſos item ac Reatinos Interamnatesq; continebat.
Hac verò memoria finibus longè anguſtioribus includitur· nimirum Tiberi,
quantum à fonte ſuo ad Naris oſtium prope Romam patet· item ipſo Nare &
Apennino: quibus terminis deſcripta loca nobis in hac regione dicere certum
eſt. Primùm igitur à Tiberis initio deorſum verſus, Pratolinum oppidum
eſt infraque mille per ripam paſsibus cum lauta, tum permunita
Guido-

Guidonis Petramalæ Antiſtitis ac Principis olim Aretinorum ſtudio ciuita[illegible] gum Sancti ſepulcri. Blondus nihil hic quicquam inueniri vetuſtum, mētion[illegible] etiam vrbis apud ſcriptores nullam fieri ſcribit, niſi fortaſsis illum eſſe locum ſpicemur, vbi Plinius Iunior epiſtola quadam ſe villam habuiſſe ſignificat, q[illegible] Apennini radices iuxta Tiberim erat ſita, montibus ibi ſpectaculum inſtar t[illegible] efficientibus: tale enim quid ait Blondus etiamnum in ea parte animaduerti pr[illegible] deq; non malè exiſtimari poſſe ciuitatem hanc in illa ipſa Plinij villa poſitā. S[illegible] tamen quibus hoc minimè probetur, quaſi locorum ſitus & conditio nequaq[illegible] Plinianæ deſcriptioni conueniat. Alij Biturgiam eſſe Ptolemæi putant quod [illegible] pidum ab illo in mediterraneis Hetruriæ deſcriptū eſt. Vtcunq; ſit, mihi iam [illegible] libet inter tot opiniones quicquam decernere. Diu hanc vrbem Eccleſia Rom[illegible] ditione tenuit donec ab Eugenio IIII. Pontif. Max. XII. aureorū nummûm m[illegible] bus oppignorata Florentinis fuit. Ortu inclyta eſt Malateſtæ Catanei præſtan[illegible] mi legum Doctoris, & Epiſcopi Camertum. Sequitur inferiori latere Tiberis, [illegible] uitas Caſtellana, Plinio, Catoni, Ptolemæoq; Tiphernum dicta. Cato auctor pe[illegible] hibet, Gallos Hetruſcis pulſis genteq; Vmbrorum in poteſtatem redacta, n[illegible] tamen viribus Tiphernum expugnare potuiſſe. Coloniarum quoq; liber de[illegible] bè ſic habet. Ager Tiphernas centurijs fuit aſsignatus: poſtea iuſſu Imper. Tib[illegible] Cæſaris, quîs prout occupabat miles: deficientibus his, alijs paucioribu[illegible] aſsignatus. Termini plerique quod ratione obſeruationis tantum aſcendunt, q[illegible] tum rectura limitum. Magno illi ornamento fuit Gregorius homo cum prim[illegible] ruditus, & græcæ latinæq; literaturæ peritiſsimus, vt opera quæ ex græcis l[illegible] fecit, præſertim Aſia Strabonis, manifeſtò teſtantur. Et Lelium habuit diſcipu[illegible] doctiſsimum eadem ortum patria, qui Philonem latinitate donauit. Vrbis p[illegible] patum diu tenuit nobilis Vitelliorum gens è qua primus Nicolaus eques la[illegible] tiſsimus, qui cum ob virtutes & eruditionem, tum ob eloquentiam commo[illegible] temq; morum Eugenio IIII. Pontif. meritò ſummè charus fuit. Liberos quoq[illegible] litari gloria nobiles reliquit, inter cæteros Camillum, Paulum, & Vitello[illegible] quorum res præclarè geſtas recentiores hiſtorici abundè celebrarunt. Ex e[illegible] gente orti Capinus equitum Veneti nominis præfectus item Ioannes, qui I[illegible] II. Pontif. præfectura quoq; equitum militauit, & Vitellius, qui Florentinis præ terea qui hoc tempore ſtudio armorum ſummè claret Alexander. Is quanta ſ[illegible] dentia fortitudineq;, ſuperioribus annis Duce Alexandro Medice defuncto [illegible] rentiæ demonſtrauit, ea vrbe in fide poteſtateq; Caroli V. Imperat. ſapientiſsi[illegible] conſeruata. Sed & Ferdinandi Romanorum regis auſpicijs aduerſus Soliman[illegible] Turcam in Hungaria cohortes duxit, poſteaq; etiam ſub Carolo V. Imper. bel[illegible] contra Saxoniæ Ducem & Haſsiæ Lantgrauium ſumma ſemper commendatio[illegible] ac laude. Profectò iam planè mihi videtur huic conuenire familiæ, quod de Scipi nibus à Liuio proditum memoriæ eſt, eorum ſtirpem fatalem militiæ fuiſſe: tot e nim Vitellios breui temporis curriculo ſingulari armorum gloria ſcientiaq; cla ruiſſe nō eſt obſcurum vt vna cum militari diſciplina primùm à matribus in l[illegible] lucem editi ſint viſi. Non procul Tipherno Tiberis vt Plinius ait nauigari inci[illegible] ſed lintribus & nauiculis tantum vſq; Romam. Paulatim hinc etiam ab Apen nino deflectit à quo deinceps tanto abeſt longiùs, quanto ad Romā propiùs acc[illegible] dit. Tipherno P. M. XX. Eugubium abeſt ad Apennini radices poſitum: amœna pulchraq; planities aditum præſtat. Sunt qui ciuitatem hanc Inginium eſſe P[illegible]

cenſe-

cenſeāt·à q̄bus diſſentit Volaterranus, & Eugubiū dicit à Plinio vocatam vbi de
inis agit, Eugubinūq́; lınū nominatim cōmemorat. Alijs Iſuuiū eſſe videtur, q̄d
Ptolemæus in mediterraneis Vmbrorum ſupra Tuſciam, deſcripſit. Mihi placet
Inginium Plinij exiſtimari, vti etiam Silius a appellauit inquiens: Et infeſtū nebu- (a. lib. 8.)
lis humentibus olim Inginium. Volaterrano reſpondetur, nō ideo minus etiā Ingi
niū dici Plinio potuiſſe, q̄ ab eodē Eugubiū eſſet alibi vocatū. Eūuero montē In-
giniū Strabo nominat·quē eum eſſe nō ſine ratiōe poſſet exiſtimari, in quo nūc D.
Vbaldi fanū: eius eñ radicib⁹ Eugubiū adiacet, quod olim Inginij nomē inde tra
xiſſe credetur. Antiquū & ꝑuetus oppidū eſt·eiuſq; rei plurima cernūtur etiamnū
veſtigia, ſed loco nūc paulū remoto in planitie, vbi priſca vrbs fuit. Apparēt hîc ru
inę tēplorū veterū ac theatri, muris ꝑeleganti ope factis. Eodem in loco veſtigia ſu
ꝑſunt virginij, quod Leo X. Pontif. Max. arcis ædificandæ cauſa deiecit, quū pul-
ſo ditiōe ſua Franciſco Maria Roboreo Vrbini regulo, Principatū Laurēzino Me
dici nepoti cōceſſerat ſuo. quanquā morte præuētus inſtitutū arcis opus abſolue-
re nō potuit. Pręterea loci vetuſtatē tabulæ quædam ex ære, partim Hetruſcis, par-
tim Latinis characteribus inſcriptę ꝓbant, quę nō pridē inter antiq̄ vrbis ruinas
inue tæ, nunc in Curia magno cum honore ſeruātur. Mihi cum aliquando Eugu-
biū veniſſem, Priores vrbis ſumma cum religione ſeptenas oſtenderunt, binas ad-
huc deeſſe addentes. Erant quædam longitudine circa bipedali, latitudine pedali·
nōnullæ minores. Quod ad inſcriptiones attinet, equidem diligentiſsimè labo-
rauerā vt exempli copia mihi fieret, quò huic loco inſereretur: at cùm iam volun-
tati meæ ſatisfactum, omniaq́; diligenter exſcripta, pòſt ad me tranſmiſſa fuiſſent,
maximam litterarum partem à Latinis differre, nec ſenſum vllum elici poſſe ani-
maduerti: quamobrē haud putaui cōueniens rē tam obſoletam, & penit⁹ obſcurā
operi inſererē, diligentia nemini profutura. Cōſtat igitur vt oſtendimus euidēter,
non ſolum hiſce tabulis, verumetiā antiquitatis p̄terea monumentis alijs Eugubi-
um, vetus ſcilicet, antiquiſsimam vrbem fuiſſe· quam Plinius & Silius Inginium,
Ptolemæus Iſuuium vt nos exiſtimam⁹, appellauit. Dirutū à Gothis, vrbēq́; nouā
ab ijs q̄ fugerant, ceſſante barbarorum ſæuitia, conditam Eugubini ipſi affirmant:
ſed deſerto priſcæ vrbis loco noui oppidi ad montis in quo D. Vbaldi fanum, ra-
dices tutior munitiorq́; ſitus delectus: quod deinde paulatim ædificijs creſcens, in
eā qua nunc eſt amplitudinem euaſit, priſca vrbe derelicta. Noui Eugubij præter
alia nobilia ædificia, magnificum ſummęq́; artis op⁹ eſt Curia Priorū: in qua tum
inſignia multa, tum verò fons pereximius, qui ſupra cūctas ædificij partes exiliens,
oeci ampliſsimi medio copioſè magna cum voluptate ſpectantiū nitidiſsimas ꝓ-
ijcit aquas, & per omnia quoq; cōclauia duct⁹ erūpit. Vrbs hoc tempore admodū
eſt frequens·populus ſummè nauus & induſtrius, pręſertim negotiatione lanaria.
Fertili etiam eſt agro, partim campeſtri, partim collino·ex quo frumentum & vi-
num, cæteraq́; ad vitā neceſſaria copioſè percipit. Diu imperio Eccleſiæ Romanæ
habita, donec Antonius Mōfeltrius principatum occupauit. Illi dein Federicus fi-
lius, Federico Guidubaldus nobiliſsimę Mōfeltrinæ familię poſtremus ſucceſſit.
Guidubaldū in principatu Franciſcus Maria Roboreus inſecutus eſt. Hic à Leo-
ne X. Pontif. q̄ Laurenzinū Medicē Vrbini principatu donauerat, eiectus, eo mor
tuo ſumma cum voluntate ac lætitia popularium ad ſua redijt·& deinceps toto vi
tę curriculo tranq̄llè rerū potitus, filium Guidubaldum imperij hęredem habuit,
qui nunc fœliciter præeſt. Summè Eugubium illuſtrauit D. Vbaldus eius ciuis &

antiſtes·cuius ſacratum corpus illæſum ad hunc vsque diem eo in fano viſitur, quod cöiuncti montis impoſitum iugo prædiximus. Floruit circa Pontif. Alexandrum III. Dantis poëtæ monumentis celebratus cum ait: a

a. Paradiſi Cant. II.

Accedit (in Tiberim) Tupinus & aqua quæ labitur
Ex colle à Beato Vbaldo dilecto,
Fertili monte, iugisq; præcelſis ſuſpenſo.

Tanta veneratione nunc à finitimis gentibus colitur, vt quotannis menſe Maio, die illi ſacra maximus ad hanc ædem concurſus fiat·ſæpeq; ſicut nos vidimus, hominum millia ad L. ſimul eò cõfluant. Supra Eugubium Branca eſt, & in via Flaminia quæ Romam ducit, Schetia·tum loco vicino D. Pedrintiani ædes propemodũ in Apennino: iuxta eſt fons gemino profluens riuo·quorũ vnus initium Aſio flumini dat, alter Aeſi, de quib in tempore dicemus. Schetia commodè per viam Flaminiam ab Apennino in Romanulam itur. De cętero Apennini latere procedenti Coſtaciarium agri Eugubini oppidũ occurrit, pauloq; vlterius Sigellũ Peruſini·inter quæ flumen Aſius cõtinuo creſcens auctu labitur, p Eugubinos dein Aſsiſinosq; montes infra Canariam oppidũ in Tinnam amnem deſcendens, vt Plinius nominat, vel vt Strabo Tenea: Silius b Tiniam vocat ingens: Tiniæq; inglorius humor: quem in locũ Marſus annotat, ideo flumen hoc inglorium poëtæ dici, quòd nauigabile non ſit·magisq; riuulus videatur quam flumen. Non deſunt tamen qui Tiniam hîc Aſium amnẽ interpretentur. Dein via Flaminia primum à Sigello oppidum Foſſatum in Apennini præcelſo colle apparet, iuxtaque quarto lapide propter Apenninum in eodem tamen colle, Gualdum, quod Blondus à Longobardis conditum ſcripſit, Vallido vrbe loco finitimo diruta. Riuus hîc modicus Aſio influit, non procul à Gualdo deſcendens·quem tranſire ſolent Ancona vel è Piceno ad Foſſatum & Gualdum, indeq; Peruſiam euntes·emenſo nimirum prius Apennino. Eſt tamen & itineris medio Caſa Calda oppidum difficili in monte ſupra Ceſiam. Sequitur recta via per Planellum vicum iuxta planitiem vſque ad Villam Patulinam, aut Vallem Cippiam, ſeu D. Ioannis, vbi tranſmiſsio Tiberis. Poſt Gualdum Apennini oppida paulatim elongari incipiunt. Dein ciuitas eſt Nuceria lateri item Apennini adhęrẽs. Nuceriã Strabo vocat, & à vaſis ligneis cõmẽdat. Nuceria quoq; Ptolemæo dicitur. Plini Nucerinos Fauonenſes memorat. Alfateniã olim cognominatã ait Blõdus, idq; mihi ad differentiã aliarũ Italię Nuceriarũ videtur factũ. eſt enĩ in Cãpania Fœlice altera, in Apulis tertia·quanq̃ illa verius appellari Luceria debeat, nimirũ vt ab hac Alfatenia, item à Cãpaniæ Nuceria, nec non alia eiuſdem nominis in Apennino, agro Mutinẽſi, diſcernatur, quemadmodum Volaterranus ſcribit. Idem quoque contendit Alfateniam Vmbriæ ciuitatem ab hac Nuceria diuerſam fuiſſe, prorſusq; deletam. Ego credere auſim aut hanc vrbem Alfateniam eſſe, aut illam loco ſaltem propinquo extitiſſe, vt euerſæ nomen pòſt huic Nuceriæ ſit additum, quò ab cæteris eiuſdem nominis internoſceretur. Alfatenię mentionẽ Liui ſępe facit, pſertim cũ Liuiũ Cõſulem ad eam obſidendã profectũ. & oppidanos in populi Rom. poteſtátem redire coactos ſcribit. Propter mõtis in quo Nuceria, radices, Topinus amnis, Tinnam Plinius vocat, infimam vallem percurrit, cui inde Topiniæ nomen vſque Fulgineum. In Tinnę ripis ingentes paſsim apparent ædificiorum ruinæ, fundamentaq; maximorum operum, quæ à Romanis ad tutelam Viæ Flaminiæ facta quondam: ea enim hàc ſecundum Tinnam P. M. XII. emetiũtur. Eſt tamẽ illo tractu, quinto à Fulgineo, lapide, Põs cẽteſsimus, vbi ve-

b. lib. 8

vbi veterũ ædificiorũ veſtigia quædam· dictus ita fortaſſe, quòd hinc P. M. cẽtum vſq; Romã intercederent: quãq̃ hac ætate non eadem diſtantia cenſeatur· cum illis temporibus diuerſa ratione cõputandi locorũ interualla milliariaq́; videãtur vſi. Ei⁹ rei argumentũ ex Antonini Itinerario manifeſtũ ſumi poteſt: etenĩ haud obſcurè veterũ mille paſſus noſtris fuiſſe minores inde diſcimus, vti curioſos ac diligentes latere minimè poteſt. Mox in amœna planitie Fulignum eſt ciuitas, Tinna flumine diuiſa. Cato Fulgineum vocat, Appianus Fulcinium, cum inquit: [a] Fulciniũ CLX. ſtadijs diſtans à Peruſia: Silius Fulginiam ſic: [b] paruoq́; iacens ſine mœnib⁹ aruo Fulginia: quẽ locum enarrans Marſus, ętate quidẽ Silij muris eã caruiſſe, poſtea tñ pulcherrimis ac optimis cinctã ait. Plinius [c] quoq; Fulignates in ſexta regione memorat. Blondus vrbẽ hãc amiſſo oppido Fori Flaminij, quod Antoninus in Itinerario nominat, deleuere Longobardi, Fulignates ædificaſſe ait, qui ſedibus iuxta Tuder relictis domicilium huc traſtulerunt. Id ſi verũ eſt, qui mẽtionẽ Fulcinij fecere ſcriptores, de Fulignatibus ꝓpe Tuder locutos dicẽdum foret: illa enim memoria Fulignũ hoc non extitiſſet. Sed Fulignates ipſi longè vetuſtiſsimam vrbẽ ſuã, eamq́; eſſe contendunt, quam Cato, Silius, Plinius, Straboq́; memorarũt· ac proinde Longobardis multò antiqorem· ab ijs etiam olim obſidione tentatã, ſed oppidanorũ ſumma virtute defenſam capi haud potuiſſe. Addũt argumẽto eſſe portam ex lapide quadrato Nuceriam verſus, quam Longobardica tempora vincere aſſerunt. Vtcũque tamen hoc ſit, ego cum Blondo ſentio, cui Volaterranus etiam accedit: nec ita ſe tuebuntur incommodè, qui Fulginium à Tudernis conditum ſcripſere: dicemus enim eos de Fulignatibus iuxta Tuder tenentibus ſentijſſe. De Fuligno inſuper alij commemorant auctores, præterq́; cæteros Facius [d] ita: d.lib. 3. Cant. 10.

Et vide Tuder, Aſſiſium, Fulignum, ac Reate,
Narniam, Inter amniam, lacumq́; ſi tum eximiè
Qui Leænam cum catulis tenet (id eſt, pro ſymbolo.)

Peruſinos vrbem hanc grauiſsima quondam obſidione preſsiſſe, multaq́; poſt prælia vi captã diripuiſſe, denique MCCLXXXI. à C. N. anno excidiſſe Blondus [e] ait: qua de cauſa Martinum V. Pontif. Max. tantam concepiſſe ferunt iram, vt anathematis interdictiq́; ſententiam Peruſinis infligeret, nec expiare prius eos voluerit, quam & affectis illa clade Fulignatibus omnia reſarciuiſſent, & vrbi mœnia reſtituiſſent noua. Poſt id temporis deinde rebus ſat ſecundis & florentibus vſa eſt· maximisq; etiam opibus creuit. Nundinarios conuentus negotiatorũ ex omnibus Italiæ partibus quotannis admodum frequentes habet. Cenſentur Fulignates eximiè præ cæteris gentibus condituras ex ſaccharo minutas conficere, quas vulgò Fulignatas vocant. Nomen huius vrbis plurimùm illuſtrauit Gentilis medicus auorum noſtrorum memoria celeberrimus· cuius etiam adhuc in manibus hominum eruditiſſima ſcripta verſantur. Via Flaminia dein ad amœnam planitiem deuenitur, quæ Fuligno Spoletum vſque ſternitur, in longum ſpatio P.M.XII. in latum ferme IIII. plurimis aquarum riuulis irrigua. Fructiferi vtrinq; viã Flaminiã cãpi claudũt, arborũ ac vitium varijs ordinibus nitẽtes, oleaq́; & amygdalis maximè cõferti: qua de cauſa frequẽs hîc admodum captura turdorũ, q ꝓpter oleã gregatim è mõtibus verno tẽpore delabi ſolent. Frumentũ, vinũ, cęteraſq́; fruges tãta copia fert, vt cũ vbertate, tũ elegãtia cęteris Italię fœcũdiſsimis amœniſsimisq́; locis annumerari meritò queat. Neq; ſolũ Fuligno Spoletũ vſq; ꝑtinet· verumetiã citra Fulignũ pãditur infra oppidũ in collis Apẽnini latere quinq; à Fuligno P. M.

a.lib.5.
b.lib.8.
c.lib.3.
e.lib.18. hiſtor.

dextra ſitũ Hyſpellũ, vt Cato, Silius, Antoninus, & Strabo vocarũt, vel vt Plinius
Hyſpelliũ. Id in impio ditioneq́; Peruſinorũ eſt· quapropter anno poſt C.N. MD
XXIX. direptũ à Philiberto Auraniæ principe, Caroli V. Cęſaris Legato fuit, c[illegible] is
ex voto Clemẽtis VII. Põtif. Malateſtã Balionum Peruſia pellere cogitaret. Dein
itẽ anno à C.N. MDXXXVI. Pauli III. Põtif. Max. iuſſu mœnibus eſt nudatum,
qua nunc forma iacet. Sequitur illa in planitie citra Fulignum V. ab Hiſpello la-
pide ciuitas in monte Aſsiſium, vt Ptolemæus Procopiuſq; vocarunt, ſed vt Ca-
a. Cant. 11. to Eſiſiũ. Plini⁹ colonos appellat Aſsiſinates. Memoratur à Dãte a ſic in Paradiſo
Non dicat Aſceſi, nam correptè diceret, Sed orientem ſi rectè dicere volet. Ciui-
bus diſcordijs nunc propemodum interijt: adeoq́ue magis quòd mœnibus
cincta, quàm à populi coetu frequentiaq́ue ciuitas vocari poſſe videtur. Inclytum
ſanctiſsima vita D. Franciſci glorioſi illius Seraphici, qui Chriſti ſacroſanctis ſti-
gmatibus, ſingulari vniuerſo orbi exemplo inſignitus, & familię Minorum con-
tor fuit. Eius eximia facta ne longior æquo ſim, alijs relinquo commemoranda.
Mortem obijt apud D. Mariæ Angelicæ fanum quod in vicina eſt planitie· ſitus
Aſsiſij, temploq́; poſtea ſumptuoſiſsimo, vti nũc cernitur, honeſtatus. Quinetiã B.
Clara perilluſtris virgo, D. Franciſci diſcipula pudicitiæ ſummũ exẽplar maxima
vitæ ſanctitate Aſſiſium illuſtrauit. Supra id porrò Mõs Aſis, à quo nomẽ traxit. In
frà P.M. III. ꝑ planitiẽ flumẽ labitur Aſius, à montibus Aſimis vt Proptius indica-
re videtur, ita dictũ: nũc Chiatiũ vel Chiuſum Itali vocãt, vt Landin⁹ in hũc Dan-
b. Paradiſi tis b locũ annotauit: Accedit Topinus, & aqua q̃ delabitur Ex colle à B. Vbaldo di-
Cant. 11. lecto. Recipit in ſe Topinũ ad Canariã, eiuſq; nomẽ extinguit, ſolo Chiatij re[illegible]
poſteaq́; oppido Bettonio ad ſiniſtram relicto, demum in Tiberim prope Torſa-
nã euoluitur. Maius flumẽ excepto Nare & Aniene nullũ Tiberi accedit· eſtq[illegible]
quod Plinius Tinnæ nomine cũ Glane Tiberim excipe ſcribit. Dixim⁹ ſanè ante
Topinum Plinio Tinnam, Straboni Teneã, Silioq́; Tiniam fuiſſe· ſed nunc Chia-
tio iunctus nomen non perfert, Chiatij tantùm durante. Multa ſunt hoc ſitu agri
Peruſini oppida· è quibus ad Tiberim Fratta, à tergo Montonium ſummorum
belli ducum ortu inclytum· inter quos Bracius, qui omnium fere Principum I-
taliæ copias duxit, & rem militarem perpetuò ſumma cum gloria commenda-
oneque tractauit. Mortuus anno poſt C.N. MCCCCXXIIII, Bracianæ f-
ctionis auctor. Filium reliquit Oddonem, qui Florentinorũ auſpicijs pfectura
militum, gerẽs in Valle Lamone cæſus. Bracij res geſtas hiſtoriæ Blondi, Aretini,
Poggij, Ioannis Antonij Campani, item Sfortiades, plurimiq́ue noſtræ memorię
ſcriptores copioſè memorant: & mehercule vir tantus fuit, vt priſcis illis illuſtri-
bus cum Romanorum, tum Græcorum imperatoribus conferri rectè queat· id-
que nunc de eo dixiſſe ſit ſatis. Natus etiam hoc oppido Nicolaus Stella ſeu Forte-
bracius ex Stella Bracij ſorore, Carolus item Bracij filius, pręterea Nicolaus Pici-
nin⁹ gloria rerum geſtarum perilluſtris belli Dux, qui P.M. à Mediolano V. Cor-
ſica in villa LXIIII ætatis ſuæ, poſt C.N. MCCCCXLIIII. anno militiæ Philippi
Mariæ Vicecomitis Mediolani Ducis Imperator extremum diem finiuit· duobus
filijs Iacobo Franciſcoq́; virtutis ſuæ hæredibus relictis· qui & ipſi magna cum
gloria militiam excoluere, ſicut ſcriptorum monumentis abundè eſt proditum.
Rurſus à Fuligno vlteriùs, læua in parte ſecundum Apennini montium edito-
c. lib. 7. rum latus Treui inuenitur· quod oppidum Mutiſcas eſſe Blondus exiſtimat· eaq́;
Aene. in re Seruium ſequitur, qui in hoc Virgilij c loco: Ereti man⁹ omnis, oliuiferæque
Mutiſcæ,

lutiſcæ, primùm Mutaſcas, deinde Trebiam, quæ nunc eſt Trebula, dictã ſcribit,
d quam Romani ab Annibale cæſi adfertq́; Lucani hoc: Quod non impunita na
tempora Tinnarum, Trebiæq́; iuuent. Verumenimuero mihi non mediocriter
rrare Seruius videtur, cũ Trebiã ad quam Annibal Romanos ſuperauit, hũc eſſe
ocum putat: etenim illa Trebia flumen eſt vltra Placentiam in Gallia Togata,
uemadmodum oſtendit Liuius. Mutiſcæ verò, quod ſatis demonſtrat Virgili-
s, in Vmbris ſunt prope Sabinos, quas Treui eſſe, quæ & Trebula vocari ſo-
et, equidem exiſtimo: ſicut etiam confirmat Landinus apertiſsimè verò Plinius a a.lib.3.c.11
ndicat Trebulanos memorans qui cognominantur Mutiſcæ, & qui Suffenates.
Dionyſius b item Halicarnaſſeus Trebulã prope viam Quinctiam exiguo in col- b.lib.1.
e demõſtrauit, Reate LX. ſtadijs, à Plinio, Strabone Ptolemæoq́; Sabinis annu-
meratam. Itaq́; cum non modo loci ſitus, verumetiam appellationis vicinitas ſatis
d conuincere videatur, omnino credendum eſt Mutiſcas & Trebulam eſſe Tre-
ui, quod fines Sabinorũ adeo premit, vt olim in ijs annumeraretur ipſoq́; etiã no-
mine ſatis adhuc ad Trebulam accedit cuius inſuper ager olearum abundantia
Virgilianæ deſcriptioni conuenit. Quod autem Dionyſium Halicarnaſſeum Tre-
bulam iuxta viam Quinctiam deſignare diximus, cum Treui ad Flaminiam ſit,
ita id eſt intelligendum, ætate Varronis, ex quo Dionyſius vt ipſe fatetur, hæc ha-
buit, viam illã Quinctiã fuiſſe dictam, quæ poſtea quòd eſſet à Flaminio reſtaurata
ſicut in tempore docebimus, Flaminia vocata eſt. Liuius c Trebulanorum menti- c.lib.10.
onem facit, & in ciuibus Romanis eos numerat. Martialis caſium Trebulanum
his verſibus loquentem fingit. Trebula nos genuit, commendat gratia duplex,
Siue leui flamma ſiue domamur aqua. Præterea Trebulam & alibi nominat, in-
quiens: Humida qua gelidas ſubmittit Trebula valles, Et viridis Cancri menſi-
bus alget ager. E regione Treui Mõs Falcus eſt oppidũ in amœnis collibus, nouo
quidem vt Blondus & Volaterranus ſcribunt, nomine ſed frequentiſsimum: quo
B. Clara Eremitarum ordinis virgo, orta cuius in corde cum ad meliorem vi-
tam tranſijſſet, omnia ſacroſanctæ paſsionis Chriſti myſteria inſculpta cum cru-
ce tribusq́ue lapillis æquali pondere, quanta religione profundiſsimum ſacro-
ſanctæ trinitatis myſterium coluiſſet, denotantibus, inuenta. Tum in radicibus
illius collis, viaq́ue Flaminia quondam, Beuania eſt, Catoni, Ptolemæo, Strabo
ni, ac Tacito d Meuania dicta. Plinius quoque Meuaniates nominat, & item ip- d.lib.9.
ſam Meuaniam alibi e his verbis: In Italia quoque lateritius murus Acceti & Me- e.lib.35.
uaniæ eſt. Strabo auctor perhibet, Teneã ſeu Tinnam amnem ex ea prodire, quo cap.13.
lintribus ad Tiberim fructus deportari ſoleant. Liuium quoque non latuit, vbi
celerem Conſulis profectionem aduerſus Vmbrorum copias ad Meuaniam cõ-
memorat. De eadem Lucanus: f Et qui tauriferis vbi ſe Meuania campis Expli- f.lib.1.
cat, audaces ruere in certamina turmas. Silius item: g Et latis Meuania pratis. Illu g.lib.8.
ſtrata maximè eſt à Propertio Aurelio, qui ad Tullum primo Elegiarum vt No-
nius Marcellus ait, de ſe locutus ita eſt.

Proxima ſuppoſito contingens Vmbria campo
  Me genuit terris fertilis vberibus: Et in quarto:
Vmbria me notis antiqua penatibus edit,
  Mentior? an patriæ tangitur ora tuæ
Quà nebuloſa tuo irrorat Meuania campo,
  Et lacus æſtiuis intepet Vmber aquis,

Scandentisq́; axis? Mentionem quoq; facit eodẽ in libro Callimachi, natum in Vmbria ſignificās, etſi locũ minimè demonſtret, cũ inquit: Vt noſtris tumefacta ſuperbiat Vmbria libris, Vmbria Romani patria Callimachi. Ortus etiã Meuania Iacobus Blanconius ordinis p̃dicatorum Monachus· de cuius ſancta vita miraculisq́; propter merita eius à Deo editis, copioſè perſcriptum eſt in libris hominũ noſtri ordinis illuſtriũ. Viam deinde per amœnã planitiẽ ubi Fulignũ & Trebulam eſſe diximus pergenti, læua parte Spoletum extrema in planitie ciuitas occurrit, à qua Ducatus Spoletini nomen Vmbriæ tributum prædiximus· quippe quia Ducum Longobardici nominis ſedes erat, qui præfecturam administra-
a.lib.3. tionemq́; regionis huius obtinebant· & quorum omnium primum Paulus [a] Dia-
hiſt.Longob. conus ait Pharolam fuiſſe. Spoletũ ita conſtanter omnes ſcriptores nominant·
b.lib.20. Plinius quoq; Spoletinos in ſexta Regione. Liuius [b] Coloniam Pop. Rom. vocat: memoraturq́; etiam ab Antonino in via Flaminia. Metropolim & vetuſtiſſimum Vilumbrorum caput eſſe ſcribit Annius, nec ab expoliendo, ſpoliandóve vocabulis latinis Spoleti nomen tractum· quoniam Veilumbrorum ætate latina vel græca lingua non erat· ſed ab Aramæis & Hetruſcis vocabulis, Polo duce, aut Spolo aue, cuius auſpicio condita fuit, deriuatum. Sic fere Annius. Spoletum ergo in Vilumbria collocatur, id eſt, in antiqua prole Vmbrorũ vt Cato demonſtrat: Vmbra enim antiquam, Veia prolem ſignificat: cenſeturq́; cum primis Vilumbriæ vrbibus, vti etiam à Ptolemæo traditũ eſt. In libro Coloniarum ita ſcriptum legitur. Ager Spoletanus in iugeribus & limitibus intercæſiuis eſt aſsignatus, vbi cultura eſt: cæterum inſolutus eſt montibus, vel ſublitius· quæ Reip. illi ceſſa cẽſita ſunt: nam & multa loca hæreditaria accepit eius populus.
c.lib.22. Spoletum quoq; Liuius frequenter memorat· nominatim cum [c] Annibalem debellato ad Lacum Peruſinũ Romano, totaq́; regione vaſtata, profectum ad Spoletum ait, & vrbem obſidione cinxiſſe: quanq̃ hoc illi cõſilium nõ paruo ſteterit· Spoletinorũ eñ fortitudine cæſis amiſsisq́; ſuorũ plurimis reiectũ, & animaduerſa oppidanorũ conſtantia, mox in Picentinorũ fines exercitum oẽm traduxiſſe. Sed & inter prodigia quæ vno eodẽq́; tempore contigerãt, Spoleti marem in fœ-
d.lib.24. minam commutatũ refert [d]: præter hæc & inter colonias, q̃ grauiſsimis bellorum
e.lib.27. Punicorum tẽporibus auxilia Pop. Romano p̃buere, Spoletinos recẽſet [e]. Theodorico Gothorum regi mirificè hæc vrbs placuit, adeo q̃dem vt Prætorium in ea ſplendidiſsimũ ædificarit: quanq̃ ab ipſis Gothis vnà cum regia ſubuerſa deinde fuerit· operaq́; Narſetis laudatiſsimi ducis Cęſariani nominis ſit inſtaurata, Blõ-
f.lib.12. do [f] Sabellicoq́; auctoribus. Deiectum etiã in ea multis annis pòſt, q̃ eſſet à Nar-
hiſtor. ſete reſtituta theatrum eximium. Inſignẽ poſtea cladẽ & à Friderico Aenobarbo accepit, quod Alexandro III. Pont. Romano faueret: p̃terq́; cætera oĩa quę militaris furor vi captis vrbibus deſignare flagitia ſolet, edicto Cæſaris quotquot ſacratæ in cœnobijs deuotæq́; Deo virgines erant, oẽs violatæ ſtupratæq́;. Sed nec ab hac calamitate deinde refecta nonnihil, conquieſcere tutò potuit: anno enim poſt C. N. MCCCXXIIII. Peruſinorum fraude captam crematãq́; Bernardi-
g.parte 3. nus [g] Corius prodidit. De cætero tamen ad hanc vſq; memoriam, cũ populo, tum
hiſtor. ædificijs honeſtiſsimis, itemq́; opibus & exiſtimatione rurſum mirificè creuit. Situ eſt partim in plano, partim in colle, cui & arx inſidet munitiſsima, cæteris Ita-
h.lib.6. liæ nobilibus annumeranda. Blondus [h] vetuſto quodam ex amphitheatro quod
hiſtor. hîc erat, factam tradidit. Ex vrbe lapideo aditur ponte qui magno artificio pilis

gran-

andibus IIII. & XX. ſuſtinetur· vrbiſq; partem editiore loco poſitam, cum ar-
, quæ alio in colle eſt, quem modica ſummouet ab vrbe conuallis, annectit. Me-
oratur à Facio *a* ſic. Pons etiam mihi Spoletinus placet. Vrbs eſt copia rerum ad *a.lib. 3. Cant. 10.*
tam vtilium in primis affluens, & frumento, vino, oleo, amygdala, cæteriſq; fru
bus abundans. Hinc Martialis vina Spoletina commendat, his verſibus: De Spo
tinis quæ ſunt carioſa lagenis Malueris, quàm ſi muſta Falerna bibas. Spole-
nomẽ P. Cornutus inſignis orator illuſtrauit, vt refert Cicero *b*. præterea C. Me- *b. de clar. Orat.*
ſſus Grammaticus, de quo Suetonius & Euſebius commemorant. Sub Diocle-
ano Cæſare martyrio hac in vrbe coronati D. Carpophorus presbyter Hetruſ-
us, Abundius Diaconus, Sabinus vrbis Epiſcopus, Exuperantius, Marcellnus
Diaconus, Venaſianus homo nobilis vnà cum vxore ac liberis, præterea Grego-
ius, & multi tã ex clericis, quàm ex laicis alij. Noſtro hoc ſeculo Ioãne Antonio
Aronio claret, eruditiſsimo viro, qui ſuperioribus annis publico ſalario Bono-
niam euocatus, ibi Rotæ auditorem agit. Marius quoq; Fanonius ingenij ſummi
adoleſcens litterarum ſtudijs vt hanc ſuam patriam illuſtret planè ſe deuouit. Sed
& Fabius Vigil Spoletinus Epiſcopus, & Pontifici Max. nunc à ſecretis haud par-
uo ſuæ vrbi ornamento eſt. Alij præterea viri præſtantes hac memoria Spoleti no
men ornant tam multi, vt omnes recenſere nimis longum foret. Altiſsimi, quo ad
locorum ſitum orationem retrahamus, ſupra Nuceriam amnemq; Topinum qui
collis radices, cui ipſam inſiderę vrbem diximus, alluit, itemq; ſupra Fulcinium,
Trebulam, & Spoletum montes apparent, conuallibus & aquulis inter ſe diſſo-
ciati: ſic vt ab amœna illa iucundaq; planitie (vallem Spoletinam vocant) quam
ſupra commemorauimus, haud mediocri interuallo Appenninus abſit: quo ſpa-
tio multa oppida, villæ, viciq; multi nominibus antiquis extant, vt propemo-
dum hæc noua quædam & ſingularis dici poſſe regio videatur, quanquam ad-
modum montoſa. Primùm inter eos montes ſupra Fulignum Caput Aquæ op-
pidum eſt, à fonte quodam hîc exoriente denominatum, qui fluuio initium dat,
breue poſt ſpatium dein Topino illabenti. Paulo altiùs Collis Floridus eſt, iu-
xtaq; modicus eiuſdem nominis lacus, è quo riuulus etiam in Topinum Fulig-
no non procul influit. Stagnum id vndiq; præcelſi montes cingunt, inter quos D.
Anatoliæ caſtrum haud obſcurum agri Camertis. Dein à Colle Florido ad Sera-
uallem peruenitur, cuius nomen ab ipſa loci forma captum putant, id eſt, ab an-
guſtiſsimis Apennini faucibus, quas è Piceno Camerinum euntes hàc tranſire
coguntur. Blondus ex primæ Serauallenſum habitationis tecto ſtillicidium vna
parte in Vmbros, altera quæ poſterior eſt, in Picentes cadere ſcribit. Sub colle
dein cui Trebulam inſidere diximus, fons aquæ nitidiſsimæ copioſus eſt, qui pri-
mum poſt ſtadium amnem efficit infra Fulgineum Topino influentẽ. Eum Vir-
gilius Clitumnum vocat, inquiens *c*. *c. lib. 2. Georg.*

> Hinc albi Clitumne greges, & maxima taurus
> Victima ſæpe tuo perfuſi flumine ſacro
> Romanos ad templa Deûm duxere triumphos: pariterq; Silius *d* ita· *d. lib. 8.*
> Et lauit ingentẽ perfuſus flumine ſacro Clitumnus taurũ.

Seruius in præ-
miſſo Virgilij loco Clitumnum amnẽ Meuaniæ vicinũ annotat, iuxta quem bo-
ues albi naſcantur, matribus ipſo ex fluuio potantibus· quos poſtea Romani triũ-
phos agentes vndis ex eodẽ amne perfuſos Dijs immolare ſolebãt, vti quoq; Mar-
ſus in Silij loco refert. Mirari itaq; ſatis nõ potui à Plinio çum boues *e* ex Clitum- *e lib. 3. cap. 106.*

no bibentes albeſcere ſcribit, eum in Phaliſcis poni. nam ſi verum id eſſet, alium Clitumnum illum ab hoc qui prope Meuaniam eſt, fateri cogeremur: quádoquidem à Phaliſcis, qui vltrà Tiberim in Hetruria ſunt, vti anteà demóſtrauimus, quam longiſsimè diſtat. Hac de cauſa diligenter perſcrutatis Silij Virgilijq́; interpretibus, poſtq̃ vt dixi Clitumnum amnem Meuaniæ vicinũ, adeoq́; in Phaliſcis eſſe non poſſe didici, locum Plinij corruptum arbitratus ſum: cum nec in Phaliſcis vllum flumẽ Clitumni nomine vel vi reperiatur: nec vllo modo propter nimiã locorum diſtantiam, huius regionis partem ad Phaliſcos pertinuiſſe dici queat. Perſuaſum igitur & certum omnibus eſſe debet Clitumnum in his Vmbriæ locis inueniri, vbi à Lucano, Propertio, Seruio, multisq́; ſcriptoribus alijs demonſtratur. Quod ſi quis adhuc inſtet, non vno in loco Plinium eundem amnem in Phaliſcis dicere, cóſtanter falſum eſſe id reſpondebo, nempe ſi de hoc ipſo flumine diſputetur. Inter Trebulam dein ac Spoletũ caſtella plurima Spoletini agri ſunt, & inter aſperos altosq́; montes Ceretum oppidum noui nominis, at frequens valde: à quo Ceretani vocantur errones illi, qui nunc per vniuerſam Italiam diſcurrẽtes ſanctitatis religionisq́; prętextu varijs artibus emungere ſtipem ſolent. Hinc & in vſu eſſe cœpit, vt ſi quis importunius & abſq; verecundia quicquã flagitet, aut nouum prætextum coloréme obtendat quò facilius quid extorqueat, is Ceretanus appelletur. Aiunt oppidum hoc quoſdam cõdidiſſe Gallos, qui Francia pulſi Romanũ Pontificem de loco ſedium & habitationis cum adiuiſſent, ab eoq́; diplomatis ornati, quò facilè ſtipem ad vitam tolerandam cogerent; donec locum hunc quẽ acceperant, domicilijs aptum reddidiſſent, ita diſſolutæ illius ac otioſæ vitæ dulcedine capti, genus illud vitæ retinuêre: nec vnq̃ deinde relictis Pontificijs indultis ab eleemoſina ſummo artificio cóquirenda deſtiterunt: adeoq́; nũc miris artibus ac dolis ſtipem non tam extundunt, quã rapiunt: quanq̃ fraudibus eorum ac ſimulationibus hoc tempore plerũq; cognitis exiguam apud homines fidem habeãt. Infra Ceretum Pons Caſtellanus eſt oppidum à Ceretanis conditũ, quo Ludouicus excellens legum Doctor, & Paulus item Iureconſultus & conſiſtorialis aduocatus orti. Maximè tamen locum hunc origine Ioannes Pontanus vir omni diſciplinarum genere præſtantiſsimus illuſtrauit, quem Alfonſus Arragonum & Neapolitanorum rex à ſecretis habuit: cuiusq́; nõ ſolum nunc oratione ſoluta, ſed etiam verſibus opera commendatiſsima leguntur: ſic vt cum primis ſuæ memoriæ viris omnium eruditorum calculo cenſeatur. A Ponte Caſtellano, qui ſic propter Pontem vtramq; Naris ripam ibi coniungentem dicitur, ſexto milliari oppidum Caſsia, nomine recens Blondo, ſed antiquum Volaterrano, qui Carſulos à Strabone deſcriptos autumat: cuius etiam incolas Carſulanos appellauit Plinius. Et ſanè mihi quoq; videtur Carſulam eſſe, quam Dionyſius [a] Halicarnaſſeus memorat, Coritoq́; monti qui nunc Coruus eſt, facit propinquã. Carſulanorum præterea Tacitus [b] meminit. Hac memoria frequentiſsimum oppidũ eſt: longoq́; tempore libertatem ſibi conſeruauit. Alluitur flumine Coruo, quod ex Coriti montis, huius regionis altiſsimi radicibus ortum, hàc Nari illabitur, ꝓpe Tres pontes. De eius imperio quondam acerrimè diſceptatum inter Spoletinos & Nurſinos, vtrisq́; poteſtatem in eo vendicantibus: quam cõtentionẽ mortes etiam & cædes plurimæ ſunt conſecutæ tam miſera omnino clade, vt quemadmodum à Blondo ſcriptum eſt, etiam relatu ſolum longè foret triſtiſsima. Poſt Caſsiam P.M. VII. inter eoſdem montes maximos, qui tamen fructiferis quibuſdam

a. lib. 1.

b. lib. 19.

dam conuallibus ac riuulis aquarum dirimũtur, antiqua ciuitas eſt Nurſia, quẽadmodum Plinius in quarta regione nominat: gens Nurſini dicta. Ptolemæus eã in Sabinis collocat, qui ad orientem magis quàm Vilumbri vergũt. A Liuio [a] memoratur his verbis. Vmbriæ populi, & præter hos Nurſini, & Reatini, & Amiternini, Sabinusq; ager, oẽs milites polliciti ſunt. Item alibi [b] Nurſinos Scipioni milites ad inſtruendas naues Africano bello paratas miſiſſe narrat. Virgilius etiam nõ raro Nurſiæ meminit, vti his verſibus [c]: Qui Tiberim Fabarimq; bibũt: quos frigida miſit Nurſia: pauloq; pòſt: Et te mõtoſæ miſere in ꝑlia Nurſæ. Priori loco Seruius, Nurſia inquit, vrbs in Piceno eſt, frigidaq; dicta, vel quia reuera talis: vel quia nocens: Gracchi eñ vbiq; in cõcionibus ſuis Nurſinos ſceleratos appellauere: poſteriori Nurſiã inter montes ſitam annotat. Sed quòd vrbem hãc in Picentibus collocauit, ex Plinij ſententia fecit, à quo regioni quartæ tribuitur. Alijs tamen auctoribus in Vmbris & Sabinis eſt: quanquàm haud quicquam ferè interſit, propter regionum vicinitatem, quæ nimirum hic confines ſunt. Blondus enarratione Seruij conſiderata non quòd ſcelerati Nurſini ſint, vt Gracchi vocabant, ideo frigidam Nurſiam Virgilio dici ait: ſed quia loci ſitus is eſt, vt propter montium circumiectorum altitudinem, qui fere niuibus perpetuis occupantur, cum vrbs ipſa, tum ager finitimus ingenti frigore rigeat. Et ſanè nobis etiam mirum eſt viſum tam frigidam atque alienam expoſitionem Seruium hîc attuliſſe: quandoquidem obſcurum eſſe non poſſit, quin Virgilius loci conditionem & aeris intemperiem verè proprieque voluerit explicare: neque Gracchorum dicteria quicquam cum hac re commune habere. Nurſiam quoque Silius [d] appellat inquiens: Nurſia, & à Tetrica comitantur rupe cohortes: Item Martialis de rapis ſic: Nurſinas poteris parcius eſſe rapas. Eas & Plinius [e] inter oĩa genera primum obtinere locum magnitudinis, plurimasq; ponderé multarum librarum inueniri ſcribit. Nurſiam quoq; Facius hac ſententia [f] commemorat.

[a] lib. 28. [b] lib. 38. [c] lib. 7. Aeneid. [d] lib. 8. [e] lib. 18. cap. 13. [f] lib. 3. Cant. 10.

Fluuium etiam exiguum Nurſiæ vidi,
Qui annis ſeptem abditus ſub terra latet,
Et ſeptem rurſus ſupra terram grandis pulcherq; fluit.

Plurimos hęc vrbs illuſtres præclarosq; viros in lucẽ edidit: inprimis Sertoriũ illum militari gloria celeberrimũ apud Romanos, vti à Plutarcho Liuioq; monumẽtis proditũ eſt, itẽ D. Benedictũ monachorũ patrem, cuius vitam elegãtiſsimè deſcripſit Gregorius Pontif. in Dialogis, Benedictũ Regardatũ hominẽ eruditiſsimũ ex nobili quoq; D. Benedicti ſtirpe, Veſpaſiã Pollam Imperatoris Veſpaſiani matrẽ vt Suetonius [g] teſtatur, plurimosq; ꝑterea cum eruditione, tũ alijs nominibus patriæ ſuæ perhoneſtos. Vrbs hoc tẽpore ciuium diſcordijs peſsimè affecta iacet. Supra Caſsiã dein [illegible] M.X. Coniſſa noui noĩs oppidũ, montoſo ſitu, admodũ frequens. Et hæc ea in parte montium q̃ ad Spoletum vergit, oppida ſunt. Nunc qm̃ ad Narẽ deuentum eſt, vbi incipiunt Sabini (quanq̃ & Nurſia Caſsiaq; & alia q̃dam hoc ſitu caſtella Sabinis etiã olim tribuerẽtur vt ꝑdiximus) ordinẽ inſtituti noſtri hoc latere finiemus: ac Spoletũ & ad Viam Flaminiã regredientes, ita q̃ ſunt vltra Narẽ loca dicemus, exinde à Villa, principioq; Naris, veterũ recentiumq; Sabinorũ regionem oẽm memoraturi. Spoleto itaq, via Flaminia in Vallẽ Anguſtiarũ ducit, admodũ ſaxoſam, altiſsimisq; rupibus clauſam: cuius in exitu, quarto ferè ab Interamnia lapide, olearum ſyluæ, vites, aliaq; fructiferarum arborũ genera: mox ipſa ciuitas Interam-

[g] in Veſpaſiano.

Interamnia, duos inter amnes altiſsimã ex Nare foſſam, ipſumq; Narem ſita· quã-
obrem & Interamniam veteres appellarunt, vt Ptolemæus, Strabo, ac Plinius In-
a. lib. 1. annal. teramnates in quarta regione memorans: quorũ mentionẽ Tacitus etiã facit [a], au-
ditas in Senatu, coloniarum municipiorũq; legationes ſcribẽs, & ex ijs Interam-
nates diſſeruiſſe, peſſum ituros fœcundiſsimos Italiæ cãpos ſi amnis Nar (id enĩ
parabatur) in riuos deductus ſuperſtagnauiſſet. Pons hîc lapideus tranſitũ flumi-
nis iungit. Vrbem olim amplitudine maiori fuiſſe q̃ nunc eſt, apertè veterũ ædifi-
ciorum ruinæ q̃ circa ſunt, oſtendũt. Rebus cum ad vitã hominũ vtilibus, tum ad
paſtum animalium opportunis admodũ abundat· frequens etiã colonis: & quãq̃
exactis temporibus ciuiũ diſcordijs haud parũ laborauerit· tñ pacata nunc & trã-
quilla eſt. Memoriam eius frequenter vſurpat Liuius, nominatimq; duodeuigin-
b. lib. 27. ti colonijs annumerat [b], quę ſummis Pop. Rom. tẽporibus Annibale Italiam ve-
xante, nec auxilia belli, nec pecunias ad ſumptus cõferre voluerunt. Ingenia ma-
gno numero tulit· inprimis Ioannẽ Mancinellum Apoſtolicæ olim Cameræ Au-
ditorẽ, doctum hominẽ ac prudentẽ. Ager vrbis vltra citraq; Narem maximè fer-
tilis eſt ob abundantiã aquarum, q̃ mirifica ſpectantium voluptate paſsim diſcur-
runt. Et profecto iam tanta ſatis agnoſcitur eius vbertas, vt Plinium ſcripſiſſe ve-
rè cõſtet, prata quæ hîc ſunt irrigua, quartùm, quæ nõ ſunt irrigua, tertiùm annuo
tempore ſecari. Cõtingit hæc fœlicitas à flumine ipſo, quod agrum mediũ percur-
rit. Sed & fructus nobiliſsimos tam colles, quàm plana fundunt· omnigena item
vina, vtpote vulnetiana, apiana, auſtera, mediocria, mirificamq; copiã olei. Flu-
men qui attingunt campi, caules rapasq; tam inſignes ferunt, quæ magnitudine
nullis Italiæ vniuerſæ rapis cedant, nec minus celebrari generibus illis merean-
tur, quæ à Plinio commemorata ſunt: nam & aliquæ librarum XXXIII. pondus
æquant· & vt mihi affirmauere coloni, ſeptenarum onus aſino plerumq; ſufficit.
Nomen etiam huius vrbis columbæ tum ob inſignẽ magnitudinem, tum ob car-
nis præſtantiam habent. De cætero quoniam loca quædam citra Narem præter-
miſimus, ad ripam Tiberinam regionis huius limitem cõmeandum eſt, quò p[...]
uſquam de Sabinis dicere aggrediamur, omnia ex inſtituto commemorentur. Ad
Tiberim itaq; procedenti Druida caſtellum apparet frequens, in collis ſupra Ti-
berim latere, poſt Tinnæ cõfluentem, emenſumq; lapideũ in Tiberi pontẽ, quo
Peruſia in has venitur partes. Dirutã latinè dici qbuſdam placet: egoq; nouũ op-
pidum puto· quippe quia mentionẽ eius apud antiquos inueni nullam. In pretio
ſunt huius loci vaſa fictilia, tum ꝙ inaurata videantur, tum etiã quòd artificiũ præ
cæteris Italiæ totius habeant ſummum; nec imitatione adhuc ſuperatũ· quanq̃ id
tẽtauiſſe alibi plurimos cõſtet: Maiorica vulgus Italicum vocat, quòd artis initia
ex vna Balearium inſula Maiorica prodierit. Via deinde qua Peruſia itur Narni-
am, de qua poſtea dicemus, incedenti, vetuſta ciuitas in colle occurrit Tuder,
c. lib. 2. bell. goth. vt Strabo, Plinius, Cato, Procopius [c] Antoninusq; vocant, aut vt Ptolemæus, Tu-
dernum. Memoriam eius ſummo cum honore vſurpat Strabo. Vilumbrorũ eſſe
d. lib. 8. vrbem ait Annius, origine à Veijs Hetruſcis Tudernis, qui à Silio [d] memorati ſic
e. lib. 1. & haud parti Martem coluiſſe Tudertes. Mihi hãc Dionyſij [e] Halicarnaſſei Tio-
ram & Matieram CCC. à Reate ſtadijs ad Viam Latinam credi poſſe videtur, vi-
amq; Latinam Antonino Flaminiam dici, in qua Tuder is collocat. Olim hîc
Marti ſacrificabant, templũq; erat præclarũ vt Silius teſtatur, & ꝓbat Dionyſius,
oraculũ Tioræ antiquiſsimũ Martis fuiſſe ſcribens, haud abſimile Dodonæo, niſi
inquit

inquit, quòd illic è ſacra quercu vaticinari colúba ſolebat, apud Aborigines aút auis picus è columba lignea. Sitú eſt Tuder vt diximus, amœno in colle, ficubus oleis, vitib9, alijsq; fructiferis arboribus ornato: quanq̃ hoc tépore ciuilibus diſcordijs vrbs euerſa propemodú iaceat. Superioribus annis extremi ferè interitus occaſionem Altobellus præbuit indignus patriæ alumnus, homo nó ſolum in externos, ſed etiam in populares ac ſuos crudeliſsimus. Vrbem maiori ex parte ruinis deformauit· aduerſariæ partis ædes incendio vaſtauit· cædibus absq; vllo diſcrimine graſſatus· breuiter immanitatis ſummæ flagitia tam multa edidit, vt niſi oratione longa cómemorari haud poſſent. Intra muros deuictis inimicis, cædium adhuc & humani ſanguinis auidus, finitima quoq; loca eodé furore ferro flammaq; cœpit infeſtare, ducentis fermè ſicarijs feritate crudelitateq́; duci ipſi haud diſsimilibus adiutus: qui cú præda dein è locis ꝓpinquis opportuna deeſſet, flagitioſæ vitæ inſtituto latrocinari in vijs, & iter agentes infeſtare· adeo vt neminem hoc tractu proficiſci ab iniuria liberú paterentur. Eius rei fama cum ad Cæſarem Borgiam Ducem Valentinum Alexandri VI. Pontif. filium perueniſſet, is Vitellotium Caſtellanum fortiſsimum virum cum validis cohortibus perſequi latrones iuſsit. Oppidum eſt Aqua Sparta non procul Tuderno: in id Vitellotij virtute ac prudentia fugere coactus Altobellus, cum grauiter obſideretur, nec elabendi viam patere vllam, diligentiſsimè oḿia tenentibus pręſidijs videret, in muliercula domú viduæ clam ſe abdit: inuentus tandé è latebris protrahitur· deducta veſte nudus alligatur tabulæ· medio in foro ſtatuitur· oḿibus, qui læſi ab eo fuiſſent iniuriæ vindictá arbitratu ſuo repetendi poteſtas fit. Nunc feritatis immanitatisq́; ſpecimen inauditæ legentes accipiát: liberis ab eo orbatæ matres, haud ſecus ac feræ furore percitæ, dolori veſanoq́; repoſcendæ pœnæ deſiderio indulgentes ſuo, morſu eú ac dentibus appetere, viuasq́; carnes lacerare. Idé facere mulieres quarú ab illo mariti interfecti: ſummæ nulla omittuntur crudelitatis genera. Nec minor virorú quos aut liberis, aut parentibus fratribusúe, aut oḿino ſanguine cóiunctis ſpoliauerat, exq̃rendis in eú ſupplicijs ſtudiú. Iaculis hi cor trãsfigunt· illi oculos, aut aliã corporis partem· oḿibus ſuas vlciſci iniurias & talibus, & alijs modis animus. Tanta tñ eius erat immanitas belluæ, vt has in ſe ipſo cótemnere pœnas videretur· cóſtanterq́; nullú nunc ſe genus ſupplicij curare, qm̃ ꝓuiſa diu & p̃cogitata ſibi eſſent oḿia, diceret. Sic igitur vſq; ad morté miſerè multatus laceratusq́; crudelitatis p̃mium tulit. Aetate admodú adhuc erat virenti: vitaq́; ꝓuehi innata nó fuit immanitas, quéadmodum à Dauide dicitur: Viri ſanguinú & doloſi dies vitæ medios haud attingent. Sed & aliud q̃d longè ferius in cadauer deſignatú. Exanimis iam totq́; ſuppliciorú generibus cóſectus iacés, adhuc ferinis illis vindictã arbitratu ſuo exercentibus animis, viuus haud ſatis dediſſe pœnarú viſus: itaq; & poſt obitú immani ſupra oém immanitatem feritate conciſus in fruſta, nó ſecus ac in macello animalium carnes lanij ſecant, & ad pondus ſtaterę diſtractus fuit. Iam quis ad hæc cum audiat, horrere non cogatur? at quid ſi ſpectet humanas ab hominibus carnes vendi, coëmi, inſuper & mandi? Immane hoc exemplú ſæuitiæ commemorare viſum ideo eſt, vt legentes animaduertant, qui crudelitatis in alios exercendæ ſtudio ſibi placent, eos viciſsim ab alijs in ſe crudelitatem experturos. Tuder Martinus primus Pontif. Rom. ortu illuſtrauit, vt Platina Petrarcháq; ſcribunt· quanquàm Blondus Martinum tertium dicat. Virum hunc ſanctiſsimú Conſtantinus tertius Imper. in Cherſoneſum Póti relegauit· vbi & vitæ

ſupre-

fendit, vt abſolueretur & in tam eximium hiſtrionem euaſiſſe conſtat, vt cum ipſi Ciceroni, tum alijs hominibus eruditis quamplurimis ſæpe ſummè placuerit. Libro etiam conſcripto hiſtrionicam cum eloquentia contulit. Sed et alia præclara ingenia tam multa nomen Ameriæ nobilitarunt, vt omnium commemoratio longiſsima foret. In cæteris autem Cæſar Naccius fuit, patriæ antiſtes, qui temporibus Alexandri VI. Pontif. Max. Cardinalis Vrſini Prolegatus apud Bononienſes obijt, ibiq; perhonorificè in D. Petronij ſepultus iacet. Iuxta viam qua Tuderno Narniam itur, paſsim in montibus oppidula quædam obſcura, nulliusq; momenti apparent: media autem in via Caſtellum Tudertinum, locus exiguus: vltraq; D. Gemini honeſtum quondam oppidum & frequens, ſed à legionibus Venetis Imperatore earum Franciſco Maria Roboreo Vrbini regulo, quum vti præ ſeferebant, auxilio Clementi Pontif. à Cæſarianis militibus in Hadriani mole tũ obſeſſo, Romam cogitarent, anno poſt C. N. MDXXVII. peſsimè habitum, neq; ſolum direptum, ſed etiam vaſtatum flammis, adeo vt planè fuerit deſertum: quod tertio anno pôſt, Romam hac tendens ego vidi: quanquam belli calamitatem in ſecuta peſtis, cauſam quoque deſolationis attulerit. Ager circumiectus perelegans & amœnus eſt: colles enim ſunt nitentes, vitibus, oleis, ficubus, alijsq; fructiferis arboribus conueſtiti. Præter cæteros etiam fructus vuam copioſe fert exiguo grano, ac ſine acinis, paſſarinam coloni vocant, quæ non ſolum recens, verumetiã ſicca palato eſt gratiſsima. Magno in pretio Romæ habetur: nec admodum à Neapolitana Epiri differt, niſi quòd alba ſit, illa verò nigra. Sequitur hac ipſa in via, Flaminiam Antoninus vocat, altiſsimi montis radicibus appoſitum oppidum Ceſia, cum arce præcelſo in monte ſita. Dein ſecundum montis huius pedem ad oppidum peruenitur Aquam Spartam, quo Matthæus ortus ex ordine Minorum Cardinalis ſummæ doctrinæ, quemadmodum Commentarijs in ſententias editis teſtatus eſt. Incipit hîc amœna planities inter montium iuga, flumenq; Narem, tritici, aliorumq; frumenti generum fertilis, arborumq; cum vitibus ordines habens inſignes, & vini optimi copia fœcundos. Ad exitum dein Viæ Flaminiæ Pons ex latere coſto Naris ad Narniam tranſitum iungit: nec procul eodem in amne grandiſsimis innixi pilis arcus quidam ingentes apparent, nobilis ac vetuſti pontis, mirabili arte facti ex lapide quadrato prægrandi, quo à collis qui citra flumen eſt radicibus, per amnem ad Narniam commeabatur. Maximum equidem & ingens id opus fuiſſe, quæ adhuc eius pars ſupereſt, indicat. Memoratur à Martiale [a] his verſibus: Sed iam parce mihi, nec abutor Narnia Quinto, Perpetuq liceat ſic tibi ponte frui. Meminit eius etiam Procopius [b], haud vnquam pontis arcus altiores ſibi viſos ſcribens. Ædificatum ex Cimbricis ſpolijs ab Auguſto, Narnienſes aiũt. Arcus habebat ampliſsimos quatuor, vnumq; cæteris ampliorem in medio, tanta factum arte, vt ſub amnis aquis vno ex latere commeari in alterum poſſet, quemadmodum iudicio licet complecti. Fundamentis vnius pilæ [illegible] nuullſis ac cedentibus concidit. Parte hac priuſquam amnis tranſmittatur, eius ripa procedenti iuxta montium radices multæ fontium occurrunt ſcatebræ, nominatim quæ non pridẽ anno à C. N. MDVII. repertæ, cuius aquas infirmi qui potaſſent, morbis malisq; omnibus ſibi videbantur liberati: maximoq; concurſu ægri omnibus ex partibus huc confluebant, quibus hauſti fontis latices ſalutem impertiebantur. Hac de cauſa cum Narnienſes aduenarum hoſpitio tabernas aquæ adijcere decreuiſſent, effodiendis noui operis fundamentis, vetera ædificiorum inuenta: quo conſtitit etiam

a. lib. 6. Epig.

b. lib. 1. belli Goth.

olim hunc in pretio fontem fuiſſe. Pergenti hac etiam aliæ ſcaturigines apparent, in quibus vna famis vates nec enim ſolet prorumpere, niſi cùm annus pro[illegible] grauem ac difficilem annonam eſt habiturus: vti etiam anno poſt C. N. MD[illegible] maxima indomitaq; fame tota Italia calamitoſo fuit obſeruatum. Alij præterea fontes vt diximus permulti in ripa Naris, montisq; radicibus Hortam vſq; ſ[illegible] quorum fortaſſe natura maximè quoq; ſalutaris, quanquam incomperta: nec d[illegible] bitauerim quin ex varia terræ viſceribus abdita metallorum cõditione vim nan[illegible] ſcantur vti illum quem tot malis morbisq; ſalutarem diximus, aquis igne ac decoctione probatis Narnienſes medici naturam ex ferri metallo trahere comper[illegible] re. Proxima eſt Horta, vbi Naris in Tiberim confluens. Finis hîc Vmbrorum [illegible] tum hac parte patent ad quos tractus vniuerſus inter initia Tiberis amnemq; Narem incluſus, vbi Tiphernum, Ameria, Tuder, pertinet præterea verò & Spoletum Meuaniaq;, quemadmodum Cato & Sempronius volunt. Et Vilumbri qui fu[illegible] iam in ſuperioribus eſt ſatis demonſtratum: itaque nunc regione Vilumbroru[illegible] abſoluta, de cætero Sabinos, quam etiam Vmbriæ gentem diximus, aggrediemur.

SABINI.

CONſeruato noſtræ deſcriptionis ordine, quem hactenus tenuimus, prim[illegible] Sabinorum origine, dein finibus, poſteà locis ſingulis agemus. Itaq; g[illegible]s huius initia variè ſcriptores prodidiſſe ſciendum eſt. In primis Cato & Sempro[illegible] us conditorem eius appellant Sabum, filium Sabatij, gentilis Sangni ſeu Caſpi[illegible] eſt Sabum Sagni, quem latina lingua ſanctum vel ſacerdotem & purum dicit. [illegible] Saturno Caſpio, vel Ioue Belo, ſeu potius Nino, quem Aſſyrij Iouem nomina- bant vt Beroſus & Xenophon teſtantur, pulſus, in Italiam ad Ianum venit ab eo perhumaniter acceptus, & in regni gubernandi ſocietatem aſcitus, editis exin [illegible] gritatis excellentiæq; ingenij documentis, & ſapientiſsimè inſtitutis Abori[illegible] bus, earum gentium quæ vltra Tiberim in Hetruria erant, imperium & adm[illegible] ſtrationem eſt adeptus eiq; regioni Sabatiæ nomen à ſe tribuit, quam apud Stra[illegible]
a.lib. 5. nem [a] memoratam legimus. Idem confirmare Silius [b] videtur inquiens:
b.lib.8. Ibant & læti pars ſanctum voce canebant
Auctorem gentis: pars laudes ore ferebant
Sabe tuas, qui de patrio cognomine primus
Dixiſti populos magna ditione Sabinos.

Plinius tamen alios auctores ſecutus diuerſè tradidit, Sabinos ſic à religione cultuq; Deorum eſſe dictos qu[illegible] Sebinos ἀπὸ τοῦ σέβειν. Strabo principium illos ex Hetruria & à Tiberi habui[illegible] vult. Zenodotus Trœzenius hiſtoricus aduenas quoſdam ex Vmbris in agrum Reatinum profectos tradidit, vbi cùm aliquandiu conſediſſent tandem à Pela[illegible] expulſos in hanc regionem Sabiniam appellatam conceſsiſſe, proptereaq; Sa[illegible]
c.lib.2. nos deinde vocatos. Hoc tamen Dionyſio [c] Halicarnaſſeo nequaquam probatur qui Portij Catonis ſententiam amplectens, à Sabo Sangni, inquit, nonnulli Piſtrunum vocant, Sabini cognominati eorumq; primæ omnino ſedes Teſtruna in v[illegible] co fuere non procul Amiterno quibus deinde relictis in agrum Reatinum profe- cti cum Aboriginibus habitarunt poſtea quoque Cotilam oppidum nobile vi occuparunt Reatinos agro ſuo pepulere ciuitates etiam aliquot munitas, inter quas Cures ędificarunt conſequentibus vero temporibus potentia diuitijsq; in tantum aucti, vt tractum omnem ab illa vrbe ad Adriaticum mare pertingentem ſpatio CCXL ſtadiorum in latum, & fere M. in longum, occuparent, quam regionem his

etiam

etiam temporibus habent. Ita Dionyſius, cui Strabonem quoque conſentire patebit vbi fines deſignabimus. Porro quod ad nos attinet, in hac opinionum diuerſitate ſententiam illam potiorem iudico, quæ Sabinorum nominis auctorem Sabum accipit. Termini gentis ex commutatione temporum valde diuerſi reperiuntur: primi enim iuxta Catonem & Sempronium à Nare ad Anienem & Aequicolos vſque fuerunt· quanquam pro Aniene Silaris apud Sempronium legatur, mendum enim eſt euidens, quippe quia Silaris amnis Campaniæ Fœlicis finis, & Lucaniæ principium eſt. Erant in illa regione, montana ſcilicet, Nurſia, Reate, Interamnia, Narnia, cum plurimis alijs vrbibus quemadmodum Ptolemæus depingit. Plinius autem & Amiterninos, Curenſes, Forum Decij, Forum Nouum, Fidenates, Nomentanos, Trebulanos qui cognominantur Mutiſcæ, & qui Suffenates, Tiburtes, Farinatesq́ue Sabinis adiungit. Strabo de ijs, anguſtum inquit, agrum incolunt in longitudinem protentum à Tiberi vſque Nomentum oppidum ſtadijs mille, vſque ad Veſtinos. Paucas ac tenues iam ætate ſua ciuitates eos habuiſſe ſubijcit, propter bellorum aſsiduitatem. Præterea dein ſicut & Plinius, Trebulam, Amiternum, aliasque ciuitates in illis comprehendit. Nos omnium horum itemq́ue Dionyſij Halicarnaſſei deſcriptione propoſita, fines Sabinorum ita deſignabimus, vt primo latere Narem, altero Apenninum, tertio Tiberim, vltimo Anienem qui Sabinos ab Aequicolis diuidit, accipiamus· corruptè verò Silarem pro Aniene ſcriptum in Sempronij libro iudicemus. Erit itaque Sabinis à meridie pars Tiberis, itemq; Naris· ab occidente pars eiuſdem amnis altera, cum parte montium· à Septentrione Apenninus· ab oriente Anio: vel aliter, ab exortu ſolis Latium· ab auſtro Vmbria· ab occaſu & Septentrionibus Picentes Samnitesq;. Hac quidem montoſa regione Sabini olim habitarunt: noſtra verò memoria Sabiniam appellamus quicquid inter lacum Velinum, Reate, Tiberim, Narem & Anienem continetur. Particularem regionis deſcriptionem à fonte Naris auſpicabimur, atque per eum amnem ad Tiberim & Anienis oſtium vſque, tum ad Apenninum tranſcurremus· inde ad initium Naris vnde primò digreſsi, reuertemur. Indicabimus autem non ſolum illa loca quæ nunc alicuius nomenti vel nominis eo tractu reperiuntur· verumetiam antiqua omnia bonis auctoribus commemorata, quantum eius fieri poterit: etſi non ignoremus eorum tam in montibus, quàm plano, nunc etiam ipſis incolis quid olim fuerint, quibuſque nominibus appellarentur ignorantibus, deſcriptionem plurimum difficultatis habituram. Et vt Strabo, Dionyſius Halicarnaſſeus Pliniusq́ue ſcripſerunt, iam tum illorum ætate plurima tam prorſus interciderant, vt vbi extitiſſent ignoraretur· cum neque veſtigia ſupereſſent, neque nominum propter migrationes, apud regionis incolas memoria. Qua de cauſa frequenter euenire ſolet, vt cùm homines curioſi in hiſtorijs verſantur, & locum nominari aliquem vidēt, qui iam ex nominum cognitione deperditus eſt, maximo tœdio moleſtiaq́ue afficiantur. Iam primùm omnibus qui veterum monumēta legerint, apertè conſtare arbitror olim frequentiſsimam fuiſſe Sabiniam, vt mirari minimè debeamus, tanto ſtudio diligentiaque Romulum omnia feciſſe, quò Sabinos affines, amicos, atque ſocios imperij haberet, quos prudentes, circumſpectos, audaces, & ad omnia commodos aptosq́ue perſpexerat: de quibus etiam honorificè præter cæteros ſcriptores Tacitus a commemorauit. Hactenus de Sabinis eorumq́ue finibus generatim: nunc ab Naris initio deinceps ſingula eorum dicentur. Prope Coniſſam inter mon-

a lib. 11.

N 2

montes qui ad Spoletum vergunt ſuprà deſignatam, citra Narē quo alluitur, Vi[illegible] ſum ſub Apennini ferme iugis eſt, antiquiſsimū vt Blondus aſſerit oppidū, Ceret[illegible] millia P. X X. diſtans. Nar amnis ita veteribus omnibus conſtanter appel[illegible]
a.lib.7. Aeneid. tur Virgilio [a] nominatim cum inquit. Sulphurea Nar albus aqua: quo l[illegible]co Seruius rationem eius epitheti vel ab aqua ſulphurea, vel colore ſaporeúe ſ[illegible]
b.lib.8. phureo ſumptam notat Silio [b] item ſic: Narque albeſcentibus vndis In Ti[illegible]
c.lib.1. rim properans & Lucano [c] ita: Et qua Nar Tiberino illabitur amni. Ab Ital[illegible] hac ætate Nigra vocatur, per antiphraſim vt opinor, cum aquas albas habea[illegible], Defluit ex Apennini iugis, & vt Plinius ait, monte Fiſcello, duobus erump[illegible] fontibus qui foramina ſunt in ſaxo natura ſic excauato, naribus animalis, [illegible] naſi ſpiraculis admodum ſimilia: quamobrem etiam ab antiquis Nar eſt voca tus: dein iuxta Vacunæ nemora deſcendens vt Plinius teſtatur, per ſubie[illegible] vallem fluit poſteaque Tiberi coniungitur. Valle decurſa nec non præter C[illegible] tum Pontemque deuolutus, prope Schicinum oppidum à Spoleto M. P. V I. [illegible] ſtans, labitur, vbi ligneum pontem habet per quem Spoleto iter eſt ad Monte[illegible] Leonem, Caſsiam, & Leoneſſam oppida quorum poſterius ortu incl[illegible] Gentilis cognomine Leoneſſæ, memoria noſtrorum auorum militari gl[illegible] celebris, vt à Blondo, Corio, Sabellicoque monumentis proditum eſt. Du[illegible] etiam hæc eadem via in Caſtellum monaſterij Ferentilis. Sequitur alius in am[illegible] pons lapideus non procul Harone oppido infra quod plurimum Nar au[illegible] aquis magna vi copiaque ex Velino lacu accedentibus: quæ cùm impetu i[illegible] ſaxa maximo decidant, propter vehementem concuſsionem perpetuos [illegible] tunt fumos ſic vt è ſubiecta valle ſurſum aſpicientibus, iris in cœlo ſemper a[illegible] parere videatur. Et profectò ſummæ res eſt admirationis eam aquarum ab[illegible] dantiam quæ iuſtum efficere flumen poſſet, ex tam præcelſo loco tanta vi[illegible] tia præcipitare, vt ſonitus ad X. M. P. optimè poſsit exaudiri. Poſtqua[illegible] Nar auctus nonnihil deinde proceſsit, dextra brachium emittit flumen haud m[illegible] dicum, Serſimonem accolæ vocant, quod ſupra Interamniam fluens, deinde ru[illegible] ſus in Narem redit. Nar Interamniam inferiùs alluit ac inde per planiti[illegible] deſcendens, Narnia præteruectus tandem ad Hortam vt diximus in Tiberim [illegible] exonerat. Relicto Nare dextra eius in montibus amnis Velinus cernitur [illegible] mino oriens fonte, quorum primus interuallo modico iuxta Ciuitatem Re[illegible] lem eſt, alter non procul Interdico oppido. Coniuncti flumen hoc efficiun[illegible] quod poſtea Reate percurrens, id in duas partes ſcindit. Vrbem illam ita ve teres conſtanter appellarunt, Strabo, Dionyſius Halicarnaſſeus, Antonin[illegible]
d. in Veſpaſiano. Tacitus, Suetonius [d], Plinius in quarta regione, Siliusque [e] cum inquit: Caſpe rulæ, hinc Foruli, magnæque Reate dicatum Cœlicolum matri. Id carmen
e.lib.8. exponens Marſus, Reate quondam Cybelæ ſacrum fuiſſe ſcribit. Mentionem
f.lib.26. eius perſæpe facit Liuius nominatimq; quum [f] hic mulam peperiſſe refert ite[illegible]
g.lib.31. vbi [g] Annibalis ad vrbem Romam acceſſum narrans, Cœlium ſcriptorem ait iter eius Reate & Clutillo deſcripſiſſe. Tulit hæc vrbs antiqua per illuſtres homines inprimis D. Columbam virginem tertij ordinis prædicatorum, quæ Peruſiæ M D. poſt C. N. anno de vita deceſsit, vbi tum propter eius præclara merita Deus Opt. Max. plurima beneficia mortalibus eſt elargitus, quemadmodum in eius vita legitur à Sebaſtiano Peruſino monacho theologoque, nec non Ioanne Antonio Flaminio oratore ſummo diligentiſsimè conſcripta. Natum etiam

hic

ac Thomam Moronum doctiſsimum virum & eloquentem maximæq; memoriæ Blondus ſcripſit. Veſpaſianum Imperat. cum Tito Veſpaſianoque Suetonius in vico Phalacrinæ Reati vicino ortum prodit in hæc verba. Veſpaſianus natus eſt in Samnijs vltra Reate, vico modico cui nomen eſt Phalacrinæ, XV. Calend. Decembris veſperique. Q. Sulpitio Camarino, C. Poppæo Sabino Coſſ. quinquennio antequam Auguſtus excederet: educatus ſub paterna auia Tertulla in prædijs Coſanis. Mirari verò nullus debet Veſpaſianum in Samnijs ortum Suetonio dici: cum & Plinius Reatinos in Samnitibus & quarta regione deſcribat: idque propter vicinitatem Sabinorum & Samnitium, qui etiam à Sabinis originem traxerunt, vti in tempore dicemus. Phalacrinas vicum Antoninus quoque memorauit. Plinij temporibus vt ipſe teſtatur *a*, in agro Reatino fons erat Neminia dictus, qui nunc illo, nunc alio diuerſoque loco erumpebat, ea varietate mutationem annonæ ſignificans. Extra Reate non procul amnis Velinus cum alijs aquarum riuulis non paucis initia conſtituit Velini lacus, quem ita veteres appellant, nominatimque Tacitus *b*, Reatinos audita conſultatione de fluminibus in Tiberim deſcendentibus auertendis, Romam profectos, eaque de re in Senatu auditos narrans his verbis: Nec Reatini ſilebant, lacum Velinum, qua in Narem effunditur, obſtrui recuſantes: quippe in adiacentia erupturum: optimè rebus mortalium conſuluiſſe naturam, quæ ſua ora fluminibus, ſuos curſus atque originem, ita fines dederit. Inter aquulas de quibus diximus Neptuni quoque fons eſt, quem Plinius celebrat. Riuuli tamen hi priuſquam confluant in lacum, paludem quandam efficiunt: ex qua deinde rurſus emergentes, lacui principium dant. Meminit eius inter miracula Marcus Tullius, iumentorum vngulas ſi pluſculum in illo morentur indureſcere tradens. Olim cum perpetua Velini amnis acceſsione, tum aliorum fontium, in tantum excreuit, vt ne finitima demergeret, exitum illi dare per quem effunderetur, omnino eſſet neceſſarium: idque à Conſule quodam Romano factum, qui incidi & aperiri ſaxum curauit, vnde nunc erumpentes aquæ tanto cum impetu in ſcopulos ſubiectæ vallis per quam Nar labitur, ex alto præcipitant, vt fragor & ſonitus ad decimum exaudiri lapidem poſsit, vti prædiximus. Cernitur etiam à ſexto lapide ceu nubes quædam hic perpetua conſurgere: nimirum ex aquarum fumo, quem denſum ac frequentem veluti ſpumeas ſcintillas vehementiſsimæ vndarum concuſsiones in aërem emittunt: quamobrem vt ſupra dictum eſt, è valle ſurſum aſpicientibus arcus cæleſtis perpetuò videtur apparere. Lacum hunc Italiæ medium tenere Plinius ex ſententia Varronis affirmat, itemque Marſus in hoc Silij verſu: Caſperula, hinc Foruli, magnæque Reate dicatum Cælicolum matri: ſcribunt quippe vmbilicum Italiæ totius hic eſſe, quemadmodum orbis vniuerſi Delphis. Hac ætate lacum Pedeluci vulgus Italicum vocat: nimirum ab oppido Pedeluco læuæ appoſito ripæ. Collibus editioribus vndiq; cingitur, quanquam in præcelſo montium iugo ſit. Aquas habet claras: ſaxum tamen per quod exoneratur, ita quandoque excreſcit, vt id ferro repurgare neceſſe ſit, quò ſemper exitus ille pateat, ne per vicina ſuperſtagnet. Ligna circum eum in agris lapideo cernuntur obducta cortice: quod & nos oculis vidimus. Auditum etiam habemus ex accolis, lignum in eo defixum intra paucos dies lapide circundari. Piſces optimos generat, præcipueque Truttas & Tincas,

a. lib. 2. cap. 106.

b. lib. 1. annal.

eaſque ſine ſpinis, præterquam in contextu vertebrarum. Oppidulis vicíſque accolitur. Nauiculas fert exiguas, quibus deportari vltro citroque fructus ſolent. Mihi diligenter inſpecta conſiderataque ſitus huius conditione, locus equidem is eſſe videtur, quem Virgilius deſcripſit his verſibus a.

a. lib. 7. Aeneid.

Eſt locus Italiæ in medio ſub montibus altis,
Nobilis, & fama multis memoratus in oris,
Anſancti valles · denſis hunc frondibus atrum
Vrget vtrinq; latus nemoris · medioq; fragoſus
Dat ſonitum ſaxis & torto vertice torrens.
Hic ſpecus horrendum & ſæui ſpiracula Ditis
Monſtrantur · ruptoq; ingens Acheronte vorago
Peſtiferas aperit fauces, quis condita Erinnys
Inuiſum numen terras cœlumque leuabat.

Vmbilicus igitur Plinium ex auctoritate Varronis tradere diximus, Italiæ hîc eſt · omnique parte præcelſi imminent montes, qui agrum lacui circumfuſum claudunt. Apparet inſuper horrendus aquarum deſcenſus è lacu per excauatam in viam præcipitantium, vnde fragor editur gemitus ſtridoreſque qui apud feros feruntur, referens, nec ab alijs etiam diſcrepans ſignis quæ Virgilius memorat. Sed aliter tamen in horum verſuum expoſitione non ſolum Donatus ſcripſit, verumetiam Seruius · qui coſmographos ait Italiæ medium prope Venoſam deſignare · nimirum in Hirpinis ad Apuliæ Campaniæq; confinium, vbi ſulphureæ fœtidæque, quod ſyluis vmbroſis circundentur, aquæ ſunt: ideoque viam & aditum ad inferos ijs in locis eſſe dici, quòd ibi ſacrificantes noxiarum aquarum teterrimo perimi fœtore ſolere. Donatus aliter locum hunc iuxta Canoſam ad flumen Calorem eſſe vult. At mehercule non mediocriter vterque mihi videtur errare, quòd Italiæ vmbilicum in Apulia ſtatuant, qui ibi nequaquam, ſed hîc ad lacum Velinum eſt, vti paulo antè ſatis euidenter comprobauimus. Quinimo nec in Apulia valles monteſque reperiuntur quemadmodum Virgilius commemorat · niſi forſan vt Blondus inquit, comparatione montium Italiæ totius, illa loca valles appellare velimus · interpretatione profectò duriori minimeque ferenda, quando ſingularem aliquem locum à poëta verſibus illis, non autem vniuerſam Italiam deſcribi ſatis appareat. Imo nec fœcundus ille ager ibi eſt quem nominat Virgilius, inquiens: Anſancti Valles · cum tamen circa Velinum lacum agnoſci minimè dubitatur · & magis etiam priſco ſeculo fuiſſe conſtat, quum primùm cæſo ſaxo riuus factus eſt, quo lacus in Narem effunditur. Sed quanquam fertilis quoque circa Venuſiam Canoſamque ſit Apulia, tamen agro Velini lacus euidenter de fœcunditate plurimum concedit. Præterea Roſellanus etiam ager dictus antea fuit · de quo Seruius ad illa Virgilij verba: Roſea rura Velini, ſcribit, Lacum Velinum ei propinquum vicinumque eſſe · qui tantæ fertilitatis erat, vt auctore Varrone, Cæſar Vopiſcus cum cauſam apud Cenſores ageret, campos Roſeæ dixerit Italiæ ſumen eſſe, in quibus pertica relicta poſtridie non appareret propter herbam: quod etiam à Plinio b commemo-

b. lib. 17. cap. 4.

memoratur. Iam itaque ſatis apparet Seruium ac Donatum aliter hoc Vergilij carmen interpretantes, manifeſto in errore verſari: nec omnino dubitandum eſſe, quin locus à Virgilio deſcriptus, in eo ſic omnibus ad probationem exactè conuenientibus ſignis, lacus Velinus haberi debeat. Præterea tamen alio quoq; non infirmo argumento conuincitur has illas eſſe valles, quas Virgilius Anſanctı vocat, quoniam in hodiernum vſque diem ager is vulgo Neſanctus appellatur, perperam nimirum pro Anſanctus, quod vndiquaque ſanctum & ferulem ſignificat. Hæc de Velino lacu: itaque nunc ad Reatinum agrum ab orationis diuerticulo reuertemur. Olim cum in eo ipſo, tum locis finitimis vt ſcribit Dionyſius a Halicarnaſſeus, vrbes oppidaque plurima fuere: quæ quidem licet ab alijs ſcriptoribus, quòd iam tum eorum ætate forſan interciderant, nominata non fuerint, nos tamen vt curioſis etiam ſatisfiat, ex Dionyſio referre operæpretium duximus. Et quamuis quod nulla nunc prorſus eorum veſtigia ſuperſint, inceptum ordinem tam exactè forſan vt oporteret, obſeruaturi non ſimus, omni tamen ſtudio diligentiaque contendemus, quò quam fieri poſſit commodiſsimè, ſingula legentibus ob oculos ponantur. Scribit itaque Dionyſius auctorem eſſe in Antiquitatibus Terentium Varronem, quem imitari ſe velle conſtituit, ciuitates aliquot in agro Reatino non procul Apennini montibus extitiſſe: Roma quæ minimum, iter vnius diei abfuiſſe, quas Aborigines in Vmbria primum incoluerunt. Inter eas Palatium primo loco commemorat, ſtadijs à Reate XXV. ſuiſque temporibus etiam habitatum. Sequebatur ad viam Quinctiam LX. ferme ſtadijs ab vrbe in monticulo Trebula, quam nos Treui eſſe diximus. Diſtabat inde ſtadijs totidem Veſbola, Ceraunijs vicina montibus: tùm poſt ſtadia XL. non ignobilis vrbs Suna cum peruetuſto Martis fano: abhinc XXX. fere ſtadijs Meſilla, cuius ruinæ mœniumque veſtigia tum adhuc extabant: inde ſtadio XL. ciuitas Oruinium eius regionis olim inter cæteras nobilis & ampla, ſicut è veſtigijs mœnium ædificiorumque magnificorum, & ſepulcrorum vetuſti operis, quæ Dionyſij temporibus adhuc extabant, facilè colligebatur. Eius vrbis arx etiam vetus Mineruæ templum habebat. Octuageſimo dein à Reate ſtadio via Salaria prope Coritum montem Curſula erat vrbs, Strabonis ætate collapſa: quam eo loci fuiſſe mihi ſanè videtur, vbi Caſsiani nunc eſſe diximus: Coritumque montem exiſtimamus etiam illum, quem hac ætate Montem Coruum nominant, alios huius regionis omnes excedentem: cui cum propinqua ſit Caſsia, noſtram opinionem optimè ſibi conſtare profecto arbitramur. Iuxta etiam inſula fuit Iſſa, circumfuſo lacu cincta, quam olim Aborigines inhabitarunt, nullis operibus, ſed natura loci ſola perpetuis aquis ſepti, munitam. Propinquum Iſſæ Maruuium erat, in eiuſdem lacus intimo ſitum receſſu, XL. ſtadijs à Septem Aquis. Rurſum à Reate per viam Latinam ſtadio XXX. Vatia: XL. Tiora, quæ & Matiera. In hac, inquit, oraculum Martis antiquiſsimum aiunt fuiſſe, non abſimile Dodonæo: niſi quod illic in ſacra quercu ſedentem columbam dicunt vaticinari ſolitam: hic autem apud Aborigines auis diuinitùs miſſa, quàm ipſi picum, Græci

a. lib. 1.

ἀργυροκολάπτην, vel ἀργυροκολάπτην nominant, idem faciebat in columna lignea. Mi hi videtur vrbem hanc eſſe Tuder, ſeu vt nunc vernacula Italorum lingua vo tur Todi: tota enim loci conditione diligenter inſpecta, id eſt, ſitu, diſt Martiſque templo, quod ibi fuiſſe ſuprà ſcripſi, prorſus vt ita ſentiam impe lor. Ab hoc oppido ſtadijs IIII. & XX. Liſta erat Aboriginum metrop quam antiquis temporibus Sabini noctis obſcuro clam vrbe Amiterna pro ex improuiſo ceperunt: ex qua clade qui ſuperſtites fuerant, recepti à Rea ſæpe fruſtra conati recuperare patriam, agrum eius tanquam adhuc ſuus e Dijs ſacrum fecerunt, diris deuouentes qui deinceps fructus ex eo eſſent per cepturi. L X X. dein à Reate ſtadio Cotila vrbs nobilis iuxta montes fuit, cu meminit in quarta regione Plinius. Non procul ea lacus erat amplitu iugerum quatuor, immenſæq; profunditatis, nunquam etſi perpetuos effun retriuos, decreſcens, propter æternas in eo fontium ſcatebras. Veteres nume illi credebant ineſſe· victoriæque ſacrum autumabant: quamobrem etiam ma religione, atque adeò foſſa valloque circumducto aditum eius cuſtodie ne cui præter vrbis primores acceſſus vnquam pateret· ijs quippe ſtatis ſa ciorum temporibus exiguam in eo inſulam ambitu fere L. nec amplius, pe ſeſquipede ſuper aquas eminentem, inſtabilem, & hac illac vt ventis impel tur fluctuantem, ingredi tantùm ex inſtituto moreque gentis fas erat. bida, ea dumiſque tecta erat humilibus, & præcipuam ferebat herbam ca haud admodum diſsimilem. Admiranda verò res illis videbatur, qui ſu rerum gubernatricis Naturæ vires & facultatem minimè cognitam habeb ideoque miraculum potiùs nulli inferius, quàm vſitatam rem arbitrab Hîc porro locis que finitimis primùm Aborigines vt diximus, Vmbris exp habitaſſe, communi opinione credebatur. Inſulæ mentionem Plinius a etiam facit, eam lacui innatare ſcribens. Sed & plura Dionyſius quondam hoc oppida dicit extitiſſe, quæ calamitate temporum iam tum eius ætate prorſus terciderant: ideoque mihi videtur illorum veſtigia non modo indagari mini nunc poſſe· verumetiam quibus in locis olim poſita fuerint, ignorare nos o no cogi. Idem de rebus huius agri memorabilibus etiam dicendum arb mur· nimirum vbi fuerint, ſciri haud poſſe· quòd aut hominum obliuio maximiſque totius Italiæ ruinis ætatem Dionyſij conſecutis prorſus interieri aut varietate temporum immutatæ deperditæque fuerint, adeo vt nunc incog tæ ſint, etſi pleræq; forſan non planè interciderint. Excipimus tamen ea q ſunt eiuſmodi, vt nulla temporum viciſsitudine vel clade deleri queant, quale ſaxi per quem lacus Velinus effunditur, perpetuus auctus, aliaque ſimilia per ad æternitatem diuturna. Satis porro hactenus iuxta deſcriptionem Halicarn ſei, per agrum Reatinum exſpatiati ſumus· quapropter ad reliquam regio Sabinorum partem reuocandus ſermo eſt. Via rurſus Flaminia procedenti vſque vbi læua in parte Velini lacus aquæ ex edito præcipitatæ Nari illabuntur citra Ternum ponte tranſito qui Naris ripas iungit, oppidum in tumulo c tur, Collis Scipionis vulgò literatis dictum, frequens & opibus affluens· q Scipionem condidiſſe nonnulli putant. Id noſtra ętate Vincentius Prædicato familiæ monachus homo doctus, ortu illuſtrauit. Sequũtur inter mõtes opp Mons bonus, & Taranum ad modicũ nunc accolis incognitũ amnẽ, vt Blond ſcribit

a. lib 2. cap. 95.

ribit · eſt autem Himella montibus oriens de quibus infrà memorabitur, ... Caſperulam & Forulos, quæ oppida ſupra deſcenſum Velini in Narem ſunt, ... cemus. Himella inter Ocriculum & Malianum in Tiberim defluit. Montes ... quibus oritur iuxta lacum Velinum incipiunt, Reateque læua in parte re... ſto ad meridiem auctu perpetuo vergentes, ab Apennino plurimum diſcedunt· ... ad Æquicolorum montes, illi nunc Taliacotium vocantur, inflexi, Tybur ... que procurrunt: quo tractu montano Arcades olim ex Palantis poſteris, qui ... uandrum in Italiam erant ſecuti Blondus ait conſediſſe. Rurſus Flaminia via ... oſt Collem Scipionis ſurſum, in aſpero, ſaxoſo, præcelſoq; monte Narnia ciuitas ... tiqua cernitur· quam ita Strabo cæteriq; veteres, Antoninus, Tacitus, *a* Proco... ius *b*, conſtanter nominant. Plinius etiam Narnienſes memorauit. Silius *c* Nar... iam cum inquit: Et duro monti per ſaxa recumbens Narnia· vt & Martialis, ſic: Narnia ſulphureo quã gurgite candidus amnis Citat, & ancipiti vix adeũda iugo. ... um, Antoninum, & Liuium antea Nequinum dictam prodidiſſe ſatis conſtat. cuius appellationis rationem in diuerſum auctores trahunt. Quidam id nominis ab aſperitate loci in quo vrbs ſita, ceu iniqui maligniq́ue tractum exiſti... mant · ... cum aliquando obſideretur, ventumque eſſet eò, vt aut in hoſtium poteſt... ... concedendum, aut inedia fameque moriendum videretur, oppidanis conſilio inito caſum vtrunque declinare hoc modo cenſentibus, mutuò ſeſe contrucidarent, primoque liberis, matribus, vxoribus, ſororibusque peremptis, ipſi dein viri inuicem occumberent, id quum accidiſſet, ab ſumma cladis iniquitate oppidum vocari Nequinum cœpiſſe tradunt · quemadmodum nobis apud Narnienſes vetuſti cuiuſdam libri copia facta, legere contigit: Poſterius nomen ab amne Nare ſumptum auctor eſt Liuius, plurimis in locis Narniæ memoriam v... ...pans, maximè verò cum *d* ſcribit Apuleium Conſulem ad Nequinum Vmbriæ caſtellum eius obſidendi cauſa profectũm, idque quòd difficili eſſet impoſitum monti, ac vno latere valde præcipiti & abrupto, quo nimirum vrbs Narnia nunc eſt ideo expugnari haud potuiſſe. Paulo pòſt addit Nequinum in Pop. Rom. ...tionem reuerſum · nouos etiam colonos eò miſſos contra gentem Vmbrorum, Narniamq́ue dein ab amne Nare dictam. Sed & priùs vrbem hanc inter eas colonias annumerauerat, quæ populo Roma. difficilimis Reipublicæ tempori... ...cum Annibale in Italia luctanti, ſubſidia belli denegarunt. . Ciuitas eſt vt ...us præcelſi, ſaxoſi, præruptique montis impoſita dorſo · meridionali in ...te rupes ac deſpectus admodum præcipites habens, quorum imo in hiatu Nar amnis per ſcopulos confragoſo alueo labitur · tantoque fragore, quem etiam rupes cauæ repercuſſu faciunt vehementiorem, reſonat, vt inſolentium auri... ...us haud parum ſit moleſtus. A Septentrione colles amœni arboribusque fruc...feris, vitibus, oleis, ficubus, ac id genus alijs nitentes imminent. Superio...ribus annis cladem maximam accepit, tum inteſtinis ciuium diſcordijs & peſti...ua, tum à Veneto milite, qui cum Cæſarianæ legiones Clementem VII. Pontif. in Hadriani mole Romæ circumſiderent, vti in D. Gemini oppido ...us, his ſelocis continebat. Deſolatam fuiſſe prorſus equidem nos affir... ...certò poſſumus: nam cum anno à C. N. MDXXX. hac proficiſcere... ...r, vix tum pauca iter agentium commodo diuerſoria reſtare vidimus. Vrbs tota cum Priorum, is magiſtratus eſt, Curia, præter duas forte vel tres in foro tenues tabernas, quæ magis tamen tranſeuntium habebantur gratia quàm oppi-

a. li.3. et 19
b. lib.3. de bell. Goth.
c. lib.8.
d. lib.10.

oppidanorum, deſolata deſertaque iacebat, & quidem tam miſera triſtique fa[cie]
prorſus vt aliorum ſermonibus eius rei fides haud quaquam mihi potuiſſet fi[eri],
quippe quoniam prius vrbem frequentiſsimam, lautoque populo admodum [a]
undantem videram. Roma tamen poſtea rediens, & colonis, & ædificijs m[edio]
criter inſtauratam reparatamque ſpectaui. Agrum colit bonum ad vtram[que]
Naris ripam: partimque collinum, partim planum. Inueniri hic terræ ge[nus]
quod ſiccitate in lutum, pluuijs in puluerem ſoluatur Marcus Tullius inter [mira]
cula prodidit. Ad pedem rupium quibus inſidet Narnia, propter Narem fon[tes]
plurimi varia natura conditioneque ſunt: ac inter cæteros vnus è cauerna ta[nto]
cum impetu, tamque copioſè prorumpens, vt equidem quibuſcunque mol[is v]
uendis extemplo ſufficere poſsit: tantæ tamen frigiditatis, vix vt tactum ferat. V[i]
ros illuſtres ac præclaros magno numero Narnia tulit: in primis Ioannem [XIII]
Pontif. Rom. vti cum alij, tum Petrarcha in Pontificibus tradidit: quan[quam]
Romanum eum, et prius Narnienſem antiſtitem fuiſſe Platina ſcribat. Ad[de]
huic Bernardus Eccleſiæ Romanæ Cardinalis, Paulusque Ceſius vir doctus [at]
que Cardinalis, apprimè ſtudioſus antiquitatis, vt in eius domo Romæ qu[am]
habitabat, vndique varijs egregijsque ſtatuis, tymbis, epitaphijs, ac id gen[us ve]
tuſtatis monumentis exornata cernebatur: qui non ſine magno literatorum [omni]
um luctu Romæ nuper anno à C. N. MDXXXVII. vitam cum morte c[om]
mutauit. Supereſt nunc eius frater Paulus, etiam ob inſignem virtutem à P[aulo]
III. Pontif. Cardinalium ordini adſcriptus. Narnienſes quoque ciues fu[ere]
Bernardus Cardulus, Angelus & Octauianus pater & filius Ceſij, omnes Ep[iſco]
pi. Fuit etiam Franciſcus Cardulus vir & ingenio & literis pollens, præter[ea]
tanta memoria, vt auditam ſemel geminæ paginæ non prius viſæ prælectio[nem]
tam expeditè redderet, ac ſi librum ipſum ob oculos haberet poſitum: iterum [ve]
rò auditam inuerſè etiam referret: nec minus exactè à calce ad caput ſin[e errore]
quàm priùs. Tam multa ſtupendæ memoriæ documenta edidit: vt comme[mo]
rari niſi longa oratione haud poſſent. Maximas equidem illi natura con[ceſſit]
non animi ſolum, ſed corporis quoque dotes: erat quippe & cum primi[s elo]
quens, & aſpectu magnifico: quamobrem non ſolum in Curia Romana [ſum]
mæ exiſtimationis, ſed etiam apud plurimos orbis Chriſtiani Principes a[pprime]
dum gratioſus fuit. Fratrem moriens ſuperſtitem habuit Marcum optim[um]
tem & doctum virum, ſummæque memoriæ, cuius ſpecimen nobis vt intim[o do]
meſticoque frequenter edidit. Narnia quoque Galeottus ortus excellens ora[tor]
ac Philoſophus, vti quos de interiori homine ſeu anima, eiuſque facultatibus, a[c]
tem de corpore libros ſcripſit, abundè probant: etſi quoniam maiorem aco[rre]
tebat ſcientiam oſtendere voluit, quibuſdam in locis eum ab orthodoxa [i]
pſum fide ſit animaduerſum. Illuſtrauit inſuper hanc vrbem Maximus Ar[ronus]
homo doctus ornatuſque, præterea Michaël Angelus Arronus etiam num [ſu]
ſtes, vir eximius & litteratus, qui à ſecretis ſuæ ciuitati diu fuit: in cuius virtu[tum]
commemoratione ſi nunc eſſe longior vellē, vererer ſanè ne hoc familiaritati [ne]
ceſsitudinique diuturnæ, qua mihi coniunctus eſt, viderer dediſſe. Acc[edunt]
Petrus Dominicus Scotus, & Fabius Cardulus, ambo laudati viri. Ac[cedit]
etiam Gattamelata præclarus Veneti exercitus imperator, qui Patauium in di[]
tionem poteſtatemque Venetorum ſubiunxit, eaque propter ſtatua inſigni []
ære donatus, quam ex S. C. poſitam in hodiernum vſque diem Pat[auij]
uider[e]

dere eſt. Alios præterea tam multos excellentes viros Narnia tulit, vt omnes commemorare ſine tædio longæ orationis haud poſſemus. Ex vrbe via Flaminia pergenti, ſtatim mons quò inter præcipites ſupra Narem rupes, ipſaque læua parte præcelſa culmina tranſitus pateat, multorum operis exciſus offertur. Mirari profectò non valde nequeas ſaxum illic in altum pedes XXX, in latum V. aut amplius ferro perfractum. Dextrà deſpectus eſt perhorrendus, in cuius imo fine Nar ingenti ſonitu per ſcopulos præcipitat. Vlteriùs dein paſsim inter montes oppidula cernuntur aliquot amœnis in collibus, qui vitibus plerunque coleis & ficubus alijsq; fructiferis arboribus ornati ſunt. Apparent etiam his in locis pergulanę vites, que paſſarinam vt vocāt vuam ferunt, modico grano, nullis intus acinis: quæ diligenter ſiccata Romæ parem æſtimationis gradum cum Neapolitana Epiri obtinet, quanquam illa nigra ſit, hæc alba. Sequitur [illegible]ter fructiferos colles Flaminia, Ocriculum vt apud Strabonem Antoninumq; vocatur, ac item in recenti editione Ptolomæi, cum in antiqua planè non inuenıatur. Tacitus a Otriculum nominat: Plinius Otriculanos in ſexta regione oppidum ad mille paſſus à Tiberi in colle ſitum memorat. Sed & Liuius b Otriculanorum memoriā vſurpat, eos in amicitiam pop. Romani optimis conditionibus acceptos ſcribens: alibi c itē Fabium Maximū narrans via Flaminia Conſuli obuiam proficiſcentem, viſa de longinquo circa Otriculum iuxta Tiberim cohorte, ſtatim miſſo ex ſuis Tribuno, Conſuli mandauiſſe, ſine lictoribus ad ſe veniret: aliter enim ad Dictatorem accedere fas haud eſſe. Iuxta non procul in valle propter Tiberim vetuſtæ vrbis veſtigia ſunt Ocreæ, quam Antoninus Interocream appellauit. Annius honeſtiſsimam olim Sabinorum vrbem fuiſſe perhibet, citra Tiberim exaduerſum Galeſio, quod trans amnem in Tuſcia deſcripſimus. Apparent his locis in hodiernum vſque diem ædificiorum ruinæ plurimæ, veluti turrium & amphitheatri, aliorumque id genus operum, vel ex parte, vel prorſus collapſorum. Quod Annius ait ab Ocrea Ocriculum traxiſſe nomen, in hoc errare mihi profectò videtur, cùm eandem nominis Ocriculi vetuſtatem eſſe quam Ocreæ reperiamus. In propinquo hîc Tiberis fluit, pilas adhuc quaſdam prægrandes habens, quibus olim pons ſuſtinebatur vnus quaternorum è numero, quos D. Auguſtus in via Flaminia perinſignes & magnificos ædificauit, vti etiam priùs in Tuſcia mediterranea dictum eſt. Nunc amnis hic tranſmiſsio eſt nauibus. Rurſum ſi ad mōtes reuertamur Reati finitimos (eam hac ætate Sabiniam vocant) ſupra quos Malianum, vt poſtea dicemus, primùm Mons D. Ioannis, tum Seuerus, poſtea Niger occurrit. De his ait Virgilius d: Qui Tetricæ horrentes rupes: quod carmen exponens Seruius, montem hunc difficilimum in Sabinis eſſe ſcribit, poëtæq; vocari tetricum, id eſt aſperum, vti homines triſtes ac difficiles tetricos appellare ſolemus, id eſt aſperos. Mentionem etiam eiuſdem montis Silius e facit hoc verſu: Nurſia, & à Tetrica comitātur rupe cohortes. Succedit Mons Seuerus etiam Virgilio ſic dictus cum ſubijcit: Montemq; Seuerum: vbi Seruius hanc montis eſſe propriam appellationem docet. Quondam his iugis Arcades habitaſſe prodit Blondus. Sequitur Caſperia Virgilio quoq; nominata cum ſubijcit: Caſperiamq; colunt. Eadem Seruius ait, vrbē fuiſſe. Annius duas in Sabinis antiquiſsimas vrbes habitas ſcribit, Cures, de qua pòſt agemus, & Caſperulam à Bactrianis Caſpijs ædificatam ſub eorum rege ac Pontifice Sabatio Saga, patre Sabi ſiue Saturni, vt Beroſus prodidit: vnde & Silius f, Hinc, inqt, Amiterna cohors & Bactris nomina ducens Caſperula.

a. lib. 19.
b. lib. 9.
c. lib. 22.
d. lib. 7. Aeneid.
e. lib. 8.
f. lib. 8

Iam

Iam igitur à Sabatio Saga Bactrianorum lingua Caſpia denominatam Caſperul apparet. Marſus tamen apud Silium aliter contendit Caſperulæ nomen ab aſtri deductum,facta nimirum ad Portas Caſpias alluſione,quæ ſunt in oriente, vb Bactriana, cum Parthici regni clauſtris, regio, quæ & à Caucaſi montis fini culminibus Caucaſia dicta: proinde poëtam ait occaſione nominis Sabinor fingere,quod aliquomodo cum Sabæ capitis Arabiæ,quæ thus ad ſacrificia m re ſolet,conuenire videatur:quoniam Sabini,vt auctor Plinius tradidit, à ſa co ritu nomen habeant.Ita fere Marſus: Sed cum à nobis in ſuperioribus ſit ſum, vnde Sabinorum nominis origo fluxerit,nõ putamus nunc operæpreti repetere,Marſoq; plenius reſpondere.Sequuntur Foruli ſubiungente ſcilicet V gilio : Forulosq; ac etiam Silio ſic: Caſperula,hinc Foruli,magnæq; Reate d tum Cœlicolum matri. Strabo Forulos locum bello magis quàm habitation ptum ait,quoniam in ſaxis excauatæ ſint ſpecus.Denique fluuius eſt Himel quoque Virgilius indicat,inquiens: Et flumen Himellæ. Hactenus quoni antiquis huius ſitus loca breuiter enumerauimus vti olim fuere deinceps vt n ſe habent,ſigillatim quàm fieri quoq; poſsit exactè,dicemus. Primùm igitur quarum è Velino lacu in Narem delapſu,per ea loca quæ nunc Sabiniam a lant incedenti,Collis Scipionis offertur, quo de ſupra commemorauimus via inter montes prope flumen Himellam Mons Bonus,item Taranum, quo Paulus Raynutius homo doctus & conſultiſsimus,eiusq; frater Sixtus vir teris & prudentia inſignis, qui hoc tempore Cardinalis Montani vrbis Bon ſacroſanctiq; Concilij Bononienſis Legati Auditorem agit.Himella a ijs m bus caput tollit,qui circa Velini lacus exitum ſunt tranſcurſaq; Sabinia, Tib ter Otriculum & Malianũ commiſcetur vt dictum eſt ſuprà.Montes etiam ca fontem Himellæ prope Pedelucum incipiunt, Reateq; læua in parte reli meridiem vergentes,perpetuoq; aſſurgentes auctu ab Apennino magis magisq ſcedunt & ad Æquicolorum conuerſi montes Tybur vſque pertinent : q iugis antiquitus habitaſſe Arcades Palantis poſteros anteà quoq; diximus. ſeculo montes hi, quondam Tetricæ horrendæ vocati, Mons D.Ioannis, Se & Niger appellantur. Eorum in dextra Caput Farfari eſt oppidulum,ab fonte qui hîc exoritur,Farfari,denominatum.Virgilius Fabarim vocat hoc Qui Tiberim Fabarimq; bibunt: eum enim locum Seruius exponens Fabari amnem Farfarum eſſe,qui per Sabinos fluit,de quo Plautus dixit. Diſsipabo quam folia Farfari. Ouidius item : Et amœnæ Farfarus vmbræ: Plautini q que dicti rationem aſsignat arborum circa flumen frequentiam, quæ gratiſſi vt Ouidius oſtendit, vmbras efficiunt ideoque de folijs illarum poëtam ceſet. Amnis Farfarus regionem quam hac ætate Sabiniam vocant interſecat. in læua propter Himellam Vacuna nobilis olim vicus de quo ſentit Horatius ad Ariſtonem ſcribens : Hæc tibi dictabam poſt fanum putre Vacunæ : verſum hunc exponens Acron, Vacunam à Sabinis cultam refert Deam, quæ Minerua

a.lib. 1. buſdam,alijs Diana ſeu Venus habita ſit. Varro tamen de rebus a Diuinis, Victoria fuiſſe vult, cui qui in acquirenda ſapientia ſtudioſè diligenterq; verſati eam conſe cuti eſſent, tanquam ignorantiæ victores iam vacando lætandoq; vota ſoluebant. Supra Himellam dextrà,non procul Tiberi Maglianum in alto monte eſt, hac æ tate primaria Sabiniæ ciuitas, frequens admodum ac lauta. Dein ab aſpero mo in quo Malianum,ad mediterranea Sabiniæ deſcendenti ſpatioſa quædam vt in ter mon-

er montes plerumq; ſolet, conuallis offertur, in qua propè flumen Himellam D. Mariæ templum, itemq; D. Eutimij Sabinianæ diœceſis. Dextra D. Eutimij Turres, vti hoc ſeculo vulgus Italicum perperam dicit pro Cures, quæ Tatij Numæq; Romanorum Regum patria. Curium quis primus cõditor fuerit, variè proditum à ſcriptoribus Dionyſius Halicarnaſſeus a memorat: nominatim verò à Terentio Varronê traditum ſcribit, in Reatino agro cùm eum adhuc Aborigines tenerent, virginem quandam indigenam claro genere ortam, choros inducentem in Euyalij templo (Deum hunc inquit, Sabini, quemadmodum & eos ſecuti Romani, Quirinum nominant, nondum ſatis certi Marſúſne ſit, an quis alius honore Marti ſimilis: nam quidam vni Deo bellorum præſidi nomen vtrumq; tribuunt: alij duorum id putant eſſe numinum) choream repente diuino furore correptam deſeruiſſe, & in ſacrarium ſe curſu proripuiſſe, nec non ibi à loci Genio compreſſam, vt vulgò viſum eſt, filium edidiſſe nomine Medium, cognomine Fidium: ſic enim nunc emendatè legitur in Dionyſio: quanq̃ vetus eius latina editio corruptè Modium Fabidium appellaret: vti etiam Marſus in eum Silij b verſum: Et læti pars ſanctum voce canebant, rectè ſcripſit. Hunc adultum & forma fuiſſe ſuprà hominum, & in re militari longè præſtantiſsimum ac excellentiſſimum habitum: captoq; de ciuitate ædificãda conſilio, multitudine maxima ex finitimi agri populis collecta, Cures breui frequentes effeciſſe, ſic à Genio cuius ipſe filius credebatur, appellatas, vt quidam autumarũt, vel ab haſta, quam Sabini Quirim nominabant, vt alij. Hactenus Dionyſius ex Varrone. Sed aliter tamẽ apud Sempronium & Beroſum Annius notat, vrbem Cures à Cure Sabatij patre Sabiq; auo denominatam: eius inquam Sabi, qui XXII. regni Semiramidis anno Sabinorum & Aboriginum Princeps creatus. Hæc autem ſententiarum diuerſitas ita non malè conciliari poſſe mihi videtur, vt vrbem à Saturno Sabatióue in memoriam patris Curis, aut à Sabo ſub aui nomine dicamus ædificari quidẽ cœptam, quemadmodũ Sempronius & Beroſus aiunt, poſtea tamen à Medio Fidio, de quo ſcribit ex Varronis auctoritate Dionyſius, ampliatam, murisq; clauſam cenſeamus. Vtcunq; verò ſit, nobis auctorum opiniones retuliſſe ſufficiet. Magna quondam vt Strabo teſtatur, vrbs fuit: cæterum eius ætate iam tum ad exigui vici formam erat redacta. Romanos nonnulli Quirites à Curibus tanquàm Curites putant dictos: ſed Annius apud Beroſum Quirites ait Ioues haſtatos, coronatos, & reipublicæ gubernatores ſignificare: proptereaq; quoniam ante Romulum haſta ſceptroq; reges pro coronis vti ſolebant, quemadmodum auctor affirmat Trogus c, Quiritium nomẽ ab haſta deductum: cuius etiã ſententiæ plurimos habemus aſſertores alios. Orti Curibus duo Romanorum reges, quorum mentionẽ Liuius d & Plutarchus e fecere. Plinius Curium in quarta regione meminit. D. Gregorius ad Gratioſum Nomentanum Epiſcopum ſcribens, ſe rationem eius ait habuiſſe commiſſa illi Eccleſiæ D. Eutimij in Curibus agro Sabinorum cura. Sequitur Nomentum, ita cum ab alijs, tum à Strabone f vocatum. Plinius etiam Nomentanos in regione quarta recenſet. Albanorum coloniam hanc olim factam quo tempore Cruſtuminum quoq; ac Fidenæ, tribus fratribus deducentibus, Dionyſius Halicarnaſſeus g prodidit. Idem etiam alibi h Nomentanorũ excurſiones per agrum Romanum memorat: aitq; tandẽ à Tarquinio debellatos, & in tantas redactos anguſtias, vt conditionibus acceptis ſe dedere cogerentur. Liuius item frequenter Nomenti mentionem facit, præſertim ſubactum à Tarquinio

a. lib. 2.
b. lib. 7.
c. lib. 44.
d. lib. 1.
e. in uita Romuli, et Numæ.
f. lib. 5.
g. lib. 3.
h. lib. 3.

a.lib.1. quinio ſcribens a vnà cum Corniculo, Ficulnea, Cameria, Cruſtumerio, Amenola, Medulliaq; veterum Latinorum. Martialis in huius vrbis agro ſe prædium habuiſſe ſignificat cum inquit:

Nomentana meum tibi dat vindemia Bacchum,
b.lib.1. Si te Quintus emat commodiora bibes.

In Epigrammatis b etiam ad Ouidium ait.

In Nomentanis Ouidi quod naſcitur agris,
c.lib.9. Accepit quoties tempora longa merum.

Item de Roſa. c

Sed tu Peſtanis genita es ſeu Tyburis aruis,
Seu rubuit tellus Tuſcula flore tuo,
Seu Præneſtino te villica legit in horto,
Seu modo Campani gloria ruris eris,
Pulchrior vt noſtro videare corona Sabino,
De Nomentano te putet eſſe meo.

Sed & Virgilius Nomentum nominat, d.lib. 7. Aeneid. inquiens d: Qui Nomentum vrbem. Ortus eo Creſcentius, cum animi magnitudine, tum corporis viribus excellens vir, qui iam inclinatū collapſumq; pene Romanum imperium tot ſeculis olim florentiſsimum, inſtaurare conari auſus eſt: ideoq; Conſulum nomen reduxit, & ſe munitionibus in Hadriani mole circumſepſit, quæ pòſt inde Creſcentij caſtellum dicta. Auctor nobilis familiæ Romanæ Creſcentiorum fuit, ex qua multi prodiere viri præclari, & etiānunc ætate noſtra florent vrbis Romæ lumina; quales inter cæteros Marcellus Eccleſiæ Romanæ Cardinalis, & Iacobus vir ſingulari virtute pditus. Supra Cures in montib⁹, læua, Stromonium oppidum haud infrequens: deinde Mons Caluus, itemq; D. Petri Caſtellum. Ad dextram infrà, Cotanellum, Arx Antiqua, cum Aſpera iuxta Calentini torrentis alueum, qui haud procul Tiberi coniungitur. Supra Cotanellum & Arcem Antiquam aſperi colles ſunt, vltra quos Bucinianum, & Caſtellum D. Petri. Mox inter Calentinum & Malianum Collis Vetus eſt oppidum, item Stermiliana, Furianum, & Sabinianum. Poſt Calentinum in colle Poggium Mirteti à quo nō procul torrens modicus fluit, Riuum Solis vocant. Blondo is videtur eſſe de quo ſic Horatius e in Epiſtolis: e.lib.1.

Me quoties reficit gelidus Digentia riuus,
Quem Mandella bibit rugoſus frigore pagus,
Quid ſentire putas, quid credis amice precari?

Eos verſus exponens Acron Mandellam vicum in Sabinis eſſe ſcribit, vbi Riuus Solis Horatio Digentia vocatus. Ad læuam huius aquulæ Montopolis oppidum eſt, & Publica, cuius arena duriſsimum lapidem coloris ferrei diſſoluit. Oppidum hoc ortu Petrus Odo maximus Grammaticus, carmineq; Flacci ac Naſonis æmulus illuſtrauit. In proximo dein amnis in Tiberim confluens Farfari. Is poſtquam à monte receſsit, longo tractu per amœniſsimos euoluitur campos, vtrinq; frondoſis arboribus conſeptus, quarum vmbra periucunda tegitur, vt aptè dixerit Ouidius: Et amœnæ Farfarus vmbræ. Dextra eius pulchro in colle cœnobium ſumptuosè quondam ædificatum Farfa· cuius ad dextram non procul Nerula perhoneſtum oppidum. ſupra id Scandilia ciuitas: decætero Topia, Mons D. Mariæ, Fraſsium, Poggium Donadeum patria Franciſci Floridi, cum græcæ latinæq; linguæ, tum humanitatis totius ac philoſophiæ peritiſsimi viri· à quo multa præclara poſteritati ſcripta tradita, nominatim contra Plauti, cæterorumq; latinorum auctorum, item iuris

[...]tis ciuilis interpretum calumniatores Apologia, De Iulij Cæſaris excellentia libri tres, Lectionum ſucceſiuarum libri totidem, aliaq; plurima quibus ingenij præſtantiam ætatis etiamtum minimè prouectæ ſatis eſt teſtatus. Docuit aliquãdiu apud Bononienſes annoq; poſt C.N.MDXLVII. ſat magnis doctrinæ ſummæ monumentis relictis mortem obijt in Gallia. Sequitur Saliſanum cum Poggio Maliano. Vallis hæc illa eſt nitidiſsima, vicis oppidisq; referta, quam Farfarus percurrit, vbi villam habebat Horatius amœnam, vti eſt à Blondo demõſtratũ. Montes à Pedeluco Tybur vſq; procurrẽtes interſecat, & ab Horatio deſcribitur his *a*d Quintium verſibus.

Scribentur tibi forma loquaciter & ſitus agri.
Continui montes ni diſſocienter opaca
Valle, ſed vt veniens dextrum latus aſpiciat ſol,
Læuum deſcendens curru fugiente vaporet.
Temperiem laudes: quid ſi rubicunda, benigna &
Corna vepres, & pruna ferant, & quercus, & ilex?
Multa fruge pecus, multa dominum iuuet vmbra?

Eandem & alibi *a* ſic memorat. *a. lib. 1. od.*

Velox amœnum ſæpe Lucretilem
Mutat Lycæo Faunus, & igneam
Defendit æſtatem capellis
Vſq; meis, pluuiosq; ventos.

Eſt nimirum hoc ſitu Mons Lucretilis, quem à Poëta nominari videmus. Et quia vinum huius agri tenuis erat pretij, quale eſſe plerũq; ſolet, quod frigidis in locis prouenit, ea de cauſa Mecænati dono miſſum verſiculis huiuſmodi commendat:

Vile potabis modicis Sabinum
Cantaris, græca quod ego ipſe teſta
Conditum leui datus in theatro
Cum tibi plauſus.

Syluæ quoq; vicinæ mentionem alibi *b* facit inquiens: *b. lib. 1. od.*

Namq; me ſylua lupus in Sabina
Dum meam canto Lalagen, & vltra
Terminum curis agor expeditus
Fugit inermen.

Præterea loco etiam *c* alio mirificè ſibi hunc agrum placere ſignificat inquiens: Cur valle permutem Sabina Diuitias operoſiores? Pauloq; poſt fontem eius commendat his verſibus: *c. lib. 3. od.*

O Fons Blanduſiæ ſplendidior vitro,
Dulci digne mero non ſine floribus,
Cras donaberis hædo.

Et inferiùs:

Te flagrantis atrox hora Caniculæ
Neſcit tangere, ni frigus amabile
Feſsis vomere tauris
Præbes, & pecori vago.
Fies nobilium tu quoq; fontium
Me dicente, cauis impoſitum ilicem
Saxis, vnde loquaces
Lymphæ deſiliunt tuæ.

Sed hæc de Horatij villa, ipſaq; valle hactenus.

Deorſum hinc ad Tiberim peruenitur, vbi Cureſis amnis incolæ Tiberis, c
Blondus Alliam eſſe dicit, quã ſententiam & Volaterranus amplectitur. Se
re profecto mihi videtur vterq́;· qm̃ à Franciſco Florido, cuius paulo antè m
nem fecimus, qui his in locis eſt natus, aliter edoctus ſum: Alliam em̃ vt in hiſto-
rijs inuenitur, is quarto vix ab vrbe Roma lapide, Cureſin viceſimo diſtare c
mabat· addito inſup, Alliam eſſe quē nunc Caminatum Italia vocat ab oppid
Caminato, quod iuxtà eſt in colle, cui° radices amnis alluit. Et id oppidũ ab vrbe
Roma P.M.XVI. abeſt: fluuius ad inferiora ꝓuolutus, demũ ꝓpe portũ Mon
Rotũdi. P.M. à Roma trib°, aut paulò magis in Tiberim defertur. Nõnulli qu
Riuum Moſsiũ pro riuo mortis appellare ſolēt: quippe ad eũ cruenta illa Roma
norũ cum Brenno Gallorũ Duce pugna XV. Cal. Sextilis contigit, quũ cæſis p
fligatisq́; Romanis legionib°, triduo pòſt etiam vrbē ipſam p̃ter Capitoliũ ho
a.lib.5. cepit atq; diripuit, vti ſigillatim Liuius a & Plutarchus b cõmemorarũt: ob q
b. in uita Camilli. triſtiſsimam cladem dies is Allienſis dictus, perpetuaq́; memoria celebratus, nec
non inter infœlices ac nefaſtos à Romanis habitus fuit. Nunc igitur ad Alliam
vſq; prouecti, Sabinorum & Cruſtuminorum fines attigimus.

CRVSTVMINI.

TRans flumen Alliam, vel vt nunc appellant, Riuum Moſsium, Cruſtumino-
rum initium eſt XVI. ab vrbe Roma lapide, quemadmodũ tradidit Plinius.
Gēs hęc à Veientibus in aduerſa fluminis ripa oppoſitis, vti in Tuſcia cõmemora-
tum, Tibere diuidebatur· alia qdem ac diuerſa· nihilominus tñ in Sabinis à Pli-
nio quartæ regioni cõnumeratur. Vrbs eius p̃cipua Cruſtuminũ fuit· quò colona
Albani cũ Fidenã ac Nomentũ quoq;, miſerũt, tribus fratribus deducentibus, vt
auctorē eſſe Dionyſiũ Halicarnaſſeũ in Tuſcia diximus. Sed hæc qdem diu cõditæ
Romæ tẽpora p̃ceſſerunt, vt idē Halicarnaſſeus tradit· & cũ prius Latinorũ eſſet
colonia, regnãte poſtea Romulo Cruſtumini fœdere cũ illo ſeſe coniunxerunt, in
eiusq́; fide cõſtanter ad Tarquiniũ vſq; permanſere· quo tẽpore Latinos ſecuti,
c.lib.1. viciſsim tñ ad populi Rom. nomen amicitiamq́; reuerſi ſunt, vti à Liuio c memo-
riæ proditũ legitur. Idem alijs quoq; locis Cruſtuminorum meminit· p̃ſertim
d.lib.41. d ſcribit auem ſanqualem in Cruſtuminis apparuiſſe C. Claudio Cõſ. quæ roſtro
lapidem ſacrum exciderat, cuius ominis cauſa ſupplicatiões eo loco Senatus fi
decreuit. Inter Cruſtuminos Montē Rotundũ annumerãt, Eretũ antiquis di
e.lib.7. Aeneid. teſte Strabone ac Virgilio qui inq̃t e: Ereti manus om̃is: idq́; nomē ab Iunone
Seruius eſſe dicit, q̃ hoc in loco venerabatur. Eretũ etiã Antoninus appellat, D
ſius Neretũ· etſi putemus Heretum cũ aſpiratione ſcriptũ qdem ab illo fuiſſe, veru
mutato nõ difficulter H. in N. Neretum ſcripſiſſe librarios. Strabonis ætate vrbs
hæc, vti item Trebula, vicus erat exiguus· quanq̃ vt idem teſtatur, olim vtraq; fre-
quens fuiſſet, agroq́; vitibus, oleis, & quercubus fœcundo, p rę ſertim Eretino co-
pia glandis affluente· quamobrem gregibus animalium paſcendis Eretini quæ-
ſtum ingentem facere conſueuerant. Locus nunc Vrſinorum in ditione eſt, cla-
rę gentis Romanæ· ex qua Marius Florentinæ militiæ ductor vir fortis & egregi-
us MDXXIX. poſt C. N. anno Florentiæ deceſsit. Iuxtà eſt Palumbaria Sa-
uelliorum, item patritiæ familiæ Romanæ. Sequitur ad Romam verſus, & ab ea
vt Dionyſius Halicarnaſſeus ſcribit XL. ſtadijs, inter Montem Rotundum, Anie-
nem, ac Tiberim Fidena.

FIDENATES.

Quinto

QVinto igitur fere ab vrbe Roma lapide Fidena vrbs inter Montem Rotundum, Anienem, atq; Tiberim erat. Coloniam huc Albanos fratres deduxiſſe paulò antè retulimus, è quibus inſtauratorem natu maximum habuit, ad Anienis Tiberiſq; confluentem ſita, quemadmodum ait Dionyſius, à Vaticano Tibere diuiſa, ſicut à Veientibus Cruſtumini, inquit Plinius. Primùm à Romulo ſubacta fuit, quòd bello inter Romanos ac Veientes exorto, Fidenates illorum ſocij contra ius gentium legatos Pop. Romani trucidaſſent: quibus etiã Romæ, quòd pro republica fuiſſent occiſi, ſtatuæ in roſtris ad memoriam poſitę. Hãc igitur ob rem validis copijs ad Fidenam eductis Romanus vrbem vi cepit: omnibusq; peremptis qui tanti ſceleris aliqua parte contingebantur, nouis eam colonis impleuit: quos cum poſtea Fidenates per defectionem interemiſſent, tum M. Aemilius Dictator creatus exercitu maximo captam vi vrbem ac direptam penitus excidit, quemadmodum à Liuio Dionyſioq; monumetis proditũ eſt, qui Fidenatum mẽtionem plurimis in locis faciũt, vti etiam Cornelius [a] Tacitus. Sed & Suetonius [b] Fidenæ amphitheatri lapſu XX. hominum millia ſcribit attrita: quod cum audiuiſſet Nero, ſimile ſpectaculum mortalium interitus aliquando videre geſtiebat. In quarta regione Sabinis eam annumerat Plinius [c], qui [d] & in Fidenate agro iuxta vrbem ciconias neq; nidum facere commemorat, cum priùs etiam plurimos lapides è Fidenatibus Romam deportatos ad ſumptuoſiſsimorum operum ornamenta narrauiſſet. Virgilius [e] quoq; Fidenam nominat, inquiens: Hi tibi Nomẽtum & Gabios, vrbemq; Fidenam. Hac ætate ne veſtigia quidem eius vlla ſuperſunt: vti nec aliarum plurium quas olim his in locis extitiſſe Strabo ſcribit: inter quas etiam Collatia fuit, vbi Sextus Tarquinius Lucretiam honeſtiſsimã & perpudicam fœminam violenti ſtupro compreſsit, vt Halicarnaſſeus Liuiusq; teſtãtur. Erant etiam hîc Antenna, Ceninaq;, quas Fabius Pictor, Dionyſius, & Liuius memorant, Virgilius [f] item inquiens: Ardea, Cruſtuminumq; & Turrigeræ Antennæ. Roma ferè hæc oppida intra quintũ & ſextum lapidem aberant: quod nihil eſt aliud, qàm intra quintum aut ſextum milliarium teſte Strabone: Romani enim poſito ad ſingula M. P. grandi lapide, viarum ſpatia demonſtrabant: qua de cauſa tot ab vrbe lapidibus diſtare quiſq; locus dicebatur, quot paſſuum millibus abeſſet. Adijcit Strabo ſuis temporibus vrbes has tam planè deſijſſe, vt vnà cũ Lauinio perexigui vici viderentur: at nunc ætate noſtra tam penitus interierunt, vt quibus in locis olim extiterint, haud appareat. Pręterea quoq; Strabonis, Dionyſij, ac Plinij ſeculis, vti ipſi prodiderũt, multa ruinis collapſa iacebant agro Sabinorum oppida, veluti Cotiſcolæ non procul Reate, frigidis aquis vt Strabo teſtatur, celebres, Caletranum prope Cruſtumeriã, item alia plurima, quorum etiam veſtigia prorſus ignorantur. Sabinis dein & Cruſtuminis, cum Montè Rotundo relictis, tertio ab vrbe Roma lapide ad Anienis in Tiberim influentis oſtiũ peruenitur: de quo amne pòſt in Latio dicemus. Animaduertent autem legentes, in hac regione pleraq; nos recenſuiſſe loca, quæ & Latinis annumerari ſolent, vti in tempore docebimus: ſed Sabinis ea de cauſa ſunt addita, quo commodius illi citra Anienem concludantur: vt exiſtimare debeat nemo, rationem hoc noſtrum conſilium non habere: quanq̃ inſuper etiam aliorum ſcriptorum exemplo iudicioq; confirmetur.

a. lib. 19.
b. in uita Tiberij.
c. lib. 3.
d. lib. 10. cap. 29.
e. lib. 6. Aene.
f. lib. 7. Aenid.

LATIVM SEV CAMPANIA ROMANA, ITALIAE REGIO QVARTA.

INITIA regionis huius, olim Latium, nunc Campania Romæ vulgò vocitatæ, quo ſumus in alijs hactenus vſi ordine, auſpicabimur. Latium à Saturno dictum, qui patria profugus in his locis latuerit, auctores plurimi cum Solino conueniunt. Vt autem melius intelligantur verſus illi Virgiliani quos infrà referemus, hiſtoriam hanc ſigillatim à Beroſo deſcriptam præmittere operæpretium eſt viſum. Is narrat Iouem Belum Saturni filium Babyloniæ regem ſecundum, poſtq̃ annis LXII. imperauiſſet, vrbisque Babylonis fundamenta primú à patre iacta, plurimú & extuliſſet, & amplificaſſet, libidine dominandi ac ditionis limites extra paternum regnum proferendi captum, quia Sabatium Sagam Pontificem Maximum, & regem Sagarum omnium, qui imperium ab Armenia vſque in Sarmatiam Europæ tenebat, vnum ſibi impedimento ſubigendis alijs intelligebat, eum clam è medio tollere conatum eſſe· porro Sabatium ſiue Saturnum cum animaduerteret tot paratas inſidias domi ſe nunquam euaſurum, occulta fuga profectum ad Sagas Caſpios, ibi delituiſſe· deinde verò Iouem Belum Nino filio morientem impoſuiſſe, vt Saturnum omnino perimi curaret, quò totius orbis imperium aſſequutur. Sed his ad Saturnum apud Bactrianos Sagas ſeu ſacerdotes latitantem, & occaſionem aut ad regnum repetendum, aut ad fugam quò aliò capeſſendam expectantem delatis, Fabius Pictor ſcribit eum primo imperij Nini anno profugiſſe ad Ianum patrem in Italia regnantem, ab eoq́; perhumaniter exceptum, creatum Coritum, Latioq́; ac Aboriginibus præfectum fuiſſe. Rationem inſtitutaq́; vitæ ciuilis & cultus Deorum mortalibus ille primùm tradidit: inuentor etiam agriculturæ fuit· vnde Virgilius [a] ait:

[a] lib. 8. Aeneid.

Primus ab æthereo venit Saturnus Olympo
Arma Iouis fugiens, & regnis exul ademptis:
Is genus indocile ac diſperſum montibus altis
Compoſuit, legesq́; dedit.

Quod autem Seruius hos verſus enarrans Saturnum hunc ait Regem fuiſſe Cretenſium, & à Ioue filio pulſum, vineæq́; ſerendæ rationem ac falcis vſum metendis ſegetibus inueniſſe, ciuitates etiam condidiſſe legibus populo datis omni præterquam naturæ ſolius iure prius expertı, præterea regionem hanc quòd in ea latuiſſet, appellari Latium potius quàm Saturniam voluiſſe· quamobrem & ſtatim ſubiungat Virgilius. Latium vocari, Maluit his quoniam latuiſſet tutus in oris, in hoc mihi profectò videtur errare· quippe quia non Cretenſem Saturnum Virgilius deſcribit, ſed Caſpium illum iuxta Beroſum & Fabium vti oſtendimus. Circa Caſpium enim

aurei

aurei ſeculi finis,& argentei principium fuit:at Cretēſis,ætatem auream ſeptingen ti annis ferè ſubſecutus eſt,vti ex accurata ſupputatione temporum Euſebij colligitur,ſi à Nino ad Saturnum hunc annos numeres. Quinetiam ſub Caſpio rudes homines & feri, ſine legibus & agriculturæ notitia fuerunt: ſed Cretēſis ætate iura erant reperta,cultusq́; terrarum in vſu iam fuit. Caſpius vir iuſtus & humanus erat vt teſtatur ex Trogo Iuſtinus: Cretenſis verò flagitioſus,patrem caſtrari iuſsit, liberos interemit,cum Titanibus ſuis nepotibus bellum geſsit,& vniuerſum Cretæ regnum conturbauit. A primo vt auctor eſt Macrobius a Italia nomen Saturniæ *a.lib.1. Satur.* traxit:alterius verò temporibus nomen illud pridem interierat, & in vſu erat Italiæ: quandoquidem ante fugam Dardani,conditamque Dardaniam minus annis triginta vixiſſe temporum ſupputatione Beroſi colligitur hoc modo. Primò regnauit Iaſius: ante eum pater eius Coritus, gener Itali propter vxorem Electram Itali Athlantis filiam, Iaſijq́; matrem : ante Coritum regnauerat Morges eius affinis, frater Electræ: ante eum Italus Athlas, à quo nomen Italiæ: ante Italum Apis, à quo Apeninæ Taurinæq́; defluxerat: porrò ante Apin appellatio Saturniæ viguit. Hinc facilè deprehenditur Saturnum qui ad Ianum exul profugit, non Cretenſem illum fuiſſe,ſed Caſpium, circa quem Virgilius rudes & incultos hominum mores fuiſſe dicit: quo tempore iam tum ætas aurea deficiebat,quæ poſt vniuerſale diluuium ſtatim exorta, CC. & X L,vel I X. amplius annis vſque ad imperium Nini perdurauit,vt auctores ſunt Fabius Pictor & Xenophon. Qua de re Virgilius etiam ita ſubiungit.

Aureaq́; vt perhibent illo ſub rege fuerunt
Secula: ſic placida populos in pace regebat:
Deterior donec paulatim ac decolor ætas
Et belli rabies, & amor ſucceſsit habendi.

Quod autem in anterioribus verſibus inquit, Primus ab æthereo venit Saturnus Olympo: id ſi forte cuiquam ſcrupulum inijciat,quoniam in Schytia nullus mons Olympi nomine inueniatur, qui debeat accipi Saturnum in Italiam ab Olympo veniſſe: poteſt reſponderi poëtam ſimilitudine quadam aliunde ſumpta Caſpiorum montium altitudinem,vnde Saturnus in Italiam profectus eſt, denotare volentem,& quò ſublimitatem illorum montium immenſam alios eius regionis totius orbis editiſsimæ ſuperantium aptiſsimè ſignificaret, quandoquidem verticibus cœlum cõtingere videntur,ideo dixiſſe,quod ab Olympo veniſſet, cum ij montes Olympo ſint ſimiles. Sed & græcorum imitatione dictum hoc accipi poteſt,qui præcelſiores regionum quarumcunque montes Olympos nominant, vt auctor affirmat Xenophon in Aequiuocis inquiens: Omnis mons regionis altior Olympus à Græcis dicitur: vnde & plures Olympi dicti, quaſi toti lympidi: quanquam propriè vocatos Olympos quatuor inueniri tantum conſtet altitudinis immenſæ montes, vnum in Macedonia, alterum in Peloponneſo,tertium in Aſia, quartum in Aegypto. Sed hæc hactenus. Latium igitur à Sabatio Saga vel Saturno Pontificè dictum, quòd is potentiam Semiramidis fugiens hîc latuerit. De qua re ſic ſcribit Ouidius, b Ianum de Saturni aduentu loquentem inducens: *b.li.1.Faſt.*

Cauſa ratis ſupereſt, Tuſcum rate venit ad amnem
Antè pererrato falcifer orbe Deus.
Hac ego Saturnum memini tellure receptum:
Cælitibus regnis ab Ioue pulſus erat.

Inde diu genti manſit Saturia nomen:
Dicta fuit Latium terra latente Deo.
At bona poſteritas puppim formauit in ære,
Hoſpitis aduentum teſtificata Dei.
Ipſe ſolum coluit cuius placidiſsima læuum
Radit arenoſi Thybridis vnda latus. Varroni placere videtur Lati
men huic regioni datum,quòd inter Alpium & Apennini ſublimes præcipites
rupes,mare,Tiberim atque Lirem tanquam abſcondatur & lateat. Mihi prio
auctorum ſententia magis probatur:etenim ſi quòd iſtis montibus, mari, ac fl
minibus ſit circumſcripta regio, Latium ideo appellata fuiſſet, eadem ratio
pluribus Italiæ regionibus & præſertim Vmbriæ multis mõtibus ſeptæ dan
id nominis erat : quanquam hac in re legentium iudicio præiudicium fieri
ſtro dicto nolimus. Quod ad vulgatum nomen Campaniæ Romanæ pertin
quo tempore primùm illud exortum fuerit ego nondum inueni·quamuis ad
paniæ Fœlicis differentiam repertum exiſtimari poſſe videatur. Terminos
quo Latio fuiſſe Plinius & Strabo dicunt vno latere Tiberim, altero mo
Circæos,in longum ſpatio milliariorum quinquaginta. Strabonis tamen æ
te maior longitudo fuit,ſi per maris oram, nempe prius ab vrbe Roma O
am , inde ad Sinueſſam aliquanto interius in continenti, menſura ineatur·qu
niam à Sabinorum finibus incipiens, agrum omnem intercedentem vſque Sinu
eſſam continebat . Deinde ſtatuti fines ad Lirem vt Plinius & Solinus teſtatur
poſtremum autem vſque ad Campaniam fœlicem & ſamnites, vbi Samnium
rat & Peligni, ac alij Apennini incolæ ſicut demonſtrabimus, prolati.Itaq; c
auctores hos ſequi in animo nobis ſit,regionis huius terminos hoc modo deſign
bimus.Initio ſint oſtia Tiberis, quibus in mare Tyrrhenum euoluitur ad O
vrbem vbi Tuſciam antè reliquimus:inde per oram litoris ad fauces quibus
mare ſe Liris exonerat tranſcurremus· & amnem illum vno latere termin
altero Tiberim & Anienem, tertio montem Apenninum collocabimus : vt
oriente Liris, à meridie mare Tyrrhenum, ab occidente Tiberis cum An
poſtremùm à Septentrione ſit Apenninus. Et hac ratione Latio præ illa veteri
plex longitudo cedet·quippe iſtis finibus centena paſſuum millia continen
merant. Olim hæc diuerſæ tenuere gẽtes,vt Halicarnaſſeus,Strabo,Plinius,C
Trogus alijſq; multi cõmemorant. Inter eas, Aborigines,Arcades,Pelagi,
ates,Siculi,Arunci,Rutuli,vltraq; montes Circæos Volci,Oſci,& Auſones v
ſtea demonſtrabimus,fuere.Fertilis & abundans eſt regio,præterquam aliqu
in locis propter oram,quibus paludes & aërem vitioſum atque grauem hab
mirum vbi quondam habitarunt Ardeates,eaque parte quæ inter Antium & La
uinium vſq; Pometiam eſt,cum agro Setinorum,& circa Terracinam ac m
Circæos:hic enim aſpera ſaxoſaque ſunt omnia·quanquam non tam prorſus
nia,quin paſcuis ac ſyluis commoda redituſq; præbeant magnos·vt etiam pa
olim ſolebant,quemadmodum ſcribit Strabo.Gentes ad hęc vſq; tempora pl
que rudes & moribus agreſtibus,animis audaces cõfidenteſq;,ac viribus co
nõ minꝰ q̃ olim pſtãtes.A Latio quondã oẽs Latini vocabatur:nec vt qdã
uerũt Latiũ à Latino rege denominatũeſt:& licet diuerſè ꝓdat Orpheus La
dictos à Latino quodam ex Argonautis, q huc cõceſſerit,cuiuſq; filij bello T
no interfuerint·ego tñ ſentẽtię priori accedo libẽtiꝰ.Diu Latini q̃ eſsẽt ingeni

rocio-

rociores, inimicitias acriter cum Romanis exercuerunt: cæterùm cópoſita deinde
pace, maximo illis auxilio in bellis fuere, quéadmodum ampliſsimè tam Liuius
memoriæ prodidit, quàm Dionyſius Halicarnaſſeus, qui ſigillatim Latinorum res
geſtas, vrbes, & loca perſecutus eſt. Aequè cum ex iſtorum hiſtorijs, tum è Strebo-
nis etiam ac Plinij monumentis pluſquã manifeſtò deprehenditur quot populi,
vrbes, oppida in hac antiquiſsima regione perierint, atq; adeo prorſus intercide-
rint, vt iam non ſolum veſtigia nó appareant, ſed etiam quibus in locis extiterint,
exactè diſcerni nequeat, præſertim de qbus pſæpe Liuiꝰ cómemorat. Et hinc qdē ꝑ
gentes Latij ruinas intelligimus· de quo Tacitus a plurimis in locis memorat, a.lib.1
itemq; Dionyſius Afer in libro de ſitu orbis ita loqtur. Latini glorioſum homi-
nũ genus, ſoliq; vbertate ac ingeniorũ excellẽtia fœcundũ. Hactenꝰ de Latij nomi
nibus ac terminis abundè ſit dictũ: & quãq̃ laudes regionis ingẽtes vti meretur, ꝗ
in ea totiꝰ Italiæ principiũ exortũ, quodq́; altrix ipſa tot eximiorũ hominũ fuerit,
q ꝓpemodũ mundi totiꝰ imperio ſunt potiti, hoc loco celebrare cóueniens foret·
tñ quoniã ſatius exiſtimaui planè ſilere, q̃ breuiter illas hîc cómemorare, locis par
ticularibꝰ, & præſertim vrbi Romæ potẽtiſsimæ quondã ac vniuerſi orbis princi-
pi reſeruãdas arbitratꝰ ſum. Ab illa ipſa quoq; vrbe tanq̃ p̃cipuo totius Latij capi
te particularẽ noſtrã deſcriptionẽ auſpicabimur. Etſi verò de ea nó ſolũ Latini, ſed
etiã Græci plurimi ampliſsimè ſcripſerint· tñ ꝓpter rerũ & intꝰ intra muros, & fo
ris etiã à præſtantiſsimis quos habuit alumnis geſtarũ, magnitudinẽ, oẽs ſtudio de
feſſos pqtiꝰ ipſorũ monumẽta teſtãtur, q̃ plenè animo deſiderioq́; ſatisfeciſſe ſuo.

ROMA ORBIS DOMINA.

Roma quondã orbis Princeps & Imperatrix in Latio cóndita fuit ad Tiberim,
P.M. à Tyrrheno mari XV. De eiꝰ initijs variæ ſunt ſcriptorũ opiniones. In
primis Græci, ac nominatim inter alios Cephalõ Gergitiꝰ veterrimꝰ ſcriptor vt Di
onyſiꝰ b Halicarnaſſeꝰ refert, conditã tradidit ętate ſecũda poſt bellũ Troianũ ab b.li.1.
Aeneę ſocijs ex Ilio ꝓfugis, auctore deducẽdę colonię Romo, quẽ vnũ ex Æneę li
beris dixit· qppe quatuor eũ habuiſſe, nimirũ Aſcaniũ, Euryleontẽ, Romũ, & Ro-
mulũ. Cũ hoc de tẽpore, inqt Halicarnaſſeꝰ, conſentiũt Demagoras & Agathyllꝰ,
alijq; multi, quéadmodũ & de coloniæ auctore· ſed ſcriptor rerũ à mulieribꝰ apud
Argos ſacerdotio fũctis, tẽporibꝰ cuiuſq; geſtarũ, Aeneã tradit vti & Vlyſsẽ, è Mo
loſsis in Italiã delatũ, vrbẽ hãc ędificaſſe, ac Romã ab Iliẽſi quadã muliere denomi
naſſe, q́ cæteris hortatu ſuo pſuaſerat, vt facto ſimul impetu, pigrinationis & erro-
rũ tędio naues exurerẽt. Cũ hoc etiã Demaſtes Sigeẽſis & qdã alij cóueniũt: ſed A-
riſtoteles philoſophus Achęos à bello Troiano redeũtes ad Maleã deflexiſſe ſcri
pſit, impetuq; tẽpeſtatũ actos, & incerto pelago diu multũq́; iactatos, tandẽ orã re
gionis tenuiſſe Opicorũ, q́ Latiũ vocatur, & Tyrrheno mari alluitur· ibi qetis cau
ſa naues ſubduxiſſe in terrã ac hybernaſſe, dilata in vernũ tẽpus ꝓfectione. Sed ab
ſumptis igne nauibꝰ quẽ captiuę Troianę mulieres iniecerãt, ne ſe domũ hoſtis ad
ſeruiẽdũ poſſet abducere, ſic adẽpta nauigatiõis facultate, ſedes ijs in locis neceſ-
ſariò poſuiſſe. Callias aũt Agathoclis rerũ geſtarũ ſcriptor, Romã Iliẽſẽ mulierẽ
cũ cęteris Troianis delatã in Italiã, Aboriginũ regi Latino nupſiſſe tradidit, filioſ-
q́; duos illi pepiſſe, Remũ & Romulum· ab eis matris nomen huic vrbi quam con
diderant, impoſitum. Xenagoras hiſtoricus Vlyſſem ex Circe treſ filios ſuſcepiſ-
ſe ſcripſit, Romũ, Antiũ, Ardeã· eoſq́; totidẽ à ſe conditis vrbibus ſua impoſuiſſe
nomina. Dionyſius Chalcidẽſis conſenſit quidẽ de auctore vrbis Romo, ſed eũ ex
quorun-

quorundã ſententia filiũ Aſcanij fuiſſe dixit, ex aliorũ Emathionis. Nec deſ
Romæ cõditorẽ Itali filiũ, Romũ ex Electra Latini filia natũ, dixerunt. Tanta
rietate Græci de primis huius vrbis auctoribꝰ ſcripſerunt, vt adeo tot ſentẽtię
ſę, quot ſcriptores, inueniãtur. Sed omiſsis ijs ad Latinos porrò tranſeamꝰ. Di
ſiꝰ Halicarſleus, (is licet Gręcꝰ natione fuerit, & græcè ſcripſerit, tñ vt ipſe teſtat
Romæ erat educatus, & res Romanas vti viderat, habebatq; cõpertas, monum
tis conſignauit) Latinorum ait, quidam volunt Remum & Romulum Aneæ
os vrbis huius cõditores fuiſſe, quos alij tñ Aneæ nepotes ex filia dicũt: hos cũ
fides Aboriginũ regi Latino dediſſe ꝓpter fœdꝰ, quod aduenę cũ indigenis fec
puerosq; ꝑbenignè apud regẽ habitos, nõ ſolũ educatos liberaliter, verũetiã
abſq; maſculina ꝓle decederet, ex parte quadã hęredes impij relictos. Alij trad
Aenea defuncto Aſcaniũ ex aſſe hęredẽ initio principatu Latinorũ imperiũ n
partes diuiſſe cũ Remo Romuloq; fratribꝰ, eũq; poſtea cũ alijs qbuſdã oppidis
bã ædificaſſe, Romulũ verò Capuã à Capy ꝓaui ſui, & Anchiſam ab Anchiſæ a
& Æneiã ab Aneæ patris, q̃ poſt vocata Ianiculũ, & Romã à ſuo noĩe ſic dictas
didiſſe. Romã aũt poſteà deſolatã Albanis eò Romuli Remiq; ductu coloni
tẽtibus iterũ inſtauratã: ſic vt eadẽ vrbs bis intelligatur cõdita, primùm nõ mul
poſt belli Troiani tẽpora, iterũ ætate exinde quintadecima. Quin & ſi cui, ait,
numẽta vetuſtatis altius repetere libeat, tertiã quandã Romam his antiqorem
ueniet, quæ ante Troianorũ & Aneæ in Italiã aduentũ extiterit, eiusq; rei ſcript
antiqſsimus Antiochus Syracuſanus auctor eſt: is qppe de Morgete in Italia reg
te loquens (Italia tum erat illa vniuerſa regio, quæ Tarento Pęſtum vſq; prot
a.lib.5. tur vt Beroſus a tradidit) cum ita dixit: Poſtquam Italus conſenuiſſet, Morges p
illo regnauit, ad quem vir quidam nomine Syculus Roma profugus venit. ha
ratione ſatis indicauit Romam aliam excidio Troiano ſuperiorem ext
quanquam an eodem illa loco quo nunc eſt, aut quo alio fuerit, inde nequea
telligi. Sic ferè Dionyſius. Propoſitis itaq; de Romæ principijs antiquorũ opi
b.lib.2. nibus, nunc itẽ ex Dionyſio b quemadmodũ à Romulo deſignata fuerit & e
cata porrò referemus. Ait ille barbaros Siculos eum locũ vbi nunc eſt Roma,
mùm tenuiſſe, cũ & alios Italiæ multos haberẽt, eos Aborigines pepuliſſe, q or
inter Pęſtũ & Tarentũ vniuerſam occuparũt, poſteaq; Pelaſgos ex Hæmonia
dã, nũc Theſſalia, ꝓfugos, intra ſuos fines recepe, dein & Arcades, q Euãdrum
oppido Palãtio ſecuti erãt, cũ eo delatos in hãc regionẽ vnũ è ſeptẽ collibꝰ ꝓ
tius vrbis medium incolere cœpiſſe, oppidoq; condito, Palantiũ illud ab or
ſuę vrbe nominaſſe. poſt hęc & Herculẽ cũ exercitu domũ ex Erithea redeun
Italiã delatũ, partẽ ſociorũ reliqſſe ꝓpe Palantiũ vt collẽ alterũ inhabitarẽt, co
pore Saturniũ incolis, nũc verò Capitolinũ Romanis dictũ, hos Epeos maio
parte fuiſſe, q poſt deuaſtatẽ ab Hercule patriam Elide venerãt, ita dein hic o
ſucceſsiſſe tranqlla, donec ætate decimaſeptima poſt bellũ Troianũ, quo tẽ
deſolatũ prope Palantiũ & Saturniũ erãt, adeoq; paſtorũ ſtabulis ac tugurijs
pabãtur, agro copiã cũ æſtiui, tũ hyberni pabuli ꝓpter aquarũ opportunitatẽ a
dè ſuppeditãte, Albani locũ vtrũq; mœnibus & foſſa complexi inhabitare cœpe-
runt. Quamuis autem Dionyſius Saturnium oppidum ab Herculis ſocijs condi-
tum narret, Cato tamen & Fabius Pictor ac Sempronius à Saturno Caſpio dicunt,
qui ad Ianũ in Italiã ex Schytia venit, vti paulo antè cõmemorauimus. Etſi diuer-
ſitatẽ hanc ita cõciliare facile liceat, vt exiſtimetur ab initio qdẽ oppidũ Saturniu
a Sa-

Saturno conditum·ſed poſteriori tempore cum concidiſſet, à ſocijs Herculis in-
uratum fuiſſe: vnde liquidò ſequeretur in Capitolino monte Saturnio condito
um Romæ principium extitiſſe·mox in Palatino Palantium ædificatum, vti
prà diximus·poſtea Saturnium ab Herculis ſocijs inſtauratum, ac demum ab Al
vtrumq; colonis impletum. Fabius Pictor de Romæ principijs in hanc ſen-
tiam cõmemorat. Colles hîc ſeptem apparent, & ſub ijs planities quam Tibe-
perlabitur·vt diligenter conſideranti ſimilitudo quædam arcus intenti videa-
amnis enim neruum exprimit, vno cornu verſus orientem & montem Auenti
m, altero verſus occidentem & rupem Capitolinam. Medio Tiberis & colliũ
eſt Palantiũ è regiõe fluminis in colle Palatino, cui læua Cælius, dextrà Eſquilius
adiacet. Auẽtinus ad dextrã habet Capenã cũ Cælio & Viminali·fronte Tiberim
ſpectat & portã Carmentalẽ, cõiungiturq́; cum Quirinali. Veteres has rupes ſeptẽ
colles appellabãt. Agrũ quẽ ambiunt, id eſt, qui inter Tiberim, Auentinũ, Palati-
num & Capitolinũ collẽ eſt, ab initio Libyſſus, poſtea Cãpus Argeus ad vicũ Tuſ
vſq; dictus fuit. Paludes olim pene ꝑpetuas habebat, ꝓpter frequẽtes cõtinuaſ-
e Tiberis inundatiões·ideoq́; cœli grauitate ac vitio mortales illic inhabitare
tabãtur, donec Vertũno ſacra facere cœperunt: tum enim paulatim ad alueum
um aqs redeuntibus, demum ibi domicilia ſine valetudinis noxa conſtituerũt.
Collis itaq; Capitolinus ab initio Saturnium habuit, vbi prima Romæ principia
unt exorta·dein Italus Athlas ex Sicilia contra fratrẽ Heſperũ profectus Auenti-
nũ incoluit, & ad eius radices Hetruſcorum conſilio Capenam ædificauit, ſimul-
que à ſe nomen huic regioni dedit Italiæ, ſicuti iam à principio huius operis com-
memoratum eſt. Heſpero quoque rebus humanis exempto, totam Hetruriam di-
oni ſuæ cõiunxit, eiq́ue communem Italiæ appellationem alijs nominibns abo-
imposuit. Delato ſic ad Italum harum regionum imperio, is Romam filiam
Latio, vbi indigenæ Siculi & Aborigines incolebant (id etiam Beroſus a perhibet,) a.lib.5.
præfecit, quæ Capena relicta in Palatinum conceſsit collem, quoniam is aliorum
et medius, in eoq́ue Romam oppidulũ condidit, quod nomen idem cum Va-
ia ſignificat. Accidit hoc anno XXVII. regni Mancalei XIIII. regis Aſsyrio-
, vt Beroſus & Euſebius monumentis prodiderunt·quo anno Moſes dux gen-
Iſraeliticæ natus eſt. A tam exiguis initijs vrbs hęc profecta, quæ poſtea caput
vniuerſi, Chriſtianæq́; religionis columẽ erat euaſura. Romæ obitu ꝓpter
ludes iterum deſolari oppidum cœpit vſque in aduentum Euandri, à quo & re-
tum, & Palantium nouo nomine vocatum fuit. Locus tamen etiam vbi ille
mum conſedit, Campus Argeus appellatus ab Argo quodam eius hoſpite &
ocijs Argiui Herculis, qui ad Euandrum profecti, in Saturnia conſtiterunt. Ab
em & Argileta nomen accepere·nimirum ſuperius, ad principium Vici Tuſci
b Cœliolo inter Circum maximum & Auentinum, vbi Lethi Argi monumen-
eſt· infimum, ad finem eiuſdem vici, vbi Ianus quadrifrons qui & Vertum-
ad radices Capitolij in foro Boario·quo loco Saturniæ veſtigia cernebantur.
que tres iſti colles prius alijs inhabitati fuere·medius à Roma Itali filia, extre-
orũ vnus à Saturno, alter ab Italo. Hactenus Fabij Pictoris ſententiam fere retu-
limus, cum quo & Catonis conuenit. Plinius b quoq; Saturniam ibi extitiſſe tra- b.lib.3. cap.6.
t priùs, vbi nũc Roma eſt. Hinc Ouidius in Faſtis c Iunonẽ fingit ita loquẽtem. c.lib.6.

Si genus aſpicitur Saturnum prima parentem
Feci·Saturni ſors ego prima fui.

Apatre

A patre dicta meo quondam Saturnia Roma eſt,
Hæc illi è cœlo proxima terra fuit:
Si torus in pretio eſt, dicor matrona Tonantis,
Iunctaq; Tarpeio ſunt mea templa Ioui.

Manet itaq; nunc ante R mulum hoc loco Saturniam fuiſſe, deniq; Romam ab Itali filia conditam, & ab Euandro inſtauratam, cæterùm à Romulo poſtremùm omium in Palatino designatã, tum Albanis, Sabinis, Tuſcis, alijſque gentibus accitis auctam. Id ro quibus modis & quo tempore factum ſit, vt ab Halicarnaſſeo, Strabone, a uio, b Plutarcho, c Trogo, d Ouidio, e denique multis alijs ſcriptoribus copios ratur, nos qua maxima fieri poterit breuitate, referemus. Amulius poſtquam de regnum Albanum occupauiſſet, quod iure ad Numitorem maiorem fra morte regis Procæ redibat, vt Numitori ſpem recuperandi imperij præcider ſolum Aegeſtum eius filium necari curauit, ſed & Ream Syluiam eius vnica am Veſtæ Deæ ſacris addixit: quæ pòſt anno quinto vel ipſius Amulij quod dam dixere, vel vt alij, Martis compreſſu grauida facta geminos edidit maſcu Eis Amulij iuſſu in Tiberinam ripam XV. ab Alba lapide abiectis expoſi quò tandem aut aquarum impetu demergerentur, aut interirent fame, lupa fortuna ſuperueniens vbera præbuit, donec à Fauſtulo regio armentario rep domumque ad vxorem delati Remi Romuliq; nominibus loco liberorum a educati fuere. Hi mox annos XVIII. nati Amulium interficiunt, auoq; Num reſtituunt regnum: & cum vrbis ædificandæ quæ noui imperij caput eſſet, con um cepiſſent, nec ſatis de loco conueniret, Romulo eam in Palatino, quòd ad radices à lupa fuiſſent alti auſpicandam cenſente, Remo autem vt Remuria dicò in colle ad Tiberim quatuor fere à Saturnia millibus, e ligeretur cupiẽte, mitoris hortatu ſacris peractis quò res auſpicio diſcerneretur, Romulo vu fœlicius augurium euenit: ideoq; ciuitatis condendę locus, eius dein arbitrio miſſus eſt. Is mox vrbis initium à ſacris & veneratione Deorum auſpicatur. So nia fuere hęc. Manibus aquilam deferens populo comitatus ad ignem ſucc ante arã accedit, & expiationibus ritè factis ipſe ſacris cæremonijsq; operatur rum numen vrbis auſpicijs propitium orans. Deinde Palatino monte figura drata circumſcripto, taurum & vaccam arato iungit, ſulcoq; prima muroru tia deſignat: qui mos condendarum vrbium apud Romanos diutiſsimè p fuit in vſu. His peractis, plurimisq; victimis vnà cum bubus qui aratrum du mactatis, opus demum auſpicari iubet: in cuius diei memoriam tanquam n Romæ, quotannis dein feſtum Pariliorum ineunte Vere celebrari conſueuit pro partu quadrupedum agricolæ paſtoresq; grati Dijs ſacrificabant. Tẽpus conditæ vrbis in diuerſum auctores trahũt. In primis enim Dionyſius Halicar ſenſis, Timæus Siculus inquit, id cum eodem quo Carthago ædificata, co tradidit: nempe in annum ante primam Olympiadem trigeſimum octauum tamen ſi dę Romuli ædificatione dicatur, nullo modo verum eſſe poteſt, cum done Carhaginem multo antè tempore conditam manifeſtò conſtet) L. Ci autem in quartum Olympiadis XII. refert, Portius Cato græcam temporum onem non indicat, ſed aliòquin hiſtoria vetuſtatis perdiligẽter collecta, qua gentis triginta duobus annis Romam bello Troiano poſteriorem ait: quod pus ad Eratoſthenis chronica collatum, in annum Olympiadis ſeptimæ prim incidit, quanquam Polybius Megapolitanus in ſecundum dicat. Hactenu ter

Diony

a. lib. 5.
b. lib. 1.
c. in uita Romuli.
d. lib. 42.
e. li. 2. Faſt.

Dionyſius: ſed aliter in Diuiſione Italiæ Sempronius, Romulũ ait condidiſſe Romam accitis ex Hetruria vatibus (hæc eius ipſa verba ſunt) & foſſa vbi caput Ericitauri eſt, pomœrioq́; ad prudentis vatis auſpicium ſacratis, circum Palatinum collem aratro cingi iuſsiſſe XI. Cal. Maias, hora inter ſecundam & tertiam, Sole in Tauro, Luna in Libra, Saturno, Venere, Marte, Mercurio in Scorpione, & Ioue in Piſcibus· ita L. Carrutio mathematicorum peritiſsimo tradente. Hæc ille. Solinus conditam Romam Olympiade octaua ſcribit· M. Tullius Olympiadis ſextæ anno tertio· Cornelius Nepos Luctatiusq́; cum quo ſentiunt Eratoſthenes & Apollodorus, Olympiadis ſeptimæ ſecundo· quemadmodum & Pomponio Attico coram Senatu, doctiſsimisq́; viris Græcorum chronica diſputante compertum fuit. Etenim cùm ab Aenea Troiaq́; exciſa per tempora regum Latinorũ vſq; ad Romuli principatum anni circiter triginta & quadringinti fluxerint, haud dubiè Olympiadis ſeptimę ſecundo conditã apparet. Sunt igitur à Romulo huius vrbis initia poſita MMMCCXI. anno mundi, poſt excidium Troianum vt quidã volũt CCCCXXXII. vel vt alij CCCCXXVII. vel XXIX. XXX. vel XXXI. tam enim hîc varij ſunt auctores, ante Chriſti Natalem DCCLI. vel vt alij LII. Charope decennalem magiſtratum Athenis gerente, primo anno Mededis tertij Aſſyriorum regis poſt Arbacem, Titima Macedoniæ imperitante, Achaz Aegypto, Samo, & Hieroſolymis. Et hæc initiorum tempora, hæc ipſa huius vrbis initia fuere, quæ pòſt orbi vniuerſo caput erat futura, eumq́; non ſolum armis imperatricibus, ſed etiam cœli clauibus adminiſtrare gubernareq́; debebat: condidit Romulus, maternum genus à Troianis regibus ducens, incerto patre, colonorum numero peditum III. M. equitum CCC. & Romam oppidulum iam collapſum in regiam tetrapolim vt Fabius Pictor loquitur, conuertit, ſuper Palatinum collem fundatam: aſcito enim (ſubiungit Pictor) ex Hetruria vate atq; ſacerdote, olympum fecit, pomœriumq; ſacrauit, & aratro ab olympo in vico Tuſco per Palatinum circumducens ab imo colle ad verticem, quadratam vrbem deſignauit, in vertice collis hærente Exquilino oppidulum ampliauit, & è regione loco proximo Cælio Velliam extruxit· cæterũ in decliuo ad ima, verſus Circum Maximum Germalliam fundauit, vbi iuſſu Amulij cum fratre fuerat expoſitus· hac enim anteà labebatur Tiberis· ab ea aũt verſus Exquilias forum Romanũ ædificauit. Ita Pictor, qui & paulò pòſt· quarto autem menſe, inquit, ab vrbe condita perpatratum eſt audax facinus in raptu Latinarum & Sabinarũ. Primi ex Latinis bellum mouerunt in Romulum (ꝙ eſſent vrbi nouę propinquiores, vti in Vmbria diximus) Cęninẽſes, Antennates, & Cruſtumini. Romulus aũt auxilio implorato a Tuſcis, cum Cælio rege Hetruriæ primũ ex his triumphũ retulit· & ob id quartus vrbis collis à Tuſcis habitari cœptus eſt, Cæliusq́; dictus. Idem etiã Dionyſius ſcribit, addens Cæninas & Antennam vrbes à Græcis oriundas fuiſſe· Romulũq́; regi earũ ſeu Acroni opima ſpolia detracta Ioui Feretrio dicauiſſe, præterea colonos quotquot volebãt ex ijs habitatũ populariter Romã tranſtuliſſe. Liuius item & Plutarchus tradũt Romulum Antenna deiecta Cæninas etiã euertere volentẽ, coniugis Herſiliæ Cæninenſis precibus victũ vrbi peperciſſe. Bella hinc Sabinorũ ingẽtia propter raptas virgines ſecuta, vt Fabius Pictor, Dionyſius, Liuius, & Plutarchus cõmemorant: ideoq́; domeſticis viribus nõ ſatis cõfidens Romulus, iterũ ab Hetruſcis Lucumonibus auxilia petere neceſſe habuit. Ea de re Galerito Lucumoni Arbeæ negotiũ datum eſt· qui cũ Hetruſcorũ & Salpinatiũ maximis copijs

aduentans,quãdo iam Capitoliũ Sabini à virgine Tarpeia fraude introducti ce-
perãt,proximũ Capitolio Quirinalẽ pro Romulo muniuit: & cũ Romulus ag
greſſus ſub Capitolio Sabinos,vulneratus fugeret, illũq; ad Portam Palatinã ſe-
quuti hoſtes Roma potituri viderẽtur,ilico Galeritus è Quirinali delapſus, via
retro in Capitoliũ pedẽ ferendi adimens, vbi Ianus quadrifrons, à tergo Sab
imminens eos in fugam vertit. Animaduerſa re Romulus redintegratis viribus
ipſe à fronte cedebat· adeo vt Metius Sabinorũ Dux in paludẽ ſeſe cũ equo arma-
tus inijceret & interiret. Cædes ingens fiebat: nec ſane reſtitiſſet vllus, ni Sabinaru
mulierum occurſu tẽperatum ab hoſtili ſanguine fuiſſet· quarũ intercesſione pa-
ce conſtituta, fœdereq; cum Sabinis inito, Romulus vrbis agrum in tres partes
diuiſit æquis collibus, ſic vt Sabinis Tatioq; Capitolium & Quirinalis, Romul
ſequentes Exquilinus & Palatinus in quo Roma, Galerito & Luceribus Tuſci
Cælius & Cæliolus obuenirent. Auentinum Romulus à nemine paſſus eſt incoli
quippe quia Remo fratri iam prius ſacrum eſſe voluerat vſq; ad Helernæ lucum,
quæ in Dearum numerum relata, ſyluam iuxta Tiberim à Crano fratre dono ha-
a.lib.6. buit, vt Beroſus teſtatur, & item Ouidius in Faſtis [a] inquiens:

Adiacet antiquus Tiberino Lucus Helernæ,
Pontifices illuc nunc quoq; ſacra ferunt:
Inde ſata eſt nymphe Cranen dixere priores.

Subijcit Pictor: cumque
concesſiſſet naturæ Cælius, & Galeritus rex Hetruriæ ſuccesſiſſet, conſenſu tri-
buum Cæliolus, & ab eo tota arcus area ſeptem collibus ſubiacens Tuſcis data, &
ſacrificio Iano Vertumno facto, egeſtisq́, paludibus, habitabilis reddita, & Vi
b.lib.5. cus Tuſcus dicta. Dionyſius [b] tamen & Liuius [c] aliter Vicum Tuſcum appellatu
c.lib.2. tradunt à Tuſcis, quos ibi Porſena reliquerat. Verumenimuero mihi hæc ſenten
tia probari haud poteſt, quandoquidẽ manifeſtò cõſtat Vertumnum ſiue Ianum
à Romulo Galeritoq; CC. penè & XL. ante Porſenam annis ad imũ Argiletum
fuiſſe dedicatũ ligneo ſimulacro, quod Numa rex æreum poſtea fecit accito Ma-
murio Oſco peritisſimo artifice. Et ſanè Romulum in Vico Tuſco Vertumni ſi-
d in Elegia Vertum. mulacrum potuiſſe Propertius apertè teſtatur, Ianum ita loquentẽ [d] introducẽs:

At tu Roma meis tribuiſti præmia Tuſcis,
Vnde hodie Vicus nomina Tuſcus habet.
Tempore quo ſocijs venit Lucumonius armis,
Atq; Sabina feri contudit arma Tati,
Vidi ego labentes acies & tela caduca,
Atq; hoſtes turpi terga dediſſe fuga:

Pauloq́; inferius:

Stipes acernus eram properanti falce dolatus
Ante Numam, grata pauper in vrbe Deus:
At tibi Mamuri formæ cælator ahenæ,
Tellus artifici ne terat Oſca manus.

e.lib.1.de ling. Latina. Varro [e] quoq; ſcribit Vicũ Tuſcu
ſub Romulo habitatũ conſtare, ꝙ eius ætate Vertumnus Princeps Deus munici-
palis Hetruriꝑ poſitus ibi fuerit. Poſſumus tñ vt mihi qdem videtur hanc auctoru
diuerſitatẽ ita conciliare nõ difficulter, vt ab initio qdem ſub Romulo Vicũ T
cũ habuiſſe dicamus Tuſcos· ſed & alios Porſenæ tẽporibus illò deductos, vel q
iam tum priorum numerus defeciſſet, vel alia quauis occaſione. Primos igitur vr
bis Romæ colonos è tribus gentibus cõflatos, Albanis, Tuſcis, & Sabinis, Fabius
Pictor aperte probat· addens etiã nomina Principem Tuſcorũ (quippe illi tunc
Italiæ

Italiæ imminebant imperio) tribubus, videlicet Tatienſium à Tatio, Romnenſiũ à Romulo, Lucerum à ſe, quæ eadem & Trometina dicta fuit à Cælio Trometino, impoſuiſſe. Id quoq; Seruius in hoc Virgilij loco. Tres equitũ turmæ: teſtatur, inquiens: Tres partes fuiſſe principio Pop. Romani conſtat: vnam Tatienſium à Tatio Sabinorum rege, aliam Romnenſium à Romulo, tertiam Lucerum, vt quidam volunt à Lucumonibus Tuſcis dictã. Huiuſmodi itaq; fœliciſsimum illud auguſtiſsimumq́; principium, vt Fabius alijq́; plurimi ſcriptores memoriæ prodiderunt, inclytę huius vrbis fuit: quę deinde tẽporum ſucceſſu tot Senatores eximios, tot clariſsimos fortiſsimosq; Duces, tot egregios Imperatores vniuerſi ꝓpemodum orbis domitores tulit, vti nõ ſolum Latinorum, ſed etiã (licet non ſine qbuſdam argumẽtis inuidiæ) Græcorũ oẽs hiſtoriæ q̃ ampliſsimè teſtantur. Vrbe condita cõplexisq; tribus in ea collibus, Palatino, Capitolino & Cælio, vel vt alij tradunt etiã Exquilino quarto, totidẽ portæ, quot mõtes, à Romulo fuerũt ordinatæ. Tribus eñ collibus tres portę reſpondebãt, Carmentalis, Romana, Pandana. Qui mõtes quatuor incluſos ab initio dicũt, quartã item addũt, Ianualẽ. Plinius à Romulo tres tantũ factas aſſerit, quippe quæ tum vrbi exiguæ ſufficiebant. Carmentalis ſic dicta fuit ab Euãdri matre Carmenta. cernebatur ad dextram ſub Capitolio inter Saxũ Tarpeium & Tiberim axaduerſum modicæ ædi D. Catharinæ verſus circũ Flaminiũ. Romanã ita vocabãt Sabini, ꝙ ex agro ſuo per hanc in vrbẽ ducebantur. Erat vbi nunc horti D. Mariæ Nouæ, nõprocul ab eo Palatini capite, quod Amphitheatrũ, ſeu vt hodie vocãt, Coloſſæum ſpectat. Vocabatur & à mugitu boum qui per eã in vrbem ſolebãt adduci, Mugonia: item à tribus angulis etiã Trigonia. Tertia Pandana quod ſemꝑ pateret res neceſſarias in vrbẽ deferentibus: eadẽq; Libera & Romanula dicebatur: erat in Velabro. Quarta, ſi & eã tum ab initio cõditam accipimus, vt aiunt, ad radices Viminalis extitit, & appellabatur Ianualis. Hæc porro q̃ cõmemorauimus, ꝑtereaq; decætero ediſſeremus, ſi cui ad ſatietatẽ minutim & magis accuratè ꝑſcripta cognoſcere libebit, Romã reſtauratam Blondi, & item Franciſci Albertini Florentini, P. Victorẽ de regionibus vrbis Romæ, Volaterrani Cõmentaria «Vrbana, Fuluiũ, & Bartholomæũ Marlianum legat, picturãq́; ſimul F. Calui Rauennatis inſpiciat. Nobis ſanè cauſa breuitatis minima quæq; omittere certum eſt: dum paucis indicemus, qbus in locis illa prima ſplendidioraq; fuerint vrbis opera. Mirum quoq; nemini videbitur, ſi de ſingulis auctores ſuos nõ ſimus appellaturi: teſtatũ eñ & ꝑdictum diſertẽ volumus, nihil nos abſq; Dionyſij Halicarnaſſei, Strabonis, Plinij, Liuij, Melę, cæterorũq́; ſuprà cõmemoratorũ auctoritate, vel quod ipſi oculis nõ viderimus, quicquã in mediũ eſſe ꝓpoſituros. Et ꝑfecto ſi probationes omniũ ſigillatim ab ijs quorũ monumentis tradita ſunt, cõquirere vellemus, in infinitum res eſſet abitura: ſicuti exẽplis aliorũ, qui laborẽ captauere plus ſatis magnũ, manifeſtò iampridẽ cõſtat. Itaq; vt ad omiſſum ſermonẽ reuertamur, quadrata primùm forma Romã ædificauit Romulus: portas extruxit: tribꝰ diuiſit, vt tradit Fabius Pictor, Tatio, Sabinis, Cælio, Tuſcisq́; locis quos antè diximus aſsignatis: etſi nõ deſint, qui Cælium montẽ à Tullo Hoſtilio dicant adiectũ: ſed qd hac de re ſentiendum ſit, nos iam demõſtrauimus. Romulo vita defuncto Ianiculũ vltra Tiberim Ancus Martius vrbi adiunxit, Seruius Quirinalem, Viminalem & Exquilinum: qui & poſt tãtum incrementũ collibus ſeptem cõplexis vrbem in octo regiones diuiſit, totidemq́; portas quæ regionibus ſingulis reſponderent conſtituit. Eæ fuere 4. lib. 6.

Querquetulana, Neuia, Tergemina, Naualis, Tarpeia, Quirinalis, Viminalis, & Exquilina. Poſterioribus verò tēporibus ampliatū denuo vrbis ſpatiū adeo, vt regionibus diuideretur quatuordecim, inſcriptio vetus indicat q̄ in Capitolio legitur, huiuſmodi. Imperatori. Diui Traiani Particifilio, Diui Neruæ nepoti, Traiano Hadriano Auguſto Pont. Max. Trib. Pot. XX. Imp. II. Coſs. III. P. P. Magiſtri vicorum vrbis regionū quatuordecim. Erāt hæ, Capena, Mons Cælius, Iſis & Serapis, Templi pacis, Exquilina, Alta ſemita, Via lata, Forum Romanum, Circus Flaminius, Palatium, Circus Maximus, Piſcina publica, Auentinus, & Transtiberim. Quidam addunt Vaticanum, & Campum Martium maiorem. Ambitus vrbis Plinij temporibus erat P. M. XX. Vopiſcus ait ſub Aureliano Imp. à quo in tantum erat aucta P. M. L. fuiſſe. Neq; non facile credendum illi videbitur, ſi ſuburbia quoq; ciuitatis appellatione cōplectamur, quæ vſq; ad pontem Tiberinum prope Otriculum pertinebant. Hac verò ratione Vopiſcum ita locutū eſſe manifeſtò cognoſci poteſt ex Ammiano Marcellino, qui Conſtantij Imper. aduentum ad vrbem narrans, eum ait Hormiſdam Perſam hominem prudentem in comitatu duxiſſe, quem poſtq̄ in prima ſuburbia ventum fuiſſet, de vrbis initio cælari voluit, & iam in media deductum rogauit, ecquid illi de vrbis deſcriptione videretur, quantumq́; putaret itineris in illa factum? ſic verò reſpondiſſe Perſam, vt Imperator intelligeret eum ſe tum in vrbis medio verſari putauiſſe, frequentia nimirum & amplitudine deceptum ædificiorum, quæ ab illo ponte Romam vſq; continua ſerie producta cernebantur. Quin & hac noſtra memoria ciuitatibus ſuburbia coniungi videmus, vt cum de vrbe verba fiant, etiam de ſuburbijs dici intelligamus: quapropter ambitus Romæ, q ſolius vrbis P. M. XX. erat ſuburbijs cōplexis facile potuit ad eam quantitatē quā Vopiſcus tradit, aſcēdiſſe. Portas ſuburbiorum & vrbis in vniuerſum numero XXIIII. fuiſſe refert Plinius. Erant aūt hæ. Flumentana ſiue Flaminia, Nomentana ſeu Viminalis, Exquilina ſiue Taurina, Cælimontana vel Aſinaria, Tergemina vel Oſtienſis, Rutumena ſeu Veientana, Collatina, Interaggeres, Aurelia, Tarpeia, Fontinalis, Lauernalis, Mutia, Piacularis, Quirinalis vel Agonenſis aut Collina, Ianualis vel Sabina verſus Sabinos, Neuia ſiue Lauicana, Capena vel Appia, Portuenſis vel Naualis, Triumphalis ſeu Vaticana, Tyburtina, Gabina, Latina, Catularia, Laurentina, Ferentina, Minutia, Salutaris, Præneſtina, Libitinenſis, Valeria. Trium quæ deſunt memoriam non inuenimus. Animaduertendum porro eſt hoc numero ſeptem antiquiores non contineri, videlicet Carmentalem, Mugoniam, Pandanam, Querquetulanam, Raduſculam, Saginalem, & Sancualem, quæ Plinij temporibus interierant. Liuius tamē vt paſsim in illius hiſtoria legere eſt XXXVII. ponit. Vrbis medio, in capite Fori Romani columna erat erecta circa locum vbi nunc arcus Septimij cernitur quod ſignum Aureum Milliare vocabant, in quo viæ totius Italiæ deſcriptæ erant, & finiebantur præterea, notata portarum omnium ab illo loco diſtantia menſuraq́; legebatur quæ vt Plinius refert, per directum efficiebat amplius XXX. M. P. ad extrema verò tectorum cum caſtris Prætorijs per vicos omnium viarum colligebat amplius LXX. M. P. Compita regionum ſingularum erant CCLXV. Regiones vti ex P. Victore diximus, XIIII. nimirum Capena, q̄ in ambitu cōtinebat pedes XII. Mil. CCXXII. Cælimontana quæ XII. Mil. CC. Iſis & Serapis Moneta, XII. Mil. CCCCL. Templi Pacis XII. Mil. Exqlina XV. Mil. CM. Alta Semita XV. Mil. DC. Via lata XII. Mil. DCC.

Forum

Forum Romanũ XII. Mil. DCCCLXVII. Circus Flaminius XXX. Mil. D. Palatium XII. MDC. Circus Maximus XI. Mil. D. Piſcina publica XII. Mil. Auentinus XVI. Mil. CC. Tranſtiberina XXXIII. Mil. CCCCLXXVIII. Erant in vrbe ꝑterea Senatula tria, Obeliſci magni VI. parui XLII. Pontes quo Tiber[illegible]litus cõiungebatur VIII. Campi totidẽ, Fora XVII. Baſilicæ XI. Thermæ XII. Aquæ in vrbem ductæ XX. Viæ XXIX. Capitolia II. Nymphæa XI. Equi ænei deaurati XXIIII. Equi eburnei XCIIII. Arcus triũphales marmorei XXXVI. Cohortes ptoriæ X. Cohortes Vrbanæ IIII. Cohortes Vigilum VI. Excubitoria XIIII. Vexilla cõmunia II. Macella II. Theatra II. Ludi V. Naumachiæ V. Cõmunia caſtra peregrina, Caſtra Miſenatium, Caſtra Tabellariorũ, Caſtra Lecticariorum, Caſtra Victimariorum, Caſtra Salgamariorũ, Caſtra Silicariorum, Caſtra equitum, ſingulorum II. Præter hæc & alia multa loca Victor commemorat, quæ nobis in præſenti omittere viſum fuit, tum quòd non magni momenti ſint, ideoq; nec à cæteris ſcriptoribus relata, tum vt ſuis locis commodius & opportunius dicantur. Turres imperio florente circum vrbem erant DCCXXXIIII. in quibus cum ita res ferret, ꝑſidia collocabantur. Quantus autem hac noſtra memoria Romæ ſit ambitus, nõ parum variatur. P. M. XV. nõnulli dicunt, alij XIIII. qdam XIII. idq; menſura diſtantiæ portarũ inter ſe ſingularũ oſtẽdere conãtur, vt Marlianus a refert. Turres ſolummodo CCCLXV. portæ XX. ſuperſunt. Nec q̃ nunc extant turres, itemq; muri, veterum operum fundamentis inſiſtunt· neq; materia lapideúe conſtant eodẽ· nec iiſdem in locis qbus olim, portæ ſunt· ſed oĩa mutata conuerſaq; reparatorum pro tẽpore arbitrio: quippe quia nõ ſemel incurſione barbarorũ vrbs ruinis deformata, planeq; vaſtata ac ſubuerſa fuit, vti Procopius, Blondus, Sabellicus, aliiq; plurimi ſcriptores prodiderunt. Beliſarium inprimis didicimus Romam à Gothis dirutam nouis muris, longè tamen quàm primi erant arctioribus cinxiſſe: Blondus auctor eſt illis iterum euerſis poſt multos annos Pontificem Adrianum primum eos qui nunc extant, centenis aureorum nummûm millibus è Tuſcia conquiſitis extruxiſſe· quos deinde ſuccedentibus temporibus alij Põtifices auxerunt, vt Poggius ad Nicolaum V. commemorat. Ab initio lapide quadrato conſtabant, vti in hodiernum vſq; diem veſtigia quibuſdam in locis teſtantur· nunc opere lateritio variè pro temporũ inſtauratorũq; diuerſitate ſunt extructi. Quoniam autem de portis veteribus abundè locuti ſumus, de cætero quæ ad præſens extant perſequamur.

a. lib. 1.

PORTAE NOVAE VRBIS.

EÆ ſunt vt Volaterranus, Albertinus, & Marlianus tradunt, cum ſpatiorum quibus inuicem diſtant menſuris, primùm ab occidente Popularis, q̃ veteribus Flumentana ꝓpter vicinitatẽ Tiberis, poſtea quoq; Flaminia dicta eſt à Flaminia via. Sequitur per radices Collis Hortorũ ſpatio P. mille Pinciana, ſic à Pinciano Senatore denominata, in eodẽ colle verſus Aquilonẽ ſita, priſcis ab oppido Collatia non procul vrbe, Collatina dicta. Tum ſenis ſtadijs abeſt Salaria, nomen à ſale quod è Sabinis hàc in vrbẽ adferebatur ſortita· q̃ olim Quirinalis dicebatur, vel ꝙ eſſet ædi Quirini vicina, vel ꝙ ad collem Quirinalem ea perueniretur· Agonenſis præterea vel, vt quidam volunt ab Aegonio colle, vel vt alij, ꝙ angulis careret· item & Collina à Colle, ſed & Tricepis & Quinquecepis vt Varro tradit, à numero capitum exiguorum collium, vocata fuit. Exortũ ſolis æſtiuum ſpectat, vt & Porta D. Agnetis, q̃ ſtadijs ab ea quinq; diſtat. Hæc olim Viminalis

ob viminũ ꝓpinquis in locis frequentiã, appellabatur, vel vt alij volunt, à tẽplo Iouis Viminij· Figulenſis etiã quod extra eã in proximo eſſent figlinæ· tum & Nomentana, qm̃ hàc Nomentũ ibatur. Iuxtà quõdam erat porta Inter aggeres, cuius nunc pauciſsima veſtigia ſuperſunt. Sequitur D. Laurentij, ſtadijs XII. à D. Agnetis, olim Tiburtina dicta: quanq̃ nõ deſint qui Tiburtinã in ante relatas collocẽt, Diuiq́; Laurentij priùs Exquilinã vocatam ab Exquilijs in qbus extat, arbitrentur. Nũc inter munitiones locis circũiectis extructas clauſa manet, vt Põponius Lętus auctor eſt. Taurina quoq; vocabatur ob tauri caput, quod in hodiernũ vſq; diem in prima eius facie cælatũ apparet. Eſt ad orientẽ, vti & alia proxima. Quæ ſuccedit Porta Maior appellatur, olim Neuia, propter vicinã ſyluã Neuiam· item & Labicana. Neq; nũc varias ſcriptorũ cõtentiones an hæc Neuia quondã, an potius Arcuaria fuerit, pluribus cõmemorare libet: cuiuſmodi quoq; de multis alijs vbi quondã fuerint, cõtrouerſiæ reperiũtur· ſed omiſsis opinionibus ea tantũ quæ nobis ad veritatẽ propius accedere videbuntur, paucis exponemus. A Maiore ſtadijs XII. verſus hybernũ ſolis exortũ Porta D. Ioannis ſequitur, olim qdem Cælimõtana dicta, ꝙ eſſet in Cælij mõtis radicibus ſiue latere· nõnullis tñ Querquetula, qui Cælimontanam inter hãc alio nomine vocatã Aſinariã, & Portam Metrodi prope D. Stephanũ Rotundũ mediã, refectisq́; muris occluſam, ꝑterea quoque Septimij dictã fuiſſe volũt. Ab hac Gabiuſa ſtadijs V. verſus ortum æſtiuũ diſtat, q̃ eſt in angulo mœniorũ ſub Cæliolo, nũc clauſa propter Aquæ Marianæ riuum, qui per eã in vrbẽ ingreditur. Nomẽ olim Gabiuſæ, itẽq́; Gabinæ ſortita, hodieq́; retinet, quòd hàc in agrũ Gabiorũ iter ſit: Metrodi qbuſdã à mẽſura videtur appellata. Proxima Latina in Cæliolo, ſtadijs à ſuperiori V. ſemꝑ id nominis retinuit, ꝙ in Latiũ ea exiretur. Ortũ hybernũ ſpectat, D. Ioannis Euangeliſtæ tẽplo propinqua. Sequitur ſpatio paulo ampliùs D. P. D. Sebaſtiani porta, ab eius Diui fano extra vrbẽ, ad quod illa peruenitur, appellata: veteres Capenã dicebãt, quòd ad oppidũ Capenã mitteret: alij tñ ab amne Capenate volũt denominatã· etſi nec auctorẽ adducãt vllum, nec vbi fluuius ille fuerit, demõſtrẽt. Camœnia quoq; dicebatur, qm̃ extra eam nõ procul templũ Camœnarũ erat· item Appio Cenſore, qui Viam Appiam muniuit hîc incipientẽ, Appia. nec deſunt, qui & Triumphalem, deniq; & Fontinalem à fontiũ locis propinquis frequentia dictam trada
Vltima deinde citra Tiberim D. Pauli eſt, ſpatio ab Appia P. mille· meridiemq; ſimiliter vti & illa ſpectat. Nomen habet ab eius D. templo, quod extra eam eſt. Veteribus vt quidam exiſtimant Trigemina vocabatur· quòd ea tergemini exuiſſent Horatij. Fuit autem ijs temporibus intra Tiberim & Auentinum ſub angulo montis, ad dextram amnis ripam iuxta Salinas· veſtigiaq; ſuperſunt etiamnum hîc in propinquis vineis· quanquam nonnulli diuerſum ſentiant. Oſtienſis etiam dicebatur, quòd Oſtiam mittat. Sunt qui Portam Laurentinam, Trigeminam, Oſtienſem, & Trigoniam his in locis vicinis extitiſſe dicant· verùm nouis mœnibus extructis vnam D. Pauli conditam, aliarum omnium nominibus omiſsis. Abeſt à Tiberi ſtadijs XII. Trans Tiberim intra ſtadium medium Ripenſis ad vernũ occaſum eſt, olim Portuenſis dicta, quòd iter hàc eſſet ad Portum Romanum ab Imperatore Claudio factum. Hinc paulo minus mille P. in Ianiculo D. Pancratij ſequitur, antiquis Aurelia, quemadmodum nonnulli putant, ab Aurelio Imper. vocata, vel, vt quidem, ab Aurelia via: quanquam & a porta viam denominatam alijs placuerit. Hinc per Ianiculum incedenti po

D. P.

D. P. occurrit Septimiana verſus Septentrionem ab Imperatore Septimio denominata· poſteaque ab Alexandro ſexto Pontifice reſtaurata, vbi Septimij nomen inciſum marmori cernebatur. Nonnulli Fontinalem ab initio dictam volunt à fontium vicinorum multitudine. Succedit Porta Turrioins à Nicolao V. Pontif. condita, aliter etiam Puſterula dicta, non procul à Campo. Succedit in Vaticano, regiæ Pontificum vicina ſtabulis Porta Pertuſa· pauloq́; vlterius iuxta nobiliſsimos hortos ædesque Beluederij ſplendidiſsimas, Iulia, magno ſumptu à Iulio II. Pontifice condita. Poſtrema hinc, Caſtello Sancti Angeli vicina Caſtellana eſt, q̃ prius Aeneia vocabatur. Et hę noſtris tẽporibꝰ vltra citraque Tiberim vrbis Romæ portæ ſunt· olim verò & Triumphalis alia fuit, vbi in hodiernum vſque diem ex Tiberi pilæ quędam éminent prope Sancti Angeli pontem, exaduerſum vię, quę à Sancto ſpiritu tranſcurrit ad Obeliſcũ muris D. Petri vicinũ. Erat ea por ta iuxta Pontem collapſum, de quo dicemus alibi. Tiberis Latium à Tuſcia diuidit, itemque Romam ipſam, à porta Populari vſque ad muros Ripenſis, ſpatio in longum ſtadiorum XII. Olim hic ripa Tiberis quæ vltra citraque eſt, Romaque ipſa, & Latium cum Tuſcia pontibus octo iũgebatur, de quibus porrò ſigillatim agere decreuimus.

PONTES VRBIS ROMAE.

Erant vt diximus octo quondam in Tiberi pontes, quos ita P. Victor recenſet, Miluius, Aelius, Vaticanus, Ianiculenſis, Fabricius, Ceſtius, Palatinus, & Aemilius qui antè Sublitius. Miluium nunc vulgus perperam vocat Mollem: eſt extra Portam Popularem ſpatio amplius P. mille: viam Flaminiam cõiungit· primùm Syllæ tẽporibus à Marco Scauro factus· poſteaq́; ſæpius & deiectus, & reſtitutus, nihil habet antiqtatis reliquũ p̃ter pilas. Ad hũc pontẽ Maxentius Tyrãnus à Conſtantino Magno diuinitus fuit oppreſſus. Sequitur Põs Caſtelli Sancti Angeli: hunc veteres Aelium appellabant, quod eſſet ab Aelio Adriano iuxta eius monumentum conditus. Paulo vlteriùs in Tiberi pilæ ſuperſunt pontis Vaticani, per quem in Vaticanum ex vrbe commeabatur, aliter etiam Triumphalis dicti, quia per eum triumphantes in Capitolium proficiſci ſolebant: ruſticanos etiam hoẽs eo incedere fas haud erat. Quartus infrà ſequitur pòs Sixtus, ita dictus quòd à Sixto IIII. Pontif. reſtitutus fuerit· antè Ianiculenſis propter Ianiculi vicinitatem, & item Aurelius ab Aurelia via vel porta. Sunt qui tradant ab Antonino Pio factum ex marmore, poſteaq́; bellorum temporibus deiectum, ideoq́; donec à Sixto Pontif. reficeretur, diu pontem ruptum appellari conſueuiſſe. Longitudinem habet pedum CCXV. Stadio dehinc vno exaduerſum Theatro Marcelli medio in Tiberi modica eſt inſula, vrbi vtrinq́; cõnexa pontibus: q Latiũ verſus eſt, citrà, Quadricepis appellabatur à quaternis in eius aditu collocatis ſignis quadrifrõtibꝰ. Olim Fabriciũ appellarũt, q̃m à Fabricio fuerat inſtauratus, vti in lapide quodam arcus etiamnũ, quanquã maiori exparte corroſo legitur, hoc modo. L. Fabricius, G. F. Cur. Viar. Faciundum curauit. Q. Lepi. M. F, M. Lollius. M. F. Coſſ. probauerunt. Longitudinis DXX, pedũ eſt. Alter quo Tranſtiberina regio cohæret inſulæ, D. Bartholomęi nũc dicitur ab illius Apoſtoli fano, quod ipſa in inſula eſt. Veteribus Exquilinus & item Cæſtius vocabatur. Collapſum refecere Valentinianus, Valens & Gratianus Imppp. vti inſcriptio adhuc docet huiuſmodi. Domini noſtri Imppp. Cęſares Fl. Valentinianus, Pius, Fœlix, Maximus, victor ac Triumf. ſemper Auguſtus, Pont. Maximus, Germ. Max. Alam. Max. Franc. Max. Goth.

Arx Aquilonē ſpectabat. Eam initio Tarquinius Priſcus inceperat, perfecit Superbus, conſecrauit Horatius Puluillus Conſul. Temporibus deinde Syllanis Marianisq; Scipione & Norbano Coſſ. annis CCCCXV. à dedicatione, flammis conflagrauit: nec, vt Appianus ſcribit, vnquam eius incendij auctor inuentus. Conſtitit ex lapide quadrato, quemadmodum nonnullis adhuc veſtigijs apparet. A Sylla tū qdē reſtitui cœptā Quintus Catulus abſoluit. Sub Vitellio dein iterū igne abſumptā vt Tacitus ſcribit, Veſpaſianus cœpit inſtaurare, Domitian⁹ filius tā eximiè perfecit, vt multis partibus veterē magnificentiā ac ſplendorē ſuparet. Millia talentorū XII. opi tū impēſa: æreisq; laminis opa Catulli ſummi artificis totum opertum quod tectū ad Pontificē Honoriū primū perdurauit. is: enī ſuſtulit, D. Petri fanū in Vaticano reficiens: vbi hac noſtra quoq; memoria tegulæ ex illis inauratæ cernūtur. Plurimę circum hoc nobiliſsimū ædificiū turres erāt, & intra muros delubra, ſimiliaq; loca numinibus conſecrata plus LX. non quidem ædes magnæ, ſed auro, argento, gēmis, ꝓtioſisq; lapidibus tam ſumptuoſæ, vt cui poſſent aptè cōferri, nihil orbe toto reperiri quicquam putaretur. Id tum Ammianus Marcellinus ª apertè ſignificat, vbi ſic inquit: Intra ſeptem montium culmina per accliuitates planitiemque poſita vrbis membra colluſtrans & ſuburbana, quicquid primum emicuit, inter alia cuncta ſpectabat Iouis Tarpei delubra, quantum terrenis diuina pręcellunt: tum etiā Caſsiodor⁹ his verbis: Forū Traiani vel ſub aſsiduitate videre miraculum eſt, Capitolia celſa contueri, hoc eſt humana ingenia ſuperata vidére. Locus hic tot olim egregijs & ampliſsimis ædificijs ornatus, hac ætate prope modum vacuus eſt & inanis: vix enim nunc ibi Senatoris & Conſeruatorum ꝓtoria nullius fere momenti, cū Aræ cæli familiæ minorū monaſterio cernūtur. Statuæ qdā ijs in ædib⁹ aliaq; vetuſtatis monumēta ſupſunt, q̄ ſunt à nobis in antiqtatū Romanarū libro dicta: proindeq; nunc vti etiā vrbis cętera, nō memorabūtur. ª 4. lib. 16. hiſt.

COLLIS PALATINVS.

Seqtur Mōs Palatin⁹, de cui⁹ nominis origine diuerſa ꝓdiderūt ſcriptores. Inprimis Varro dictū ait à Palatinis Aboriginib⁹, q ex agro Reatino Palatiū vocato ꝓfecti, hîc cōſederūt: alijs ab vxore Latini Palātia, nōnullis ab ouiū balatu tanq balatiū appellatū referētibus. Halicarnaſſenſis aūt à Palātia nomē deductū vult, Arcadū patria, q in hęc loca quōdā cōmigrarūt. Alij nois auctorē Palantē aſſerūt ſuum Euādri, q cū Arcadibus Palantia vrbe profectus hîc cōſedit, locumq; in patriæ ac Palantis aui memoriā ita denominauit: q̄ rē Virgili⁹ his verſib⁹ cōfirmat.

Arcades has oras genus à Pallante profectum,
Qui regem Euandrum comites, qui ſigna ſecuti
Delegêre locum & poſuere in montibus vrbem
Palātis ꝓaui de noē Palanteū.

Nō deſunt q à Palātia Euādri filia hîc ſepulta, quā Hercules cōpreſſerit, appellationē eſſe ꝓdiderint: alij, q à Palātib⁹ in hoc mōte ſepultis: alij q aliūde: tātaq; ſentētiarū eſt diuerſitas, vt oēs referre tœdioſum foret. Iudiciū, vtcūq; ſe res habeat, erudito lectori ꝑmittim⁹. Hoc in mōte plurima & ampliſsima quondā ędificia fuere: primū Roma oppidū à Roma Itali filia cōditū vt ꝓdiximus: q deinde collapſū Euāder inſtaurauit, Romul⁹ vrbis forma q̄drata cōplex⁹ eſt. Sciri verò debet hac ędificatione poſtrema domos ex lignis, cannis, aliaq; ſimili materie cōſtructas, quēadmodū auctor affirmat Halicarnaſſe⁹, vnā ex ijs habitationib⁹ in Palatino, q̄ Circū ſpectat, viſam ſibi referēs, q̄ fama ciuitatis publica, Romuli quondam fuiſſe, eiusque memoriæ gratia conſeruata credebatur.

Erat

Erat ea vbi núc Virgilij Mantarẽſis Romani ciuis dom⁹ eſt. Aliæ proceſſu tẽporũ in Palatino ſumptuoſæ plurimæq́; fuerũt ædes, quas cauſa breuitatis omittimus, qm̃ ex auctorũ quos ante nominaui monumẽtis, haud difficulter cognoſci poſſ...

MONS CAELIVS.

COllis hic primùm Querquetulan⁹ eſt dict⁹, vt qdã exiſtimãt à vicina querc... um ſylua: ſed vnde poſtea Cęlij nomẽ acceperit, in diuerſum trahitur. Sũt q... à Cælio Hetruſcorum rege profectũ, cuius auxilijs eſt vſus Romulus, vt antè co... memoraui, arbitrantur· nõnulli à Cælio quodam Vibone Hetruſcorum duce, ... montẽ hũc Tarqnius Priſcus aſsignauerit· alij ab Cęlio illo, q cũ Latino bellũ ... ſit. Ex his prima mihi ſentẽtia magis probatur. Dein exiguus collis huic cõiun... in quo nunc ædes D. Ioannis Euangeliſtæ eſt, olim Dianæ templũ fuit, Cælio... appellatus, tanquam paruus Cælius. Incipit ab eo fano, pertinetq́; vſq; ad D. G... gorij. Hoc ſpatio cũ olim fuere, tum hac ętate quoq; ſunt ędificia magnificẽti... ma, plurimęq́; res memorabiles, quæ nunc omittuntur vt ad Auentinũ veniam...

MONS AVENTINVS.

Sunt q ſic dictũ exiſtimẽt ab auibus, q̃ de Tiberi ſubuolãtes in eo ſedebãt· q... ab Auẽtino putãt Aboriginũ vel Albanorũ rege, qui hîc occiſus & ſep... erit· alij, quod cũ ob paludes inter eũ & Capitoliũ, ipſe mons à cæteris partibus ... bis eſſet diſſociatus, vehebantur & adueniebant ad illũ nauibus hoẽs· nõnulli d... niq; ꝓpter aduentum eorum, qui magna frequentia ſolebãt ad Dianę tẽplum p... ficiſci, quod hìc eo loco fuit, vbi nũc D. Sabinæ eſt. Mihi verior eorũ videtur ſen... tia, q ab aduentu ꝑ paludes vectorũ, nomẽ hoc colli inditũ autumarũt tanquã A... uentini. Romurius etiã olim appellatus eſt: quanquã Feſtus Põpeius Rom... cũ quendam certum in Auentini vertice dicat, vbi Romul⁹ auſpiciũ vrbis cõ... dæ cepit. Murũ illi Martius circundedit, quanquã aliter nonnulli tradãt. Q... dam in Auentino lociſq́; circumiectis multa cum templa celebria, tum alia ... mi ſplendoris ædificia fuerunt, quæ nunc ad commodiora tempora reijcimu...

MONS EXQVILINVS.

EXquilinũ vel Exquilias collẽ ita vocatũ tradunt ab excubijs prętorianis, ... militibus Romulo per Lucumonem, inſtituto Hetruſcorum attributis· ... mirum apud quos ex more Princeps duodecim lictores, quibus ſingulis armati ... ginta coniũcti erant, tam honoris ac dignitatis, quàm tutelæ cuſtodiæq́; corpo... ſui habebat cauſa. Diuersè tñ alij nomẽ hoc ab aucupijs fluxiſſe dicunt· qm̃ ibi ... quiliæ, minutæ ſcilicet eſcæ decipiendis auibus ſpargi ſolerent. Varro montẽ diuidit in partes duas, nobiliorem eſſe ſcribens eam, quæ à foro poſtea Traiani vocato, nunc à Turre Comitum ac Militiarum incipit, & per montem Caballinum, perque Thermas Diocletiani ad D. Laurentij portam vſq; protenditur. Altera pars ea loca continet, quæ inter Diocletiani Thermas & Marij Trophæos ... ſunt. Habuit Exquilinus tot olim ædes cum Deorum, tum hominum ampliſſi... & magnificentiſsimas, vt omnes abſque tædioſa verboſitate referre minimè poſſemus, quemadmodum aliorum auctorum deſcriptionibus tam antiquorum, q... recentium abunde demonſtratum eſt.

MONS VIMINALIS.

ETſi nõ deſint q collẽ hunc in Exqlijs annumerent · nos tñ aliorũ ſenten... imitaturi, diuerſum eum & ſingularem inter ſeptem collocabimus. Nom...

Ioue

ue Vimineo cuius hîc erat ara, ſumptum nonnulli prodiderunt: eamq́; propter
minum hoc in loco ſyluani Iouis Viminei dictam. Sed & Cęliolum olim vocatū
iqui commemorant. Latitudinis eſt paruæ, at longior multò. Nunc ingentes rui
e, ſplendidis & ſumptuoſis ædificijs exornatum quondam fuiſſe, teſtari poſſunt.

MONS QVIRINALIS.

SIc à templo Quirini collē hunc dictū cum Varro, tum etiam Ouidius in Faſtis
pdidit inqens: Templa Deo faciunt: collis quoq; dictus ab illo eſt, Et referūt
erti ſacra paterna dies. Quibuſdam placet nomen hoc à Quiritibus acceptum, q
um Tatio Curibus profecti hoc in loco conſederunt: alijs à templo Iunonis, Sa-
inorū Deæ, quam illi Curitim, id eſt haſtatam vocabāt: curim enim vel curinam,
d eſt haſtam, Hetruſcos, at Romanos Quirin ſeu quirinam protuliſſe: quoniam il
is, q. litrera latina nō erat in vſu: proptereaq; quē Hetruſci Curinalem, Romani
Quirinalem appellabant. Montem Aegonium ab initio dictum nonnulli tradunt.
Longitudine Viminali eſt ſimilis: at amplius in latum patet: ſunt enim qui col-
em illi alium inter portam Collinam & Collatinam adiungant, vbi characteri-
bus Aegyptijs inſcriptus, Lunæq; quondam vt nonnulli prodiderunt, dedicatus
iacet obeliſcus. Latitudo ſumitur à Viminali, quæ à Septentrione ad meridiem in-
cedens, formam cubitus inflexi brachij refert vſque ad Turrim Comitum. Plenū
olim magnificis & ſumptuoſis ædificijs fuiſſe, veſtigijs quæ ſuperſunt manifeſtum
fit. Hactenus ſeptē collibus partis citra Tiberim deſcriptis, de cætero ad vrbis pla-
na progrediemur.

ROMAE PLANITIES.

VRbis planitiem in duas partes diuidemus, hoc modo. A Capitolio p Panthe
on ciuitatis vmbilicum, ad ripam Tiberis vſq; iuxta D. Rochi fanum dire-
cta linea, ac tanquam in duas æquales partes vrbe ſciſſa: prior ad latus & frontem
habebit Tiberim: altera principium ducet à foro Traiani: continuabit ad Portam
Flumentanam, quæ & Flaminia, & nunc Popularis: item ad radices Quirinalis &
collis Hortorum gyro pertinebit. Vtraq; in parte quondam ampliſsima ſplendi-
diſsimaq; fuerunt ædificia, maximèq; Deorum delubra.

CAMPVS MARTIVS.

ERat Campus Martius planities intra forū Suariū, Pilam Tyburtinam, Col-
les, & Tiberim, ſecundū aliquos, qppe Roma Capitolio finiebatur vt Blon-
dus vult. Ab initio ſpatiū hoc Cāpus Tiberinus dicebatur, ꝙ eſſet iuxta Tiberim p
tinebat ad pontē Miluiū vſq;. Primùm extra muros erat: ſed à Beliſario Iuſtiniani
Imperatoris Legato mœnibꝰ p radices collis Hortorū ad Tiberim prolatis, vrbi
pars eius adiecta fuit. Martius dictus quū Tarqnijs eiectis, quorū ager erat, Marti
cōſecratꝰ eſt. Poſteriori dein ęuo pmultis & ampliſsimis occupari ædificijs cœpit.

INSVLA TIBERIS.

EXiguam inſulam efficere Tiberim ſuprà diximus. Ea eſt inter Pontem Qua-
dricipitem & Pontē D. Bartholomæi, nauis ſpecie, videlicet lata medio quā-
tum ſagittæ iactus: in longum duobus ſtadijs extenta: capite in prore modum acu
tiori, fine in puppis ampliore: de qua ſic Ouidius.

Scinditur in geminas partes circumfluus amnis:
Inſula nomen habet laterum quæ à parte duorum
Porrigit æquales media tellure lacertos. Naſci primùm cœpiſſe pulſis
Tarqui-

a lib. 5. Tarquinijs Dionyſius Halicarnaſſeus a & Liuius commemorant hac occaſio... Regijs opibus à populo direptis,& alijs agris quos priuatim poſſederant inop... ex plebe diuiſis, campus inter vrbem & flumen Marti iam antea ſacer, quem T... quinius ſpreta religione ſuis ſegetibus oppleuerat, equis & iuuentuti diſcip... militaribus exercendæ relictus fuit: omne verò frumentum eo natum, ſiue ia... tum, ſiue adhuc cum ſpicis, in Tiberim abijci iuſſum, religione auehi vetāte: cu... acerui putreſcentes, arena cæteriſq; rebus quæ temere flumen conuehere ſolet... dies aucti, tandem iſtam inſulam vti nunc eſt effecerunt · quæ poſtea domibus ... ædificatis Licaoniç nomen accepit, Eſculapioq; conſecrata fuit ſimulacro eiu... Epidauro allato. Sunt qui ad nauis formam ideo redactā opere putauerint, q... Eſculapij ſignum effigie draconis eò naue deportatum fuiſſet. Et extat in hod... num vſq; diem in horto ædis D. Bartholomæi nauis ex lapide Taſio, cuius vno ... latere ſerpens conſpicitur.

ROMA TRANS TIBERIM.

Vltra Tiberim Hetruria ſtatim incipit locis Ianiculo ſubiectis, quos ol... Rauennatium terram appellarūt. Origo nominis inde fluxit: Auguſtus I... perator claſſem Rauennæ tenebat · eius militibus, cùm Romam veniſſent, & pr... pter hominum externorum multitudinem loco publico, quem Senatus decre... rat, accipi non poſſent, vrbis pars trans Tiberim aſsignata fuit, ac ideo Rauenna... tium terra dicta. Memorabilia nulla propemodum hac regione fuerunt ædific... quòd eſſet nō tam propter vſum neceſsitatemq; ciuium, quàm ne hoſtes vrbis R... mæ Tuſci in Ianiculo ſedere poſſent, vrbi coniuncta. Hominibus infimæ ſortis & ... operam viliſsimis negotijs dantibus incolebatur, propter cœli grauitatem, qu... Auſtrinis flatibus ſit expoſita.

IANICVLVS.

Ianiculus in hac regione eſt. Eum collem à Iano ſic denominatum nonnulli ... diderunt, qui primum in illo dicitur inhabitaſſe, poſteaq; etiam ſepultus: q... & Virgilius indicare videtur cum inquit:

> Hæc duo præterea diſiectis oppida muris
> Relliquias, veterumq; vides monumenta virorum:
> Hanc Ianus pater, hanc Saturnus condidit vrbem:
> Ianiculū huic, illi fuerat Saturnia nomē.

Erat in hoc mōte ſi Plinio ... dimus, olim vrbs Antipolis: ſic enim ſcribit. Saturnia vbi Roma: Antipolis vbi ... niculus in parte Romæ. Quamuis autem Barbarus in ſecundis caſtigationib... Plinianis locum hunc ita conetur emendare, vt pro Antipoli ſcribendū dicat A... neopolim, quoniam ita legatur apud Dionyſium · nobis tamen ea ſententia mini...
b lib. 1. mè videtur ex Dionyſio colligi poſſe. Narrat b is varias de principijs vrbis Ro... ſcriptorum opiniones · & inter alias hanc fuiſſe quorundam, quòd Æneа rebu... manis exempto, filius eius Aſcanius Latinorum imperium in tres partes cum R... mulo Remoq; fratribus diuiſerit · ipſum dein Albam condidiſſe · Romulum ve... Capuam dictam à Capy proauo. Anchiſam de Anchiſæ aui ſui nomine · de ... autem Æneiam, quę poſtea fuit Ianiculum · Romam quoq; de ſuo. Barbarus ... verbis ait Aeneopolim ab Aeneia ciuitate dicēdū colligi, quod mihi ſanè hau... ceſſariò conſequi videtur, propterea quòd omnes claſsici auctores conſtanter ... dunt Romā à Romulo Remoq; conditam, natis ex Rea Syluia, Numitoris vlt... regis

regis Albanorum filia, poſt exceſſum Æneæ CCCC. amplius annis: & non à Romulo Euandri fratre, quemadmodũ eodem etiam in libro Dionyſius ſcribit: qui nec Aeneiam vrbem poſtea Ianiculum ait appellatum, vt notat Barbarus, ſed Ianidum: quanquam etſi Ianiculum diceret: tamen id non vt veram certamq; traditionẽ, ſed vti opinionẽ alterius refert. Sequi hinc puto verum haud eſſe aut rectũ, quòd apud Plinium Aenopolis non Antipolis legendum ſit. Hæc de Ianiculo: nunc Vaticanum, qui priùs extra muros, ac deinde coniunctus vrbi fuit dicemus.

COLLIS VATICANVS.

VAticani nomen vt Cato ſcribit Iani temporibus ortũ eſt, qui primùm hic Italiam quaſi in cunis natam ac vagientẽ exceperit: locũ enim ideo Vaticanũ, tanquam Vagicanum dictũ ait. Gellius aliter, Vaticanum agrum & eiuſdem agri Deum præſidem ſic à vaticinijs appellatum refert, quæ vi ac inſtinctu eius genij in eo agro fieri ſolebant. Sed Varro in libro rerum diuinarũ aliã huius nominis rationẽ tradit: nã ſicut, inquit, Deus Aius appellatur, araq; eius ſtatuta eſt, quæ eſt in infima noua via, quòd eo in loco vox edita diuinitùs fuerat: ita Vaticanus Deus nuncupatus, penes quem eſſent humanæ vocis initia: quoniam pueri ſimulatq; parti ſunt, eam primam vocem, quæ prima in Vaticano ſyllaba eſt, edunt: & idcirco vagire dicuntur verbo ſonum vocis recentis exprimente. Secundum aliquos aũt Vatire, Vaticare, & Vagire idem apud Hetruſcos fuit. Feſtus Pompeius narrat Vaticani nomẽ à vatibus ſumptum, cum Hetruſcos vatum hortatu atq; conſilio Romani ab hoc colle pepulerunt. Mihi Catonis ſententia præ cæteris placet. Poſtea muro cum ſubiecta planitie cinctus à Leone IIII. Pontifice, ciuitas Leonina dictus eſt. Hodie Burgum nouum & vetus appellant. Templum hic illud celeberrimũ D D. Petro Pauloq;, vt vulgò ferunt Conſtantinus Magnus ædificauit: vbi illorum Apoſtolorum oſſa ſanctiſsima ſeruãtur. Aedificia quoq; cernuntur hac in parte ampliſsima, quæ nunc omittimus, alio loco deſcribenda.

VIAE A ROMA.

ERant ab vrbe in diuerſas regiones vt Pub. Victor prodidit, Viæ XXIX. Prima Appia, quam Appius Claudius Cenſor latitudine qua contraria plauſtra duo cõmearent, ad Capuam vſq; muniuit: inde ad Brunduſium Traianus poſtea refecit, & exiccatis paludibus, cõplanatis montibus, exciſis ſaxis, impletis vallibus, extructis pontibus, deniq; tum opere mirabili, tum ingenti ſumptu ſilice ſtrauit. Roma per hanc vſq; ad mare Brunduſium, vt Strabo perhibet, iter eſt. Tranſit per Albam, Aritiam, Paludem Pontinam, Terracinam, Fundos, Molam, Sinueſſam, perq; medium campum Stellatem, item per Atellam, Puteolos, ſinum Baianũ vſq; Cumas. Plurima olim erant in hac via vſq; Brunduſium ædificia nobiliſsima, maximè Romanorũ illuſtrium ſepulcra. Flaminia via ab Antonini columna in vrbe, vſq; ad Aemiliã, quæ ad Alpes fert, excurrebat: hæq; Italiã à Gallia diuidunt, vti inferiùs in Romanula dicetur. Pars Flaminiæ ab initio via Quinctia vocata eſt: & aliter etiã alijs in locis, vti ex parte à nobis eſt demonſtratum. Flaminia dicta, quòd à Caio Flaminio ſilice glareaq; ſtrata, muriſq; ac pontibus refecta fuerit, vt ſimul Liuius commemorat, ſimul in hodiernum vſq; diem apparet. Coniũgebatur huic etiam Claudia. Finis eius erat Aemiliæ principium, ſic ab Aemilio Lepido Flaminij collega denominatæ, quæ deinde pertingebat ad Alpes, vti in Gallia Tranſpadana dicetur. Sciendum verò eſt duas vias Aemilias fuiſſe: nimirum hanc de qua nunc egimus, & alteram à Scauro reſtitutam, qua in Sabatios Piſa Lunaq; ibatur:

cuius etiam hac ętate noſtra,permulta ſuperſunt veſtigia quemadmodum in lo demonſtrauimus. Tiberina via fuit extra portam Valeriam vnà cum Caſsia, q Sutrio, Vetralla, Viterbo, Bolſenam mittit. Collatina ab ea porta Collatiam d cebat: nec procul ab vrbe cum Salaria iungebatur, quæ extra Portam Collina Hæc in Sabinos ferebat, ad Eretum in Nomentanam deſinens. Latina e portam Latinam fuit. Denique cum intra Romam tum foris incedentes vi XXIX. enumerantur his appellationibus. Appia, Latina, Labicana, Ca pana, Præneſtina, Cyminia, Flaminia, Caſsia, Tyburtina, Collatina, No mentana quæ & Figulenſis, Salaria, Aemilia, Portuenſis, Cornelia, Claudia, Va ria, Oſtienſis, Laurentina, Ardeatina, Gallica, Tiberina, Setina, Quinctia, Ga cana, Triumphalis, Prætoriana, Laticulenſis, & Aurelia. Harum in quibuſd multa magnificaq́; fuerunt ædificia, quę alibi dicenda nunc omittimus. Extra v bem etiam locis circumiectis tot domus amplißimæ, villæ ſumptuoſiſsimæ, v elegantiſsimi cernebantur, vt omnia referre nimis longum foret. Locorum igitur omiſſa tantiſper enarratione de ijs qui ad vrbis Romæ gubernacula ſederunt, co memorabimus.

RECTORES VRBIS ROMAE.

Memoriam eorum qui ſunt imperio Romæ potiti, relaturi, operæpretium pu tauimus initium noſtri ſermonis à primis illis repetere, qui in hunc cont nentem, Italiam temporibus inſequentibus dictum, ſtatim ab vniuerſali veneru diluuio: quo de Moſes in libris Geneſeos, & poſt eum Ioſephus, Beroſus Caldæu Xenophon, alijq́; ſcriptores memorarunt. Itaq; cū annis amplius C. & octo po inundationem terrarum hæc regio quę nunc Italia, inculta deſolataq;, nond inſtaurato tum reparatoq́; adhuc humano genere iacuiſſet, mortales circa maio ris Armeniæ fines iam in tantam multitudinem excreuerant, vt laxiores amplio resq́; ſedes quærere cogerentur. Inter alios Noë vel Noa vt Beroſus, aut Ogy vt Metaſthenes Perſa, Diodorus Siculus, Xenophon, & Fabius Pictor, aut Ianus, Oenotriū ſue vt Cato ac item Beroſus volunt, primus ex Armenia magnam hom num multitudinem eduxit: rateq́; delatus ad oſtia Tiberis, per flumen aduerſum P.M. à mari XV. ſubuectus, in læua domicilium cepit: coloniasq́; primum in co tinentem expoſuit, terram hāc poſtea vocatam Italiam, vti in cunis primùmq́; v giente (ſic enim loquitur Cato) nutriendam ac educandam excipiens: quamob rem & Vaticanus poſtea locus ille tanq̄ Vagicanus fuit appellatus. Proinde Noe vel ſi malis Ianus, imperium huius regionis omniū primò tenuit annis XXXI poſt Ianum Comerus Gallus LVIII. poſt Comeri diſceſſum Ochus Veius L. Hoc tempore iam ætas aurea deſinebat, quæ computatis annis C. & VIII. priuſquam Ianus adueniret Italiæ deſertæ, ducentis & vndequinquaginta perdurauit. Tan tum igitur ab inundatione orbis, ad finem aurei ſeculi temporis interceſsit. Argen tea dein ætas inſecuta, in qua primus Cameſes Italiæ regnū tenuit annis XIX. po eum Ianus reuerſus LXXXII. de cætero Cranus Razenuus LIIII. Aurunus XL Tages XLII. Sicanus XXX, Enachius Lukius XXX. Apis X. Leſtrigonus XL Hercules XXX. Tuſcus XXVII. Alteus VII. Heſperus XI. Hactenus argenteum ſeculum CCCCXXX. annorum: ultimo autem Heſperi anno nouus in Latio Principatus exortus, vti in tempore poſteà dicetur. Cœpit itaq; tunc in Italia geminum imperium, vnum Hetruriæ, alterum Latij, cum quibus ætas ænea principium habuit. Latij Principes fuerunt hi. Roma quæ primùm condidit Ro-

mam

m imperauit annis XLVI. Romaneſſus LXXIX. Picus Priſcus LVII. Faunus iſcus XXX. Ancus Faunigena LIIII. Vulcanus XXXVI. Mars cognomine Ia us XXIII. Cæculus cognomine Saturnus XXXVI. Picus Iunior XXXIIII. Fau Iunior XXIX. Latinus XXVIII. qui ſunt ætatis æneæ in totũ anni CCCCLII. ed in Hetruria regnarunt Italus Athlas annis XIX. Morges XX. Coritus XXIII. Iaſius L. Coribantes XLVIII. Tyrrhenus LI. Taracon Priſcus XXIII. as XV. Olanus XXI. Veibenus XLII. Oſcus XXXIIII. Taracon XLIIII. iberinus XXX. Mezentius XX. qui ſimul conficiunt eiuſdem ætatis annos CCCL. Excepit hanc ætas ſtannea, qua poſt Latinum imperitarunt in Latio neas annis III. dein Aſcanius XXXVIII. Syluius Poſthumius XXIX. Aeneas yluius XXXI. Latinus Syluius L. Alba XXXIX. Athys Ægyptius XXIIII. apys XXVIII. Capetus XIII. Tiberinus VIII. Agrippa XL. Romus vel Alla- us XIX. Auentinus XXXVII. Procas XXIIII. Amulius XLIIII. & Numitor. Amulij regnum ætatem ſtanneam annorum CCCCXXVII. finiuit. Sciendum verò eſt Amulij anno X. primam Olympiadem incepiſſe. Poſt eundem etiam Albanum Latinumque regnum deſijt, & nouum vnà cum ſeculo ferreo Romanorum incepit. Quidam vt prædiximus, aſſerunt Olympiadis ſeptimæ anno ſecundo Romulum Imperij Romani principium auſpicatum, cum quo ſimul ætas ferrea cœpit. Ea Romulus annis XXXVII. regnauit: deinde vacauit imperium anno vno, donec Olympiadis XVI. altero, Numa rex creatus, qui præfuit annis XLI. Poſt Numam conſequenter Olympiadis XXVI. anno quarto Tullus Hoſtilius rex electus annis XXXII. præfuit: hinc Ancus Martius Olympiadis XXXV. poſtremo, XXIII. Tarquinius Priſcus Olympiadis XL. vltimo XXXVII. Seruius Tullius Olympiadis XLIX. extremo XXXIII. deni q; Tarquinius Superbus Olympiadis LVIII. ſecundo, annis XXXV. ſic vt ætatis ferreæ ſub his ſeptem regibus anni fluxerint CCXL. Succeſsit demum plumbea, durauit DX. annis vſq; ad glorioſiſsimum natalem ſeruatoris humani generis Ieſu Chriſti, Regis regũ, Dominiq; poteſtatum omnium, à quò vera deinceps aurea incepit ætas. Plumbeam ętatem ita vocarunt propter grauitatem imperij Conſulum, item Iulij Cæſaris & Octauij Auguſti: cuius annos hoc modo numerant. Sub Cõſulibus, Tribunis Militaribus & Dictatoribus vſq; ad occupatam à Iulio Cæſare Monarchiã anni lapſi ſunt CCCCLXIIII. Iulius dein rerum potitus eſt annis quatuor, menſibus ſeptem, Auguſtus XLVI. de qua ſumma ſubductis annis ſenis, quibus poſt Chriſti Natalem imperauit, relinquuntur in totum ætatis plumbeæ quingenti decem, vti prædiximus. Conſules binos primùm populus creauit, pulſis Tarquinijs, anno primo Olympiadis LXVII. qui magiſtratus annis LVIII. ſtetit. Deinde forma reipub. ad X. viros cõmutata eſt. Hi rempub. bienno tenuere. Tum iterũ electi Conſules annis quatuor: dein creati tres Tribuni militares durauerũt menſibus quatuor: denuo Cõſules annis quinq;, menſib9 octo: iterũ tres Tribuni militares anno vnò: decætero Conſules annis quatuor: tres Tribuni militares duobus: Cõſules quinis: quatuor Tribuni militares tribus: Conſules vno: tres Tribuni militares vno: Conſules vno: quatuor Tribuni militares ſeptenis: Conſules quinis: tres Tribuni militares vno: quatuor Tribuni militares duobus: ſex Tribuni militares ternis denis: Cõſules duobus: ſex Tribuni militares quinis denis. Poſt hos reſpub. magiſtratu caruit quinquẽnio. Tũ viciſsim lecti ſex Tribuni militares annis quinque pfuerunt: Conſules hinc annis vno & quadraginta: Dictator ſine Conſulibus

vno, Coſules octonis· Dictator ſine Conſulibus vno· deniq; Conſules ann... LXVI. vſq; ad primũ CLXXXIII. Olympiadis, ab V.C. DCCLXVII· q... Cæſar imperium occupauit. Conſul es tamen electi poſtea quoque ſunt vſq... tempora Iuſtiniani Imperat. quemadmodũ nonnulli tradũt, qui poſtremos ... dorũ et Paulinum dicunt Olympiade CCCXXVIII. fuiſſe, anno ab V.C. ... XXXVII, & à C.N. DXXXVI. Diutius tamen Conſulum magiſtratũ du... tradunt alij. Tantæ fuit venerationis, vt omnes Imperatores vſq; ad Iuſtinianu... vti illi primi ſcriptores perhibent, Conſules eſſe voluerint· & quod inſcript... antiquæ multis in locis vrbis etiamnũ indicãt, pleriq; non ſemel, ſed iterum, &... pius. Hinc aliquos Imperatorũ Conſules decimum ſeptimũ fuiſſe cõſtat ex H... andri, Glareani, & Cõſtantij Phrigionis Conſulum Catalogis. Monarchia ... imperij Romani Cæſar aſſumpto perpetui Dictatoris titulo occupauit ann... mo CLXXXIII. Olympiadis vt p̄diximus, C. Claudio Marcello L. Lentulo ... ſcello Coſſ. ab exordio mũdi MMMCMXIIII. rerum potitus eſt annis tribus, vt alij, quatuor, & menſibus ſeptem. Eius obitum Reip. turbulentiſsima tempo... cõſecuta ſunt· dominationemq; Triumuiratu inter ſe diuiſere C. Cæſar Octa... M. Antonius, & M. Æmilius Lepidus, donec Olympiadis CLXXXIIII anno ... ro ſumma rerum ad Octauiũ & Antoniũ delata, penes eos annis XII. ſtetit. A... tremũ aũt Octauius ſolus Antonio deuicto Monarchiã tenuit annis XLIIII. ... ad ſecundũ Olympiadis CXCVIII. Eius anno XLIII. computatis etiã illis qu... vnà cũ Antonio dominatũ tenuit, Olympiadis CXCIIII. penultimo, ab V.C. ... CCLIII. ab initio mundi MMMCMLXI. Indictione V. Ieſus Chriſtus Dei fil... in terris hac noſtra fragili veſtitus carne ex puriſsimo Mariæ Virginis ſang... tracta, vt ætatis plumbeæ finem, & aureæ principium adferret apparuit. Initi... tur huic aureo fœliciſsimoq; ſeculo Ieſus Chriſtus verus Deus & homo ded... ius regni vt inquit propheta, non erit finis. Id enim in nobis dum in hoc mund... tam degimus, virtute fidei, ſpei, charitatis incipit· pijs & ſanctis actionib⁹ iuxta ... uinas promiſsiones acquiritur· & poſt hanc ærumnoſam vitã eſſentiæ diuinæ ... ctu completur, quo ſanctorũ animæ, beatiq; manes quàm abundantiſsimè ſat... tur. Natus itaq; Ieſus Chriſtus orbis Imperator ſummus & Põtifex ter Maxim... tẽpore quo prædictum eſt· & hac noſtra fragili vita triginta tribus annis functus, in cœlum rediens Vicarium mortalibus reliquit Petrum Galilæum· cuius ſucc... ſorum memoriam à Chriſto ſic ordiemur. Ieſus cum hominibus conuerſat... viam ad cœleſtem patriam docens annis XXXIII. Succeſsit Vicarius Simon ... trus Galilæus annis XXXII. menſibus VII. diebus octo· ſed in ſede Romana ... annis XXV. Secuti ſunt Petrum decætero hi.

Anni à C.N.	Numerus Pontif.		Anni Pontificatus.	Menſes.	Dies.
70	Secundus	Lin⁹ Volaterran⁹ Pontificatũ tenuit	XI	III	XX
81	Tertius	Cletus Romanus	XI	VII	...
83	IIII	Clemens Romanus	IX	VI	
103	V	Anacletus Græcus	IX	VII	
113	VI	Euariſtus Græcus	IX	III	
122	VII	Alexander Romanus	VII	V	
129	VIII	Sixtus Romanus	IX	X	
139	IX	Teleſphorus Græcus	X	VIII	
150	X	Higinius Græcus	IIII		

Pi...

Anni à C.N.	Numerus Pontif.		Anni Pontificatus.	Menſes.	Dies.
4	XI	Pius Aquileinſis	IX	V	
3	XII	Anicetus Syrus	IX	VIII	
3	XIII	Soter Fundanus	IX		
2	XIIII	Eleutherius Grçcus	XIIII	XI	
7	XV	Victor Afer	X	I	
07	XVI	Zephyrinus Romanus	VII		
4	X VII	Calixtus Romanus	VI	I	
20	XVIII	Vrbanus Romanus	IIII	VII	
25	XIX	Pontianus Romanus	IX	II	
34	XX	Antherus Græcus	V	V	
39	XXI	Fabianus Romanus	XIII		
52	XXII	Cornelius Romanus	II		
54	XXIII	Lucius Romanus	II	X	
57	XXIIII	Stephanus Romanus	VII	X	
65	XXV	Sixtus II. Athenienſis	I	XI	
67	XXVI	Dionyſius monachus	VI	III	
73	XXVII	Fœlix Romanus	II	V	
76	XX VIII	Eutychianus Lunenſis	I		
277	XXIX	Caius Dalmata	X	VIII	
288	XXX	Marcellinus Romanus	VI	XI	
294	Vacauit Pontificatus		VII	VI	
302	XXXI	Marcellus Romanus	V	I	
307	XXXII	Euſebius Græcus	III	VII	
311	XXXIII	Melciades Afer	IIII	II	
315	XXXIIII	Syluester Romanus	XXIII	X	I

Ab hoc primùm Pontifices Romani phrygiam itra cœperunt vti: omnesq́; præter Syluestrum ſuperiores, ob aſſertionem fidei in Christum, martyrium ſubierunt.

38	XXXV	Marcus Romanus	II	VIII	
341	XXXVI	Iulius Romanus	XV	V	
357	XXXVII	Liberius Romanus	VI	II	
363	XXXVIII	Fœlix II. Romanus	I		
364		Liberius iterum	VI		
370	XXXIX	Damaſus Hiſpanus	XVIII		
388	XL	Siricius Romanus	XIIII	III	
402	XLI	Anaſtaſius Romanus	III		
405	XLII	Innocentius Albanus	XV	II	
420	XLIII	Zozimus Græcus	II	VI	
423	XLIIII	Bonifacius Romanus	III	VII	
426	XLV	Cœleſtinus Campanus	VIII	V	
434	XLVI	Sixtus III. Romanus	IX		
443	XLVII	Leo Thuſcus	XX	X	
464	XLVIII	Hilarius Sardus	VI	III	
470	XLIX	Simplicianus Tyburtinus	XIIII	VII	
485	L	Fœlix III. Romanus	VI	XI	

Anni à C.N.	Numerus Pontif.		Anni Pontificatus.	Menſes.	Dies.
492	LI	Gelaſius Afer	VI	X	
499	LII	Anaſtaſius II. Romanus	I	IX	
501	LIII	Symmachus Sardus	XV	VII	
517	LIIII	Hormiſda Fruſinonius	XI		
526	LV	Ioannes Thuſcus	II	IX	
529	LVI	Fœlix IIII. Samius	IIII	II	
533	LVII	Bonifacius II. Romanus	I	XI	
535	LVIII	Ioannes II. Romanus	I	V	
	LIX	Agapitus Romanus		XI	XIX
538	LX	Sylverius Campanus	I	VII	
540	LXI	Vigilius Romanus	XVI	VI	
557	LXII	Pelagius Romanus	IIII	X	
562	LXIII	Ioannes III. Romanus	XIII	XI	
575		Vacauit Pontificatus		X	IX
576	LXIIII	Benedictus Romanus	IIII	II	
580	LXV	Pelagius II. Romanus	XI		
591	LXVI	Gregorius Romanus	XIII	VI	X
605	LXVII	Sabinianus	I	V	
606		Vacauit Pontificatus		XI	XXVI
607	LXVIII	Bonifacius III. Romanus		VIII	XXVIII
608	LXIX	Bonifacius IIII. Valerienſis	VI	V	
614	LXX	Deusdedit Romanus	III		
617	LXXI	Bonifacius V. Campanus	IIII	X	
622	LXXII	Honorius Campanus	XII	XI	
635		Vacauit Pontificatus	I	VII	
637	LXXIII	Seuerinus Romanus		XI	
638	LXXIIII	Ioannes IIII. Dalmata	I	IX	
640	LXXV	Theodorus Græcus	VI	V	
647	LXXVI	Martinus Tudertinus	VI	II	
653		Vacauit Pontificatus	I		
654	LXXVII	Eugenius Romanus	II	VI	
657	LXXVIII	Vitalianus Signinus	XIIII	VIII	
672	LXXIX	Adeodatus Romanus	IIII	II	
676	LXXX	Donus Romanus	II	I	
679	LXXXI	Agatho Siculus	II	VI	
682		Vacauit Pontificatus	I	VII	
684	LXXXII	Leo II. Siculus		X	
685		Vacauit Pontificatus		XI	XI
686	LXXXIII	Benedictus II. Romanus	I	X	XIII
687	LXXXIIII	Ioannes V. Antiochenus	I		
688	LXXXV	Conon Thrax		XI	
689	LXXXVI	Sergius Antiochenus	XII	VIII	
702	LXXXVII	Ioannes VI. Græcus	II	II	
704	LXXXVIII	Ioannes VII. Græcus	II	VII	
706	LXXXIX	Siſinius Syrus			XX

Con-

Anni à C.N.	Numerus Pontif.		Anni Pontificatus.	Menſes.	Dies.
707	XC.	Conſtantinus Syrus	VII	I	
714	XCI.	Gregorius II. Romanus	XV.	XX	
730	XCII	Gregorius III. Syrus	X	VIII	
741	XCIII	Zacharias Græcus	X	III.	
751	XCIIII	Stephanus II. Romanus	V		
756	XCV	Paulus Romanus	X	I	
766		Vacauit Pontif.	I		

quanquam nonnulli Conſtantinum hic interſerant qui Pontificatum vitio adeptus eſt.

767	XCVI	Stephanus III. Siculus	III	V	
771	XCVII	Adrianus Romanus	XXIII	XI	
795	XCVIII	Leo III. Romanus	XX	V	
815	XCIX	Stephanus IIII. Romanus		VII	
816	C	Paſchalis Romanus	VII	III	
823	CI	Eugenius II. Romanus	III		
826	CII	Valentinus Romanus		I	X
827	CIII	Gregorius IIII. Romanus	XVI		
843	CIIII	Sergius II. Romanus	III		
846	CV	Leo IIII. Romanus	VIII	III	
854		Ioãnes Anglicus ſexũ mẽtitus cũ eſſet fœmina.	II	VI	
856	CVI	Benedictus III. Romanus	II	VI	
859	CVII	Nicolaus Romanus	IX	IX	

Platina in huius Põtificis vita ſcribit, traditum à quibuſdam poſt Nicolai exceſſum ſedem Petri vacaſſe annis VIII. menſibus VII. diebus IX. cui rei tamen legentes ſupputatis Pontificum annis fidem vt videbitur addent vel adiment.

869	CVIII.	Adrianus II. Romanus	V	IX	
874	CIX	Ioannes VIII. Romanus	X		
884	CX	Martinus II. Gallus	I	V	
886	CXI	Adrianus III. Romanus	I		
887	CXII	Stephanus V. Romanus	VI		
893	CXIII	Formoſus	V		
898	CXIIII.	Bonifacius VI. Thuſcus			XXVIII
899	CXV	Stephanus VI. Romanus	I	III	
900	CXVI	Romanus Romanus		IIII	
900	CXVII	Theodorus II. Romanus			XX
901	CXVIII	Ioannes IX. Romanus	II		V
903	CXIX	Benedictus IIII. Romanus	III	IIII	
905	CXX	Leo V		I	X
906	CXXI	Chriſtophorus		VII	
907	CXXII	Sergius III. Romanus	VII	IIII	
914	CXXIII	Anaſtaſius III. Romanus	II	II	
916	CXXIIII	Landus Romanus		VI	
917	CXXV	Ioannes X	XII	II	
930	CXXVI	Leo VI. Romanus		VII	

Annià C.N.	Numerus Pontif.		Anni Pontificatus.	Menſes.	Dies.
931	CXXVII	Stephanus VII. Romanus	II	I	
933	CXXVIII	Ioannes XI. Romanus	IIII	X	
938	CXXIX	Leo VII. Romanus	II	VI	
941	CXXX	Stephanus VIII. Germanus	II	IIII	
944	CXXXI	Martinus III. Romanus	III	VI	
947	CXXXII	Agapitus II. Romanus	VII	IIII	
954	CXXXIII	Ioannes XII. Romanus	VIII	III	
962	CXXXIIII	Benedictus V. Romanus		VI	
963	CXXXV	Leo VIII.	I	IIII	
965	CXXXVI	Ioannes XIII. Romanus	VII	XV	
973	CXXXVII	Benedictus VI. Romanus	I	IIII	
975	CXXXVIII	Donus II. Romanus	I		
976	CXXXIX	Bonifacius VII.		VII	
977	CXL	Benedictus VII. Romanus	VIII	VI	
983	CXLI	Ioannes XIIII. Romanus		VIII	
984	CXLII	Ioannes XV. Romanus		IIII	
985	CXLIII	Ioannes XVI. Romanus	X	VI	
995	CXLIIII	Gregorius V. Saxo	II	V	
997	CXLV	Ioannes XVII. Gręcus		X	
998	CXLVI	Sylueſter II. Gallus	IIII	I	
1001	CXLVII	Ioannes XVIII		X	
1002	CLXVIII	Ioannes XIX. Romanus	IIII	IIII	
1007	CXLIX	Sergius IIII. Romanus	II	VII	
1010	CL	Benedictus VIII. Thuſculanus	XI	I	
1021	Vacauit Pontificatus		I		
1022	CLI	Ioannes XX. Romanus	XI		
1033	CLII	Benedictus IX. Thuſculanus	XIII	III	
1045	CLIII	Sylueſter III. Romanus		III	
1046	CLIIII	Gregorius VI	II	III	
1048	CLV	Clemens II.		IX	
	CLVI	Damaſus II. Bauarus			XXVI
1049	CLVII	Leo IX. Germanus	V	II	
1054	CLVIII	Victor II. Bauarus	II	VIII	
1057	CLIX	Stephanus IX. Lotharingus		X	
1058	CLX	Benedictus X. Campanus		IX	XX
1059	CLXI	Nicolaus II. Allobrox	II	VI	
1062	CLXII	Alexander II. Mediolanenſis	XI	VI	
1074	CLXIII	Gregorius VII. Soanenſis	XII	I	
1086	CLXIIII	Victor III.	I		
1087	Vacauit Pontificatus			V	
1088	CLXV	Vrbanus II.	XII	IIII	
1100	CLXVI	Paſchalis II. Flaminius	XVIII	VI	
1117	CLXVII	Gelaſius II. Caietanus	I		
1119	CLXVIII	Calixtus II. Burgundus	V	X	
1125	CLXIX	Honorius II. Bononienſis	V	II	
1130	CLXX	Innocentius II. Romanus	XIII	VIII	

Annià C.N.	Numerus Pontif.		Anni Pontificatus.	Menſes.	Dies.
1143	CLXXI	Cœleſtinus II. Tifernas		V	
1144	CLXXII	Lucius II. Bononienſis		XI	
1145	CLXXIII	Eugenius III. Piſanus	VIII	VII	
1154	CLXXIIII	Anaſtaſius IIII. Romanus	I	IIII	
15	CLXXV	Adrianus IIII. Anglicus	IIII	X	
60	CLXXVI	Alexander III. Senenſis	XXI	XI	
82	CLXXVII	Lucius III. Lucenſis	IIII	II	
86	CLXXVIII	Vrbanus III. Mediolanenſis	I	X	
87	CLXXIX	Gregorius VIII. Beneuentanus		I	
1188	CLXXX	Clemens III. Romanus	III	V	
1191	CLXXXI	Cœleſtinus III. Romanus	VI	VIII	
1198	CLXXXII	Innocentius III. Anagninus	XVIII	IIII	
1216	CLXXXIII	Honorius III. Romanvs	X	VII	
1227	CLXXXIIII	Gregorius IX. Agnaninus	XIIII	III	
1240	CLXXXV	Cœleſtinus IIII. Mediolanenſis			XVIII
1242	Vacauit Pontificatus		I	IX	
1243	CLXXXVI	Innocentius IIII. Genuenſis	II	VI	
1254	Vacauit Pontificatus		II		
1256	CLXXXVII	Alexander IIII. Anagninus	VI	VI	
1263	CLXXXVIII	Vrbanus IIII. Gallus	III	I	
1265	Vacauit Pontificatus			VI	
1266	CLXXXIX	Clemens IIII. Narbonenſis	III	IX	
1270	Vacauit Pontificatus		II	II	
1272	CXC	Gregorius X. Placentinus	IIII	II	
1270	CXCI	Innocētiꝰ V. Burgūdꝰ ex ordine pdicat.		VI	
1277	CXCII	Adrianus V. Genuenſis		I	
	CXCIII	Ioannes XXI. Vlyſipponenſis		VIII	
1278	Vacauit Pontificatus			VI	
1279	CXCIIII	Nicolaus III. Romanus	III	VII	
1281	Vacauit Pontificatus			V	
1382	CXCV	Martinus IIII. Gallus	IIII	II	
1286	CXCVI	Honorius IIII. Romanus	I		
1297	Vacauit Pontificatus			X	
1288	CXCVII.	Nicolaꝰ IIII. Aſculanꝰ ex ordine Minorū	IIII	I	
1292	Vacauit Pontificatus		II	III	
94	CXCVIII	Cœleſtinus V. Æſerninus		VI	
1295	CXCIX	Bonifacius VIII Anagninus	VIII	IX	
1304	CC	Benedictꝰ XI. Taruiſinꝰ ex ordine prædicat.		VIII	
1305	Vacauit Pontificatus		I	I	
1306	CCI	Clemens V. Vaſco	VIII	X	
	Sub hoc Pontifice ſedes Pontificatus Romani in Galliā tranſlata eſt.				
15	Vacauit Pontificatus		II		
317	CCII	Ioannes XXII. Gallus	XVIII	IIII	
335	CCIII	Benedictus XII. Toloſanus	VII	III	
1342	CCIIII	Clemens VI. Lemouicenſis	X	VI	

Anni à C.N.	Numerus	Pontif.	Anni Pontificatus.	Menſes.	Dies.
1353	CCV	Innocentius VI. Lemouicenſis	IX	VIII	
1363	CCVI	Vrbanus V. Lemouicenſis	VIII	IIII	
1371	CCVII	Gregorius XI. Lemouicenſis	VII	V	
1376	Sedes Pontificatus Romam ex Gallia reducta.				
1379	CCVIII.	Vrbanus VI. Neapolitanus	XI	VIII	
1391	CCIX.	Bonifacius IX. Neapolitanus	XIIII	IX	
	Non dicemus hîc eos qui per ſchiſma Pontifices vitio facti cum ve-ris concurrerunt· ſed iuſtos Pontifices duntaxat recto ordine enu-merabimus.				
1405	CCX	Innocentius VII. Sulmonenſis	II		
1407	CCXI.	Gregorius XII. Venetus	II	VII	
1410	CCXII	Alex. V. Cretenſis ex ordine Minorum		XI	
1411	CCXIII.	Ioannes XXIII. Neapolitanus	IIII	X	
1416	Vacauit Pontificatus		II	VI. ob Con-cilium Conſtantienſe quo tres Pontifices ſimul depoſiti.	
1418	CCXIIII.	Martinus V. Romanus	XIII	III	
1431	CCXV	Eugenius IIII. Venetus	XVI		
1447	CCXVI	Nicolaus V. Sarzanæus	VIII.		
1455	CCXVII	Calixtus III. Hiſpanus	III	III	XVI
1459	CCXVIII.	Pius II. Senenſis	VI	XI	
1465	CCXIX	Paulus II. Venetus	VI	X	
1471	CCXX	Sixtus IIII. Sauonenſis ex ordine Minorum	XIII		
1484	CCXXI	Innocentius VIII. Genuenſis	VII.	XI	
1492	CCXXII	Alexander VI. Hiſpanus	XI		
1502	CCXXIII	Pius III. Senenſis			XXVII
1505	CCXXIIII	Iulius II. Sauonenſis	X·		
1513	CCXXV	Leo X. Florentinus	VIII	VIII	XX
1522	CCXXVI.	Adrianus VI. Flander	I	VIII	II
1523	CCXXVII	Clemens VII. Florentinus	X	X	
1534	CCXXVIII.	Paulus III. Romanus			

Pontificibus Romanis Petri ſucceſſoribus & Chriſti Vicarijs or-ne vti apparet cõmemoratis · qua in re quanquam variè admodum à ſcriptoribus ſupputari tempora ſoleãt, nos tamen illos potiſsimũ ſecuti ſumus qui rectiùs exactiusq; viſi ſunt ſcripſiſſe · memoriamq; etiam eorum prætermiſimus, qui vitio Põtificatum adepti cẽſentur deinceps Imperatores quoq; Romanos qui Italiæ vrbisq; Romæ imperium habuerunt dicere aggrediemur·exordium ab C. Iulio Cæ-ſare facturi, quem anno primo CLXXXIII. Olimpiadis, ab V. DCCVI, à primordio mundi MMMCMXIIII. C. Claudio Marcel-lo, L. Lentulo Cruſcello Coſſ. cum Perpetuæ Dictaturæ titulo Do-minatum occupauiſſe prædiximus. Rerũ itaq; potitus eſt C. Iulius Cęſar primus annis III. Menſibus VII. Vacauit inde Imperium annis XII. Succeſsit tum anno ab V. C. DCCXXIII. C. Cæſar Octauianus Auguſtus ſolus· & imperauit annis X L IIII. Menſibus VI. Sub eius

Monar-

Anni ab V.C.	A.C.N.	Numerus Imperat.		Anni regni.	Menſes.	Dies.
		Monarchia Olympiadis CXCIIII. anno quarto, ab V. C. DCCLIII. ab exordio mũdi MMMCMLXI. Indictione quarta natus eſt Ieſus Chriſtus Dei filius: quamobrem decętero etiam annos ab illius natali in Imperatoribus recenſendis numerabimus.				
DCCLX	16	III.	Claudiꝰ Tiberiꝰ Nero Cæſar	XXII	VII	
DCCXC	38	IIII	C. Cæſar Caligula	III	X	VIII
DCCXCIIII	42	V.	Tib. Claudius Cæſar	XIII	VIII	XIX
DCCCVIII	56	VI	Cl. Domitius Nero Cæſar	XIIII	VII	VIII
DCCCXXII	70	VII	Ser. Sulpicius Galba Cæſ.		VII	
DCCCXXII	70	VIII	M. Syluius Otho Cæſar		III	V
		IX	A. Vitellius Cæſar		VIII	X
DCCCXXIII	71	X	F. Veſpaſianus Phalacrius	X		
DCCCXXXIII	81	XI	Tit. Veſpaſianus Cæſar	II	II	XX
DCCCXXXV	83	XII	Fl. Domitianus	XV	V	
DCCCL	98	XIII	Cocceius Nerua	I	IIII	
DCCCLI	99	XIIII	Vlpius Traianus Hiſpanus	XIX	VI	
DCCCLXXI	119	XV	Aelius Hadrianus	XX	XI	
DCCXCII	140	XVI	Tit. Aelius Aurelius Fuluius Boionius			
			Hadrianus Antoninus Pius	XXIII	III	
CMXV	163	XVII	M. Aelius Aurelius Antoninus Philoſophus			
			cum L. Aelio Commodo Vero	XI		
CMXXVI	174		M. Aeliꝰ Aurel. Antoninꝰ Philo. ſolꝰ	VII	I	
CMXXXIII	181		M. Aelius cum Commodo	III		
		XVIII	L. Aeliꝰ Aureliꝰ Antoninꝰ Cõmodꝰ	X		
CMXLVI	194	XIX	P. Heluius Pertinax		II	XXV
		XX	Didius Iulianus		II	
CMXLVII	195	XXI	L. Septimius Africanus, cum M. Baſsiano			
			Antonino Caracalla filio	XVIII		
CMLXII	213	XXII	M. Baſsianꝰ Antoniñꝰ Caracalla.	VI	II	
CMLXXI	219	XXIII	Opeliꝰ Macrinꝰ cum Diadumeniano			
			Antonino	I	II	
CMLXXII.	220	XXIIII	M. Antoninus Heliogabalus	IIII		
CMLXXVI	224	XXV	Aureliꝰ Alexãder Seuerꝰ, Syrus	XIII		
CMLXXXIX	237	XXVI	Iul. Maximinꝰ cũ filio Maximo Thrax	III		
CMXCII	240	XXVII	Balbinus cũ Pupieno Maximo	I		
CMXCIII	241	XXVIII	Gordiani tres, pater, filiꝰ, nepos	VI		
CMXCIX	247	XXIX	M. Iul. Philip. Arabs, cũ Philip. filio	V		
MIIII	252	XXX	M. Q. Traianꝰ Deciꝰ cũ filio, Pãnoniꝰ	II		
MVI	254	XXXI	C. Vibius Trebonianus Gallus cum			
			C. Vibio Voluſiano filio	II		
		XXXII	Aemilianus Libicus		III	
MVIII	256	XXXIII	P. Cornelius Licinius Valerianus cum			
			Gallieno filio	XV		
		Circa hæc tempora imperium Rom. inuaſerũt XXX. Tyranni				
MXXIII	271	XXXIIII	M. Aurelius Claudius II. Dalmata	I	VIII	

Valerius

Anni ab V.C.	A.C.N.	Numerus Imperat.		Anni regni.	Menſes.
MXXV	273	XXXV.	Valerius Aurelianus Pãnonius	V	VI
MXXXI	279	XXXVI.	P.Annius Tacitus		VI
		XXXVII	M.Annius Florianus	II	
		XXXVIII	M.Aurelius Probus Pãnonius	VI	IIII
MXXXVIII	286	XXXIX	M.Aurelius Carus Narbonenſis cum Numerian Carino filijs	II	
MXL	288	XL	C.Aurelius Valerius Diocletianus Iouius, Dalmata, cum Maximiano Herculeo	XX	
MLX	308	XLI	Conſtantius Chlorus		
		XLII	Galerius Maximianus	II	
		XLIII	M.Flauius Valerius Conſtantinus & Maximianus Galerius	XXX	X
		XLIIII	Maxentius		
		XLV	M.Iulius, Licinius Licinianus		
		XLVI.	Maximinus. Cum his vnà Conſtantinus rerum po eſt annis XVII. menſibus X. deinde verò ſolus annis XIII.		
MLXXX	328		M.Flauius Valerius Cõſtantinus Magnus	XIII	X
			Is Bizantium in Græcia inſtaurauit, dixitq́; à ſe Conſtantino qua in vrbe reliquam dein exegit ætatem.		
MXCIII	341	XLVII	Conſtantinus II. cum Conſtantio & Conſtante		
MXCV	343	XLVIII	Conſtantius & Conſtans	X	
MCVI	354	XLIX	Conſtantius ſolus	XI	V
MCXVII	365	L	Fl. Claudius Iulianus	I	VII
MCXIX	367	LI	Iouianus Pannonius		VII
MCXX	368	LII	Fl. Valẽtinianꝰ cũ F. Valẽte frẽ. Pãnon.	III	
MCXXII	370	LIII	Fl. Valẽtinianꝰ. Fl. Valẽs. Fl. Gratianꝰ	VIII	
MCXXX	378	LIIII	Fl.. Valẽs. Fl. Gratianꝰ. Fl. Valẽtinianꝰ	IIII	
MCXXXIIII	382	LV	Fl. Gratiaſius. Fl. Valentinianus	I	
MCXXXV	383	LVI	Fl. Gratianꝰ. Fl. Valẽtinianꝰ & Theodoſiꝰ.	V	
			Theodoſius Hiſpanus ſolus	II	
			Theodoſiꝰ cũ Arcadio & Honorio filijs	III	
MCL	398	LVII	Arcadius & Honorius	VII	
			Arcadiꝰ & Honoriꝰ cũ Theodoſio Iuniore.	VI	
MCLXIII	411	LVIII	Honorius cum Theodoſio	XVI	
MCLXXIX	427	LIX	Theodoſiꝰ cũ Valentiniano filio	XXVI	
MCCV	453	LX	Valẽtinianꝰ III. cũ Fl. Valerio Martia.	V	
MCCIX	457	LXI	Fl. Martianus ſolus	II	
MCCXII	460	LXII	Fl. Valeriꝰ Leo, Græcꝰ, cũ Maioriano.	IIII	
			Fl. Leo cum Seuero	IIII	
			Fl. Leo cum Anthemio	I	
			Leo ſolus	VII	
MCCXXVIII	476	LXIII	Leo Iunior cũ Fl. Valerio Iſaurico Zenone.	I	
MCCXXIX	477	LXIIII	Fl. Valeriꝰ Zeno Iſauricus, ſolus	XVI	
MCCXLV	493	LXV	Fl. Valerius Anaſtaſius	XXVI	
MCCLXXII	519.	LXVI	Fl. Iuſtinus Thrax	VIII	

Fl. Vale-

Anni ab V.C.	A.C.N.	Numerus Imperat.		Anni regni.	Menſes.	Dies.
MCCLXXX	528	LXVII	Fl. Valerius Iuſtinianus	XXXVIII		

Quidã octauo anno Iuſtiniani, qui Olympiadis CCCXXVIII. tertius, ab V.C. MCCLXXXVI. poſt exactos reges MXXIII. à C. N. 536. fuit, Conſules creari deſijſſe ſcribunt vltimoſq; fuiſſe Iuſtinianũ Aug. IIII. & Theodorum Paulinum. Alij tamen etiam multo tempore Conſulum magiſtratum exinde durauiſſe tradiderunt.

MCCCXVI	566	LXVIII	Fl. Valerius Iuſtinꝰ II. Illyricꝰ	XI		
MCCCXXVII	577	LXIX	Tiberius Conſtantinꝰ II. Thrax	VII		
MCCCXXXIIII	584	LXX	Mauritius Cappadox	XX		
MCCCLV	604	LXXI	Phoca	VIII		
MCCCLXIIII	612	LXXII	Heracliꝰ Sergiꝰ Cõſtantinopolita.	XXIX		

Huius Imperatoris temporibus Mahumetes primùm extulit caput, anno à C.N. 621.

MCCCXC	640	LXXIII	Conſtantinus III.		III	
MCCCXC	641	LXXIIII	Martina cum Heraclione filio	I	IX	
MCCCXCIIII	643	LXXV	Conſtans II.	XXVII		
MCCCCXXI	670	LXXVI	Conſtantinus IIII.	XVII		
MCCCCXXXVIII	697	LXXVII	Iuſtinꝰ II. vel ut alij Iuſtinianꝰ II.	X		
MCCCCXLVIII	687	LXXVIII	Leontius vel Leo II.	III		
MCCCCLI	700	LXXIX	Tiberius II. Apſimarus	VII		
MCCCCLVIII	707	LXXX	Iuſtinus II. iterum	VI		
MCCCCLXIIII	713	LXXXI	Philippus Bardanus	II		
MCCCCLXVI	715	LXXXII	Anaſtaſius Anthemius II.	III		
MCCCCLXVIII	718	LXXXIII	Theodoſius III. Atrametinus	I	IX	
MCCCCLXIX	719	LXXXIIII	Leo III. Syrus, cum filio	XXIIII		
MCCCCXCIII	743	LXXXV	Conſtantinus V. Copronimus	XXXV		
MDXXVII	778	LXXXVI	Leo IIII	V		
MDXXXII	783	LXXXVII	Conſtantinus VI. cũ Irene matre	XIX		

Hoc tempore Leo III. Pontif. Max. Imperium Romanum Occidenti reſtituit creatusq; eſt Imperator Romanorum Carolus Magnus Germanus, Franciæ Germaniæq; Rex in cuius familia deinde poſſeſsio imperij continuata eſt annis ferè centum, vti apparebit. Itaq; ſic maxima Italiæ pars tum adempta ditioni Imperatorum Conſtantinopolis, præcipueq; Romani, ſuccedentibus cum Carolo Magno etiam decætero alijs hoc ordine.

MDLII	802	LXXXVIII	Carolus Magnus	XIIII		
MDLXVI	816	LXXXIX	Ludouicꝰ Piꝰ cũ Lothario filio	XXV		
MDXCI	841	XC	Lotharius ſolus	XV		
MDXCII	856	XCI	Ludouicus II.	XXVIII		
MDCXXVIII	877	XCII	Carolꝰ II. Caluꝰ, cũ Ludouico III. Balbo II.			
MDCXXX	879	XCIII.	Carolus III. Craſſus	XII		
MDCXXXIX	891	XCIIII	Arnulphus	XII		
MDCLII	903	XCV	Ludouicꝰ III. vltimꝰ ex ſtirpe Caroli Magni	X		
MDCLXIIII	912	XCVI	Conradus Dux Auſtriæ	VII		
MDCLXXI	920	XCVII	Henricus Dux Saxoniæ	XVIII		

Circa

Anni ab V.C.	A.C.N.	Numerus Imperat.		Anni regni.	Menſes.
			Circa hæc tempora tyranni aliquot ſub Ludouico tertio pri ac poſtea, Imperium Italiæ vſurparunt, nimirum hi		
			Berẽgariꝰ I. Dux Foriiulij, q tyrãnidẽ annis IIII. exe		
			Guido Dux Spoletinus		
			Berengarius II.	III	
			Rodulphus Dux Burgundiæ	III	
			Hugo Dux Arelatenſis	X	
			Lotharius Hugonis filius	II	
			Berẽgarius III. cũ Adalberto filio	XI	
			Tenuere hi Italiæ imperiũ vſq; ad Othonis tẽpora Henrici Saxon Ducis filij, qui Romanorũ Imperator apud Aquiſgranũ creatus		
MDCLXXXVIII	938	XCVIII	Otho primus, Henrici filius	XXXVI	
MCCDXXVI	974	XCIX	Otho II. Othonis primi filius	X	
MDCCXXXV	984	C	Otho III. Othonis II. filius	XIX	
MDCCLII	1003	CI	Henricus II.	XX	V
	1004		Hoc tempore Principes Electores ab Ioanne XIX. Pontif. Max. ſtituti ſunt, quanquam hoc alij Gregorio V. tribuant.		
MDCCLXXVI	1025	CII	Conradus II. Sueuus	XV	
MDCCXCI	1040	CIII	Henricus III. Conradi filius	XVII	
MDCCCVIII	1057	CIIII	Henricus IIII. tertij filius	L	
MDCCCLVIII	1107	CV	Henricus V. quarti filius	XX	
MDCCCLXXVIII	1127	CVI	Lotharius II. Dux Saxoniæ	XI	
MDCCCLXXXIX	1138	CVII	Conradus III. Sueuus	XV	
MCMIII	1153	CVIII	Fridericus Ænobarbus Sueuus	XXXVII	
MCMXL	1190	CIX	Henricus VI	X	
MCMLI	1200	CX	Philippus	IX	
MCMLX	1209	CXI	Otho IIII.	III	
MCMLXIII	1212	CXII	Fridericus II:	XXXIII	
			Interregnum annis XXVIII. quoniam in Concilio Lugdunenſi derico imperium erat abrogatum.		
MMXXVI	1273	CXIII	Rodulphus Aldenburgius	XIX	
			Interregnum	I	
MMXLVI	1293	CXIIII	Adulphꝰ ſeu Aſtulphꝰ Comes Naſſouiꝰ	VI	
MMLII	1299	CXV	Albertus Dux Auſtriæ	X	
MMLXII	1309	CXVI	Henricus VIII. Dux Lucelburgius	IIII	IX
			Interregnum	I	
MMLXVIII	1315	CXVII	Ludouicꝰ IIII. Dux Bauariæ: impio motꝰ	XXXII	
MMC	1347	CXVIII	Carolus IIII. cum VVenceſlao	XXXII	
MMCXXXIII	1379	CXIX	VVenceſlaus ſolus Rex Boihemiæ	XXII	
MMCLV	1401	CXX	Robertus Dux Bauariæ	X	
MMCLXVI	1411	CXXI	Sigiſmundus Rex Vngariæ	XXVII	
MMCLXIIII	1438	CXXII	Albertus II Dux Auſtriæ	II	
MMCXCVI	1440	CXXIII	Fridericꝰ III. Dux Auſtriæ cũ Maximiliano	XLVII	
MMCCXLIII	1487	CXXIIII	Maximilianus ſolus	XXXIII	
MMCCLXXVI	1519	CXXV	Carolus V. Archidux Auſtriæ, Rex Hiſpaniæ,		

cum

cum fratre Ferdinando Vngariæ, Boihemiæ, Romanorumq́; rege.

Ex hac Regum, Conſulum, Tribunorum militarium, Dictatorum, Imperato-
rum, nec non Pontificum enumeratione, quis Romam, Latium, ac vniuerſam pe-
ne Italiã ad hæc vſq; tempora gubernauerit, nemini puto nõ ampliſsimè liquebit.
Quanq̃ verò nunc reliquum adeoq́; conſequens videatur homines egregios exi-
miosq́; cómemorare omnes, quorum ſingularis virtus, inclytaq́; gloria vrbem il-
luſtrauit, tamen ſi in hoc altiſsimum pelagus ingredi vellemus, ob infinitam eorũ
multitudinẽ, qui tã ex antiqua memoria, quã ex recẽti recenſendi eſſent, emergẽdi
facultatẽ nobis defuturã vereremur. Et vt ita meritò exiſtimemus, faciunt equidẽ
tot integra de illis volumina tũ veterũ, tum recentiorũ auctorũ perſcripta, veluti
Dionyſij Halicarnaſſei, Polybij, Thucydidis, Liuij, Trogi, Taciti, Valerij Maxi
mi aliorũq́; multorũ antiquæ memoriæ, recentis etiã vt Leonardi Aretini, Blõdi,
Sabellici, Poggij, Corij, Platinę, plurimorumq́; ſimiliũ. Verũenimuero quot Cõ-
ſules Dictatoresq́;, totidẽ fortiſsimos Duces Romã tuliſſe exiſtimari poteſt. Impe
ratores, aliosq́; viros præclariſsimos atq; ſapientiſsimos, tot gentium ac nationũ
victores ea natos dignè haud poſſumus appellare: quibus nulla prope parte diſsi-
miles etiã hac ætate noſtra plurimos habuit, inter quos in primis Proſper, Fabrici
us, Marcus Antonius, Mutius Colũnæ, Virginius, Paulus, Fabius, Rentius Vrſini,
cũ multis ꝑterea tã ijs ex familijs, q̃ alijs, vtpote Cæſarinorũ, Farneſiorũ, Sauellio-
rũ, Vallenſiũ, Sancruciorũ, Creſcentiorũ, aliarumq́; compluriũ. Præter Pontif. e-
tiam, Max. qui XCVII fuerũt, vti ex Catalogo apparet, ingentẽ omnino Cardina
lium, Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, cæterorumq́; ſummorũ
Præſulum multitudinem hac vrbe genitam reticemus, doctos etiam homines, pri
mariasq́; fœminas ſilentio præterire cogimur, & inter alias hiſce temporibus ſin-
gularem & pereruditã fœminam Victoriam Columnam, cum vita laudatiſsima,
tum doctrina memorabilem. Hæc de Roma quondã orbis Imperatrice ſatis ſint,
tempusq́; eſt regionis inſtitutam deſcriptionem repetendi. Perſequemur autem
loca ſingula quæ iuxta litus Tyrrhenum ſunt priùs, quàm ad mediterranea de-
ueniamus.

LATIVM LITORALE.

ROma P.M. fere XXII. ad fauces Tiberis, dextrà, vetus ciuitas Oſtia eſt, ita
Straboni, Plinio, Melæ, Dionyſio, Tacito, Solino, Antonino, Ptolemæo, cæ
terisq́; multis ſcriptoribus appellata. Cõdidit eã hîc Ancus Martius in limo Tibe
ris aquis allato, quemadmodũ Strabo, Plinius, Mela, Dionyſiusq́; ſcribũt. Sub
ijcit etiam Dionyſius, a olim naues hîc in alto (quod & hodie fit) exonerare opor a. lib. 3.
tuiſſe propter vada, quò merces deinde Romam nauigijs paruis vel remis vel fu-
nibus aduerſo Tiberi ſubueherentur. Murum oppido primùm circundedit vt re-
fert Dionyſius, eſtq; à nobis dictum, Ancus Martius, Oſtiæ nomine à loci ipſa con
ditione tanquam oſtij indito (græci θύρα dicunt) cum illo tempore Portus Roma-
nus nondum eſſet conditus, quem multis pòſt annis Claudius Imperator fecit, vt
antè in Hetruria ſcripſimus. Mentionem vrbis huius Dionyſius ſæpe facit, & item
Liuius b, quẽadmodũ ab Anco Martio cõdita fuerit cõmemorãs. Poſt multa dein b. lib. 1.
de ſecula magnificentiſsimis ac ſumptuoſiſsimis nitentem ædificijs Saraceni dirue
rũt, Leo IIII. Pont. Rom. colonis aliquot ex Corſica incolẽdã datã inſtaurauit. Sed
& poſtea Martinus V. ex Colũnia gente Pont. Max. arcẽ ad Portus vrbisq́; Romæ
tutelã ibi muniuit, at à Iulio II. deniq; multo munitior vt nũc apparet, eſt reddita.

Mirum

Mirũ ſi id cogites videri profectò oporteat, nullas propemodum ex tot ſplendiſsi
mis olim vrbis ędibus hac ætate ſupereſſe. Cęlum habet vitioſum & graue: quamo
brem immunitatem Oſtienſibus olim à SPQR. conceſſam tradunt. Ager eius pe-
pones abundè fert: quorũ vt Capitolinus prodidit, Claudius Albinus Imperator
vno prandio denos abſumebat. Poſt Oſtiam Antiũ vrbs (nunc Caput Antij) erat
a.lib.8. olim auctore [a] Liuio Romanorũ colonia: cuiꝰ quoq; Tacitꝰ [b] & Appianus [c] Alex
b.li.3.et 14. andrinꝰ meminerũt. Polybius [d] item de Antiatibꝰ refert: & Philoſtratꝰ [e] volumen
Antij oppido Italiæ maritimo narrat aſſeruatũ, quo Pythagoræ quædã dogmata
c.lib.1. perſcripta dicebãtur: eaq; de cauſa celebre nomẽ illam vrbẽ habuiſſe. Plinius An-
d.lib.3. tium ait Latinorũ oppidũ in rupe ſitum, CCLX. nempe ſtadijs ab Oſtia vt Strabo
e.de uita Appolloнij lib.8. ſcribit. Vocatũ ſic ab vno ex Vlyſsis & Circes filijs Dionyſius [f] ex auctore Xena-
gora prodidit. Alibi quoq; ſcribit Antiũ ſuis temporibꝰ nullũ habuiſſe portũ:
f.lib.1. incolas ſumptuosè tantum ædificandi ſtudio vacauiſſe: quõdam tamen & ope[...]
dediſſe rei maritimæ quando ſimul cum Hetruſcis infeſtum mare pyratici[...]
gijs habebãt, quanq̃ ſub imperio ditioneq; Romanorũ eſſent conſtituti: cõpr[...]
ſos aũt cũ ab Alexandro Epirotarũ rege, tũ à Demetrio eius ſucceſſore Roma m[...]
ſos: regibꝰ in Senatu per legationes exponẽtibꝰ noxios in gratiam cõmunis Roma-
norũ & Græcorũ originis populo Romano cõdonari, cæterum auctoritate ma[...]
ſtateq; Senatus cui tota parẽret Italia, perindignũ, eiuſmodi prædones ad iniuria
omnium maritimarũ vrbium & Gręcię cõmunis patrię, ferri, pręſertim Antiates,
qui medio ſuo foro tẽplũ Caſtori Pollucią; dicauiſsẽt, eosq; tanq̃ peculiaria nu-
mina religiosè inprimis colerẽt: et hac de cauſa cõmotũ grauiter ait Senatũ Anti-
atibꝰ vt à rapinis in poſterũ abſtinerẽt, vindicta graui ꝓpoſita edixiſſe. Quin et idẽ
g lib.7. Dionyſius [g] alibi Volſcorum vrbem Antium perhoneſtam & re maritima poten-
& 8. tem fuiſſe ſcribit: captas etiam naues eius XX. cum triremibus duabus à Roma-
nis, quòd aduerſus decreta prædarẽtur. Fuit hîc celeberrimum Fortunę templum
de quo cum Tacitus memorat tum etiam Horatius [h] ad Fortunam inquiens,

h.lib.3. annal 6. lib.1.Od.

> O Diua gratum quæ regis Antium,
> Præſens vel imo tollere de gradu
> Mortale corpus, vel ſuperbos
> Vertere funeribus triumphos.
> Te pauper ambit ſollicita prece
> Ruris colonus: te dominã æquoris, &c.

Dionyſiꝰ etiã multis in locis
Antiatiũ meminit vnà cũ Liuio, qui tam inſolẽtes & audaces memorat, vt lega-
i.lib.8. tos è Sicilia cũ frumẽto Romã miſſos interciperent. Dionyſiꝰ [i] Martiũ Coriolanũ
k.lib.9. Antij vrbe Volſcorũ exulauiſſe: pterea deditione captũ Antiũ à T. Quinctio Con
l.lib.8. ſule, populoq; Romano partẽ agri eius attributã alibi [k] refert. Liuiꝰ [l] Antiũ, Ar-
tiã, & Lauiniũ vrbes à Mario captas narrat. Inſtaurauit Antiũ Cl. Nero colonis
impoſitis & portu operis ſumptuoſiſsimi facto: qui nõ in alia re dãnoſior q̃ in ędi
ficãdo, ait Suetoniꝰ, cũ in hoc ope, tũ in alijs diuerſis, totiꝰ imperij cẽſum & theſau
ros abſumpſit, adeo vt exhauſtꝰ, repẽtina ſpe cuiuſdã indicio pollicẽtis immẽſas et
recõditas opes Didonis in Africa vaſtiſsimis ſpecubꝰ abditas, illudi quoq; ſibi pa
teretur. Tacitꝰ [m] eidẽ Antij filiã ex Poppęa natã, Auguſtãq; dictã ſcribit. Liuiꝰ An-
m.lib.15. tiũ immune cũ Oſtia factũ narrat, quo tẽpore cũ Romanis in Italia bellũ gerebat
Annibal, vt illo beneficio deuinctę ciuitates in fide Populi Rom. cõſtãtiores, & in
auxilio ferẽdo prõptiores eſsẽt. Pauciſsima nũc eiꝰ ſupſunt veſtigia: Blõdꝰ aũt iuxta
litus

ficiorum ruinas in ſyluis apparere ſcribit, è quibus non difficulter vrbis ampli
do vetus æſtimari queat. Neptunium dein oppidum ditionis Columnarum pro
Antij deſolationem hîc in litore conditum, aut veriùs inſtauratum· quod ve-
ris Italiæ quondam hac parte terminus fuit, vti ſuperius ex Dionyſio, qui Ne-
tuniam vocat, demonſtrauimus. Neptunienſes hoc tempore quanquam fertilem
rum habeant, & vino frumentoq; abundantem, vt plurimum tamen aucupio ac
cationi vacant, propter loci ad ea ſtudia opportunitatem: litus enim omne ſpa
P.M.XVIII. vſq; Lauinium, ſaltus vepreſq; continuos habet, aprorum, capreo
rum, leporumq; venationibus aptos. Palumbes & coturnices magna frequen-
certis anni temporibus, præterea quoniam mare glareoſum habent, optimos
nerosiſsimosq; piſces capiunt. Inter Oſtiam & Antium Ardea, quondam Ruti-
rum vrbs à mari LXX. ſtadijs vt tradit Strabo, ab vrbe Roma C LX. Veteribus
bus, Straboni, Dionyſio, Melæ, Solino, Ptolemæo cæteriſque ſic appellatur.
naen Perſei matrem Plinius, ſed aliter ex Xenagora Dionyſius[a] vnum ex Vlyſ- a.lib.1.
& Circes filijs conditorem eius aſſerit. Nomen ab ardeæ auis augurio deſum-
Virgilius[b] his verſibus indicat, vti & ibi Seruius cum Igini teſtimonio con- b.lib.7. Aeneid.
at

Audacis Rutuli ad muros, quam dicitur vrbem
Acriſionæis Danaë fundaſſe colonis
Præcipiti delata Noto · locus ardea quondam
Dictus auis, & nunc magnum manet Ardea nomen.

Annotat etiam Ser-
s fabulam eſſe quam refert in opere Metamorphoſeos Ouidius, Ardeam ab
Ænea combuſtam in auem ardeam mutatam. Quibuſdam placet nomen hoc à
Dauno Pilumni filio, vrbis conditore tractum· alijs ab æſtus hoc loco vehemen-
a, de quo Martialis ait: Ardea ſolſtitio Pęſtanaq; rura petantur, Quiq; Cleonæo
re feruet ager. In huius oppidi delubro quodam vt Plinius[c] memorat, anti- c.lib.35.
ſsimæ nonnullæ iuxta ac elegantiſsimæ picturæ cernebantur, tanquam recen cap.4.10.
ter factæ· quarum auctorem[d] alibi Marcum Ludium prodit his verbis. De- d.lib.11.
cet non ſileri & Ardeatis templi pictorem, præſertim ciuitate donatum. Ibi & car- cap.10.
men quod eſt in ipſa pictura his verſibus.

Dignis digna loco picturis condecorauit
Reginæ Iunonis ſupremæ coniugis templa,
Marcus Ludius Elotas Ætolia oriundus,
Quem nunc, & pòſt ſemper artem hanc Ardea laudat.

Ea ſunt ſcripta
antiquis literis latinis. Hactenus Plinius. Ardeæ Dionyſius ſæpe meminit, vti item
L us, qui hanc inter illas colonías recenſet, quæ bello Punico Romanis auxilia
d negarunt. Boccatius libro de fontibus, Ardeatium in agro fontes putidos & a-
quis ſulphureis eſſe ſcribit. Locus nunc in ditione eſt Columniæ gentis. Hinc inter
Antium & Oſtiam XXIIII. à mari ſtadijs, exiguo in colle Lauinium eſt vt ſcribit
r bo, ſic etiam Appiano[e] vocatum. De eius conditore ac nomine diuerſa monu e.li.1.&.2.
mentis prodita didicimus. In primis Seruius eo Virgilij verſu: Italiam fato pro-
fugus Lauinia venit Littora: Lauinium à Lauino Latini fratre ſic appellatum ſen-
· poſteà verò Laurentum propter inuentam à Latino Laurum, quando poſt mor
m fratris imperium adeptus ciuitatem augebat · ideoq; dein etiam Laurolaui-
n um, ad extremum autem Lauinium ab Æneæ coniuge Lauinia dictum fuiſſe.
Dionyſius[f] Halicarnaſſeus vrbis huius initià nominiſque cauſam particulatim f.lib.1.

deſcribit in hanc ſententiam. Æneа cum ſocijs Troianis poſt longas pelagi iacta tiones tandem ad Italiæ Laurentum appulſo, quum in eius litore tentoria fixiſſent, & ſite propter aquarum inopiam laborarent, ſpontanei fontes amœniſsimi prorumpere viſi, quibus & tum aquatio tempeſtiuè præbita copijs, & locus ille factus irriguus, a quulis inde ad mare decurrentibus. Ij tamen fontes non adeo, inquit, nunc abundant, vt quicquam inde profluat: ſed depreſſo in loco ſtagnat aqua modica, Soli, vt accolæ credunt ſacra. Commonſtrantur apud eam aræ duæ, quarum vna ſolem orientem, altera occidentem ſpectat: ambæ à Troianis erectæ. In his Æneam aiunt primam Deo victimam in fontium acceptorum gratiam mactaiſſe: dein ad prandium ijs humi decumbentibus, multos vice menſę dapibus apium, vel vt alij dicunt triticea cruſta ſubſtrauiſſe, quò veſcerentur mundiùs: abſumtis autem cibis appoſitis, cum aliqui quoque non temperarent ab apijs ſeu cruſtulis ſubiectis, quendam ex Æneæ filijs vel ſocijs exclamaſſe, Heus etiam menſas conſumpſimus: eaq; voce turbatos omnes in memoriam demum oraculi redijſſe Dodonæi, vel vt alij tradunt, in Erithris Idæ viculo ab Sibylla eius loci nympha fatidica accepti, quo nauigare verſus occidentem, donec eò locorum peruenirent vbi menſas comederent, idque vt primùm factum animaduertiſſent, quadrupedis ductu vbicunque feſſa procumberet, oppidum illic ædificare iuſsi erant. Ita Dionyſius. Menſarum earundem, deque panis cruſtulis etiam Strabo meminit, omnem iſtam narrationem Homero fabulam eſſe ſcribens, quoniam is Aeneam à Troia nunquam diſceſsiſſe prodiderit, ſed in eius imperio cum poſteris ſucceſsiſſe, cum ait: Iam Priami genus eſt miſeratus Iupiter: at nunc

Imperium Troiæ Aeneas violentus habebit,

Et nati natorum & qui naſcentur ab illis. Alij verò qui profectum Aeneam aſſerunt in Italiam, tam græci, quàm latini auctores, hæc verba conuertunt ad Aeneæ liberos & poſteros, qui totius orbis imperium conſequi debebant, hoc modo: At genus Aeneæ cunctis dominabitur oris, Et nati natorum & qui naſcentur ab illis, de Romanis hæc intelligentes. Dionyſius autem omnia de Aeneæ in Italiam aduentu vera iudicat, vti etiam Virgilius[a], vbi poſt cætera ſic inquit:

Sed non antè datam cingetis mœnibus vrbem,

Quàm vos dira fames, noſtræq; iniuria cædis

Ambeſas ſubigat malis ſubijcere menſas. Quàm rem etiam alibi repetit, vti à nobis in tempore demonſtrabitur. Dionyſius autem hac ſententia narrationem perſequitur ſuam. Oraculo commoniti, pars penates è nauibus quò iuſsi erant ab Aenea, transferre incipiunt: pars ſubſellia cum altaribus adornant: mulieres ſacra cum choreis & cantibus adferunt: Aeneas autem & ſocij paratis ad ſacrificium omnibus, coronis ſumptis circum altaria conſiſtunt: & dum ab omnibus eo modo vota fiunt, ecce porca victimæ deſtinata, grauida tum & partui vicina, parantibus eam mactare ſacrificis, elapſa è manibus ad mediterranea verſus profugit. Ea re animaduerſa memor Aeneas oraculi, cum paucis animal inſequitur, ſpatio tamē à tergo longiori, ne ſtrepitu territum à fatali via diuerteret. Porca ferme XXIIII. à mari digreſſa ſtadijs, collem petit, in eoq; feſſa tandem procumbit. Aeneas oraculi finem intelligens, cum & eum agrum non optimum, & à mari procul abeſſe cerneret, animi anceps hærebat monitiſne pareret vatum, & incommodiùs ibi conſiſteret, an verò locum vrbi condendæ aptiorem quęreret? Talia vario animo voluenti, numinaque inculpanti vox è nemore dicitur incerto auctore

[a] lib. 3. Aeneid.

ſtore data, iubens ibi maneret· omiſſaq; cunctatione celeriter oppidum conderet·
nec tanquam incommodioris habitationis cauſa moraretur: quippe in fatis eſſe
...ocinopi modicoque domicilio profectos, olim plurimos & optimos agros
acquiſituros· eorum verò poſteros imperio longè ampliſsimo, ſeculisque multis
...aturo potituros: in præſenti igitur ijs ſedibus Troianos eſſe contẽtos oportere·
futurum enim vt quot eo partu ſus eſſet editura, poſt tot annos ipſorum liberi ci-
...tatem aliam ampliſsimam & florentiſsimam ædificarent. Alij narrant Æneæ
...cito mœſtoque, nec ad exercitum deſcendenti, nec cibum admittenti, ſed illic
vt erat, ea nocte cubanti, miram quandam Deorum Penatium imaginem in quiete
al...tuiſſe, quæque modo diximus, omnia præmonuiſſe: quod vtcunque ſe habeat,
...n curamus. Poſtera die· ſus vno partu tricenos edidiſſe dicitur. Aeneas fœtum
...ul cum matre Dijs Penatibus ſacrificat eo loco, vbi nunc ſeptum ligneum eſt
...c Lauinienſes ſacrum exiſtimantes exteros aditu prohibent) iuſsisque Tro-
... caſtra mouere, ſimulacra numinum ſuorum in ſacellum collis optimo loco
...ditum deferri iubet, mox oppidi principia magna alacritate aggreditur, in a-
...m circumiectum excurrens, & materiam inſtrumentaque ædificationi neceſ-
...a rapto quærens. Latinus rex in cuius finibus iſta gerebantur, bello quod cum
Rutulis habebat, intermiſſo, vires omnes contra Troianos colligit: educto au-
tem exercitu cùm eos in armis & acie paratos ad dimicandum inueniſſet, opinio-
ne deceptus quoniam incautos opprimere ſperauerat, deflectens nonnihil in col-
le vicino caſtrametatus eſt, animo poſtridie cum hoſte confligendi. Quieſcenti
...ſomnis Genius loci aſtitit, monens vt Troianos in agri partem acciperet· eo-
... enim aduentum ſibi vtiliſsimum, & omnibus Aboriginibus ſummo bono
f... Quin & Aeneam ea nocte Dij Penates admonuerunt. Latinum hortaretur,
vt ...bi ponte concederet ſedes, potiusque Troianis amicis, quàm hoſtibus vti
v...t. Itaque ſomnium vtriuſque, prælium committere vetabat. Vt autem exor-
...die conſtiterunt acies, vtrinque caduceatoribus miſsis colloquium petitum
...tumque eſt· denique fœdus his conditionibus ictum. Aborigines Troia-
nis agri quantum petebant à colle quoquoverſus ſtadia ciciter XL. concede-
rent: Troiani cum in præſenti bello Aboriginibus eſſent ſocij· tum quotieſcunq;
f...t opus auxilia ijs ferrent· inuicem alteros alteri ſemper ope conſilioque iuua-
rent. Hæc pacti, datis vltro citroq; obſidibus, in Rutilos communi Marte mo-
u...t· breuique captis omnibus illorum oppidis, ad imperfectum nouæ vrbis Tro-
...orum opus reuerſi, magna vi pariter & alacritate munitiones perficiunt. Laui-
nium oppido nomen indidit Æneas à Lauinia Latini filia, quod auctores Romani
tr...unt, & nominatim probat Trogus: quanquam ab Anij Deliorum regis filia,
q...æ dum vrbs conderetur, exceſſerit, & hoc in loco ſit humata, Græci quidam ita
dictum fabulentur· eamque virginem, quòd prudens eſſet & fatidica, precibus
obtentam à patre, comitem nauigationis Aeneæ dicant fuiſſe. Fertur inter ædifi-
...and...n prodigia quædam oblata Troianis: in nemore ſponte incendio coorto,
lupum ore fomitem aridum aggeſsiſſe· aquilam alarum ventilatione flammam
e...citaſſe· vulpem contrà, cauda in flumen immiſſa ignem extinguere conatam· &
nunc accenſoribus, nunc reſtinguente præualentibus, tandem viciſſe lupum & a-
quilam· vulpem irrito conatu diſceſsiſſe. Rem hanc interpretatus ſic eſt Aeneas,
illuſtrem quidem & ampliſsimam eam coloniam fore· verum incrementis ſuis
inuidioſam ac moleſtam exteris: numine tamen Deorum humana tandem inui-

dia ſuperata deuicturam æmulos. Hæc Dionyſius, vrbem inceptam biennio poſt excidium Troianum perhibens. Ad maiorem autem ampliorem q; confirmationem omnium, quæ ſunt à nobis hactenus ex illo relata, Virgilij a quoq; teſtimoniũ conferre libet: quod eſt huiuſmodi.

a. lib. 7. Aeneid.

Sed circùm latè volitans iam fama per vrbes
Auſonias tulerat, cum Laomedontia pubes
Graminio ripæ religauit ab aggere claſſem:
Aeneas, primiq; Duces, & pulcher Iulus
Corpora ſub ramis deponunt arboris altæ,
Inſtituuntq; dapes, & adorea liba per herbas
Subijciunt epulis (ſic Iupiter ipſe monebat)
Et cereale ſolum pomis agreſtibus augent.
Conſumptis hinc forte alijs, vt vertere morſus
Exiguam in Cererem penuria adegit edendi,
Et violare manu maliſq; audacibus orbem
Fatalis cruſti, patulis nec parcere quadris,
Heus, etiam menſas conſumpſimus inquit Iulus.
Nec plura alludens: ea vox audita, laborum
Prima tulit finem: primamq; loquentis ab ore
Eripuit pater ac ſtupefactus numine preſsit.
Continuò, ſalue fatis mihi debita tellus
Voſq; ait, ô fidi Troiæ ſaluete Penates.
Hic domus, hæc patria eſt: genitor mihi talia namq;,
Nunc repeto, Anchiſes fatorum arcana reliquit.

Subijcit hinc poëta de fœdere affinitateq; cum rege Latino per Lauiniam filiam: item de vrbis initijs, & bello contra Rutulos, eorumq; rege Turno, quæ nunc omittimus vt ad Lauinium reuertamur. Non leuis ſanè dubitatio eſt apud aliquos Aeneaſne vt hactenus commemoraui, oppidum hoc primùm à fundamentis condiderit? an verò inſtaurauerit tantùm ac auxerit, vt Seruius apud Virgilium in eo verſu b: Italiam fato profugus Lauinia venit Littora, ſentire videtur: annotat enim à Lauino Latini fratre primùm vrbem hanc denominatam: deinde verò Laurentum propter laurum ibi à Latino rege repertam: ad vltimum Lauinium ab Æneæ cõiuge Lauinia Latini filia: proindeq; non Lauinia littora, ſed Lauinaq; legendum, à Lauino. Non deſunt tamen qui tres in Latio diuerſas vrbes faciant, Lauinium, Laurentum, & Lanuuium: inter quos Halicarnaſſeus eſſe videtur, cum Strabone, Plinio, Antoninoq;. Primùm enim de Laurento ſic Strabo ſcribit. Curam templi Veneris vti à maioribus accepimus, Ardeates tuentur: inde Laurentũ Plinius. Laurentũ vrbem litoralẽ nominat, vbi Solis indigetis erat Lucus, vti paulo pòſt dicetur, inter Oſtiam & flumẽ Numicum. De eodẽ ſic etiam alibi c Dionyſius fere ſcribit. Publius & Marcus ex vrbe Laurẽto indices fuere coniurationis inopum & ſeruorum Romæ. Præterea Silius d, Sacra, inquit, manus Rutuli ſeruant qui Daunia regna Laurentiq; domo gaudẽt. Aeneam hoc in loco primùm conſediſſe Liuius auctor eſt. Idem affirmat Strabo, qui & Aeneam cum Anchiſe patre Aſcanioq; filio ſcribit in Italiam delatum Laurenti cepiſſe terram: dein XXIIII. à mari ſtadijs prope Oſtiam oppido condito, Lauinium illud à Lauinia Latini filia nominauiſſe. Præter hæc & Antoninus in Itinerario clarè Laurentum à Lauinio diſtinguit, hoc modo ſcri-

b. lib. 1. Aeneid.

c. lib. 5.

d. lib. 8.

...ſcribens. Ab vrbe Oſtiæ M.P.XVI. Laurento M.P.XVI. Lauinio M. P. XVI. Landinus in eo Virgilij loco, Lauinia venit littora, non quidem improbari ſibi o... nionem Seruij ſcribit: tamen & Dionyſij ſententiam ponit, nulla ſolutione vel ...nciliatione addita. Mihi videtur exiſtimari poſſe poëtam Lauinia littora dicen... de Lauinij oppidi ſentijſſe: vel κατὰ πρόληψιν locutum, vt quò primùm appule... Æneas, tanquam indice commonſtraret, qui iam tum ſuis temporibus ita vo... batur, etſi cum Æneas primùm aduenirer, id nominis adhuc nō habuiſſet, quip... pe Lauinio nondum condito. Neque nouum hoc cuiquam videbitur, quando ... figura dictum ab eodem alibi ſit, Albanique patres, qui tamen poſt Aeneam multis demum annis extitere. Probabit lector quod volet: mihi Dionyſio videtur poti...s alijsque ſimul ſentientibus accedendum: inter quos & Liuius, qui non ſe...el de tribus his tanquam diuerſis oppidis Lauinio, Laurento, Lanuuioque commemorat. Qua de re cum primis locus ille ſingularis eſt, vbi *a* Aritiam, Antium & Lauinium coloniam cepiſſe Marium ſcripſit. Multis autem alijs manifeſtò ...uinium à Laurento ſeparat: vti & Dionyſius, & item Ouidius *b*, qui ſic inquit: ... populus Laurens, Lauiniumque meum: vt demum nobis quicquid alij dicant concludendum videatur, Lauinium ab Aenea primùm conditum, & ab eius con...e Lauinia nomen accepiſſe. Fuit hîc vt auctor eſt Strabo, commune Latinis o...bus templum Veneris, cuius cura Ardeatibus erat à maioribus demandata. N... pauciſsima ſuperſunt vrbis in monticulo veſtigia. Inter Ardeam & Antium vt M... tradit, olim extitit Aphrodiſium, ita quoque Plinio dictum, vbi præclara ...orum illuſtrium latinorum facta referebantur. Inde non procul iuxta Numicum amnem Lucus erat Ioui ſacer, vt Plinius tradidit: quanquam mendoſè apud ... Locus ſolis indigetis, pro Lucus Solis indigetis legatur, quod Hermolaus Bar...rus annotauit, & ex Liuio *c*, Solino, Dionyſio, Ciceroneq; *d* conuincitur. Signi...at itaq; Plinius vicinam hic fuiſſe ſyluam Ioui ſacram, vti & Numicus amnis in ... periclitatus eſt Aeneas. De qua re narrat Liui*e*, hoc in flumine corpus Æneæ ...rtū, & amne illi dedicato, iuxta ripā eius inhumatū cum hoc elogio fuiſſe. Pa... ...Diuo terreſtri, qui fluuij Numici vndas gubernat. Liuius itaq; Numicū appel...t vicinum Ardeæ. Virgilius *f* item ſic: Et fontis vada ſacra Numici: pauloq; ...ſt: Hæc fontis ſtagna Numici: alibi *g* denique: Sacrumque Numici. Qui... ...n locis annotat Seruius, Numicum ingentem fluuium ante mortem Aeneæ fuiſſe: cæterum pôſt decreſcendo paulatim in fontem redactum, qui & ipſe exaruerit ...terceptis ſacris. Veſtæ quippe non niſi de hoc fluuio libari licuiſſe. Ouidius Numicium vocat, vt demonſtrauit eruditiſsimus Barbarus in poſtremis caſtiga...nibus Plinianis. A Silio *h* quoque commemoratur ſic: Et fonte Numici: ...em locum exponens Marſus, amnem hunc prope Laurentum fuiſſe dicit: eiuſ... e fontem in Aricina ſylua poſt montem Albanum verſus Forum Appij. Pro...nquum etiam Ardeæ fuit, auctore Strabone, Veneris fanum, quò Latini ad Con...lium feſtaque ſolennia conuenire ſolebant. Puto idem eſſe, quod ex eodem Strabone ſuprà diximus in vrbe Lauinio fuiſſe, cuius ad Ardeates cura ſpectabat. Samnitium verò populationibus deinde cum hoc templum deiectum, tum vniuerſa penè regio deuaſtata fuit, adeo vt oppidorum aliorumq; locorum, quæ numinibus dicauerat Aeneas, veſtigia vix eſſent relicta. P. M. ab Antio quinis oppidū apparet Aſtura, marinis aquis cinctum. Clauſtra vocat Ptolemæus, vt quidam vo-

R 3 lunt:

a. lib. 8.
b. lib. 6 Faſt.
c. lib. 1.
d. lib. 3. de nat. deor.
e. lib. 1.
f. li. 7 Aen.
g. circa fin. lib. 7.
h. lib. 8.

lunt: at Plinius inſulam cui oppidum inſidet,itemque flumen eodem in loco nominat Auſtram. Barbarus in caſtigationibus omnino dicendum aſſerit A-
a.li.7.Aen. ſtura · Virgilij verò locum hunc a, Qua Aſturæ iacet atra palus, gelidusque per imas Quærit iter valles, atque in mare conditur Vfens, ita legendum: Qua Saturæ iacet atra palus · & atræ paludis appellatione paludem Pomtinam demonſtrare poëtam velle · quo de poſteà dicetur. Id etiam hoc in loco videtur à Seruio confirmari: ſcribit enim Saturam hîc intelligi paludem. Si quis tamen Aſturám planè legere volet, poëtam appellatione paludis amnem Aſturam ſignificaſſe putabimus · quandoquidem & oppidum, & amnis Aſtura prope Terracinam eſt. Liuius b flu-
b lib.8. minis Aſturæ meminit. Strabo Sturam vocat: & Feſtus auctor eſt hoc agri Laurentis flumen Sturam & Aſturam appellari. Scriptores multi cum amnis Aſturæ, tum oppidi mentionem fecerunt · maximeque propter indignißimam Marci Tullij cædem, qui Antonium fugiens, hic ab omnium hominum ingratißimo Popilio, cui vitam antè conſeruauerat, obtruncatus eſt, vt Liuius, Plutarchus, alijque plurimi ſcriptores monumentis prodiderunt. Hunc ipſum locum memorabile Corradini fatum, Henrici filij, Fridericique ſecundi Imperatoris nepotis illuſtrauit · quem Carolus Angolemenſis primus Siciliæ rex ſecuri percußit, cum victus in campis Pomtinis huc vnà cum Auſtriæ Duce profugiſſet. Vltra Aſturam Mons
c lib.1. Circæus eſt, ita Plinio, Melæ, Solino, Procopioque c dictus. Erat in eo domus Circes. Plinij de hoc verba ſunt. Circæi quondam inſula immenſo quidem mari circumdata, ſi creditur Homero · & nunc planè. Clitarchus huic inſulæ menſuram poſuit ſtadia LXXX. qui auctor vrbis Romæ anno CCCCLX. ſcripſit. Strabo Montem Circæum nominat CCXC. ſtadijs ab Antio ·, mari propinquum, ac partim eo, partim paludibus, inſulæ modo
d.l.7.Aen. cinctum. Idem hoc Virgilij d in loco, Circeæ raduntur littora terræ, Seruius notat · addens paludes in continentem pertinentes amnium ex montibus Al-
e.lib.4. banis deſcendentium limo tandem obductas expletasque. Dionyſius e Circæos locum opportunè ad mare ſitum, promontoriumque Tyrrheno imminens deſcribit, vbi Circe Solis filia dicitur habitaſſe. Fuit in eo quondam oppidum ſacellumque Circes, & Mineruæ ara. Strabonis etiam ætate poculum ibi oſtendebatur, quo bibiſſe dicebant Vlyſſem. Mons efficacißimis herbis abundabat, quarum vi Circen homines in beſtias commutauiſſe ferunt. Circæum promontorium etiam Ptolemæus depingit, in quo ciuitas parua Circæum, Tarquinij Superbi colonia, loco in Pomtinis campis totius Latij maximis peropportuno, vt Halicarnaſeus & Liuius prodidere · qui præterea multis alijs in locis Circæi montis, oppidique mentionem faciunt. Poſteriori ætate oppido collapſo munitißima ibi arx condita, tutum antiquis Pontificibus à Tyrannorum ſæuitia refugium · vti anno poſt C.N. MCXX. ſicut à
f.lib.3. Blondo perſcriptum eſt, Gelaſio II. Pontifici contigit. Facius f de hoc mon-
Cant.1. te ſic fere loquitur.

Aſpice montem illum, vbi commorabatur
Circe frequenter, incantationibus vacans,
Ad ſtellarum lunæq; lumen.

Inra-

...cibus deinde montis Circæi caſtellum eſt Sancta Fœlicitas, memoria Cæle ...II. Pontif. clarum, vt Petrarca Platinaque tradiderunt. Iuxta hunc amnis ...labitur, vt Strabo, vel ut alij vocant Aſtura, de quo ſuprà diximus appella- ...m vtramq; Feſtum recipere. Plinius tamen Nympheum nominat. Ad id ...en oppidum Iſtormium deſcribit Strabo. Nullus hac vniuerſa ora præter ...um apud Circæum portus eſt. Interius ab ora Pometinus ager, Straboni ...oratus, quo vetus olim vrbs Pometia fuit. Tenuere hæc primùm Au- ...· dein Oſci, qui Campaniæ fœlicis partem quondam habuerunt, vti infrà ...onſtrabitur. poſtea Latini Sinueſſam vſque, vt Strabo refert, occuparunt ...ia. De Auſonibus, & eorum ad mare Siculum migratione, in loco dice- ...de Oſcis plenè ſcribit Annius ad hæc Manethonis verba: Cæculus cogno- ...Saturnus Iunior, regnat apud Aborigines· & tertio anno pòſt, apud ...nos regnat Oſcus, cuius inſigne fuit ſerpens: Oſcum eſſe vocabulum He- ...m a noxio ductum ſerpente quem etiamnum vulgus Tuſcum Oſcorzonem ...lat ideoq; gentem hanc Oſcos à principis inſigni, ſerpente vocatos ab eodē ...orum in Latio nomen deductum, Volſcos enim veteres Oſcos ſignifica- *a.lib.2.* ...terum Oſcos olim fuiſſe Capuanos. Mentionem Volſcorum Liuius ſæpe fa- *b.lib.11.* ...præſertim vbi a res geſtas eorum ſigillatim perſequitur. Tacitus b etiam de ijs *c.lib.2.* ...cutus. De Pometinis campis refert Dionyſius c, quo tēpore Lycurgus apud La...dæmonios rerum potiebatur, eius legum ſæueritatem pertæſos quoſdam, ſe- ...one facta patriam deſeruiſſe, longaque nauigatione pelago iactatos, ter- ...deſiderio votum feciſſe, quocunque primùm appuliſſent, ibi domicilium ...que collocaturos· demum ad Pometinos campos Italiæ delatos, agrum ...primùm ceperant, appellaſſe Feroniam, quòd ſeiſtò fluctibus contigiſſet ...templum quoque Diuæ Feroniæ cui vota fecerant, ædificaſſe. Nunc vna *d.lib.19.* ...a ſubtracta, locum Ferona vocant. Eius & Tacitus d meminit his verbis. ...diebus L. Vitellius poſitis apud Feroniam caſtris, excidio Terracinæ ...inebat. Propinqui etiam Capenates hoc ſitu fuerunt, de quibus ita Silius: *e.lib.13.* ...cer humectat fluuialia rura Capenas. Erat dein oppidulum Satura, cum fon ...luaque Deæ Feroniæ ſacra, ſic à frugibus ferendis appellatæ. Mouit huc à ...s Romæ locis Annibal, cum ſe nihil ibi efficere cognoſcebat· templum *f.lib.28.* ...eroniæ ſpoliauit vt refert Liuius f, itemque Silius g inquiens. *g lib.13.*

Optato lætis abitu iubet iter in agros,
Diues vbi ante omnes colitur Feronia luco,
Et ſacer humectat fluuialia rura Capenas.
Fama eſt intactas longæui ab origine Fauni
Creuiſſe in medium congeſtis vndiq; donis
Immenſum per tempus opes, luſtrisq; relictum
Innumeris aurum ſolo ſeruante pauore:
Hæc auidas mentes & barbara corda rapina
Polluit, atq; armat contemptu pectora Diuûm.

Liuius h in agro Capenate prope ſyluam Feroniæ ſigna quatuor diem & *h.lib.27.* noctem ſanguine ſudauiſſe narrat. Paludem hîc, oppido Saturæ vici- nam Silius i quoque Saturam dicit inquiens: *i.lib.8.*

Qua Saturæ nebuloſa palus reſtagnat, & atro

Liuentes cœno per ſqualida turbidus arua
Cogit aquas Vfens, atq; inficit æquora limo.

a.li.7.Aen. Similiter Virgilius a hoc verſu: Qua Saturæ iacet atra palus: ad quem annotare
diximus Seruium de Satura palude loqui poëtam: etſi non deſint qui Aſturæ le-
gant, tanquam de flumine Aſtura ſentiat, quod vnà cum eiuſdem nominis oppi-
do, Terracinæ propinquum eſt. Sequitur hinc Pontina palus, quam Vibius Se-
queſter Pontiniam vocat. Nomen à Pontia vrbe deductum exiſtimat Strabo, quæ
b.lib.9. Romanorum olim colonia ſimul cum Sueſſa facta, quod & Liuius b teſtatur. Fit
palus ex amnibus duobus, Aufido, vt Strabo vocat, aut Vfente vt Plinius, & alte-
c.li.7.Aen. ro minore. De primo Virgilius c: Vfens inſignis fama: item Silius d: Cogit aquas
d.lib.1. Vfens. Nunc Aufentem appellant, vel vt alij volunt Baudinum. De Palude Pon-
tina Plinius, eum locum XXIIII. vrbium fuiſſe tradit, idque Mutianum ter Conſu-
lem prodidiſſe. Nec vt ego quidem puto difficilis erit huius rei fides apud eos,
qui Dionyſij, Pictoriſque monumenta legerunt: antiquis enim temporibus exi-
guæ ciuitates vti nunc vici, fuere, quamobrem facile credi poſsit oppida tot ſpatio
P.M.VIII, vel paulo maiori extitiſſe. Paludes hæ fertiliſsimi quondam Pomet-
ni campi erant neglectis quippe vijs, quibus aquæ huc propter loca depreſsiora
confluentes, in mare ſe prius exonerabant, neque ſtagnare vt nunc, poterant, in
e.lib.46. hanc paluſtrem formam ſunt redacti. Liuius e à Cornelio Cethego Conſul quon-
dam egeſtas maiori ex parte, & ad culturam reductas ſcribit. Poſtea tamen iterum
neglectis meatibus effectæ paludes, quas Theodoricus rex Gothorum exiccauit,
vt in marmore quodam hic poſito legi Volaterranus auctor eſt. Nunc denuo nul-
lo patente aquarum ad mare exitu, amnes fonteſque plurimi vicinis è montibus
orientes hîc ſtagnant, & paludem ingentem faciunt P.M. à Roma diſtantem XL.
vti etiam teſtatur Perottus. Meminit eius iter Cæſaris ad vrbem deſcribens Luca-
f.lib.3. nus f hoc verſu: Et qua Pomtinas via diuidit vda paludes. De eadem Iuuenalis:
Armato quoties tutè cuſtode tenetur. Et Pomtina palus, & gallinaria Pinus: item
g.lib.8. Silius g: Et quos peſtifera Pomtini vligine campi. Imminet huic paludi Terraci-
na, mari circumfuſa quõdam, vti Solinus teſtatur, & in hodiernum vſque diem
agnoſci poteſt: fuit enim illis temporibus in monticulo conuallibus vndique
cincto, per quas aquæ marinæ diffundebantur: ijs verò deinde terra paulatim op-
pletis, nunc continenti collis hæret, vrbſque ad litus inferiori loco ædificata eſt.
Ciuitas eſt exigua, ſed frequens & honeſta: Strabo, Mela, Liuius, Antoninus, Cæ-
h.lib.3. ſar, Ptolomæus, alijque plurimi ſcriptores Terracinam vocant: & Polybius h Ter-
i.lib.19 & racinenſes commemorat: ſed Tacitus i, Solinus & Procopius K Tarracinam no-
20. minant. Olim Anxur lingua Volſcorũ dictus: eorundẽ caput, vt Plinius & Cato
K.lib.1. ſcribunt. Strabo Trachynam ab initio vocatam perhibet, id eſt aſperam, propter
l.lib.4. montem ſaxoſum in quo fuit poſita: græcis enim vt Herodotus l eſt, τρᾱχὺς aſpe-
m.lib.8. rum ſignificat. Liuius etiam m Anxur dicit inquiens. Anxur trecenti in coloniam
n.l.7.Aen. miſsi ſunt: bina iugera agri acceperũt. Seruius in eo Virgilij n loco, Circęumq; iugũ
queîs Iupiter Anxurus aruis Præſidet. Iouem Anxurũ in hac Campaniæ parte quõ-
dam cultum ſcribit ita dictum tanquam ἄνευ ξυρᾶς. i. ſine nouacula, quia barbam
o.lib.3. raſiſſet nunquam: ideoque ſignum eius nuberbe fuit. Lucanus o de Anxure.
p.lib.10. Iamque & præcipites ſuperauerat Anxuris arces: & Martialis p ad Fauſti-
Epig. num: O nemus, ô fontes ſolidumque madentis arenæ littus, & æquoreis
ſplen-

...lidus Anxur aquis· item pòſt ad Frontinum : Anxuris æquorei placidos ...nunc receſſus: & Silius *a*: Quîs Circęa iuga & ſcopuloſi verticis Anxur. *a.lib.8.*
...aci... quoque nomen auctores plurimi poſuerūt· in primis Liuius multis lo...terquā vbi *b* ſpolia & prædam huius oppidi cauſam ab initio fuiſſe ſtipen- *b.lib.4.*
...militibus dati prodit, in hanc ſententiam. Fabio ad Anxuris iuxta paludes ...erracinam poſteriores vocarunt) obſidionem profecto, ſimulque capiendæ ...is expoſita ratione, Seruilius Hala mox cum tribus cohortibus eam obſidere ...it. Ex colle quodam occupato, qui vrbi imminebat, cùm inde in muros eua... ,maximumq; iam vrbis diſcrimen Fabius animaduerteret, edicto vetuit in ...nos ſæuiri, bonis tamen eorum direptioni permiſsis: qua in re cum pari... Imperatori fuiſſet, ideo poſtea militibus æra dari cœperunt, quod ante diem ...in vſu non fuerat. Alibi *c* quoque ſcribit militum manum in montis angu- *c.lib.8.*
...d Lautulas non procul Anxure conſediſſe· dein *d* pugnatum ibi ·pòſt *e*, ſub *d.lib.9.*
...balis in Italiam aduentum vrbem hanc immunitate donatam· inſuper alibi *e.lib.26.*
...es immenſæ magnitudinis, piſcium modo iuxta portum Terracinæ collu- *f.lib.27.*
...s memorat. Suetonius *g* Tiberium Imperatorem in prætorio prope Ter- *g. in vita*
...am cœnantem, ęgrè repentinum ſaxorum lapſum, quo multi amicorum eius *Tib.*
...miliatiu attriti ſunt, effugiſſe ſcribit: quam rem etiam Tacitus *h* memorat his *h.lib.4.*
... Veſcebatur Tiberius in villa cui vocabulum Speluncæ, mari circumdata ...undanos montes, natiuo in ſpecu. Eius os lapis repentè ſaxis obruit quoſ...m miniſtros· hinc metus in omnes, & fuga eorum qui conuiuium celebrabant. Tacitus. Terracinæ Palmarius Conſul interfectus, quòd cædem in Adrianum ...tur, vt Spartianus ſcribit, qui & portum Terracinenſem ab Antonino Pio ...n prodidit. Quod ad· nomen attinet, an Terracina vel Tarracina ſcribi ...at, optimos auctores vtroque modo dixiſſe reperio. Affecti hîc martyrio Fœ...ter & Euſebius monachus Imperatoris Claudij iuſſu. Cùm anno à C. ...DXXXVI. mihi fortè hac eſſet iter, marmor ante diuerſorium quod ex...os eſt, inueni cum hac inſcriptione litteris militaribus. M. Cocceio Aug. ...lonio, & lib. Libertabus, poſteriſque eorum. Tranſcurrit hac Appia via ...ma Brunduſium ducit, maiori nunc ex parte paludibus ſubmerſa· quam...em Roma Neapolim euntibus, ad eius læuā, verſus Terracinam in editoria ...m deflectere neceſſe eſt. Strabonis ætate perelegans fuit: Traianus ſilicè per ...am paludem ſtrauit· pontibusque multis per foſſas & aquarum vias con...t, plurimis etiam ædificijs ad tutelam eius extructis, vti à Dione monumen... proditum. Erat olim iuxta viam Appiam foſſa profunda perpetuis aquis ...ludium, tum amnium vicinorum plena, per quam Terracina Romam na... conimeabatur. Eas ſub noctem conſcendebant· ſummoque mane in Ap...n egrediebantur, qua dein ad vrbem deueniebant terra. Erat hæc via ſumptuo...pere facta ſpondylis elegantium lapidum, artificioque tanto compoſita, vt ad ...m quemque pedem, quæ pertica vetus fuit, & noſtros pedes XII. efficit, la...d ſinguli medio pede præ cæteris eminerent, decempedæque menſuram de...nſtrarent· quæ quoque ex tranſuerſo erat latitudinis. Monumentorum ve...m ad hanc viam vtrinque tum veſtigia, tum ingentes ruinæ, quin et integra ...iam ædificia multa cernuntur. Iuxtà fuerunt hæc olim municipia, Terracina, Formiæ, Minturnæ, Sinueſſa, item pars agri Tarentini Brunduſiniq; ac aliæ multæ vrbes, de quibus à nobis inferiùs dicetur. Terracinenſis

cinenſis ager hoc latere fœcundiſsimus & amœniſsimus eſt, vitibus, citris, limo-
nibus, & id genus arboribus abundans. Boccatius in libro de fontibus, Anxurem
aquæ peſtiferæ fontem agro Terracinenſi fuiſſe quondam, & ne vel mortalibus,
vel beſtijs imprudentibus exitio eſſe poſſet, ab accolis obturatum ſcribit. Olim
a.lib.2. hac in ora fuit antiquiſsima vrbs Lõgola, tum ab Halicarnaſſeo, tum à Liuio *a* me
morata · cuius hac ætate nullum omnino ſupereſt veſtigium. Vltima ciuitatis
porta vltra Terracinam in Appia reperitur inter altiſsimam rupem & mare, loco
peranguſto munitoque. Eſt ibi habitatio in ſaxum eminentiori exciſa loco, vbi
præſidium ad itineris propter anguſtias tutelam in ſtatione degit: accolæ Ciuitatis
arcem appellant. Locum hunc eum eſſe puto, niſi me coniectura fallit, ad quem
b.lib.21. muniendum Liuius *b* à Fabio Dictatore Minutium miſſum, infrà Terracinam
ad mare, narrat, vt Annibalem ibi Appiæ viæ tranſitu in agrum Romanum prohi-
beret. Amphitheatrum in hoc aſpero monte forma quadrata prope monaſterium
Sancti Angeli, quod monti vicinum eſt, cernitur · cuiuſmodi ſanè nullum aliud
adhuc viſum nobis eſt, quanquam tum in Italia, tum extrà, plurima viderimus. Se
quitur hinc inter Caietam & Terracinam ſedes olim Amyclarum, de quibus men
c.lib.9. tionem facit Plinius, itemque Virgilius inquiens *c*: tacitis regnauit Amyclis · præ-
d.lib.8. terea Silius *d*: quaſque euertere ſilentia Amyclæ. Seruius apud Virgilium loco
quem citauimus, oppidum hoc ſcribit inter Caietam & Terracinam à Laconibus
conſtitutum, qui comites Caſtoris & Pollucis fuerant, & ab Amyclis agri Laco-
ci vrbe nomen ei indiderunt: quum autem ſecundum Pythagoræam ſectam cæde
omnium animalium abſtinerent, & ex vicinis paludibus natas ſerpentes occidere
nefas putarent, ab ijsdem interemptos. Idem refert Plinius: addit tamen & aliam
expoſitionem Seruius huiuſcemodi. Quum frequenter, inquit, falſò nuntiarentur
hoſtes, & inani terrore ciuitas quaſſaretur, lata lege cautum eſt ne quis vnquam
hoſtis nuntiaret aduentum: poſtea quum verè hoſtis veniret, nullo nuntiante ex
improuiſo ciuitas capta eſt, vnde tacitæ Amyclæ dictæ ſunt, quòd periêre ſilentio.
Hinc eſt quod ait Lucilius: Mihi neceſſe eſt loqui · nam ſcio Amyclas tacendo
perijſſe. Hactenus Seruius. Succedit in ora D. Anaſtaſij Turris · poſteaque Caſtel-
lum Spelunca, ſic à Speluncis dictum · vbi maxima ſplendidiſsmaque fuiſſe ædifi-
cia Strabo tradit. Sinus à Terracina vſque ad initium promontorij cui inſidet Ca
ieta, ſpatij ſtadiorum centum, Caietanus appellatur. Promontorium Laconico vo
cabulo Caieta dictum à curuitate · Lacones enim curua omnia Caietas appella-
bant. Solinus tamen auctor eſt ſic ab Aeneæ nutrice nominatum: quod etiam te-
e.lib.7. ſtatur Virgilius inquiens *e*: Tu quoque littoribus noſtris Aeneia nutrix Aeternã
moriens famam Caieta dediſti: quem in locum Seruius annotat, alios hanc Ae-
neæ nutricem, alios Creuſæ, alios Aſcanij dicere · lectum tamen etiam in philolo-
gis, hoc loco claſſem Troianorum caſu cõcrematam, indeq; Caietam ἀπὸ τοῦ καίειν
dictam, quòd accendere adurereq; latinis ſignificat. Verumenimuero Landinus
in eoſdẽ Virgilij verſus aliter ſcribit, tradere quoſdam, olim vbi nunc Caieta, mo-
dicum fuiſſe caſtellum Epicæ, ſic ab Epica vrbe Herleæ vocatum · Caietæq; men-
tionem etiam Homerum facere · cæterùm præterea concludit nihil. Sed aucto-
f.cã.1.li.3. rum melior pars Virgilio conſentit, vti quoq; Facius *f* hac ſententia ſcribens

Vidi vbi Catillus poſtea vixit,
Quàm Thebas reliquit · & in vrbe fui
Cui Aeneæ nutrix nomen adhuc præſtat.

Caietam

…am quoq; Silius appellat, & Ptolemæus, alijq; claſsici auctores: vbi portus …er celeberrimus fuit, ampliſsimè, vt Spartianus perhibet, ab Antonino Pio re… . Vrbs eſt munita cum primis, & arcem habet inuictiſsimam ſummo in mon… …em ſuperioribus annis muro cinxit Ferdinandus Arragonum & Neapolita… …n Rex, Gallis ductu auſpicijsq; Conſalui Ferrantis è Regno pulſis. Epiſco… … vrbi datus propter Formias à Saracenis exciſas. Plurimùm eam Gelaſius II. …f. illuſtrauit: item ætate noſtra Thomas Vionius prædicatorum familiæ ge… … magiſter, & pòſt à Leone X. Pontif. Cardinalis creatus. Multa vir ille cum …logica, philoſophica, logica, tum de conſcientiæ caſibus ſcriptorum monu… …s prodidit: et profecto parem aut ſecundum aliquem neq; noſtra memo… …eq; multis antè actis ſeculis habuit: quanquam nec æmulis caruerit multis. … Romæ poſt C.N. MDXXXIIII. anno: elatus vti monachus, quod ipſe iuſ… …abſq; pompa funeris & apparatu Cardinalitio, monumentóq; conditus ex… …rtam magnam Mineruæ ad dextram, quod ipſe viuus ſibi poſuerat cum hac …ptione. Thomas de Vio Caietanus, Cardinalis ſancti Xiſti, ordinis prædica… … Vitam eius Ioannes Baptiſta Aquilanus tam proſa, quàm carmine perele… …er ſcripſit. Maximis cladibus non ſemel obrutam Caietam didicimus. Ingens …a C.N. MCCCXCIIII. contigit, quando à Gallis direpta laceratáque cum …ti oppidanorum cæde: nec enim aut ſexus, aut ætatis, aut religioſorum pene …m diſcrimen habitum. Multis præterea poſt id tempus in hunc vſq; diem re… Neapolitani mutationibus conuulſa quaſſatáq; vrbs, cæterùm in fide Ferdi… …regis Arragonum, Caroli que V. dein Imperatoris Auguſti conſtantiſsimè …naciſsiméq; ſemper hæſit. Hæc de Caieta: nunc ab extremo litore paulum digrediendum eſt, vt etiam interiora quædam loca dicantur. A Terracina … Appiam ſilice ſtratam vt diximus, paluſtribus ijs in locis veterum ædifi… …n plurima veſtigia, muriq; lapide quadrato cernuntur: præter hæc & am… …i templi parietes quodam in loco ſuperſunt, cum partibus marmorearum …narum, capitulis, baſibus, ſtylobatibus, alijsq; lapidum fruſtis, opere vetu… …erfectis. Dein ad X. à Terracina lapidem Fundi ciuitas eſt, ita Straboni, Melæ, … Ptolemæoq; dicta, ſed Antonino Fundæ. Liuius eiuſdem meminit, vbi [a] Fun… (a lib. 8.) …s Appiæ ſecuritatem & tutelam procuraſſe narrat: pòſt quoque Vitrubium …n Fundanum Priuerni rebellionis principem nominat: quamobrem cum …Papyrio Conſ. victis Priuernatibus, alter Conſul Plautius in Fundanos exer… …um duxiſſet, illos ait Plautium adijſſe, non pro Vitrubio vel eius exercitu de… …tes, ſed populum Fundanum defectionis crimine haud contingi conten… …quippe quia Vitrubius & Priuerni domicilium habuerat, & ibi militem …egerat, non Fundis: eáque de cauſa laudatos à Conſule Fundanos, & abdu… …s ex eorum agro legiones. Strabo vinum Fundanum & Cecubum agrique …i valde commendat, vti quoque Plinius [b]. Et Martialis Fundanum (b lib. 14. cap. 6.) …ri non debere ſignificat his verſibus: Hæc Fundana tulit, fœlix autum…s, Opimi. Expreſsit mulſum Conſul, & ipſe bibet. Vrbem hanc cum … alijs pluribus, Ferrandus Arragonum & Neapolis rex ſingulari… meritorum præmio donauit Proſpero Columnæ præſtantiſsimo her…è fortiſsimoque Duci, nec ætate noſtra cuiquam ſecundo, quemadmodum eius egregiæ declarant res geſtæ, in Sabellici Enneadibus noſtriſque latinis Ephimeridibus commemoratæ. Calamitatem Fundis inſig-

nem

nem anno à C.N. MDXXXIIII. Caradinus Barbaroſſa claſsis Solimani Turc
rum Imperatoris præfectus intulit: omnes enim oppidanos in ſeruitutem abduxit·
nec multum abfuit quin & Iulia Gonzaga Veſpaliani Columnæ, Proſperi filij, vi-
dua caperetur: nam cum ad eam abducendam, quò propter formæ ſingularis præ
ſtantiam ipſi offerretur Solimano, Barbaroſſa militem clam emiſiſſet, is oppi-
dum tanta celeritate cepit, vt prope ſeminuda vix arrepto iumento facultatem
haberet elabendi. Turcæ tùm ſpatio quatuor horarum vrbe direpta, diſiectiſq;
humo arcis, quibus Proſperi & Marci Antonij Columnarum oſſa loco templi e-
dito condita erant, vt aurum ornamentaq; cætera detraherēt· item ſimulacris paſ
ſim Seruatoris, Mariæ virginis, aliorumq; Diuorum laceratis, cum præda captiuiſ
q́ue ad naues redierunt. Ortus hac vrbe Soter Pontif. Rom. Hinc itinere ad For-
mias, læuà, caſtellum Villa cernitur, Imperatoris Galbæ patria. Dextrà Lacus Fu
danus eſt: & Fandanum in Plinianis codicibus perperam legi Barbarus annot
uit. Piſces in eo capiuntur multi, præſertim raræ magnitudinis anguillæ. Ad quin
tum hinc milliare veteris vrbis Mamurrarum veſtigia· de qua ſic Horatius: In Ma
murrarum laſsi deinde vrbe manemus: alia inſuper ibidem vicina loca memoras.
Originem hinc traxit Mamurrana gens Romæ, qua natus Mamurra is, quem car
minibus ſuis proſcidit Catullus. Non deſunt qui, Lemurnorum, in Horatiano ver
ſu legendum contendant: ſed nos Mamurras quidem Formijs fuiſſe vicinas com
perimus, Lemurnos haud ſcimus. Appia procedenti quam C. Caligula vt tradit
Suetonius, lapide ſtrauit ex Olibano monte, myrto, lauro, lentiſcoq; ſemper viren
te cæſo, caſtrum amœnis in collibus, oleis, ficubus, vitibus, alijſq; fructiferis arbo
ribus conueſtitis apparet Itrum, Hippolyti Medicis Florentini, Eccleſiæ Romanę
Cardinalis, & vt nunc loquuntur Vicecancellarij, adoleſcentis excelſi animi incly
tum morte: nam is anno à C.N. MDXXXV. Neapolim cogitans hîc interijt.
Spatio dein P.M.V. Molam vſq; per ſinuoſam Caietani litoris oram eadem via
ſumma cum voluptate amœniſsimi cernuntur horti, citris, limonibus, & id ge-
nus arboribus frequentes, aquuliſq; lympidiſsimis irrigui. De cætero Formiarum
vt Ptolemæus depingit, veſtigia. Priùs hoc oppidum Hormiæ vocabatur, à Laconi
bus conditum, vt Plinius tradit. Nomen à commoditate portus accepiſſe Strabo
auctor eſt. Fuit hîc ad viam Appiam, loco Molę propinquo· quod & veſtigia con-
uincunt, & Volaterranus aſſerit. Strabo Speluncas, de quibus ſuprà commemora-
uimus, CCCC. ſtadijs à Formijs abeſſe dicere videtur· quapropter de Formijs du-
bitari poſſet, cum ea minimè ſit inter hunc locum & Speluncas diſtantia, niſi mani
feſtò librariorum iniuria mendoſos codices arbitraremur factos, & ſtadia tantùm
centena, quæ vera iſtius ſpatij dimenſio eſt, ab auctore ſcripta crederemus. Quin
& ex ipſo colligitur apertè, CCCC. legi nullo modo poſſe: collocat quippe inter
Formias & Sinueſſam in mediterraneo Minturnas, ab vtraque priorum ſtadijs
LXXX. Formiæ Leſtrigonum ſedes fuit vt Plinius & Solinus tradunt. Marſus in
a lib. 8. eo Silij [a] loco: domuſq; Antiphatæ compreſſa freto: domum Antiphatæ Formi-
as intelligi ſcribit, quòd ibi Leſtrigonum rex Antiphates olim imperitauerit. Hoc
etiam oppidum conſtituêre Lacones, Saraceni anno à C.N. DCCCLVI. vt Blon-
dus tradit exciderunt. Oſſa D. Eraſmi martyris hinc delata Caietam, quò Grego-
rius IIII. Pontif. Rom. etiam Epiſcopatum tranſtulit. Formiarum quoq; Mela, Ta
citus, & Antoninus meminerunt. Nobis vt diximus omnino perſuaſum eſt. Olim
hoc loco Molæ propinquò fuiſſe· quod cum antiqua veſtigia demonſtrant, tum
etiam

[...]am confracta hic marmora variè inſcripta, quæ Neapolim hac euntes vidimus. [...]a fuerunt inprimis tabula longa pedes ſenos, lata vnum & ſemis, in duas par[...] diuulſa, quæ nunc in muro cuiuſdam recentis ædificij cernitur cum hac inſcri[...]one. Ex teſtamento M. Vitruuij Mempiliæ hoc monumentum Her. E.N. [...] item altera quadrata pedum quatuor in qua ſic legitur. Q. Ciſuitius, Q.L. [...]lomuſus an. Mor. Ciſuitius Q. L. Philomuſus. M. N. M. Vitruuius. [...] L. De. Vitruuius & Vitruuijs Chreſte. M. Vitruuius. S. M. L. Fratrem. Se[...]tur ad Appiam vndique peramœnis hortis nitentem, iuxta mare perelegans & [...]rælõgus vicus Mola, forte ſic dictus à frequentia molarum, quas hîc è montium [...]dicibus continuò profluentes aquæ verſant. Locus eſt mehercule peramœnus. [...]orti vndique cultiſsimi, citris, limonibus, alijſque nobilibus arboribus conſiti: omnia quoque riuuli puriſsimarum aquarum grato murmure perfundunt, & [...]m in habitationes magna cum voluptate ducuntur. Fuit hîc, vt ait Vola[...]rranus, Formianum Ciceronis, de quo ille ſcribat, a Lælium ſemper fere cum Scipione ruſticari ſolitum, eoſque quoties huc ex vrbe tanquam è vinculis euo[...]ſſent, incredibiliter repueraſcere eſſet ſolitos. Epitaphia quoque multa hîc [...]nuntur, inter quæ nos iſtud annotauimus è marmore longitudine ſeſquipedali, latitudine pedali. *a lib. 2. de Orat.*

Imp. Cęſari Diui Hadriani filio. Diui Traiani filio. Diui Traiani Parthici nep. Diui Nerue pronepoti Tito Aelio Hadriano, Antonino Aug. Pio Pont. Max. Trib. poteſt. XI. Con. IIII. PP. Formiani publicè. Legitur & in alio lapide ſic. L. Brutio L. F. Pal. Celeri equo public. Præf. cõ. III. L. Bruti⁹ primitiuo, pater & Inſte [...]mater filio optimo. P. S. P. L. D. D. D. Item in alio. Litarco Nico L. F. Pal. Capitoni ſcribæ edidit a cenſo vel Ato. II. viro quinquen. curatori aquarum patrono coloniæ ordo Regalium, quorum honore contentus ſua pecun. poſuit L. D. D. D. Denique multitudo veterum monumentorum & marmorum [...]aliter inſcriptorum, prætereaque veſtigia magnarum domuum olim hunc locum valde frequentatum comprobant. Et profecto cæteris Italiæ peramœniſsi[...]s iure debet annumerari: quamobrem & à Martiale b deſcribitur huiuſmodi carmine. *b lib. 10. Epig.*

O temperatæ dulce Formiæ littus,
Vos cũm ſeueri fugit oppidum Martis
Et inquietas feſſus exuit curas
Appollinaris, omnibus locis præfert.
Non ille ſanctæ dulce Tybur vxoris,
Nec Thuſculanos Algidóſue ſeceſſus,
Præneſte nec ſic, Antiumúe miratur.
Non blanda Circe, Dardaniſue Caieta
Deſiderantur, nec Marica, nec Liris,
Nec in Lucrina lota ſalmacis vena.
Hîc ſumma leni ſtringitur Thetis vento.
Nec languet æquor viua ſed quies ponti.

Tum à Mola P. M. XII. ager vſque ad flumen Garilianum, vbi quondam Herculanthea via fuit à Marco Tullio memorata, locis vniuerſo Romanorum imperio amœniſsimis ac fœcundiſsimis de quibus ille c in hæc verba ſcripſit. Accedent ſalicta ad Minturnas: adiungetur & illa via vendibilis Herculanthea, multarum delitiarum & magnæ pecu- *c. Orat. 2. cont. Rull.*

niæ. Dein Caſtellonium offertur, nobilis Honoratorum familiæ villa, ab Honorato Fundenſi Comite ædificata. Succedit Mons Cæcubus in ſinum Caietanum vſque porrectus, à vini quod fert generoſitate nominatiſsimus: & quanquam vicinus ſit paludib⁹ vt Strabo demonſtrat, vineam tamen producit nobiliſsimam. Alijs prætereà fructiferis arboribus eſt conſitus: locíſque finitimis etiam optima paſsim vina generantur. Cæcuba verò cũ Fundanis & Setinis, inter generoſiſsima ſunt habita: quamobrem Horatius *a* ad ſocios Alexandrinam Auguſti victoriam commemorans ait:

a.lib.1.Od.

Nunc eſt bibendum, nunc pede libero
Pulſanda tellus, nunc ſaliaribus
Ornare puluinar Deorum
Tempus erit dapibus ſodales.

Ante hac nefas depromere Cęcubũ. Et Martialis: Cęcuba Fundanis generoſa coquuntur Amyclis, Vitis & in media nata palude viret. Vltrà ſunt oſtia Gariliani fluminis, ab initio Clanius, deinde Liris Straboni, Plinio, Ptolemæoq; dicti. Plinius etiam appellat Glanicum. Oritur Apennino · perque Veſtinum agrum iuxta Vicum Fregellarum olim honeſtam vrbem, & Lucum ſacrum apud Minturnas hic in ſinum Caietanum euoluitur. Nunc ad Garilianum Latij litoralis terminum delatis, mediterraneorum deſcriptio ſubmittenda quidem videretur, niſi loca quædam ad eius amnis læuam dicenda ſupereſſent. Iis igitur priùs commemoratis, dein ad interiora ſtatim conuertemur. Primùm eſt in monticulo caſtellum Traiectus, non procul eo loco, quo Minturnæ quondam vrbs fuit, ita Straboni, Tacito, Melæ, Ptolemæo, Antoninoque dicta. Erat hoc oppidum inter Sinueſſam & Formias, vt Strabo ac Ptolemæus indicant: & in hodiernum vſque diem veſtigia cernuntur · inter cætera theatrum propemodum integrum, item ſumptuoſiſsimus aquæductus, qui à collis cui Traiectus inſidet, radicibus incipiens, haud modico per planitiem ſpacio fertur ad locum vbi quondam vrbs extitit non procul amne Gariliano. Sed & præterea veterum ædificiorum alia quoq; cernuntur hîc ſigna plurima. C. Marium in propinquis Minturnenſium latuiſſe paludibus quum inimicorum arma fugeret, ſeruoque ab oppidanis, qui eum trucidaret, emiſſo, cum ille aſpectu viri ac maieſtate vultus deterritus, omiſſa cæde eſſet reuerſus, Marium euaſiſſe in nauem, eaque in Africam tranſmiſiſſe Liuius *b* monumentis prodidit, itemque Plutarchus. *c* De qua re Iuuenalis etiam his verſibus: Exilium & carcer, Minturnarumque paludes, Et mendicatus victa Carthagine panis. Coloniam populi Rom. Minturnas factam Liuius *d* auctor eſt · addens & immunitatem accepiſſe propter cœli grauitatem ac vitium. Liris oppidum medium interluebat, vt Plinius & Strabo volunt. Quod ad imperium Traiecti attinet, id caſtrum non pridem Proſpero Columnæ Ferrandus Arragonum & Neapolitanorum rex cum Ducatus titulo condonauit. Tertio dein lapide iuxta ripam Liris Spenimum eſt oppidum: inde octauo Frata: hinc totidem Pons Corui, quondam auctore *e* Liuio Romanorum colonia Fregellæ, quemadmodum Blondus & Volaterranus aſſerunt · etſi non deſint, qui Fregellas vbi nunc Tripalda, fuiſſe putēt, vti Ambroſius *f* Leo prodidit. Honeſtiſsimum quondam oppidum Fregellas fuiſſe teſtatur Strabo: ſed ob defectionem pòſt ſemel ac iterum à Romanis dirutum ſcripſit Liuius. *g* Strabonis ætate iam tum vicus erat exiguus, de quo Silius: *h* Hũc triſtes

b.lib.77.
c.in uita Marij.
d.lib.10.
e.lib.8.
f.lib. 3. de Nola.
g.lib.10. & 60.
h.lib.5.

es miſere Fregellæ · ac alibi a: Et quæ fumanti texére gygante Fregellę. Mil-
. . . nc ad Ceparanum nobile caſtrum octo. Præterea verò ſunt & multa ad Ga- a. lib. 12.
. . . um loca, quæ nunc prætermittimus, & Veſtinorum Samnitiumque choro-
. . . phiæ reſeruamus. Hæc de Latij ora maritima, deque locis citra Lirim: con-
. . . uenter ad mediterranea tranſeundum eſt:

LATIVM MEDITERRANEVM.

PRiuſquam ad interiora continentis ediſſerenda veniamus, præmonere breui-
ter legentes operæpretium eſt viſum, antiquis temporibus in hac parte pluri-
. . . as vrbes oppidaque, ſicut ex Dionyſio, Strabone, Plinio, Antoninoque perſpi-
. . . m fit, extitiſſe, quæ poſtea maiori ex parte perierunt, vti à nobis circa finem re-
. . . nis demonſtrabitur. Nec difficilis eius rei fides eſſe poteſt · quandoquidem &
Plinio ſcriptum legimus, iam tum ætate illius populos in Latio LIII. tã penitꝰ de-
. . . tos, vt ne veſtigia quidem eorum vlla ſupereſſent: cæterum & poſt Plinium
. . . anc vſq; memoriam ex ijs quos ille deſcripſit interiere non pauci · quorũ ſigna
. . . li calamitate vel nõ extãt nũc, vel ignorãtur: in vniuerſum eñi ferè de veſtigijs
. . . quarum vrbium, quæ iam hoc ſitu reperiuntur, nõ ratione, ſed coniectura lo-
. . . cogimur. Et cum vt in alijs regionibus à fluminum oſtijs ad eorum fontes pro
. . . eſsi ſumus, eodem in hac ordine vti non liceat, quandò procul ab amnibus hac
. . . c diſperſæ vrbes in Latio ſunt · tamen quàm cõmodiſsimè fieri poſsit, quò ſuſ-
. . . to operi ſatisfaciamus, aliam non ineptam quoq; rationem ſequemur · perque
. . . vias à Strabone deſcriptas, Appiam, Latinam, & Valeriam ſeu Tyburtinam,
. . . londus etiam facit, progrediemur. Appiam à Roma litoralem oram Latij
. . . dere ex ſuperioribus intelligitur: Valeria ſeu Tyburtina per Sabinos in a-
. . . Marſicum excurrit: inter has media Latina eſt, quæ cum Appia coniungi-
. . . ad Caſinum, ſtadijs à Capua XIX. Quanquam verò non ignari ſimus, vt ma-
. . . è vijs illis quibus Latium auctore Strabone ſcinditur, propoſitis, omnium vr
. . . , oppidorum, ac vicorum, quæ tum olim his in locis extiterunt, tum ętate no
. . . a ſuperſunt, deſcriptionem exactam perfici nullo modo poſſe · quoniam vt om-
. . . um memoriam teneamꝰ fieri omnino nequeat inſuper ubi vetera illa ſita fuerint
oppida, quæ nunc vel cum veſtigijs interciderunt, vel alijs recenter ijſdem fun-
. . . entis inædificatis, aut propinquis in locis, aut etiam diſiunctis erectis, la-
tent, cogimur ignorare: præterea quoque viæ ipſæ plerumque tum deſtructæ vel
tranſlatæ, tum ſyluis aut paludibus occultę nunc ſunt: attamen ad promiſſum exi-
. . . , quam optimè noſtri ingenij vis ac facultas poterit, inſtitutum hoc deducere
conabimur. A Roma lapide XII. Tarracinã verſus, Marinũ, Colũnarũ ditionis op
. . . in colle eſt · quo loco Blondus putat Marianã villam fuiſſe, L. Murenæ, Por-
. . . q; vicinam. Argumentum eius rei nominum conuenientia videtur. Marinum
enim pro Mariano iam dici non difficulter credi poſſet. Blondus tamen ſi Maria-
na villa hoc in loco fuerit, tum vbi nunc Zagariolum recentis appellationis ca-
. . . eſt, omnino eam extitiſſe cenſet. Marino P. M. VIII. antiqua ciuitas in
tumulo Velitræ, ſcriptoribus omnibus ita conſtanter appellata · quondam hone-
ſtiſsima Volſcorum vrbs, vt Halicarnaſſenſis pluribus in locis indicat, præſertim
autem vbi b cum Liuio Velitrenſes à Martio Rege Romanorum obſeſſos, & ſpe b. li. 3.
. . . itutos auxiliorum, in deditionem veniſſe commemorat. Velitras quoque

Strabo ac Ptolemæus nominant. Plinius Veliternos. Et Volaterranus ſcribit incolas huius vrbis aut Velitrinos, aut Veliternos appellari poſſe. Oppidum Velitras alibi a quoque Dionyſius à Romanis captum, ſubactosque Volſcos b & alio b loco Velitrinos ſepop. Rom. dedidiſſe narrat, poſteaque cladem Volſcorum ingentem eo potiſsimum argumento cognitam, quòd Velitris vrbe frequentiſsima vix decimam populi partem à peſtilentia ſuperfuiſſe conſtiterat: paucos autem illos Romam legatione miſſa, ciuitatisque ſuæ calamitate ſenatui expoſita, eam in pop. Rom. poteſtatem tradidiſſe refert. Liuius c Velitrinos ſeuerisſimè punitos ſcribit, quòd antiqui ciues Romani toties defectionem tentauiſſent: diſiectos enim vrbis muros, optimatibus expulſis, & vltra Tiberim commigrare iuſsis hac lege, ne citra flumen vnquam mille paſſus excederent: traſgreſſoreſque vel multam penderent ſtatutam vel in vincula ducerentur. ne vero deſolaretur vrbs prorſus, colonos impoſuiſſe nouos, à quibus dein priſtinæ formæ reſtituta fuit. Nomen cum ab antiquitate, tum ab Auguſti maioribus hinc ortis habuit. Populo nunc ſatis frequens eſt. A Plinio d Veliterna vina cum primis laudantur. Læuá tum V. lapide Cora, vetus caſtrum in monte, Straboni Silioq; e ſic dictum. Plinius etiam de Coranis ſcripſit à Dardano Troiano ortis, quod item Solinus comprobat. Virgilius tamen aliter his verſibus.

Tum gemini fratre Tyburtia mœnia linquunt
Fratris Tyburti dictam cognomine gentem,
Catillusque acerq; Coras, Argiua iuuentus: quos exponens Seruius, tres fratres è Græcia profectos in Italiá ait, Catillum, Coram & Tyburtium, ab iiſque ſimul ciuitatem conditam à fratre natu maiore Tyburtio denominatam Tybur à Catillo verò montem vrbi vicinum, & hoc à Cora oppidum dictum. Itinere hinc ad Velitras perinfame nemus latrociniis, ſpatio P. M. VI: dein a mœna planitie millium quinque ad Sarminetam caſtellum in colle noui nominis deuenitur. Infra Sarminetam tabernæ quædam, & veſtigia veterum ædificiorum, quæ Trium Tabernarum eſſe puto, quas Antoninus memorat, Tres Tabernas ab Aricia X V I I. lapide collocans. Mentionem earum etiam Lucas f in Apoſtolorum geſtis facit. Nobis vt diximus, hoc in loco fuiſſe prorſus videntur, cum propter antiqua veſtigia, tum propter ſpatii ab Aricia conuenientiam: etſi non deſint qui Tres Tabernas inter Hoſtiam & Romam extitiſſe putauerint. Eutropius apud Tres Tabernas Seuerum Imperatorem à Maximiano Herculio ſcribit occiſum. Vlterius ad M. P. in colle turris apparet, accolæ turrim Sarminetæ vocant, infra quam dextrà viæ, Pomtina deſinit palus, huc uſque à Terracina pertinens, & olim ætate Strabonis, & iam hac noſtra quoque nauigabilis. Millia inde quinque ad vetus oppidum in monticulo, Setiam, ſic à Strabone ac Ptolemæo vocatum, itemque Silio cum ait g: At quos ipſius menſis ſepoſta lyæi Setia, & in celebri miſerunt valle Velitræ. Vina Setina cum Strabo, tum quoque Plinius h commendat. Martialis etiam ſic: Pendula Pomtinos quæ ſpectat Setia campos, Exigua vetulos miſit ab vrbe cados. Setia Pipernum quod etiam colli inſidet, M. P. V. Priuernum Strabo, Liuius, Ptolemæusque nominant, ac item Virgilius i inquiens: Pulſus ob inuidiam regno, vireſque ſuperbas Priuerno antiqua Metabus cum excederet vrbe. Originem ex hoc op-

a. lib. 6.
b. lib. 7.
c. lib. 8.
d lib. 14. cap. 6.
e. lib. 8.
f. cap. ult.
g. lib. 8.
h. lib. 14. cap. 6.
i. lib. 11. Aene.

oppido Camilla traxerat, puella fortiſsima, quæ Turno contra Troianos ...o fuit, & pro eo multa præclarè fecit, vt meritò ſummis à Virgilio laudibus ...retur · quanquam tandem in pugna quoque ceciderit. Qua de re ſic me... d.lib.11.
...rat:ᵃ

Haſta ſub exertam donec perlata papillam
Hæſit, virginiumq; altè bibit acta cruorem.
Concurrunt trepidæ comites, dominamq; ruentem
Suſcipiunt. fugit ante omnes exterritus Aruns.

Volſcis autem fuiſſe ſuperiùs ita demonſtrauerat.

Eſt & Volſcorum egregia de gente Camilla. Silius etiam de Priuernati... at: Sylla Ferentinos Priuernatumq; maniplos Ducebat. Liuius ᵇ Priuerna... b.li.8. rogatos à Senatu qualem pacem maximè optarent, perpetuam ſi bona foret & Aene. ...elta, breuem ſi turpis & infida, reſpondiſſe prodidit. Eoſdem poſtea defectio...tata, denuo in poteſtatem redactos, tandem ciuitate Romana donatos ait. ...quoq; cœlo ſereno ſolem ſanguineum Priuerni viſum memorat. Pipernum ...en quod nunc appellatur, veteris vrbis Priuerni fundamentis planè non eſt in ...catum: ea qppe duobus abhinc fere P.M. in planitie verſus Anagniam, extāt, ...adhuc magnorum operum veſtigia: Priuernumq; vetus à Germanis & Brito...us exciſum Blondus auctor eſt. Extra Pipernum Amaſenus amnis fluit, ita ve...us appellatus· de quo multa Virgilius cum Metabi fugam, eumq; Camillam ...m telo alligatam in vlteriorem ripam traijcientem referens, inquit: Ecce fugę ...o ſummis Amaſenus abundans ᶜ Spumabat ripis · & vlteriùs. Alibi ᵈ quoq; c.lib.11. ...tionem huius amnis facit ita: Quos Amaſene pater: vbi Seruius Amaſenum Aene. ...um in Priuernati ſcribit. Plinius ᵉ agri Priuernatis vina celebrat. Locis dein d.lib.7. ...o finitimis, oppida viciq; reperiuntur aliquot, vtpote Magentia, Arx Gor... Aene. ...a, Arx Sicca virtute inclyta D. Thomæ Aquinatis, quem mater in ea triennio e.lib.14. ...it clauſum, vt indumentis familiæ prædicatorum abiectis, ſtudioſorum iu... cap.6. ...m amictu vti induceret: cęterùm pueri conſtantia matris artes vicit, quem...odum in Samnitibus à nobis poſtea cōmemorabitur. Hinc ad Soninum mil...iunq;. Id ita dictum tāquam Summinum, quòd in alti montis vertice ſit, cum ...dus, cum alij arbitrantur. Inter hanc ſylueſtrem montoſamq; viam, itē aliam ...priùs in ora dicta eſt, Appia ſternitur, ab Appio Cenſore refecta, lapideq; ſtra...uemadmodum teſtatur Liuius ᶠ. Hac ab Appia vrbis Romę porta verſus mō... f.lib.9. Albanum, quo de poſtea dicetur, incedenti, monumenta vetera quædam inte...gra, quædam ex parte vel in vniuerſum collapſa vndique apparent. Mirum quod ...Alexandro VI. Pontif. Max. (vt Volaterranus ſcribit, & nos ex Ioāne Garzo ...o Bononiēſe pceptore noſtro viro doctiſsimo memoria tenemus audiuiſſe) ca...uer in quodam inuentum puellæ, mirabili liquore conditum, eique propemo... innatans, incorruptum, marmore pretioſiſsimo collocatum, capillo flauo ...promiſſo, circumq; caput aurea præcincto corona, ad pedes ardente lucerna, quæ aperto monumento repente defecit. Quantum ex litteris adſcriptis colligi ...rat, annis iam tum amplius MCCC. fuerat ſeruatum· ideoq; non defuere, qui Tulliolę Ciceronis vnicè patri dilectæ eſſe conijcerent. Conſeruatoribus vrbis Romæ nulla parte læſum loco miraculi oblatum, & in Capitolio tanquam ſingu... quid aliquot diebus ſeruatum, Alexander Pontif. in Tiberim abijci iuſsit. Præter ſepulcra quæ paſsim in Appia cernuntur, etiam ampliſsimarum ædium

S 3 veſtigia

veſtigia ſuperſunt, vtpote fundamenta ruinæque mœniorum, ſcapi columnarum confracti, capitula, baſes ſtylobatæ, coronices, epiſtylia, tymbi, abaci, poſtes ingentium portarum, aliaque huiuſcemodi tam multa, vt qui non viderit, credere difficulter queat. Et profectò tot nobilium ædificiorum ruinas neminem ſine ſummo dolore ſpectare poſſe perſuaſum habeo. Sequitur hac eadem in via XVI. ab vrbe Roma lapide Alba ciuitas, ab Appiano *a* memorata. Quoniam autem duas eiuſdem nominis in Latio reperiri traditur, vnam hanc eſſe ſciendum eſt, alteram in Marſis collocari. Eam qua de nunc agimus anno triceſimo poſt ædificatum Lauinium Aſcanius Aeneæ filius ex oraculo patri edito condidit: de quo ſuperius ex Dionyſio dictum eſt, & Virgilius *b* etiam ait: Ex quo terdenis vrbem redeuntibus annis Aſcanius clari condet cognominis Albam. Idem à Liuio *c* quoque monumentis proditum eſt. Trecentis igitur annis hæc vrbs ſuperior Romæ fuit, vti per regum Albanorum tempora manifeſtò demonſtrabitur. Auctor Aſcanius Aeneæ filius & Creuſæ Priami filiæ ſi credimus Dionyſio. Liuius tamen hîc dubium mouet, tradidiſſe quoſdam inquiens, ab Aſcanio Lauiniaque Latini filia conditam: alios ab Aſcanio quidem Creuſæ filio, ſed qui Lauinio nouercaque Lauinia relicta, cum maiori Lauinienſium, Laurentum, & Latinorum parte huc commigrauerit, vrbemque conſtituerit, cui Albæ nomen ab alba ſue cum ſuculis tricenis Aeneæ viſa indiderit. Qua de re Virgilius: *d*

a. lib. 3. *b. lib. 8. Aene.* *c. lib. 1.* *d. lib. 8. Aene.*

Iamq; tibi ne vana putes hæc fingere ſomnum,
Littoreis ingens inuenta ſub ilicibus ſus
Triginta capitum fœtus enixa iacebit,
Alba ſolo recubans, albi circum vbera nati:
Hic locus vrbis erit requies ea certa laborum:
Ex quo terdenis vrbem redeuntibus annis
Aſcanius clari condet cognominis Albam.

Dionyſius *e* quoque mentionem ſuis facit: verùm de colore nihil. Quin & alibi ſimpliciter ait Aſcanium Albæ nomen huic vrbi indidiſſe, quam Græci lingua ſua Leucam appellarent: additum autem cognomen longæ, à ſitus forma, quò diſcerneretur ab altera eiuſdem nominis, & Alba longa vocaretur. Idem confirmat Liuius, ſub Albano monte conditam ſcribens, & à ſitu porrectæ in dorſo vrbis longam Albam appellatam. Sita erat inter montem & lacum media: quamobrem locus natura ipſa tanquam muro tutiſsimo cinctus muniebatur. Lacui maximæ altitudinis, planities ſubiecta cohęret peramœna, & fructuum omnis generis nobiliſsimorum fertilis, vini pręſertim, quod cum Italię totius ſuauiſsimis atq; generoſiſsimis cōtēdat: quo de ſic Martialis. Hoc tibi Cęſarei mitis vindemia collis Miſit, Iulæo quæ ſibi monte placet. Plinius *f* etiam de vua Albana ſcribit in hæc verba. Albani vuę vrbi vicinę ꝑdulces ac rarę in auſtero. Neq; ſolum Albani montis vua cōmendatur. verumetiā vniuerſa propemodum in Italia vites, quę vocantur Albanę. Dionyſius inter initia condendæ vrbis maximum accidiſſe prodigium in hanc ſententiam narrat. Penates quos Aeneas Troia Lauinium deportauerat, inde Albam in noua delubra tranſlati, intimoque templo reconditi, nocte proxima foribus obſeratis, inuiolatiſque tectis atq; parietibus, ſponte Lauinium rediſſe fuerunt inuenti: piationibꝰ etiam ac votis ſolennibus iterū Albam traducti denuo

e. lib. 1. *f. lib. 14. cap. 6.*

uo Lauinium nullius opera remigrarunt: quamobrem cum dubitaretur quid ...imum fieri oporteret, quia neque ſine Dijs patrijs habitandum, neque ſe... relictas ſedes repetendas exiſtimabant, placuit tandem eiuſmodi ſententia, ... tum religioni Deorum, tum hominum commoditati ſeruiretur: vt in delu...s veteribus ſimulacra relinquerentur, ſexcenti verò, qui ſacrorum curam age... ex Alba Lauiniũ domicilia referrẽt. Tot igitur Ægeſto Duce Lauinium remi...grarunt. Subijcit etiam Deos illos à Romanis Penates dici: Grȩcis aũt variè nunc ...όους, nunc γενεθλίους, aliquando μυχίους aut ἑρκίους: easq; diuerſas appellatio... diuerſa tamen ratione proprietateque omnes ijs conuenire. Dein vrbem ...c tantis incrementis auctam idem ſcribit, vt reges XV. continua ſerie tem...m habuerit: quanquam treſdecim alij dicant, quibus ego Dionyſij ſenten... potiorem eſſe debere cenſeo, quòd eum antiquitatem omnem curioſè ac ...enter inquiſiuiſſe manifeſtò conſtet. Primus igitur, vt ille tradit, Albæ ... Aſcanius fuit, Aeneæ filius ex Creuſa: regnauitque annis XXXVIII: al...ylnius XXIX: tertius Aeneas Syluius, XXXI, à quo poſtea ſucceſſores Albani reges Syluiorum traxere cognomen: quartus Latinus, regnauit an... LI: quintus Alba XXXIX: ſextus Capetus XXVI. Pro hoc tamen Li...s Athum collocat, ac pariter Annius, qui & Aegyptium eum fuiſſe dictum ... Commentarijs ait, etſi quo auctore haud ſciamus. Septimus Capys, impera... annis XXVIII: octauus Calpetus, XIII: nonus Tiberinus, VIII. qui in ...bula perijt, eiq; Tiberis nomen à ſe præbuit vti prædiximus: decimus Agrip...regnauit annis XXXIII. vt refert Dionyſius, vel vt alij, XL: vndecimus Al...us, XIX. quem Liuius Anniuſq; Romulum Syluium vocant: duodecimus ...ba Auentinus, XXXVII. qui propter ſcelera fulmine percuſſus in Auentino, ...onti nominis auctor fuit: decimustertius Procas, XXIII. decimuſquartus ...ulius, frater Numitoris minor natu, qui regnum ad fratrem iure rediẽs annis ...II. vel vt alij XLIIII. iniuria tenuit. Eũ Romulus & Remus occiderũt, ac Nu...tori auo materno imperium reſtituerunt, vti à Dionyſio Liuioq; traditur. Am... igitur annis CCCCXVII, Albã ſub ijs regibus floruiſſe manifeſtũ eſt: poſtea ... Senatus Tulliq; Romani regis decreto, Marci Horatij vnius ex tergeminis ..., colonis Romã populariter trãſlatis exciſa cõplanataq; fuit propter Metij ... Ducis Albanorũ proditionẽ. Accidit hoc annis D. minus XIII. vt ſcribit ...ſius a, poſtq̃ ab Aſcanio fuerat cõdita. Liuius tamẽ CCCC. tantũ annos hic ...erat: & nobis in præſenti difficultatẽ hanc plenius excutere nõ libet, propter ...mam auctorum variationẽ circa regum annos. Auctam itaq; maximis in...ctus Albam, diuq; florentẽ, & oppidorum Latinorũ XXX. matrẽ, ſemperq; ...s illius principem, vt inqt Dionyſius, nouiſsima eius colonia ſubuertit & ex... adeo vt habitatoribus Romam in Cælium migrare iuſsis, quod Liuius pro..., vix poſt multa ſecula potuerit inſtaurari: confectam enim iterum ab Hen...o III. Imp. Aug. didicimus. Sed & anno poſt C. N. MCLXVIII. temporibus ...andri III. Pontif. Max. omnia eius ædificia Romanos euertiſſe Blondus b ...t. Nunc planè deſolata iacet, niſi quod Sauellum in angulo quodam caſtel... modicum ex veteris vrbis ruinis ædificatum apparet, vnde nobilis Roma...milia Sauelliorum, ſi Blondo credimus, orta: in cuius etiam ditione lo...eſt. Incolas Albæ Longæ Plinius Albanos vocat, vti etiam Virgilius c inqui-: Albaniq; patres. Vrbs à Liuio, Dionyſio, Tacitoq; ſæpiſsimè nominatur.

a. lib. 3.

b. lib. 15. hiſtoria.

c. lib. 1. Aeneid.

Plurimum ab Innocentio primo Pontif. Max. Innocentij F. quamuis ſemiruta
a. lib. 1. tum, ornamēti accepit. Ad læuam eius Mons Albanus, ita vocatus Appiano *a*, quē
Annius apud Beroſum alijq́; ſcriptores ab Albino Iſtri filio nomē accepiſſe per-
hibent· mihi verò potius ab Alba ciuitate cui imminet dictum videtur. Mons e
præcelſus, & longitudine porrigitur ad Arthemiſium, de quò poſtea dicetur, ver
tice peraſpero vt ſcribit Strabo. Fuit in eo quondam Iouis Latialis fanum a Tar
quinio Priſco ædificari iuſſum, quò Latini quotannis ad Ferias Latinas cōuenie-
bant. Dabatur ibi viſceratio, quæ crudæ carnis diſtributio erat. Templum id in
b. lib. 4. Albano condi decreuiſſe Tarquinium, Dionyſius *b* ſigillatim commemorat, vt
eò Romanorum, Latinorum, Hernicorum, & Volſcorum etiam, qui ex ijs in fœ
dus aſſcripti erāt, populi, quotannis ad mercatum cōuenientes, vnà epularentur
quibus diebus propter loci religionem legemq́; de hoc latam ab omni vi tempe-
raretur, ſacraq; communiter Ioui Latiali fierent: ideoq́; Feriæ vocatæ, quòd in-
terea prorſus ab omnibus negotijs tam forēſibus quàm bellicis feriabatur. Hinc
nimirum vulgaris Italorum vox manet, qua conuentus mercatorum certis anni
temporibus nundinarios corruptè nunc Feras, tanq̃ Ferias appellant. Subijcit
Dionyſius conſtitutum quoq; fuiſſe, quātum quiſq; populus in ea ſolennia præ-
bere quotannis, quantamq́; portionem accipere deberet: ideoq́; quoſdam agnos,
quoſdam caſeum, quoſdam lactis certum modum, alios liba lactaria conferre
ſolitos: victimam deinde communem omnium fuiſſe taurum vnum, de cuius viſ-
ceribus cuiq́; populo ſua tribuebatur portio: Romanos tamen ſacrificijs cæte-
risq́; ſolennibus præfuiſſe. Sed & præter hæc multa de Ferijs latinis apud Dio-
nyſium leguntur, quæ breuitatis gratia præterimus. De monte Albano ſæpe quo-
c. lib. 26. que commemorat Liuius· præſertim vbi *c* Marcellum Syracuſis expugnatis pri-
mùm hìc triumphaſſe narrat, quàm Romam ingrederetur. Multæ nunc ædifi
ciorum in eo ruinæ, maximeq́; templi de quò diximus, & monumentorum plu
rium cernuntur. Caſtellum quoque modicum hîc eſt, extra quod ingens ſepul
crum cum quinis pyramidibus, vna media præcelſiore, cæteris ad angulos
paulo minoribus, apparet. Per circumiectos vndique colles, præſertim ad Al-
bam verſus, cultiſsima vineta, fructiferæq́; cernuntur arbores: & profecto loca
ſunt cum fœcunda, tum peramœna· quamobrem mirari nemo debeat, olim tam
exculta frequentiaq́; populis fuiſſe. Camerenam antiquam vrbem, Albæ pro-
pinquam Annius in commentarijs nominat, à Camerte Aboriginum & Priſco-
d. lib. 2. rum Vmbrorum principe conditam· de qua Dionyſium *d* ait teſtari, vt à Ro-
mulo ſubacta imperio fuerit. Vlterius in monticulo ciuitas Aricia, ſic à Stra-
e. lib. 1. bone, Appiano *e*, Plinio, Tacitoq́; *f* nominata. Polybius *g* etiam Aricinos memo-
f. lib. 20. rat. Roma ſtadijs abeſt CL. vt Strabo, vel CXX. vt Dionyſius *h* ait, confirmatq;
g. lib. 3. Philoſtratus *i*. Ab Archilocho Siculo conditam ac denominatam Solinus ex
h. lib. 6. Caſsio Hermina prodidit. Hac in vrbe Oreſtes monitus oraculo, ſimulacrum
i. lib. 4. Scythicæ Dianæ, quod ex Taurica regione deportauerat, priùs quam Argos pete-
de uita Apollij: ret, conſecrauit. Nicolaus Perottus Ariciæ nomē Archilochū illi indidiſſe qdem,
ſed ab Aricia Hippolyti cōiuge dicit· Hippolytum eñ hîc vna cū Diana domicī-
lium habuiſſe, per quam tranſlatus huc fuerat· & Ariciam in vxorem accepiſſe.
K. lib. 8. Liuius oppidi huius mentionē ſępe facit· p̄ſertim cū *K* Aricinos ciuibus Romanis
l. lib. 4. adſcriptos iiſdē legibus vti Lanuuiates acceptis, refert. Dionyſius *l* Turnū Her-
m. lib. 7. donium Aricinū virum militarem & facundum nominat: alibi *m* quoq; cū Aruns
Hetruſco-

ſcorum rex, Porſenæ filius Ariciam obſideret, Cumanos Ariſtodemum cũ
u Aricinis miſiſſe auxilio narrat, à quo pugna confectus atque trucidatus b.lib.18.
s, oppidumq́; liberatum fuit. Liuius b Ariciam à Cinna Marioq́; peſsimè ha
m narrat. Mentionem eius etiam c Virgilius facit inquiens: Ibat & Hippoly- c.lib.7.
les pulcherrima bello Virbius, inſignem quem mater Aricia miſit. Quo lo- Aeneid.
eruius annotat, Ariciam matrem vocare poetam, propter Auguſtũ, qui matre
a Aricina natus eſt· ac ſi diceret, Aricia quæ Auguſti, maximi viri matrem ge-
londus autem in ſua Italia manifeſto in errore verſatur, cũ Virgilij locum
s, quinq; ciuitates quæ tela ſubminiſtrarunt Aeneæ, deſcribentis, Ariciam
poeta compellari, potentemq́, dici, ꝙ eſſet ex eius regionis præcipuis· nomẽ
à morbis accepiſſe, quos cœli vitium propter vicinitatem Pomtinæ palu-
creet, auctore Seruio. Primo enim mendoſè legit Aricia potens, vbi vera le-
Atina potens habet, & eſt huiuſmodi:

Quinq; adeo magnæ poſitis incudibus vrbes
la nouant, Atina potens, Tyburq́; ſuperbum,
Ardea, Cruſtumeriq́;, & Turrigeræ Antennæ: deinde quod ex Seruio de loco
boſo ac nominis etymoliga refert, in eo quoq; corruptis exemplaribus eum
ptum exiſtimamus. Notat quippe Seruius ad illos verſus, Atinam vrbem fu-
xta Pomtinam paludem, ita dictam quia morbi Græcis ἄται vocentur, quos
loco vicinitas paludium generare plerumq́; ſolebat. Ariciam verò minimè
pellat, cum neque rectè potuerit, vt quæ Pomtinæ paludi nequaquam pro-
qua ſit. Noſtra iam memoria parum frequentatur· & vt Blondus ſcribit, ex
oribus quibus olim ornata fuit, domus nunc ædificatæ, templumq́; Mari-
conſtructum eſt. Plinius d braſsicam Aricinam vt vtiliſsimam commendat, d.lib.19.
ſub omnibus ferè folijs fruticet cauliculis peculiaribus. Martialis eiuſdem cap.7.
porros hoc verſu laudat: Mittit præcipuos nemoralis Aricia porros. Ouidi-
Ariciam quoq; nominat inquiens: Inſpice quos habeat nemoralis Aricia Fa- e.lib.6.
Vrbi vicinum erat ingens nemus, in quo libentiſsimè Vitellium Imperato- Faſt.
rſari ſolitum Tacitus f prodidit. Vltra Ariciam flexus eſt montis præcel- f.lib.19.
vt Strabo ſcribit, in quo dextra viæ Appiæ Ciuitas Indouina, vnde pro-
s vſq; Antium, & ad mare. Hoc quondam Romanorum municipium fuit
uium, vt veterrima quædam hîc inuenta marmora litteris perexactè ac ele-
r inſcripta probant. Lanuuij Plinius g excellentiſsima forma nudos co- g.lib.35.
pictos Athlantem & Helenam fuiſſe tradit. Auguſtiſsimum etiam hîc Iu- cap.3.
s Sopitæ templum erat, de quo ſæpe Liuius· præſertim cum h Antio Lanu- h.lib.8.
oq; Pedum auxilia miſſa narrat, quam vrbem T. Aemilius Conſ. Rom. obſide-
& poſtea, victos Aricinos, Lanuuinos, Antiateis ac Volſcos ſcribens· deniq;
o inferius, Latinorũ viribus fractis atq; diſsipatis, Furiũ Camillũ ait perſua-
patribus, optimam fore rationem augendæ rei Romanæ, ſi populis deuictis
ceretur· ideoq́; tum Lanuuinis iura ciuitatis Romanæ conceſſa, Deoſq́;
ates reſtitutos hac lege, vt deinceps Pop. Romano Lanuuiniſq́; communis
lucus cum templo Iunonis Sopitæ quod ibi erat. Alibi i etiam ſanguine ve- i.lib.20.
Lanuuinorum in eo templo ſudauiſſe tradit. Antiquum hoc & celebre fuit
manorum municipium vt diximus· vnde gens patricia Murenarum orta,
dmodum in oratione pro L. Murena M. Tullius commemorat. Lo-
hunc & à Ptolemæo Lanuuium puto vocari. Tum vltra Ariciam eadem

via

via prope Sturam ſeu Nympheum amnem, ampliſsimum olim cœnobium Foſſæ Nouæ, ſodalitatis Ciſtercienſium apparet. Id centum habitare fratres ſolebant quondam, nūc maiori ex parte ruinis collapſum, aliquot habet fructuum qui ad loci reditus pertinent, colligendorum gratia villicos, porta templi muro obturata, vti nos cum eò ſuperioribus annis iter contigiſſet, vidimus. Exceſsit ibi præcipuum Eccleſiæ lumen D. Thomas Aquinas ordinis prædicatorum frater, anno poſt C. N. MCCLXXIIII. ætatis ſuæ XLIX. Conclauis in quo animam edidit, etiamnum pars aliqua commonſtratur: & in templo monumentum ex marmore, quo conditus. Hinc tum per planitiem multa reperiuntur ædificiorum veſtigia vſq; ad Pomtinæ paludis oram: ibiq; taberna, Maruti vocant, quo loco Forum Appij Antonino nominatum, à Tribus Tabernis P. M. XVIII. credimus extitiſſe. D. Lucas etiam in Apoſtolorum geſtis [a], Paulo deducto Puteolos, fideles quoſdam vſq; ad Tres Tabernas, & alios ad Forum Appij ſcribit occurriſſe. Hactenus Appia progreſsi, nunc ad Latinam accedamus. Per hanc viam Roma decimo lapide fundamenta Columnæ oppidi inueniuntur: ex quo, ſi Blondo credimus, ante multos annos Columnarum magnifica familia prodijt. Alij tamen è contra, locum ab illa gente nomen accepiſſe, vti à primis conditoribus exiſtimant. Incipit hîc nemus Algidum, Liuio cæteriſq; ſcriptoribus ſic dictum. ſupra quod in monte conſpicitur Arx Papalis, ita nunc vulgò nominata: quondam Algidum, vt Volaterranus ex hiſtoricorum monumentis comprobat, Algidum vocatum inquiens, à ſitu loci, perpetuis cœli frigoribus, propter altitudinem algentis. Meminit eius Horatius ſic: Quæq; Auentinum tenet, Algidumq; Dionyſius etiam non ſemel: & hinc denominata quoq; ſylua monti ſubiecta, qua de paulò antè diximus. Algidum oppidum à Roma P. M. XII. abeſt, vti & ſylua. Eius deinde medio, via qua diſcurrimus in duo cornua ſcinditur: dextro P. M. à Columna XV. Valmontonium eſt, vbi Lauicanum olim ſitum infrà demonſtrabimus: ſiniſtro, haud magno itinere Gallicanum deuenitur, quod poſtea dicetur. In aditu nemoris Algidi Lacus Regillus, ita veteribus appellatus, quod etiam Volaterranus aſſerit: nunc D. Praxedis vocant. Ad hunc Poſthumius Dictator optima fortuna cum Tarquinio Superbo conflixit vt Liuius [b] auctor eſt: Dionyſius [c] tamen cum Latinis Tarquinioq; Superbi filio pugnatum dicit. Tribus à Gallicano milliaribus vrbs Pilaſtrina, veteribus vti in tempore demonſtrabitur, Præneſte nominata. Hinc Cauæ milliario altero, Columnarum caſtellum: inde totidem Sinatianum, frequēs & nobile caſtrum: vnde millia X. Anagnia vrbs inter Hernicos, qua de plenius deinceps in ea gente tractabimus, vti tum eius antiquitatis cauſa, tum pro dignitate virorum illuſtrium quos edidit, par eſt.

a. cap. ult.
b. lib. 2.
c. lib. 6.

HERNICI.

PRiuſquam de Anagnia dicamus, pauca de gente Hernicorū præmittere operæpretium eſt viſum. Hernici itaq; populus dictus à locis aſperis & ſaxoſis in quibus habitabat: nam Herniæ Marſorū & Sabinorum lingua ſunt ſaxa, quē admodum ait Feſtus: proin Hernicus durum, aſperum, ſaxoſumq; denotat. Non defuere tamen, qui nomen Hernicorum à Sabino quodam his locis imperitanti tractum aſſeruerint: & Iulius Græcinus [d], qui æqualis Ouidij fuit, & de vrbibus Italiæ ſcripſit, appellationis eius auctorem Hernum Pelaſgum gentis ducē prodidit. Sed prior opinio mihi magis probatur: nimirū Hernicos à ſaxis aſpretiſq; quibus incolebant, nominatos. In hac gente numerantur Anagnini, Verulani, Alatrini,

d. lib. 2.

…ni, Fruſinones, aliiq; populi ſicut oſtendetur. Liuius Hernicos perſæpe cõ-
… primùm vbi a gentem illam exceptis Alatrinis & Verulanis, bello Roma- a.lib.9.
…muniter petiuiſſe· & inferiùs vbi Martium Conſulem Hernicos deditione
… narrat. Virgilius etiam eorũ meminit in quiens: Hernica ſaxa colunt, quos
… Anagnia paſcit: & Silius b: Hernica quæ impreſſo raduntur vomere ſaxa. b.lib.8.
… olim longe fuit potentiſsima· bellumq; contra populum Rom. diu ſuſti-
…vit à Liuio traditur, itemq; Dionyſio, c ſigillatim maximas eius res geſtas c.lib.8.
…bente. In Hernicis igitur Anagnia eſt ciuitas: Ananiam Strabo vocat, plu-
…mq; commendat. Plinius Anagninos in prima regione numerat. Ptolemæ-
…m Anagniam compellauit, vti quoq; Tacitus d, ac Silius e inquiens. Hunc d.lib.19.
…r Anagnia fleuit: & alibi f: Queis putri pinguis ſulcaris Anagnia gleba: itẽ: e.lib.5.
…iferis tete ante alias Anagnia glebis: præterea Virgilius eo verſu: Hernica f.lib.8.
…colunt quos diues Anagnia paſcit: ad quem commentatur Seruius, Anagni- g.lib.12.
…tem appellari, vel quòd perfœcunda ſit· vel ad hiſtoriæ confirmationem.
…enim Antonium Auguſti ſorore Fuluia contempta, Cleopatraq; in vxorem
…ta, nummum percuti iuſsiſſe. Liuius quoq; multis in locis de hac vrbe me-
…t· nominatim vbi h cõuocato per Anagninos in Circo Maximo vicinorum h.lib.9.
…rum omnium, præter Alatrinos & Verulanos, concilio, Pub. Cornelio
…a, M. Tremulo Coſs. Hetruſcos commune bellum contra Romanos de-
…e ſcribit· Anagninis verò pòſt hac lege ciuitatem permiſſam, ne ſuffragio-
…s haberent, ac ſimiliter à cœtibus concilijsq; magiſtratuum omnibus, præ-
…m ſacerdotum, ſubmoti eſſent. Alibi i muros & portam Anagniæ fulmine i.lib.27.
…am· item alio loco, terram ante portam huius vrbis ictam ſine vllo ignis
…to arſiſſe· præterea terra quandoq; pluiſſe Anagniæ, prodidit K. Vrbs nõ mo K.lib.45.
…ẽte Romanorum Imperio, ſed etiam poſteriori memoria perhoneſta fuit.
…ces Rom. quatuor genuit· nominatim Innocentiũ III. & Gregorium IX.
…epotem è Comitum familia, vt Platina Petrarchaq; referunt. Gregorium
…fuiſſe pereruditum ac prudentem accepimus: eiusq; iuſſu Raymundus Pe-
…us Catelanus ordinis prædicatorum monachus ingens Epiſtolarũ à Con-
…ſummisq; Pontificibus ad varios ſcriptarũ volumen cõtexuit, quod Decre-
…vulgò nominant. Dominicum apud Reate familiæ prædicatorum auctorẽ,
…ſabetam virginem in Diuorum numerũ retulit. Tertius ex Anagnia Pontif.
…Alexander IIII. fuit, nõ minus bonitate q̃ doctrina præcellens· quartus, Bo
…s VIII. ex manifica domo Caietana· qui primo Iubilæi tempus centum an-
…conſtituit· aliaq; multa optimè fecit: demum proditus ab ſuis ciuibus in-
…mis, Sciatæq; Columnæ hoſti deditus, Romam indignè pertractus, ibi vi-
…miſerè finiuit. Orti etiam hac vrbe Cardinales, Epiſcopi, ſimilibusq; digni-
…us inclyti viri plurimi. Plinius auctor eſt & C. Septimulium Graccho per
… Anagniæ progenitum· cuius prope Aeſerniam in Samnitibus elo-
…in lapide legitur huiuſmodi. C. Septimulio C. F. Treobolæ IIII. Vir.
…ſtamento. Patria quoq; hæc Ioannis Anagnini Bononienſis Archidiaconi,
…entatoris Legum Pontificiarum, maximeq; Decretalium· qui anno à
N. MCCCCLVII. Bononiæ fato conceſsit. Nunc Anagnia vrbs antiquiſsi-
…diruta prope ac deſolata iacet. Cum nobis anno à C. N. MDXXVI. tran-
…per eam incidiſſet, ingentibus ruinis, maximeq; prætorij à Bonifacio Pontif.
…m. quem ſuprà compellauimus ædificati, ſumma cum admiratione miſera-
tioneq;

tioneq́; ſpectatis, cauſam cladis à quodam ex optimatium numero interrogato didicimus,Bonifacij Pontif. capturam: quippe ex illo die vſq; in præſens, varijs occaſionibus vrbem iuiſſe præcipitem, adeoq́; bello,peſtilentia,fame,plurimum verò ciuilibus odijs in hanc calamitatem redactam: inteſtinis enim contentionibus alios ab alijs eiectos,pulſorũ ædibus incenſis, viciſsimq; per vim ſe reſtituentium eoſdem ſpiritus, eandem belli rationem in aduerſarios fuiſſe. Hanc ob rem non pridem cum à paucis qui ſupererant ciuibus, in cœtu concilioq́; communi de malorum cauſa quæſitum anxiè eſſet, tandem hanc occurriſſe, quòd maiores illorum Bonifacio Pontif. prodito ſe grauiſsimo ſcelere deuinxiſſent, idq́; quoniam hactenus expiatum non fuerat, ideo Clemente VII. Pontif. obteſtato, vt Epiſcopum ad ſe mitteret aliquem, qui populum ab illa maiorum noxa liberaret expurgaretq́;,hoc demum precibus ac votis ritè pro incolis factis, vt ab anathemate,quo ob manus Pontifici Max. violenter iniectas adhuc erant obſtricti, abſoluti Deo haberentur, executum. Recordatione profectò vehementer commouemur & perhorreſcimus, quam ſeuerè vim aduerſus ſacerdotes commiſſam non tam in ipſos qui intulere,quàm etiam in eorum filios ac nepotes Deus vindicet: quapropter & per Dauidem ipſe locutus, Nolite tãgere Chriſtos meos,id eſt, ſacerdotes mihi conſecratos. Hæc de Anagnia ſatis. Propinquus illi fons Toſanus,hyeme Celano lacu glacie conſtricto ſiccus, autumno, vere, ac æſtate redundans,vt ab illo lacu originem habere credi queat. Scribit enim Plinius è Fucino lacu, qui Marſorum dicitur,meatus quoſdam occultos & ſubterraneos cuniculos eſſe,per quos certis anni temporibus aqua dilabatur,amniq́; cuidam initium faciat: quanquam vbi fluuius ille exoriatur,non adijcit. Blondus hunc fontem ab eo lacu creari per abditas humo vias coniectat: eiusq́; rei mihi quoq; non vulgare videtur argumentum quod diximus,congelato lacu fontem exiccari. Aquæ ex eo promanantes Gariliano illabuntur, eumq́; plurimum exaugent. Vltra Anagniam millibus quinis alia Hernicorum vrbs in colle eſt Ferentinum, olim colonia Romanorũ,ita Straboni,Dionyſio,Liuio,Antonino, Ptolemæo, Silioq́;
a.lib.3. dicta. Plinius Ferentinates in prima regione numerat. Liuius a Tullum regem ad
b.lib.7. caput Hernicorum Ferentinum profectum, & b alibi id ab eodem expugnatum,
c.lib.9. alioq; loco c tribus Hernicorum populis, Alatrinatibus, Verulanis,& Ferentinatibus ſuas leges reſtitutas, quòd eas iuri ciuitatis Romanæ præferrent, præterea pòſt, exercitum in Ferentinates miſſum,cruentamq́; pugnam qua cecidere CCC.
d.lib.4. commiſſam,& militibus prædam conceſſam narrat. Dionyſius d in foro Ferentino concilium habitum ſcribit. Hinc tum quinto lapide Fruſinum abeſt,à Stra-
e.lib.8. bone, Antonino, Ptolemæoq́; memoratum, & item à Silio e cum ait: atq; duro
f.lib.12. Fruſino haud imbellis aratro, item alibi f: Bellator Fruſino. Plinius Fruſinates in
g.lib.10. prima regione Italiæ recenſet. Eoſdem nominat Liuius g,tertiaq́; agri parte mul-
h.lib.27. tatos à Romanis ait, quòd Hernicis auxilia ſubmiſiſſent, Alibi h puerum Fru-
i.lib.21. ſini magnitudine vt quatuor annorum videretur, alioq́; i loco præter hæc & agnũ cum capite ſuis ibidem natum ſcribit. Patriam duorum Pontificum fuiſſe reperimus, Hormiſdæ Iuſti F. Symmacho ac Boëtio Coſs. item Syluerij Hormiſdæ F. quem imperante Iuſtiniano Theodatus Gothorum rex accepta pecunia Pontificem vitio dixit,vt Platina Petrarchaq́; teſtantur, qui eum initia peſsima, finem optimum aiunt habuiſſe. Flumen deinde Coſa iuxta Fruſinum decurrit, vti à Strabone demonſtratur. Poſt M. P. XV. Latij hoc latere terminus, Ceparanum.

oc ipſo tamen itinere dextra Sinatiani Palianum inuenitur, ꝙ annis ſuperiori-
Aſcanio Columnæ Paulus III. Pontif. Max. ademit. Decætero Serronium,
um, Acutium, Triuilianum, Collis Podius, Anticolum, & antiqua ciuitas
lum, ita veteribus appellata. Plinius Verulanos in prima regione memorat.
uius non ſemel huius oppidi mentionem facit· præſertim a tamen vbi Veru- a lib. 9.
s ſuas leges reſtitutas, quas ciuitate Romana potiores eligebant, permiſ-
q; illis affinitatis cũ Pop. Romano ius ſcribit. Hoc tempore ſummũ huic ſuo
tali ſolo decus ac ornamentũ eſt Ennius Philonardus Epiſcopus Verulanus, &
Paulo III. Põtif. Max. Cardinalis ob ſingularem virtutẽ dictus ex Sancti Angeli
tellano, poſt C.N.MDXXXVI. anno. Vir eſt perhumanus, candidus, vſu re-
& ingenio pollens, litteratorum ſummus fautor ac patronus. Plurima ab eo
o ſede Põtificia ſumma cum laude geſta multis recitare poſſemus, ni cõmodio-
ſeruanda tẽpori arbitraremur. Succedit caſtellum modicũ Fumonis, à Petrar-
, Platina, Blondo, Sabellicoq́; frequenter nominatum, ꝙ Cæleſtinus V. Põtif.
bdicata dignitate, vir probatæ vitæ, Petrus Moronus antea dictus, in eius arce
tentus moriq́; coactus fuerit à Bonifacio VIII. Pontif. eius ſucceſſore. Dein vl-
s Alatrium veterrimum oppidum à Strabone ſic appellatum. Mendoſos Pli-
codices eſſe exiſtimo, in quibus prima Italiæ regione Altrinates videntur no-
ari: puto quippe Alatrinates legi debere. Barbarum hominem diligentiſsimũ
amur hoc in caſtigationibus non animaduertiſſe· niſi forſan emendatioribus
ris eſt vſus, vt correctioni locus non eſſet. Leges ſuas Alatrinatibus reſtitutas,
alijs etiam vnà vrbibus è Liuio ſuprà relatum eſt. De cętero Babucum ciuitas,
uio Bouillæ dicta ſi Blondo credimus· de qua mentionem quoq; facit Tacitus
em Nota, Turritiũ, Profeum, Vicus, Ripæ, Porcilianũ, Treuum, & Fetinum. b lib. 15.
repetita via medio in nemore Algido relicta, Valmontonium caſtellum in & 30.
lle cernitur, Labicum Straboni dictum, ac item Silio c cum inquit: & veterem c. lib. 5.
are Labicum: alibi d inſuper: Iamq́; adeo eſt campos ingreſſus & arua Labici. d. lib. 12.
us agrum Labicanum in prima regione collocat. Virgilius quoq; de Labi-
Et picti ſcuta Labici: quo loco ſcribit Seruius populum hũc à Glauco Mino-
o nomen inueniſſe, qui Labicus appellabatur à ſcuto militari intus anſato,
od primus in Italia oſtendit· λαβὴ namq; Græcis anſam ſignificat. Sæpiſsimè
ci mentionem facit Dionyſius, nominatimq́; e Latinorum oppidum vocat à e. lib. 8.
Coriolano cum cæteris Albanorum colonijs ſubactum. Liuius etiam huius
is non ſemel meminit· præſertim f verò expugnatam à Q. Sulpitio Priſco Di- f. lib. 4.
ctatore direptamq́; ſcribit, & colonis eò Roma ex S. C. miſsis bina iugera ſingu-
data. Labicanus ager olim ab vuæ præſtantia nomen habuit, cuius tres & vi-
ti libras vno prãdio Claudium Albinum abſumpſiſſe Capitolinus auctor eſt.
Caſtrum Valmontonium ditione nunc habet magnifica Romana familia Co-
tum. Haud procul hinc Monfortinum, caſtellum Monfortinorum, etiam ex
atritijs Romanis· quos & hinc denominatos Blondus ſcribit. Sequuntur Zan-
catum, Gauinianum, & Signia, quam ſic compellat Strabo. Plinius Signinos in
prima regione numerat. Coloniam Tarquinij Superbi fuiſſe perhibet Dionyſius
g, addens caſu ac fortuitò conſtitutam, cum eius milites hyberna ibi caſtra in g. lib. 4.
odum oppidi cõmuniuiſſent. Liuius etiam Signiæ mentionem facit, cum à Ro-
anis X. Latinorum principes eorum ſententiæ audiendæ cauſa vocatos, nemi-
ne ex Signinis aut Velitrinis accerſito, ſcribit. Vinum Signinum Strabo & Plini-

a.lib.14. cap.6. b.lib.8. us a commendant, quod vetus aſtringit ventrem: vnde Martialis: Potabis liquidum Signina morantia ventrem: Ne nimium ſiſtant ſit tibi parca ſitis. Et Silius b: Quos Cora, quos ſpumans inimico Signia muſto. Vrbem hanc Vitalianus Pontif. Max. Anaſtaſij F. ortu illuſtrauit, à quo modulationes quibus Eccleſia Romana vtitur compoſitæ, organaq; inuenta, quemadmodum Petrarcha tradidit. Superioribus annis Romæ vita conceſsit maximo ſtudioſorum dolore Laurentius Grana Romanus, Epiſcopus Signinus, orator excellens & admirabilis, tenaciſsimæq; memoriæ vir, ac virtutibus omnibus ornatus. Poſt Signiam vlteriùs ſunt Scurcula, Merulum, Supinum, Patrica, Cecanum, & Caſtrum hac parte Latij finis. Conſequens igitur eſt vt eodem modo per tertiam Latij viam, Strabo Valeriam Tyburtinamq; vocat, diſcurramus. Ea, inquit ille, Tyburi incipit, & per Marſos vſque Corfinium olim Pelignorum caput ſternitur. Itaque hac primùm à Roma ciuitas in colle X V I. lapide Tybur eſt, ſic à Strabone, Ptolemæo, cæteriſq; ſcriptoribus appellatum. Plinius Tyburtinos in quarta regione collocat. Vrbis conditorem originemq; nominis in diuerſum auctores trahunt. Quidam à Phocenſibus ædificatam: alij cum Solino & Catone à Catillo Arcade claſsis Euandri præfecto: nonnulli cum Sexto Græco ab Argiuis aſſerunt: Catillum verò filium Amphiarai poſt prodigioſum patris interitum ad Thebas, in Italiam hortatu Tydei patrui profectum, ibi tres genuiſſe filios aiunt, Tyburtum, Coram, & Catillum, qui patre mortuo pulſis ex oppido Siciliæ veteribus Sicanis, vrbem hanc à maiore natu Tybur appellarunt, tanquam

c.lib.7. Aeneid. Tyburtum: quod confirmat Seruius apud Virgilium in his verſibus c:

Tum gemini fratres Tyburtia mœnia linquunt
Fratris Tyburti dictam cognomine gentem,
Catilluſq;, acerq; Coras, Argiua iuuentus.

Ego puto haud difficulter has omnes de origine tum oppidi, tum nominis opiniones poſſe conciliari: nimirum vt Tybur à tribus illis fratribus conditum, cum quibus Argiua iuuentus vnà

d.lib.3. Cant.1. erat, atque in Italiam venerat, accipiamus. Id & Facius d confirmat hac de Tybure ſententia: Vidi vbi Catillus poſtea vixit Quam Thebas reliquit. Virgilius Tybur inter eas quinque ciuitates recenſet, quæ tela Aeneæ fabricarunt, inquiens e: Quinque adeo magnæ poſitis incudibus vrbes Tela nouant, Atina potens Tyburq; ſuperbum. Et Seruius ad eos verſus annotat, quod ſuperbum Tybur poëta vocet, eo per tranſitum illud tangere, quoniam aliquando cum à Senatu auxilia poſcerent Tyburtes ſub commemoratione beneficiorum, hoc tantum reſponſi tulerint, Superbi eſtis. Silius f etiam de Tybure ſic ait: Hinc Tybur Catille tuum ſacriſq; dicatum. Olim etiam vocatum Herculeum auctor Strabo perhibet, quòd Herculem præcipuè Tyburtes colerent, eoq; certa quotannis feſta die, maxima populorum multitudo confluerent vt ait Perottus. Quin etiam Cataracta dictum legitur ob vicinas loci anguſtias, vnde fluuius Anio præcipitat vbi primum nauigabilis eſſe incipit: amnis enim ille per nemora vſque Tybur deſcendens, ibi ex editiſsimis rupibus in ſubiectam conuallem delabitur, ac pòſt in Tiberim intrat, vti etiam à Strabone perſcriptum eſt. Liuius plurimis in locis memoriam Tyburis vſurpat: præſertim verò cum g bella Tyburtium & Romanorum, pacemque compoſitam inter eos refert. Et Ouidius h in Faſtis inquit: Aſpice Tybur. Poſterioribus ſeculis Imperij Romani maieſtate collapſa, florens etiam huius vrbis fortuna perijt: à Germanis enim euerſam, etſi pòſt

e.lib.7. Aeneid. f.lib.8. g.lib.7. h.lib.6.

à Fride-

Friderico Aenobarbo muris ampliata reſtitutaq; ſit, didicimus. Arcem ibi quæ nunc eſt munitiſsimam Pius II. Pontif. Max. extruxit, cuius aditum Ioannes Antonius Campanus, Epiſcopus Aprutinus homo doctus hoc diſticho ornauit. Grata bonis, inuiſa malis, inimica ſuperbis Sum tibi Tybur, enim Pius inſtituit. Cælum habet temperatiſsimum· quapropter ſuperioribus ſeculis aulæ Romanæ Primores hîc æſtatis feruentiſsima tempora ſoliti fuerunt degere. Famam Tyburis Sibylla Albunea Tyburtina cognominata, quòd iuxta fontem Albuneam, quo de poſtea dicemus, prope Tybur eſſet nata, plurimum illuſtrauit. Eam hîc ad Anienem diuinis honoribus cultam repérimus· in quo amne poſtea ſimulacrum eius librum manu tenens inuentum eſt. Simplicius quoque Pontif. Rom. patria Tybur fuit. Sed & alios præterea multos excellentes ſummosq; viros genuit quorum omnium commemoratio niſi longiſsime fieri haud poſſet. Inprimis tamen Vincentius Leoninus fuit, qui diu ſummo cum Laude bellica ſtudia ſectatus eſt, & fratrem habuit Eccleſiæ ſua in patria moderatorem ſapientiſsimum. Extra Tybur altiſsimis in iugis fons eſt Albunea quem paulo ante nominauimus, & ſic ab aquæ qualitate dictum ait Seruius in horum Virgilij [a] verſuum expoſitione: *a.lib. 7. Aeneid.*

oracula Fauni
Fatidici genitoris adit· Lucosq; ſub alta
Conſulit Albunea, nemorum quæ maxima ſacro
Fonte ſonat, ſæuamq; exhalat opaca mephitim.

Addit etiam Seruius, ſub ipſa Albunea dici, quòd fons præcellis in montibus ſit· à quibuſdam etiam Leucotheam vocari· præterea non ſolum fontis, ſed etiam ſyluæ circumiectæ nomen eſſe Albuneam. Infra Tybur haud procul multa vetuſtatis inueniuntur monumenta· interque cætera marmor inſigne, quo leo cum equo tam aptè comminus exprimitur, vt vera viuaque pugna videatur. In læua propinquo loco ad pedem montis ruinæ apparent mirificæ ac peringentes Villæ Tyburtinæ, quam Adrianus Imper. immenſis ſumptibus ædificauerat, ita vt in ea & prouinciarum, & locorum celeberrimis nominibus inſcriptis, veluti Lycium, Academiam, Pritanium, Canopum, Pœcile, ac Tempe partes vocaret, inquit Spartianus. Circum Tybur Latomiæ ſunt, vbi lapis Tiburtinus, de quo Plinius [b] etiam meminit, cæditur. Ex hoc & ex Gabio maior ſplendidorum ædificiorum *b.lib. 36. cap. 22.* pars vrbis Romæ conſtitit. Subiecta Tyburi planities propter Anienem plurimis aquulis gelidis ſcaturit, quas Albulas vocant, multa medica virtute cum potæ, tum balneo adhibitæ pollentes, vt ſcribit Strabo. Nomen albularum ab coloris Albedine captum, quam metallum ſulphuris vnde fontes promanant, efficit· quamobrem ita Martialis [c]: Itur ad Herculei gelidas qua Tyburis arces, *c. lib. 1. Epig.* Canaq; ſulphureis Albula fumat aquis. Similes natura ſunt Labanis in agro Nomentano, ac item alijs circa Eretum aquis vt Strabo perhibet. Ad viam præterea qua Tybure Romam itur, quibuſdam in locis candentes generantur lapilli, dulciarijs condituris velut amygdalarum, coriandri, aniſi, cinamomi, ac id genus alijs ſimilimi, adeo quidem vt non niſi à prudentibus diſcerni queant· & nos Romæ múltos in ijs dijundicandis etiam acutos & perſpicaces decipi viderimus. Vulgò Tyburtina conditurę nominantur. Trans Anienem è regione Sabini· quos hîc ideo commemorare voluimus, quoniam Tyburi finitimi ſunt, vnde nobis iam ad reliqua Latij tranſeundum eſt.

AEQVICOLI.

SVpra Tybur in Latio præcelſis aſperiſque montibus Aequicoli habitarunt, de quibus ita Virgilius a:

a. lib. 7. Aeneid.

Horrida præcipuè cui gens, aſſuetaq́; multo
Venatu nemorum duris Aequicola glebis
Armati terram exercent, ſemperq́; recentes
Conuectare iuuat prædas, & viuere rapto.

His verſibus exactè, ni fallor, ſatis gentem hanc poëta depinxit: agreſtem enim moribus & incultã, perpetuoq́; venatui deditam, & propter locorum aſperitatem ſterilitatemq́; rapinis vitæ neceſſaria quærere ſolitam perhibet. Primos omnium è Latinis Aequicolos Populum Rom. iam adaucta cõfirmataq́; nonnihil re ſua, imperio ſubegiſſe Liuius author b eſt, LX. diebus Aequicolorũ oppida XL. varijs modis expugnata captaq́; memorans, adeoq́; tum nomẽ illius gentis penè deletũ. Dionyſius Halicarnaſſeus c etiam multis in locis bella pugnasq́; Populi Romani cũ Aequicolis recenſet. Meminit eorum & Tacitus c, ac item Diodorus d Siculus. Primum gentis oppidũ inter montes ad læuã Anienis eſt Vicus Varronis à quibuſdã dictus, ſed à Sabellico Vicus Valerius, qui in hæc verba ſcribit. Vrſinus antiſtes ad Vicum Valeriũ, alij Varronis appellant. Caſtellũ nunc eſt cũ natura loci, tum opere munitiſsimum: in cuius oppugnatione MDXXXIII. poſt C. N. anno Ludouicus Gonzaga legionum Clementis VII. Pontif. ductor, vir fortiſsimus globo tormentario ictus interijt. Nomen loci Marcus Antonius Coccius Sabellicus ortu memoria noſtra vehementer nobilitauit: à quo hiſtoricæ Rapſodiæ Enneades ab orbe cõdito, vſq́; ad annum poſt C. N. MDVII. conſcriptæ: præterea res geſtæ Venetorum, hiſtoria Foriiulij, Exemplorum, De Venetis Magiſtratibus, Epiſtolarum familiarium, Orationum libri, aliaque multa volumina relicta. Diem obijt Venetijs ſumma cum iactura linguæ Latinæ, MDVII. à C. N. anno. Diu Salarium illi publicè dedère Veneti, propter annalium vrbis confectionem. Vltra Vicum Valerium inter rupes Procella & Canta lupum parua ſunt oppida: dein aſpero præcelſoq́; in monte Riuus frigidus: ſupra quem altiſsima iuga, nullis vel editiſsimis totius Apennini cacuminibus inferiora, puteis cum plurimis perfoſſa, quorum in numero bini tantæ profunditatis ſunt, vt cuiuſuis poëtæ diſtichon planiſsimè recitare queas, priuſquã deiectus ex ſummo ore lapis ad ima perueniat. Eos ſpecus Martius Aedilis, vel Claudius Imper. effodit quò curſus aquæ Fucini Lacus in vrbem perducti, terra ventum per ea ſpiracula exhalante, non impediretur: quod opus Claudium annis ferme XII. continuis XXX. hominũ M. operis ægrè perfeciſſe Suetonius auctor eſt. Eaq́; de re Plinius e etiã in hæc verba ſcribit. Eiuſdẽ Claudij inter maxima eqdem & memoranda duxerim, quãuis deſtitutũ ſucceſſoris odio, montẽ perfoſſum ad Lacũ Fucinũ emittendum, inenarrabili pfectò impẽdio, & operariorũ multitudine per tot annos. Cũ aũt corriuatio aquarum, qua terrenus mons erat, egereretur in vertice machinis, aut ſilex cæderetur, oĩa qui intus in tenebris fierent, neq́; cõcipi animo niſi ab ijs qui videre, neq́; humano ſermone enarrari poſſunt. Ita Plinius. Et profecto nos etiam rei recordatione vehementer miramur, qua induſtria riuus eius aquæ per intima montium effodi potuerit, & aquæ ac ſaxa educi in vertice machinis, opere toto denſiſsimis in tenebris vt in inquit Plinius geſto. Poſt Riuum Frigidum recta deuenitur Arccolum: iuxta quòd in mõtium verticibus amœna incipit planities, vbi

b. lib. 9.
c. lib. 1.
d. lib. 12.
e. lib. 36. cap. 15.

quondam Carſeoli, ſic à Strabone dicti, tenuere. Plinius etiam Carſeolanos quarta regione numerat. Liuius Carſeolos *a* in Aequicolis Coloniam dedu- *a. lib.10.* ...m: & pòſt, Carſeolanos in poteſtatem Populi Rom. per deditionem veniſ- ... item alibi *b* Carſeolos inter eas vrbes, quæ bello Punico Romanis auxilia ne- *b. lib.27.* garunt fuiſſe: præter hæc & alio loco *c* Bithim Regis Thraciæ filium obſidem Po *c. lib. 40.* pulo Rom. datum Carſeolis in cuſtodia degiſſe ſcribit. L. Florus Carſeolos eti- am aduerſus Populum Rom. bello ſociali arma tuliſſe prodidit. Dehinc ſum- mo in montis vertice Cellæ, tam difficili aſperoque aditu, magis vt eſſe haud ...quam poſſent. Sequitur Seucula & Peretum: vnde ad Talia: cotium deſcen- ...honeſtum in primis caſtrum, & populi frequentia multis huius regionis vr- bibus non impar. Sabellicus *d* Taliequitium vocat: ſed quem eius nominis ha- *d. lib. 1.* ...at auctorem, nondum inueni, putoq́; ſic ab illo formatum: quoniam vti & *Ennead.11.* ...ondus tradit, caſtellum recentis originis eſt: quanquam Volaterrani ſenten- ... mihi magis probetur, ædificatum vnà cum Vico Valerio Celanoq́ue pro- pter Carſeolorum & Claſtidij veterum his in locis vrbium interitum. Agro eſt peramœno ac fœcundo, vndique vitibus, ficubus, pomis, pyris, eiusque gene- ...arboribus conſito, prædijs villisq́ue Bononienſi vel Aemiliæ totius vlli haud infrequentiore. Tenet hæc vt nunc ſunt, imperio Aſcanius Columna princeps illuſtris. Aequicolorum nomen ſuperiori memoria Marius Aluetius pluri- mum nobilitauit cognomento Aequicolæ, qui diu inter Franciſci Gonzagæ Mantuani Marchionis familiares fuit, & lingua vernacula pereleganter Gon- zagarum vitas ſcripſit. Hæc de Aequicolis quibus in Latio deinde Marſi annectuntur.

MARSI.

AVctorem huius gentis Marſum Vlyſsis & Circes filium Plinius appel- lat: Silius autem Marſiam Phrygem, eum quem ab Apolline muſico cer- ta...ine victum, & pòſt in hæc loca commigraſſe ferunt: quamobrem ſic in- ...it *e*: *e. lib. 8.*

Sed populis nomen poſuit metuentior hoſpes
Cum fugeret Phrygios trans æquora, Marſia, Crenos
Migdoniam Phœbi ſuperatus pectine Loton.

Alij Marſos à Marſia quodam Lydorum Duce denominatos: nonnulli à Pſyllis Africæ populis, qui- bus naturalis contra ſerpentes vis inerat, ortos, ac inde Naſſamoniorum ar- mis pulſos, partim in Cyprum, partim huc ſe recepiſſe ſcripſerunt: quemadmo- dum Landinus in eo Virgilij *f* verſu: *f. lib.7. Aeneid.*

Quin & Marrubia venit de gente ſacerdos, commemorat.

Ferociſsimam olim gentem Marſos didicimus, etſi ſatis arctis finibus includere- tur. Memoriam eorum Strabo, Plinius, Florus, Ptolemæus, Vibius Sequeſter ac Tacitus *g* vſurpant, itemq́ue Liuius frequenter, nominatim verò cum *h* Marſo- *g. lib 1.* rum agrum ab Annibale deuaſtatum: item eum *i* eundem à vicinis Romæ locis *h. lib.22.* redeuntem per Marſos tranſitum habuiſſe: præterea cum *K* Marſos quia liber- *i. lib 26.* tatem à Populo Rom. petitam impetrare non potuerant, Picentibus, Veſtinis, *K. lib.72.* Pelignis, Marucinis, Lucanis & Samnitibus ad defectionem vnà concitatis,

 aucto-

auctores belli ſocialis, quod Marſicum inde appellatum, memorat: quæ res à Strabone & Floro ſimiliter eſt perſcripta. Quoniam verò Liuius ita loqui videtur, ac ſi Picentes eius belli principes fuerint· nobis à Marſis initia quidem coniurationis furorisq; profecta, ſed dein Picentes arma primos cepiſſe placet. Eo bello prius à Marſis victum Pub. Rutilium· Marſos dein à C. Mario ſcripſit Li-
a. lib. 73. uius a vnà cum Floro. Eoſdem pòſt b, iterum à C. Mario & Cn. Pompeio ſupera-
b. lib. 74. tos iidem auctores ſunt. Præterea Liuius c denuo fractos atque debellatos ſcri-
c. lib. 76. bit à L. Murena, Cæcilioq; Pinna Syllæ legatis, adeo vt pacem vltrò peterent. Interfuit in hoc bello Marcus Tullius, qui tum ab ea ſumma rei militaris immanitate crudelitateq; animo abhorrens, relictis caſtris totum ſe dein humanitatis ac literarum ſtudijs dedidit. Marſorum olim caput vrbs Marruuium ad Fucinum lacum paucis nunc ſe prodit veſtigijs, quæ Marnũ vulgò nominant. Ea de
d. lib. 8. vrbe Silius d. Marruuium veteri celebratũ nomine Marri Vrbibus eſt illis caput. Plinius Marruuios in Marſis quarta regione numerat. De quibus etiam Virgi-
e. lib. 7. Aeneid. lius e: Quin & Marrubia venit de gente ſacerdos: & eodem in verſu Seruius Marruuios iuxta lacum Fucinum incoluiſſe ſcribit, ita dictos tanquam maris accolas, ob paludium iis olim in locis vaſtitatem: etſi quibuſdam placuerit à Marro eorum rege Marſiæ ſocio denominatos. Medeam aiunt in hanc regionem delatam cum Iaſonem inſequeretur, carminibus ſerpentes conſtringere, medicasque
f. lib. 3. Cant. 1. facultates herbarum populos docuiſſe: qua de re Facius f in hanc ſententiam ſcripſit.

Et vidi eos vbi regionem fama tenet
Cum inuiſeret (ſcilicet Circe) ſororem, ibat
Colligens herbas ad ſuauia vnguenta componenda,
Tranſij Moram, quæ regionem alluit,
Et Viridem, nec latuit terra
Vbi Medea filio mortuo conſedit. Ita Facius. Appellata deinde gens hæc Agnitij, ſi credimus Landino, vel quòd angues incantandi artem callebat, ab angendo, vel ab Agnitia ſorore Circes, à qua magicam artem acceperat. Id porro confirmare videtur Solinus cum in hæc verba ſcribit. C. Cælius Oætæ tres filias, Angitiam, Medeam, & Circen dicit fuiſſe· Circen Circæos inſediſſe montes, carminum maleficijs varias imaginum facies mentientem: Angitiam vicina Fucino occupauiſſe, ibiq; ſalubri ſcientia aduerſus morbos reſiſtentem, cum deſiſſet hominem viuere, Deam habitam· Medeam ab Iaſone Buthroti ſepultam, filiumq; eius Marſis imperaſſe. Hactenus ille. Virgilius etiam huius gentis &
g. lib. 7. Angitiç mentionem facit g inquiens:

neq; eum iuuere in vulnera cantus
Somniferi, & Marſis quæſitæ in montibus herbæ·
Te nemus Angitiæ, vitrea te Fucinus vnda,
Te liquidi fleuere lacus. Marſos carminibus ſerpentes conſtringere ſolitos, etiam è Capitolino diſcitur vbi in hæc verba de Heliogabalo cõmemorat. Serpentes per Marſicæ gentis ſacerdotes collegiſſe fertur, eosq; ſubito ante lucem vt ſolet populus ad ludos celebres conuenire, effudiſſe, multosq; afflictos
h. lib. 8. morſu & fuga. Præter hæc Silius h etiam de Marſorum incantamentis ac remedijs aduerſus venena inquit:

Et

Et bellare manu,& chelydris cantare,ſoporem
Viperiumq́; herbis hebetare & carmine dentem,
Oœtæ prolem Angitiam mala gramina primam
Monſtrauiſſe ferunt,tactuq́; domare venena,
Et lunam excuſsiſſe polo,ſtridoribus amnes
Frenantem,ac ſyluis montes vndaſſe vocatis.

etiam hac noſtra memoria quidam incantamentis angues colligunt· eosque non ſecus ac domeſticum ac innoxium animal attrectant, originem ſibi ex teritate D. Pauli impudentiſsimè mentientes,cum omnia magicis artibus, & dæmoniorum inuocationes operentur. Multa ſanè ad ſerpentium morſus entiſsima remedia mortalibus rerum natura prodidit, veluti herbas lapides-,præſertim verò ieiuni hominis ſaliuam,quam vti contactum feruentis aquæ unt: et Plinius a refert ſputo ſerpentes rumpi ſi quis in hiatu earũ expuat: cæ- a. lib. 28. m capi præter offenſionem, aut allici, & vti animalia manſueta cicuriaque cap. 4. actari niſi quadam vi quæ mortalium naturam excedat, vel diuina Sancto-úe ſpirituum,vel inimici Dæmonis ope,nullo modo poſſunt. In Marſis Vale- ciuitatem Strabo deſcribit· quæ patria Bonifacij IIII. Pontif. Rom. fuit, cui oca Imperat. Pantheon conceſſum vt Virgini Matri ac omnibus Diuis noua one ſacraretur. Ab ea vrbe regionem Marſorum circumiectam Gothicis emporibus cognominatam Valeriam hiſtoriarum eius memoriæ monumenta perhibent,maximeq́; D. Gregorij Dialogorum libri. Strabo fines eius Tybur,in- per Æquicolas & Marſos Corfinium primam Pelignorum vrbem deſignat. aliequntio per amœnos colles,& vitibus ac varijs fructiferarum arborum ge ibus conueſtitos deſcenſus in latam quandam fert planitiem,vbi iuxta mon- lem ad viæ læuam Scutula caſtellum eſt,quod ego ſanè Cuculum eſſe reor, dicum hoc ſitu oppidum à Strabone deſcriptum. Duobus hinc P. M. eodem montis in tumulo Malianum eminet· cuius in dextra planities qua de pau- ante diximus,à montium radicibus ad Fucini lacus ripas vſq; panditur: Cam- Palentinos appellat Blondns, Corradini Siciliæ regis legionibus fuſis ac cæ- clytos. Loci facies huiuſmodi eſt. Ad Septentrionem & occaſum altiſsima iu unt· à meridie lacus Fucinus aut Albanus· ab ortu vrbs Alba in colle,ac mon- atio à lacu ſtadiorum X. abſiti, vt hæc inter eos fines incluſa conſeptaq́; val tudine P. M. X. longitudine verò multò amplius pateat. Corradino quem- admodum prædiximus in his campis ſuperato, Carolus victor ad perpetuam eius pugnæ memoriam cœnobium ibi cum templo ſumptuoſi operis ex lapide quadra ma arte perfecto D. Mariæ victrici conſtituit, prædijs etiam amplis additis ſacerdotum qui ſacris operarentur, alimenta. Nunc id ædificiũ terræmotibus frequentibus conquaſſatum iacet· adeoq́; nullam formã niſi ruinarũ ingentium habet, quarum aſpectu ſimulq́; recordatione ſplẽdoris antiqui, nemo hercule nõ è cõmoueri queat. A meridie eſſe lacũ Celanum, ſeu Albanũ, ſeu Marſicũ diximus· qui & Straboni, Tacitoq́; b ac cæteris antiquæ memoriæ ſcriptoribus Fucinus vocatur, longitudine, inquit Strabo, maris inſtar. Ferunt interdum adeo re- dare, vt ad montium radices occupata planitie de qua locuti ſumus, vniuerſa diffundatur· nonnunquã ſubſidere ac ſiccari ita vt ea loca coli queant· id accidere b. lib. 12. quoniã abditis quibuſdã et ſubterraneis meatibus aquę dilabãtur atq; dimanent.

In Fucinum Iouencus amnis vt nunc vocant, inuehitur, & eius aquas ſupermeat,
a.lib.2. vti à Plinio a quoque ſcriptum eſt · & Vibius Sequeſter Pitornium id flumen ap-
cap.106. pellans his verbis ſcribit. Pitornius fluuius per medium Lacum Fucinũ Marſo-
rum ita decurrit, vt aquæ eius non miſceantur ſtagno. Piſcem in eo reperiri pinnis
octo, cum cæteri quatuor tantum habeant, etiam à Plinio inter miracula comme
moratur. Idem per Fucinum aquam Martiam tranſijſſe prodidit, omnium in vr-
bem adductarum ſaluberrimam, qua de ſuperius à nobis dictum eſt ſatis: & in
hodiernũ vſq; diẽ à Fucino vſq; Romam eius aquæductus ſtructi fornices, ac in-
gentium operum quibus aqua perducebatur, ruinæ, magna cum admiratione
conſpiciuntur. Ad exitum camporum Palentinorum, tribus à Lacu millibus in
colle ad Apẽninum verſus Alba ciuitas apparet, colonia Romanorum ſimul cum
Sora facta, colonorum VI. Mil. deductis, L. Genutio, Seruilio Cornelio Coſſ. vti
b.lib.10. à Liuio b memoriæ proditum eſt. Vrbem hanc Plinius in quarta regione ponit.
c.lib.8. Silius c ita commemorat: interiorque per vdos Alba ſedet campos, pomiſque
rependit ariſtas: cuius dicti ratio eſt, quòd vrbis ager non æquè frumentarius eſ-
ſet, ac vbertate pomorum fructuoſus. Populum Rom. florente republica locum
hunc ijs qui cuſtodiendi erant, tanquam carceres aſsignare conſueuiſſe Strabo
ſcribit, quòd altiſsimis circumiectorum montium rupibus vndique ceu vallo ſe-
d.lib.45. ptus clauſuſque ſit. Et Liuius d eò Perſeum regem cum Alexandro filio, iuſſu
e.lib.61. Senatus à Q. Caſsio deductum · præterea e Bithuntem Aruernorum regem cum à
Q. Fabio Max. pugna ingenti, qua Millia XII. Aruernorum & Allobrogum ceci
dère victus Romam obtinendæ pacis cauſa veniſſet, ibi ſeruatum ſcripſit. Idem
f.lib.27. f Albam hanc inter illas XXII. colonias recenſet, quæ tempore belli Punici Ro-
manis auxilia non dedêre. Nunc ruinis tota propemodum collapſa iacet · vixq;
paucos vti deſolata vrbs, colonos retinet. Mœniorum ex lapide quadrato par
tes quædam ſuperſunt, vnde de veterum ædificiorum amplitudine coniectura fie-
ri non difficulter poteſt. Albas autem in Italia tres inueniri operæpretium e
animaduertere. Prima hæc in Marſis de qua nunc egimus, cuius incolæ Alben-
ſes: altera, quam Aſcanius in Latio condidit, vnde Albani dicti: tertia, Galliæ
Togatæ, quemadmodum in loco demonſtrabimus, à qua populi Albeſani vulgò
g.l.7.Aen. denominantur. Nemus Angitiæ Virgilius g propinquum Albæ Marſorum fuiſ
ſe ſignificat. Circa Fucinum caſtella ſunt, Sanctapetitum, Ad D. Ionæ Paternum,
Tranſacum, Caianum, Auetianum, & Malianum, ſupra quoque memoratum.
Hæc tamen omnia cum populi frequentia, tum opibus Celanum longè vincit, iux
ta montium altiſsimorum radices modico in colle meridiem verſus · quod nobi-
liſsima Ciborum Genuenſiũ familia poſsidet, Fucinoq; Lacui vulgatum hac me
moria nomen Celani præbuit. Eſt etiam hoc ſitu ad pedem montium quatuor ab
Alba milliaribus oppidulum Ceſæ, Petri Marſi patria, nuper vita defuncti, viri
cum primis litterati, prout eius ſcripta, maximeque commentaria in Silium te-
ſtantur. Nunc quoniam vſque Celanum ad Latij hac parte fines prouecti ſu-
mus, & propter obiectum montium ordine quæ ſunt inter Præneſte, Ty-
bur, Vicum Valerium ac Cinatianum loca vt oportebat peragrare haud
potuerimus, ne quid prætereatur indictum, ad omiſſa retro hinc com-
meandum eſt.

AEQVICOLI.

PRimùm in eo tractu quem ſupra non attigiſſe nos diximus, Arx Cauorum eſt, & Capranica. Magnificæ Capranicorum familiæ ex patritijs Romanis multos perilluſtres viros habuit, originem hinc eſſe quidam autumant. Se- ntur, Gadaniolum, Poli, Caſa Corbula, Ad D. Gregorij, Arx Dellirica nec Cecilianum, Sambuca, Saraceneſcum, Arx Mutiorum, Giranum & Cere- quod à Strabone vocari Cereate puto. Succedit, Anticolum, Rinate, Afile, tella, ac Olibanum locus periucundus & amœnus. De cætero, Piſcianum anuitum iuxta fontem aquæ clariſsimæ qui vnus ex amnis Gariliani auctori- eſt. Suprà tum inter excelſos montes, Solagium, Plinio Sublaqueus in quarta e dictus, vbi tamen Barbarus admonet Sublacum potius legendum, quòd à ano via Sublacenſis nominetur, non Sublaqueenſis, quodque Sublacenſes opuli ſint vocati à tribus vicinis Lacubus, vnde fluuius Anio proficiſcitur, vti Plinius tradidit: proptereaque locum hunc Sublacum denominatum, nem- b vicinitatem Lacus. Verumenimuero Tacitus locum hunc ſtagna Symbri- vocat, Sublaqueumq; compellat, vbi *a* de Claudio Cæſare ſic ſcribit: Fonte- rum Symbriuianis collibus deductis intulit: & alibi *b* multò apertiùs his ver- Nam quia diſcumbentis Neronis apud Symbriuiana ſtagna, cui Sublaque- omen eſt, ictæ dapes, menſaque diſiecta, idque finibus Tyburtum acciderat, paterna Planco origo. Silius *c* etiam Symbriuij mentionem facit inquiens: ue Anienis habent ripas, gelidoque rigantur Symbriuio: quo loco Marſus tat, Symbriuium amnem in Æquicolis vltra Tybur eſſe. Solagium oppidum honeſtum Lacui imminens, nomine D. Benedicti, qui ſanctiſsimè vitam hîc nclytum, vt in D. Gregorij Dialogis perſcribitur. Monaſterium habet am- um, vbi quondam magnus deuotorum numerus incoluit: ſed nunc com- dationis iure habetur. A Solagio ſecundum Lacus & Anienis dextram pro- ti, propter amnis ripam aquæductus pars apparet, quo per montem vſq; ad Valerium excauato riuo, ac deinde ſtructis opere lateritio fornicibus, mul cis altiſsimis immenſiſque pilis incumbentibus, per M. P. XL. Romam ducebatur. Fieri profecto aliter non poſſe ſatis ſcio, quin incredibilis omni li oculis inſpiciatur, huius operis admiranda ratio: maius enim quic- excogitari ingenio nequit, vti ego arbitror, quàm effoſsis hic tanto ſpatio m intimis viſceribus Romanorum olim opes viresque perfecerunt: cu- odi ad opera peragenda, nunc orbis vniuerſus, ſi hoc æſtumes, nihil penè fa- tis habiturus videatur. Abſolutis hac parte Æquicolis, nunc ad vrbem Præ tranſiemus. Hæc in Romę proſpectu cum Tybure, Thuſculoque poſita eſt, m Strabo ſcribit. Præneſte veteres omnes conſtanter nominant. Con- ex Zenodoro Solinus aſſerit à Præneſte Latini filio ac Vlyſsis nepote. & etymon nominis quidam ἀπὸ τῶν πρίνων deducunt, id eſt ab ilicibus, ibi abundant. Virgilius à Cæculo Vulcani filio ædificatum indicat his bus *d*:

a.lib.11. *b.lib.14.* *c.lib.8.* *d.l.7.Aen.*

Nec Prænestinæ fundator defuit vrbis,
Vulcano genitum pecora inter agreſtia regem
Inuentumq; focis omnis quem credidit ætas,

Cæcu-

Cæculus. Et Seruius cum locum exponens in hanc ſententiam ſcribit. Olim hîc Pontifices erant & Dij Penates colebantur vti Romæ: duo præterea fratres à populo diuinis honoribus habebantur quorum ſorori cum ad ignem ſederet, forte fortuna ſcintilla in gremium euolauit, ex qua mulier concepit, peperitque filium, quem iuxta Templum Iouis expoſitum virgines ad aquam haurien dam euntes collegerunt & ad ignem attulerunt. Is Cæculus ob oculorum paruitatem deinde vocatus, collecta multitudine poſtquam diu latrocinatus eſſet, Præneſtinam ciuitatem in montibus condidit: cumq; ad ludorum ſolennia vicinos populos inuitaſſet, cœpit eos admonere vt ſecum habitarent, & pro gloria ſe Vulcani filium iactare: quod cum illi non crederent, inuocato Vulcano vt ſe filium teſtaretur, omnis illius multitudinis chorus flamma eſt circumdatus: quo facto commoti cuncti ſimul habitarunt, & Vulcani filium eſſe crediderunt. Hæc de Præneſtinæ vrbis conditore Seruius: cæterùm nominis etymon haud aliud aſsigna quàm vt prędiximus ἀπὸ τῶν πρίνων. Feſtus Prænęſte vócatum ait, quod locus in quo ſitum, montibus præſtet. Stephanon ab initio dictam ait Plinius: & Strabo Polyſtephanon, id eſt multarum coronarum addens, originis Græcanicæ cùm Tybure eſſe & ab eo ſtadijs C. à Roma CC. diſtare. Templum hîc ſumptuoſiſsimum Fortunæ
a.lib.8. Sylla poſuit, in quo certa edebantur oracula: quod ſentit Silius a, inquiens: Hinc Tybur Catille tuum, ſacriſq; dicatum Fortunæ Pręneſte iugis. Fuit & hîc Fortunæ ſimulacrum fideliſsimè, inquit Plinius, inauratum: à cuius operis præſtantia bracteæ craſsiſsimę dicebantur Præneſtinæ. Lithoſtratum etiam (id eſt opus cru ſtis paruulis in varios colores artificioſè tinctis compoſitum) in Fortunæ Præne-
b.lib.36. cap.25. ſtinæ delubro factum à Sylla, idem Plinius b inter nobilia pauimentorum genera commemorat. Legebatur eo in fano quoque carmen in honorem Fortunæ quod erat huiuſmodi.

Tu quæ Tarpeio coloris vicina Tonanti
Votorum vindex ſemper Fortuna meorum
Accipe, quæ pietas ponit ſibi dona merenti
Effigiem noſtri conſeruatiuam parentis.
Cuius ne taceat memorandum littera nomen
Cæſius hic idemq; Titus Primuſq; vocatur.
Qui largæ cereris meſſes, fructuſq; renatos
Digerit in pretium: cui conſtat fama, fideſq;
Æqui diuitias nectit pudor: ire per altos
Conſuetus portus cura ſtudioq; laboris,
Littora qui præſtat feſsis tutiſsima nautis:
Notus in vrbe ſacra: notus quoq; finibus illis
Quos Vmber ſulcare ſolet, quos Tuſcus arator,
Omnibus hic annis votorum more ſuorum
Centenas adicit numero creſcente coronas
Fortunæ ſimulacra colens, & Apollinis aras,
Arcanumq; Viri, quorum conſentit in illo
Maieſtas longæ promittens tempora vitæ.
Accipe poſteritas quod per tua ſecula narres
Taurinus chari iuſsis pietate parentis
Hoc poſuit donum: quod nec ſententia Martis

Vince-

Vincere, nec poterit fatorum ſumma poteſtas,
Sed populi ſaluo ſemper rumore manebit. Præneſte munitiori loco ſi-
quàm Tybur, inquit Strabo, quòd altiſsimam ſupra ſe rupem haberet à ter-
tio duorum ſtadiorum à propinquis iugis diſiunctam, aſcenſuq; perarduam
deſcriptione Blondus Arcem Cauorum à Strabone denotari autumat) præ-
cuniculis & ſpecubus, tum aquæ, tum occultationis & clandeſtinæ fugæ
quaquaverſum vſque ad plana perfoſſam, in quorum vno C. Marius obſi- a.lib.87.
hìc preſſus interijt. Confirmat hoc Liuius a, C. Marium poſt amiſſas ad b.lib.88.
portum copias, obſeſſum à Sylla narrans apud Præneſte. Idem alibi b, Syl-
u Præneſtinos omnes armis proiectis ſumma crudelitate trucidatos ſcribit,
e Marium ſenatorium hominem, cruribus brachijsq; primùm illi confra-
ac naribus abſciſsis, effoſsiſque oculis: præterea C. Marium ad Præneſte ab
etio Aſello legato Syllæ obſeſſum, & in ſpecu latitantem, quia fugæ nul-
tebat via, cum Pontio Teleſino de mutua inter ſe cæde conueniſſe, Teleſinum
tem concurſu primo concidiſſe, Marium etſi grauiſsimo vulnere ſuperſtitem à
tandem precibus adducto peremptum narrat. Mentionem etiam eius ca-
tatis Præneſtinorum tum L. Florus facit, Italiæ nobiliſsima municipia Præ-
e, Spoletum, Interamniam & Florentiam vti mancipia ſub haſta veniſſe ſcri-
tum Lucanus c his verſibus: Iam quot apud Sacro cecidere cadauera por- c.lib.2.
Et infrà:

Vidit Fortuna colonos
Præneſtina ſuos cunctos ſimul enſe reſciſſos
Vnius populum pereuntem tempore mortis.

nyſius multis in locis de hac vrbe memorat, nominatim d autem cum A- d.lib.8.
um Conſulem Hernicorum copijs in agrum Præneſtinum ferme CC. ab
Roma ſtadijs occurriſſe ſcribit. Antoninus etiam & Tacitus e eam compel e.lib.15.
c ſimiliter Ouidius f in Faſtis, inquiens: Et Præneſtinæ mœnia ſacra Deæ. f.lib.6.
ungit autem Strabo, quæ cæteris vrbibus commoditati bonoque eſſe ſolent,
unitiſsima natura, mœniorumque firmitas, ea huic oppido calamitati exi-
e fuiſſe propter ciuilia Romanorum bella: confugientibus enim huc factio-
ominibus, obſidioneque poſtea victis, & vrbem deuaſtari, & agrum eius alie-
contigiſſe. Sed & poſteriori æuo, iam Imperij Romani flore perempto, Bo-
um VIII. Pontif. Max. Præneſte euertiſſe Ioannis & Iacobi Columna-
Cardinalium, ac Sciaræ item Columnæ odio, quòd in eius gentis ditione
, accepimus. Iterum tamen inſtauratum eſt: cumque pòſt ibi ſe Ponceletus &
colaus Fortebracius Romano nomini infenſi muniuiſſent, denuo à Romanis
tum ſolo Blondus prodidit. Nunc reſtitutum quidem eſt eodem in loco·
nec vt priùs, munitum eſt· nec amplitudinem habet veterem, quod mu-
ingentium antiqua veſtigia demonſtrant, quæ locis vndique cir-
ectis etiamnum apparent. Situs eius olim longè fuit & amœniſsi-
& iucundiſsimus: ideoque florente re Romana frequenter Imperatores
Auguſtos huc animi cauſa ſeceſsiſſe reperimus. Infauſtus tamen Antonino
locus fuit, propter Veri Cæſaris, filij ſeptennis interitum· cuius
mortem integra patrem hebdomada luxiſſe Capitolinus tradidit. Liuius
er ea quæ ſuprà diximus, de Præneſtinorum erga Populum Rom. fide com-
emorat g, eos Caſilinum intellecta Cannenſi clade profectos, ibique Pœnorum g.lib.23.
obſidio-

obſidionē quamuis arctiſsimā grauiſsimamq; conſtanter ſuſtinuiſſe ſcribēs, eaq; propter gemina ſtipēdia ſimulq; vacationē in annos qnq; meruiſſe. Nunc vt antè etiā innuimus, Præneſte ditiōis Columnarū eſt: & nos anno à C.N. M D XXVI. cum iter eò incidiſſet, Stephanum Columnam virum tam humanitate, quàm re militari præſtantem vrbis Principem vidimus. D. Agapetum annorum XV. adoleſcentem hìc genitum, & Imper. Alexandri iuſſu martyrio coronatum traditur. Antiſtes Præneſtinus inter ſeptenos Romano Pontifici aſsiſtētes vnus eſt. Strabo dein Vereſtim amnem per agrum Præneſtinum fluere ſcribit, oppidaque Tybur & Præneſte orientali in regione Romæ ſita, porrò autem montano tractu iugum præcelſum ad Albanum collem vſque porrectum, poneque conuallem eſſe, quæ ad Algidum pertineat. In eius extenti montis iugo Thuſculum ampliſsimum municipium fuit, oppidum olim multis nominibus inſigne, ſplendidiſsimis it... ædificijs, & vinetis circumcirca cultiſsimis, præſertim qua parte agri Romam ſpectabat, exornatum. Ager Thuſculanus paulatim in altum porrigitur, ac inde deſcendentibus aquis irrigatur: quamobrem & cumprimis amœnus atque fructuoſus eſt. & Strabo tum ætate ſua villas in eo ſumptuoſiſsimas vndiq; fuiſſe prodidit. Thuſculi Cato etiam atq; Ptolemæus meminerunt: & Plinius in prima regione Thuſculanos recenſet. Auctorem eius Thelegonum Vlyſsis & Circes fi... Euſebius ait. Nicolaus Perottus Thuſculū dictū quaſi τὸ σκύλλον autumat, quòd in monte ſatis edito ſitum, moleſtiam aſcendentibus exhiberet: eſt enim σκύλλει... vexare. Sed Annius à Thuſcis ædificatum ſcribit, ac inde pariter etymologiam nominis eſſe: quam auctorum varietatem nobis iudicio legentium permittere planè viſum fuit. Mentionem Thuſculi Dionyſius perſæpe facit, ac nominatim æmula-
a.lib.1. tionis eius cum exoriente Roma: de qua Liuius [a] etiam memorat, vnà cum Halicarnaſſeo Tarquinium Superbum narrans, qui regnum non antiquis legibus & iure, ſed armis ac vi tenerent, ijs non minus armatorum præſidio, quàm vicinarum gentium amicitia coniunctioneq; opus eſſe cogitantem, omnibus modis fœdera Latinorum ambiuiſſe, proindeq; filiam Octauio Mamilio Thuſculano Latinorū principi ex antiqua Thelegonis, de quo ſuprà diximus, progenie orto collocaſſe.
b.lib.2. Idem Liuius [b] pace inter Romanos & Porſenam conſtituta, Tarquinium vti reb9 deſperatis Thuſculum ad Mamilium generum confugiſſe alio loco ſcribit: ideoque bellum à Latinis in Romanos denuò ſuſceptum, quo iuxta lacum Regillum
c.lib.27. pugna commiſſa, cum Romanis fortuna ſtetit. Alibi [c] quoq; Thuſculi agnum cū hubere lactanti natum prodit: præterea multis in locis, vti quoq; Dionyſius, hac
d.lib.11. de vrbe loquitur. Tacitus [d] originem Portiæ gentis è Thuſculo fuiſſe perhibet. Vt
e.lib.11. à populo Rom. ditione ſubactum ſit, Diodorus [e] Siculus perſcribit. Plini9 exemplum fortunæ varietatis inſigne de L. Furio Thuſculano refert, qui ſuæ ciuitatis Conſul, ea aduerſis populum Rom. arma parante, Romam transfugit, ibique Cōſul deſignatus, vno eodēq; anno Romæ Thuſculiq; magiſtratū illum adeptus eſt, & de Thuſculanis quoq; triumphauit. Inclinata verò iacenteq; pòſt Imperij Romani fortuna, Thuſculanorum opes ac potentia adeo creuerunt, vt præter alias inſignes victorias illam ex Romanis obtinuerint memorabilem, qua Raynonis Tyranni ductu cum Imperatoris Friderici Aenobarbi legionibus coniuncti, nō minorem Romanorum ſtragem edidère, quàm olim ad Cannas acciderat. Ea tamen res extio illis fuit, quippe poſt annum ſeptimū memores iniuriæ Romani, virib9 omnibus repentè Thuſculanos obruerunt, & vrbem flamma ferroq; vaſtatam

tam ęqua

çquauerunt ſolo, vti Blondus memoriæ prodidit. Ex eo tempore paulatim in
ernum vſque diem inſtaurari quidem cœpit· ſed amplitudine multis partibus
uæ minori. Roma Stadijs abeſt centum, vti quoq; Dionyſius ſcribit. Ponti-
es Max. Benedictum VIII. qui coronam Henrico Imp. Aug. poſuit, Benedictũ
, vt Platina Petrarchaq; tradiderunt, & Ioannem. IIXX. progenuit: quanquam
ondus Benedictum VI. & VII. Ioannemq; XIX. dicat, quem poſtremũ tamẽ Pla
a & Petrarcha Romanum origine aſſerunt. Villas in finibus agri Thuſcula-
iuxta montem Albanum ſuburbiaque Romæ, præterea prope maritimam o-
ſed eas cœli grauioris. Strabo ſuis tẽporibus vti in amœniſsima cultiſsimaq;
one permultas fuiſſe ſcribit: & in montanis haud procul ipſa vrbe Thuſculo
Horatij poëtæ fuit. Nunc deſolata hæc planè ſunt· adeoq; ruinis ędificiorum du-
is, vepribus, vrticis vndiq; veſtitis ſylueſtria horridaq;, vt ferarum potius quam
hominum habitationes videantur. Iuxta ſunt hoc tractu Cauum, ſic à ſitu loci di-
m, quòd tanquam in cauo ſeu foſſa iaceat· deinde Pilium, & Pullanum, quo de
a diximus· item in Thuſculano Ciceronis D. Mariæ Cryptæ Ferratæ cœnobi
, Græcanici quondam inſtituti D. Baſilii, quemadmodum ex ſcriptorum mo-
mentis conſtat· præterea Marinum quod anteà deſcriptum eſt· & in vertice col
Arx Papalis, vbi quondam Algidum fuiſſe monuimus, de quo Liuius perſæpe
quitur, ac item Halicarnaſſeus, nominatim cum *a* ad Algidum Volſcorum & *a. lib. 10.*
Aequorum copijs occurriſſe Romanas· & alibi, *b* Aequos depopulato Thuſcula- *b. lib. 11.*
n rum agro ad Algidum ſediſſe· præterea vrbem eam in Aequis ſitam, tradens.
us *c* etiam de Algido meminit. Ager à Thuſculo ad alterum vel tertium Lapi- *c. lib. 12.*
dem peramœnus, & aquarum abundantia irriguus eſt: vbi ſuperioribus annis
m nificam villam, hortosque cultiſsimos ædificauit Vbertus Gambara Brixia-
à Paulo III. Pontif. qui nunc eſt, propter ſumma merita Cardinalium ordini
ectus· & anno poſt C. N. MDXXXIX. vita defunctus. Inter Cryptam Ferra-
& Marinum plurima veterum ingentiumq; murorum fundamenta, Cryptę-
Specus ſubterraneæ conſpiciuntur· quæ omnes vna non inhoneſtum ſanè
idum efficerent, tantæ pleræq; capacitatis, vt multorum hominum habitatio
oſſent ſufficere. Dein haud procul Thuſculo Fraſcata eſt, olim L. Luculli Vil-
vbi nonnulli aquæ Virginis, quam etiamnum Romam accedere videmus, fon
repertum tradiderunt. Eam aquam Plinius *d* Marcum Agrippam in vrbem *d. lib. 31.*
a duxiſſe ſcribit, ab octaui Lapidis diuerticulo, II. Mil. P. Præneſtina via. In *cap. 3.*
Fr ta Paulus III. Pontif. eleganter & lautè multa nunc ædificauit· eoque ſolet
e vrbe & curarum fluctibus animi cauſa frequenter concedere. De cætero inter
Marinum & Albam Lacus eſt, olim Albanus, nunc Caſtelli Gangulphi ab oppidu
l Gangulpho Lacui imminente, veteris Albæ longæ fundamentis impoſito co-
g minatus. Ex hoc ſtagno per foſſam opere factam amnis exit non quidem fre
qu tibus aquis· ſed qui ꝓpter locum fluens, vbi D. Paulus ſecuri percuſſus, Tres
fontes hac memoria vocant, paludem Aquas Saluias efficiat. Lacus hìc ille eſt, de
quo vates Veiens populo Rom. cecinerat priusquam ex Lacu Albano aqua emiſ
ſa f ret, nunquam potiturum Veijs Romanum, vti à Liuio *e* proditum eſt. Alba- *e. lib. 5.*
num etiam vocat Strabo. Ab hoc Lacu dein P. M. IIII. Aricia: totidem inde inter
montes aliud ſtagnum eſt Nemoris, quemadmodum etiam à Suetonio videtur ap
pellari, cum Cęſarem in Nemorenſi villam à fundamentis inchoatam, magnoq;
mptu abſolutam, quia non tota ad animum reſponderat, totam diruiſſe ſcri-

bit. Ex eo Lacu mirabili alueo Numicus amnis oriebatur, qui propter Ardeam
Tyrrheno mari influebat, vti in loco diximus. Vicinum Lacui nemus eſt, de quo
a.lib.7. Aene. Virgilius his a verſibus:

Tartaream intendit vocem, qua protinus omne
Contremuit nemus, & ſyluæ intonuere profundæ:
Audijt & Triuiæ longè Lacus, audijt amnis
Sulphurea Nar albus aqua: quos Seruius exponens, nemus hoc vicinum

Ariciæ ſcribit, in quo Lacus ſit Speculum Dianæ vocatus· ideoque poëtam Triuię
b.lib.8. Lacum dicere, quoniam Diana cognominatur Triuia. Syluam & Silius b memorat, inquiens: Quique immite nemus Triuiæ. Nemorenſi ſtagno vicinum caſtellum eſt Cinthianum, ita perperam nunc dictum pro Cinthio, quia Dianæ quoq; cognomen eſt Cinthia. Mirari verò haud oportet cur lacus Speculum Dianę quondam ſit appellatus, cum agro amœniſsimo ac fructiferis arboribus vndique cingatur. Mediam conuallem ambitu inſtar theatri bina P. M, continentem occupat· reliquaque pars conuallis nemora quondam habebat, vbi Cæſaris prędium fuit, quod paulò antè Suetonium appellare Nemorenſe diximus: cæterum ætate noſtra cultiſsimus hîc ager eſt, nec amœnitate nec vbertate cuiquam Italiæ totius inferior. De hoc loco Strabo loquitur, cùm ad Appiæ viæ læuam ab Aricia viam Aricinam petentibus Dianæ Lucum vulgo dictum Arthemiſium apparere ſcribit, ibique Dianæ Tauricæ delubrum fuiſſe ab Oreſte & Iphigenia dedicatum, in quo Scythicus humano ſanguine ſacrificandi mos colebatûr huiuſmodi: victima erat vir aduena, cui gladio dato, defenſionisq; libertate permiſſa multitudo enſibus inſultabat· & qui primus hoſtiam mactauiſſet, templi ſacerdos creabatur· vbi quoq; licia tabellęq; votiuæ ſu-
c.in Claudio. ſpendebâtur: quam rem & Suetonius c confirmat· & item Ouidius cum ait: Regna tenent fortes manibus, pedibusque fugaces, Et perit exemplo poſtmodo quiſque ſuo. Pergit Strabo, fanum id Luco ſeptum, & Lacum inſtar pelagi fluctuantem in propinquo eſſe· præterea continuis montium iugis, quibuſdam tamen præcelſioribus, vndique tanquam vallum creari. Et Numam Pompilium ferunt arcanos cum Aegeria Nympha congreſſus colloquiaque ea in conualle fr-
d lib.7. Aene. quentaſſe· tranſlatum item huc Hippolytum vitæ reſtitutum, qui deinde Virbius, quia bis vir fuerat, appellatus eſt· vnde Virgilius d ait:

Ibat & Hippolyti proles pulcherrima bello
Virbius, inſignem quem mater Aricia miſit
Eductum Aegeriæ lucis, Himetia circum
e.lib.3. Littora, pinguis vbi & placabilis ara Dianæ. Ouidius e etiam in Faſtis.

Nympha mone nemori ſtagnoq; ad operta Dianæ,
Nympha Numæ coniux ad tua feſta veni.
Vallis Aricinæ ſylua præcinctus opaca
Eſt locus antiqua relligione ſacer.
Hîc latet Hippolytus loris diſcerptus equorum,
Vnde nemus nullis illud aditur equis:
Licia dependent longas velantia ſepes,
Et poſita eſt meritæ multa tabella Deæ. Et pòſt:
Aegeria eſt quę præbet aquas Dea grata Camœnis,
Illa Numæ coniux conſiliumque fuit. In proximo tum Mons Albanus,

banus, longè, inquit Strabo, vltra Arthemiſium porrectus, & vertice perarduo, quod nos etiam ſuprà demonſtrauimus. Ad eius radices lacus Albanus eſt, eo longè amplior, quem iuxta Arthemiſium oſtendimus. De Albano monte Lucanus a memorat, vbi Cæſaris ad vrbem iter deſcribens, initio belli ciuilis à Tarracina Cinthianoq; venientis, eum ex hoc monte ſpectaſſe Romam, allocutumq; eſſe fingit his verſibus. a.lib.3.

Iamq; & præcipites ſuperauerat Anxuris arces,
Et quà Pomtinas via diuidit vda paludes,
Quà ſublime nemus, Scythicæ quà regna Dianæ,
Quaq; iter eſt Latijs ad ſummam faſcibus Albam,
Excelſa de rupe procul iam conſpicit vrbem
Arctoi toto non viſam tempore belli,
Miratusq; ſuæ ſic fatur mœnia Romæ.
Téne Deûm ſedes non vllo Marte coacti
Deſeruere viri? pro qua pugnabitur vrbe? Reſtare nunc exiguam tantùm Latij partem arbitramur, nempe tractum illum prope Romam ad Tybur verſus, circa Tiberis & Anienis confluentia, quæ tribus ab vrbe milliaribus abſunt. Eadem igitur qua hactenus vſi ſumus breuitate facilitateq;, reliqua perſequemur.

GABII.

IVxta radices Præneſtini montis (Algidum dixere quondam) vbi nunc Gallicanum eſt, agroque finitimo Gabios incoluiſſe putamus, non modo ſitu loco tum, ſed etiã diſtantia, quæ Romam inde eſt vti à Strabone tráditur, adducti. Tradit ille Gabios in via Præneſtina ſitos, vbi latomiæ erant, quæ materiam ædificijs vrbis Romæ maiori abundatia copiaque quàm vllæ aliæ ſuppeditabant, æquali ſpatio Roma Præneſteque C. fermè ſtadijs diſtantes: quod etiam Dionyſius confirmat. Nonnulli Gabiorum vrbem fuiſſe putauerunt vbi nunc Zagariolum: at errore pluſquam manifeſto: ſiquidem longè maior Zagarioli ab vrbe Roma diſtantia eſt, quàm olim Gabiorum fuit. Alij Gabios collocant vbi nunc Gallicanum: inter quos Blondus, ijs nimirum rationibus incumbẽs, quæ ſunt à nobis paulo antè commemoratæ. Cum Blondo noſtra quoque ſe coniungit opinio, quanquam Volaterranus diſſentiat. Vrbem Gabios Solinus à Galacto & Bio fratrib⁹ Siculis conditam, Dionyſius b ab Albanis regibus ait: quod etiam confirmare videtur Seru⁹ in hoc Virgilij c loco: Hi tibi Nomentum & Gabios, vrbemque Fidenam. Sed quanquam ipſe ſibi Seruius haud conſtare videatur, cum aliter in hoc d verſu ſcribit: Quiq; altum Præneſte viri, quique arua Gabinæ Iunonis, Gabinos populos cum in agris antea diu habitaſſent, vrbem Gabiorum ædificaſſe non procul Roma: nobis tamen placet ita poſſe credi, cum Gabios veterum Latinorum vrbem cõſtet, vti Seruius in primo loco teſtatur, ędificari quidem ab initio cœptos à Gabijs populis, qui per agros ante habitauerant: poſterioribus verò tẽporibus vel muris, cinctos vel auctos ab Albanis regibus fuiſſe: quandoquidem vt alibi quoque demonſtrauimus, in veterum ſcriptorum monumentis obſeruare eſt, eos ſæpe conditores oppidorum dici, qui aut inſtaurarunt, aut auxerunt. De Gabijs olim frequenti ſplendidaque vrbe non vno in loco Dionyſius commemorat, nominatim e autem vbi iam tum ætate ſua deſolatam, eaque in parte tantùm qua via Pręneſtina tranſcurrebat, aliquot tabernas neceſsitati & commodo iter

b.lib.4. c.lib.6. Aene. d.lib.7. Aene. e.lib.4.

agentium extitiſſe, cæterùm ex ingentibus maximorum ædificiorum ruinis & am
bitu murorum de veteri eius amplitudine magnificentiaq; coniecturam fieri po
tuiſſe ſcribit. Artes deinde Tarquinij Superbi narrat, quibus ille filio ſubornato,
Gabios ſubegit· vti à Liuio *a* quoque per ſcribitur, & item his verſibus ab Ouidio
a.lib.1. *b* in Faſtis.
b.li.2.

Ia mq; potens miſſo genitorem appellat amico
  Perdendi Gabios quod ſibi monsſtret iter.
Hortus odoratis ſuberat cultiſsimus herbis,
  Septus humum riuo lene ſonantis aquæ,
Illic Tarquinius mandata latentia nati
  Accipit, & virga lilia ſumma metit.
Nuntius vt redijt, decuſſaq; lilia dixit,
  Filius, agnoſco iuſſa parentis ait:
c.lib.12 Nec mora principibus cæſis ex vrbe Gabina
  Traduntur Ducibus mœnia nuda ſuis.

Gabiorum mentionem Silius *c*
quoque facit, inquiens: nec iuxta Iunonis terra Gabinæ: item Antoninus in I[illegible]e
rario: & Plinius Gabinenſes in prima regione numerat. A Gallicano P. aliquo[illegible]
d.lib.3. Millibus Anio fluuius abeſt, Straboni, Dionyſio, Plinio, Melæ, Liuio, Silioq; [illegible]
cap.11. ſic vocatus. Oritur vt Plinius *d* tradit, in montibus Trebanorum· & tres la-
cus amœnitate nobiles, qui nomen dedêre Sublacui, ſicut antè retulimus, defert
in Tiberim. Strabo eum ex Alba decurrere ſcribit præter Latinam Marſorũ vr
bem, indeq; per campos propinquos in Tiberim influere· Tacitus à monti[illegible]s
Simpruinis deſcendere, ac III. à Roma millibus Tiberi coniungi dicit: quos aucto
res omnes etſi verbis diuerſi videantur, idem tamen & vnà ſentire nos putamus·
vt quos Plinius Trebanorum, Strabo Albanos aut Albæ vicinos, Tacitus Sim-
pruinos nominat, ijdem vniq; montes ſint. Pauſanias tradidit Anienis aq[illegible]s
ea eſſe natura, vt ad primum contactum gelidiſsimæ, mox paulatim caleſcere
videantur. Et Martialis auctor eſt ebur ablutum Anienis aqua candorem acci-
pere, ſimiliterq; dentes humanos. Nomen amnis Anien vel Anio (priùs enim Pa-
renſius appellabatur) ab Anio Hetruſcorum rege tractum reperimus, quòd [illegible]s
Cethegum filiæ raptorem inſequens, cum eum aſſequi non poſſet, in fluuium i[illegible]-
ſilierit, in eoq; ſit extinctus. Quæ ſententia nobis etiam probatur, etſi Boccati-
us in libro fluminum aliter cum Vibio Sequeſtro, Anienem Apollinis filium no-
minis auctorem dicat. Amnis vt oſtenſum eſt, in montibus oritur· ad Tybur au-
tem ex alta rupe decidit in ſubiectam conuallem, vnde per plana fluens in Ti-
e.lib.5. berim, Sabinosq; à Latinis diuidens, tum potu gratus, tum aſpectu peri[illegible]cun-
f.lib.6. dus eſt vt ait Halicarnaſſeus. *e* Neque verò ſolum ille, ſed etiam Liuius Ani-
enis mentionem ſæpe facit, vtpote *f* cum illam memorabilem victoriam Man-
g.lib.26. lij, qui iuxta hunc fluuium Gallo prouocatore manu victo cęſoque torquem a[illegible]-
reũ detraxit, vnde Torquati cognomẽ adeptus· & cũ *g* Annibalẽ vrbis oppugnandę
cauſa cũ omnib9 copijs ad Anienẽ ſediſſe, duobus aũt millibus eqtum inde vſq;
ad Collatinam portam excurriſſe, multaq; præterea memoriam huius amnis con
h.lib.6. tingentia memorat. Alij denique varij ſcriptores etiam Anienis meminerunt, vti
Aene. Virgilius *h* inquiens: Gelidumq; Anienem· & Silius: *i* Quiq; Anienis habent ri-
i.lib.8. pas· item *k* alibi Annibales iter ad vrbem deſcribens, ſic:
k.lib.12. Præceps ad ripans immani turbine fertur

Ad ge-

Sulphureis gelidus quà ſerpit leniter vndis
Ad genitorem Anio labens ſine murmure Thybri.

Præterea Horatius
...it. Et præceps Anio* deniq; Propertius etiam ita: Siue Aniena tuos traxerit
...da pedes. Tranſitum eius quatuor coniungunt pontes: vnus in via Tyburtina,
...amolus vulgo dictus, tanquam Pons Mammeæ, qui primùm ab Antonino Pio
...ctus, dein à Mammea prudēte, ſpectata, Chriſtianaq; muliere, Alexandri XXV.
...r. matre reſtitutus, ac marmore ſumptuoſè exornatus fuit, quo tamen nunc
...oliatus cernitur: alter paulo inferiùs Nomentanam viam iūgit. Eum quis condi
...it nondum inuenimus* etſi planè ſit integer, ſed ornamentis veteribus vt conij
...e licet maximis, omnino denudatus. Sequitur infrà tertius in via Salaria, tri-
...us ab vrbe Roma milliaribus, à Narſete Iuſtiniani Imper. Aug. legato victis Go-
...s fabricatus, quod inſcriptio docet huiuſmodi. Imperante D. N. Pijſsimo ac
...mph. Semp. Aug. PP. Ann. XXXVIII. Narſes Vir glorioſus, Ex præpoſito
...cri palatij Ex cons. atque Patritius, poſt victoriam Gothicam ipſis eorum regi-
...s celeritate mirabili, conflictu publico ſuperatis atque proſtratis, libertate vr-
...omæ ac totius Italiæ reſtituta, Pontem Viæ Salariæ vſque ad aquam à nefan-
...o Totila Tyranno deſtructum, purgato fluminis alueo in meliorem ſtatum
...am quondam fuerat, renouauit, poſuitq; carmina.

Qu...m benè curuati directa eſt ſemita pontis,
  Atq; interruptum continuatur iter.
Calcamus rapidas ſubiecti gurgitis vndas,
  Et libet iratæ cernere murmur aquæ.
Ite igitur faciles per gaudia veſtra Quirites,
  Et Narſim reſonans plauſus vbiq; canat:
Qui potuit rigidas Gothorum ſubdere mentes,
  Hic docuit durum flumina ferre iugum.

Quartus pons Tyburi quàm
R...mæ propinquior eſt, Lucanus, vbi moles rotunda cernitur, & hoc in mar-
more pontis elogium. T. Plancio M. Fani Syluano Aeliano Pontif. Sodali
...III. Vir A. A. A. F. F. Q. TI. Cæſaris Legat. V. in Germania. Pr.
.... Legat. & Comiti Claudij Cæſaris in Britannia, Conſuli Pr. Coſ. Aſiæ
...t. P. Præt. Mœſiæ, in qua plura quam centum Mil. trans Danubium
...ræſtanda tributa cum coniugibus ac liberis & Principibus aut regibus ſuis
...sduxit: motum orientem Sarmatar* compreſsit quamuis partem magnam
...rcitus ad expeditionem in Armeniam miſiſſet. Euoluitur vt prædiximus, in
T...berim Anien, tertio ab vrbe lapide. Hactenus quàm fieri diligenter & ex-
...potuit, Latium vt nunc eſt deſcripſimus: & quoniam antiquis temporibus
...nas in cogentes, oppida, caſtellaque fuiſſe conſtat, quæ varijs rerum ſeculo
...mque mutationibus ante hanc memoriam interiere, quò ruinas viciſsitudineſ-
que regionis immenſas ac incredibiles penè in præſentem vſque diem ab vrbe
R...ma condita ſecutas aliquo modo ob oculos ponamus, amiſſas gentes vrbeſq;
...s auctoribus qui ſcriptorum monumentis eorum memoriam prodiderunt,
...reuiſsimè referre conabimur. Primùm eos populos dicemus quos Halicarnaſ-
ſenſis nominat.[a] Hi ſunt Ardeates, Aricini, Piolani, (Strabo [b] vocat Epiola- a. lib. 5.
nos) Bubetani, Corani, Cornetani, Gabini, Laurentes, Lauinienſes, Lanu- b. lib. 5.
uini, Labicani, Nomentani, Norbani, Præneſtini, Pedani, Querquetulani,

 Satri-

Satricani, Scaptenſes, Setini, Tellini, Tyburtini, Thuſculani, Trebiani, Veliterni.
a.lib.3. Item alibi *a* Latinorum vrbes & colonias recéſens, ex ijs Politorium ait à Martio Romanorum rege captum ac deletum· item Medulliam, quam Albani condiderant, à Romulo coloniam factam, (vbi natus eſt Tullus Hoſtilius) & receptam quum occupata fuiſſet à Latinis· præterea Tellenas, & Ficanam, & Fidenas ab eodem expugnatas· inſuper à L. Tarquinio ſubactas Latinorum vrbes Apiolã & Corniculam Seruij Tullij regis patriam, item Camerinos, Fidenates, Ferentinos Lati-
b.lib.6. ni nominis populos appellat. Alio deinde loco *b* Appium Claudium in Senatu triginta Latinorum vrbes pro populo Rom. depugnare paratas aſſerentem introdu-
c.lib.7. cit: alibi *c* quoque Norbam compellat, alibi *d* Tolerinos, Bolanos, Artonam, P
d.lib.8. luſtiam, Corbionem, Longulam, Satricanos, Setiã, Albiolanos, Mugillanos, Co-
e.lib.3. riolos· alioq; *e* loco Collatiam, quæ tamen etſi Latinorum eſſet colonia, non erat in Latio, quapropter & à nobis in Sabinis trans Anienem eſt poſita, nec procul
f.lib.6. Roma, quemadmodum à Strabone demonſtratur. Idem Dionyſius alibi *f* Longæ vicinam Poluſtiam Volſcorum vrbem, caputq; gentis illius Coriolos, qua ci-
g.lib.8. uitate perdomita Martio Coriolani quæſitum cognomen· alibi *g* Ecetra item i
h.lib.10. Volſcis· alibi *h* deniq; Corbionem & Hortanam in Aequis memorat. Quæ op-
i.lib.5. pida omnia Latij quondam fuiſſe Strabo *i* quoq; teſtis eſt: & Liuius cum Diony-
k.lib.2. ſio cõueniens etiã ex ijs plurima nominat vbi *k* de Tarquinio Priſco in hæc verba ſcribit. Tarquinius Priſcus omne nomen Latinum domuit. Corniculum, Ficulnea vetus, Cameria, Cruſtumeriũ, Amariola, Medulia, Nomentum, hæc de priſcis Latinis, aut qui ad Latinum defecerũt, capta oppida. Præter hæc proſperos Coriolani
l.li.2. ſucceſſus deſcribẽs, *l* Satricũ, Longulã, Poluſtiã, Coriolos, Lanuuiũ, Corbionẽ, Vetelliã, Trebiam, Labicũ & Pedũ vrbes eũ cepiſſe· poſteaq; ad Foſſas Ciuiles V. à Ro-
m.lib.4. ma lapide cũ exercitu Volſcorũ cõſediſſe narrat: poſtremò *m* dein Artonã oppi-
n.lib.5. in Volſcis eſſe dicit. Quæ Plini⁹ *n* vrbiũ & gentiũ in Latio priſca nomina recenſ-, item Mela cæterique ſcriptores antiqui, nõ poſſent equidem abſque tædio referri omnia: quapropter ea ſimul ne faſtidio legenti ſimus, ſimul breuitatis gratia conſultò prętermittimus: quæque velut in tranſcurſu nominauimus, ea ſatis euidentia perſpicuaq; ni fallor argumenta commutationum ingentium atq; ruinarũ huius regionis erũt, in qua tot gentes, oppida, caſtellaque tam planè interiêre, vt quod ab initio quoq; diximus, non ſolum veſtigia non ſuperſint vlla, ſed etiam quibus in locis extiterint, plerumque ne coniectura quidem indagare poſſimus.

CAM-

CAMPANIA FOELIX ITALIAE REGIO QVINTA.

RAtionem ac modum ordinis quoniam vbiq; ſequi
conſtituimus eiuſmodi, vt primùm appellationes
regionum, deinde fines, poſtremo partes ſigillatim
pertractemus·tale in hac quoq; principium, ſimi-
lemq; progreſſum noſtri inſtituti fore conuenit. I-
gitur veterrimũ huius Italiæ partis nomen eſt Cã-
pania, deductum vt quidam volunt, inde, quòd cã-
peſtribus ſe locis pandat. Nobis tamen aliorum
plurium ſummæ auctoritatis ſcriptorum ſenten-
tia magis probatur, qui Campaniam ab opulentiſ-
ſima nobiliſsimaq; quõdam vrbe Capua, cuius in
...pani dicti, & à Liuio locis pene infinitis memorati, ſicut in eius deſcripti-
...anifeſtum fiet, denominatam prodidere. Dein & Antiquam vocatam repe-
...us, vt à Noua Campania Romana, quę Latium eſt diſtingueretur·pręterea Foe
... vt appellat Plinius a, nimirum ab huius oræ Italiæ fœlici beataq; amœnita- a.lib.3.
...inquit, palam vno in loco naturæ gaudentis opus demonſtratur. Et Strabo cap..5
...t cum omnium rerum ad vſus humanos affluentia, tum amœnitate iucundi a.lib.5.
..., Campaniam omnes Italiæ totius partes quàm longiſsimè ſuperare. Poſtre-
...ceſsit appellatio, Terra Laboris, quæ nũc in vſu vulgi eſt, hac occaſione quẽ
...odũ nõnulli autumãt, inuenta, ꝙ ager regionis commodiſsime facilimeq; co-
... & aretur, nã id laborare ſua lingua dicunt Itali·vel vt alij, quòd arationes ei-
...& culturæ magno cum fructu reſpondeãt·quippe Terram Laboris dici, vt quę
... primis ob grandiferas & fructuoſas arationes ad culturæ labores idonea ſit.
... defuere qui longè diuerſiorem eius appellationis cauſam prodiderint, vtpo-
...òd grauiſsimis ac difficilimis laboribus Campaniæ ſubactio & in fide conſer
...o quondam Romanis ſteterit, vti ex hiſtorijs antiquæ memoriæ, maximeq;
...j clariſsimè patet. Blondus tamen, vnaq; Petrus Raſſanus Panormitanus
...iæ Præſul, ordinis prædicatorũ, & doctus & curioſus homo, monumẽtis ꝑ-
...e ſibi hanc appellationem vulgi corruptione à Campis Leborinis deductam
videri, quos Plinius Capuæ vicinos memorat, amœnitate fœcunditateq; pręſtan-
...os, quanquam cultura difficiles, amplitudine à Tifata ſupra Capuam, in a-
... Neapolitanum vſq; pertinentes. Iis igitur placet Terram Laboris perperam
... Leboria dici: pro qua ſentẽtia Raſſanus hęc, vt eſt admodum curioſus, adfert·
...m aliquando Capuę eſſet, eruditos quoſdam peritosq; vetuſtatis homines au
...e, qui tam ciuium priuatorum, quàm ipſius vrbis tabulas publicas trecento-
... plius annorũ vidiſſe affirmabãt, qbus de Leborinis cãpis circũ Auerſam mẽ
... ebat: vnde, inqt, Terrę Laboris errore vulgi corrupta defluxit appellatio. Pręt
...ea cũ exoſum populo Rom. Campanorũ nomen, propter frequentes vrbis Ca-
puæ defectiones, incolæ regionis animaduerterent olim, nouum (ita ſe autumare
di...t) Leborinorum nomen ab ijs Campis inuentum · quod deinde paulatim
veteri Campanorum exoleſcente adeo in vſu eſſe cœpit, vt ad vltimum

vniuerſa regio Terra Laboris pro Leboria nuncupata fuerit. Eius fines ab a
quis inuenimus diuerſè conſtitutos. Sempronius amnem Lirem qui nunc Ga
rilianus eſt (quanquam mendoſi codices Silarum habeant) vno latere ponit
deinde Vulturnum, ad quem priſca ſedes Hetruſcorum, eorumq́ue veterrima
vrbs Oſca fuit, pòſt Capua vocata : tum à Vulturno ad Sarnum tranſit vbi C
mani incoluerunt, quos ijs agris Hetruſci, quanquam tum Italiæ propemod
vniuerſæ dominarentur, pellere, aut in poteſtatem ditionemq́ue ſuam red ere
nunquam potuerunt: denique à Sarno ad Silarum pergit, vbi gens Picentini, quos
eo ſitu quoque Ptolemæus & Strabo deſcribunt. Ii tamen ætate ſua Campa
intra Liris & Vulturni oſtia, inferum mare, monteſq́ue Samnitium concluſa
& olim tractum omnem eos inter amnes, Apenninum ac mare, quinetiam vl e
rius ad Silarum vſque Picentinorum agrum comprehendiſſe tradunt. Nos i r
ex horum ſententia Campaniæ terminos oſtia Liris & Silari, mare Tyrrhe ,
Samnitiumq́ue montes ponemus: vt ab oriente Silarus & pars agri Samniti ,
meridie mare Tyrrhenum, ab occaſu Liris, à Septentrione Samnitium mont
tera claudant. Regionem hanc per ſe ſupra commendationis ac omnium laud
dignitatem eſſe, propter omnium rerum in ea præſtantiam excellentiamq́;, du
tare haud oportet: ideoq́ue mirandum non eſt veterum ſcriptorum facultatem
a.lib.1. cendi vniuerſam in eius glorioſa commemoratione concurriſſe, Dionyſij a præ-
b.debell. Sammit. ſertim & Flori, b Trogiq́; c qui etiam vt Iuſtinus refert, originem incolis Campa-
c.lib.20. niæ græcam attribuit. Auctores igitur hi ſunt vnà cum Liuio, partem hanc orb s
vniuerſi optimam & excellentiſsimam, cum cœli temperie ſalubritateq́ue, tum ſo
li fœcunditate eſſe: nominatim enim Halicarnaſſeus tribus anni cuiuſque tempo
ribus, vere, ęſtate, autumno fructus in ea colligi ſe oculis vidiſſe teſtatur: & Strabo
ſcriptũ ſe reperiſſe dicit, qbuſdã Cãpaniæ locis zeã frumẽti ſpeciẽ iterũ eodẽ
no ſeri, tertioq́; panicũ, ſed & quartò holerũ eodẽ in aruoſemina. Zeam nõn
genus id putant, quod vulgo ſpelta vocatur· Dionyſius tñ far eſſe vult, idq́; græ s
appellari zeam. L. Florus, Omnium, inqt, non modo Italia, ſed toto orbe terrarũ
pulcherrima Cãpaniæ plaga eſt. Nihil mollius cœlo: deniq́; bis floribus vernat: ni
hil vberius ſolo· ideo Liberi Cererisq́; certamẽ dicitur: nihil hoſpitaliùs m ri. H
illi nobiles ꝑtus, Caieta, Miſenus, & tepẽtes fontibus Baiæ, Lucrinus & ue
quædã maris otia. Hìc amicti vitibus mõtes, Gaurus, Falernus, Maſsicus, & pu
cherrimus omnium Veſuuius Aetnęi ignis imitator. Vrbes ad mare, Formiæ, C
mę, Neapolis, Herculaneũ, Põpei, & ipſa caput vrbiũ Capua, quondã inter tres
maximas Romã Carthaginemq́; numerata. Hæc ille. Et profecto mirabilis Cãpa-
niæ fertilitas eſt, non ſolũ omniũ rerũ ad humanæ vitæ neceſsitatẽ vtiliũ, ſed eti-
am ad voluptatem atque delitias, incredibili quadam abundantia fœcundiſsimę:
quamobrem à Plinio Fœlix haud immerito dicitur, quod nomẽ alia ꝑter Arabiã
aromatũ vbertate nobilẽ, orbis vniuerſi pars commeruit nulla. Sunt igitur in hac
regione ſpatioſi fertileſq́; campi· aprici & fructiferi colles· amœna munificaq́ ne
mora· iucũdiſsimi ſaluberrimiq́; fontes, & aquę tam ad hominum ſalutem, quam
ad voluptatem· præterea montium iugis ampliſsima tanquam amphithe tra ve
natus oblectationi naturæ opera fabricata · tum & in ora, & intùs cryptæ ac
ſpecus ingentes, cum ædificiorum admirabilium veſtigijs, aliaq́; ſexcenta tam na
turæ potentiſsimę, quã artis eius æmulæ opera, quibus ingenia curioſa mehercul e

coguntur

...cur abſtupeſcere. Hæc in vniuerſum de Cãpania dixiſſe ſatis ſit, etſi multò ...a commemorari poſſent, quæ commodiùs in particulari deſcriptione perſe-...mur. Gentium tamen quæ varijs temporibus hanc terram incoluerunt, à ...pronio prætermiſſa nomina priùs recenſenda putauimus, quàm ad loca ...da conuertamur. Primùm igitur Opicos cognomine Auſones Campa-... tenuiſſe Strabo prodidit ex Antiochi ſententia: quos vnam eandemque ...tem dicit, etſi Polybius diuerſas, & vtramque iuxta ſinum Crateris tenu-...cribat. Alij quoque primùm Opicos in hanc plagam veniſſe, dein aliam gen-... Auſones aiunt: cæterùm de hoc non puto laborandum. Auſones dein Oſci ...erunt: eos Cumani eiecere: Cumanos magna parte pepulerunt Thuſci. Com...pnum harum cauſam Strabo regionis vbertatem & præſtantiam autu-...ius deſiderio tam variæ gentes ictæ, ſedes in ea quæſiuere. Poſtquã in Thuſ-...ditionem venit, illi vrbibus hîc XII. eximijs conditis, omnium principa-... Capuæ tribuerunt. Sed & Thuſcos dein agrorum nimia fœlicitate langueſ-...es ac eneruatos exegere Samnites: eos ad vltimum populus Rom: debellauit. ...s harum gentium ſedes apertiùs indicat: ait enim à Lire ad Vulturnum Oſ-... Græcos, Vmbros, Thuſcos, Campanos tenuiſſe: in quo cum Strabone con-...: Græci enim Cumani erant, Vmbri verò ad nomen Thuſcum pertinebant ...n Hetruria diximus) quoniam à Pelaſgis Hetruria pulſi erant. Nunc igitur ...aniæ veteribus colonis enumeratis, ad particularem eius deſcriptionem ac ...dum eſt, quam à Gariliani oſtijs & Sinueſſa primùm auſpicabimur: indeq; ...am ad Miſenum vſque, tum porrò ad promontorium Mineruæ, ac deinceps ...um Silari perducemus: eoſque ſinus ordine deſcribemus, primum inter Si-...am & Miſenum, alterum inter Miſenum ac Mineruæ promontorium, qui ...s dicitur, inquit Strabo propter medij crateris formam, vti in tempore di... Garilianum igitur amnem antiquos appellaſſe Lirem Strabo, Plinius, Me...s, Ptolemæus, Appianuſq; *a* manifeſtò probant. Gariliani nomen à Gau-... e non procul eius oſtijs, profectum exiſtimant. Oritur Apennino, quem-...dum in Latio diximus: indeque propter Soram & Fregellas, perque Mintur... Veſtinos ad Vicum Frentalem mari inuehitur. Ab initio Claninus, poſtea-...s dictus vt Ptolemęus & Strabo tradunt: ſed Plinius Glanicum appellat. ...ſic Martialis. Cœruleus nos Liris amat, quem ſylua Maricæ Protegit: hinc ...læ maxima turba ſumus: in quo carmine notandum obiter eſt, ſquillã piſci-...us in Minturnenſi litore frequens poëtam ſignificare: quanquam trifoli-...bam Blondus exiſtimauerit. Dextrà Liris Auſonia fuit vrbs ſic appellata ...cis, Aurunca verò Latinis, ab Auſone quodam Vlyſsis & Calypſus filio con-...a, quemadmodum in hoc Virgilij *b* loco Seruius ſcribit: Auruncos ita ferre ſe-...us incolas idem poëta memorat inquiens: *c*

a.lib.1. *b.lib.7. Aene.* *c.lib.7. Aene.*

Aurunci miſere patres, Sidicinaq; iuxta
Aequora, quiq; Cales linquunt, amniſq; vadoſi
Accola Vulturnj, pariterq; Saticulus aſper, Oſcorumq; manus.

Auruncorũ mentionem Liuius etiam perſępe facit, itemq; Dionyſius cũ ...n locis, tum vbi *d* legatos ab ijs Romam miſſos narrat qui agrum nominis ...ſcorũ, quẽ Ecetranis deuictis Romani ademerãt, reſtitui ab Senatu poſtularẽt: ...nde robuſtũ hominũ genus Aurũcos, mebrorumq; firmitate pſtantes, aſpe-...uci ac feroci deſcribit: prætereaq; Seruilij Cõſulis victoriã ex ijs cõmemorat.

d.lib.6.

Eadem

Eadem in parte Liris Veſtina Minturneq́; vrbes extitere, quas vno bello ſubactas à Romanis, & Minturnas quidem conſeruatas, Veſtinam autem cum Auſo-
a.lib.9. nia deletam, idque Ducum abſentia contigiſſe Liuius *a* tradit. Ab Auſonia tum mare propinquum Auſonium, tum vniuerſa dein Italia, quod ſuprà diximus, Auſonia vocata fuit. A Veſtina quoque tractus circum eam vrbem à Liris oſtijs ad Soram vſque, Veſtinus ager appellatus. De Minturnis etſi dictum in Latio ſit: tamen hic quoque nonnulla referemus. Coloniam Romanorum deductam, quo tempore Caſinum quoque, Liuius auctor eſt. Vrbem Liris amnis, iuxta cuius oſtia fuit, interluebat: & in hodiernum vſque diem vlteriori in ripa vbi nunc Turris, ad quam ſchaphis Gariliani tranſmiſsio eſt, ingentes ruinæ ſuperſunt. Si quid è veſtigijs coniecturæ ſumi poteſt, illæ ſane magnificam olim vrbem fuiſſe demonſtrant. Concilium ibi generale Marcellinũ Pontif. anno poſt C.N. CCXCVII. peregiſſe reperimus: & Ioanne X. Pontif.
b.lib.12. hiſt. Blondus *b* Platinaque *c* Saracenos iuxta Minturnas à Chriſtianis graui pugna,
c.in uita Ioannes.10 cui Pontifex ipſe & Albericus Thuſciæ Marchio interfuere, victos ac profligatos, Italiaque deinde pulſos tradiderunt. Pauci tamen elapſi, munitionibus ſe tum in Gargano ſepſere, de quib⁹ in Apulia dicemus. Ad oſtia Liris Vicus Frentalis erat, vt dixim⁹, vrbs olim ampliſsima, nũc vnà cũ Minturnis deperdita. Lucum ſacrum his in locis agro Minturnenſium deſcribit Strabo, vbi nympha colebatur Marica, cuius ad amnis ripam templum erat magnificum, vnde Lucanus: *d* &
d.lib.2.
vmbroſæ Liris per regna Maricæ Veſtinis impulſus aquis. Id tamen apertiùs à Seruio traditur, qui ad hunc Virgilij locum:

> Maius opus moueo, rex arua Latinus & vrbes
> Iam ſenior longa placidas in pace regebat:
> Hunc Fauno & Nympha genitum Laurente Marica

Accipimus: Maricam Fauni coniugem annotat, iuxta Minturnenſium [...]tus ad Lirem diuinis honoribus cultam. Hac ætate nec illius fani, nec vrbium Auſoniæ, Veſtinæ, ac Frentalis vlla agnoſcuntur veſtigia. Paulum à Liris oſtijs Campaniæ principio Mons Gaurus abeſt, quibuſdam Maſſicus, alijs Gal-
e.lib.2. Georg. licanus appellatus. De Maſsico Virgilius non ſemel cecinit: inprimis hoc *e* verſu: Sed grauidæ fruges & Bacchi Maſsicus humor Impleuere: item alibi *f*
f.lib.7. Aene. vertunt fœlicia Baccho Maſsica: quem locum exponens Seruius, Maſsicum Campaniæ montem vini generoſi feracem ait. De eodem Silius: *g* Maſsica ſul-
g.lib.7. cabat meliore Falernus in ęuo Enſibus ignotis ſenioriuga: & pòſt; Vuiferis latè florebat Maſsicus aruis, Miratus nemora & rorantes ſole racemos: & infrà: Maſ-
h.li.1. Od. ſicus vuiferis addebat nomina glebis. Item Horatius: *h* Eſt qui nec veteris pocula Maſſici. Maſſica quoq; vina & ex mõte Gaurano Puteolos Baiasq; ſpectantia Pli-
i.lib.14. cap.6. nius *i* cum cæteris nobilibus ac generoſis certare dicit, Maſſicumq́; montem vt propinquum Veſeuum exudare ſulphur: quamobrem eo haud procul, nempe vbi nũc Turris Balneorũ, calidi quoq; fontes prorũpãt, ad plurima morborũ vt Strabo ſcribit, genera ſalubres. Eas aquas Tacit⁹ Veſuuianas appellat, cum de Ofonij Tigillini morte in hęc verba ſcribit. Tigillin⁹ accepto apud aquas Veſuuianas ſupremę neceſsitatis nuntio, inter ſtupra cõcubinarũ & oſcula & deformes mores ſectus nouacula faucib⁹ infamẽ vitã fœdauit etiam exitu fero & inhoneſto. Dein itinere Minturnis ad Maſſicũ, inter Minturnas & Sinueſsã Trifanũ iacebat vrbs à Li-
k.lib.8. uio *k* nominata: tũ Sinueſſa, Minturnis LXXX. ſtadijs diſtans, colonia Romanorum,

...,quam aliqui Synopem dixere vocatam vt Plinius vnà cum Liuio *a* perhibet. *a.lib.10.*
...ficatam à Græcis Romani poſtea Sinueſſam vocarunt, colonia deducta: qua
...re Liuius ſcribit Senatum duas in agrum Veſtinum & Falernum colonias dedu
...ſiſſe, Minturnas ad Liris oſtia, Sinueſſam in ſaltu Veſtino Falernum agrum
...ingente, vbi Synope græca vrbs fuiſſe dicebatur. Sinueſſam Antoninus etiam
...ela nominant: præterea Silius *b* qui tepentem vocat, inquiens: Sinueſſa tepens, *b.li.8.*
...uq; ſonorum Vulturnum. Dicti rationem præbent aquæ calidæ propinquo in
..., de quibus ita Tacitus. *c* In tanta mole curarũ Claudius valetudine aduerſa *c.lib.12.*
...ipitur, refouendisque viribus mollicie cœli, & ſalubritate aquarum Sinueſ-
...pergit. Libro quoque coloniarum de hac vrbe ſic legitur. Sinueſſa mu-
...ducta, Iter populo non debetur. Ager eius in iugeribus, limitibus interciſis,
...ibus eſt aſsignatus. Soeſſa tamen appellari à Ptolemæo videtur, & iuxta li-
...poni. Exigua nunc eius veſtigia ſuperſunt, etſi peringentes ædificiorum rui-
...rca montis Draconis caput (id nunc promontorij Maſsici nomen eſt) ap-
...ant, multoque maiores in ora litoris, vbi portus immenſi muri quondam ex
...e. Sciendum obiter eſt Sinueſſam ab Aruncorum Sueſſa, qua de poſtea dice-
... eſſe diuerſam. Nunc Maſsici fines priuſquam ad alia veniamus, hic deſcri-
...os puto. Fabium Max. Liuius *d* ait exercitum per iuga Maſsici montis du- *d.lib.22*
...e vt populationib⁹ Annibalem prohiberet, qui vſq; ad Sinueſſæ populi Rom.
...iæ portas excurrebat. Etiam prius oſtenderat, Pœnos vſq; ad aquas Sinueſ-
...s per eum agrum exiuiſſe populabundos: vnde montanus ille tractus à Sueſſa
...etia vel Auruncorum vſque Calenum, Maſsicus videtur mons fuiſſe, per cu-
... iuga Fabius exercitum deduxit, cunctatione Pœnum ſuperare ac frangere co-
...s, vt ſcribit Liuius *e*. Nunc propinquo Sueſſæ loco caſtellum eſt exigu- *e.lib.23.*
..., ſed munitiſsimum metu piratarum, Arx montis Draconis paſsibus à ma
...lle. Supra id non procul aquæ calidæ relinquuntur (Balnea Gaurana nunc
...nt) de quibus antè mentionem fecimus. Deinde per hoc Maſsici latus
...re verſus, nullum oppidum, nullus vicus occurrit: ſed altero, qua Su-
...iter eſt, ager VIII. fermè P. M. quoquouerſum inter mare, viam Ap-
...m, Garilianum amnem montemque ipſum Maſsicum ſternitur cultiſsimus,
...lis vicisque plenus, Caſales Sueſſæ vulgari ſermone nominant. Sunt qui tra-
... hoc toto rebus Romanis florentibus prata fuiſſe dicant. Inde primùm in Ap-
...a Maſsicum attingens vrbs Sueſſa iacet, ita Straboni Appiano, *f* Plinio, Li- *f.lib.1.*
..., Ptolemæoque vocata, Silio *g* quoque cum ait: detritaque bello Sueſſa. Pli- *g.lib.8.*
... eam in prima regione numerat. Sueſſam Pometiam ab antiquis, & Sueſſam
...runcorum, & Sedicinorum, & Volſcorum, & Veſtinorum cognominatam,
...hiſtorijs Liuij, Dioniſij, Tacitique *h* manifeſtò conſtat: eiuſque varietatis cau- *h.lib.19.*
... breuiter enarrabimus. Pometia dicta quòd à Tarquinio Priſco cum Hernicis
...uncto Pometia veteri vrbe deleta, eius incolæ Sueſſam cõmigraſſent, quam
... Tarquinium etiam Pometinos inſequentem expugnaſſe ac diripuiſſe ſcribit
...nyſius. *i* Aurũcorũ cognomen vnde ſit ortum, commemorat Liuius *k* in hanc *i.lib.5.*
...tentiã. Contentionibus inter Sedicinos & Auruncos ortis, Romani T. Manliũ *k.lib.8.*
...nſ. auxilio Sedicinis cum exercitu miſere: qua re perterriti Aurunci, liberis &
...oribus aſſumptis, vrbe ſua deſerta Sueſſam conceſſerunt, cui pòſt Auruncorum
...e cognomẽ additum. Aruncã quoq; defenſoribus vaſtatam, C. Sulpitio Lon-
go, P. Aelio Peto Coſſ. à Sedicinis poſtea deletã inuenim⁹. Sedicinorũ Sueſſa ꝑpter
Sedici-

Sedicinum propinquum oppidum vocata eſt. Volſcorum verò quod eſſet eius gẽ-
tis caput·Veſtinorum, quòd in agro Veſtino poſita·quorum cognominum men-
b.lib.5. tionem & Liuius, & Halicarnaſſeus, & Strabo[a] faciunt. Liuius[b] Pometiæ quoq;
b.lib.1. memorans, cum Aurunci filios, cædis Tarquinij Priſci auctores in exilium Sueſ-
ſam Pometiam conceſſiſſe narrauiſſet, poſteà de belli Volſcorum quod CC. am-
plius annis durauit, initijs narrans, Sueſſam Pometiam Volſcorum diſertè nomi-
c.lib.4. nat. Dionyſius[c] quoque Pometiæ cognomen non ſemel vſurpat. Et Liuius Sueſ-
& 6. ſam Auruncorũ vocat, inſuperq; coloniam populi Rom. deductã ſcribit. Ciuitas
hoc æuo eſt modica· titulo tamẽ Ducatus honeſtata. Inter eos qui nomen eius or-
tu nobilitauerunt in primis fuit Auguſtinꝰ Niphus memoria noſtra ꝑinſignis & ex
cellẽs philoſophus, vt plurima ſcriptorũ monumenta quæ reliqt, indicant. Obijt
annis ſuperioribus Salerni, qua in vrbe diu reguli illius præmijs honeſtiſsimis Phi-
loſophiam docuerat. Vicinis Sueſſæ locis oppidum erat Sedicinum, à quo Sueſſa
d.lib.12. quoq; cognomen Sedicinæ ortum ſuprà diximus. Agrum Sedicinũ Silius[d] hoc ver
ſu memorat: Tum Sedicina legunt pernicibus arua maniplis. Deinde per Appiam
ſilice ſtratam in dextra Maſsico relicto P. M. à Sinueſſa octo vetus inuenitur ci-
tas Carinula, Plinio Calenum in prima regione numeratum. Eius ager Calenum
e.lib.14. nobile vini genus ferebat à Plinio[e] laudatum, de quo ſic Horatius: Molle Cale-
cap.6. num: & pòſt: Cæcubum, & prælo domitam Caleno Tu bibes vuam. Carinula
ab antiqui Caleni veſtigijs nonnihil diſsidet, quod vna parte Falernum agrum cõ-
tingebat, altero montem Maſsicum. Tum Appię læua, itinere ab Sueſſa Calenum
Maſsicus vltra Theanum Sedicinum & Cales porrigitur, vſque Calatiam·de qua
f.lib.8. Silius:[f] nec paruis aberat Calatia muris·item alibi:[g] eamque Calatia abegit. Ali-
g.lib.11. quàm verò Maſsicus ſiniſtra dein à Calibus ad agrum Venafrum, indeq; ad Vul-
turnum amnem perpetuo iugo pertineat altero tamen latere nemoroſo quibuſdã
in locis panditur, & in dextram vijs ſinuoſis ad flumen Caliculam vergens, il a
ni longo infrà tractu coniungitur, ſic vt inter montes & Vulturnum ſuperiori re-
gione Venafrani campi verſus Aquilonem Samnitibus hærentes relinquantur.
Venafranꝰ ager ita ſemper appellatus fuit ab oppido Venafro: & glarioſum e
Plinius, cæterum olea abundantem prodidit. Propinquum illi oppidum Gallu-
um in quo Rugerius Rugerij Sicilię Comitis filius ab Innocentio II. Pontif. Ma-
cum is Apuliæ imperio inhiaret, obſidione preſſus: quem Guilielmus filius Cala-
briæ Dux ingentibus auxilijs adductus non ſolum eripuit·ſed ipſum quoque Pon
tificem cum toto Cardinalium quos in comitatu habebat, grege, cepit. Eum vi-
rum vt ſe Chriſtianæ hierarchiæ cultorem demonſtraret, non modo nullum ius
belli victoriæq; contra victos exercuiſſe, ſed etiam liberè dimiſſos omni humani-
tatis officio eſſe proſecutum, inſuper & Pontificem vt Chriſti Vicarium adorauiſ-
ſe, propterea q; tantæ facilitatis & obſeruantiæ merito nihil à Pontifice non impe-
trauiſſe quicquam, Blondus & Platina memoriæ prodiderunt. Campis Venafra-
nis adiacent, Concha, Minianum, Præſentianum, & Varianum: hęc vno latere. Se-
ſtus altero. Suprà vltra Vulturnum Alifa, vetus Samnitium vrbs ab Liuio Prole-
mæoq; nominata·cuius incolas Alifanos in prima regione recenſet Plinius. Tum
infrà inter Vulturnum, ex eo loco qui contra Caliculam eſt vſque ad litus, & trãſ-
curſu à Capua Caſilinoque, tractusque montanus Gauri vniuerſus, item ea Maſsi-
ci plaga quæ Calenum vſque pertinet, perq; maris oram extenditur, & agro Sinu-
eſſano quondam, nunc vulgò Tractus Montis Draconis dicto, cõiungitur,
hæc

vniuerſa regio Campaniæ eſt, amœnitate fœcunditateq́; nulli cuiquam Ita-
us inferior. In primis enim triticum, hordeú, far, omnisq́; generis frumen-
ac fructus vbertate maxima fundit· vndiq; perculta, nobilibusq́; plantis &
bus inſtar amœniſsimorum hortorum conſita. Quondam hunc Campum
tem fuiſſe reperimus, de quo mentionem facit Liuius *a*, excurſionem Samni a.lib.9.
in Campum Stellatem agro Campanorum referens. Idem & alibi *b* pugnam b.lib.10.
m in Campo Stellate factam narrat, qua XVI. Mil. CCC. Samnites à Ro-
i. Præterhæc & alio loco ſcribit, Annibalem per agrum Aliſanum', Ca- c.lib.22.
q· & Calenum in Campum Stellatem ad Caſilinum exercitu deducto,
ucem ibi virgis antè cæſum in crucem ſuſtuliſſe. De Campi Stellatis præſtan
ulli) nobile teſtimonium extat in oratione contra Rullum, qua legem
tentione ſumma diſſuaſit, interque cætera ſic ſcribit. At enim ager
panus hac lege diuidetur, orbis terræ pulcherrimus. Et pòſt: Adiungit Stella
Campum agro Campano, & in eo duodena deſcribit in ſingulos homines iu-
quaſi vero paulùm differat ager Campanus ac Stellatis. Deniq; tota illa ora
e non ſolum Herculantheam viam, Gaurum, & ſalicta ad Minturnas, ſed eti-
tellatem Campum populi Rom. patrimonium, adeoq́; peculiares tum fuiſſe
s oſtendit. Suetonius auctor eſt Iulium Cæſarem in Conſulatu Cam-
Stellatem à maioribus conſecratum, agrumq́ue Campanum ad ſubſi-
reipublicę vectigalem relictum, XX. millibus ciuium extra ſortem diui-
alernus ibi ager ab eius nominis monte dictus (quem & à Falerno quodam
natum Seruius auctor eſt) vitiferis collibus nitet. Non procul eſt à Pute-
inumq́; Falernum eo gignebatur, cui ſecundum inter Italiæ generoſa nomẽ.
emoratur à Martiale ſic: De Sueſſanis venerunt Maſsica prælis: Condita d.lib.
quæris Conſule? nullus erat. Et Silius *d*: grauidæ cui nectare vites Nulli dant
s nomen præferre Falernis. Plinius etiam hoc vini genus commendat mul-
itq́; Falernum à ponte Campano incipere, læua, petentibus vrbanam colo-
Syllanam, antea Capuæ contributam. In Campo quoque Stellate Carinula
dam Calenum, iacet, quo de ſuprà diximus. De cætero Turris Fracoliſena·
Theanum ad alterius in Apulia differentiam Sedicinum à Strabone Plinio-
cognominatum· quò Coloniam deduxiſſe Auguſtum liber Coloniarum in-
his verbis. Iter populo debetur. Pedes LXXX. Ager eius limitibus Augu-
militibus eſt aſsignatus. Theanum hoc Liuius perſæpe memorat. Sunt etiam e.lib.7.
Calui, Ptolemęo Cales vocati, itemq́; Virgilio *e*, cum ait: Quiq́ue Cales lin- Aeneid.
t: vbi Seruius Cales, inquit ciuitas eſt Campaniæ. De his ita liber Colonia-
rum: Cales municipium muro ductum. Iter populo non debetur. Ager eius limi-
tibus græcanicis antea fuerat aſsignatus, poſtea iuſſu Cæſaris Auguſti, millibus
nominis ſui eſt reuocatus. Auctor vrbis fuit Calais Boreæ filius poſt Argonauta- f.lib.8.
rum reditum in hæc loca profectus· vnde Silius *f*: Quem genuere Cales: non par- g.lib.8.
uus conditor vrbis Vt fama eſt Calais Boreæ. Liuius *g* tamen & Feſtus Auſones
primos Calium incolas fuiſſe tradunt. Sequitur Calicula ſic veteribus dicta· nunc
Caianellum: & vt ea Maſsici pars, quæ Liris oſtijs eſt propinqua, Carrum, ſic alte
ra inter Carinulam & Turrem Fracoliſenam pro Gallicano nunc Caſcanum ap-
pellatur. Ad Turrem Fracoliſenam Fabius Max. ſedebat, quando Caſinum petẽs
Annibal, ad Caſilinum errore deductus, ibi à Fabio concluſus eſt: qua de cauſa
nullam ex agro Caſilino viam exitumq́;, ſed Calliculæ iugum petendum animad-

uertens,huiuſmodi ludibrium oculorum ſpecie terribile ad fruſtrandum hoſtem
commentus euaſit. Ad duo millia ferme boum contracta,quorum cornibus vn-
que faces ex agris collectæ faſcesq; virgarum,atq; arida ſarmenta præligantur: in
primis tenebris in aduerſos concitantur mótes accéſis cornibus: & calore iam ad
viuum adueniente,ſic vt capitum inquietatio flammam excitaret diſcurrunt: tum
Romani milites ad locorum præſidia collocati,nouitate rei vt obſcura nocte per-
territi,ſtationibus deſertis,tranſitum Pœno in agrum Alıfanum reliquere liberũ.
a. lib. 22. Id & Liuius a & Plutarchus b quoque memorat. Vlteriùs ad oſtia Vulturni flu-
b. in uita nis, dextra , Vulturnum quondam oppidum fuit ab eo flumine denominatum.
Annibal. Vtriusq; memoriam vſurpant Strabo, Plinius, Mela , Ptolemæus , ac Dionyſius,
c. lib. 7. qui de flumine prodigium ita refert c. Amnes Vulturnus & Glanis omiſſo natura-
li meatu verterũt curſus,aliquandiu retrocedẽtes ab oſtijs ad ſuos fontes. Et flumẽ
d. lib. 2. etiam memorat Lucanus d inquiens: Vulturnusq; celer: item Silius e: Fluctuque
e. lib. 8. ſonorum Vulturnum. Nec verò omittendum eſt id ab Agathio f Caſilinum appel
f. lib. 2. de bell. Goth. lari,qui de Bultino Francorum Duce ſcribens,his verbis vtitur. Quocirca cum
Bultinus ſe in Campaniam contuliſſet, hand longè à Capua caſtrametatus eſt in
ipſa Caſilini fluminis ripa,quod ex Apennino monte per proximos circumagens
ſe campos in Tyrrhenum mare defertur. Et infrà memorabilem Francorum ſtra-
gem ab Narſete editam referens, poterat,inquit, circa Capuam quiſque campos
ſpectare cruore ac ſanie diutius inundaſſe,& proximum flumen exceſsiſſe iam ri-
pas,quia vltrà quàm ferre poſſet hoſtium cadaueribus repleretur. Mihi verò ex in-
colis quidam nonnulla elogia recitauit in vrnam inſculpta lapideam ſub Caſi
lini fluminis ripas locatam, quæ huiuſmodi ſunt. Aquas Caſilini fluminis
mortuis grauatas ſuſcepit Tyrrheni maris litus , quando Francorum gentem
occidit Auſonius enſis , vbi miſero hæc geſsit morem Bultino. Fœlix etiam
iſte fluctus,& erit barbarico pro trophæo diutinè eructans ſanguinem. Hæc Aga-
thius. Erat autem Francorum exercitus pugnantium XXX. Mil. Narſetis vix ad
IIXX. Mil. neque ſuperſtites ex ea clade ſupra quinque relicti Franci. Romanis
LXXX. non amplius amiſsis. Obiter etiam ex Agathio Blondum aliosq; ſcripto-
res cõuinci notandum eſt,qui cæſum Bultinum,vel vt ipſi vocant Bucelinum,pro-
pe Tanetum prodidere: nam id errore non caret manifeſto , quandoquidem
hoc in loco Narſetem eam inſignem edidiſſe ſtragem patet , vti iam prædiximus.
Itaq; Vulturnum Agathius Caſilinum appellat,qui ab Apennino per Venafranũ
agrum Campaniamq; mediam ac vrbem Capuam fluens,ad eum locum vbi quon
dam Vulturnum oppidum extitit,vti etiam Strabo teſtatur,in mare prouoluitur.
Amnes torrentesq; multos colligit,inter cæteros Cuſanum,Calorem, Sabbatum,
aliosq; item ex Apennino iactos.

CVMANI.

OLim à Vulturno ad Sarnum Cumanos tenuiſſe: nec vnquam ab Hetruſcis
etſi tum vniuerſæ propemodum Italiæ dominis illo tractu pelli,vel etiam in
poteſtatem redigi potuiſſe Sempronius auctor perhibet. In hoc igitur prima vrbs
g. lib. 34. Vulturnũ fuit, qua de paulo ante locuti ſumus. Coloniam ex Romanis eò dedu-
ctam Liuius g ita ſcribit: Coloniæ ciuium Romanorum deductæ,Puteolos,Vul-
turnum, Liternum,trecenti homines in ſingulas: deduxere Triumuiri T.Sempro
h. lib. 35. nius Longus,qui tum Conſul erat,M.Seruilius, Q.Minitius Thermus: ager diui-
ſus eſt, qui Campanorũ fuerat. Idem h alibi Vulturnum prope fluminis Vulturni
oſtia

a fuiſſe prodit. Nunc illo loco Caſtellum Almarinum eſt cognomine Botur-
ſium vt vulgò vocant pro Vulturnenſium, ad alterius caſtelli Almarini diffe-
rentiam, quod vltra Neapolim IIXX. P. Mil ſitum. Deinde poſt tria millia Caſtel
lutium, eiuſdem amnis dextra in ripa, nunc vicus exiguus, vbi Caſilinum Blondus
celeberrimam Liuio, Straboni, Plutarcho, Ptolemæoq; vrbem fuiſſe autumat: tū
quod antiqui nominis Caſilini recentisq; Caſtellutij quædam videatur conueni-
entia, tum quia Vulturni appoſitum ripæ non procul ab eo loco diſtet, vbi Vulturnū
oppidum olim extitiſſe conſtat, quod Liuius à Fabio Max. contra Pœnum præſi-
diis occupatum ſcribit, vt inde Caſilino tribus millibus remoto ſubmitti commea
tus tutò poſſet. Et ſanè Liuij a verbis diligenter inſpectis Caſilinum olim vbi nunc a. lib. 23.
Caſtellutium eſt, intelligemus extitiſſe: præterquam quod etiam hoc tempore Fa-
lernum agrum à Campano, qui Sinueſſano quondam, nunc Montis Draconis di-
citur, conterminus eſt, vicus ille diſtinguat. Quod ſi cui difficilem hæc res fidem ha-
bere videbitur, quaſi è Liuio Straboneq; b manifeſtum fiat, Caſilinum olim ædifi- b. lib. 4.
ciis maxima firmiſsimosq; muros neceſſariò habuiſſe, quorum præſidio contra tot
Annibalis impetus ac diuturnam obſidionem in fide Populi Rom. ſeſe tutari potue
rit, at verò hîc nulla nunc antiquitatis monumenta veſtigiaq; conſpiciantur, illi
[illegible] ita cum Blondo breuiter occurremus. Negari quidem haud poſſe quin Caſili
num vires Annibalis egregiè diu ſuſtinuerit: cæterùm id non tam ædificiorum aut
operum magnitudine, quàm præſidiariorum militum, vtpote Prænestinorum ac
Peruſinorum virtute contigiſſe. Liuius c enim vnaq; Strabo ad Caſilinum in Vul- c. lib. 23.
turni ripa ſitum, Annibalem ait copias admouiſſe, idq; quoniam milites Prænesti
ni Peruſiniq; DXL. in præſidijs ibi collocati erant, haudquaquam potuiſſe capi:
[illegible] one quoq; tā longa tētatum, vt præ annonæ difficultate tritici modius vnus
[illegible] drachmis emeretur, eiuſq; venditor periret fame, emptor vitam conſeruaret:
[illegible] q; hac demùm occaſione relictum à Pœno, quòd Annibal quodam die rapa
[illegible] milites iuxta præſidia vidiſſet: ideoq; conſtantiam eorum & patientiam ad
[illegible] m, quod in tanta rerum omnium inopia nondum de deditione cogitarent,
[illegible] animis ad perpetuam defenſionem viderentur intenti, vtpote raporum matu-
ritatem expectare cogitantes, motis caſtris ſoluiſſe obſidionem: vt adeo non tam
munitione loci, quàm fide conſtāntiaq; præſidiorum vrbs ſeruata fuerit. Itaq; iam
non eſt vt dixi mirandum, ſi veterum ædificiorum quæ quoq; momenti exigui fu-
iſſe potuerunt, nulla iam hîc veſtigia conſpiciantur. Quod ſi quis adhuc inſtet, Ca
ſilinum olim iuxta vicos nunc in Vulturni ripa ſitos, Gancellum & Aronum, exti
tiſſe, quòd ibi nunc plura vetuſtatis indicia veſtigiaque, quàm apud Caſtellutium
cernantur: reſpondet Blondus, eorum à mari Caſtelloq; Boturno diſtantiam Caſi
lino non conuenire, cum inter maritimas vrbes, nec procul oppido Vulturno, ſcri
ptores id collocent, vici autem illi multò interiùs in mediterraneo ſint. Quinetiā
circa Gancellum & Aronum non eſt ille Vulturni amnis flexus, quem ad Caſilinū
deſcribit Liuius. Sed & Aronum antiquū vocabulū integrum penè eſſe videmus:
olim enim Nataronus dicebatur, vti ex Plutarchi Parallelis vertit Petrus Candi-
dus d: vbi ille res geſtas Annibalis ad Caſilinum memorans, eum ait in extremā d. in vita
Campaniæ partem ad Caſilinum profectum, vbi Vulturnus amnis fluit, Nataro- Fab. Max.
nus Romanis dictus. Proinde tenendum videtur, neutro horum in loco, ſed veriùs
vbi Caſtellutium eſt, olim Caſilinum extitiſſe. De Caſilino ſæpè Liuius comme-
morat: & nominatim e vbi præſidium eius annonę difficultate tandem victum, An e. lib. 23.

a.lib.24. nibali ſe dedidiſſe: itam alibi a, cum à Romanis receptum ſcribit. Tractus hìc totus vndiq; propemodum cóllibus incluſus circa oſtia Vulturni ad mare verſus tãtùm panditur. Intus dextra Vulturni ripa, quarto ſupra Caſtellutium lapide, à mari duodecimo, ciuitas eſt Capua Noua, iuxtaq; ad II. millia, peringentes Capuæ veteris ruinæ iuxta templum D. Mariæ gratiarum apparent. Eæ ſunt, vrbis portæ ſemirutæ, theatrum, immenſæ moles fundamentorũ ampliſsimarum ædium ac templorum, ſcapi, baſes, capitula, tymbi, aliaq; ſimilia planè confracta diruptaq; præter hæc etiam aquarum longa lataq; receptacula ſubterranea, cum plurimis hu-
modi ſplendoris, amplitudinis, ac magificentiæ veteris Capuæ ſignis. Capuam Stra-
b.lib.1.de bell. ciuil. 2. & 4. bo, Sempronius, Cato, Dionyſius, Liuius, Plinius, Appianus b, Tacitus c, Ptolemæus, & Virgilius compellant, itemq; Silius d, inquiens: Inprimis Capua heu rebus ſeruare ſerenis Inconſulta modum, & paruo peritura tumore. Item alibi e: Al-
c.lib.4.13. 14. & 20. tera Carthago Capua. De primo eius conditore varias antiquorum ſententias inuenimus. Catoni Sempronius conſentit ab Oſcis ædificatam tradens his verbis A
d.lib.8.
e.lib.11. Vulturno amne ad Silarum Hetruſcorum vetuſtiſsimus ager fuit, in quo priùs Oſcam, dictam poſtea Capuam condiderunt. Hoc alibi quoq; manifeſtiùs Cato con-
f.lib.7. Aeneid. firmat, inquiens: Oſci qui nunc Capuani. Seruius item hunc Virgilij f locum: Oſcorumq; manus: ita exponit, vt Capuanos ab initio dictos Oſcos ſcribat, propter ſerpentium apud eos multitudinem: Oſcus enim ſerpentis eſt genus, quem It-
adhuc vulgò vocant Oſcorzonem. Alij Capuæ nomen à falcone, quam auem p-
ſca Thuſcorum lingua Capyn dixit, profectum aiunt, quòd ex eius volatu augur-
vrbis ędificandæ captum fuiſſet. Neq; nouum id vt puto cuiquam videbitur, ſi circa auſpicia religioſiſsimos quondam ac diligentiſsimos fuiſſe Hetruſcos cogitet qua de re multis in locis teſtis eſt Liuius. Sed & plurimi Capuam denominatam conditamq; à Capy tradunt Æneæ ſocio, cui ſententiæ Virgilius accedere videtur
g.lib.10. inquiens g: Et Capys, hinc nomen Campanæ dicitur vrbi: Seruio ibidem ann-
h.lib.2. tante, Capuam à Capy nomen habere: quod etiam Lucanus h approbat hoc ver-
i.lib.12. ſu: Mœnia Dardanij tenuit Campana coloni: præterea Silius i ita: Tum Capys primus dederat ſua nomina muris, de Capua nimirum loquens. Cum his Dio-
K.lib.1. us K etiam ſentire videtur: ſimulq; Suetonius in Cæſare ſcribens, cum in colonia Capua deducti lege Iulia coloni ad extruendas villas ſepulcra vetuſtiſsima diſij- rent, tabulam æneam in monumento, quo dicebatur Capys conditor Capuæ ſitus, inuentam eſſe conſcriptam litteris verbiſq; græcis hac ſententia: Quando oſſa Capys detecta eſſent, fore vt Iulo prognatus manu conſanguineorum necaretur. Strbo diuerſè tradit Capuam appellatam à campeſtri agro regionis: quam cum prius Opici & Auſones, dein Oſci, quos eiecere Cumani, poſteà his pulſis Hetruſci tenuiſſent, eos vrbem hanc aliarum vndecim quas in hac regione condiderant, inſtituiſſe caput, quemadmodum in ſuperioribus eſt dictum. Sentire hoc quoq; videtur
l.lib.4. Euſtathius, itemq; Liuius l inquiens: Vulturnum Hetruſcorum vrbem, quæ nunc Capua eſt, ab Samnitibus captam traditur, Capuamq; ab Duce eorum Capy, vel quod propius vero eſt, à campeſtri agro appellatam. Nec ab hac ſententia Plinius etiam abſcedere videtur. Sed & Annius apud Sempronium tradit, Vulturnum Oſca Thuſcaq; lingua campeſtrem ſignificare. Præter hæc tamen quidam aliud etymon à capacitate & abundantia, quaſi omnem vitæ fructum capiat, aſsignant, vt Diodorus ſentire videtur. Alij aliter, quorum opiniones ideo quod iuxta fabulas eſſe videantur prætermitto. Mihi ſanè vt omnium quos citauimus ſententiæ conci-
lien-

tur,haud ſine ratione credi poſſe placet,vrbem hanc primùm omnium ab O-
s conditam Oſcamq́; dictam,quod Cato Semproniusq́; tradunt, auctam verò
ſta Thuſcis,ſimulq́; ob falconis augurium Capuæ nomen accepiſſe: ſed & id
c firmatum aduentu Capys Æneæ ſocij,fortaſſe quòd ille etiam vrbem tum in-
urarit auxeritúe,quapropter conditor eius antiquorũ ſcriptorum more dictus
qui vt aliàs quoque monuimus,auctores vrbium perſępe nominant eos, à qui-
s vel auctæ tantùm,vel reſtitutæ fuere. Quinetiam Capuæ nomen ob agrum cã-
trem magis inualuiſſe·vel aliquando non admodum in vſu frequens(cùm Vul
num quoq; Capuam olim dictam inueniamus)etymo quouis alio fuiſſe renoua
tum nil vetat. Omnia verò hæc tam quæ nos ipſi attulimus, quã quæ ab alijs dicta
tauimus,legentiũ arbitrio iudicioq́; probanda planè damus. Sed de ſumma Ca
puę vetuſtate,neminem hercule ambigere puto: memoriam enim eius ſummo cũ
honore veteres ſcriptores omnes vſurpant,nempe tam propter antiquitatem,quã
es,amplitudinem,ac potẽtiam. Liuius in primis eam ſæpiſsimè commemorat,
minatim autem vbi a Capuanorum cum populo Romano pacem factam nar- *a.lib.7.*
at·item cum b omnium vrbium Italiæ principem Capuam ſecundum Romam di- *b.lib.23.*
t·idq́; poſt Cannenſem pugnam ab Annibale Carthaginem perſcriptum,qui tũ à
Capuanis benignè exceptus,apud eos hybernauit·quo tempore miles eius otio lu
xuq; corruptus adeo eſt,vt inſequenti vere veluti armorum rudis marceret: vnde
rum(quod etiam Plutarchus c ſcripſit)primã ruentis fortunæ cauſam Pœnus *c. in uita*
ntraxit. Poſt Annibalis à Capua diſceſſum, Q. Fuluium & Pub. Claudium Coſſ. *Annibal.*
cum legionibus ire iuſſos,quoniã in illa vrbe ſubacta maximum populo Rom.
omẽtum fore putabatur,idem Liuius d commemorat. Alibi e ſcribit,vrbe ab Ro *d.lib.25.*
is per grauem ac longam obſidionem capta direptaq;, ad LXX. principes Se- *e.lib.26.*
atus interfectos,nobiles ferme CCC. in carcerẽ conditos,varijs caſibus alios per
as nominis Latini vrbes in cuſtodias datos interijſſe. Sed & ante deditionem
m Virium ſcribit in Senatu Campano ita locutum, vt potiùs recordatione
liciorum,quæ victos manere oporteret,antè fato cedendum arbitraretur· in-
ctasq; ſibi epulas ad quas accederẽt,qui vna ſecum via & honeſta & libera ad
ortem vti vellent,profiteretur,ſeptem & XX. Senatores domum ſecutos,epula-
sq́; cum eo,& quantum facere potuerant alienatis mentibus vino ab imminen-
us ſenſu mali,venenum omnes ſumpſiſſe·inde miſſo cõuiuio dextris inter ſe datis,
moq́; complexu collachrymantes ſuum patriæq́; caſum, alios vt eodem rogo
cremarentur manſiſſe·alios domum eſſe digreſſos. Addit inde reliquam Romanis
de vrbe agroq́; conſultationem fuiſſe·quibuſdam delendam cenſentibus,præſentẽ
en vtilitatem viciſſe: nam propter agrum fertiliſsimum ſeruatam, vt eſſet ali-
qua aratorum ſedes,vrbiq́; frequentandæ multitudinem incolarum libertinorũq́;
inſtitorũ opificumq́; retẽtam·agrum & tecta publica Populi Rom facta· ſic ha
tari tanquam vrbem placuiſſe·corpus nullũ ciuitatis,nec Senatus,nec plebis cõ
um,nec magiſtratus eſſe·ſine concilio publico,ſine imperio·præfectumq́ue ad
ura reddenda quotannis ab Roma iri miſſum. Et hac de cauſa cum Cæſaris tem-
poribus deſolata vrbs Capua propemodum tota eſſet,Romanorum eò coloniam
ductã Coloniarũ liber his verbis teſtatur. Capua muro colonia Iulia fœlix iuſſu
Imp. Cæſ. à XX viris eſt deducta. Iter populo debetur in ped. C. Ager lege Sullana
rat aſsignatus· pòſtea Cæſar in iugeribus militibus pro merito diuidi iuſsit. Sa-
nè hoc contra ſententiam rationemq́; M. Tullij factum,ex eius oratione, qua le-

gem agrariam ſummis viribus oppugnauit,intelligitur,cum in hæc verba prorumpit.Capuam deduci colonos volunt·illam vrbem huic vrbi rurſus opponere·illuc opes ſuas deferre,& imperij nomen transferre cogitant,qui locus propter vbertatem agrorum abundantiamq; rerum omnium ſuperbiam & crudelitatem genuiſſe dicitur. Pauloq; pòſt: Maiores noſtri Capua magiſtratus,Senatum,concilium commune,omnia deniq; inſignia reipub. ſuſtulerunt· neque aliud quicquam niſi inane nomen Capuę reliquerunt,non crudelitate,quid enim illis fuit clementius, qui etiam externis hoſtibus victis ſua ſæpiſsimè reddiderunt, ſed conſilio, quòd videbant ſi quod reipub.veſtigium illis mœnibus contineretur, vrbem ipſam imperio domicilium præbere poſſe.Item in oratione ſecunda hæc ſcribit. At enim ager Campanus hac lege diuidetur,orbis terræ pulcherrimus, & Capuam colonia deducetur, vrbem ampliſsimam atq; ornatiſsimam: & pòſt: Vnúmne fundum populi Rom.caput veſtræ prouinciæ, pacis ornamentum,ſubſidium belli, fundamentum vectigalium, horreum legionum, ſolatium annonæ diſperire patiemini? Item inferius, Campani ſemper ſuperbi bonitate agrorum & fructuum magnitudine,vrbis ſalubritate,deſcriptione, pulchritudine: ex hac copia atque omnium rerum affluentia primùm illa nata ſunt·arrogantia, qua à maioribus noſtris alterum Capua Conſulem poſtulauit· deinde ea luxuries,quæ ipſum Annibalem armis etiam tum inuictum,voluptate vicit. Hæc Cicero, quibus aliter eum cenſuiſſe quàm accidit colonia Capuam deducta cognoſcimus. Enimuero ex eo tempore ſemper in poteſtate ditioneq; Romanorum Capua ſtetit, donec ab Genſerico Vandalorum rege ſubuerſa, profligatisq; dein Oſtrogothis à Narſete inſtaurata,demum poſt annos fermè centum à Longobardis iterum exciſa deletaq; eſt.Nouam poſtea Capuam ad Vulturnum amnē duobus ab antiqua P.Mil.extructam conſtat,verùm quo auctore non reperimus.Eius mœnia Corradus Friderici II. Imperat. Auguſt. filius deiecit· vrbemque direptam ac ſpoliatam calamitate affecit ingenti,quòd vt Blondus [a] ſcribit,populus Campanus vnà cum Neapolitanis Manfredorum nomini hoſtem infenſumq; ſe demonſtraſſet.Aliam deinde non minorem ſub Alexandro VI. Pontif. Max.cladem ſuſtinuit,cum exercitu Gallorum,quem rex Ludouicus XII. in expeditionem contra Federicum Arragonium miſerat,benignè excepto, rapinis, ſtupris, ac cædibus ab eo lacerata fœdataq; eſt. Memorabile quidem ille caſus vrbis, ciuium militumque ſupra trium millium ſtragem,aliud tamen inſignius habuit,quod à Sabellico monumentis eſt traditum, complures præcipuæ nobilitatis virgines in flumen ibi ſeſe præcipitaſſe,cum ita vim irruentium furore libidinis militum inito conſilio præcauendam,caſtitatemque potiorem turpi habendam vita decreuiſſent. Epiſcopatum Capuæ Nouæ Ioannes XIIII. Pontif. Max. cum Othoni II. Imper. Aug. coronam poneret, in Archiepiſcopatum redegit,memoriæ nimirum cauſa· quoniam per populi Rom. tumultum Iofredo Campaniæ Comite adiuuante, cum in carcerem fuiſſet miſſus, Pandulphi vt Blondus, vel Ioannis vt Platina vocat,Principis Capuani opera Iofredo perempto, libertatem dignitatemque recepiſſet. Antiſtitis Capuani locum annis ſuperioribus Nicolaus Saxonius ordinis prædicatorum monachus & Eccleſiæ Romanæ Cardinalis tenuit, ſummi vir ingenij, ac inprimis eruditus. Capuam Nouam Raymundus prædicatorum generalis magiſter XXIII. ortu nobilitauit, homo non minus doctus,q̃ ſapiens,vt ſcriptorum monumenta produnt·item Ioannes Antonius

[a] lib.17. hiſt.

nius cognomento Campanus, quem ſe cognouiſſe Volaterranus ſcribit puerum
ouium paſtorē, cæterùm ingenij naturæq́; impetu cōuerſum ad ſtudia litterarum
tantos habuiſſe progreſſus, vt ingentibus p̄mijs in ſcholā à Peruſinis publicè acci-
tus ſit, ac pòſt eruditionis ſummæ fama Epiſcopus Aprutinus à Pio II. Pōtif. Max.
litteratorū Mæcenate diceretur. Obijt ætatis anno XL: corporis ſtatura modicus
fuit, ſed ingenio doctrinaq́; vir maximus. Plurima ſcriptorū monumenta poſteris
reliquit, inter q̄ de Bracij Montonei rebus geſtis libri. Capuæ incolas Campanos
pro Capuanis dictos obiter etiā ex Liuio ac alijs veteribus obſeruandū eſt. Cam-
pū Leborinū nobiliſsimū Capuæ finitimū à Plinio deſcribi ſuprà dictū eſt: cuius
ſolum opere quidem arduum, cultuq́; difficile, ſed grandiferum & fructuoſum
perhibet. Incipit à monte Tifata qui ſupra Capuā eſt, & vſq; Neapolim & ad col-
les Puteolanos extenditur, vrbe Capua Vulturnoq́; flumine vſq; ad oſtia, cōclu-
ſus. Tractum hunc omnem circum Capuam & vbi Anuerſa, tabulis publicis an-
te annos CCCC. cōfectis Campos Leborios appellari, idq́; ipſos aſſeruiſſe Cāpa-
nos p̄diximus, ſimul etiā inde nouā Terrę Laboris appellationē, quæ Campaniæ
nunc eſt, in vſum vulgi profectam. Tifata mōtem memorat Liuius [a], Annibalem *a. lib. 7.*
è Brutijs auxilio Campanis venientem, quos tum Q. Fuluius & Appius Claudius *& 26.*
Romani Coſs. obſidione premebant, cum maxima parte copiarum ac elephan-
tis tribus & triginta, poſt Tifata montem, imminentem Capuæ occulta in valle
conſediſſe ſcribens. Eundem nominat Silius [b] hoc verſu: Tifata vmbrifero gene- *b. lib. 13.*
ratum monte Calenū. A Capua millibus octo noua ciuitas Anuerſa veteris Atel-
læ ruinis inædificata cernitur. Atellam Ptolemæus, Strabo, Siliusq́; [c] nomināt: & *c. lib. 11.*
Plinius Atellanos in prima regione: priùs itaque de Atella, tum de Anuerſa, tra-
ctabimus. Oſcorum vrbs Atella fuit, vnde Atellanæ fabulæ dictæ, quæ ſalibus &
ſoluto ioco, cæteriſq́; id genus exempli tum ridiculi, tum laſciui conſtabant, vti
à Marco Varrone, Gellio, Macrobio, Iuuenale, Liuioq́; [d] traditur. Habebant ob- *d. lib. 7.*
ſœniora quædam & impudica, neque raro morum pernitioſas corruptelas: quā-
obrem à Liuio, Valerio Maximo, Iuuenale, plurimiſq; ſcriptoribus improba-
tæ taxatæq́; fuere. Scriptor harum Ciceronis ætate L. Pomponius Bononienſis
fuit. Atellæ memoriam ſæpe Liuius vſurpat: inprimis vbi [e] cum Calatia deditio- *e. lib. 62.*
ne captā: item cùm [f] Atellanos à Senatu Calatiam migrare iuſſos ſcribit. In eius *f. lib. 27.*
poſtea collapſæ deletæq́; veſtigijs Robertum Guiſcardum Normannorum Du-
cem, (vel vt Collenutius [g] appellat, Raynonem Triſtani Normanni ſucceſſo- *g. lib. 3.*
rem) Neapolis & Capuæ imperio imminentem caſtra muniuiſſe, nouæq́; vr- *hiſt. reg.*
bis initia poſuiſſe traditur: quam Aduerſam à re, vti aduerſus illa quæ dixi-
mus oppida munitam, appellauit. Nunc tamen Anuerſam littera d, in n, muta-
ta dicimus. Nominat eam Facius [h] hac ſententia: Ducem itineris meum, qui non *h. lib. 3.*
ſubſiſtit Inſecutus ſum porrò donec ad Anuerſam veni. Dirutam vſq; ad funda- *Cant. 1.*
menta legimus à Carolo primo Neapolis rege ob Reburſæ gentis rebellionem,
quam ille tum extirpauit deleuitq́;, vt Collenutius [i] auctor perhibet. Non procul *i. lib. 5.*
Atella, Septentrionem verſus Auella fuit, ita cum à Strabone nominata, tum eti- *hiſt. reg.*
am à Silio [k] dicente: Paſcuaq; haud tardè redeuntia tondet Auellæ: ac infrà: Sur- *K. lib. 8.*
rentum, & pauper ſulci Cerealis Auella. Ptolemæus tamen Abellam, Plinius op-
pidum Abellinum vocat: cæterùm ea tenuis aut nulla propemodum eſt differen-
tia propter litterarum V. & B. affinitatem, vt Lucianus demonſtrat, & in efferē-
dis gentium nominibus maximeque græcis, frequens eſſe docet vſus: nam &

græci, ß, ſuũ more, V. Latinorũ pronuntiant· & pariter Italię quoq; gentes q̃dam,
vt pro Bernardo Vernardum dicãt. Macrobius auellanas nuces ab hac vrbe no-
a. lib. 7. Aeneid. menhabere vult· vti etiã Virgilius [a] ſentire videtur inquiẽs: Et quos maliferæ de-
ſpectant mœnia Abellæ. Quanq̃ aũt hoc in verſu diuerſa quoq; lectio, Bellæ, ha-
beat· idq́; Seruius exponens Nolam à poëta ſignificari, ſed ideo non compelli di-
cat, ꝙ iniuria quãdoq; fuiſſet à Nolanis hoſpitio negato affectus· nobis tñ iſta ra-
tio Seruij puerilis ineptaq́; videtur, vt veram lectionẽ Abellæ eſſe omnino cenſea-
mus, quippe qm̃ hanc vrbem nu cũ vbertate Nolæ quondã non ceſsiſſe cõpertum
ſit. Vulturnũ amnem ſequitur Clanius è montibus inter Nolam & Capuam re-
gione ferè media prorumpens, à Virgilio nominatus, ita: vacuis Clanius non
æquus Acerris. Et eum locũ Mancinellus exponẽs, nominis originem ad Cyclo-
pem quendã refert. Amnis hic ille eſt, qui via inter Capuã & Anuerſam occurrit,
ac ſæpenumero nunc in Acerrano agro, ſicut olim in Campano Atellanoq́; ſole-
bat, præſertim hybernis menſibus ſtagnat: qua de cauſa ligneis pontibus connexa
multis in locis itinera neceſſariò ſunt, qui veterum ædificiorũ lapidibus ex vrbiũ
b. lib. 7. propinquarum ruinis eò delatis plerumq; fulciuntur incumbuntq́;. Dionyſius [b]
Halicarnaſſeus Glanem appellat, cũ amnes Vulturnũ & Glanem naturali quan-
doq; curſu omiſſo, contrà ab oſtijs ad fontes aliquandiu refluxiſſe ſcribit. Vibius
Sequeſter cum Virgilio Clanium vocat, auctuq; peſtẽ meditari terrę ait. Spatio à
mari P. M. VIII. latiſsimè diffunditur lacus inſtar, latitudine duorũ ferme milliũ
quibuſdã in locis, alibi verò C. vlnarũ: ideoq́; circum oſtia quibus in mare exit,
vulgò lacus Patriæ vocatur, piſciũ abundantia, qui fere Neapolim deferri ſolent,
c. lib. 7. vberrimus. Lacum hunc Silius [c] paludis nomine memorat inquiẽs: Hinc Linter-
d. lib. 8. na palus: & alibi [d]. ſtagnisq́; paluſtre Linternũ. Ratio cognominis eſt, ꝙ vti oſtẽ-
dimus, propinqua Linterno ſit. Dextra lacus haud procul à mari Turris Patriæ
cernitur, vbi lintre nunc tranſmittunt iter agentes, & propinqua paulò ſuperiùs
antiqui pontis planè iam diruti, trãſitum per aquas olim cõiungentis veſtigia ap-
parẽt. Iuxta Turrim hanc Linterni veteris vrbis indicia ſuperſunt, in qua Scipionẽ
Africanum ſcriptorũ monumentis celebratiſsimum ætatẽ degiſſe legimus· vnde
tanta loco nobilitas acceſsit, vt ab omnibus antiquis Strabone, Plinio, Liuio,
Appiano, Mela, Ptolemæo, Antonino, deniq; multis alijs honeſtiſsimè comme-
moretur. Fuit inter Vulturnum & Cumas iuxta mare· quanquam citra Vultur-
e. lib. 22. num à Liuio quandoq; collocari videatur, vtpote cum [e] difficile iter Annibalis
in Samnium ex agro Falerno redire coacti narrans, eum intra Formiana ſaxa ac
Linterni arenas, ſtagnaq́; perhorrida ſitu hybernaturum ſe cogitantem, quia per
Caſilinum euadere non poſſet, quæ vrbs à Fabio pręſidijs tenebatur, & Vulturno
flumine dirempta Falernum agrum à Campano diuidebat, per montium ſaltus &
iugum Calliculæ traducto exercitu in agro Alifano caſtra poſuiſſe ſcribit: ex qui-
f. lib. 23. bus Linternum citra Vulturnum eſſe colligi videtur. Idem tamen alibi [f] dolis ar-
tibusq́ue Campanorum, quibus rem Cumanam ſuæ ditionis facere contende-
rant, expoſitis, ita ſubijcit. Interim T. Sempronius Conſul Rom. Sinueſſæ, quò
ad conueniendum diem edixerat, exercitu luſtrato tranſgreſſus flumen Vul-
turnum, circa Linternum caſtra poſuit: quibus verbis Linternum eo loco
deſignat, vbi id auctores omnes alij cum hiſtorici, tum geographi ponunt· ni-
mirum vbi nos Turrem Patriæ ſitam oſtendimus. Hæc autem varietas ita puto
dijudicanda eſt, vt primo loco de agro Linterni qui citra Vulturnum erat, vtpo-
te palu-

te paluſtri & arenoſo Liuium loqui exiſtimemus· altero de agro Linterni circa oppidum, & vltra Vulturnum. Idem hoc Blondus & Raſſanus, prætereaq; nequaq̃ ambigendum ſentiunt, quin iſto loco Linternum fuerit, cum etiam acidulus ille fons, de quo Plinius ait eius aquas vini modo facere temulentos, hîc inueniatur. Apparet nunc inter ædificiorũ ruinas· & vt incolæ regionis aſſerunt, potu capitis doloribus auxiliatur. Quod aũt Plinius ebrietatem eum cõciliare ſcribit, eius periculum ſe feciſſe Blondus & Raſſanus temperatè bibendo teſtantur, cęterùm cõmotionis aut temulentiæ vim, vel à cæteris aquis differentiam comperiſſe nullam. Addunt tamen ſumpſiſſe modicè· quãobrem experientia fortè nõ reſpõdet. Linternũ Romanorũ coloniam deductam auctor eſt Liuius *a* his verbis: Coloniæ ciuium Romanorũ eo anno deductæ, Puteolos, Vulturnũ, Linternũ·CCC. hoĩes in ſingulas: item Salernum Buxentumq́; coloniæ Romanæ deductæ ſunt: deduxerũt Triumuiri T. Sempronius Longus, qui tũ Cõſul erat, M. Seruilius, Q. Minutius Thermus. Ager diuiſus eſt qui Campanorũ fuerat. Linternum Roma commigraſſe Scipionẽ Africanũ, vt æmulorum odio ac inuidiæ locũ daret Strabo, [illegible]s, Plutarchus, alijsq́; multi tradũt, cum nõ modo Romã patriam & vniuerſam Italiam à Pœnis liberaſſet, verumetiam imperio populi Romani potentiſſimas orbis terræ partes, Africam, Hiſpaniãq́; ſubiunxiſſet. Itaq; tam illuſtriũ factorũ hoc præmiũ cepit, vt maleuolorũ inuidię cedere cogeretur, exiliumq́; volũtarium ſubiret, ne inter ingratiſsimos ciues viuens, patriæ quã ſeruauerat ornaueratq; triſtiſsimũ caſum videret: adeo vt exemplo hoc verũ cõperiamus quod vulgo dici ſolet, nunq̃ benè rependi beneficia niſi ingratitudine, bonorũ omniũ iniquaſceleratáq; matre. Domiciliũ igitur in hãc vrbẽ tranſtulit Africanus· & ſplẽdidiſsimas hîc ædes cõſtruxit, in otio & quiete reliquũ ætatis exigens. Aditũ ibidem honoris cauſa quandoq́; à nobiliſsimis piratis, celeberrimo eius nomine ac illuſtri fama ductis, cum Liuius & Plutarchus, tum etiã D. Hieronymus ad Paulinum teſtatur. Quò tandem in loco ſepultus fuerit, maximè apud auctores controuerſum eſt. Quidam Linterni dicunt· alij nõ procul vrbe Roma, quemadmodum à Liuio *b* perſcriptum eſt. Is ætate ſua Scipionis vtroq; loco monumentum cum ſtatuis extitiſſe, viſumq́; ſibi id quod Linterni erat cum erecta ſtatua pòſt vento deiecta, cum hoc elogio, perhibet:

a.lib.34.

b.lib.38.

Deuicto Annibale, capta Carthagine, & aucto
Imperio, hoc cineres marmore tectus habes.
Cui non Europa, non obſtitit Africa quondam:
Reſpice res hominũ quàm breuis vrna premat.

Alterum item ait ante Portam Capenam fuiſſe non procul à Roma, iuxta ſepulcra Scipionum, cum tribus ſtatuis, vna Publij, altera Lucij, tertia Q. Ennij poëtæ ſicut vulgò credebatur. Iam porro noſtra hac de re ſententia huiuſmodì eſt, vt ſuum tamen curioſis ingenijs integrum arbitrium iudiciumq́; relinquamus, Linterni verè humatum Africanum: hoc enim è Liuij verbis diligenter inſpectis manifeſtò colligi putamus, cum Scipionem abijſſe Linternum ſcribit, ibique obſtinato nunquam repetendæ patriæ animo vixiſſe, morientem quoque monumento quod ipſe ſibi poſuerat, ne vel cineres ingratæ patriæ reſtituerentur, condi voluiſſe. Cuius rei teſtis etiam eſt Valerius Maximus *c*, cum ita ſepulcro ſuo tradit Africanum inſcribi iuſsiſſe. Ingrata patria ne oſſa quidem mea habes. Strabo *d* prætereaſcribit iuxta mare poſt Sinueſſam Linternum oppidum eſſe, ibiq́; ſepulcrum Scipio-

c. 6.cap de ingratis.

d.lib. 5.

Scipionis cognomento Africani, qui in ea vrbe reliquam exegerit ætatē, omiſsis
propter ſimultates, vrbis Romæ negotijs. Idem videtur cōprobare Seneca, cum in
a. epiſt. 77 epiſtolis a inquit: In ipſa Scipionis villa iacens hæc tibi ſcribo, adoratis manibus
eius & ara, quā ſepulcrum eſſe tanti viri ſuſpicor. Erat aūt Seneca Linterni. Ex his
igitur ꝓbari puto Linterni Scipionē verè ſepultū. porro quod aliud eiuſdē prope
Romam monumentum fuiſſe Liuius ait, hoc ſanè quin verum quoq; ſit, haud
quicquam vetat: quippe id florentē adhuc in vrbe publicisq́; negotijs, ipſum con-
didiſſe dicemus· etſi poſt in exilio Linterni defunctus, ibi ne ingratæ patriæ reſti-
tueretur, humatus fuerit, quemadmodū à Valerio perhiberi ſuprà diximus. Quod
ſi non ipſum id cum ſtatuis ante portam Capenam ſibi poſuiſſe cōtendatur, à cō-
iunctis certè vel amicis iuxta gentis Scipionum alia conditum memoriæ tanti vi-
ri dicemus· etſi nunq̃ in id eius oſſa ſint illata: quemadmodū & hac ætate noſtra
Altobellus Aueroldus è Brixia Polanus Epiſcopus, in fano D. Nazarij Brixiæ
ſumptuoſiſsimum ex candido marmore monumentum cum ſtatua poſuit opti-
mè de ſe merito Cardinali ſummoq́; viro Raphaëli Riario Sauonenſi, cuius tñ oſ-
ſa Romæ condita ſunt apud D. Laurentium in Damaſo. Nunc vt ad Linternum
reuertamur, id quoſdam Baias dixiſſe reperimus, cæterùm errore nimis aperto ac
impudenti, ſummaq́; locorum ignorantia: prorſus enim ineptum eſt hæc oppida
non diſtinguere, quæ P. M. octo ferme inter ſe diſtare ſcriptorum monumentis
apertiſsimè probatur. Iam vbi quondam vrbs Linternum fuit, nulla præter illam
Turrem Patriæ quam ſuprà memorauimus, & vnicam tabernam diuerſoriam cū
piſcatorum aliquot caſis, ædificia ſunt: vndiq; tamen inter vepres atq; dumeta do
morum fundamenta vetera ruinæq́; conſpiciuntur. Locus hercule ſitu cumpri-
mis eſt elegans: habet enim ab occaſu lacum quo de ſuprà diximus· à meridie ma
re· à Septentrione ſimulq́; ſolis exortu campos cultiſsimos, amœniſsimosq́; col
les: ideoq́; ſpectatus à nobis cum iter eò contigiſſet, ſumma cum voluptate eſt,
propter immortale nomen Africani. quanquam neq; ſepulcrum illius, nec vl-
lum antiquitatis monumentum præter ea quæ iam dicta ſunt, viderimus. Hinc
tum in itinere iuxta mare millibus quinis vſque Cumas, villa Seruilij Vacciæ fuit,
nobilis & opulenti, verum ignaui hominis ac ſolitarij· quem otio cæterarumq́;
b. epiſt. 55. rerum omnium contemptu tantùm claruiſſe conſenuiſſeq́; Seneca b prodidit, ea
propter inquiens, negotijs perpetuis inuolutos dicere ſolere, vnum Vacciam
ſcire viuere. Id tamen ipſe Seneca damnat, eumq; non viuere, ſed latere ſciuiſſe,
ac ideo ſe cum per eam viam tranſitus incidiſſet, tanquam de ſepulto dictitare ſo-
litum, Hîc iacet Vaccia, dicit. Sequitur inde locus antiquiſsimæ nobiliſsimæque
vrbis Cumarū, à veteribus oīnibus ita nominatæ, nimirū Strabone, Plinio, Dio-
c. lib. 8. nyſio, Mèla, Solino, Agathio, Liuio, Antonino, Ptolemęoq́; ac Tacito, Silio c de-
niq; cum inquit: Et quondam fatorum conſcia Cumæ. Vrbis huius conditores
Cumæos Euboicos, qui cum Chalcidenſibus in Italiam venêre, tum è Strabone,
d. lib. 8. Plinio, Solinoq́;, tum etiam ex Dionyſio d Liuioq́; e cognoſcimus. Tradunt enim
e. lib. 8. illi Cumæos Chalcide Euboica cum claſſe profectos, in inſulam Aenariam ſeu
Pithecuſas, quæ litori Campano adiacet, primùm egreſſos· poſtea verò maio-
ribus animis in continentem ſedes tranſtuliſſe. Et Strabo Cumas vetuſtiſsi-
mum Chalcidenſium atque Cumæorum ædificium, omnesque cum Siciliæ,
tum Italiæ totius vrbes antiquitate præcedere ſcribit· ductores autem claſ-
ſis Hippoclem Cumæum & Megaſthenem Chalcidenſem ita conueniſſe, vt
oppidum

oppidum gentis vnius colonia fieret, alterius appellationem ſortiretur. Clariùs autem à Seruio Cumarum origo primordiumq́; deſcribitur in eo Virgilij *a* verſu: Huc vbi delatus Cumæam acceſſeris vrbem· item *b* in hoc: Et tandem Euboicis Cumarum illabitur oris: ait enim Euboeam inſulam eſſe, de cuius ciuitate Chalcide colonos profectos ad nouas ſedes quærendas, nó procul à Baijs vacuum inueniſſe litus, ibiq́; viſa forte muliere grauida, id fœcunditatis augurium interpretantes oppidum ædificaſſe, quod Cumas appellarunt vel ἀπὸ τῆς κύοντος, id eſt, pregnante, vel ab vndis, quas græci κύματα vocant. Poſtremum etiam illud Cumarum nominis etymon commemorat Strabo· additq́; Cumanum litus vbiq; rupes habere, quæ fluctibus propemodum continuis feriri ſolent. Nobis Dionyſij, Strabonis, & Liuij ſententia probatur, cum quibus in primo loco Virgilij Seruius etiam videtur cóuenire. Vrbem Cumas in monte aſcenſu difficili & arduo poſitam, atq; ad mare ſpectauiſſe tradit Agathius *c*. Infimam fluctus marini alluebant· ſuperna muris, turribus, alijsq́; molibus adeo erant conſepta munitaq́;, vt inuictus pene locus videretur: nunc autem omnia fere conciderunt, oppletaq; ruinis iacent, vt tamen vndiq; ampliſsimorum operum veſtigia ſatis agnoſcantur. Erat etiam olim in vertice rupis, vrbe media celeberrimum Apollinis templum, de quo Virgilius *d*:

a. lib. 3. Aeneid. *b. lib. 6. Aeneid.* *c. lib. 1. bell. Goth.* *d. lib. 6. Aeneid.*

At pius Aeneas arces quibus altus Apollo
Præſidet, horrendæq́; procul ſecreta Sibyllæ
Antrum immane petit.

Et hos verſus exponens Seruius, in arce munitiſſima Cumis ædem Apollinis fuiſſe ſcribit: de qua præter ingentes hoc tempore ruinas nihil quicquam ſupereſt· quanquam eodem in loco fanum quoddam ſemirutũ appareat. Vndiq; præterea inter ruinas ampliſsimorum operum admirãdæ rupes cum nonnullis turrium & murorum partibus cernuntur. Mentionem Cumarum non raro facit Dionyſius, nominatim *e* verò Ariſtodemum cognomẽto Malacum, Cumanorum ducem Aricinis auxilio profectum aduerſus Aruntem Porſenæ filium, eũq́; occidiſſe· itẽ præter egregia multa de Cumanis alia, Olympiade LXIIII. Hetruſcos Ionij maris accolas, & cũ ijs Vmbros, Daunios, aliosq́; barbaros, copias ingentes L. Mil. peditum· equitum IIXX. collegiſſe ad excindẽdas Cumas opũ inuidia fœlicitateq́; laborantes ſcribit. Hoſtibus addit, non longo tum ab vrbe ſpatio ſedentibus prodigium accidiſſe, quo maius ex om̃i memoria non ſit auditum vllum· amnes iuxta Caſtra Vulturnum & Glanim omiſſa naturali fluxione vertiſſe curſus, ab oſtijs ad fontes aliquãdiu recurrentes: id verò omen Cumanos optimum interpretatos, tanq̃ elatas res hoſtium fata deprimere, ſuas autem humiles in altum prouehere ſponderent, trifariam omnẽ iuuentutem diuiſiſſe· parteq́; vna ad nauium, altera ad vrbis tutelam relicta, DC. equitibus, MD. peditib9 in aciem egreſſos cum hoſte conflixiſſe· ab ijs verò ſtrenuè rem gerentibus, tantã hominum multitudinem tum ſpreto loci ac temporis incómodo, tum contemptu paucitatis eorũ nullo ordine cócurrentem, diſsipatam profligatamq́;· Ducem etiam illorum manu proſtratũ ac cæſum ab Ariſtodemo Cumano, cui deinde ciuitatis principatus plebiſcito datus eſt. Idem Dionyſius *f* alio loco Tarquinium Superbum ad Ariſtodemum Cumæorum Tyrannum confugiſſe ſcribit: quod etiam à Liuio *g* refertur· qui inſuper alibi *h* Romanos vrbem Cumas à græcis habitatam expugnaſſe narrat· item *i* Cumanos atque Sinueſſanos eadem lege qua Capuam haberi Senatum cenſuiſſe. Sed & præterea

e. lib. 7. *f. lib. 6.* *g. lib. 2.* *h. lib. 4.* *i. lib. 8.*

Cuma-

a. lib. 23. Cumanorum fidem erga populum Rom. alibi [a] commemorat· & aliàs [b] de iiſdē
b. lib. 4. in hæc verba ſcribit: Cumanis petentibus permiſſum vt publicè latinè loquerē-
c. lib. 12. tur, & pręconibus latinè vendēdi ius eſſet: cuius rei quoq; meminit Diodorus [c].
Alijs deniq; tam multis in locis Cumarum memoriam vſurpat Liuius, vti referre niſi oratione lōga haudquaquam poſſemus. Strabo Cumanos in poteſtatem aliquando redactos ab Campanis tradit, ac ſimul ingenti ab ijs calamitate affectos, cum multis alijs indignè crudeliterq; factis, tum etiam vxoribus cōſtupratis: plurima tamen, inquit, ex inſtitutis moribusq; græcanicis etiamnum retinent, tam in iure ciuitatis, quàm in vſu rituq; ſacrorum. A Cumis dein ad Auernum lacū vſq; nihil inuenitur ſcitu dignum, præter Sibyllæ Cauernam vt vocant. Antrū eſt opere non minus admirabili, quàm ſumptuoſo in ſaxum effoſſum· quod ipſi oculis perluſtrauimus, & modulis diligentiſsimè ſumptis paulo pòſt ediſſeremus. Spe-
d. lib. 6. Aeneid. cum hunc illum eſſe puto, quo de loquitur Virgilius [d] inquiens:

At pius Aeneas arces quibus altus Apollo
Præſidet, horrendæq; procul ſecreta Sibyllæ
Antrum immane petit. Et infrà:
Exciſum Euboicæ latus ingens rupis in antrum,
Quo lati ducunt aditus centum, oſtia centum·
Vnde ruunt totidem voces reſponſa Sibyllæ. Et poſt ea.
Talibus ex adyto dictis Cumæa Sibylla
Horrendas canit ambages· antroq; remugit,
Obſcuris vera inuoluens.

Quinetiam hæc ea loca putamus, vbi Cymmerios olim habitaſſe refert Strabō: Ephorū quippe commemorare dicit, Cymmerios hîc in antris & ſubterraneis ſpecubus habitauiſſe (eas nominabant Argyllas) cauernis quibuſdam inter ſe commeantes, & aduenas intra oraculi ſubterranea adyta deducentes· victum autem effoſsione metallorum atq; diuinationibus, ob quas etiam aſsignata ſibi ab rege quodam præmia percipiebant, queritare ſolitos· latrocinando quoque morem habuiſſe patrium, vt interdiu nunquam ad ſolis aſpectum procederent, ſed noctu tantum ex antris egrederentur· eaq; prop Homerum dixiſſe, nunquam illos ſolis aſpici radijs· gentem verò à rege quodam poſtea deletam, cum illi non reſpondiſſet oraculi fides, ſimulq; delubrum translatum fuiſſe. Subijcit autem Strabo, ſibi hæc Ephori iuxta fabulas eſſe videri· nam ætate ſua cum Auerni lucum excideret Agrippa, magnifica tum illis in locis ædificia, præterea ſpecum ſubterraneum vſq; Cumas effoſſum apparuiſſe, quem à Cocceio factum vnà cum alio Puteolis Neapolim perducto, famabat. Et fortaſsis, inquit, ætate Coccei regionis vſus obtinuit, vt eiuſmodi ſubter-
e. lib. 12. raneæ viæ cauernæq; fierent. De Cymmerijs etiam Silius [e] loquitur, inquiens:

Ac iuxta caligante ſitu, longumq; per æuum
Infernis preſſas nebulis pallente ſub vmbra
Cymmerias iacuiſſe domos.

Ego cū anno à C. N. MDXXVI. primùm, & poſt decimum iterum ad hęc loca deueniſſem, cuncta ſigillatim inſpiciendi cognoſcēdiq; ſtudio ductus, aſſumptis comitibus duobus qui receſſus oēs exactè tenebant, per ſinum Baianum & Puteolanum, vbi multa conſpiciuntur admiranda (veluti quoque circa Mare Mortuum vt nunc vocāt) ad lacum Auernum poëtis celebratiſsimum, itemq; multis nominibus memorabilem rate deferri volui· breuiterq; referam quæ viderim. Primùm in eam partem montis circa lacum egreſsi,

egreſsi,quæ inter Septentrionem & occaſum iacet,de qua Virgilius, Facilis deſcenſus Auerni,ad medium vepreti quod ibi eſt,aut paulo inferius inter dumos & vrticas antrum exiguum inſtar aditus ſepulcri collapſi reperimus. In id ingreſsi per ruinas operum aliquandiu procedentes, viam elegantem in ſaxum excauatam,latitudine pedum X. altam XX. in longum D. extentam vidimus: & quantum coniectura licet aſſequi, cum obſtructa muro ſit, vlterius olim ad Baias procedebat. Hanc eam eſſe crediderim, quam Strabo ſcribit Cocceium feciſſe, qua Cumis & ab Auerno Baias commeabatur. Ad CCCCL. pedem oſtiolum in ea cernitur altum pedes V. latum III. per quod eiuſdem menſuræ via in ſaxum exciſa longitudinis ped. LXXX. proceditur. Ad eius finem, dextra perbellum eſt conclaue longum ped. XIIII. altum XII. latum VIII. Intus exaduerſum ingreſſus iuxta parietem, ſaxum à pauimento eleuatum inſtar exigui tori eſt. Penetrale hoc olim,vti etiamnum ex parte cernitur, magnificentiſsimè perfectum ornatumq; fuit: ſumma teſtudo ſile attico cum auri notis depicta: parietes zophoris diſtincti ex magaritarum conchis & coralio compoſitis· infra zophoros vſque ad imum ſolum,opere teſſellato ex gemmis itemq; coralio & margaritarum conchis inducti erant· cuius operis etiamnum aliqua ſigna conſpiciuntur, non minori ſumptu,quàm artificio quondam facti. Vulgò fama eſt hanc Sibyllæ Cumææ habitationem fuiſſe. Ad læuam introitus eius conclauis, eodem in pariete, quædam alia portula cernitur paulò latior altiorq;, per quam ad cryptam aliam latitudinis ped. VI. longitudinis XXV. via lata ped. IIII. alta totidem, ſed longa XL. ducit. Inde tum via breui & peranguſta, ſed altitudinis ped. IIII. in quãdam crypto porticum altam ped. VIII. latum X. longam IIII. & XX. deuenitur, quæ directò propemodum in alterius medium deſinit altæ ped. XX. latæ VI. longæ II. & XL. Contra eius introitum, anguſtum item in ſaxo excauatum ſacellum eſt, latitudine ped. X. longitudine VI. altitudine totidem· ad cuius introitum in eodem pariete, dextra, alterum conſpicitur, latum ped. IX. longum & altum vt ſuperius. Huius in medio lacuſculus aquæ eſt, locuſq; tanta vi caloris æſtuat, vt ſudorem nemini non excutiat intranti. Qui receſſus hos tenent, Sibyllam aiunt inibi votis operam dare conſueuiſſe: mihi tamen ſudatorium verius fuiſſe videtur. Hucuſq; à primo ingreſſu, qui lacum Auernum ſpectat, nullum omnino ſpiraculum eſt· ſed obſcuræ cauernæ perpetuæ in ſaxum exciſæ, per quas abſque lucerna commeari nequit. & ſi quis ingrederetur aliter, euadere profecto haud poſſet· vti cuidam accidiſſe conſtat, per cuius oſſa nobis in ijs anguſtijs neceſſario fuit incedendum. Priùs etiam exitus in fine nullus patebat· ſed ad oſtium quò introibatur, retro erat commeandum, quod & prima vice nobis vſu venit: nunc autem auulſa montis parte verſus Baias, antrum apertum eſt anguſtum, per quod non tamen præter difficultatem egredi licet: vt manifeſtò appareat hac olim via ſubterranea Baias ab Auerno commeari ſolitum. Res eſt equidem admirationis plena, qua ratione tot cuniculi cryptæq; ferro potuerint excidi, ſilexq; cæſus egeri, cum præter vllum ſpiraculum in tenebris opus omne patratum ſit. Vtcunque aut Cymmeriorum habitationes, aut antiquorum vatum adijta, vel antrum Sibyllæ, vel quiduis deniq; fuiſſe dicamus, certè res eſt cum arte ſumptuq;, tum raritate mirabilis. Enimuero non malè puto conijciemus hic olim Sibyllæ Cumææ ſedem fuiſſe, quòd id à Virgilio probari videatur cum inquit: Exciſum Euboicæ latus ingens rupis in antrum, &c. Quinetiam

a.lib.1.de bell. Goth. Agathius *a* idem non obſcurè confirmat, quando Gothorum theſauros Cumas delatos, eamq; vrbem ab Narſete circumſeſſam narrans, in hęc verba ſcribit. Spelunca erat vtrinq; patentior ac profunda, penitiſsimiſq; & ampliſsimis penetralibus, voraginibuſq; immenſis in abrutum deſcendebat: hanc ferunt Sibyllam Italicenſem illam & magnam incoluiſſe, quæ Phœbo capta, & ſpiritu diuino inſtincta, petentibus futura prædiceret; ſiquidem & Aeneæ Anchiſæ filio tradunt ſe adeunti omnia prædixiſſe, quæ illi eſſent in poſterum occurſura. Sic ille: Mihi credere libet illam latam longáq; viam, quæ cryptarum & ſpeluncarum aditum præterit, eam eſſe quam Cocceius, vti ex Strabone retulimus, à Cumis per Auernum vſq; Baias effodit. Hac porro ingredienti iuxta rupes, quæ ſunt circa Baiani ſinus oram, aliæ multæ cauernæ & ſpecus in mõtem ſaxoſum cum arte mirabili, tum immenſo ſumptu exciſæ conſpiciuntur. A Cumis deinde tribus olim milli-
b.lib.23. bus Hamarum ſylua fuit, Sacer Lucus antiquis dictus de quo Liuius *b* commemorat in hãc ſententiam. Campani poſtq̃ perſe adorti erant rem Cumanam ſuæ ditionis facere, primò ſolicitantes vt ab Romanis deſciſcerẽt, vbi id parum proceſſit, dolum ad capiendos eos comparant. Campanis omnibus ſtatutum ſacrificiũ ad Hamas: eò Senatum Campanum venturum certiores Cumanos fecerunt, petieruntq; vt Cumanus eò Senatus veniret ad conſultandum communiter. Hæc legati Cumani Graccho nuntiarunt triduum poſt eum diem, feſtum eſſe, non Senatum ſolum omnem ibi futurum, ſed caſtra etiam & exercitum Campanum. Gracchus iuſsit Cumanis omnia ex agris in vrbem conuehere, & manere intra muros: ipſe pridie quam ſtatutum ſacrificium Campanis eſſet, Cumas mouet caſtra. Hamæ inde tria millia paſs. abſunt. Iam Campani eo frequentes ex compoſito venerãt: nec procul inde in occulto Marius Alfius, qui ſummus erat magiſtratus Campanis, cum XIIII. Mil. militum habebat caſtra. Is ſacrificio apparando, & inter id inſtruendæ fraudi aliquanto intentior, quàm muniendis caſtris aut vlli militari operi fuit. Triduum ſacrificatum ad Hamas: nocturnum erat ſacrum ita vt ante mediam noctem compleretur. Gracchus ſilenti agmine profectus cum ad Hamas media nocte perueniſſet, caſtra Campana ſimul omnibus portis inuadit. Hominum eo tumultu nocturno cæſa plus duo millia cum ipſo Duce Mario Alfio: capta ſunt ſigna militaria IIII. & XXX. Sic Liuius. Erat ea ſylua cum templo in alto monte M D. fermè ab Tripergulanis aquis paſsibus, qui nunc ab imis radicibus vſq; ad cacumen operum nobilium ruinis vndiq; horret, nec propinquiores vllas habitationes habet, quàm Tripergulanas. Parte Cumarum quæ Baias & Auernum ſpectat, admirabiles arcus ex cocto latere, columnis altiſsimis fulciti conſpiciuntur qui cum cæteris quæ hoc ſitu ſunt excellentiſsimis ædificijs conferri dignè queãt. Opera illa magnifica ſumptuoſáq; medio inter Baias & Cumas ſpatio ſunt. Cumis deinde milliaribus quinis Miſenus abeſt mons, ita Strabo
c.lib.14. & 15. ni, Plinio, Dionyſio, Virgilio, Antonino Tacitoq; *c* dictus, Ptolemæo Promonto
d.lib.8. toriũ Miſenũ cuius mentionẽ Silius *d* quoq; facit. Nomen à Miſeno Aeneæ ſocio
e.lib.6. Aeneid. qui hîc perijt, ortũ Dionyſius auctor eſt, cõfirmatq; Virgilius *e*, Aeneam anxium vbi raptus fato Miſenus humaretur Achatem conſuluiſſe, demum hoc in loco ſepulcrum illi conditũ ſcribens, vnde monti nomẽ tum Miſeno acceſsit, cum priùs, vt quidam exiſtimant, diceretur Aërius. Verba Virgilij hæc ſunt.

Præterea iacet exanimum tibi corpus amici.

Et pòſt. Quem ſocium exanimum vates, quod corpus humandum

Dice-

Diceret· atq; illi Miſenum in littore ſicco
Vt venêre vident indigna morte peremptum,
Miſenum Æolidem quo non præſtantior alter
Aere ciere viros, Martemq; accendere cantu.
Hectoris hic magni fuerat comes. Et pôſt
Nec minus interea Miſenum in littore Teucri
Flebant, & cineri ingrato ſuprema ferebant: Ac deinde poſt commemoratos humationis ritus ita ſubijcit.
At pius Aeneas ingenti mole ſepulcrum
Imponit ſuaq; arma viro, remumq;, tubamq;
Monte ſub Aerio, qui nunc Miſenus ab illo
Dicitur, æternumq; tenet per ſecula nomen. Solinus etiam & Mela tradunt, Miſenum hunc à quo montis appellatio profecta, tubicinem Aeneæ fuiſſe· ... em ab illo cæſum iuxta lacum Auernũ, & Dijs immolatũ auctor eſt Homerus, ... uin deſcriptione paludis Acheruſiæ poſtea dicemus: quanq̃ nos in hac diuerſitate legentibus ſuũ cõcedamus iudiciũ. Inter Miſenũ & Mineruę promontoriũ, cui è regione Caprea inſula reſpondet, ſinus eſt, quẽ olim Crateris dictum inuenimus, ... plitudinis per oram maritimã milliũ ferme LIIII. Ad eũ olim vrbibus, oppidis vicisq; ac villis, item balneis, theatris, molibus, ac id genus magnificis atq; ſumptoſis operibus prope cotinuis om̃ia fuere plena· quapropter in terrã ex alto proſpectãti Baiæ, Bauli, villę circum Lucrinũ Auernumq; lacum, Puteoli, Neapolis, Herculaneum, Pompei, Surrentũq; vna quædã vrbs perpetua, nõ ſeparata diſcretáue ædificia videbantur. In Miſeno quoq; Pharus olim fuit, altiſsima nimirũ turris, ... d cuius è ſummo vertice noctu prælucentẽ facẽ, nauigãtes curſum dirigerẽt. ... promontorium quà ſpectat Cumas, lacum habet aquæ marinæ, locorum accolæ Mare Mortuũ appellãt. Eius aquas effundit Puteolanus ſinus: & olim vti co... jcimus longè quàm nunc amplior fuit, quippe Cæſarem Auguſtũ in eo claſ... inſtructã ad prȩſidium inferi maris habuiſſe Suetonius auctor perhibet in hęc ... a ſcribens. Claſſem Miſeni & alterã Rauennæ ad tutelam inferi ac ſuperi ma... collocauit. Præfecturã eius claſsis Plinium auunculũ geſsiſſe, cũ incauto ani... deſiderio ad Veſuuij montis ignes propiùs explorãdos profectus interijt, Pli... us nepos tradit. Auguſti inſtitutũ vt claſſes Miſeni Rauennæq; teneret, Imper. Tiberius etiam ſecutus eſt, vt ſcribit Tacitus a. Mons Miſenus, quò ad inſtitutum reuertamur, præſertim vbi primùm tribus in mare lateribus excurrens, formam promontorij nanciſcitur, intimis viſceribus adeo perfoſſus, & cryptis ædificijsq; fornicatis, quæ numerus columnarũ maximus fulcit ac ſuſtinet, excauatus eſt, vt ijs fornicũ pilis incumbere prorſus & inſidere videatur. His ſanè tam admirandis operibus inſpectis obſtupeſcere mihi planè cõtigit· vt adeo falli prȩſtigijs, aut per quietẽ, nec veras operũ cernere fabricas mihi viderer: quanq̃ plurima quoq; nũc magna ex parte ruinis deformata iaceãt. Excuſſo tñ ſtupore quædã ex his ędificijs metiri incepimus, pterq; cætera quod Cryptam Traconariã vocant, à traconibus nimirũ, id eſt, fiſtulis aut ſubterraneis meatibus, per quos in ſpecũ hũc olim aquæ pluuiæ cõfluebãt. Itaq; per vepres, dumos, & vrticas oſtiolo modico graduũ aliquot deſcenſu in pfunda mõtis penetralia deductus, cryptã immẽſam hac forma reperi. Patet vtrinq; longitudine latitudineq; plurimũ· altitudo quoq; maxima eſt: tota rationẽ ſtructuræ cõuenientiſsimã obtinet: partim tñ integra, partim rui-

a. lib. 4.

nis deformata vel collapſa. Quæ pars eius etiamnũ cõſpicitur, huiuſmodi eſt. In medio ambulacrũ apparet longũ ped.CC.latũ IIXX:adhærẽt vtrinq; cellę fornicatæ quaternæ,latitudinis q̃dam ped.XII.nõnullæ XVI·ſpatiũ etiam quo diſtant inter ſe ſingulæ nõ eſt idem,alibi ped.XII.alibi XVIII. Singulæ cellæ ſuas portas habent,oẽs eadem & pari latitudine ped.XII· quæ viciſsim inter ſe ſingulæ diſtãt in pedes XVI: primæ tñ ab altera ſpatium aliquãto maius ped. IIXX. cæterarũ vt diximus,æquale eſt.Camerarũ fornices decuſſatim iunctiſ parietibus intermedijs incumbũt.Hoc ædificiũ vti tum fama fert,tum etiã agnoſci facile poteſt, caſtellũ vel ciſterna quondã aquis recipiendis fuit.Alia quoq; p̃terea tot in intimis viſceribus mõtis,q̃dam integra,q̃dam ferè collapſa cõſpiciũtur, vt admiratione prorſus ingentẽ habeãt,neq; ſanè poſſent niſi longiſsima narratione deſcribi·præterq̃ quod etiã pleraq; veritatis fidẽ excedere profectò viderentur.Relicto deinde Miſeno,quod promontoriũ à Cumis vt diximus,quinis millibus abeſt, ab alia parte ad Baianum ſinũ vltra Mare Mortuũ vſq; Cumas redeunti,oræ circuitus ſinũ Baianum,Lucrinum,Auernũq; demonſtrat. poſt eos Cumę ſunt. Itaq; Mare Mortuum,ſinus Baianus,Lucrinus & Auernus cherſoneſum quandã in medio creant à Cumis incipientẽ,vti à Strabone deſcribitur.Eius inter Auernũ & Cumas latitudo eſt·& inde paulatim inſtar humanæ linguæ vel digiti excurrens,attenuatur. Inter Cumas & Auernũ,abditam foſſam eſſe Strabo quoq; ſcribit per quã ad mare cõmeabatur.Hãc eam viam autumo,quã à Cocceio factã prædixi:moueor aũt maximè, ꝙ ijs temporibus nondũ exciſo monte,quem poſtea Cæſar aperuit vt in Auernũ aquas marinas immitteret,qua de re dicetur inferiùs,Baias à Cumis euntibus mons ille ſuperãdus eſſet· vt ea de cauſa ſubterraneam hãc viam à Cocceio factam exiſtimẽ. Peninſula de qua diximus, ſpatio P. M. V. excurrens,geminæq; initio latitudinis,ſed paulatim attenuata,milliũ duorũ,demum vnius minusq;,veſtigia ingentiũ ædificiorũ vndiq; cũ ſubterranea,tum ſupra ſolũ tam multa habet, vt incredibile putem relatu fore: quippe quoniã (vt Blõdus etiã ait ſe ſentire) nulla totius Europæ parte,Roma tñ excepta,plures maioreſq; ruinas inueniri poſſe perſuaſum habeo.Tractũ hunc memorat Horatius,inquiens: Nullus in orbe locus Baijs p̃lucet amœnis: Baiæ nãq; in radicibus huius erãt cherſoneſi· cuius nũc latus deſcribere in quo Mare Mortuũ eſt,aggrediemur.Circa hũc lacũ vndiq; plurima ſumptuoſiſsimorũ operũ fundamenta, ac item partes cõſpiciuntur. Eſt p̃ter alia deſcenſu graduũ XL. in ipſis terræ viſceribus admirandũ opus latere calceq; factum,quatuor columnarũ ordinibus,id eſt, quintuplici porticatione.Columnę quadratę ſunt,craſſę pedes ternos,cũ ſimis eleganti ſymmetria factis, altę ſub fornicibus pedes duodenos:vnde quantũ ratione colligi poteſt, à ſolo ad ſummũ in teſtudine cœlũ,altitudo formę pedũ XXV. erit· quippe qm̃ intercolumnia duodenorũ item pedũ ſunt·vnde nimirum gemina ferè in altũ conſurgere duodenarij menſura videtur. Et hæc q̃dem porticationis mediæ deſcriptio eſt· nã aliæ q̃ latus vtrinq; tenẽt,binis ped. anguſtiores ſunt.In mediã quinq; gradibus ex alijs deſcẽſus eſt: vbi ambulatio,per quã aquæ nõnihil vſq; ad extremũ porticationis caput paulò humilius cætero,defluit· vbi graduũ etiam aliquot deſcenſus: vnde iudicio colligi optimè poteſt,ædificium hoc quondã ad vſum aquæ ſeruãdæ factũ. Spatio inter extremos parietes in longũ ped. D. in latũ CCXX. patet. Altero capite rurſus totidẽ graduũ eſt aſcenſus,quot in priore eſſe deſcenſum diximus: ſpiracula q; plurimis in locis apparent. Nũc ædificiũ hoc vulgò Piſcinã Mirabilem appellãt.

Credere

Credere mihi cum Blondo Raſſanoq; libet, villam hîc olim L. Luculli Baianam fuiſſe, vbi ille menſibus hybernis agere ſolebat. Ea de Plutarchus a tradidit, cum in Lucullano, quod nunc Fraſcatā vocant, Cn. Pompeius, M. Cicero, multiq; nobiles viri L. Lucullum æſtiuo tēpore conueniſſent, Pompeium inter cœnā cū Lucullo familiariter ita iocatū, eam villam ſibi inprimis elegantē atq; ſumptuoſam, feneſtris, cœnaculis, porticibus arte ſumma diſpoſitis, nimirū ad vſum æſtiui tēporis, cæterū ad hyemem multitudine feneſtrarū vehementer incōmodam videri. Lucullum Pompeio reſpōdiſſe, dominū earū ædiū haudquaq̄ minus ſapere gruibus, q̄ natura ductæ, regionem cum tēpore mutant ideoq; domū eam æſtati conuenientē, aliā aūt in Baiano nulla parte deteriorē hyemis opportunitati ædificaſſe. Deferri ſe in hāc villam Tiberium Imper. ingraueſcente morbo voluiſſe, Tacitus b auctor eſt in hæc verba ſcribens: Mutatisq; ſæpius locis tandē apud Promōtorium Miſeni cōſedit in villa cui L. Lucullus quondā dominus. Intus item in viſceribus huius peninſulæ peramplum inuenitur ædificiū, quod Centū Camarellas ab cellularum numero perarctis, at artificij maximi oſtiolis ingreſſum difficulter præbentiū, appellant. Id quoq; ciſternā fuiſſe colligitur cuius generis hoc tractu ſubterraneæ multæ cōſpiciuntur, olim à Romanis, qui in hac pcipuæ amœnitatis ora ruſticari ſolebant, ædificatæ. Veſtigia quoq; paſsim aliorū operū nempe, monumentorū ac ædium apparēt, vt hercule perpetua q̄dam hîc vrbs fuiſſe, nō villæ videantur. Decætero hoc circa Mare Mortuū tractu Baianus ſinus incipit, qui à Maris Mortui faucibus vſq; ad intimā extremitatē Auerni per oram litoris flexu millia V. cōplectitur quantum etiam ſpatij porrò eſt vſq; Puteolos: quanq̄ à Miſeni capite per directum ſinus, Puteoli non amplius III. M. D C. paſs. interuallo abſint, vti ex Suētonio conſtat his de Caligula verbis ſcribente. Nouum præterea atq; in auditum genus ſpēctaculi excogitauit nam Baianū medium interuallum & Puteolanas moles, trium millium & ſexcentorum fere paſs. ponte conIunxit. Itaq; quod per directum hîc tam modicum eſt ſpatium, id ambitu flexuq; litoris milliariorum denum efficitur. A Mortui Maris oſtio per orā Baiani ſinus ad Auernū, inde vſq; Puteolos incedenti, tot eo tractu magnificarum ædiū operumq; tanq̄ perpetui vici ruinæ conſpiciuntur, vt certò credam narrationis fidem exceſſura. Primùm circa Maris Mortui fauces aſperrima rupes excauata cernitur, ita vt per eam nunc in ſinum Baianum è Mari Mortuo cōmeare nauigia poſſint. Hanc olim ſic exciſam autumo, quò commodiùs ad alias circa lacum habitationes terra perueniretur nimirum non ſuperato rupis culmine, vel tranſmiſſoratibus mari. Poſtea tamen collabentibus ædificijs, ijsq; locis deſolari paulatim incipientibus, nemine curam aquarum vt arcerentur ſuſtinente, omnia mare hauſit, vnaq; viam ſilice ſtratam, quam in hodiernum vſq; diem pacatis & conſidentibus vndis paſsim in fundo eſt cernere: quapropter cum olim iſthac terra tranſiretur, nunc nauigio proficiſci oportet. Decætero per litus ad Baias verſus ſumptuoſiſsimorum operum ex alijs rupibus olim ad mare propendentium apparent partes pilæ nimirum ingentes quibus incumbebant. Erant illæ cum ædificijs ipſis ad viam, quæ à villis circa Mare Mortuum Baias ducebat nunc autem vnà cum via, quod ſuprà diximus, ipſisq; fundamentis ædiū & partibus, in æquore conſpiciuntur tantæ magnitudinis ac admirationis, vt equidem curioſa ingenia planè cogant obſtupeſcere. Baiarum inde veſtigia ſunt, ingentia nimirum pelago demerſa operum fundamēta. Vrbis interitus à vi terræmotuum exortus eſt:

a. in uita Luculli.

b. lib. 3.

qua de cauſa paulatim emigrantibus colonis, tandem omnia marini inuaſere fluctus, vt adeo iam nullum hîc integrum ædificium ſuperſit, præter balnea quædam iuxta vicinas rupes: vbi plurimæ quoque cauernæ cernuntur, ex quibus æſtimari poteſt olim magnificas hoc ſitu ædes extitiſſe. Baias Plinius, Strabo, Suetonius, Tacitus *a*, Appianus *b*, Antoninus, Mela, Silius *c*, alijque plurimi ſcriptores compellant. Nominis originem à Baio quodam Vlyſsis ſocio hîc ſepulto fluxiſſe ſcribit Strabo. Prope veſtigia Baiarum in mari pilæ quædam craſsitudinis immenſæ conſpiciuntur, ex cocto latere ſummo artificio conſtructæ, quibus aliæ ſimiles haud procul Puteolis directò, vti in tempore demonſtrabimus, reſpondent, olim pontis imponendi cauſa iactæ, quo tranſitus à Baiano ſinu recta per mare in Puteolanum iungeretur. Nos cum anno poſt C.N. M D X X V I. nauicula per hæc loca vagantes omnia curioſe notaremus, prandium in quodam ſubmerſæ vrbis Baiarum ædificio, quod inſtar ſcopuli ex æquore nunc adhuc eminet, epulis à propinquo litore allatis adornatum habuimus: vbi motus recedentium per vices ac redeuntium aquarum per eius ædificij quoſdam canaliculos ingenti voluptate ſpectauimus. Delectationem verò propemodum incredibilē cepimus, quòd vndiq; pelago circunfuſi, præterea quoq; ſub pedibus aquarum veluti ludum conſpicientes pranderemus, ſimulq; à piſcatoribus echinorū munere, quorū ibi ſumma copia eſt, ornaremur. Abſoluto prandio nauicula rurſum in litus egreſsi, poſt exiguum eius oræ ſpatiū emenſum, vbi quondā illa ſplendida ędificia fuere, balnea Baiana quę vocāt accolę, medici verò Syluiana, reperimus, in ripam nōnihil excauata. Iuxtà, eadem in ora litoris ampla domus ad rupis pedem in ſaxum exciſa conſpicitur, vbi Balneum Trituli medicis ita dictum, ſed vulgo Ciceronianum, ac item Pratenſe, nimirum ꝗ in prato ſit: etenī itinere quod à Tripergulis Anuerſam ducit, hoſpitali tranſito, læua viæ ſpecus eſt, in quem ſi deſcendas, ipſe fons apparet. Ciceroniana hæc balnea non ſolum opinione vulgi ſunt, verumetiam ex Boccatij ſententia, qui ſic denominata prodidit, quòd in villa Ciceronis Academiæ nomine clara extent. Enimuero Cicerone viuo nondum hos fontes apertos haud ignoramus: namq; poſt eius exceſſum Antiſtio villam poſsidente primùm erupiſſe, carmineq; Tullij Laureæ Ciceronis liberti celebratos Plinius auctor eſt. Locus elegantiam ſummam habet: cryptaque eſt mirabili artificio in ſaxum excauata: vbi & imagines erant, manus ad affecta loca corporis tenentes, quibus aquæ facultas auxiliatur: nunc autem maiori ex parte diſiecta ſunt omnia: nobiliſsimorum tamen colorum, quibus ædificium depictū fuit, adhuc argumenta ſuperſunt. Fons interdiu ſemel, & item noctu, cum occaſu exortuq; Lunæ calidam ac fumantem aquàm in balnei lacum emittit: quo repleto pars in mare quodam riuulo defluit, pars ad fontem reuertitur. Supra balneum Ciceronianum eadem in rupe graduum aliquot aſcenſu crypta reperitur, opere exciſa, altitudine ped. V I. latitudine V. ſed in longum ſinuoſo anfractu plurimum extenta, ſuauem & iucundum exhalans odorem: quam ſi qui erectus ingrediatur, repente ferè ſudabit, ſi pronus & ad ſolum inflexus, refrigeſcet. Vlteriùs ad dextram vergenti aqua puriſsima, ſed pene feruens et tactu vix innoxia offertur, quam pleriq; credunt in infimum balneum occultis vijs diffluere. Ad eam acceſſus huiuſmodi eſt. Duobus tantùm ad læuam paſsibus emenſis, in dextram declinandum eſt, quo itinere lapis ingens offenditur, quem Caballum nūcupāt: eo trāſito calidus puluis calcatur vſq; ad cryptæ finē. Redeundū inde eò qua

a.lib.11. 14.& 15. b.lib.5. c.lib.8. & 12.

quà in hanc cryptæ partem eſt introitus·ibiq; lacuna profunda lataq; cernitur. In propinquo apparet ſpecus ad meridiem vergens, ingreſſu vitandus· quippe ſi quis aliquantum in intima procedat, abſq; caloris vel frigoris exceſſu, abſq; vento vel motu aeris, vertigine concideret mortuus · caloreq; ſurſum exæſtuante ſimul cera candelæ deliqueſcet, ſimul lumen ſponte deficiet. Sudatorium hoc quod deſcripſimus, humores purgat, capiti ac ventriculo auxiliatur, rheumata curat, pituitam eijcit, corpus alleuat, hydropicis & podagricis vehementer confert. Ad dextram ſpiracula quædam apparent, vnde craſsi cum æſtu vapores exhalantur fumi more feruentis aheni. Priſcis huiuſcemodi thermæ vehementer probabantur, quæ ſudorem ſine quouis alio adminiculo prouocabant· & vt quibuſdam placet, ſudatoria dicebantur, quòd etiam in ijs ſudor elici fricationibus ſoleret. Adſunt præterea ſunt hoc tractu balnea, Baiana dicta, quæ nunc omittimus. Omnia memorat Strabo, cum apud Baias aquarum calidarum fontes non ſolum affectæ valetudini multifariam auxiliantes, ſed etiam voluptati atque delitijs opportunos, erumpere perhibet: de quibus ita quoque Facius.

Vidi Noſubium quod alijs lumen præſtat,
Vidiq; balnea vetera bona ſalubriaq;
Vbi vnà cum incolis hauſtæ aquis ſunt Baiæ.

Portus deinde Baianus altiſsimus in litore conſpicitur· qui licet ædificia nulla habeat circumpoſita, nunquam tamen de veteri celebritate quicquam remiſit. Poſt eum ſinus Lucrinus eſt, à Tacito a Silioq; b Lacus Lucrinus appellatus. Aggerem ibi quo mare arcetur, inquit Strabo, longitudine ſtadiorum VIII. latitudine qua duo vehicula commeare queant, Hercules boum Geryonis traducendorũ cauſa fecit· quoniam antea propter vndarum & fluctuum impetus, per oram ſinus incedi vix poterat· etſi quoque ſuper vicinas rupes declinaretur. Hunc tamen Agrippa pòſt in meliorem formam redegit, quod idem Strabo teſtatur, vt ingreſſum nauigijs minoribus præberet, in ancora ſtantibus eſſet incommodus. Vehementer autem errant, qui ſinum Lucrinum Acheruſiam paludem arbitrantur: illa enim vbi fuerit, in tempore nos docebimus. Oſtreis & auratis Lucrinum abundare conſtat, vnde Martialis: Non omnis laudem pretiumq; Aurata meretur. Sed cui ſolus erit concha Lucrina cibus: Et alibi: Ebria Baiano veni modo concha Lucrino, Nobile nunc ſitio luxurioſa garum. Plinius c etiam auratas & oſtrea Lucrini Baianiq; ſinus celebrat. De Lucrino Virgilius d:

a. lib.14.
b. lib.12.
c. lib.9. cap.54.
d. lib.7. Georg.

An memorem portus? Lucrinoq; addita clauſtra,
Atq; indignatum magnis ſtridoribus æquor?
Iulia quà ponto longè ſonat vnda refuſo,
Tyrrhenusq; fretis immittitur æſtus Auernis.

Quos verſus exponens Seruius, duos ait in ſinu Baiano Campaniæ cõtra Puteolos eſſe lacus, Auernum & Lucrinũ· vnde propter vberes piſcatus ampliſsimum vectigal percipiebatur· aliquãdo tamẽ impetu nimio marinis vndis intrãtibus, & eadẽ celeritate refluentibus, abduci contigiſſe piſcem, & vectigalia deteriora fieri. Hac de cauſa publicanis orãtibus vt prouideretur, Iulium Cæſarem eò miſſum· ab eoq; toto negotio perſpecto, brachia duo iactis aggeribus ducta, quibus æſtus marinorum fluctuũ arcerentur· anguſto tamen oſtio relicto, per quod in Auernum piſcis commeare poſſet, fluctus ingruere non poſſent: proinde opus id Iulium appellatum. De qua re Suetonius e etiam memorat, Cæſarem Baianum portum extruxiſ-

e. in vita Iulij.

Auernum lacum ait à poëta deſcribi, quem Acheron inferorum fluuius efficit, ita
ctus tanquam ἄχαιρο, ideſt, ſine gaudio: ſed eum locum reuera non procul à Ba-
s abeſſe, montibus autem adeo concluſum, vt nec orientem, nec occidentem,
meridianum ſolem tantùm aſpiciat. Ita Seruius. Ad hanc paludem ho-
es olim immolari ſolitos indicat Homerus, Elpenorem apud eam ab Vlyſ-
mactatum Orco, itemq́; Miſenum ab Ænea memorans. Quanquam verò Miſe-
n fato ſuo functum in aliorum monumẽtis reperiatur: tamen ab Aenea cæſum
molatumq́; verum eſt. Et Elpenorem in vltimis Oceani partibus mactatũ Ho-
i figmentum eſſe ſciri oportet, quoniam loci deſcriptæ circumſtantiæ manife-
conuincunt id hîc ad Auernum accidiſſe. Ad eiuſmodi porro immania ſacrifi-
cia ſpeluncis cauernisq́; ſubterraneis, præſertim horrendo illo Sibyllæ antro locũ
nc peropportunum fuiſſe nemo non intelligit. Aqua lacus Auerni ſapore ſalſa-
, colore nigra, quòd ob immenſam profunditatem accidere putatur, cum fun-
d eius imum nõ poſſe deprehendi Vibius Sequeſter aſſerat. Verumenimuero cũ
nos annis ſuperioribus hæc peragraremus, ex accolis accepimus inuentum Auer-
fundum à curioſis quibuſdum hominibus fuiſſe nõ pridem, fune ſcilicet paſſuũ
XC. quos ſingulos vlnæ quaternæ conſtituunt: vt ſic altitudinem ſtagni CCCLX.
vlnarum eſſe cõſtiterit. Boccatius [a] rem valde prodigioſam narrat, ſe Roberti Sici *a. lib. de*
Neapolis, & Hieroſolymarum regis temporibus in litore circa eum lacũ ma- *Lacub.*
ximam vidiſſe piſcium enectorum multitudinem, intus atro colore viſceribus pla
nè defœdatis, odorisq́; ſulphurei tam grauis, vt acceſſum non permitterent: eos au
tem ſcaturigine recentis alicuius venæ ſulphureæ contactos ictosq́;, dein vndarũ
petu eiectos in ripã omnes cenſuiſſe. Superiori ætate quanquã diuiſum Auernũ
ab Lucrino conſtet, oſtio tamen quodã mare turgens irrumpebat, quòd ante an-
nos ferè quatuor conflagrationis Tripergulanæ violentia tam prorſus immutatũ
q; conuulſum eſt, vt nunc cum alijs locis permultis haud appareat. Auerni men
nem facit Silius [b], paludem nominans qua ad Acherontem eatur: inquit enim: *b. lib. 8.*
Hinc vicina palus fama eſt Acherontis ad vndas Pandere iter. Hactenus Lucrino
u Auernoq́; deſcriptis, nunc ad rupes prope Trituli balneum Auerniq́; montẽ
euertendum eſt. Tranſitis itaq́; Tritulinis aquis, locus apparet vbi quondã Her-
culis Bauli templum fuit, quod hîc ad Auernum montem verſus, orientali latere
Plinius demonſtrat, vbi tum ætate ſua templum adhuc antiquiſsimum rotunda
rma conſpectum ait. Id ad Baianum fuiſſe ſinum Strabonis quoque narratio
probat, qua vt prædiximus, aggere Lucrinum lacum ab Hercule munitum ſcri-
bit, boum Geryonis traducendorũ cauſa: quapropter & Baulos ita vetuſtate cor-
rupto vocabulo Boalia primũ dictos auctor eſt Seruius in eo Virgilij loco: Et tene
broſa palus Acheronte refuſo: addens inſuper Herculem iſtic Aeneæ viſum. De
Baulis quoq; cõmemorat Tacitus [c], Neronẽ matris fata præparantẽ ſcribens eam *c. lib. 14.*
ad Baias euocauiſſe, vbi Quinquatriũ celebrabat: exceptamq́; inquit, manu & cõ-
plexu duxit Baulos, id villæ nomen inter Miſenũ promontoriũ & Baianũ lacũ eſt,
quæ flexo mari alluitur. Eandẽ villã compellat Silius [d] inquiens: Et Herculeos vi- *d. lib. 12.*
dit in littore Baulos. Hortenſium oratorem apud Baulos in parte Baiana piſci-
nam habuiſſe nobilem, & in ea murenam adeo dilexiſſe, vt exanimatam fleſſe cre-
deretur: in eadem villa Antoniam Druſi murenæ quam diligebat, inaures
addidiſſe, eiusque rei fama quoſdam Baulos videre concupiuiſſe Plinius [e] ſcri- *e. lib. 9.*
bit. Mentionem Baulorum Agrippinæ matris Neronis interitum inſidijs filij *cap. 55.*
circum-

circumuentę narrans,præter Tacitum etiam Suetonius facit'qui de Nerone quoque cum memoria huius oræ in hæc verba memorat.Inchoabat piſcinam à Miſeno ad Auernum lacum,contectam,porticibusq́; concluſam, quò quicquid totis Baijs calidarum aquarum eſſet committeretur: foſſam ab Auerno Hoſtiam vſq; vt nauibus nec tamen mari iretur,longitudinis perCLX.milliaria,latitudinis qua contrariæ quinqueremes commearent.Eiuſdem foſſæ Plinius a inſuper,vnaq; Tacitus b meminerunt.Spartianus tradit Alexandrum Imper.in Baiano ſinu ſplendidiſsimam villam cum ſtagno Mammeæ matri ædificaſſe,quod etiam ſua memoria nomine Mammeæ celebrabatur: ſed & eundem alia in Baiano opera magnifica in gratiam & honorem conſanguineorum, ſtagnaq́ue mirabilia admiſſo mari feciſſe ſcribit. Vt vero tandem ex his Baiani ſinus locis emergamus, ante foſſam quam priùs in Auernum è Lucrino piſcem admiſiſſe,ſed annis ſuperioribus conflagratione Tripergulæ prorſus obturatam prædiximus, Tripergulana balnea periuntur' quorum tamen deſcriptioni cætera quæ ſunt circum Auernum præmittemus.Primùm igitur ad Auernum,læuà,Balneum arcus inuenitur, ita dictum ab arcuata ædificij forma.Sequuntur aquæ Raynerianæ,ſic ab inuentore dictæ.Tum alio latere verſus Puteolos Tripergulana Balnea erant,ab loci ſtructura ſic dicta, domo nimirum tripartitò diuiſa,quòd vna pars cuſtodiendis veſtibus,altera lauationi,tertia lectis attributa eſſet.Idem vetus quoq; balneum olim dictum, quòd primum omnium hoc ſitu inuentum fuiſſet.Nomen Tripergulæ ab thermis vicus circumpoſitus aſſumpſit,frequentiſsimus olim & ampliſsimus ante conflagrationem'etſi ob terræmotuum violetiam, propterq́; piratarum incurſiones, latim deſeri cœptus'ad vltimum autem illo perhorrendo ſuperioribus annis ſu ſubmerſa hauſtaq́; nunc omnia ſint,et altiſsimus hic trium fere milliariorum mulus congeſtus: quam cladem deſcriptis prius alijs quibuſdam horum locorum aquis ac ædificijs, breuiter quoq; referemus.Hoc igitur Auerni latere vbi Tripergulanus vicus cum balneis fuit, Mons Chriſti cernitur,ita dictus,quòd imperitum vulgus Chriſtum ab inferis cum ſanctorum manibus reuertentem iſthac credat.Sequuntur Aquæ D.Nicolai,quæ quòd inopibus auxilio eſſe ſoleant Diui more,cū alia balnea potentes plerūq́; occupent,ita fuere vocatæ. Poſtea Scrofæ eſt'deinde D.Luciæ ſaluberrimus oculis,vnde quoq; nomen inuenit, pe quoniam illi Diuæ vulgus oculorū tutelam attribuit.Inde ſuccedit Arcus ædificij forma denominatus'aliterq́;Balneū D.Mariç dictum.Hinc Sanctæ Crucis eſt,inprimis pedibus,manibus,ac lateri ſalutaris,& quòd ex Seruatoris Chriſti cruce partes vulneribus cumpunctæ fuerint,ideo crucis cognominatum. Deinde ro in ora litoris ſunt Aquæ Cantarellæ,ſic à balneorum forma vocatæ,quibus à latere Balneum Fontanū eſt,ita dictum quòd inſtar fontis aquæ eius perpetuò manant.Quæ deinde ſunt aquæ cum priùs horrendā cladem Tripergulanam dicimus,quā hic referre locus exigit,ediſſeremus.Anno poſt C.N.MDXXXVI. ſe Septemb. die qui D.Michaëli feſtus agitur,antea diebus aliquot auditis terræ motibus repente tam terribili mugitu fremituq́; cœlo ſereno terra dehiſcens Tripergulano in vico ſe aperuit,vt vniuerſa mundi machina ruere atq; diſsipari retur: quam rem cum attoniti accolæ ſpectarent, ex illo telluris hiatu flammæ oriri viſæ, cineres ardenteſque lapides cum ingenti fumo proijcientes. tanto cum impetu in cœlum eiaculabantur, vt intuentes admiratione perfuſi obſtupeſcerent. Cineres vndique venti erumpentes quàm latiſsimè diſgeb

a.lib.14. cap.6.
b.lib.15.

ant præcipueq́; verſus Puteolos ac Neapolim adeo vt ad oppidum Sanſeueri-
um vſque, quod à Neapoli P.M.IIII.& XX. abeſt, cum animalium & agrorum
meq́; arborum ingenti clade lues ea peruaderet. Circum diuulſionem illam
& raginem ſoli, cineres ſpongioſiq́; lapides cum flammis eiecti, montem altiſsi
amplisſimumq́; conſtituère, quaterna radicum ambitu milliaria continen-
, in medio remanente hiatu, latitudinis vt æſtimari poterat L. paſſuum. Pluri-
mons ille Tripergulæ Balnea, magnamq́; Lucrini & Auerni partem conte-
præterea marinas etiam aquas haud parum videtur ſubmouiſſe. Inſtar habet
eatri, leniter à ſummitate cliuo ſe pandens: intus lacuna eſt tanquam area mo-
, quæ clariſsimas aquas continet fumum ſulphurei odoris exhalantes. Multas
hoc terribili caſu Tripergulanas aquas virtute ſalutares intercidiſſe conſtat. Se-
tur ad litus iuxta templum D. Mariæ Balneum olei Petrolei ſic vulgò dictum,
od is liquor cum eius aquis coniunctus eſſe tam aſpectu, quàm odoratu perci-
tur. Culmanum inde iuxta pedem celſiſsimi montis Culmæ eſt, vulgo propter
tudinem ſic dicti, templo D. Mariæ imminentis. In litore dein Solis & Lunæ
eritur, à vi cognominatū, quà cæteris aquis vti Sol & Luna ſtellis omnibus, an-
t. Iter ad id per ædificiorum veterū ruinas tātùm datur: & locus antiqui bal-
n collapſus hauſtusq́; mari cernitur· quanquam ibidem arena pinguis adhuc &
varij coloris aquam reddat. Olim Imperatorum balneum fuiſſe ſcriptum
eritur. Succedit hinc Gibboroſum, ita corruptione vulgi ab ædificij forma,
quæ tanquam gibbus eſt, denominatum· ad quod graduum aliquot deſcenſu per-
nitur. Iuxta tum Fons Epiſcopalis apparet, balneum ab Epiſcopo quodam ædi-
tum, ideoq́; ſic dictum, vel vt alij produnt, quia religionis antiſtites eo præci-
vti ſolent, ob otij epularumq́; ac delitiarum abundantiam podagra plerumq́;
rantes, cui vehementer auxiliatur. Aſcenſu deinde paſſuum aliquot, Aquæ Fa
m inueniuntur, ita dictæ quod repertas fato credant· vel vt alij cenſent, etymo
alorū lingua ducto, quòd eius teſtudo opere lautiſsimo perfecta ſit & elabo-
. Sequitur Balneum Bracula, nominis item etymologiam vt aiunt, ex Italorum
a trahens, nimirum ab humilitate loci ac rotunditate. Poſt hæc balneū Spe-
ca eſt, ita dictum, quòd eius in ſpecu lauacrum ſit· cuius aqua cerebrum adiu-
uandi vim habet, & vti Galenus tradit, pondere quinûm drachmarum pota quoti
die, vitijs tam infra, quàm ſupra diaphragma medetur omnibus. Plurimi præterea
hoc ab agro Falerno vſq; ad Miſenum ſaluberrimi tam calidarum, quàm frigi
darum aquarū fontes erumpunt, quorum adhuc incomperta natura, tum quòd æ-
dificiorum abditi ruinis lateant, tum propter accolarum incuriam imperitiamq́;:
quapropter æſtimari poteſt tractum hunc totum ferme non niſi medicatis aquis
ſcatere. Deſcriptis q̃ breuiſsimè fieri potuit Baianis aquis, rurſum ab oſtio quod
olim per Lucrinum aquas marinas in Auernum immittebat, ac illo caſu Tripergu
lano, cum vicinis locis fontibusq́; plurimis contectum obturatumq́; diximus, tū
in ora litoris, tum intus in continenti collibusq́; verſus Puteolos tam multę ſplen
didiſsimorum operum ruinæ conſpiciuntur, vt admirationem incredibilem habe
ant· adeoq́; nunc orbis terræ vires opesq́; cunctæ tot operibus extruendis haud ſuf
fecturæ videantur. Viæ quoq; circa ſinum hunc Putealanum ſilice ſtratæ paſ-
ſim, ac item aquæductus quondam ad vſum ædificiorum tam in litore, quàm
vicinis in collibus tunc exiſtentium facti cernuntur. Et quantum è veſti-
gijs argumenti capi poteſt, opera hæc quondam illis inter Cumas &
Miſenum

Miſenum non modo nulla parte inferiora, ſed maiora potius fuere, præſertim quod iuxta D. Mariæ templum (vbi balneum olei petrolei deſcripſimus) extra & murorum ruinis ingentem etiamnum amplitudinem oſtendit, accolis Belgermanum appellatum. Id Tiberium Cæſarem à bello Germanico reuerſum, vnde Germanici cognomen adeptus eſt, in memoriam illius gentis deuictæ cond... vetuſtum quoddam marmor comprobat, & quoque ipſum nomen, quanq... corruptione vulgi mutilum. Belgermanum enim tanquam bellum German... dicitur. Iuxta rupes deinde circa litus incedenti via occurrit Attellana, quæ ... mam euntes in Appiam ducebat. Vtrinq; tota propemodum habet ſepulcra..., maiori ex parte integra, quæ cellulæ non inelegantes videntur, & inhab... commodè poſſent, ſi ligneæ adderentur fores. Singula in latera pedes contin... octonos omnia ferme: ſunt tamen aliqua pedum quinum, aliaq; minoris q... uerſum latitudinis. Conſtant è latere cocto exacta menſura conformato: & p... tes haud externè ſolum elegantiſsimè ſtructi cum coronis, verumetiam intus ... nobiliſsimis coloribus & auro depicti, zophoris item & coronis affabrè deornati ſunt. Intratur oſtiolo modico quod viam ſpectat: cui exaduerſum ipſo in... quædam ædicula eſt, media muri craſsitudine excauata, feneſtræ inſtar, alt... plerumq; duorum pedum, tota coronis elaborata, ſupernè vel in angulum ... tum, vel in fornicem deſinens. Ad latus vtrinq; minores ſunt ſpecie pyrami... ordine tanquam humanæ manus digiti paulatim deficientes. In illa maior... familias cum cineribus vrna collocabatur: in cæteris matrum familias & li... rum pro ſuo cuiuſq; gradu. Me hercule non parum in his antiquis ſepulcris ... bent curioſi quod admirentur: etſi quia nunc vndique vepribus & dume... ſunt, introire, plenéq; omnia perluſtrare oculis perquam difficile ſit. Tum ... na via relicta, ſecundum litus ad Puteolos verſus ſumptuoſiſsimarũ ędium ... videtur reticulato ſtructarum, in æquore veſtigia cernuntur: vnde manifeſt... ligere eſt, à Mortui Maris faucibus vſque Baias, inde per Lucrini Auernîq; ... & pòſt eo litoris flexu ad Puteolos, olim perpetui vici inſtar ædificia penè ... gua perpetuaq́, fuiſſe: quorum hac ætate nullũ omnino ſupereſt integrum: ... quippe vel concidêre, vel mari hauſta: vt hinc inſigne liceat exemplum fragili... rerum humanarum deſumere. Non procul deinà continenti ipſo in mari, ... contra viam Attellanam fons aquæ dulcis impetu vehementi exilit: cuius etiam ... fundo pelagi emicare ſcatebra conſpicitur oculis, vt ingentem prorſus ad... nem habeat. Ego puto dulces eas aquas à continenti quibuſdam occultis m... bus huc perduci: nimirum ex amne paruo, qui circa finem Attellanæ viæ fluit, procul hinc exitu latenti terra videtur abſorberi: quapropter cùm inuentus ... culis ex alto per eos decidant, ideo diſrupto hîc pelago in ſublime tanta vi prorum... pant vt apparet. Quinetiam non aliena coniectura videtur, olim canales ſub... factos, per quos aut à flumine de quo diximus, aut ab alio quouis editiore co... nentis loco ad hæc in litore tunc ædificia dulces aquæ duci, ac priùs hîc ex fo... reddi ſolebant, quem poſtea mare ſimul cum ædificijs inuaſit. Via hinc à litore ... Puteolos amphitheatrum inuenitur ex quadrato lapide propemodum in... ſed inæquali forma: longitudo enim areæ pedes CLXXII, latitudo tantum IIX... colligit. Suetonius ædificatum teſtatur ad ludos in honorem Vulcani, quos ... am Auguſtus ſpectauit: nos aratro nunc proſciſſum, frumentoq; conſitum vidimus. Non procul hinc aliud eſt ſubterraneum & ingens ædificium, à multitu...

cellarum

ellarum in quas omnes oſtiolo modico ex alijs introitus patet Labyrinrhus ac-
s vocatũ: etenim cũ intus obſcuriſsimæ tenebrę ſint, abſq; lucerna vel glome-
rel i, vel qua alia re qua via notetur, ingreſſu periculoſum eſt: namq; propter o-
orum multitudinem exitus perquam foret difficilis. Aquæ pluuiæ receptaculũ
citem olim fuiſſe cenſeo. Multa præterea paſsim hoc ſitu reperiuntur antiqui-
monumenta, quæ nunc omnia recenſere nimis longum foret. Enimuero ſci-
dum eſt tractum hũc circa Puteolos & Auernum Lucrinumq; Lacũ, Baias item
& Mare mortuum tam frequentem olim mortalium domicilijs fuiſſe, tum pro-
er ſummam cæli temperiem & agrorum amœnitatem, tum ob varietatem aqua
salubrium vti partim hactenus oſtendimus, partim verò adhuc in proceſſu
endemus. In proximo ſunt Puteoli, iuxta litus impoſita colli ciuitas, à qua ſi-
hic Puteolanus vocatur. Puteolos Strabo, Liuius, Mela, Plinius, & Ptolemæ
ppellant, itemq; Tacitus a inquiẽs: Vetus oppidum Puteoli ius coloniæ & co- *a.lib.14.*
minatum à Nerone adipiſcuntur. Initio Dicæarcheam dictam nimirum ab
adminiſtratione iuſtitię, ſanctiſsimoq; imperio, Plinius, Strabo, Silius, Appianus,
& Philoſtratus c auctores ſunt. Emporiũ Cumanorũ Puteolos fuiſſe, poſteaq; co *b.lib.5.* *c.in uita*
s Romanis admodũ frequentes redditos, & nomẽ à puteorũ multitudine ac- *Apollij.*
le, vel vt alijs placuit, à putore, quẽ hic paſsim aquæ calidæ vi ſulphuris emit-
, quapropter nonnullis etiam Phlegra vocatus ſit Cumanus ager, Strabo memo
prodidit. A Liuio Puteolorum mentio ſæpiſsime fit, præſertim autem vbi d *d.lib.4.*
onos eò deduxiſſe Fabium Max. vrbemq; muniuiſſe neq; multo pòſt, Annio
onſule referente, decretum à Senatu colonos in quinq; ciuitates marinas, & in- *e.lib.25.*
ter eas Puteolos mitti, narrat. Alibi e etiam Annibalem ad Auernum prætextu ſa-
cij profectum, ſed animo capiendi Puteolos alio f deniq; loco Romanorum *f.lib.34.*
coloniam factam ſcribit his verbis: Coloniæ ciuium Romanorum eo anno dedu-
ſunt, Puteolos, Vulturnum, Linternum: trecenti hoẽs in ſingulis: deduxe-
Triũuiri T. Sempronius Longus, q tum Conſul erat, M. Seruilius, Q. Minuti-
Thermus: ager diuiſius eſt, qui Campanorum fuerat. Præter hæc aliàs g etiam
Mſgabim regis Maſiniſſæ filium euntem Romam, hìc è naui egreſſum ait. De *g.lib.45.*
eolis etiam in libro Coloniarum hæc leguntur. Puteoli colonia Auguſta.
populo Rom. debet. ped. XXX. Ager in iugeribus veteraneis & Tribunis le-
narijs eſt aſsignatus. Vrbis medio nũc templum antiquiſsimum ex quadrato
pide cernitur, quanquam vi terræmotuum nonnihil deformatum. Id Chriſtiani
D. Proculo dedicarũt & in aditu hanc inſcriptionem adhuc habet. Calfurnius
. F. Templum Auguſto cum ornamentis. D. S. I. Et alia quoq; pars huiuſ-
odi. L. Cocceius. L. C. Poſthumi. L. Auctus Architecti. Viſuntur etiam hìc oſſa
quędam humana vaſtiſsimæ magnitudinis hoc Põponij Læti carmine celebrata.

Huc quicunq; venis ſtupefactus ad oſſa Gygantum,
Diſce cur Hetruſco ſint tumulata ſolo.
Tempore quo domitis iam victor agebat Iberis
Alcides captum longa per arua pecus,
Colle Dicharcheæ clauaq; arcuq; Typhones
Expulit, & ceſsit noxia turba Deo.
Hydruntum petijt pars, & pars altera Thuſcos,
Interijt victus terror vtroq; loco.
Hinc bona poſteritas immania corpora ſeruat,

Et tales mundo teſtificatur auos. Plinius huius vrbis memoriam plu-
a lib.33. cap.ult. mis in locis vſurpat nominatimq́; *a* Sil cœruleum Puteolanum commendat
b.lib.35. cap.6. que natiuos factitioſq́; colores referens, *b* purpuriſſum inquit, Puteolanum pou-
u laudatur, quàm Tyrium, aut Getulicum, vel Laconicum. Sunt qui nouam hanc
vrbē dicāt, & vetus oppidū Puteolos nō hoc in colle poſitum fuiſſe, ſed aliquan-
remotiore loco, vbi nunc ingentes adhuc ædificiorum ruinæ ſuperſunt. Ego con-
trà haudquaquam hanc recentem, ſed ipſam vrbem antiquam puto eſſe, non mo-
do ſitu eius præſenti, quòd propinqua litori portuique ſit, de quo paulo pòſt
mus, ſed etiam reliquijs pontis ab huius collis radicibus olim incipientis, p
reaq; veterrimo illo templo, de quo dictum eſt, adductus: quanquam mul qu
dam ampliorem fuiſſe, q̄ nunc ſit, cum omniū antiquorū monumētis celebr
minimè negare velim: adeoque putem illa operum propinqua veſtigia vel part
vrbis aliàs, vel ſuburbia fuiſſe. Portus dein ad eius pedem valde commodus at
tutus erat, quem opere factum iactis in mare pilis Strabo ſcribit: nam ad e
di moles puluerem huius agri peropportunū eſſe, quòd cū alia materie mixt
diſsimè cōglutinetur in aqs atq; ſolideſcat. Cui⁹ rei Vitruui⁹ etiā teſtis eſt, ac
c.lib.35. cap.12. nius *c* his verbis de terrę varietate ſcribēs. Quis eñ ſatis miretur peſsimā eius
tem ideoq́; puluerem appellatum in Puteolanis collibus, opponi maris fluct
merſumq́; protinus fieri lapidem, vnū inexpugnabilē vndis, & fortiorē quo
vtique ſi Cumano miſceatur cęmento. Puluerē quoq; Romanū qui è rupibu
timis ad ſtructuras hac memoria ſolet effodi, ab huius pręſtātia Puteolanū dic
bitror. Port⁹ aūt Puteolani veſtigia ferme nulla ſuperſunt, quòd partim à m
cupat⁹ ſit, partim vti alia regionis opera nemine curāte per ſe pierit. Cōtra i
XIII. vaſtiſsimę pilę turrium inſtar ex latere ſtructę, ac in ijs qbuſdā arcus ſem
ti cernūtur exaduerſum illis pilis, quas itē in æquore iuxta Baias apparere di
Pontē ab Caligula Imper. ſupiniectū, quo trāſitus à Puteolano litore vſq; in
nū ſinū iungebatur Suetoni⁹ his verbis ampliſsimè memorat. Nouū atq; inaud
gen⁹ ſpectaculi excogitauit, nā Baianū mediū interuallū, & Puteolanas moles
mill ū & ſexcētorū fere parſ. pōte cōiunxit, cōtractis vndiq; onerarijs nauib
dine duplici ad anchoras collocatis, ſupiectoq; aggere terreno ac directo in App
vię formā. Per hūc pontē vltrocitroq; cōmeauit biduo cōtinenti: primo die ph
ratoq; equo, inſignis quoq; quercica corona, & cetra, & gladio, aureaq; chla
poſtridie quadrigario habitu curriculo bijugi famoſorum equorum, præ ſe
Darium puerum ex Parthorum obſidibus, comitante prætorianorum agmin
in eſſedo cohorte amicorum. Hæc Suetonius. Poſt has pilas vltra Puteolo
tore multi ſalubrium aquarum fontes prorumpunt: inprimis quod D. An
balneū ab ei⁹ Diui ſacello ꝓpinquo vocāt. Aquā cupiēti in arena fodiēdū eſt. N
ꝓcul inde cauerna q̄dam rupis aquam habet longè ſaluberrimam, obſtru is
colarum incuria fontis meatibus in arena depereuntem, & occultis in mare dila
bentem vijs: quapropter vti volentibus, contra ſpecum lacus eſt egerendus in q
ſcateat. Vulgò propter mirabilē ad plurima medicam virtutem, Subſidium h
minis appellant. In alteri⁹ deinde rupis latere Balneū Calaturæ eſt, ita dictū, q
montē ipſum vulgò Calaturā vocitāt. Seqtur ſub rupe montis Petranū, ob aqu
eius vim quę calculū frangūt, denominatū. Mox in litore Balneolū eſt, à fōtis mo
dica forma ſic dictū. Vlterius Aq lūcoſæ: nomē à iūcis ibi naſcētib⁹. Deniq; iuxta
litus Balneū Cryptæ eſt. Hactenus itaq; medicatis aqs Puteolani litoris ad monte
Pauſilyp-

Pauſilippũ verſus, de quo dicitur poſtea, deſcriptis, retro ad Puteolos & mediterranea cõmeabim⁹. Porta eſt auſtrali regiõe nõ procul ab ipſa vrbe nũc in Epiſcopi hortis, quæ haud paucorũ graduũ deſcenſu in ſpecũ ducit adeo calidũ, vt auſtro flãte nõ ſine ſummo piculo ac diſcrimine credatur adiri: æſtus quippe vim, adempta intus facultate reſpirandi, ſuffocare mortales poſſe putãt. Has thermas balneũ Orthodonicũ appellat vulgus, quòd in hortis Epiſcopi ſint. A Puteolis dein via qua itur Neapolim integro pene milliario ad Sulphurariam vſq; paſsim ingẽtes ædificiorũ ruinę conſpiciũtur, vnde quoſdã adductos vt olim alio in loco Puteolos fuiſſe quã quo nunc ſunt, exiſtimauerint, iã priùs ea quoq; ſentẽtia dãnata retulimus. Ad finẽ ruinarũ Sulphuraria eſt, locus à cõditione ac natura ſic dict⁹. Strabo Forũ Vulcani nominat, cum id Puteolis imminere dicit, & cãpum eſſe planũ vndiq; flagrantib⁹ ſulphure collib⁹ incluſum atq; ſeptũ, vnde velut è fornacib⁹ exhalationes cum ingenti fremitu proficiſcuntur. Plinius hos ab antiqs campos Phlegræos ait appellatos, quod etiã probat Silius *a* inqens: illic quos ſulphure pingues Phlegræi legère ſinus. Loci natura planè mirabilis eſt. Primùm aream habet oui forma prælongiorẽ: extenditur em̃ fermè ped. M D. ſed in latũ nõ amplius M. patet, vndiq; ꝑpetuis altisq; collibus ita tanquam opere coſeptus, vt aditum vnũ quà ſpectat Puteolos tãtùm habeat. Solũ areę totũ ſulphure veſtitũ ibi ſponte nato: quãobrẽ & in ceſſu crepatat, cũ ſit cauernoſum, vti vacua cõtactu ſolẽt omnia. In fine lata foſſa, veri rotunda quã formę cuiusq̃ alterius apparet, aquæ nigræ ſpiſſæq; plena, quæ ꝑpetuo feruet, magnaque vi fumos ingentes emittit: qua de non ſolum vulgi fama eſt, ſed etiam experimento compertum, quicquid immergatur, protinus educi coctum, n unquam tamen non aliqua parte deficiente: quemadmodum ex Hieronymi Lini Bononienſis relatione habeo, qui quaternis in eam immiſsis ouis, tria ſe tantum eduxiſſe confirmauit. Non ſemper eodem in loco aqua nec æquali magnitudine conſiſtit, vti nos teſtari verè poſſumus: etenim poſt annos decem iterum hac proficiſcentes, parte ferme tertia minorem, quàm prima vice conſpeximus: cuius rei cauſa ſpiſsitas aquæ eſt: concreſcentibus enim ſulphure ripis extremis imminutio variatioq; contingit. Circa foſſam vndique ſcrobes in ſolo conſpiciuntur, ex quibus acutiſsimi vapores ſulphurei, cum intẽto calore prodeunt. Hac in area multæ ſunt officinæ, quibus album ſulphur conficitur. Ad foſſam de qua diximus, equo periculoſum eſt accedere, quòd omnia cauernoſa ac inſidia voraginibus ſint: & aliquando quendam ſpretis peritorum monitionibus eò adequitantem ſolo hauſtum abſumptumque ita vt repente ſpectantium oculis eximeretur, accolæ commemorant. De ſulphure quod hîc prouenit ita Plinius. *b.* In Italia inuenitur ſulphur in Neapolitano Campanoque agro, collibus qui vocantur Leucogæi, quod è cuniculis effoſſum, perficitur igni. Colles hi paſsim videntur flagrare, magnoſque fumos cum odore ſulphureo emittere, qui per oram illam omnem & vſque Neapolim ventorum flatibus defertur. Quanquam verò grauis atque teter ſit, ad fluxiones tamen & rheumata vehementer confert. Aqua quoque ſulphurariæ foſſæ neruos emollit, viſum acuit, lachrymas & vomitum comprimit, ſtomachi doloribus auxiliatur, fœcunditatem ſterilibus cõciliat, febres cum frigore pellit, & infecta ſcabie membra purgat. Colle tranſito qui Sulphurariam includit, ab oriente conuallis eſt vbi alumen conficitur. Modus eſt huiuſmodi. Lapides è monte Sulphurariam cingente coquunt in fornacibus, eductoſque coaceruant: dein aquam certis ex puteis

a.lib.8.

b.lib.35. cap.14

qui hìc ſunt,ſpatio dierum aliquot infundunt, & adeo macerant vt in ci-
res diſſoluantur: Ex ijs cineribus lixiuium confectum lignea in vaſa condunt,
quod paulatim circum extremitates vnciæ plerumque craſsitudine coit atque
ſolidatur inſtar cryſtalli vel glaciei, ferroque diuellendum eſt. Voluptatem
ſpectatio peringentem habet. arſque eſt ex ſe fructuoſiſsima. Dehinc ad Septen-
trionem verſus exiguum poſt ſpatium Mons Aſtrunus apparet altiſsimus, in cu-
ius medio tanquam ingens lacuna quædam eſt, milliariorum ferme trium ci-
ca ſupremam oram, lenique cliuo deſcendens capacitatis in fundo modicæ. For-
mam habet theatri arte facti, profunditatis ſtadij plus minus vnius. Per imam
aream aquula clariſsima fluit, ad quam exiguus eſt lucus perbellus: & introi-
tus vna in parte patet anguſtus. Montem hunc cum lacuna intus ſimili creatum
caſu, quo ſuperioribus annis illum ad Tripergulas diximus, nimirum ignis vi-
lentia, flumenque paruum hìc ita relictum nos putamus: iuxta quod fontes
etiam nonnulli ſalubres oriuntur. Quinetiam ab loci huius aliorumque ſi-
lium forma, veteres theatrorum & amphitheatrorum in quibus munera fre-
quens populus ſpectabat, normam exemplumque mutuatos arbitror. Alfo-
ſum primum Arroganiæ Neapoliſque regem, & Ferrandum filium venationes
hìc edere ſolitos accepimus, apparatu perbello feris animalibus per oſtium i-
miſsis, canibuſque mox ad pugnam ſolutis: regeſque ac primores iuxta lucum,
populus in ambientis collis vertice conſidebant. Non procul ab hoc monte ſtag-
num exiguum conſpicitur, ad cuius læuam bini fontes eiuſdem ac ſimilis naturæ
ſunt, quos Balneum Aſtruni vulgò nominant. Dein ad viam redeunti quæ Nea-
polim à Puteolis ducit, villæ Ciceronianæ locus occurrit, etiam num eo nomine
inclitus: vbi Adrianum Imper. ſepultum cum apud Baias exceſsiſſet, templum-
que illi Antoninum pro ſepulcro conſtituiſſe Spartianus auctor eſt. Eadem
pergenti villæ L. Luculli, quam prope Neapolim habebat vt Plutarchus tra-
dit, ingentes apparent ruinæ. Per montem hìc apertum ferro, marinas aquas A-
nianum in lacum collibus vndique concluſum is immiſerat: quamobrem ad il-
lud oſtiũ vtrinq; rupes altę, iuxtaq; veſtigia ſumptuoſorũ operũ adhuc cernũtur.
Priuſquàm hoc opus à Lucullo perficeretur, difficilimus ad lacum acceſsus vt fue-
rit, manifeſtò comprehendi poteſt: nunc autem nemine curam habente, terra pro-
pemodum eſt oppletum. Hoc ad lacum ingreſſu Thermæ ſtagni reperiuntur, A-
nianæ dictæ. Cellæ quædam ſunt concamerata teſtudine, quarum ſolum magna
freqentia calidos emittit vapores, adeo vt abſque veſtibus intranti repente ſudor
excutiatur, vnde Sudatoria quoque nominantur. Humores crudos euacuant,
corpus vniuerſum alleuãt, languidos reficiunt, ilia ſanant, inteſtina vlcera de-
ſiccant, & podagricis vehementer auxiliantur. D. Germanum Campanorum
a.lib.4. antiſtitem animam Paſcaſij Cardinalis hìc inueniſſe Gregorius a in Dialogis co-
memorat. Dextrà porro ad pedẽ altæ rupis qua lacus cingitur, haud ꝓcul ab ipſis
aquis ſcrobs apparet in rupem excauata modicè, nec lata profundaue multum,
poſito ſigno præmunita ne quis eo propius accedat, quòd exanimati repente con-
cidant vltrà procedentes, vti iniectis ſæpe animalibus compertum fuit, & nos etiã
oculis vidimus. Collapſum tamen intus animal ſi protinus educatur, aſpergine
ex ſtagno aquæ vitales ſpiritus recuperat: ſed auxilium ea in re vel quauis alia nullũ
eſt, ſi cõmoretur pluſculum. Accolæ Carolum VIII. Galliæ regem, cum Alfonſum
Arragonium regno Neapolitano pepuliſſet, aſinũ iniJci iuſsiſſe mihi narrauerũt,
qui

qui ſtatim expirauerit. Ego puto vapores noxios & graues hinc ex abditis aut ſulphuris, aut aluminis, aut ſimilis cuiuſquam metalli venis perpetuò ſuborientes, eo vehementiores intentioresque eſſe, quòd coſpiſſati per anguſtum hic ſpecū exhalentur: quapropter cum vitales animalium ſpiritus ſubitò comprimant atq; ſuffocent, ijs in lacum mox immerſis vigorem priſtinum reſtitui exiſtimamus, tanquam alto ſomno obrutis, quem repentina excutiat aquarum aſperſio, mora verò morte prorſus finiat. Mentionem huius cauernæ Plinius *a* quoque facit his verbis. Alij ſpiracula vocant, alij Charonæas ſcrobes mortiferum ſpiritum exhalantes. De Blondo Raſſanoq; viris alioqui curioſis ac eruditis miror, eos huius ſcrobis non meminiſſe, cum eorum alter Raſſanus etiam apud Neapolim multis annis conſederit. Lacus inde eſt vndique ripis altiſsimis inſtar amphitheatri concluſus. Fundum in eo deprehendi haud poſſe Boccatius etiam teſtis eſt. Nihil præter ranas quicquam generat. Ad Septentrionem præcelſam habet rupem, totam ſaxo veſtitam, ex qua primo vere tot ſerpentium conuoluti globi decidunt, & in aquas magno cum impetu prouoluuntur, vt abſq; vehementi admiratione ſpe... nequeant. Earum in ſtagno quanquā ſumma frequentia delabantur, nullā ... ... conſpici, ac ne ſignum quidem aliquod poſtquam aquas ſubiere, mihi loco ... accolę confirmarunt. Ex hoc dein amphitheatro, ſic eñ appellare poſſumus, ... eadem via digredientes qua primum ingreſsi ſumus (ea nunc terra propemodum atq; ruinis ædificiorum obturata eſt, quanquam non difficulter ita repurgari poſ... , vt admitteretur mare, quemadmodum olim à Lucullo facta fuit) retro ... nihil ad Puteoles commeabimus, quoniam in illius viæ læua quædam adhuc aquæ dicendæ ſuperſunt. Eo itaque reditu, collis aridus quem & ignes emiſiſſe quondam ac fumos, adhuc comprehendi manifeſtò poteſt, conſpicitur, in quo nullum vnquam commoratur animal, nullæ prorſus conſident aues, vti accolæ nobis affirmarunt. Ad eius radices cauernæ ſunt, in quibus a... magno cum fremitu bulliunt: quapropter & vulgò Bullæ nominantur. Vix ... ra ſummam terram exeunt: ideoque niſi opere ac induſtria colligantur in bal... m, vſui eſſe haud poſſunt. Locus ob ſolitudinem ab animalibus, ac ſurgen... ...mi nebulas, itemque feruentium aquarum ſtrepitum horribilis ijs eſt, qui ſo... accedunt. Hinc tum ad Neapolim eodem rurſus itinere conuerſo, mons occurrit Pauſilippus, inſtar promontorij in mare vergens. Eum ita Plinius *b* appel... Columella Cæſarem iuxta montem hunc piſcinam habuiſſe ſcribit, in qua piſcis vnus annis ſexaginta vixerit: cuius quoque mentionem facit Plinius *c*, cum eiuſdem montis Pauſilippi commemoratione. Viam qua Puteolis ac item à Turre Patriæ Neapolim itur, interſecat & ꝑcludit: quãobrē in perfoſſus eſſet, aut ambitu longiſsimo circum eundus foret Neapolim petentibus, aut arduus iugorum abruptuſque vertex ſuperandus. Itaque per cauam montis viam ſumptu artificioque mirabili exciſam itinere directo commeari poſſe conſtat. Cryptā nunc appellant: Strabo ſpeluncā dixit: de qua deſcripto prius ipſo monte, diligenter & abundè diſſeremus. Mons vndiq; tum cultura fructiferiſq; arboribus, tum villis, ... núq; domicilijs nitet. Planities ante aſcenſum amœniſsima p̄iacet, tota frumētu fertilis, & vitib⁹ quæ præaltis arborib⁹ cōiūctæ ſunt, nobilitateq; ſucci præcellēt, exornata. Paſsim etiā hortos nobiliſsimis arborū generibus, maximeq; medicis ac ſimilib⁹ cōſitos videre eſt. Initiū hinc cryptæ, ꝑ intima mōtis viſcera ſaxo mirabili ope exciſo trāſitū directū ꝑbentis: qua de Strabo ſcribit, inter Neapolim

a.lib.2. cap.

b.lib.3. cap.6.

c.lib.9. cap.54.

&Dicæarchiũ in montẽ effoſsã ſpeluncã eſſe (quẽadmodũ & aliã Cumas tẽdentẽ) per quam via multis ſtadijs, qua duo contraria plauſtra commeare queant, panditur. Hanc ego diligentius exactiuſq; cognoſcendi deſiderio metiri volui, & pedum amplius XII. in latum, totidem in altum, à faucibus vbi introitur ad finem vſque contectæ cauernæ II. M, & ab oſtio quo exitur ad Neapolim via quidem detecta, ſed in ſaxũ inciſa D. in longũ eſſe cõperi, q̃ in totũ milliarij noſtrorũ tẽporũ vel M. P. menſura perfecta eſt. Pars tamen aperta, latitudine contectam aliquato, duplici altitudine ſuperat: neq; recta eſt vt altera, ſed flexibus quibuſdam ſinuoſa. Feneſtris olim ſeu ſpiraculis plurimis lumen in opacum infundebatur · quibus nunc omnibus obturatis, intus perpetuæ tenebræ ſunt · & in oſtijs tantũ lume ingreſſu refulgens tanquam ſtella procul apparet intus iter agentibus. Aetate Senecæ non minor eius obſcuritas quàm maiorum noſtrorum memoria fuit: ſcri-

a. Epiſt. 57 a enim ille ſe in crypta Neapolitana fuiſſe, qua carcerem vnquam aut extẽtiorem, aut obſcuriorem haud conſpexerit. Raſsanus ætate ſua cum nullam omnino lucem haberet, nimirum feneſtris terra completis, & oſtijs etiam ruinis vepribus conueſtitis adeo, vt ingreſsus abſque lumine perhorrendus eſſet, Alfonſum agoniæ primunique Neapolis regem, fauces vti nunc ſunt aperuiſſe ferro purgaſſeque ſcribit, quò ſine metu per cauernã comeare liceret. Eam operam laude ſumma dignam profectò fatendum eſt: ingenti enim voluptate lumen oſtijs im... procul tanquam ſidus euntes cernunt, àd quod iter dirigant. Ego penitus omnia cognoſcẽdi ſtudio pedibus incedẽs p̃eunte lucerna, diligentiã & induſtriã artifici qui tã directè fodere potuiſſent vehemẽter admirabar · ac poſtea nõ ſemel apud ... rioſos hoẽs quęſtionib⁹ iniectis, qua tandẽ ratione id aſseq opę potuerint, ita p̃pe modũ oẽs ſentire cõperi: primũ in ſummo vertice mõtis conſtitutũ ſignũ, & ab ... lineã rectã vltro citroq; ductã ad oſtiorũ in pede cliui loca: his ita deſignatis ... ptã ibi fodinam, ac dein ad normã exacto directoq; proceſſu abſolutã. Mirabile profectò ac immenſum opus eſt: quanquam de auctore ſcriptorum ſententia varietur, Zenobius Accieuolus ordinis prædicatorum monachus, græcè latineque doctiſsimus in Panegyrico quodam vrbis Neapolitanæ ac ciuium ejus, nonnullos à L. Lucullo factum, alios à Baſſo dixiſse tantùm refert. Nos Cocceium auctorem exiſtimamus, verbis nimirum Strabonis inhærentes, qui vt ... commemorauimus, Cocceium cauam illam ac ſubterraneam viam à Cumis ... que Baias, & alteram à Puteolis ad Neapolim feciſſe tradit. Et quod de Lucullo dicunt, id ſi veritate niteretur, haud adduci poſſum vt à Liuio Plutarchóue ... tio debuiſſe præteriri credam, qui ſigillatim quæ is ædificauit, & opera momenti longè minoris omnia perſecuti ſunt. Quod ad Baſſum attinet, equidẽ de duobus tantũ Baſsis mentionẽ ſcriptores facere comperimus · vno Ventidio Baſſo, cui fortunã adeo fauiſſe Iuuenalis ait, vt ab obſcuriſsimis natalib⁹ in ducem Romanorum legionũ euaderet: neq; præter facta militaria quicquã de hoc amplius inuenitur. Alterius Baſsi memoria quã minima fereq; nulla eſt, vti hominis ignobilis · quaobrẽ opus hoc ampliſsimũ veriùs à Cocceio factũ exiſtimam⁹: quã ſententiã Paulus b Iouius etiã approbat. Plinius hui⁹ mõtis perfoſsionẽ momẽti longè maioris

b. in uita Pompei colũne Card. fuiſſe, q̃ villæ cuiuſquam ædificationẽ ait. Virgilij quoq; ſepulcrũ an ad citeriorẽ mõtis introitũ fuerit, vbi nunc ſacellũ quoddã, an vlteriori in parte iuxta o... q̃ Neapolim ſpectat, vbi nunc canonicorũ regulariũ ædes, dubiũ inter auctores atq controuerſum eſt. Blondus & Raſſanus indagatione diligentiſsima ſe quãquam

accolę

accolæ plurima iactarent id inuenire haud potuiſſe fatentur. Ego quoque cu-
rioſa inueſtigatione nihil certi comperi, niſi quod ſupra monaſterium de quo di-
monumenta quædam vetera reperiuntur, ibi ſepultum indicantes. Enimuero
duobus à Neapoli millibus via Puteolana contra cryptæ fauces humatum Serui-
us ait, cum horum verſuum quos ipſe fecerat inſcriptione: Mantua me genuit,
Calabri rapuere, tenet nunc Parthenope, cecini paſcua, rura, duces. quare ſi Ser-
uio credimus ad exitum cauernæ verſus Neapolim, vbi cœnobium id canonico-
rũ regulariũ eſt, ſepulcrũ eius fuiſſe dicemus. Ab illo cryptæ oſtio Neapolim vſq;
ſpatio millium duorum inter collium radices atq; litus ea via tot vtrinq; conſpi-
ciuntur ædes, vt propemodum vrbis pars, non vicus exiſtimetur. A tergo quoque
ta Panſilippi pedem ad vrbem verſus ædificia multa ſplendidiſsima cernũtur,
er cætera quod Iacobus Samnazarius Muſarum noſtra memoria decus præ-
uum conſtruxit Mergulinum vulgus, Mergelinas docti vocant ab ipſo condi
re ſcriptis[a] celebratum, vbi cum amicis eruditis conuerſari ac ruſticari quãdo- *a. in lib. de*
olebat. Id moriens habitationi religioſorum aliquot dicauit. Eſt etiam ali- *partu Vir-*
i fratrum Seruorum monaſterium. Sequitur à crypta ſecundo lapide lautiſ- *nis.*
a ciuitas Neapolis, ipſi maris litori & amœniſsimorũ collium radicibus appo *b. lib. 14.*
ta. Neapolim Strabo, Plinius, Mela, Liuius, Solin⁹, Antoninus, Tacitus, [b] Silius, *& 15.*
pianus,[d] breuiter omnes ſcriptores nominant. Antea tamen Parthenopẽ ap- *c. lib. 12.*
tam Strabo, Plinius, Solinus, Virgilius; itemq; Silius ea auctores ſunt ab vna Si *d. lib. 1.*
um Parthenope, quæ cum omnes vti eſt in fabulis, præ dolore quod Vlyſſem *e. lib. 8.*
eiuſque ſocios cantu decipere haud potuerant, in mare ſe præcipitaſſent, hoc in
loco ſepulta eſt vbi deinde Cumani vrbem condiderunt, Parthenopenque ab
virgine, vel vt alij dicunt, ſcorto, denominarunt. Indicat id etiam Silius [f] his *f. lib. 12.*
bus.

Sirenum dedit vna tuum memorabile nomen
Parthenope, muris Acheleias, æquore cuius
Regnauere diu cantus, cum dulce per vndas
Exitium miſeris caneret non proſpera nautis.

Hiſtoriam ita refe-
t: Cumanos à parentibus digreſſos vrbem hîc ædificaſſe vbi cum Par-
opes corpus veteri conditum monumento reperiſsent, nomen eius vr-
didiſse: ea poſtquam ob loci vbertatem amœnitatemque frequentari
rimum inciperet, Cumanos veritos ne ſic Cumæ deſererentur, Parthe-
pen habito concilio ſubuertiſse: quo facto mox immani peſtilentia ve-
s, oraculoque monitos vt vrbem reſtituerent, inſtauratam protinus tan-
m vrbem nouam dixiſse Neapolim. Sed & Strabo confirmat à Cumanis
apolim conditam, licet Chalcidenſes eam pòſt incoluiſſe, ac populos ex Py-
uſis & Athenis profectos, indeq; Neapolim vocatam dicat: quanquàm enim
hoc à ſuperiori narratione nonnihil diſcrepare videri poſsit tamen reuera di-
s non eſt: etenim Cumanos ex Chalcide & Cumis ortos, vti ſuprà quoq;
mus, & in Pythecuſa primùm cepiſſe ſedes, dein Cumas in Italia, poſtremò
arthenopen condidiſſe, peſtilentiaque vexatos inſtauraſſe ſubuerſam, ideoq;
eapolim dixiſse ſciendum eſt. De Solino valde miror, cum Neapolim quòd ab
uſto refecta eſſet, primùm ita nominatã aſſerere cũ in hoc non ſolum cæteris
ctoribus iam citatis manifeſtò ſit contrarius, verumetiam ante Auguſti tempo
Neapolis mentionẽ ac nomen in ſcriptorum monumentis inueniamus, nimirũ

mirum apud Lycophrontem, qui ætate Ptolemæi Philadelphi claruit, itemque
a.lib.8. apud Liuium non vno loco de Neapolitanis talia quæ ſeculis aliquot ante Au
b.lib.20. guſtum contigere referentem. Intercætera a quippe Neapolim populo Roman
ſe dedidiſſe cum Nolanorum præſidio narrat: & alibi, b reuocato ab exercitu F
bio Max. Dictatore, cum ad Geryonem, inquit, conſtitiſſet bellum, Neapoli
legati Romam venêre. Ab ijs quadraginta pateræ aureæ magni ponderi in cu-
riam illatæ, atque ita verba facta, vt dicerent, ſcire ſe Romani populi ærarium bel
lo exhauriri: & cum iuxta pro vrbibus ariſque ſociorum, ac pro capite atque ar
Italiæ vrbe Romana, atq; imperio geratur, æquum cenſuiſſe Neapolitanos, qu
auri ſibi cum ad ipſorum ornatum, tum ad ſubſidium fortunæ à maioribus reli
ctum foret, eo iuuare populum Rom: ſi quam opem in ſeſe crederent, eodem
dio fuiſſe oblaturos: gratum ſibi patres Romanos populumque facturum, ſi o
nes res Neapolitanorum ſuas duxiſsent, dignosque iudicauerint à quibus d
num animo ac voluntate eorum qui libentes darent, quàm re, maius amp
c.lib.23. uſque acciperent. Addit inde, legatis gratiæ actæ pro munificentia curaq
patera quæ ponderis minimi fuit, accepta. Sed & alio c in locô Annibalem ait per
agrum Campanum mare inferum petijſſe oppugnaturum Neapolim, vt vr
maritimam haberet: inſuper & pòſt, Capua recepta, cum iterum Neapolit
d.lib.24. rum animos partim ſpe, partim metu nequicquam tentaſſet, in agrum N
lanum ſcribit eum traduxiſse exercitum. Aliàs d etiam Annibalem ab o
parte per triduum tentato Puteolorum præſidio, vt nihil procedebat, ad po
landum agrum Neapolitanum magis ira, quàm potiundæ vrbis ſpe proc
narrat. Denique Neapolitanorum erga populum Rom. fidem, cum pacatis
quillisque temporibus, tum etiam bellis vrgentibus perpetuam atque co
tem ampliſsimè commemorat. Et hæc ſanè ad tempus Auguſto ſuperius
nia pertinent, vnde Neapolis appellationem atque nomen eo longè v
us eſſe pluſquam manifeſtò conſtat. Neapolitanos quoniam à Romani
ciſsimè ſemper habitos cultosque tam Conſulum, quam Imperatorum t
ribus, nimirum ob ſingularem erga ſe perpetuamque fidem, legimus, hau
rum videri debet quod à Strabone traditur Romanos olim in hanc vrbe
ſtudiorum, aut ætate confecta quietis & otij cauſa plerumque ſecedere ſ
quanquam plurimi quoque non tam recreationis animorum, quàm vol
tis ac delitiarum gratia propter ſummam regionis amœnitatem, & aqu
paſsim hoc ſitu, maximeque Baijs & Puteolis erumpentium, item ob
quoque ſalubritatem Neapolim peterent. Aërem enim vrbs permoll
placidiſsimum habet, agrum iucundiſsimum: quæ ſcilicet multis olim R
nis Imperatoribus viriſque ſenatorijs ac item literarum ſtudioſis huc a
quietiſque cauſa ſecedendi occaſio fuit: vnde Silius Neapolim ita mem
Nunc molles vrbi ritus, atque hoſpita Muſis Otia, & exemptum
grauioribus æuum. Itaque apud Neapolitanos vitam degiſſe reperimus P. V
lium poëtarum principem, T. Liuium Patauinum, Horatium, Claudianũ,
ciſcum Petrarchã vnicè Roberto regi Neapolitano charum, & memoria pa
noſtrorũ Antonium Beccadellum Bononienſem cognomento Panormitan
oratorem eximium, item Laurentium Vallam Romanum, linguæ Latinę repar
torẽ, Porcelliũ Romanũ elegantiſsimũ poetam, Blondum Foroliuienſem e
antiquitatis ſtudioſum indagatorem, Bartholomæum Facium Sulmonenſe

Nico

Nicolaum Saguntinum, Ioannem Auriſpam, omnes excellentiſsimos homines; plurimosq; theologos & philoſophos, inter quos fuere, Ferrandus Valentinus, Michaël Epilamius, Ioannes Solerius, Ioannes Cardona, Henricus Panormitanus, Petrus Raſſanus, qui poſtea Nucerenſium Epiſcopus eſt factus, Hieronimus Monopolius, & Iacobus Mantuanus, qui tres poſtremi ex ordine pdicatorũ monachi doctiſsimi fuere. Quinetiam hac ætate Principes illuſtresq; viri nõ minori frequentia Neapolim concurrunt, quàm quod Strabo ſcribit, olim ſolebant: etenim vniuerſi ferme regni, quod inter Adriaticum & Tyrrhenum mare ab amne Tronto & Fundis vſque ad fretum Meſſanæ continetur, partem Samnitium, totam Apuliam, Calabriam, Lucaniam Campaniamque fœlicem amplectens, Principes & Reguli maiorem anni partem hac in vrbe exigunt, ædeſque ſplendidiſsimas fermè omnes habent: vnde Principum, Ducum, Marchionum, Comitum, [illegible]tum, Doctorum, Baronum ac nobilium hominum, & eiuſdem conditionis mulierum plena confertaque Neapolis adeo eſt, vt paucíſsimas orbis terræ ciuitates huic exæquari incolarum nobilitate poſſe cenſeam. Et quidem ita id [illegible]m de gentium præclararum ac illuſtrium totius regni, quòd ex hac in vrbe [illegible]orari plerumque ſoleant, ſede dicimus: quanquam inter ipſos quoque ciues plurimæ ſint fundatæ ac ſpectata nobilitate illuſtres familiæ. Concurſu igitur eruditorum & præſtantium hominum, qui tum olim hîc fuit, tum etiam hoc [illegible]o eſt, abundè commemorato, nunc vrbis ipſius ſpeciem deſcribemus. Spatium amplectitur magnum, inter mare amœniſsimosque colles ædificata magnificis mœnibuſque firmiſsimis, præſertim haud pridem iuſſu Caroli V. Imperatoris cuiparet, conſepta munitaque. Aedes cum Diuorum, tum hominum ornatiſsimas ac ſplendidiſsimas, arceſque pene inuictas habet. Inter hæc præcipua [illegible], templum D. Claræ cum virginio, mirabile opus, ab Agnete regina Hiſpaniæ, quam alij Sanctiam appellant, Roberti regis coniuge factum. Sepulcra multa conſpiciuntur eximia regum reginarumque & regiorum liberorum [illegible]uſtri Dyrrachina domo, Carolique qui D. Ludouici regis Franciæ frater fuit, [illegible]genie. Dein eſt inſigne D. Dominici fanum, vbi ſimulacrum crucifixi viſitur, [illegible]od D. Thomam Aquinatem his verbis affatum eſt: Bene ſcripſiſti de me [illegible]ma. Seruantur in eius ſacrario Alfonſi primi Arragoniæ, Hiſpaniæ, Siciliæ, [illegible]polisq; regis, Ferrandi item primi eius filij, Ferrandi ſecundi, Iſabellæ Ducis [illegible]olanenſis, Ferrandi Dauali Marchionis Piſcharię belli fulminis, aliorumq; [illegible]orum Principum & illuſtrium hominum oſſa. Sanctiſsimo in delubro fra[illegible] Montis Oliueti expreſſę Ferrandi primi, & alterius Alfonſi regum effigi[illegible]piciuntur, opere ſingulari vt viuere videatur, perfectæ. Sepultus ibidẽ eſt Ale[illegible]der ab Alexandris iureconſultus, qui multiplicis eruditionis volumen illud [illegible]alium dierum conſcripſit. Modico in templo D. Ioannis in Carbonaria [illegible]m Eremitanorum, magnificentiſsimum Roberti regis & Ioannę pri[illegible]ſororis monumentum ex marmore candido cum eorum imaginibus arti[illegible]e factis ſupra ſummam aram conſpicitur. Poſt id exiguo in ſacello, Nico[illegible] Caraccioli, qui Magiſter Equtum maximus in regno quondã fuit, ſepulcrũ, itẽ [illegible]legans ex candido marmore, prætereaq; ſacellũ aliud in propinquo ornatiſsi[illegible] apparet. Paria celebritate ſunt his, templum cathedrale quod Epiſcopi[illegible]vocant, item D. Laurentij, fratrumq; minorum D. Franciſci, cũ alijs quæ om[illegible]recenſere longũ foret: Aedes præ cęteris ampliſsimę ſunt Ducis Grauinenſis, quanquam

quanquam nondum perfectæ,alioqn nullis Italiæ totius ceſſuræ, item Salernita-
ni Principis. Viæ ciuitatis perelegantes directęq;.Curię quaternæ quas Sedes ap-
pellant,Capuana,Nidenſis,Montana,Diuique Gregorij,quò Principes, Duc
Marchiones,omneſq; cæteri ordines ad cõſultandũ comuniter ac de rebus pu
cis,conueniunt. Arces fortiſsimæ ſunt hæ,Caſtellum Nouum,quod Carolus pr
mus Angolemẽſis anno poſt.CN.MCCLXV.cum Beatrice coniunge rex Nea
polis in Lateranẽſi fano Romę à Clemente IIII.Pontifice corona ſumpta deſig
tus,ædificauit,vbi monaſterium Minoritarum priùs erat,cuius in vicem D.M
a.lib.4. Niualis fratrum obſeruantium condidit,vti à Collenutio a memoriæ proditũ
hiſt.regni. Eádem arcem pòſt Alfonſus primus inſtaurauit,operibusq; maximis ſepſit,adeo
vt firmiſsimis Europę totius propugnaculis annumerari meritò queat.Caſtell m
hinc Capuanum , ad eam portam ſitum,vt antiquis temporib⁹ munitũ ſatis quod
nunc concilijs habendis,& imperij ciuitatisq; negotijs attributum eſt item Ca-
ſtellum Oui modico extra vrbem ſpatio,in ſcopulo (Meagrum veteres appella
b.lib.3. bant)cinctum mari quæ Collenutius b à Guilielmo tertio Normanno cõdita,
hiſt.regni. que Normannica vocata prodidit,Capuanum tamen pòſt à Carolo Angolem
ſe renouatum eſt. Præter hæc Caſtellum Santerẽmenſe eſt in rupe mœnibus vrbi
imminente,ſuperioribus annis à Carolo V.Imp.mirificè cõmunitum. Extra m
ros auſtrali parte moles in mari opus arte ſumma factum conſpicitur, initio
à Carolo ſecundo iacta , ſed ab Alfonſo primo maiorem in modum au
c.lib.5. quemadmodum Collenutius c tradit, ad portus commoditatem atq; tutel
hiſt.reg. nauibus ex omnibus orbis partibus perpetuò pleni. Gymnaſium etiam om
diſciplinarum Neapolis habet,à Friderico ſecundo Imper. Aug. tum inſtitutũ
d.lib.4. datumq;, tũ ampliſsimis prærogatiuis ornatũ,vt Collenuti⁹ d auctor eſt ad
hiſt.reg. ſtudioſorũ ex toto regno maximus fit cõcurſus. Venerãtur hìc plurima ſan
hoĩm corpora, p̄cipueq; D.Aſpreni Epiſcopi,item Agrippini,Eufemij,A
Seueri,Ioannis,Gaudioſi Epiſcopi,Ianuarij antiſtitis Puteolani martyrio co
ti,Anelli abbatis,Reſtitutę virginis & martyris,itẽ Candidæ viduæ D.Petri
pulæ.Claros etiã & eximios hoẽs qui non modo patrię,ſed orbi vniuerſo d
ornamẽtoq; fuerũt,ortos hac vrbe plurimos inuenim⁹.In primis eſt Bonifaci
Põtifex Roman⁹,è Tomacellorũ nobili familia * quẽ ætatis anno tricesimo
dignitatis excelſiſsimũ gradũ ob integritatẽ vitæ ſummã,doctrinãq; ſingular
ritò adeptum Blõdus & Platina tradiderunt. Iũgitur huic Ioẽs XXIII.Põtif. N
antea Balthaſar dict⁹,ex illuſtri Coſſarũ familia cui ꝓ meritis erga ſe ingẽtib
hic legationẽ geſsit,cũq; poſtea Põtifex fuit, noſtra patria Bononia multũ d
vti eſt in analib⁹ ꝑſcriptũ. Plurimũ quoq; Neapolis famam atq; nomẽ Oli
Carrafa Romanæ Eccleſię Cardinalis prudẽtia ſingulari illuſtrauit itẽ Vin
us Carrafa,Andreas Matheſius Palmerius, Marinus Caraciola Cardinales
ſuperiorib⁹ defuncti. Viuunt nunc Antonius Sanſeuerinas, Ioaẽs Petrus C
& Ioãnes Vincenti⁹ Aquauiuan⁹ Cardinales,præſtãtiſsimi viri. Tot prætere
gionis antiſtites, Patriarchas,Archiepiſcopos,Epiſcopos hęc vrbs tulit,q c
ruditionis fama,tum integritate vitę ornamento illi fuerunt,vt oẽs referre
longũ foret. Neapolitanus fuit Statius Papini⁹ poëta nobilis,& item Iacob S
nazarius Muſis familiariſsimus, qui ſuperioribus annis cum ſummo literator
dolore,plurimis voluminibus tã latina, q̃ vernacula lingua relictis , cum ſ la
datiſsima Caſſandra,ſummæ virtutis & eruditionis muliere vita deceſsit. Hacten
de vi-

viris illuſtribus Neapoli ortis egimus · conſequens igitur eſt, vt imperij vrbis ...m enarremus. Neapolitanos in fide populi Rom. ac Imperatorum conſtan...è quamdiu licuit, hæſiſſe, Liuius, Blondus, Sabellicus, & Collenutius in hi...ijs oſtendunt: ſed inclinante demum imperij maieſtate vrbem primùm à Go... ſubactam, & à Beliſario receptam Procopius [a] auctor eſt: dein Longobardis a.lib.1. ...iorem regni partem tenentibus, Imperatore Phoca mortuo circa DCXII. à C. hiſt. Goth. ... annum, dominationem & imperium eius vti reliquæ præterea Campaniȩ quæ ...gobardis nondum parebat, Ioannem Campſinum Conſtantinopolitanum oc...a...le Collenutius [b] tradit. Sed Campſinum Heraclio Imperatore creato cum b.lib.2. ...therius Exarchus interemiſſet, vrbs in Imperatorum poteſtatem atque ditio hiſt.reg. ...edijt · in qua deinceps permanſit, donec anno poſt. C.N. DCCCXXIX. Sara... in Italiam ex Africa tranſgreſsis, eumq́ue tractum omnem qui inter Caie... & Rhegium Iulium eſt occupantibus, ab iiſdem bello ſubacta fuit. Saracenis ...nnum fere XXX. ab Ioanne X. Pontif. Max. cum optimo, tum animi ſum...cerrimiq́; viro, Alberici Thuſciæ Marchionis ope finibus agri Romani pul... ad Vulturnum amnem ingenti pugna deuictis, adeo vt cæteris Italiæ locis ...s in monte Gargano ſe tum munitionibus includere cogerentur, exin ad ...iæ Romanæ ditionem pertinere cœpit. Bello tamen inſequētibus tempori... à Græcis atque Saracenis variè petitam conſtat, vſque ad Normānorum in I...am aduentū · ex quibus ab Innocentio II. Pontif. primus imperiū Neapolis Ro...s ſecūdus, & poſteà Rogerius tertius accepit. Sed hi tamen Reges appellati ...t · primus enim ab Adriano IIII. Pontif. rex vtriuſq́ue Siciliæ, nimirum vltra citraq́ue Pharum, Gulielmus quartus Rugerij filius iurè eſt inſtitū...terq́ue pòſt eum Gulielmus quintus, ob mirificam animi manſuetudinem ...s cognominatus, Neapolis ſimul & vtriuſque Siciliæ · q ætatis anno XXX ... XXVI. pòſt C.N. MCLXXXVI. cum ingenti non modo ſuarum gen...ſed Chriſtiani nominis vniuerſi dolore, abſq; liberis Panormi exceſsit · ibiq́; ...o vrbis ſummo poſit⁹ eſt cum tali elogio: Hic ſitus eſt Bonus Rex Gulielm⁹. ...s dei...de locum ſuffectus, vnaq́; Romanus Imperator dictus à Cæleſtino ...tif. Max. Henric⁹ VI. Friderici Aenobarbi filius, anno poſt C.N. MCXCI. Conſtantiam Rugerij IIII. filiam, Pontificis Max. auctoritate religione libera cœnobioq́; D. Mariæ Panormi, cuius antiſtes erat, exemptam, annos natam ...nti, matrimonio ſibi iunxit, & ex ea Fridericum II. filium ſuſcepit. Is an... N. MCXCVIII. Meſſanæ mortuus, Panormi ſepultus eſt, Friderico filio re... hærede relicto. Prudentem eum atq; diſertum, ſtatura mediocri, vultu gratio...rpore imbecillo, acri ac vehementi animo, proindeq́; terribilem hoſtibus fu...odunt. Venatu aucupioq́; falconum, & id genus rapacium volucrum miri...ectabatur · eamq́ue rationem aucupationis ab eius patre Friderico pri... omnium in Italiam inuectam aiunt. Succeſsit Henrico Fridericus ...us filius, anno poſt C. N. MCCXX. ab Honorio III. Pontif. Ro...s Imperator nominatus · qui anno MCCL. Farentini Apuliæ deceſsit, Montem Regalem Siciliæ ſuprà Panormum delat⁹, vbi monumento poſitus ...pitaphium illi Manfredus nothus hoc poſuit.

Si probitas, ſenſus, virtus, gratia, intellectus,
Nobilitas oris, poſſent reſiſtere morti,
Non foret extinctus Federicus qui iacet intus.

Forma corporis decēti & eximi-

& eximia, ſtaturæ cōmodæ quadratæq;, capillo ſubrufo, læto viuaciq; anim... dētia ſumma fuit. Ad omnes artes vulgares ingenio prōpt⁹ erat, eruditusq; li... adeò vt italicè, latinè, germanicè, gallicè, græcè ſaraceniceq; loqueretur. Sp... dum, liberalem, magnanimū, beneficiorum remuneratorem, & perfidiæ... acerrimum, non inſcium armorum, animiq; inuicti, cæterùm mulieribus plus... tis deditum, & venationis ſtudioſum hiſtoriæ quoq; teſtantur. Eccleſiā Roma... grauiter & infeſtè habuit, vti in loco dicemus, obitum etiam cōmemoraturi. S... ceſsit illi Conradus filius· quo mortuo frater eius Manfredus nothus regn... ter auctoritatem Pontificis Rom. occupauit, anno poſt C.N. MCCLIIII.... dum inhumanum & crudelem, prudentia cæteriſq; virtutibus patri diſsimilem... formæ tamen præſtantia vel Abſaloni conferendum hiſtoriæ deſcribunt. Ma... dum pellere cogitans Vrbanus IIII. Pontif. anno à C.N. MCCLXII. Carol... cem Angolemenſem D. Ludouici Franciæ regis fratrem in Regnum Neapo... num inſtituit, à quo Manfredus ad Beneuentū victus occiſusq; eſt· humatus in... fano, quoniam anathema habebatur, cum tali elogio:

Hic iaceo Caroli Manfredus marte ſubactus,
Cæſaris hæredi non fuit vrbe locus.
Sum patris ex odijs auſus confligere Petro,
Mars dedit hîc mortē mors mihi cuncta tulit.

Forma corporis... literis & philoſophia pereruditᵘ, affabilis, ingenio manuq; promptᵘ, & aſtut... liberaliſsimus fuit. Manfredoniā cōdidit vrbē in Sipontino ſinu. Eo mortuo... C.N. MCCLXV. anno Carol⁹ vniuerſo regno potit⁹ eſt, ac etiā Sicilia vltra... rum: ſed cum deinde Siculi per coniurationem Gallos ob inſolentiā oppre... in poteſtatem Petri regis Arragoniæ tum conceſſerunt: ex quo tempore... Carolum V. Imper. Aug. in Arragoniorum imperio ditioneq; Sicilia ſtetit.... lus Angolemenſis anno poſt C.N. MCCLXXXIIII. ætatis ſuæ LVI. regn... exceſsit. Statura procera rectaq;, vultu rubicundo, naſo magno, feroci a... puniendo ſeuerus & acer, animo ſummo, rebus militaribus longè quàm... præſtantior, pacificus, cibi potusq; moderati, veneris ad ſanctitatem parcus... Somno minimū vtebatur, ac item ſermone· ſed agebat multo plura qua... retur. Erga milites liberalis, in promiſsis conſtans, at ingenio valde am... regni item & opum, idq; præter vllam curam aut diſcrimen vnde ad negotia... ficienda ſumerentur, auidiſsimus erat. Morionibus, ſcurris, ac eiuſmodi o... larum aſſeclis nūquam, ſed militibus tantùm delectabatur. Francica lilia... in campo, ſupraq; caſtellum rubrum pro inſigni ferebat. Rerum præclarè... gloriam haud mediocriter imminuit nimia erga milites indulgentia, quos... tempore licentiùs cum iniuria popularium habebat. In ędificando ſplend... it: templa, cœnobia, ſimiliaq; magnorum ſumptuum opera multa fecit· in... Caſtellum Nouum, vbi fratrum Minorum erat domus, in cui⁹ vicem Mona... D. Mariæ Niualis condidit. Moriens vnicum filiū reliquit Carolum Salerni... cipem, tum in carcere degentem· cui ante multos annos Mariam Stepl... Pannoniæ filiam matrimonio copulauerat. Is itaq; ſucceſſor patris factu... anno ſexageſimo, cum IIII. & XX. regnauiſſet, pòſt C.N. CCCIX. dece... berto filio hærede. Carolum hunc ſecundum benignum, gratioſum, iuſt... liberalem hiſtoriæ deſcribunt. Pace moderationeq; ciuili plurimùm ex... in rebus bellicis nec fœlix, nec expertus. Corporis habitu prauo fuit & c...

Ex...

Ex Maria coniuge liberos ſuſtulit mares nouem,fœminas quinq;.Filij fuere , Ca-
rolus Martellus ex materna ſucceſsione Pannoniæ rex, Ludouicus Toloſanus an-
ſtes in Diuos à Ioanne XXII. Pontif. Max. relatus, Robertus tertiogenitus Nea-
politani regni hæres, Philippus Tarentinus Princeps, Ioannes Peloponneſi, Tri-
ſtanus, Raymundus Bellingerus, Ludouicus ſecundus Dux Dyrrachinus, & Pe-
trus Comes Grauinenſis: filiæ, Clementia, Caroli qui Philippi Belli Franciæ regis
primogenitus fuit vxor, Blanca Iacobo regi Arragoniæ matrimonio coniuncta,
Eleonora Federici regis Siciliæ, Maria Regis Maioricæ coniuges, Beatrix Actio
Marchioni Ateſtino Ferrariéq; Domino primùm, deinde Beltramo Balcio, po-
ſtea Roberto Delphino Viennenſi copulata. Carolum ſecundum multa ædificaſ-
ſe cum apud Neapolim, tum in Prouincia Narbonenſi reperimus: & inter cætera
Molem in portu Neapolis, vti ſuprà dictum eſt. Poſt eum plurimis annis regnauit
Robertus filius: qui decedens nullos liberos ſuperſtites ex ſe, ſed neptes tantum
ex Carolo filio tres reliquit, Ioannam, Mariam, & Margaritam. Robertum pru-
dentem, doctum, religioſum, liberalem, eruditorum item hominum & ingeniorũ
amantem fuiſſe tradunt, adeo vt nullus illorum temporum ſcriptor eius memo-
riam cum ſummo honore non vſurparit. Vxorem habuit Maioricæ regis filiam
Sanctiam, laudatiſsimam ſanctiſsimamq; mulierem, ex qua Carolum filium de
quo dictum eſt, procreauit. Templa cœnobiaq; multa condidit, inter quæ Nea-
polis cœnobium Sanctæ Crucis, vbi ſepulcrum Sanctiæ reginæ eſt: item D. Claræ
monaſterium. Caſtellum Nouum etiam auxit, & Santeremeſe fundauit: poſt mul
ta deniq; magnificè facta moriens apud omnes incredibile ſui deſiderium, memo
namq; dulciſsimam reliquit, à Franciſco Petracha Ioanneq; Boccatio, quos vni-
cè charos habuit, ſcriptis ampliſsimè celebratam. Regnauit poſt eum Ioanna pri-
ma neptis ad annum à C. N. MCCCLXXX. vſq;, quo iuſſu Caroli Dyrrachini
regis Pannoniæ ſtragulata eſt, cum Ludouicum primum Angolemiorum Ducem,
Ioannis Franciæ regis alterum filium auctore Clemente VII. antipapa pro filio
ſibi adoptaſſet: qui poſt longũ bellũ anno à C. N. MCCCLXXXIII. vulnere acce-
pto in pugna cũ Alberico Comite Cuniate legionũ Caroli Dyrrachini præfecto,
Vigilijs interijt. Carolus hic tertius in Pannonia dein anno poſt C. N. MCCCL-
XXXVI. deceſsit, & filium Ladiſlaũ Neapolitani regni hæredem habuit: quanq̃
& id quoq; Ludouicus ſecundus Ludouici Ducis Angolemenſis filius apud Aui-
nionem à Clemente VII. antipapa fuiſſet inſtitutus. Ladiſlaus annis XIX. impera-
uit: & ſobole carens, Ioanna ſorore regni hærede relicta mortuus eſt, anno à C. N.
MCCCCXIIII. Corporis habitu ſatis ſpecioſo, bellicoſus, imperij cupidus, prom-
ptus, fœlix, auctoritate grauis, armorum atq; militum amans, in actionibus per-
uigil, laborum patientiſsimus fuit. Lingua nonnihil balbutiebat: cuius rei cauſa
fuiſſe credebatur venenum puero datum, quo parum abfuit quin periret. Liberali
tate præſertim in milites inſigni erat. Veſtitu vtebatur admodum vulgari, maximè
ineptis. Exteros honorificè complectebatur, in omnes comis & humanus. Succeſ-
ſit illi ſoror Ioanna ſecunda, priùs Auſtriæ Ducis vxor, vltima Dyrrachinæ ſtirpis
ex Francia. Hæc primò Ludouicum tertium Ludouici alterius Angolemij Ducis
filium adoptauit: poſtea verò & Alfonſum Arragoniæ regem. Ludouicus Conſen
tiæ deceſsit anno à C. N. MCCCCXXXIIII. vir clemẽtia benignitateq; ſingulari.
Nec diu ſuperſtes illi Ioanna fuit: etenim eodem anno reſciſsis adoptionis Alfonſi
iuribus, & hærede inſtituto Renato Lotharingiæ Duce Ludouici tertij fratre, diẽ

extremum clauſit. Ioannam reginam impudicã & inſtabilem fuiſſe tradunt, q
obrem in ſola volubilitate conſtans vulgò dicebatur. Poſt eam regni gubern
la tenuit Alfonſus annis XXII. qui ætatis LXVI. decedens, Ferrandum filium n
thum hæredẽ reliquit. Statura fuit mediocri, corpore ſicco, vultu decoro, pallidoq;
magis quam fuſco, oculis ardentibus, aſpectu læto, naſo parum circa medium ele
uato & aquilino nonnihil, capillo natura nigro præciſſoq; ne ſuperaret aures.
oratione breuis, terſus, ciuilis, atque ſententioſus erat: in reſpondendo placidus &
gratioſus, id præcipuè obſeruabat, ne quem à ſe vultu triſti abſcedere pateretur:
deoq; ſi quid rogaretur inciuilius, dilationem inijcere potiùs, quàm apertè n
re ſolebat. Religionis obſeruãtiſsimus, ac diuinorum rituum omniumq; cærem
niarum cultor & aſsiduus & diligentiſsimus fuit, nihil quod ad ſacrorum decorẽ
pertineret omittens, in ijsq; perattentus. In vſu illi erat ſacramentũ vbicunq; loco-
rum videre contigiſſet, pedibus religioſiſsimè comitari. Cibo moderatiſsimè,
aut nunquam, aut multum diluto vtebatur. Formæ præſtantiam & pulchri
laudabat, morum eximiorum argumentum vti florem fructuum dictitans. San
ne nunquam delectatus eſt: & quanquam in pugnis acer atq; terribilis eſſet, po
bellum clementiam & humanitatem incredibilem exhibebat, ac iniuriarũ o
protinus obliuiſcebatur. Lautitiarum & ſplendoris domeſtici ſtudioſiſsimũ, au-
læa conopeaq; ex ſerico, & opere phrygio elaborata, vaſa aurea argenteaq; nume-
ro propemodum infinito habuiſſe, gemmarum item cupidiſsimum, nec tamen in
tanto rerum pretioſarum ac ſupellectilis apparatu, ſumptuoſo veſtitu delecta
tradunt. Multa quoque magnificè ædificauit: inter cætera Caſtellum Nou
quod vt nunc eſt, elegantiſsimum atq; munitiſsimum effecit. Caſtellum Oui plu-
rimum ornauit. Molem auxit: paludes circa Neapolim exiccauit. Ingenia ſ
ſui omnibus modis fouit: ideoq; Bartholomæum Facium, Georgium Trap
um Græcum, Laurentium Vallam, Ioannem Auriſpam Siculum, Antonium P
normitanũ, alioſq; magno numero viros doctos in aula perhonorificè aluit. N
minus amauit armorum expertos prudentesq;: tot denique virtutibus exor
fuit, vt abſq; longiſsima commemoratione non poſſent omnes enumerari: ſun
tem à Blondo, Sabellico, Bernardino Corio, Antonio Panormitano, Simoneta,
terisq; noſtræ memoriæ ſcriptoribus ampliſsimè celebratæ. Poſt Alfonſum
filius nothus Ferrãdinus à Latino Vrſino Cardinale, quem ad poneudã illi co
Eugenius quartus Pontifex miſerat, in regnũ ordinatus eſt. Is vir admodũ ſeuerus
erat, vt adeo miraculi haberetur loco, ſi forte riſiſſet vnquam. Moriẽs hęredem re
liquit filiũ Alfonſum alterum, cui Cardinalis Claromontenſis ab Alexandro V
Potif. Neapolim miſſus coronã dedit. Hic intellecto magnis viribus contra ſe
lũ ſuſceptũ habere Carolum VIII. Franciæ regẽ, circa MCCCCXCIIII. à C.N. an
nũ diffidens rebus propter nutantes procerũ ac populorũ animos, regnũ F
dino filio ceſsit, tranſmiſſoq; freto Meſſanæ conſtitit, vbi non diu pòſt vita d
ctus eſt, & in ſummo templo funeratus. Carolo tũ ad Neapolim appropinquante,
Ferrandinus etiã vrbe relicta primùm Ænariã inſulã, inde Siciliam petijt: quapro-
pter vetante nemine Carolus vti victor inuectus Neapolim, regni coronã ſumpſit.
Inſequenti aũt anno in Galliã eo reuerſo, Ferrandinus ſtatim in regnũ redijt: po-
ſteaq; deuictis paſsim ope Venetorum Francicis præſidijs, admodũ adoleſcens in
terijt. Rex tũ Federicus ſalutatus, eius patruus: qui cum ingentes contra ſe copias à
Ludouico XII. Franciæ rege Caroli VIII. ſucceſſore mitti cognouiſſet, neq; pares
ſibi ad

ſibi ad reſiſtendū vires eſſe iudicaret, in Franciam ad Ludouicum confugit: cæterùm alia longè q̄ ſperauerat fortuna: detentus enim ab eo eſt, quanquam honorifice præbente ſumptus: & poſt annos aliquot ibidem deceſsit, Ticinumq́; delatus in fano D. Franciſci regia ſepultura fuit affectus. Filios tres, filias duas reliquit ex Iſabella Balcia ſanctiſsima fœmina, quæ ſuperioribus annis apud Ferrarienſes ex humanis exceſsit in cœlum, vti piè credere par eſt. Ex hac Arragonia domo ſolus Calabriæ Dux Federici primogenitus nunc in Hiſpania ſummo cum honore Valentino Ducatui præfectus ſupereſt. Federico in Francia detento Ludouicus nullo cum negotio regnum cepit: ſed idem pòſt à Ferrando rege Arragoniæ Conſalui Ferrandi Aggidarij præſtantiſsimi Ducis virtute ac auſpicijs, Proſperi Fabricijq́; Columnarū ope adiuti, pulſus eo exutuſq́; eſt, vti tum Sabellicus perſcripſit, tum ego quoq; vidi. Ferrādus igitur exinde ſolus Neapoli potitus, imperium quoq; Siciliæ tenens: quo poſt C.N. MDXVI. anno vita defuncto, Siciliæ, Neapolis, Arragoniæ, cæteraq; regna Hiſpaniæ omnia ad Carolū Philippi filiū, Imperatoris Maximiliani Aug. nepotem deuoluta ſunt per Iſabellam matrem, Ferrandi, quē præ-…mus, & Iſabellę Hiſpaniæ reginæ filiā. Carolus poſtea Romanorū Imperator creatus eſt, & à Clemente VII. Pontif. Max. corona auguſtali Bononiæ donatus anno à C.N. MDXXX. Sub eius igitur inuictiſsimi glorioſiſsimiq́; Imperatoris ditione regnum Neapolitanū in hunc vſq; diem conſeruatur: quanquā anno poſt C.N. MDXXVIII. conturbatū nonnihil fuerit, vrbe ab Odetto Lotrechio Franciſci primi Franciæ regis legato cum exercitu L. Mill. armatorū obſeſſa, ſed à Philiberto Auraniæ Principe XII. Mill. tantùm egregiè defenſa. Sic Carolus dein MDXXXV. anno à C.N. victor rediens ab expeditione Tunetana, qua Caradinū Barbaruſſam Tuneto expulit, & Maurum regem eiectum in regnum paternum re…t, cum inſigni triumpho Neapolim ingreſſus eſt. Extra magnificentiſsimam hanc ciuitatem, vt inſtitutū noſtrum perſequamur, ager amœniſsimus atq; iucundiſsimus eſt, non ſolum rebus ad hominum animaliumq́; neceſsitatem, ſed etiam ad voluptates atque delitias opportunis vndique confertus. Inprimis omne genus frumentum, vinique nobiliſsimi ſummam abundantiam fundit, vt adeo qui non viderit, tantam vnius iugeri cum frumenti, tum vini vbertatem eſſe poſſe haud facile credat. Vites præaltis arboribus, patentiſsimiſq́; ramis eam tot plerumq́; ſuſtinentur, vt interdum vrnas vini duodenas, quandoq́; denas …s, arbores ſingulæ reddant: idq́; mihi non ſolum ipſi regionis coloni affirma…t, ſed etiam facile iudicio percipi ſi conſpiciantur, poteſt: quanquam mihi quoque priùs incredibile viſum ſit. Sed & Plinius [a] hanc vitium vbertatem pro miraculo celebrauit. Colles item hoc agro feraciſsimi, pleniq; nobiliſsimorum fructu…, & aliqui theatrorum inſtar areas planas cingentes, venationibus ferarum opportunas: præterea circum Neapolim horti amœniſsimi cultiſsimiq́;, medicis ac …icemodi generoſis arboribus ornati, dulciſsimoq́; riuulorum vndiq; diſcurrentium murmure reſonantes ſunt. Elegantiſsima item his in hortis opera topiaria …tium exornata varietate, ex ijsq́; racemi prægraues ſuis anni temporibus dependere magna cum voluptate cernuntur. Nec vſquam abeſt odorum ſuauitas, quos paſsim abundantia myrti, lauri, gelſamini, roſmarini, roſæ, ſimiliumq́; fruticum aſpirat. Supra ſepimenta, quæ cum ex ijs arbuſculis, tum è buxo plerumq́ue con…nt, arbores medicæ rubentibus odoriferiſq́; pomis graues eminent: quibuſdam in locis reticulati parietes ijsdem pomorum generibus veſtiti conſpiciuntur: bre-

a. lib. 14. cap. 2.

uiter horum locorum amœnitas, elegantia, delectatio, vix intra modum h[illegible] conſiſtere mihi profectò videtur· vt mirari nemo debeat, cùm olim, tum hac [illegible] præcipuos homines vitam hîc degere ſolitos. Et eiuſmodi quidem in vniuerſu[illegible] gri circa Neapolim conditio eſt· quapropter nunc ad loca ſingula dicenda conuertemur. Extra vrbem ad orientem mille fere paſſ. à mari amplius, olim Palepo-
a.lib. 8. lis extitit, vti a Liuius indicat, cum Palepolim non procul Neapoli deſcribit, & vtrumque oppidum ab vna eademq; gente Cumanis inhabitatum ait, qui ex Chalcide Euboeæ cum claſſe profecti, primùm Ænariam in inſulam ſeu Pithecuſam, pòſt in hæc loca egreſsi, ſedes conſtituerunt. Idem inferiùs expugnatam à Græcis Palepolim & à Publio Palatio Conſule receptam narrat · addens, Publium opportuno inter Palepolim ac Neapolim capto loco, ne à ſocij[illegible] fœderatis gentibus hoſti auxilia ſubmitti poſſent, effeciſſe. Vrbem hanc v[illegible] nunc Turris Iopparellorum eſt tribus, à Neapoli P. M. olim ſitam Ambroſius
b. lib 1. de Nola. b Leo putat: ego tamen à Poggio Regali non procul abfuiſſe cenſeo, quoniam in hodiernum vſque diem ibi non pauca veterum ædificiorum veſtigia [illegible] perſunt. Poggium Regale nobiliſsimum palatium Ferrandus Arragonius pri[illegible] rex Neapolis ædificauit. In longum duplici latitudine patet: ad angulos ſingulæ turres ſunt cum binis infrà ſupraque ſplendidis cœnaculis: turres inuicem percommodis iunctæ porticibus, per quas ex omnibus in alias commeatur· [illegible] etiam per ambulacra quædam quæ ſupra porticus ſunt. Medio totius ædificij gradibus aliquot in aream planam & æqualem deſcenditur, vbi fiſtulæ [illegible] artificio ſummo abditę, vix vt earum in pauimento reperiri ora queant, etiamſi diligentiſsime quæras· per quas arbitrio nutuque Regis tanta copia paſsim aqu[illegible] prorumpebat, vt qui intus eſſent omnes, largiſsimè conſpergerentur. Id opus c[illegible] tra immodicos æſtiuorum menſium calores excogitatum fuit· etenim amico & proceres eò æſtate conuenientes, cum hoc in loco accumberent, ea re obl[illegible] Rex ſolebat. Nunc tamen cum ob aſsiduitatem bellorum, tum quia nemo fere [illegible] ram impendat, peſsimè iacet affectum. Alfonſum Ateſtinum Ferrariæ Ducem, itemque Franciſcum Gonzagam Marchionem Mantuanum, anteriorem in [illegible] la Padi Beluederio prope Ferrariam, alterum in illa pernobili villa Mirm[illegible] modum hunc abditis atque latentibus fonticulis inſcios aſpergendi hinc mu[illegible] tos ego arbitror. Circumiectis etiam Poggio Regali locis, Ferrandi temporibus aliæ multæ ſplendidiſsimæ villæ cum hortis, vndique gratiſsimis fontibus [illegible] erant, quarum hodie veſtigia tantùm conſpiciuntur. Hîc priuſquam in li[illegible] lis oræ deſcriptione progrediamur vlteriùs, quædam inter Veſeuum montem [illegible] Anuerſam loca commemoranda putauimus. Primùm igitur hoc ſitu Mar[illegible] num, antiquis dictum Marianum, & Merelianum: dein Acerra, quam Strabo, [illegible]
c.lib. 8. lius c, & Appianus d Acerras vocant. Plinius Acerranos in prima regione [illegible]
d.lib. 1. bell. ciuil. locat: de quibus etiam loquitur ſæpe Liuius, præſertim cum e eos obſidione [illegible] ctos à Pœnis, noctu arrepta quæ ferri poterat ſupellectile, quibuſdam ſecreti[illegible]
e.lib. 23. neribus clam diffugiſſe, proptereaq; commotum ira Annibalem oppidum inc[illegible]
f.lib. 27. diſſe narrat. Alibi f quoque permiſſum Acerranis ſcribit, vt vrbem crematam reædificarent. Acerrarum etiam meminit Virgilius his verſibus: Talem diues arat Capua & vicina Veſeuo Ora iugo, & vacuis Clanius non æquus Acerris. vbi Seruius annotat Acerras vrbem eſſe Cãpaniæ non procul Neapoli, propter quam Clanius annis fluat, aſsiduis inundationibus agrum eius infeſtans: quamobrem

& pene

& pene deſertum oppidum, ac potius infrequentem pagum videri, quàm vrbem Probus ait. Clanius amnis ita veteribus, Virgilio nempe, Silioque dictus, ex iugis ſupra Sueſſulam oritur. Probus à Clanio Cyclope denominatum tradit. Ager omnis qui circumiacet, Campus Leborinus eſt, de quo ſuprà diximus. Ab Acerris P. M. IIII. abeſt Sueſſula, non ſolum à Strabone memorata, ſed etiam à Liuio multis in locis: nominatim autem *a* cum ad Sueſſulam tertiò Romanos atq; Samnites ingenti pugna conflixiſſe, victosque ac fugatos à M. Valerio Samnites: item *b* aliàs, Senatui placuiſſe Cumanos & Sueſſulanos eadem lege qua Capuam haberi: & *c* alibi, Marcellum Claudium à Caſilino petijſſe Calatiam, atque inde Vulturno amne traiecto, perque agrum Satriculanum Trebianumque ſupra Sueſſulam per montes Nolam deueniſſe, ſcribit. A Plinio quoque Sueſſulani non ſunt omiſsi: quanquam corrupti codices Teſſulani habeant. Vrbs penè collapſa nunc iacet. Ab Aquilone deinde Campani montes ſunt, Tifata Liuio dicti, ſicutantè commemorauimus. Imminent vrbi Capuæ, vicinoque tractui vniuerſo: pertinent autem altero capite longiùs in agrum Nolanum vſque. Tum vlteriùs ad Aquilonem aſperi præcipitesque montes apparent Vallem Caudinam includentes, in quibus Iſclerus amnis naſcitur primus hac parte Campaniæ, miliaribus quinis ſupra Capuam in Vulturnum defluens. Præcelſiſsimi montes hi ſunt inter Iſclerum & Sorritellam fluuios, de quibus in Samnitibus agetur. Ijs in iugis oppidula quædam, inter alia Grotta: dein altius Mons Taburnus ſic à veteribus appellatus, nominatimque Virgilio *d* cum ait: Neu ſegnes iaceant terræ iuuat Iſmara Baccho Conſerere, atque olea magnum veſtire Taburnum: quos verſus exponens Seruius, Taburnum Campaniæ montem oleis abundantem ſcribit. Quod autem Landinus vnaque Vibius Sequeſter in Samnitibus eum eſſe tradunt, hanc ... varietatem nullius pene momenti cenſeo, quandoquidem & Samnitium, & Campaniæ dici poteſt, cum fines vtriuſque regionis premat. Sed & alibi *e* Virgilius hunc montem memorat inquiens: At velut ingenti ſyluæ ſummoque Taburno. De cætero ſupra conuallem Taburni quæ flumen Iſclerum ſpectat, Collis Pacis caſtellum eſt: tum illa in valle inter montem & amnem ad dextram Lunaola: demum in monte nobiliſsimum oppidum Airola cernitur, Comitatus titulo deornatum, à Furcis Caudinis P. M. duobus. Hucuſque perardui montes Campani protenduntur, qui propinquis agris imminentes, alio capite Nolam attingunt, antiquis Tifata dicti. Honeſta quædam ſub ijs qua parte meridiem ſpectant, oppida ſunt, propemodum in ipſis radicibus: inter quæ Moronida, item Caſerta ciuitas: vltraque Matalonis, à quibuſdam Metaleonis, ab alijs Magdalonum vocatum, nobile tituloque Comitatus inſignitum oppidum: cuius imperium poſsidet Carrafarum eximia gens Neapolitana, ex qua nunc Diomedes princeps ... tum loci tenet. Supra Metalonem millibus tribus inter montes Duratianum eſt, cuius imperium Nicolaus Ratanus habet. Tum in planitie vicina ſub montibus, ad introitum conuallis Furcarum Caudinarum Argentum Caſtellum apparet, nobilis familiæ Neapolitanæ Stendardorum, ex qua ætate noſtra Petrus cum ... ſiſsimus optimusque Princeps, tum etiam eruditus prodijt. Hinc per amœnos campos ad Neapolim verſus incedenti, Sanctagatæ Caſtellum à Gothis vt quidam volunt ædificatum, occurrit: quæ oppida Volaterranus omnia recentis originis eſſe cenſet. Iuxta eſt Marlianum (quod antea recenſuimus) infra Argen-

a. lib. 7.
b. lib. 8.
c. lib. 23.
d. lib. 2. Georg.
e. lib. 12. Aeneid.

tum,& ad medium collis oppidulum Cancelli· ſupraque Forinum. Hic priuſ-
quam vlterius progrediamur, Campani montes ſunt dicendi, quos antiqui Tifata
vocarunt vti ſupra memorauimus. Eorum mentionem ſæpe facit Liuius· nomi-
a.lib.7. natim verò *a* vbi Samnites ſcribit omiſsis Sedicinis Campanos finitimos, vnde æ-
què facilis victoria, prædę atque gloriæ plus eſſet, adortos, ac Tifata imminentes
Capuæ colles præſidio firmo cum occupaſſent, deſcendiſſe inde quadrato agmi-
ne in planitiem, quæ Capuam Tifataque interiacet· ibi rurſus acie dimica[...]
aduerſoque prælio Campanos intra mœnia pulſos. Et alibi *b* Annibalem ad
b.lib.23. Tifata copias habentem, aſſequi Gracchum etſi profectione celerrima non
c.lib.32. potuiſſe· præterea *c* Campanum agrum Tifatis ſubiectum à Cornelio Pæto, Sci-
pione Africano, C. Lælio Pæto venditum quoque ſcribit: & paulò pòſt
eoſdem montes iterum commemorat. In eorum deſcenſu decliui, qui à fa-
ſtigio ſupra Capuam, ad Caudinam vallem vſque vergit, in exitu decliui-
tatis oppidulum Sarnum eſt, ab amne Sarno denominatum, qui non pro[...]
inde oritur, vti poſtea demonſtrabimus. Reditu à Sarno in planitiem ve[...]
vrbs Nola reperitur, tum à cæteris auctoribus tum à Strabone Appianoque
d.lib.1. bell. ciuil. *d* ſic appellata. Plinius eam in prima regione collocat, Ptolemæus in Picen-
tibus· de quo magnopere miror, cum citra Sarnum amnem ſit Campaniæ ter-
minum & Picentinorum initium· quod non ſolum ipſe demonſtrat, ſed etia[...]
Sempronius Anniuſque in commentarijs confirmant, vti inferiùs oſtendetur.
Liuius *e* eam in Samnitibus ponere viſus eſt, cum à Sylla Nolam in Samnio [...]
e.lib.39. ptam, & eius agrum militibus diuiſum ſcripſit. Exiſtimari tamen poſſe [...]
ſententiam hanc ea demum ratione niti, quòd Samnitibus admodum vicina
quodque bello ſociali cum ijs arctiſsimo fœdere coniuncta fuerit· eaque de ca[...]
ſa Liuium eam in Samnio eſſe putauiſſe, quanquam Strabone Plinioque a[...]
ribus vti dictum eſt, quin in Campania ſit collocanda, nihil equidem a[...]
bitem. Conditam à Iapygijs Trogus, à Titijs Solinus tradit: quæ varietas
ita, ſi libet, conciliari poterit, vt ab earum gentium vna primùm ædi[...]
tam, ab altera vel auctam, vel inſtauratam arbitremur· quandoquidem vti
ſemel hactenus admonuimus, in veteribus obſeruare ſcriptoribus eſt, [...]
um auctores appellari frequenter etiam eos, qui tantùm auxere vel ref[...]
Quondam ambitu maximo fuit, vti Ambroſius *f* Leo refert· mœnibus [...]
f.lib.1. de Nola. inquit, II. Mill. XVII. paſſ. amplectebatur: forma rotunda, cum po[...]
duodenis: & habebat amphitheatra bina, vnum marmore, alterum la[...]
bus coctis ſtructum· item Auguſti, Mercurij, Iouiſque templa. Repe-
riuntur autem etiamnum in eo circuitu multa veterum ædificiorum [...]
gentium veſtigia, plurimaque fodiendo antiquitatis monumenta· cæt[...]
vrbs veteri illa collapſa, nunc admodum exigua eſt, nec amplius CM-
XXIIII. paſſ. ambitu colligit, cum portis ſolum quinis. Multa præ-
ter hæc Ambroſius de patria perſcribit ſua, quæ iam niſi longiſsimè
referri haud poſſent· liber Coloniarum ſic habet. Nola muro cincta
Colonia Auguſta, Veſpaſianus deduxit. Iter populo debetur ped. C-
XXX. Ager eius limitibus fuerat aſsignatus. Eandem vrbem Li[...]
g.lib.9. ſæpiſsimè memorat· in primis *g* cum à C. Liuio Conſule receptam· item
h.lib.23. cum *h* Annibalem ab Neapolis oppugnatione deterritum, inde cum ex-
ercitu

[ex]ercitu in agrum Nolanum mouiſſe· poſteaque à M. Marcello primùm ad Nolam oſtenſum vinci Annibalem poſſe, ſcribit. Alijs denique multis in locis Nolæ facit mentionem, vti referre tædioſum longitudine foret. Meminit eius etiam Plutarchus *a*, ac item Suetonius *b*, Auguſtum ex Capreis affectâ valetudine Nolam delatum, illic in eodem cubiculo, quo pater Octauius, obijſſe, corpus eius Decuriones municipiorum & coloniarum inde Bouillas vſque deportaſſe ſcribens: quam rem ita quoque refert Tacitus *c*· alibi *d* inſuper eiuſdem vrbis Nolæ memoriam vſurpans. De qua *e* Silius ita:

Campo Nola ſedet crebris circundata in orbem
Turribus, & celſo facilem tutatur adiri
Planitiem vallo.

Plurimos illuſtres inclytosq́; viros cum doctrina, tum virtute bellica tulit, quos hîc ne tædium lectori propter multitudinem oboriatur non enumerabimus, ſed ex Ambroſio *f* Leone, qui diligentiſsimè perſecutus eſt omnes, cognoſcendos relinquemus. Rurſus vt ad litoralem oram reuertamur, P. M. à Neapoli VIII. Turris Græca eſt, ſic dicta nonnullis, quòd ibi vinum Græcum vt vulgò vocant, optimum proueniat, aut vt alijs placet, à conditore vel nomine, vel origine Græco. Vocatur etiam Turris Octaua, quod vt multi cenſent, à Neapoli octauo lapide ſit. Heracleam ſeu Herculaneum vrbem Ambroſius *g* Leo quondam hoc in loco dicit fuiſſe· quanquam Blondus & Raſſanus eam vbi nunc eſt Nuntiata, millibus abhinc octo conſtituant. Nobis Ambroſij ſententia magis probatur· ad quàm Strabo videtur accedere, proximam Heracleam ad mare eſſe Neapoli, & promontorium habere ſcribens, vbi ventus Africus mirificè temperatum & ſalubre cœlum efficit vt inhabitetur commodiſsimè. Plinius & Mela nominant Herculaneum: de quo Dionyſius *h* Halicarnaſſeus loquitur, Herculem compoſitis ex animi ſententia rebus Italicis, & recepto incolumi exercitu Hiſpanico, prædæque decumis in ſacrificia Deorum impenſis, oppidum condidiſſe ſui nominis, vbi claſsis eius naualia erant (quod etiam tunc ætate Dionyſij incolebant Romani) inter Pompeios & Neapolim, portum omni tempore nauium ſtationi tutiſsimum habens: ac ita gloria ſempiterna, diuinisq́; honoribus apud omnes Italos adeptum in Siciliam traieciſſe Herculem dicit. Non deſunt qui hoc loco Plinium auunculum vi æſtus & odoris ſulphurei ex conflagratione Veſuuij prorumpentis, ad quam explorandam, vt Plinius Nepos ad Tacitum ſcribit, inconſultiùs acceſſerat, oppreſſum exiſtiment, quoniam ad illud incendium colluſtrandum alius acceſſus non pateret. Hinc tum octauo milliario Nuntiata caſtellum elegans· iuxta quod oppidum Stabias monti vicinius aliquantò, & à mari remotius Ambroſius Leo quondam fuiſſe cenſet· etſi Blondus & Raſſanus, quorum opinio non æquè nobis probatur vti ſuprà diximus, hîc ponant Herculaneum. Stabias oppidum in agro Campano vſque ad Cn. Pompeium & L. Catonem Coſs. pridie Cal. Maij fuiſſe, quo die Sylla legatus bello ſociali id deleuit, vt in villas pòſt abiret, auctor eſt Plinius. Nunc Stabienſis Epiſcopus in libro Fiſci Romani deſcriptus legitur: & eiuſdem oppidi memoria vulgo quoque ſeruatur in appellatione Caſtelli Almarini vltra Sarnum, quod Stabienſe cognominant, vti pòſt in Picentinis exponemus. Hinc tum iuxta Sarnum amnem Pompeij fuerunt, haud procul à monte Veſeuo vt inquit Plinius: Sarno allui eos Strabo dicit. Solinus ita ſcribit denominatos ab Hercule, quia victor ex Hi-

a. in uita Marcelli et Annibal.
b. in Auguſto.
c. lib. 1.
d. lib. 4.
e. lib. 8.
f. lib. 3. cap. 5. de Nola.
g. lib. 1. de Nola.
h. lib. 1.

ſpania pompam boum duxerat. Pagus erat extentus ad Caſtellum Almarinum
vltra Sarnum vſque, vicis & villis quibuſdam elegantibus conſtans: de quo Ci-
cero legem agrariam diſſuadens, nullo modo ferendum ait, Pompeios amœniſ-
ſimum vberrimumq; populi Rom. fundum, Decemuirorum nundinationi per-
mitti. Quondam vt Strabo tradit, his in locis Oſci, poſtea Thuſci & Pelaſgi, de-
inde Samnites habitarunt, qui poſtremùm à Romanis eiecti. Ager optimo vi-
a. lib. 14. cap. 6. no inclytus eſt, à Plinio *a* quoque celebrato, cum inter alia Campaniæ nobilia
Pompeianis ſummum decem annorum incrementum eſſe prodit, nihil ſenecta
b. lib. 25. conferente. Tacitus *b* Pompeios oppidum inter alia Campaniæ perhoneſtum
temporibus Neronis terræmotu maiori ex parte ſubuerſum tradit. Imminet his
c. de lib. de uiris ill. & in uita Titi locis Mons Veſeuus, à Strabone, Plinio, Mela, Suetonio *c*, Euſebio *d*, Floro *e*, Vi-
truuio *f*, Dione, Vibio Sequeſtro, Tacitoq; *g* ſic nominatus, itemq; Virgilio *h* di-
cente: Talem diues arat Capua & vicina Veſeuo Ora iugo. Quod autem Ser
d. de temporib. uius eum locum exponens, Veſeuum ait montem eſſe Liguriæ ſub Alpibus, Ve-
ſuuium Campaniæ. Mancinellus verò cum Landino mõtem hunc Veſuuium, Ve-
e. de bello Spartaco. ſulum, & Veſeuum appellari poſſe, Veſceuum autem cum littera c, dici montem
f. lib. 2. illum Liguriæ ſub Alpibus, vnde Padus oritur de quo locutus eſt Seruius, hęc in-
g lib. 4. quam talia ſunt, vt ego Seruij locum mendo non carere putem, cum Veſeuum Li-
h. lib. 2. Georg. guriæ montem ſcribit. exiſtimemq; Veſulum eum dicere velle, patrem ſcilicet
Erydani, vt infrà in tempore demonſtrabitur. Enimuero Veſeuus hic eſt Cam-
paniæ quem nunc deſcribimus, aliter etiam Veſuuius à ſuprà memoratis auctori-
bus appellatus. Nominis etymon à conflagratione tractum quidam putant. nam
i. lib. 1. bell. ciuil. Veſuiæ fauillas ſignificant. eamq; ſententiam confirmare videtur Appianus *i*,
Vesbium appellans. etenim propter v, & b, litterarum affinitatem, quaſi Veſuuium
K. lib. 12. dixit. Vesbium etiam nominari poſſe Petrus Marſus annotat in hoc Silij *K* lo-
l. lib. 1. de Nola. co: Monſtrantur Veſeua iuga. Rationem indicat Ambroſius *l* Leo, ſe in vetu-
ſtiſsimis quibuſdam codicibus legiſſe Besbium hunc montem appellatum, à
Besbio Duce Pelaſgorum, eum olim tenente. Græcos tamen ideomatis ſui con-
ſuetudine Vesbium proferre ſolitos. Alij Lesbium initio vocatum à Lesbijs ad-
m lib. 5. de curationibus. uenis aiunt, vt Galenus *m* prodidit. Nunc Summanus dicitur ab oppido Sum-
ma in radicibus ſito, quo de inferiùs. A Strabone deſcribitur hoc modo. Veſu-
uius amœniſsimum agrum habet, præterquam in vertice vbi planities eſt nul-
lum omnino fructum ferens, ſolo cineribus oppleto, ſcrobibuſq; cauernoſis ex-
uſta ſaxa, quod calor indicat, oſtendens. quapropter ſuperioribus temporibus
ardere ſolitum, ac intus incendij materiam ac fomentum eſſe colligitur, quibus
deficientibus ignis quoque ceſſet. Fortaſsis & hanc flammarum emiſsionem fer-
tilitatis locorum circumiectorum cauſam non ineptè quis dixerit: idem enim de
Aetna fertur, cineres eius conflagratione per agrum Catanenſem diſperſos mi-
rificam ibi vinearum vbertatem creare, quoniam excoctas igne glebas aliquid
habere pinguedinis exiſtimetur, quod fœcunditatem ſummam efficiat: etenim
cum vaporibus vliginoſæ reddantur, quod ſulphuris natura præſtat, cineribuſq;
dein exuſtis temperentur, humectatio poſtea mirabilem illis vbertatem ad-
fert. In hanc ferme ſententiam Strabo: nec equidem infirma ratione nititur,
quando nihil æque fertilitatem creare conſtat, ac humorem euidenti calo-
re temperatum: quapropter & calcem, & ſtercus gallinacium, columbi-
numque ac ouillum, quæ aquis conſperſa calidiſsima ſunt vt adeo ardeant, pro-
pemodum

pemodum incredibilem terræ fœcunditatem creare videmus. Sed longiùs euagati ſumus quàm animus erat, ideoq; nunc ad inſtitutam montis deſcriptionem redeundum eſt. Eo de Procopius a in hanc ſententiam ſcribit. Abeſt à Neapoli ferme LXX. ſtadijs, vrbemq; ipſam & Aquilonem ſpectat, vndiq; à circumie[illegible] montibus diuiſus: circum radices ſaltibus ſyluoſus, vti etiam in ſummis cacuminibus, quippe vbi inuius horridusq; eſt. Medio eius vorago profunda, quam in intima terræ viſcera prælatè penetrare coniectura eſt: hinc ignis & flammæ prorumpunt. Ita fere Procopius. Conflagrationis eius etiam meminit Beroſus b, anno penultimo Aralij, ſeptimi regis Aſſyriorum multis diebus Italiam tribus in locis arſiſſe ſcribens, circa Iſtros, Cumæos, & Veſuuios: additq; à Ianigenis illa loca dicta Palenſanam, id eſt, regionem conflagratam. Sub Tito quoq; Veſeuum incendio inflammatum Suetonius tradit his verbis. Quædam ſub Tito fortuita ac triſtia acciderunt, vt conflagratio Veſeui montis in Campania: quam rem Dio exactiſsimè perſecutus eſt hac ſententia. Sub Ti[illegible] horribilia quædam in Campania accidère, quæ magnam admirationem habent: nam ſub autumni tempus ingens incendium repente exortum, quo mons Veſeuus conflagrauit. Is mons mare ſpectat ad Neapolim: habetq; fontes ignis maximos: ac olim quidem ex omni parte excelſus erat: ſed tunc ex medio eius ignis extitit, nam ea parte tantùm exuſtus eſt: extrinſecus autē intactus integerq; permanet ad hæc tempora: ex quo fit vt cum ignis externas partes non exurat, interiora verò conſumantur igni, rediganturque in cineres, vertices qui circa [illegible]nt, vſque adhuc veterem altitudinem habeant: & quæ pars igni conſumpta eſt, dum in ſe coit, concaua facta ſit, ita vt totus mons (ſi licet parua cum magnis conferre) formam hàbeat amphitheatri. Culmina eius montis multas arbores habent, vitesque: ipſe interiùs circuitu propter ignem decliuis eſt: vtque fu[illegible]m interdiu, ita noctu flammam reddit, adeo vt in eo ſuffimenta omnis gene[illegible] fieri ſemper videantur. Quod cum ita ſe habeat, nec ſemper eodem modo, id magis interdum, aliquando minùs facit. Ad hæc puluerem proijcit quoties ſimul aliquid ſubſidit, emittitq; ſaxa facto impetu ventorum: tum reſonat mugitq;, quòd minimè denſas atque conſtipatas, ſed raras & occultas reſpirationes habet. Cum igitur Veſeuus eiuſmodi ſit, hæc in eo quotannis fere fieri ſolent: quæ cum illis temporibus præter morem euenerint, magnaq; adhuc eſſe videantur ijs, qui ea ſemper inſpiciunt: tamen licet omnia ſimul cum cæteris, quæ tum quoque euenerunt comparentur, parua habeantur neceſſe eſt. Etenim eo tempore magnus numerus hominum inuſitata magnitudine, quales gygantes finguntur, in eodem monte regioneq; finitima ac proximis ciuitatibus interdiu noctuq; vagari verſarique in aëre viſus eſt. Poſt hæc conſecuta eſt maxima ſiccitas, ac repente ita graues terræmotus facti, vt & omnis ea planities feruida eſſet, & culmina montium ſubſiderent. Ad hæc ſonitus ſubterranei tanquam tonitrua, & ſuper terram mugitibus ſimiles extiterunt. Dein mare ſimul fremere, omne cœlum reſonare, ingensque & repentinus fragor quaſi montes ſimul conſiderent, exaudiri. Tum exiliere quoque primùm immenſi lapides, & ad ſummos peruenere vertices: deinde magna copia ignis fumique, ita vt omnem aerem obſcuraret, occultaretq; ſolem non aliter quàm ſi defeciſſet. Igitur nox ex die, & tenebræ ex luce factæ erāt, putantibus nonnullis gygantes ſeditionem inter ſe facere, quòd multę imagines eorū in fumo conſpicerentur, quodq; clangor tuba-

a. lib. 2. bell. Goth.

b. lib. 5. antiquit.

tubarum audiretur. Alij exiſtimabant aut mundum in chaos redigi, aut igni conſumi: ob eamq; cauſam properabant alij ex ædibus in vias, alij de vijs in ædes cõfugebant, atq; è mari in cõtinentem, & è continenti in mare ſe recipiebat. Alij conturbati ea quæ nondũ venerant, exiſtimare tutiora rebus præſentibus. Tanta verò erat copia cineris, vt terram mareq; atq; adeo ipſum aerem compleret: quæ res multa damna vt cuiq; ſors tulit importauit, non ſolum hominibus prædijsq; ac pecoribus, ſed etiam piſces volucresq; omnes peremit, duasq; vrbes Herculaneum & Pompeios populo ſedente in theatro penitus obruit. Poſtremò tantus fuit cinis, vt inde peruenerit in Africam, Syriam, & Aegyptum, introieritq; Romam, eiusq; aërem compleuerit, & ſolem obſcurauerit. Hoc Romæ accidit paucis poſt diebus, cum omnes ignorarent id quod factum eſſet in Campania, nec quid eſſet coniectura aſſequi poſſent. Itaque etiam ij putare cœperunt omnia ſurſum deorſum ferri, ſolemq; in terram cadere, aut terram in cœlum conſcendere. Quanquam autem hic cinis non attulit ſtatim grauia incommoda populo Roma. tamen poſtea morbum peſtilentem & grauem immiſit. Hactenus Dio. Plinium auunculum ad eius incendij cauſas propiùs quàm oportebat explorandas in eum locum vſque proceſsiſſe, vbi nunc Turris Octaua eſt, vt diximus, ibiq; cum Baſſo vi æſtus ac odoris ſulphurei peremptum, Plinius Nepos in multis Dioni par ad Tacitum diſertè ſcribit, & Suetonius [a] Euſebiusque [b] confirmant. Sed & Petrarcha de Plinio ſic in triumpho famæ canit.

a. lib. de uiris illuſt.
b. de temp.

Inter ſpectandum ſtatim quoq; vidi
Plinium illum Veronenſem vicinum
Multa ſcribentem, imprudenterq; morientem.

Poſtremũm anno à C. N. MCCCVI. Benedicti IX. Pontificis Max. & Conradi Imp. Aug. temporibus Veſeuum magnam emiſiſſe vim flammarum, inſtar fluminis eo monte orientis, & ad mare vſq; dimanantis, in Bononienſium annalibus ſcriptum inuenimus: cuius incendij veſtigia cum ſcrobibus vnde tum ignis prorupit, etiamnum videre eſt. Martialis [c] & inflammationem montis, & agri eius amœnitatem hoc Epigrammate complexus eſt.

c. lib. 1. Epigram.

Hîc eſt pampineis viridis modo Veſuius vmbris:
Preſſerat hîc madidos nobilis vua lacus:
Hæc iuga quàm Niſæ colles plus Bacchus amauit:
Hoc nuper Satyri monte dedêre choros:
Hæc Veneris ſedes Lacedæmone gratior illi:
Hic locus Herculeo numine clarus erat:
Cuncta iacent flammis & triſti merſa fauilla,
Nec ſuperi vellent hoc licuiſſe ſibi.

De Veſeuo Silius [d] etiam ita:

d. lib. 12.

Monſtrantur Veſeua iuga, atq; in vertice ſummo
Depaſti flammis ſcopuli, fractusq; ruina
Mons circum, atq; Aethnæ fatis certantia ſaxa.

Liuius [e] tradit ad eius radices pugnam illam Romanorum T. Manlio Torquato, P. Decio Mure Coſs. cum Latinis patratam, quãdo ſe Decius pro ſalute exercitus deuouit, & in medios hoſtes inuectus perijt: quapropter illis in fugam conuerſis, penes Romanos victoria ſtetit. Appoſitum nũc eius pedi oppidum Summa in mediterraneis, à quo montem Summanum vulgò vocari ſuprà diximus. Sunt tamen qui Summanum appellari putent, ab agri eius præſtantia fœcunditateq; ſumma, vini quoq; Græcieo

e. lib. 8.

& eo naſcentis abundantia, (id Pompeianum appellat Plinius ob vicinitatem
Pompeiorum, vti etiam Volaterranus probat) item ab vbertate varietateq; ma-
xima fructuum optimorum hoc tractu prouenientium. Blondus Summum dici
vult, tanq̃ montem altum, quod ſit in proſpectu Neapolis: etenim cum vno latere
mare, cæteris vndiq; planitiem amœniſsimam habeat, præcelſus inter ea campo-
rum & maris æquora conſpicitur. Vltrà ſunt oſtia Sarni fluminis, quod fontibus
quibuſdam initio corriuatum, iuxta radices montis Carij, Nolani, dein ad occi-
dentem labens, aquis perpetuò clariſsimis hîc non procul eo loco vbi quondam
Pompei, ſe in mare exonerat. Sarnum nominat Virgilius *a*, inquiens: Et quæ rigat *a. lib. 7.*
oppida Sarnus: item Lucanus *b* ita: nocturnæq; editor auræ, Sarnus: & Silius *c*: to *b. lib. 2.*
tasq; videres Sarni mitis opes· mitem vocans, quòd curſu minimè præcipiti fera- *c. lib. 8.*
tur, nec inundationibus infeſtet agros. Quod autem Vibius Sequeſter in hæc ver-
ba ſcribit: Sarnus Nuceriæ ex Sarone flumine Adriæ per Campaniam decurrens:
in hoc errare mihi ſanè videtur· namq; haud quaq̃ ex Sarone Adriæ flumine Sar-
nus oritur, ſed ex fontibus vti prædictum eſt, ſuis: quod etiam confirmat Nicola-
us Perottus· addens accolas ab eo poſtq̃ è montibus exijt Sarraſtes nominari, de
quibus Virgilius: Sarraſtes populos & quæ rigat æquora Sarnus. Nunc aliqui-
bus in locis Scapharius à regionis incolis dicitur, quod ſcaphis eum tranſmittant
Nuceriam euntes, ſpatio P. M. IIII. diſtantem. Picentinos ab hoc amne incipere
Ptolemæus auctor eſt, & Strabo Semproniusq; conueniunt· quapropter nos il-
lorum veſtigijs inhærebimus.

PICENTINI.

Picentinorum agrum nunc Principatum appellari ſciendum eſt· qui in Luca-
niam ad Vallem Dianæ vſq; pertinet. Fines gẽtis Strabo, Ptolemæus & Sem-
pronius conſtituunt, ab occaſu Campaniam, à Septentrione Hirpinos, ab exortu
Silarum amnem & Lucaniam, à meridie mare Tyrrhenum· inter quos regio con-
tinetur latitudine milliariorum XVI. longitudine à Syrenuſis vſq; ad oſtia Silari
ſtadiorum CCLX. vel milliariûm XXXIII. aut vt Plinius ſcribit, XXX. Gen-
tem hãc ab Adria Romanos in ſinum Pæſtanum traduxiſſe reperimus· pulſamq;
pòſt inde ab ijſdem, & aliò migrare iuſſam, quòd vti quidam aſſerunt, cum An-
nibale ſocietatem ac fœdus habuiſſet· vrbem item præcipuam in ea fuiſſe Picen-
tiam tradit Plinius, quam etiam Pomponius Siliusq; nominant, vnde populi ap-
pellatio, vt quibuſdam placet: nunc Vicentia dicitur. Hæc de Picentinis genera-
tim: ſingula hinc dicenda ſunt. Oſtijs Sarni tranſitis, poſt duo millia Caſtellũ Al-
marinum eſt, Stabienſe cognominatum, quòd propinquo loco Stabiæ fuerint, vt
ſuprà dictum eſt, ad differentiam alterius Almarini Vulturnenſium. Iacet in an-
gulo Gauri montis, vbi in occaſum ille vergere incipit, Mineruæ Promontorium
efficiens. Magna hîc aquarũ præcipuę claritatis abundantia. peramœnus ager & *d. lib. 1. 2. 4*
fructifer. Locus propter opportunitatẽ ſummã mercibus valde frequẽtatur, quas *bell. ciuil.*
hinc negotiatores in alias partes deportãt. A litore tũ introrſum in mediterraneo *e. lib. 13.*
Nuceria ciuitas à Mari P. M. IX. à Sarno IIII. vt diximus, abeſt, ita Straboni *d*, Ta- *f. de bell.*
cito *e*, Floro *f*, Procopio *g*, Silio *h*, Ptolemæoq; vocata. Nunc Paganorũ cogno- *Spartas. g. lib. 3. de*
minatur, vti forſan (inquit Raſſanus) agreſtes & rudes homines à villarum *bell. Goth.*
& vicorum quos pagos vocant, in vrbis agro multitudine, nimirum propter *h. lib. 8.*
ſummam ſoli vbertatem ac amœnitatem, eam appellare primùm cœperunt. *i. lib. 6.*
Volaterranus *i* tamen probabiliorem huius vocabuli originem atque rationem *Com. Vrb.*
affert,

afferſt,Saracenos poſt acceptā ad Lirem illam inſignem à Ioanne X. Pontif. Max cladem hac vrbe ſe aliquandiu continuiſſe, proptereaq; Nuceriam Paganorum ab ea gente pagana cognominari cœptā. Liuius de Nucerinis ſæpe memorat· no

a.lib.22. minatim verò cum a eos, vnaq; Attellanos Calatiam migrare iuſſos ait, quoniam

b.lib.27. ita poſtulauerant: item cum b ad incolendam Attellam deductos ſcribit, quod ſua vrbe ſubuerſa petierant. Cicero legem agrariam diſſuadens Nucerini quoque agri præſtantiam commemorat. Supra Nuceriam montes ſunt, inter quos Intermontium caſtellum, ita dictum ab ſitu loci montibus vndiq; conſepti. Læua tū, propinqua in conualle ad collis latus haud procul oppidum Sanſeuerinum, vnde clariſsimæ nobiliſsimæq; familiæ Sanſeuerinatum origo, quæ tot illuſtres mi

c.lib.6. litiæ proceres ac duces edidit, vti tum Blondus, tum etiam Volaterranus c am

Com. Vrb. pliſsimè refert: quorum etiam poſterior initium gentis, inquit, à Gallis fuit, iam inde ſub Carolo primo· quo Beneuentum obſidente, iamq; cum exercitu terga dante, procerum vnus ex hoſte forte interempto ſublata ſanguinolenta interula pro vexillo, aciem firmauit, vnde poſtea rubræ lineæ ſigna poſteri aſſumpſerunt. Is itaq; vir fortiſsimus oppidi huius appellatus princeps, auctor gentis fuit. Et quidem inprimis ex ea clarus extitit Robertus, noſtræ memoriæ ſcriptoribus, Simonetæ, Sabellico, Corio, multisq; alijs admodum celebratus, armorū vſu virtuteq; per Italiam inclytus. Filios habuit Federicum Cardinalem, Ioannem Franciſcum Calatinum Comitem, Antonium Mariam, Gaſparum cognomento Fracaſſum, quod illi inſignis fortitudo in equeſtribus decurſionibus & lancearum ruptione pepererat, etymo ex vulgari lingua, Galeatium fortunæ alumnum, & Iulium Auinionis Archiepiſcopū. Oppidum Sanſeuerinum ad latus eſſe collis diximus, cuius radices vicis villisq; plurimis nitent, amœna fœcundaq; vallis fructus periucundos ac optimos generat, vinumq; item gratiſsimum vermiculum, Sanſeuerinate dictum, maximo in pretio Romæ· quod veteres, vt quidam exiſtimant, Himenæum appellarunt. In fine tum huius amœnæ vallis caſtellum Aquæ malorum eſt, ita dictum eruditis. Prope id amnis à fonte milliaribus aliquot decurſis terra ſe cōdens, ita per abditos meatus ſpatio paſs. C. emenſo, rurſus eadem qua deperijt copia claritateq; prorūpit: quod & ego oculis vidi, & Blondus Raſſanusq; perſcripſerūt. Oppidum hoc Iacobus ordinis prædicatorum monachus, latinè græceq; eruditiſsimus ortu illuſtrauit, qui temporibus Eugenij IIII. Pontif. in Concilio Florentino ſummæ doctrinæ fiducia cum Græcis dimicauit. Dextrà, in monte ſupra conuallem Caua eſt ciuitas, ſic à ſitu loci vocata, deſertaq; nunc pene, ꝗ incolæ pacis temporibus in agros eius amœniſsimos, arationis culturæq; commodioris gratia domicilium habitationeq; transferre ſoleant· in oppidū verò rebus turbulentis ſolū veluti in tutū cum re ac facultatibus cōcedere. Hoc tamen etiam Sanſeuerinates & aliorū hoc ſitu oppidorū incolæ propter cōmodiorem agricolationem factitant. Iuxta Cauam antiquiſsimum ampliſsimūq; & opulentiſsimum prædijs cœnobium eſt, Cauæ nominatum, de quo mentio reperitur in canonibus. Lintea Cauæ texta præcipuè commendari ſolent· & architectura Cauenſes mirificè pollere creduntur. Paternam inde originem aiunt illi artifici fuiſſe, qui caſtellum Oui apud Neapolim ædificauit. Rurſum vt è mediterraneo ad litus redeamus, Nuceria caſtellum Almarinum anteà dictum millibus octo abeſt: eo autem interuallo læuà mons amplus & præcelſus relinquitur, ad quem latere verſus Aquilonem Grinianum & Letteranū oppidula ſunt: in pla

nitie

nitie verò principium illius montis conſpicitur, quem Caſtello Almarino imminere diximus, & in occaſum vergentem, Mineruæ Promontorium efficere, de quo tractabitur inferiùs. Illa igitur diſtantia Caſtellum Almarinum ab Nuceria eſt. Decætero vel per montis latus quà difficilimum & aſperrimum eſt iter, vel per oram maritimam ad Mineruæ Promontorium verſus incedenti, Surrentum antiqua ciuitas occurrit, vti Plinius, Mela, Tacitus a, Silius b, Ptolemæusq́; a. lib. 4.
nominant, à Græcis inquit Higinus, condita. Monti inſidet quem memorauimus: nec eandem nunc habet amplitudinem quam olim, vti veterum ædificiorum circũiectis in locis veſtigia demonſtrant. Ager iucundiſsimus, ac item vberrimus eſt, vitibus, citris, alijsq́; nobilibus arboribus abundans. Plinius c vina c. lib. 14.
Surrẽtina celebrat in vineis tantùm naſcentia, cõualeſcentibus maximè probata cap. 6. &
propter tenuitatem atque ſalubritatem: ideoq́; Tiberium Cæſarem ait dicere ſo- lib. 20.
litum, conueniſſe medicos vt nobilitatem Surrentino darent, alioquin eſſe gene- cap. 1.
roſum acetum. Eadem vina memorat Strabo, ætate ſua Romam deportari ſolita ſcribens Falerna, Setina, Calenaq;, & cum ijs certantia Surrentina, quòd experientia vetuſtatem illa ferre comperta fuiſſent. Idem confirmat Higinus. Et Martialis ait: Surrentina bibis, nec myrrhina picta, nec aurum Sume, dabunt calices hæc tibi vina ſuos. Acetum etiam ex Surrentinis præſtantiſsimum fiebat. Calicum nobilitate Surrentum celebratum Plinius d auctor eſt· vnde Martialis: d. lib. 35.
Accipe non vili calices de puluere natos, Sed Surrentinæ læue toreuma rotæ. Præcipuum id vaſorum genus erat, vt Aretina quoque leuitate ſuperaret. De Surrento liber coloniarum ſic habet. Surrenti ager ex occupatione tenebatur à Græcis ob conſecrationem Neruæ: ſed & mons Sirenaicus limitibus pro parte Auguſtianis eſt aſsignatus· cæterùm inſoluto remanſit. Iter populo debetur. Vrbis huius nomen ortu nobilitauit Craſsitius ordinis libertini, cognomine Paſides, qui Romæ ludum Grammaticæ tenuit, & inter alios Iulium Antonium Antonij Triumuiri filium erudiuit, vt Suetonius auctor perhibet. A Surrento mille paſs. noui nominis vrbs eſt Maſſa, cuius ager vino maximè abundat, quod vulgo Maſsicanum vocant. Ego Surrentinum eſſe arbitror à Plinio deſcriptum: etenim Surrentinus hic ager, & Maſſa recenter ædificata· quodq́; me magis commouet, tenue eſt ac ſalubre. Sequitur Vicus exigua ciuitas· eaq́ue propter ſic dicta, quòd à primis auctoribus, qui varijs ex locis conuenerant, elegantis vici ſpecie condita fuerit. Quanquam autem vnà cum Maſſa non admodum hoc tempore frequentetur· ambo tamen ciuitates ſunt, & Epiſcopos habent Archiepiſcopo Surrentino contributos. Hinc tum ad Mineruæ promontorium adnauigatur, ita Melæ, Straboni, Plinio, Ptolemæoq́; nominatũ· quondam, vt Plinius inquit, Sirenum ſedes. Id in hanc ſententiam deſcribit Strabo. Pompeijs finitimum eſt Campaniæ Sirreum, vbi Athenæum ſeu Mineruium promõtorium incipit, quod quidam Prænuſſum vocant· in cuius extremitate Mineruæ ſacellum ab Vlyſſe dedicatum. Hinc ad Capreas inſulam exiguum maris ſpatium eſt: flectenti verò circum promontorium, inſulæ quædam occurrũt exiguæ, ſaxoſæ, deſertęq́;, quas Sirenas vocant. Latere Surrentum verſus, quædam ædes ſacra conſpicitur, vetuſtiſsimis donis accolarum loci religione ductorum exornata. Sinus Crateris quẽ vocant (is nunc ſinus Surrentinus eſt) hìc terminatur, inter promontoria duo ad meridiem verſus procurrentia, Miſenũ videlicet ac Athenæum. Hæc Strabo. Tractus autem vniuerſus quem ille flexus à Mineruæ promontorio verſus Orientem

adagri Salernitani fines vſq; continet, quondam antiquæ Campaniæ contributus,vt Strabo demonſtrat (oram Amalphicam ab Amalphi vrbe nunc vocāt) regio Picentinorum erat,quos ab vrbe Picentia gentis capite ſic appellatos prædiximus.Itaq; ad Silarum amnem vſq; Picentini tenebant auctore Strabone: Ptolemæus autem eos à Sarno agrum omnem inter Hirpinos & Silarum inhabitaſſe ſcribit,vti ſuprà retulimus.Amalphicam oram ſeu Coſtam vt vulgò vocant, priuſquam vltrà progrediamur,hîc dicemus. Spectat ad meridiem· amœna tota lætaq;,vt adeo vix cum alia quauis regione comparari rectè poſsit. In longum ferme P. M. XX. porrigitur· & altos aſperoſq; montes habet,præſertim qua parte mari imminet. Eorum aſcenſus tam difficilis eſt, vt vel aſpectu ſolo languorem incutiat.Atenim inter horridas eas rupes iucundiſsimæ valles panduntur, cum fontibus & aquarum ſcatebris,vnde riuuli amœniſsimi paſsim grato cum murmure profluunt: quare fit vt mirum in modum frequentes colonis excultæq; ſint· & adeo cunctis fructiferarum arborum generibus,veluti punicis, medicisque ac citris, itē olea, pyris, prunis, ceraſis, ac ſimilibus exornatæ confertæq; niteant. Par etiam hîc vitium elegantia· præterea cum oculos, tum odoratum topiaria ex myrto, lauro, buxo, gelſamino, hedera, roſmarino, roſaq; & eiuſmodi nobilibus arbuſculis & odorem ſuauiſsimum aſpirantibus, & conſpectu gratiſsimis equidem mirificè delectant. Cælum agri temperatum· mare propemodum vndiq; patet. Vniuerſo tractu vt diximus, colonorum hominumq; ſumma frequentia eſt, vt è mari proſpicientibus non prædia vicique diſtincti, ſed vna perpetuaq; vrbs per oram continentis extenta videatur. In monte iam tum Riuellum noua quidem ciuitas, ſed elegantia ſplendoreq; ædificiorum cum primis totius regni certans. Decætero in litore ſub montibus ciuitates ſunt duæ, cum ob ædificiorum magnificentiam,tum ob agrorum amœnitatem haud ſpernendæ· Maior Minorq; vocātur. Mox circa medium fermè huius oræ iuxta litus, Amalphis nobiliſsima lautiſsimaq; iacet vrbs,à qua circumiecti tractus appellatio fluxit. Olim quàm ſplendida potensq; fuerit, ex eius ædificijs ampliſsimis atq; ſumptuoſiſsimis, ac item nauium multitudine, quibus Amalphitanos latiſsimè negotiatos legimus,intelligitur. Quinetiam vt Raſſanus ſcribit, hoc etiamnum Amalphitanorū nominis memoriæ teſtantur Meſſanæ, Syracuſis, alijsq; Siciliæ multis in locis ſuperſtites,vbi illi negotiari frequentiſsimè ſolebant,& proprias ędes attributaq; ſibi certa tenebant loca quæ dicebantur Amalphitanorum· cuiuſmodi in hodiernum vſque diem inter alia textorum appellata. D. Andreæ quoq; fanum Panormi conditum ab Amalphitanis, & ad eorum cœtus ſacros ab antiſtite dedicatum nunc ſupereſt. Eoſdem magnetis vſum nauigantibus interdiu noctuq; familiarē adeoq; neceſſarium reperiſſe ferunt,inuentum me hercule pręſtantiſsimum cuiuſcunq; tandem auctoris fuerit. Vrbis huius prima mentio quæ ſcriptorum monumentis fit, in Imperatoris Lotharij tempora cadit, annumq; à C. N. M C X X V. quo Lotharium ab Innocentio II. Pontif. accerſitum auxilio contra Rugerium Siciliæ Comitem in Italiam veniſſe, Piſanos autem qui cum illo coniuncti erant,hîc egreſſos,Amalphim & Riuellum cæteraq; tractus eius oppida diripuiſſe Blondus [a] prodidit. Oſſa D. Andreæ maxima cum veneratione ſeruant Amalphitani auguſtiſsimo in fano, ad quod plurimorum graduum aſcenſus eſt,vbi ſacerdos ſacrorum penetralium cuſtodiæ præpoſitus voti cauſa peregrinantibus admirabilem liquorem (incolæ mannam vocant) elargitur, quem aiunt

a. lib. 15. hiſtoria.

tiunt ex illis Diuī reliquijs perpetuo exudare. Nunc quanq̄ non ijs quibus olim opibus abundent, latè tamen & amplè negotiantur in varijs orbis partibus: neque ſegniter vrbis ſuæ decus ſplendoremq; priſtinum tuentur. Ab Amalphi deinde ad orientem verſus, oram nauigio legenti promontorium exiguum, Caput Vrſi, occurrit, nautis ſæpe formidoloſum & horribile, quòd longè maiores hoc litore marini æſtus, quàm tota vſquam hac ora ſint. Salerno hàc Amalphim trãſmiſsio: at per continentem incedenti Vicus Veterum occurrit, ita doctis appellatus, vel Vetus vrbs: vbi plurimæ cum lautiſsimæ, tum amœniſsimæ villæ paſſim apparent. Sequitur antiqua ciuitas Salernum, à mari nunc mille paſsibus, ætate Strabonis minimum. Nomen ab amne Silere traxiſſe commutatã l, littera in a, Omnibonus Vicentinus hoc Lucani a in loco, ſcribit: Radensq; Salerni Culta Siler. Coloniam Romanorum eò deductam quo tempore Buxentum quoque, Liuius b auctor eſt. Picentinis etiam cum Annibale fœdus habentibus vrbem hanc Romani operibus præſidijsque muniuerunt, vt illos regione ſua depulſos in perpetuum excluderent. Mentionem præterea Salerni faciunt Plinius, Lucanus, Siliusq; c, ac Ptolemæus. Incrementa ſub Roberti Guiſcardi eiuſque fratrum ac liberorum imperio maxima cepit, quando plurimæ magnificæ domus ad collis radices cui ciuitas inſidet, iuxta litus ædificatæ ſunt inſtar honeſti ac elegantis vici, qui poſtea mœnibus veteri vrbi coniunctus vti nunc apparet. Templum etiam illud nobile D. Matthæo Apoſtolo ciues illis temporibus erexerunt, vbi corpus Diui conditum ſeruatur. Intra muros in collis latere quà meridiem proſpectat, ad mare cultiſsimi amœniſsimiq; ſunt horti, quod etiam Strabo teſtatur, aquulis paſsim gratiſsimo cum murmure labentibus irrigui. Malorum medicorum hîc omnia genera cernuntur, communium, ingentium, paruorum, dulcium, acrium, ſaporis medij: quorum arbores item perpetuò ac ſimul flores pomaque tam matura, quàm agreſtia ferunt. Nec minor eſt limonum abũdantia: varietas item maxima: magni craſsiq; tanquam citria, vulgares, orbiculati, faſtigiatiq; peponum inſtar, dulces, acidi, cum anima vel ſine, ſpongioſi vel denſi, præterea quidam in arboribus adhuc admodum exigui, quibus peculiare amplius in magnitudinem non augeri. Quid mala citria? quanta horum formæ varietas? rotunda, longa, faſtigiata, bifurca, trifurcaque ſunt: quædam ingenti magnitudine, cætera mediocri: multæ præterea diuerſæ ſpecies ab artifice natura progenitæ. Dependent etiam hîc ſuo anni tempore nobiliſsimis ex arboribus punica peringentia, quæ regionis incolæ vocant Aloſilia, ſapore dulcia, acria, media, cum perſicis procopijs tantæ plerumq; craſsitudinis, vt vulgares pepones æquent. Cætera fructuum genera, prunorum diuerſiſsimorum, poma, pyraq; ac ficus, aliaq; ſimilia conſultò præterimus. Vitium elegantia generoſo ſucco nobilium oratione vix exprimi queat. breuiter cum intra mures vrbis, tum circumiecto in agro tam amœna lætaq; loca vndiq; ſunt, vt inter præcipua celeberrimaq; totius Italiæ præferri iure debeant. Nec minor ingeniorum vbertas hac in vrbe ſemper fuit: ideoque præter alios Salerno ortos inclyti fuere memoria patrum noſtrorum Iacobus Solimenius excellens medicus cum Antonio filio: item Bartholomæus Saluanius Pandectarum medicinalium congeſtor, alijque ſummi viri permulti, quorum nos peculiarem cognitionem non habuimus. Gymnaſium quoque diſciplinarum omnium hîc eſt, in quo noſtra memoria plurimis annis docuit Auguſtinus Niphus celeberrimus Philoſophus.

a. lib. 2.
b. lib. 34.
c. lib. 8.

Vrbs Principatus titulum ſuſtinet· in quo nunc Ferrandus Sanſeuerinas humanitate prudentiaq́; vir excellens, & ingeniorum Mæcenas vnicus elucet. A Salerno deinde per amœnam planitiem millibus X. emẽſis Ebolum ſuccedit à Ptolemæo nominatum in Picentinis, haud procul amne Silaro, perhoneſtum & opulentum oppidum. Id quod vltra Silarum in Lucania ponit Raſſanus, erratum eſt· quippe non modo citra eum amnem à Ptolemæo depingitur, ſed etiam ita reuera eſt, vti nos vidimus. Tum à Salerno IIII. & XX. P. M. oſtia ſunt Sileris, ita Straboni, Catoni, Plinio, Melæq́; vocati, ac item Lucano a dicenti. Veſtinis impulſus aquis, radensq́; Salerni Culta Siler. Sed & Silarus dicitur, vti indicat Silius b, inquiens: Nunc Silarus quos nutrit aquis, quo gurgite tradunt Duritiem lapidum merſis inoleſcere ramis. Oritur ad Perſlagonem in Apennino, parte citeriori, propemodum exaduerſum Aufido, qui ex altera montis eiuſdem parte iactus, per Apuliam, vti in ea regione dicetur, tribus à Barulo millibus in mare ſuperum defluit. Silarus igitur ab Apennino verſus meridiem in Tyrrhenum decurrit, amnemq́; Nigrum defert, Campaniam à Lucania dirimens: cuius hanc naturam eſſe Strabo, Plinius & Silius perhibent, vt in eum immerſa folia virgultaq́; lapideſcant, nec tamen immutato colore vel forma: quanquam aliàs, vt adijcit Plinius, eius aquæ ſalubris potus ſit. Terminus eſt vt diximus Campaniæ Fœlicis ac Picentinorum: itaq́; lautiſsimam iuxta ac nobiliſsimam regionem Campaniæ nunc abſoluimus.

a. lib. 2.
b. lib. 8.

LVCANIA,

LVCANIA, REGIO ITALIAE SEXTA.

Picentinis deſcriptis Lucania cōſequitur vt ſupra mōnuimus, quæ ab Silaro flumine ſtatim incipit, vulgò nūc Baſilicata dicta. De Lucaniæ veteris appellationis origine varia prodiderūt ſcriptores. Sunt qui nominis etymon huiuſmodi adferāt, quòd regio lucenti cuidā ſtellæ directò ſubiaceret. Alij Lucium quēdam Samnitium ducem eius auctorem tradunt, qui primò lucum hoc ſitu incoluerit, quod Cato, Plinius, & Strabo confirmare videntur. Sanè Strabo Lucanos ab Samnitibus ortos omnino credi vult, qui Poſſidoniates, inquit, eorumq́; ſocios memorabili pugna ductore Lucio debellarūt: idemq́; vnà cum Plinio auctor eſt, hanc regionem Pelaſgos, Oenotrios, Italos, Morgetes, Siculos, Magnæ Græciæ populos, nouiſsimè Lucanos tenuiſſe: qui cū priùs ſtatu populari gubernarentur, poſtea bellis ingruentibus regem per magiſtratus eligere inſtituerunt. Quo tempore, quaque occaſione Baſilicatæ nomen enatum ſit, non reperimus. Dici poſſet ab aſperitate montium qui hîc ſunt, itemq́; ſinuoſis confragoſisq́; ac inſidis voraginibus hyberno tempore vijs, quæ propterea tanquam per ſe Baſiliſcus ſerpens execrandæ maximè videantur, captum. Montoſam autem & horridam eſſe Lucaniam totam, Liuius apertè teſtatur, vbi [a] amœno diuerticulo illam inſignem atque curioſam quæſtionem ſuſcitat, quinam euentus Romanis rebus ſi cum Alexandro Magno foret bellatum, futurus fuerit: ibidem enim hos altiſsimos præruptiſsimosq́ue Lucaniæ montes, rupesq́ue præcipites memorat. Noſtro ſeculo longè frequentiorem incolis arbitror, quàm illis temporibus fuit: quanquam multa ſit etiamnum in ea ſolitudo. Terminos Strabo conſtituit hoc modo: flumina Siler atque Laus, & quantum inter ea mare Tyrrhenum ac Siculum alluunt: item à Metaponto ad Thurios, & à Samnitibus ad Iſthmum vſque, qui à Thurijs in Cerillos pertinet haud procul à Lao. Sic Strabo. Ptolemæus longitudinem inter Silarum & Laum conſtituit: nec tanta Lucaniæ ſpatia tribuit vt Strabo, qui Petiliam, nec vt Liuius [b] qui Conſentiam Petiliæ vicinam in ea numerant: ſed Petiliam in Magna Græcia depingit, vti in tempore demonſtrabitur. Itaque nobis ille potiſsimum hîc ſequendus videtur: finesq́ue Lucanorum deſignabimus ab occidente Silarum amnem Campaniæ limitem, à meridie mare Tyrrhenum, ab Oriente flumen Laum & Brutios, Magnæq́ue Græciæ partem, à Septentrione Peucetios in Apulis cum Hirpinorum parte. Regionem fere montoſam eſſe vniuerſam ſuprà diximus: ideoq́ue propter vias difficiles & horridas nemorumq́ue ſaltus, latrocinijs habetur infeſta. Mentionem Lucaniæ veluti item Lucanorum Liuius perſæpe facit [c], paſsim Romanos plurima bella cum Samnitibus, Lucanis, Brutijs, ac Hetruſcis, perpetuoq́ue ſuperiori fortuna geſsiſſe narrans. Seruilium quoque Galbam à Lucanis captum opera mulieris cum qua conſuetudinem habere ſolebat, elapſum ſcripſit [d]. Sed & Tacitus [e] Lucaniæ non vno

a. lib. 9.
b. lib. 9.
c. lib. 11. 12. 13. 14.
d. lib. 72.
e. lib. 11. & 17.

a. lib. 8. in loco meminit, itemq́; Silius a bellum Punicum ſecundum deſcribens. Particularem eius enarrationem ita nos inſtituemus, vt primùm à Sileris oſtijs ad Laus vſque per litus procedamus, ac deinde rurſum à Silaro mediterranea quoque perſequamur. Primùm igitur ab Silari faucibus in ora locus inuenitur, vbi Iunonis Argiuæ templum vt Strabo refert, ab Iaſone conditum extitit. Plinius tamen id vltra Silarum in Picentibus, de quibus antea dictum eſt, collocare videtur: quæ varietas ita fortaſſe conciliari poterit, vt vicinum amnis oſtijs ad agri Picentini fines ædem fuiſſe, proptereaq́; Picentibus attributam à Plinio credamus· quanquam vltra Silarum intra Lucaniæ fines eſſet. Hinc tum L. ſtadijs ætate Strabonis Poſsidonia fuit, aliàs Pæſtum dicta· cuius mentionem Cato, Pli-
b. lib. 8. nius, Mela, Solinus, Silius b, alijq́; plurimi ſcriptores faciunt. Strabo conditam à Sybaritis in litore tradit, Solinus à Dorenſibus. Ego puto ſententiam vtriuſque locum habere poſſe· primoq́ue conditam à Dorenſibus· at à Sybaritis poſteà vel inſtauratam, vel auctam: quod ipſe quoque Strabo videtur innuere, cum à Sybaritis primos oppidi colonos eiectos, ipſosq́; viciſsim à Lucanis ait. Plinius initio Pæſtum vocatum, dein à Græcis Poſsidoniam auctor eſt. De Pæſto Liuius plurimis in locis memorat, præcipueq́; Alexandri Epirotarum regis iter
c. lib. 8. referens c: & alibi d Pæſtanos populo Rom. naues auxilio miſiſſe ſcribit: alijsq;
d. lib. 26. item nominibus hanc vrbem celebrat e. De qua Virgilius f etiam: Biferiq; ro-
e. lib. 27. ſaria Pæſti. Quod autem in eo Virgilij loco Seruius Pæſtum Calabriæ ciuitatẽ
f. lib. 4. Georg. eſſe ſcribit, vbi bis quotannis roſæ generantur· id ego non ſatis queo mirari, cum tam aperta Geographorum teſtimonia ſint eam non in Calabris, ſed in Lucania conſtituentiũ: Calabriam eñ hucuſq; nequaquã pertinuiſſe· verũ Samnitibus eſſe finitimam tradiderunt omnes. Nec quidem hac ratione Seruium tutari quiſq̃ poterit, tanq̃ ab eo Pæſtum in Brutijs ponatur, quos nunc appellant Calabros: etenim cum in Lucaniæ propemodum aditu fuerit, adeoq́; Picentinis potius quam Lucanis, vt ait Strabo, contribuenda videretur, nõ poteſt illa ſententia conuenire· cũ nec auctor vllus vel è veteri, vel è recenti memoria Calabriæ nomẽ huic plagæ tribuerit, Lucaniæ vel Baſilicatæ tantùm tribuerint omnes. Iam itaq́; & errorem Seruij vt maximè Iodocus Badius ſecutus ſit, Antonius Mancinellus animaduertens, Pæſtum non dicit Calabriæ, ſed Lucaniæ vrbem eſſe. Enimuero Badium eo facile patior excuſari, vtpote lapſum auctore Seruio propter huius ſitus & Italiæ
g. lib. de art. amãd. totius ignorationẽ. Pæſti etiã meminit Ouidius g inquiẽs: Caltaq́; Pæſtanas vincat odore roſas: Et Propertius: Vidi ego odorati victura roſaria Pęſti Sub matutino cocta iacere notho. Tãta nimirũ cœli eius eſt clemẽtia, quod & Mancinellus teſtatur, vt mirũ videri haud debeat, biferas ibi roſas arboresq́; cæteras ... Sinus maris hoc litore Pæſtanus olim eſt dictus ab ipſa vrbe, quæ mediũ tenebat: nunc Acropolitanus dicitur ab Acropoli oppido, quod infrà deſcribetur. Incipit ab ora Picentinorũ, ac inde flexu ſinuatur vſq; ad promontoriũ Poſsidoniatẽ, vt Strabo, Plinius, & Ptolemæus oſtendũt. Poſt exortum Poſsidoniæ nomẽ, cuius auctores
h. lib. 14. Græcos tradit Plinius, coloniam Romanorũ huc deductam ſcribit Liuius h: alibi
i. lib. 15. i quoq; refert, legatis Poſsidoniatum ab inſanis quibuſdam adoleſcẽtibus Romę pulſatis, auctores eius iniuriæ Poſsidoniatibus dedi Senatũ cenſuiſſe, quò facinus ex eorũ animo arbitrioq́; vindicaretur. Nũc extincta ꝓpe tota iacet· veſtigiaq́; tã-
K. lib. 9. tum partibus quibuſdã ſuperſunt antiquorũ ædificiorũ. Pæſtanũ fuiſſe Parmeni-
l. lib. 11. dem, qui Olympiade IIXC. vicit, Hallicarnaſſeus K ac Diodorus l Siculus ꝓhibẽt.

Decæ-

Decætero in litore poſt ſena millia oppidũ eſt Acropolis · à Sileris oſtio millibus XII. a quo ſinus hic Acrocopolitanus hodie nominatur, cũ Salernitano coniunctus. Deinde quarto lapide caſtellũ Abbatis eſt: hinc octauo Turris Marina Bruccana· quæ oppida noui nominis omnia ſunt. Exaduerſum his locis inſulæ iacent quę, Sirenes dictæ, paruo à continenti, vt etiã Strabo teſtatur, diuiſę freto· quas vnà cum cæteris quæ ad Italiã pertinent inſulis, deſcribemus. Contra eas in litore vbi Poſidoniam collocauimus, promontorium eſt, Caput Leucoſium vt nunc vocant, olim auctore Strabone, promontorium Poſidoniate. Leucoſium ab inſularum de quibus iam nunc mentionem fecimus, altera puto dictum, quam Leucoſiam ab vna Sirenum appellari tradunt, quæ ibi ſe in mare præcipitauit vt eſt in fabulis, & nos in tempore memorabimus. Vltra Caput Leucoſium alius eſt ſinus, cui Turris marina Bruccana paulo ante dicta imminet. Ad eum Strabo Hyelam extitiſſe, ſic olim à Phocæenſibus auctoribus ab Hyela fonte · ſuis verò temporibus Eliam vocatam ſcribit · addens Antiochum de vrbis huius primordio tradere, poſt Phocæam ab Harpago Cyri legato captam, Phocæenſes cum omni familia naues conſcendiſſe · primoque ad Cyronem & Maſsiliam tenuiſſe curſum Creonte duce, verùm inde reiectos hoc in loco Eliam condidiſſe · nonnullosque vrbis nomen ab Elete fluuio deſumptum exiſtimare. Confirmantur etiam hæc ab Herodoto [a] propemodum omnia· qui tamen adijcit, Pho- a. lib. 1.
cæenſes priùs in Corſicam profectos, & Alaliam ibi ædificaſſe, deinde Rhegium, poſtremùm huc delatos, in hanc ſententiam ſcribens. Phocæenſes qui Corſica progreſsi Rhegium confugerant, ciuitatem condiderunt in agro Oenotriæ, quæ nunc appellatur Hyela. Conueniunt his ea quæ Gellius de Veliæ principijs ex Higino refert. Cato Veliæ nomen probat, vti etiam Plinius & Mela. Notare porro operæpretium eſt, intereſſe plurimum an Vellia geminato ll. ſcribatur, an vero Velia ſimplici· quippe priori modo vello verbum, à quo vellus, eius nominis etymon dicemus· vnde Vellia quoque Romæ Palatini montis pars vocata, quòd ibi paſtores lanam vellere ſolerent, vti in tempore diximus: altero Veliam aut Elam ab ἕλος græca voce, quæ paludem ſignificat, appellatam exiſtimabimus, quod Halicarnaſſeus, cui Seruius [c] etiam & Gellius accedunt, innuere vi- b. lib. 1.
detur, Veliam à paluſtribus locis vocari ſcribens, nimirum ex vſu priſcæ Græco- c. lib. 6.
rum linguæ, quo nominibus à vocali incipientibus, V, præponebatur. Strabo le- Aeneid.
gibus ac moribus vrbem hanc optimè fundatam conſtitutamque fuiſſe cenſet, quòd contrà Lucanos ac Poſidoniates fortuna ſuperiori ſæpe dimicauerit · etſi tam hominum frequentia, quàm opibus & agro ab ijs vinceretur. Atenim, inquit, incolæ propter agri tenuitatem magnam rebus maritimis operam dare coguntur· piſciumque condiendorum artem, & id genus opificia plurimùm exercent. Liuius Veliæ memoriam non ſemel vſurpat · nominatim [d] cum D. Quin- d. lib. 26.
ctium Rom. à Rheginis, Velia Pæſtoque nauium certum numerum contraxiſſe ſcribit. Eiuſdem et Cicero [e] meminit, itemq; Virgilius [f] inquiens: portusq; require e. Philip. 5.
Velinos: vtitur autem multitudinis numero, quòd hoc litore plurimi ſint portus, f. lib. 6.
quanq̃ exigui. Seruius in hoc eiuſdẽ poëtæ verſu: Ni gens crudelis madida cũ veſte Aeneid.
grauatũ: vrbẽ hanc Æneæ temporibus Veliam nondũ appellatã notat· ſed poëtam g. lib. 6.
illud nomen ſuo iam ſeculo vigens κατὰ πρόληψιν vſurpare. Nunc vrbis etiam veſtigia perierunt, quæ Poſsidonia CC. vt auctor eſt Strabo ſtadijs aberat. Sunt qui ſitam fuiſſe putent, vbi nunc Turrem Marinam Bruccanã demonſtrauimus. Parmenidẽ

Zenonemq́; Pythagoræos originem ex Elia traxiſſe Strabo ſcribit. Agro Velino paruæ ſunt inſulæ oppoſitæ, quas vocant Oenotrias, Pontia prior, altera Iſacia de quibus in tempore dicetur. Succedit oppidum in litore nunc Piſciota, quod Bu-
a.lib. 8. xentum à Plinio, Mela, Silio *a*, Ptolemæoq́, deſcriptum ego eſſe puto, ſic, vt quidam voluerunt, à buxo, cuius hîc vbertas eſt mirifica, nominatum. Eò colonos Mirytum Siculum Meſſanæ principem miſiſſe, qui deinde maiori ex parte rurſus
b.lib.25. emigrarunt, auctor eſt Strabo. Liuius *b* Romanorum coloniam Treſuiros T. Sempronium Lōgum, M. Seruilium, Q. Minutium Thermum huc deduxiſſe ſcribit agrumq́; diuiſum, qui Campanorum fuerat: item *c* alibi Sp. Poſthumium Con-
c.lib.39. ſulem renuntiaſſe narrat, peragrantem ſe vtrunq; litus Italiæ, deſertas colonias Sipontum ſupero, Buxentū infero mari inueniſſe ſimulq́; hac de cauſa Treſuiros ad colonos eò ſcribendos ex Senatuſconſulto ab T. Menio Prætore vrbano creatos, L. Scribonium Libonem, M. Tutium, Cn. Bebium Pamphilum. Non deſunt qui Buxentum eo loco extitiſſe cenſeant, vbi nunc Beluederium. Deinde Caput Piſciotanum eſt, Pyxuntum promontorium Straboni dictum, cum portu flumineq́; nominis eiuſdem. Vlterius Caput Palinuri eſt, Promontorium Palinuri veteribus, vt
d.lib.6. Aeneid. ſcriptores tradunt, maximeq́; Mela, & Seruius in hoc Virgilij *d* loco: Nigens crudelis: à Palinuro claſsis Æneæ præfecto dictum, hîc ſepulto de quo multa Virgi-
e.lib.6. Aeneid. lius *e*, mortem eius & ſepulturam atq; laudes celebrans. Idem promontorium Palinurū quoq; Strabo, Plinius ac Ptolemæus appellant. Poſt id in monte mari imminenti ruinæ conſpiciuntur oppidi Molphæ à prædonibus ſubuerſi, quod Melphem antiquis vocatum puto, à quo præterfluens amnis Melphis, quem Plinius commemorat, appellatus. Nec deſunt etiam alij qui nobiſcum amnem hunc eſſe Melphem cenſeant, qui à Policaſtro duobus fermè P. M. abeſt alium autem illum eſſe Laum, vti nos diximus Lucaniæ terminum, quem nunc Coccum vocat, tricenis ab hoc P. M. vti Raſſanus ſcribit. Idem addit videri ſibi Strabonem huic ſententiæ aduerſari, cum poſt Pyxuntum ſtatim ſinum Talaum collocat, & amnē Talaum, & urbem Lucaniç poſtremam haud procul à mari, Sybaritarum coloniam, à Velia CCCC. ſtadijs quo loco nunc aliqui Policaſtrum nobilem vrbem ſitam exiſtimant: quod inquit, ſi veritate conſtaret, Melphis amnis haud eſſet iſte, quem citra Policaſtrum millibus duobus labi diximus, ſed Talaus à Strabone memoratus. Quin & hîc Lucaniæ terminus foret quandoquidem Plinius, Strabo, Ptolemæusq; Talaum ſeu Laum Lucaniam à Brutijs, aut vt nunc appellatur, Calabria, diuidere perhibent: nec Policaſtrum ea ratione Lucanis, ſed Brutijs aſcribui deberet, quia trans illum amnem ad orientem verſus eſt, D. propemodum à mari paſſ. In hanc ſententiam Raſſanus ſcribit: nobis tamen omnino tenendum videtur, Policaſtrum in Lucania ſeu Baſilicata, non Brutijs vel Calabria ſitum:
f.lib.6. quoniam vt Volaterranus *f* refert, circa medium Pæſtani ſinus ædificatum eſt, ob
Com. Vrb. Pæſti interitum: inſuper & Burdonius in Italia ſua Policaſtrū iuxta Palinuri promontorium collocat qua ratione non poteſt non in Lucanis poni, itemque citra Laum, qui ulteriùs aliquot milliaribus ad Brutios verſus eſt. Policaſtrum nobilis vrbs Ducatus titulum ſuſtinet. Poſt eam oſtia ſunt Cocci fluminis: Coccum nunc vocant accolæ veteres Talaum ſeu Laum dixerūt, Lucaniæ terminum cuius vniuerſæ vt Strabo teſtatur, ſecundum litus DC. ſtadiorum nauigatio eſt. Hactenus igitur ora maritima peragrata, quò commodiùs & ordine mediterranea quoq; dicantur, retro commeandum eſt ad initium Lucaniæ Silarum

MEDI-

MEDITERRANEA LVCANIAE.

PArte hac Lucaniæ inter oram litoralem ac montes qui Apulos ſpectant, Hirpinorumque partem, à Silaro ad orientem verſus incedendo ſylua perinfamis occurrit, Eboli dicta, propter Eboli oppidi vicinitatem, quod tamen vltra flumen eſt in Campania ſeu Picentinis. Dein itinere dextrà eius viæ quæ ducit ad Calabros, in collibus Sera caſtellum à Salerno milliaribus II. & XX. diſtans. Inde ſecundum Apenninum duo millia ad Piſtilionium: hinc ſena Caſtellucium: vtraque tribus millibus Cicinianum: ab hoc quaternis Petina abeſt: exinde totidem Auleta. Rurſum à Silaro eiuſdem viæ Calabricæ læua Pallum cernitur. inde duo millia Contutium: hinc quatuor Puccinum · vnde ſena numerantur ad Auletam. In montibus præterea ſunt inter Silarum & Auletam Conſentinum, & Caſtellum Sanctangeli ab Auleta P. M. VIII. diſtans. Ab eadem quoque Calianum quatuor abeſt: quæ oppida duo ſub ditione Comitis Congiani ſunt. Vltra Auletam tertio lapide Pola · poſt quam Diania vallis incipit. Inter Auletam eamque vallem ab Auleta duo millia paſſ. diſtantem viæ dextra ſpecus cernitur, natura ſub alto ſaxoſoque monte factus, altitudine ped. XXX. latitudine L. cuius medio ſaxum eſt, in eoque ara D. Michaëli Archangelo ſacra, vbi quandoque celebrari miſſa ſolet. Vndique circum illam aram aquæ clariſsimæ diſcurrunt inſtar lacus, quæ mirabilem ſonitum in ſaxa delabentes reddunt, priuſquam eum lacum efficiant, Egrediuntur per oſtium ſpeluncæ, maximoq; cum murmure quanquam paucæ confragoſo lapidibus alueo in profundam vallem præcipitant, vbi amnis initium faciunt Nigri. Mihi cum anno poſt C. N. M D X X V I. hæc loca peragrarem, aquarum ex eo ſpecu tanta frequentia prorumpentium originem atq; cauſam indagare libuit: quapropter ab accolis omnia curioſè perquirẽs, eas modico è ſtagno circa Vallis Dianiæ principium, quod paſſ. millib⁹ duobus hinc abeſt, occulto meatu dimanare in ſpecum didici. Quæ res ne fortaſſe cuiquam noua videatur, Strabonis a narrationem de ſimili aqua prope Metaurum referendam duximus. Spelunca inquit, iuxta Metaurum eſt, ampliſsimum intus habens cuniculum, per quem occultus amnis magno ſpatio dilabitur · poſtque in ſuperficiem erumpit, quemadmodum Horontes in Syria inter Apamiam & Antiochiam ſe occulens, quem Charybdim vocant, & poſt X L. ſtadia rurſum emicans. Ita Strabo. Flumen Niger hinc inter montes in Silarum defertur. Vbi paulum proceſſeris, in Vallem Dianiã introitus offertur, ab oppido Diano, quod iuxtà eſt, denominatam. Ea nauiculæ formam conuenientiſsimã habet, puppe proraq; diductiore, ventre vero capaci: panditur enim in longum XX. P. M. in latũ IIII. tam amoena frumẽtiq; ac fructuum omnis generis fertilis, vt inter vberrimos lætiſsimosq; regionis huius, & vniuerſi regni agros meritò numerari queat. Colles vndique fructiferos atque iucundiſsimos habet, ad quos vici caſtellaq; magno numero frequentiſsima conſpiciuntur, magis vnius ac perpetui pagi inſtar, quàm diſtinctarum habitationum. Ad dextram aditus ſtagnum illud apparet, ſeu palus vt accolæ vocant, vnde diximus aquas proficiſci, quæ per ſpecum erumpentes Nigro flumini principium dant. Eam paludem amnis Botta Picernina creat, ita cognominatus, quod propter Picernum oppidum fluat: inde namque altos inter montes, demum arctis faucibus in vallem Dianiam fertur · qua media decurſa ſtagnum hoc ad caput efficit, amplitudinis fere P. M. duorum. Id tamen & alij fontes augent, qui è circumiectis collibus orti, hîc tanquam in lacuna propter

a. lib. 6.

locum

locum depreſsiorem corriuantur. Exonerare ſe per abditum cuniculum in ſpelun cam prædiximus. Ingreſſu vallis dextra ſecũdum hos Apennini amœniſsimos col les, paſſ. millibus à Pola duobus Sãctarſenium inuenitur, vnà cum Pola Salernitani reguli patrimonium. Vlterius in collium flexu ad inferum mare verſus, eo ſinu quo modica quædam apparet conuallis, ciuitas eſt olim admodum frequens ac opulenta, tituloq́, Ducatus inſignis, cæterùm hac ætate propemodum deſerta propter alluuiones, Capacia, non procul à mari, veteriſq́; item Pæſti loco. Tum à Sanctarſenio mille paſſ. ad pedem collis Sanpetrium caſtellum Blaſij Marzecani eſt· inde M D, Sanrufum Ioannis Ludouici Peregrini Dianatis· hinc quaternis mill. in Apennini colle Dianum oppidum opulentum ac nobile, Ptolemæo memoratum· à quo vallem vniuerſam nomen habere diximus. Ditionis eſt Ioannis Iacobi Marzecani, quo nunc Biſinianus Princeps à Carolo V. Imper. Aug. præfecturam militum gerens legato vtitur. Duobus à Diano milliaribus caſtellum D. Iacobi eſt Leonetti Marzecani, nobilis ex Diano viri: hinc vno Satianum. Loca hæc quoniam Salernitani Principis imperio tenẽtur, ideo nomine Principatus compellari ſolent. Vlteriùs Bonhabitaculum eſt Marchionis Padulani caſtellum, in dextra vallis parte poſtremum· quapropter nunc eius læua quoque percurrenda erit. Priùs autem ſi à Pola in læuam vallis declines verſus Septentrionem directò contra Peucetios ad millia fermè decemocto inter mõtes Potentia reperitur, hac parte Lucaniæ finis, quam Ptolemæus nominat. Sed & Plinius a Potentinorum meminit. Tum in ipſam vallem Dianiam redeundo, læuà ſecundum colles, quatuor à Pola milliaribus Atenum apparet · cuius incolas Atenates eſſe Plinio nonnulli putant: inde totidem Sala caſtellum Salernitani Principis abeſt: hinc rurſus eodem ſpatio Padula nobile oppidum, memoria noſtra Marchionis eius Antonij Cardonæ militari gloria virtuteq; inclytum, qui anno poſt C. N. M D X I I I. Florentini exercitus præfectus exceſsit. Id nunc Maria Cardona Marchio, Auel[illegible]nique Comes, ornatiſsima mulier, & hiſtorijs humanitatiſq́ue diſciplinis erudita, tenet. Subter lautiſsimum eſt Carthuſianorum cœnobium in collis pede. Sequitur vlteriùs ſecundum radices ſpatio quatuor item milliariorum Monteſanum, vbi vallis aſtringi incipit, vſque ad finem decreſcens. Poſtremùm eodem interuallo Caſale Nouum eſt. Excultam eſſe vallem hanc totam, colleſq́ue fructiferos & vitibus vndique veſtitos prædiximus. In exitu fauces ſunt per quas Botta Picernina fluuius illabitur. Excipit eas Peregrinalis ſylua, denſitate arborum præſertim ilicum tantæ altitudinis, vt cœlum cacuminibus attingere videantur, perobſcura: qua dein iter P. M. octo peragitur & ob horridas rupes aſperum, & ab latronibus infeſtum. Præcelſi hìc difficileſq́; Lucaniæ montes incipiunt, antiquis nominatiſsimi. Per eos, perque nemorum ſaltus illa via milliariorum octo confecta, Lacus Niger occurrit oppidum, cuius ad dextram, itemq́ue Caſalis Noui paulò antè inter montes deſcripti Turturellæ: ac decætero ſed ad mare verſus Laurinum: poſtea Ioia Noiaq́ue ſunt. Ad Lacum Nigrum etiam itinere inter montes tendenti, quatuor à mari P. M. Cuccarum, dein Rofranum & Caſellæ apparent. Ad eiuſdem Lacus Nigri dextram inter iuga item Saponaria caſtellum eſt, vbi Grumentum fuit olim vt quidam autumant, à Ptolemæo deſcriptum· cuius incolæ Grumentini Plinio vocantur. Iuxta hæc deinde Mons Morus & Sanclericum. A Lacu Nigro tum ſi progredi vltrà velis, iterum per horridos atq; confragoſos montes via millium quatuor euadendum eſt ad Riuellum.

a. lib. 3. cap. 5.

Inde

[I]nde per montes aſperrimos,ac inter præcipites eorum rupes incedēti,quanquam eodem itinere culta quoq; nonnulla loca reperiātur, Luria occurrit. Cuius in dextra eſt Trechina·infraq; inter mōtes ad mare verſus vno ferè milliario Marathia. Luriæ læua in parte Lationicum,vel vt alij,inter vocant Latiouicus præcelſa iuga cum Claromontio cernitur. Dein à Luria per altos montes ad Caſtellutium octo millia. Sed et eoſdem inter montes Sylua Luſillina paſſ. millium trium inuenitur, paſcuis opportuna. Luſillo ab oppido millibus tribus abeſt. Sequitur Lainum oppidum cum ſuburbijs, quæ Sapris fluuius ab oppido diuidit, Lucanos etiam à Brutijs dirimens: ipſum quippe oppidum in Lucanis citrà eſt· ſuburbia in Calabris vltra ſunt. Oritur haud procul Vincinello oppido Lucaniæ·perq; montes aſperos ad meridiem verſus, Baſilicantā à Calabria diuidens, in mare Tyrrhenum profluit. Aquas habet perpetuò claras, adeo vt nullo vnquam caſu turbentur. Ego Lainum oppidum Laum puto, quod nominat Plinius, pariterq́; vicinum amnem eſſe Laum ab eodem memoratum· quanquam Sauus in mendoſis codicibus legatur· in hanc porro ſententiam vicinitas oppidi cum amne, nominumque veteris Lai, cum recenti Laino conuenientia me pertrahit. Hunc ipſum etiam Laum fluuium arbitror quem Ptolemęus nominat·& Talaum, itemq́; Laum quem Strabo· quippe quoniam hac regione nulli præter eum & Melphem antea deſcriptum, amnes inueniuntur. Credimus igitur hunc eum eſſe fluuium quem Ptolemæus & Strabo Lucaniam à Brutijs diuidere ſcribunt: etſi quondam ampliores Lucaniæ fines à Septentrione ad orientem verſus fuiſſe Strabo videatur aſſerere· nimirum à Metaponto vſque ad Thurios iuxta ſinum Tarentinum, quæ loca nunc etiam Baſilicatæ contribuuntur· item à Thurijs ad Cerillos Petilia comprehenſa, quæ ad Adriaticum mare poſt Siculi flexum fuit· quod litus nūc Brutiorum, olim Magnę Græciæ cenſebatur. Idem quoque Strabo Petiliam Lucanorum caput appellat· ſed Plinius ac Ptolemæus eam in Magnæ Græciæ mediterraneo collocant, vti in tempore demonſtrabimus. Enimuero & Liuius maiora ſpatia Lucanis tribuit Conſentiam includens, vti item Theopompus, auctore Plinio, qui Mardoniam iiſdem dedit, quàm Pandoſiam morte Alexandri Epirotæ inclytam Liuius, Strabo, Trogusq́; vocant: vt equidem tot ſcriptorum conſtans auctoritas olim multò latiores fuiſſe Lucanorum fines quàm ætate Ptolemæi, conuincat. Plinius varias inſuper enumerat gentes in hac regione, quæ prorſus interierunt.

CALA-

CALABRIA SEV BRVTII, REGIO ITALIAE SEPTIMA.

LVcanis abundè dictis, annectenda Calabria eſt, de cuius
appellationibus primùm diſſerere aggrediemur. Brutios
a. lib. 6. initio gentem hanc vocatam, poſteaq; Calabros ſciendum
eſt. Brutiorum nominis originem apertè Strabo a docet in
hanc ferè ſententiam. Brutios Lucani rebelles ac fugitiuos
appellant: quoniam cum illorum olim paſtores & ſerui eſ-
ſent, aufugêre, ſeſeq; pro liberis geſſere, quo tempore Dio
contra Dionyſium exercitu comparato paſsim omnia tur-
b. lib. 23. bauit. Hæc ille. Sed Iuſtinus b ex Trogo primordium nominis Brutiorum diuerſè
prodit his verbis. Lucani ijſdem legibus liberos ſuos quibus & Spartani inſtituere
ſoliti erant: quippe ab initio pubertatis in ſyluis inter paſtores habebantur, ſine
miniſterio ſeruili, ſine veſte quam induerent, vel cui incubarent, vt à primis annis
duritiæ parſimoniæq; ſine vllo vſu vrbis aſſueſcerent. Cibus his præda venatica,
potus mellis & lactis, & fontium liquor erat: ſic ad labores bellicos induraban-
tur. Horum igitur ex numero quinquageni primùm ex agris finitimorum præda-
ri ſoliti, confluente deinde multitudine ſolicitati præda cum plures facti eſſent, in-
feſtas regiones reddebant. Itaq; fatigatus quærelis ſociorum Dionyſius Siciliæ Ty-
rannus, ſexcentos Afros ad compeſcendos eos miſerat, quorum caſtellum prodi-
tum ſibi per Brutiam mulierem expugnarunt: ibiq; ciuitatem concurrentibus ad
opinionem nouæ vrbis paſtoribus, ſtatuerunt, Brutiosq; ſe ex nomine mulieris vo-
cauerunt. Primùm illis cum Lucanis originis ſuæ auctoribus bellum fuit: qui vi-
ctoria erecti cum pacem æquo iure feciſſent, cæteros finitimos armis ſubegerunt:
tantasq; breui opes conſecuti ſunt, vt pernitioſi etiam regibus haberentur. Deniq;
Alexander rex Epiri cum in auxilium Græcarum ciuitatum magno cum exercitu
in Italiam veniſſet, cum omnibus copijs ab his deletus eſt. Quare feritas eorum
ſucceſſu fœlicitatis incenſa diu terribilis finitimus fuit. Ad poſtremum implora-
tus Agathocles ſpe ampliandi regni à Sicilia in Italiam traiecit. Principio aduen-
tus opinione eius concuſsi, legatos ad eum ſocietatem amicitiamq; petentes miſe-
runt: quos Agathocles ad cœnam inuitatos, ne exercitum traijci viderent, in poſte-
rum ſtatuta ijs die, conſcenſis nauibus fruſtratus eſt. Ita Iuſtinus, euidenter vt appa-
ret à Strabone diuerſus, auctor luculentus: quanquam cum Strabone conueniant
etiam alij, cum illo nullus. Dici fortaſſe poſſet pro harum rerum conciliatione, li-
beros & paſtores Lucanorum Brutios ab initio dictos ab ea muliere Brutia, quam
Trogus memorat: poſtea verò & ab Lucanis eorum parentibus ac dominis, cum
illos bello peterent, deteſtatione tanti ſceleris Brutios cœpiſſe dici rebelles ac fu-
gitiuos ſeruos omnes: quemadmodum & aliàs accidiſſe compertum eſt, vt appel-
latio populi alicuius ab re quapiam aut facto peculiari nomen ac famam haben-
tis, etiam ad alios extendatur non tamen ex ea gente profectos, ſed qui pariter illa
re factoúe fuerint inſignes. Ita nunc latrones Itali ſua lingua generaliter vocant aſ-

ſaſsi-

ſaſsinos, quod primùm ſingulare gentis nomẽ fuit, latrocinijs & aggreſsionibus circa vias publicas infamis. Quod ſi cuiquam hæc ſententia non ad plenum ſatisfacere videbitur, quaſi Lucanorum lingua Brutiorum nomen perpetuo ſeruos fugitiuos ac rebelles ſignificauerit, is ita nos conſtituere ſciat, vt Trogo potius quã Straboni primas hac in re putemus deferendas. Vult enim Myrſilus in auctorum variationibus eius potiſsimum ſententiam probandam, quem veriſimile ſit exactiorem ampliorémq; rei controuerſæ notitiam, vel è ſcriptorum monumẽtis, vel relatione peritorum habuiſſe: quapropter cogitanti mihi Trogum Latini nominis eſſe ſcriptorem, profecto ſic cenſendum videtur, maiorem rerum Italicarum & annalium ſuæ terræ peritiam vti habuerit, ac diligentius etiam in antiquitate regionis huius inueſtiganda verſari potuerit, quàm Strabo, patria Græcus: quanquã & in Italia diu conſederit & in ijs Geographiæ libris cura diligentiáq; præter vllam dubitationem ſit vſus ſumma. Quinetiam hoc nomine Trogo amplius tribuo quòd cum de re controuerſa multis ac ſigillatim ſcripſerit, eo ſe vel ex priſcis annalibus hæc narrare, vel ex certa & conſtanti auditione ſignificet. Iudicium tamen horum penes legentes relinquemus. Non deſunt qui Brutios à Bruto Vmbro nomen adeptos arbitrentur, inter quos Annius commentario ad Catonem. Et Perottus a Brutios dictos ait, quòd Bruti feri, obſcœni, bilingues, mẽdacesq; ſint, *a. in Cornu copiæ.* modum equidem ſynonymorum egreſſus, cum ex ea gente multi quoq; laudatiſſimi viri perpetuaq; memoria digni, vt indicabimus, orti fuerint. Mihi de Brutiorum nomine Trogus adhuc præ cæteris omnibus probatur. Regio nunc vnà cum Magna Græcia quemadmodum oſtendemus, Calabriã vocatur, à flumine Lao per Tyrrheni maris litus ad fretum Siculum, inde flexu per oram vſque Roſetum, quod eſt in ſinu Tarentino, quicquid inter ea maria continetur amplectens. Origo appellationis Calabriæ vnde ſit, nondum inuenimus quanquã Magnæ Græciæ partem Salentinis adhærentem ad Ionium æquor circa Iapygium extremum Italiæ promõtorium Calabros olim tenuiſſe legatur (vti Cato ac Ptolemæus ſcribũt) priùs Auſones dictos, quemadmodum à nobis in loco docebitur. Sed & Plinius auctor eſt Calabriam Græcis Meſſapiam ab eorum duce vocatam: vnde patet Calabriam illi quoq; eſſe partem Italiæ circa Iapygium promontorium exiguam illam uti diximus. Igitur in re incerta quid ſi Brutiorum agrum cum Magna Græcia nomen Calabriæ nactum à copia rerum omnium ad vitam vtilium, quibus hæc abundant loca dicamus? tanquam ἀπὸ τοῦ καλὸς κ(αὶ) ϐρύω ἢ ϐρίζω Calabria dicta ſit, quaſi regio bonis omnibus affluẽs ſcatensúe: cui ſententiæ Raſſanus etiã accedit. Fert enim vbertate fœlicitatéque quadam mirabili quicquid non modo neceſſarium humanæ vitæ, ſed etiam ad delitias atque voluptatem excogitari poteſt. Enimuero cum nunc Magnæ Græciæ partem Calabriam vocari vnà cum Brutijs, dixerimus ideo quoque ſimul regionis vniuerſæ laudes eo nomine complexæ referemus. Tota fere montibus collibusq; fructiferis, & conuallibus amœnis conſtat. Triticum, hordeum, aliasq; frumenti genera, vinum item varium, oleum, ficus, aliosq; fructus nobiliſsimos, ſaccharum, mel, ceram, ſalem natiuum factitiumq;, ſed & aurũ, argentum, lanam, goſsipiũ, crocum, habet, aliaque ſimilia. Serico tam abundat, vt in hac vna regione non minor eius quantitas, ſi conferre velimus, quàm in omni Italia reliqua fiat. Hic lini cannabiſque ſumma copia quinetiam de cælo manna pluit, res profecto admirabilis. Iuxta litus vtriuſque maris, ac item intus in mediterraneo horti conſpiciuntur amœniſsimi, arboribus

Cc medicis,

medicis,citris, limonibusq́; variorum generum pleni. Flumina quoque paſsim opportuna· gratiſsimi colles Apennini· denſa præcelſis ilicibus nemora· valles fœcundiſsimę. Populis eſt regio cumprimis frequens·quanquàm maiori exparte moribus inculti agreſtem vitam ducant: color propemodum omnibus aqui lus. Ingenia tamen ſumma, plurimi item excellentium morum, virtutibusq́; præſtantes viri ex ijs extitere ſemper· vti in locorum deſcriptione ſigillatim memorabimus. Hæc de Calabriæ laudibus in vniuerſum. Olim Brutiorum fines inter Laum & fretum Siculum fuere, ſtadiorum, inquit Strabo, MCCCL: addit autem in hanc ſententiam. Antiochus eo in libro quem de Italia conſcripſit, regionem inter hos fines Italiam vocari ſolitam aſſerit· de qua tantum ſe ſcripturum ait, priſcis Oenotria dicta: cuius terminos aſsignat amnem Laum in maris Tyrrheni litore Brutiorum limitem, & Metapontum ad mare Siculum: at oram Tarentinam quæ Metaponto propinqua eſt, vti aliam extra fines Italiæ regionem ſeparatim perſequitur· eamq́; Iapygiam nominat. Antiquitus item Oenotros Italosq́; ſolos appellatos tradit, qui cherſoneſum incoluerunt ad fretum Siculum vergentem, ſtadiorum C L X. inter duos ſinus, Hipponiatem ſeu Napetinum, & Scyllaticum· ambitu autem circa litus duorum millium. Hucuſque dicit Italiæ nomen Oenotriæq́; pertinere, nimirum vſq; ad Metapontinos & Syritides· eamq́ue regionem etiam Chones gentē Oenotriam tenuiſſe non obſcuram, ideoq́ue Choniam vocatam. Hæc Strabo refert ex Antiocho: ſubijcit autem eum illa ſimplicius & iuxta priſca ſecula tradidiſſe, nulla Brutiorum à Lucanis facta diſtinctione: quapropter ipſe Brutios cherroneſum inhabitare ſcribit ſupra Lucanos, alteram quoque peninſulam habentem, cuius iſthmus inter Scyllaticum & Hipponiatem ſinum continetur. Itaque hæc olim regio Brutiorum fuit: nos tamen ſequemur Ptolemæum, & ex eius ſententia fines deſignabimus· nimirum ab amne Lao per oram ad fretum Siculum, & vlteriùs eo flexu litoris ad amnem Alicem vſq; proceſſuri Brutiorum ea parte terminum· vniuerſumq́; tractum inter illa flumina comprehendemus, etiã cum mediterraneis, quibus à Septentrione Magna Græcia cum amne Crathide & Apennini parte iungitur: vt ſic ab occaſu Laus itemq́ue Lucani, à meridie mare Tyrrhenum & fretum Siculum, ab oriente pars Adriatici maris, à Septentrione verò Magna Græcia cum amne Crathi con-
a. lib. 12. ſtituatur. Brutiorum mentionem Liuius plurimis in locis facit, nominatim, a bel
13. & 15. la Populi Rom. cum Samnitibus, Lucanis, Brutijs & Hetruſcis multa, quibus il
b. lib. 24. læ gentes deuictæ ſunt, enarrans: item b Brutios iuuētute ex ſe lecta exercitu quin
c. lib. 29. decim millium ad Crotonem profectos, vrbem cepiſſe pręter arcem· ad hęc c Scipionis in Brutios à Syracuſis aduentum, poſt eiecta Locris præſidia Pœnorum & pulſum Annibalem, commemorans· præterea verò & ſæpiſsimè gentem hanc compellans, vti longiſsimum relatu foret. Enimuero ſciendum eſt Magnæ Græciæ ciuitates illum frequenter in Brutijs abſque diſtinctione collocare, nimirum ob regionum earum inter ſe vicinitatem: quas tamen nos diuidere quàm exactiſsimè commodiſsimeq́; fieri poterit voluimus· vt vel hoc nomine legenti gratificaremur ſi ſatisfecerimus· vel ſaltem eius induſtria iudicioq́; adiuuaremur, ſi qd
d. lib. 11. minus erimus aſſecuti. Brutios etiam nominat Silius d, inquiens: Brutius ambiguus phalanx· itemq́; cæteri luculenti ſcriptores, quorum recenſionem omittimus, vt ad particularem locorum deſcriptionem ingrediamur, quam per oram Tyrrheni litoris, & item vlterius ad amnem Alicem vſque primùm, deinde per medi-

mediterranea dirigemus. E Lucanis igitur oſtio Lai ſuperato, prima Brutiorum vrbs in litore, Temeſa, vt Strabo tradit, ita Græcis dicta, pariterque Melæ, ac Ouidio qui [a] inquit: Thurinosque ſinus, Temeſenque & Iapygis arua: quam Tempſam quoque dictam ſuis temporibus, ab Ionibus conditam, & poſtea Ætolos Thoantis comites incoluiſſe, dein illos à Brutijs eiectos, Brutios poſtremùm à Pœnis & Romanis Strabo ſcribit· addens prope Temeſam ſacellum eſſe, conſeptum oleaſtris, Politi Vlyſsis comiti dicatum, qui fraude Barbarorum circumuentus ingentium bellorum cauſa fuit. Tempſam quoque Plinius & Ptolemæus appellant· itemque Liuius [b] in hæc verba ſcribens. Tempſa & Croto ciuium Romanorum coloniæ deductæ: Tempſanus ager de Brutijs captus erat: Brutij Græcos expulerant: Crotonem Græci habebant: Triumuiri C. Octauius, L. Æmilius Paulus, C. Lectorius Crotonem, Temſam L. Cornelius Aruina deduxerunt. Sed & alijs in locis vrbem cum agro nominat. Raſſanus à Crotoniatis exciſam dicit. Sunt qui ſitam fuiſſe putent vbi nunc Policaſtrum, veſtigijs quibuſdam antiquorum ædificiorum illic apparentibus vt ita cenſeant inducti, vel ſi non Temeſam, at aliā quamuis vrbem eo loco extitiſſe perſuaſum habentes. Ego ſuperiùs in Lucania Policaſtrum eſſe demonſtraui, non in Brutijs: vnde conſequitur ibi Temeſam collocari haudquaquam poſſe, cum Brutijs attribuatur. Sed & illa vetera prope Policaſtrum veſtigia quid fuerint, indicauimus. Vina Tempſæ genita Plinius nec gloria carere ſcribit. Aliam eiuſdem nominis vrbem in Cypro, Temeſam, & in vtriuſque agro fodinas auri fuiſſe reperitur. Succedit ab Tempſa, Terriana, Straboni Terina dicta, ſimiliterq; Melæ ac Plinio, condita quondam à Crotoniatis. Eam Ptolemæus omittere videtur, niſi cum his in locis exiguum Tauriani ſcopulum eſſe dicit, Terinum intelligat, quod ſic ab Terinæ vicinitatem dictum ſit. Vrbem hanc captam Annibal euertit, cum teneri poſſe diffideret. Aliqui ſitam fuiſſe putant vbi nunc Terra Noua. Hæ Strabonis ac aliorum veterum temporibus vrbes in Brutijs fuere· ſed quæ nunc extant, nimirum circa litus, ordo deinceps referri poſtulat. Ea ſunt oppida primùm Scalia: decem inde P. M. Cirilum à Silio memoratum: poſt quod torrentis cuiuſdam fauces: decem à Cirilo millibus Adamantium Biſimani Principis, cuius in agro ſaccharum abundè prouenit: octauo inde milliario principis eiuſdem Beluederium: vnde P. mille quingentis Bonifacium: hinc decem millibus Cetrarium Abbatiæ Montis Caſsini: poſt totidem millia, Ducis Caſtri Villaris qui Ioannis Baptiſtæ Spinelli, patritij Neapolitani demortui Ducis filius eſt, oppidum Paula· cuius ager vinum optimum generat, inprimis Romæ laudatum· quod forſan & à Plinio celebratur, cum genita Conſentiæ, Temſæ, Balbiæ Lucanaq; nec gloria carere dicit: inter quæ comprehenſum ab illo etiā puto Vulnetianum Sanlucidenſe, cæteraq; ſitus huius nobilia quemadmodū oſtēdemus. Oppidum hoc atq; adeo regionem vniuerſam D. Frācīſcus cognomento Paulanus plurimùm illuſtrauit, ordinis Minimorum fratrum auctor· qui poſt exactam aſperitate ſumma vitam, & ingentia ſanctitatis data documenta noſtris tēporibus in vlteriore Gallia Tourſij mortuus, inq; Diuos à Leone X. Pōtif. Max. relatus eſt anno poſt C. N. M D X I X. Poſt Paulam quarto lapide Caſtrum eſt illuſtris familiæ Carrafarum Neapolitanæ Sanlucidum, generoſo vino inclytum, quod exiſtimare nos à Plinio quoque celebrari ſuprà diximus. Pari hinc interuallo Fredus abeſt amnis cum eiuſdem nominis oppido· cuius ager hortis amœniſsimis, arboribusque medicis ac citris limonibusque & id genus alijs conſitis nitet. Oppidum

[a] lib. 15. Metam.

[b] lib. 34.

pidum hoc in ditione Summani Ducis olim fuit, ſed illo per defectionem Gallis adhærente, Ferrando Alarconi Hiſpano viro clariſsimo donatum ab Imperatore Carolo V. Aug. eſt: cui vita decedenti filia ſucceſsit Iſabella, coniux Petri Gonſaldi Mendozæ item Hiſpani, viri prudentiſsimi, qui diu propter ſummam virtutem Calabriæ Proregem egit. Millia hinc quatuor ad Belmontium Vincentij Tarſiæ Comitis oppidum. Id agrum habet elegantiſsimum, arboribus medicis, ac citris, limonibus, alijsq; nobilibus confertum, & tam accuratè cultum, vt vni paſsim ornatiſsimi videantur horti. Belmontio milliaribus quatuor abeſt munitiſsima ciuitas Manthia, cum inſigni arce. Manthianorum inclyta conſtantia fidesque in Arragoniam domum eſt: quoniam quo tempore Carolus VIII. itemque Ludouicus XII. Galliarum reges vniuerſum fere Neapolitanum regnum ceperunt, & Arragonij reges tres, Alfonſus alter, eiusque filius Ferrandinus, & poſtea Federicus quoque profugerant, quamdiu vel minima de reditu eorum ſpes fuit, nulla ſe adduci ratione paſsi ſunt, vt Arragonij nominis ſigna demolirentur, & in alienum imperium ac poteſtatem concederent. Atenim omnibus ijs extinctis in ditionem Ferdinandi Regis Arragoniorum tranſiere: per quem demum in Caroli V. Imp. Aug. ſunt tranſlati. Poſt Manthiam oppida ſunt, M D. à mari paſſ. Caſtilio: dein itinere per litus Sancteuphemia, quod propinquo mari cognomen dedit: ſinus enim hic Sancteuphemianus appellatur, inter Promontorium quod Caput Suberum vocant, & agri Tropiani fines. Ingens hic maris tractus eſt. Strabo ſinum Hipponiatem, ſimiliterque Ptolemæus nominat, ab Hippone ſcilicet, quondam Locrenſium vrbe, vti in tempore docebimus. Antiochus ſinum Napetinum, Plinius & Thucydides magnum ſinum Terinum vocarunt, ab oppido Terina, quemadmodum Hermolaus Barbarus in Plinianis caſtigationibus demonſtrat. Iiſdem ſcriptoribus etiam Vibonenſis Phocenſium dictus eſt, ab Hippone, quæ poſtea Vibo Valentia nominata eſt, & intus in mediterraneo ſita fuit, vti oſtendemus. Litore hoc ab oppido Paula vſque ad Sancteuphemiam probatiſsimum coralium inuenitur. Planities dein ad hunc ſinum peramœna ſternitur, tota culta conſitaq; fructiferis arborib⁹, inter Sãcteuphemiam, Nicaſtrum, Maidam, & Laconiam. Terreno itinere haud magnum à Sancteuphemiano ſinu ad Scyllaticum, de quo pòſt, interuallum eſt: ſed ambitu litoris huius peninſulæ CCLXXV. paſſ. M. contineri Strabo perhibet. A Sancteuphemia ſexto lapide Amati oſtium, alti latique fluminis: inde octauo peringentis item Angitolæ, quod ſic Antoninus appellat. Tractu hoc circa litoralem oram nunc vinum Treuium naſcitur, ab ipſo agro Treuio denominatum: olim ſaccharum magna copia prouueniebat, quapropter ab Alfonſo Arragonio Calabriæ Duce, poſteaque rege Neapolis, ædificia hîc maxima conſtructa fuere cum officinis vbi conficiebatur, quæ nunc vti ego teſtari verè poſſum, intereunt atque collabuntur omnia, nemine curam impendente. Tanta cœli clementia regio hæc fœlix beataque eſt, vt cum nos anno à C. N. MDXXVI. menſe Decembri eam forte obiremus, præter mirabilem abundantiam florum paſsim etiam tum apparentium, recentes pampinos in vitibus longitudinis circa vnius vlnæ oculis conſpexerimus. Ab Angitola flumine per myrtorum nemora, poſteaque per vineta multis etiam nobilium arborum generibus diſtincta, maximeque medicarum, citrorum, & limonum, quæ perbellis ordinibus ac elegantia ſumma diſpoſitæ ſunt, tribus millibus emẽſis, exiguum terræ brachium inuenitur in mare procurrens, cui modicum inſidet caſtellum Lopitium.

4. lib. 6.

pitium. Hoc litore quotannis menſe Maio thunni propemodum incredibili frequentia capiuntur, qui ſale conditi per vniuerſam Italiam exportari ſolent. Mihi accolæ confirmarunt vno die quingentos & millenos capi, quum vt vagentur tempus eſt: modum quoque piſcandi ita narrauere. Circa extremam oppidi partem Turris mari imminet, vbi cùm migrare piſcis ſolet, quidam vti de ſpecula tranquillum in æquor proſpicit, diligenterque motus aquæ notat, quos thunni gregatim incedentes efficiunt. Iis animaduerſis piſcatoribus dat ſignum cum inſtrumentis ad rem paratis ibidem obſeruantibus· qui mox ad commonſtratum locum nauiculis deuecti totam piſcium multitudinem retibus cingunt· concluſos paulatim ad litus attrahunt. Adijciebant etiam ne ferrea quidem retia piſci huic capiendo ſatis idonea fore propter maximas eius vires, ni roſtro eſſet tam molli ac infirmo, vt cum in maculas impegit, dolore peringenti afficiatur, ideoque retiorum deinceps contactum effugiens, in vada litoris ſe pertrahi capique ſinat. A Lopitio per oram ad exiguum oppidum Biuonam milliaria ſunt quatuor: quo ſpatio piſcatorum ſatis magna frequentia eſt, quanquam nulli ſint toto litore receſſus aut ſinus. Vndique per hanc oram maris pumices apparent, quos vi flammarum & ignis ex inſula Vulcania reiectos huc marini fluctus propellunt. In amœna circa litus planitie quam antea commemorauimus, vrbs Hippo quondam fuit, poſtea Vibo Valentia dicta, non procul eo loco vbi nunc Mons Leonus, vti in mediterraneis indicabimus: exiſtimoque Biuonæ nomen à Vibone profectum, vbi quondam Emporium Agathoclem Siciliæ Tyrannum vrbe ſubacta inſtituiſſe Strabo perhibet. Biuona circa finem Sanctęuphemiani ſinus iacet· poſt duodena verò millia cherſoneſus eſt, in qua Tropia pulcherrima ciuitas, & non ſolum rebus ad vitam neceſſarijs, verumetiam ad delitias opportunis affluens. Populi quoque frequentia, moribus, & agro iucundiſsimo, quo paſsim horti, medicis, citris, limonibus, alijsque ſimilibus arboribus pleni, conſpicua eſt. Hinc ad Pelorum Siciliæ promontorium P.M.XL. numerantur. In propinquo ætate Strabonis portus Herculis fuit, à Plinio quoque memoratus. Qui hinc in Siciliam traſmittunt, extremo in æquore curſum ad orientem flectere coguntur. Strabo ſcribit hoc ſitu Medamam Locrorum vrbem eſſe· nec procul fontem magnum eiuſdem nominis. Veſtigia ciuitatis adhuc in illo terræ brachio repeniuntur de quo diximus, haud procul à mari: accolæ ſubuerſum à paganis, ideoq; nunc promontorium hoc Baticanum caput appellari memorant, etymo ex vulgari lingua, quòd à canibus (ita paganos ac infideles vocitant) vrbs exciſa fuerit. Fons etiamnum apparet. Tropiam dictam aliqui putant à trophæis quondam hìc extantibus· & quòd vrbs antiquiſsima ſit: quæ ſententia poteſt quidem non aliqua ratione non niti. Sed ego tamen de trophæis nihil vſquam inuentum habeo · Medamam apud ſcriptores memorari ſcio. Poſt octo millia per litus in latere montis ciuitas occurrit Nicotera, quam Antoninus compellat. Mox oſtium eſt amnis, Medunam docti vocant, quæ paulum infra Roſarnum, flumen Metremum excipit. Contra peninſulam in qua Tropia, C C. à continenti ſtadijs inſulæ iacent Aeoliæ, ſic ab Aeolo nominatæ, numero ſeptem, æquè hinc & è Sicilia conſpicuę quemadmodum etiam perhibet Strabo· de quibus aliàs agendi locus erit. De cætero Ioia cernitur introrſum à litore nonnihil remota· cuius ager vitibus arboribusque nobilibus, medicis, limonibus, ac id genus alijs

abundat· nec minùs tritici, frumentique reliquorum generum eſt fertilis. Ab Nicotera P. M. octo diſtat. Mox in ora lati profundique fluminis oſtia ſuccedunt, quod Metaurum ego à Strabone Plinioque deſcriptum eſſe puto: nunc flumen Seminariæ vocatur. Portus hîc erat Metaurus ætate Strabonis, Zancleorum vt Solinus ſcribit. A Ioia millibus octo Palma vicus ſequitur; exin oppidum Baniaria: mox ſcopulus præcelſus Scyllæus vt Strabo vocat, exiguo terræ brachio tanquam peninſula continenti adhærens. Ptolemæo Scyllęum promontorium, nunc Garofilus dicitur. Ab Anaxilao Rheginorum Tyranno vt Thuſcis nauale conſtrueret, prædonibusque per fretum Siculum graſſandi facultatem adimeret, muris olim concluſus eſt. Eum locum ita munitum Plinius Scyllæum oppidum appellat: portum ibi Mela Scyllam, ætas noſtra vulgò Silium vocat. Sub hoc promontorio Scylla nominatiſsimus apud omnes ſcriptores locus eſt, à quo tum ipſe ſcopulus, tum propinqua nauium ſtatio nomen habet. Magna fuit in hoc poëtis fingendi materia· præterq; cæteros Virgilius a Helenum introducit eius formam Æneæ narrantem his verbis.

a. lib. 3. Aeneid.

Prima hominis facies, & pulchro pectore virgo
Pubetenus· poſtrema immani corpore priſtis,
Delphinûm caudas vtero commiſſà luporum.

Similiter Ouidius. Altera Scylla tuo monſtrum medicamine Cyrces,
Pube premit rapidos inguinibusq; canes.

Enimuero fictionis huius argumentum eſt, quòd Scylla ſaxum ſit in mari prominens, ſummitate procul intuentibus ſpeciem oſtendens humanam, infra vero ſcopulos plurimos inuicem diuiſos habẽs, ſub quibus cauernoſi receſſus, in quos irruentes illiſique fluctus vndarum, ingenti ſonitu canum latratum, eiulatumque luporum, & aliorum animaliũ voces edere ac imitari videntur; quapropter poëtæ commenti ſunt Scyllam à pube ſuccinctam canibus alijsque feris eſſe. [illegible] hîc promontorium Cenys, ita nominatum veteribus, nunc autem Silium, vti [illegible] mus, quod à Medama CCL. ſtadijs abeſt. Extremitas etiam hæc Italiæ pro[illegible] ad Siciliam accedens, & fretum anguſtiſsimum creans exaduerſum Peloro Siciliæ promontorio, quod vnum è tribus eſt eam inſulam triquetram efficientibus, vti in tempore dicetur. Et Pelorum quidem ad exortum ſolis æſtiuum ver[illegible] Cenys autem ad occaſum· alterum alteri oppoſitum interuallo ſtadiorum XII. [illegible] auctor eſt Plinius, vel XX. vt Thucydides b ſcripſit, quem nos hac in re magis p[illegible]bamus. Inter hæc quoque promontoria Charybdis nominatiſsima ſcriptoribus ad Siciliam eſt, nauigantibus admodum infeſta, quòd aut vi ventorum, aut æſtu marino fluctus propellente in ſcopulos, quum eodem illi impetu reciprocent, ita vorticoſis vndis abſorberi ac obrui nauigia ſoleant: qua de re copioſius in Sicilia dicendi locus erit. Flexu dein circum litus freti, quòd nunc Pharum Meſſanenſem appellat vulgus, Siciliam ab Italia diuidentem, Strabonis temporibus Rhegina columella occurrebat, centum à Rhegio ſtadijs: cuius quoque mentionem facit Plinius· quanquam colonia Regia corrupti eius codices habeant, vti & ab Hermolao pereruditè animaduerſum notatumque eſt. [illegible] dem quoque tum Antoninus, tum Mela meminit, qui Columnam Rhegiam appellant: de qua Strabo tradit, in more priſcorum fuiſſe, ditiones & imperia certis terminis diſtinguere, quemadmodum à Rheginis factitatum ſit, qui columellam,

b. lib. 6.

id eſt

id eſt exilem turrem in litore freti, Peloro Siciliæ promontorio aduerſam extruxerant. Dehinc à Silio P. M. VIII. ab Rhegio VII. turris cuiuſdam inueniuntur ruinæ, vbi nunc taberna diuerſoria peſsimè admodum inſtructa, Catonam vocant, è regione Meſſanæ. Frequens hinc in Siciliam & ad Meſſanam ex Italia anſmiſsio eſt, freto haud ampliore ſenis paſs. mill. in quo nunquam non maus numerus nauium hincinde commeantium cernitur, quas delphinorum gre humanis illecti vocibus comitantur, paſsim lætitiæ ſigno ſuper aquas exites. Septimo ab Catona lapide ciuitas eſt Rhegium, item ad fretum loco prominente ſita. Strabo Rhegium Iulium vocat, ſimiliterque Thucydides *a*, *a. lib. 6.*
Polybius, Plinius, Mela, Ptolemæus, Appianus *b* ac Philoſtratus. Conditam *b. lib. 4. 5.*
a ctor perhibet Strabo, cui Solinus etiam ſuffragatur, à Chalcidenſibus, qui cum ob ſterilitatem ex oraculo decumatim oblati *c* fuiſſent Apollini, Delphis poſtea *c. lib. 7. de*
coloniam eduxerunt, alijs quoque de patria ſecum aſſumptis. Sed Antiochus, *uit. Apoll.*
vt Strabo refert, à Zanclæis Chalcidenſes accerſitos tradidit, & huius coloniæ condendæ Principem Antimneſtum conſtituiſſe: quinetiam inter illos Meſſeniorum è Peloponneſo fuiſſe exules, de quibus adiecit, cum ciuili diſſenſione p domo eſſent ab ijs, qui propter conſtupratas per vim Lacedęmoniorum rgines ad Limnas ſacrorum faciendorum cauſa miſſas, & occiſos puellarum defenſores, pœnas ſufferre recuſabant, ad Maciſtum profectos, oraculum Apolis ac Dianæ cum quærimonia conſuluiſſe, perpetuáſne pro Deorum immorhonore tutato propugnatoq; commeruiſſent ærumnas, & quid ſe facere inceps oporteret? Apollinem verò reſpondiſſe, nullam illos adhuc cepiſſe calatatem, ſed diuinitus ſeruatos, ne ſimul cum patria delerentur, quam mox Spar i forent ſubacturi: proinde cum Chalcidenſibus vnà Rhegiũ migrarent, ſuæq; ori de ſalute haberẽt gratias: illos aũt oraculo paruiſſe, propterea q; Rhegino Principes vſq; ad Anaxilai tempora ſemper è Meſſeniorũ ſtirpe lectos. Hæc ochus: addiditq; quondam hunc tractũ vniuerſum tenuiſſe Siculos, itemq; Morgantios, qui ab Oenotrijs eiecti in Siciliam traiecerunt à qbus etiã Morgan omen ortũ quidam credidere. Strabo Rhegium dictum Aeſchylo teſte ſcribit co verbo ῥήγνυμι, ꝙ hîc violentia terræmotuum Siciliam ab Italia diuul: cuius rei auctores ſunt etiam Sextus Pompeius & Trogus *d* alijq; permulti. *d. lib. 4.*
eq; difficilem id cuiquam habere fidem videbitur, cũ ſimiles caſus plurimos & eueniſſe Strabo commemoret, itemq; Plinius. Cauſam quoq; Strabo refert ſmodi, ꝙ vti circa litus apertis ſpiraculis per quæ in terræ viſceribus ignis aba flagransq; materia commodè poteſt æſtus exhalare, ſolum rariſsimè conſſatur: ita vbi omnes in ſuperficie meatus obturati ſunt, ſpiritus incluſi violẽ terræmotus fiunt: & ea ventorũ luctatio ac vis, nõnunq̃ adeo terrę partes auelvt à reliquo cõtinenti haud paruo ſpatio ſeparentur: id verò ipſum accidiſſe Si dicit, quæ nunc exiguo freto ab Italia diuiditur, vbi in hiatum terræ, ſupe inferumq; mare coëunt. Adijcit etiam eodem modo Prochytam, Pithecuſas, Capreas, Leucoſiam, Sirenes, & Oenotrias ab Italia diſcretas, quarum cõmemoratio locum alium ſibi vendicabit. Sed & quaſdam inſulas ijſdem momẽ è mari exilijſſe ſcribit: quod etiam ætate contigiſſe ſua teſtis eſt Plinius *e*: *e. lib. 2.*
quamobrem, inquit, credi poteſt medio in æquore ſitas inſulas ex fundo emerſi e, reliquas autem quę promontorijs adiacent, à continenti quandoq; diuulſas.

In hanc ſententiam Strabo: non defuere tamen qui Siciliæ diuiſionis ab Italia rationem paulo diuerſiorem ſcriptis prodiderint, quòd cum hîc iſthmus olim vndique ſubterraneis ſcrobibus eſſet cauernoſus, in quas ingredientes vndæ paulatim latiores meatus efficiebant: ita terræ fundamẽtis tandem voraginibus eroſis atque labefactatis, ingẽti mox aquarum alluuione vel maris impetu ſoli quoque ſuperficiem abſumptam: ripiſq; paulatim collabentibus, cum terram fluctus aliò deferrent, creatum euripum ea qua nunc apparet vaſtitate: cui ſententiæ

a. lib. 4. Trogus a accedere videtur. Longiores hac in re fuimus curioſorum hominum gratia: ſed quæ dicenda adhuc ſuperſunt, in Siciliæ deſcriptione perſequemur. Verumenimuero cogitari poſſe ſitne ab ea diuulſione Rhegij deductum nomen, an verò ab vrbis celebritate? inquit Strabo, cum eam Samnites Latino ſermone Regiam appellauerint: priſciq; coloni communia cum Romanis adminiſtrandæ Reipub. inſtituta ſeruauerint, ac plurimùm latina lingua ſint vſi. Sed etymologia nominis deinceps omiſſa, potentiſsimam olim hanc atque munitiſsimam vrbem fuiſſe dicimus, vt Strabo tradit: etenim caſtellis & turribus vndique ſepta, validiſsimum contra Siculos propugnaculum erat. Colonias etiam ex ſe plurimas in alia municipia miſit. A Dionyſio poſtea captam & æquatam ſolo perhibent ſcriptores, cum illi puellam hinc nobilem in matrimonium roganti, lictoris filia fuiſſet oblata. Dionyſij filius dein vrbis partem inſtauratam, circa Pyrrhi ætatem Phœbiam appellauit. Sed & poſteriori ſeculo ingentem à D. Iubellio Campani exercitus Imperatore cladem accepit: qui cum vrbem nomini Romano ſubactam præſidio teneret, ingentes ciuium ſtrages fecit, vt

b. lib. 1. Thucydides, Polybius b, & Liuius c auctores ſunt. Terræmotibus etiam haud

c. lib. 12. diu ante bellum Marſicum concuſſam ac laceratam inuenitur: ideóque pene fuiſſe uerſam deſertamque Iulius Cæſar pulſo è Sicilia Pompeio refecit, & colonis plurimis, quos inter ſocios nauales habuerat inſtaurauit, vt ſcribit Strabo: vnde Rhegium Iulium dein appellatum eſt. Sed & nuper anno poſt C. N. MDXLIII. cum ab Caradino Turca Solimanicæ claſsis, quæ in auxilium Francisco primo Galliarum regi proficiſcebatur, Duce, ſit direpta, quoniam in Italiæ fronte fineque vti etiam in Apennini, eſt, nunc infrequens admodum & pe-

d. lib. 24. nè deſerta iacet. Rhegij mentionem Liuius cum alijs in locis facit, tum vbi d Hannonem Pœnum cum Brutijs coniunctum modis omnibus eius expugnationem tentauiſſe ſcribit, verùm re non ſuccedente Locros digreſſum illos ce-

e. lib. 12. piſſe: quam rem Diodorus e quoque commemorat. Vrbis huius & Silius me-

f. lib. 13. minit inquiens f: haud lætus Rhegina ad littora tendit. Multos illuſtres & præclaros homines tulit, interque cæteros Andredamum virum doctiſsimum, qui

g. lib. 2. Politic. Chalcedonenſibus in Thracia leges ſcripſit, vt auctor eſt Ariſtoteles g: item Pythagoram eximium ſtatuarium à Plinio h memoratum. Ager Rheginus olim

h. lib. 34. cap. 8. latiſsimè patebat: nimirum ad Alicem amnem vſque Locrenſium terminum, qui regionis etiam huius finis, & Magnæ Græciæ principium cenſetur. Vltra Rhegium L. ſtadijs promontorium eſt Caput armorum nunc dictum, vel Spartauentum, etymo ex vulgari lingua, quòd huc è Sicilia naui delatis, quoniam in mare ſuperũ venerunt, cõmutare vela neceſſe ſit, alioq; vento curſum inſtituere, ſi progredi velint: vti è ventorum tabula qua nautæ vtuntur manifeſtò deprehendi poteſt. Antiqui Promontoriũ Leucopetram à candore ſaxi nominarunt, vt Strabo,

…o, Ptolemæus, & Appianus a. Mentionem eius etiam Thucydides b facit, cum Demoſthenem & Eurymedonta exercitus Athenienſium Duces Thurino venientes, à Crotoniatis tranſitu prohibitos, ſecundum Hyliam amnem iter cepiſſe ad mare, nauibusq; conſcenſis ad Leucopetram agri Rhegini traieciſſe refert. Memoratur item à Cicerone c verbis huiuſmodi: Cum ex Sicilia ad Leucopetram, quod eſt promontorium agri Rhegini, veniſſem. A Rhegio huc ad orientem verſus nauigatio inſtituitur. Qui Leucopetram prætervecti ſunt, quoniam Herculeum, extremum vt ait Strabo promontorium deinceps in meridiem vergit, mox Africo ſe committunt ad Iapygium tendentes: poſt id ad Septentrionem flectentem, itemq; verſus occaſum in ſinum maris Ionij. Promontorium Herculeum non ita magni momenti eſt, quoniã in mare haud magno ſpatio incedit: quanquã autem ab alijs in Magna Græcia deſcribatur: nobis tamen Brutijs attribui debere viſum eſt, vti ſane oportet, cum olim in agro Rhegino cenſeretur, ad cuius fines (amnem ſcilicet Alicem, qui Rheginorum eſt terminus) Brutij quoq; pertinebant. Alex fluuius ab Apennino per vallem profundam huc in mare decurrit. Et hactenus de Brutiorum ora litorali dictum ſatis: conſequens igitur eſt vt mediterranea quoque perſequamur. Etſi verò plurimum in hoc difficultatis fore certi ſumus, Brutios à Magna Græcia rectè ſeparare, quòd vtriuſque regionis populi nunc vno communi nomine Calabri vocentur, & commiſceri fere ſoleant: nos tamen omni ſtudio diligentiaq; enitemur, vt quàm fieri poſsit exactè recteq; diſtinguantur.

a. lib. 5.
b. lib. 7.
c. lib. 1. Philip.

BRVTIORVM MEDITERRANEA.

QVanquam explicationem huius inſtituti noſtri perdifficilem fore ſcimus: quòd non ſolum Magnæ Græciæ loca cum agro Brutio confundantur, ſed etiam nullus à quo præſcripta finitaque fuerint inueniatur auctor: quodque tum Liuius, tum alij multi ſcriptores eoſdem populos interdum in Brutijs, nonnunquam in Magna Græcia collocent: nos tamen vti recepimus, in ſuas regiones vtranque gentem quàm verè fieri queat, diſtinguere conabimur. Ad Laum itaq; flumen Lucaniæ Brutiorumq; diſcrimen commeantes, à Laino oppido citra fluuium, quod Laum Plinio nominatum nos putare ſuprà diximus, per viæ dextram quæ Salerno Conſentiam ducit, hanc mediterraneorum enarrationem aggrediemur: vt quæ læua in parte ſunt ad Crathidem amnem vſque loca, Magnæ Græciæ nimirum contribuenda prætermittantur: at à Conſentia dein vtrumque latus viæ peragrabimus, ad Catonam vſq; freto imminentem, vti prædictum eſt. Poſt Lainum itaque ſtatim inter montes ſaxoſos difficileſque, collis exiguus orbiculari ſpecie cernitur, cui oppidum inſidet Rotunda, dictũ ni fallor inde, quòd ita ſit conſtructum, vt in formam rotundam ædificia coëant, inſtar caſtelli rotundi. Caſtellutio, quod eſt oppidum Lucaniæ, P. M. quatuor abeſt. Pari hinc ſpatio item inter montes Vallis D. Martini reperitur peramœna, fontibusque puriſsimarum aquarum ſcatens. De cætero in montium iugis ſylua quædam, & ad eius finem iucunda planities, Campus Temeſis dicta, ſed antiquis Temeſanus, ſi Ioanni Baptiſtæ Martorano Conſentino diligenti ſanè & curioſo vetuſtatis indagatori credimus. Longitudine multò amplius quàm in latum patet, vndique vallata montibus, aditum exitumque tantùm apertum inſtar aluei fluminis habens, vtrinque rupibus altiſsimis natura di-

ra diuulſis. Tota culta fructiferaq́; eſt. Hybernis menſibus haud abſque magno
diſcrimine tranſitur: contrarijs quippe ventis eo collium editiſsimorum ſepto
concluſis nullo niſi per introitum egreſſumq́; ſicut oſtendemus, exitu patente,
niues tam ſolo iacentes, quàm decidentes ita contingit agitari turbinibus, vt qui
iter illac agunt, obruantur, protinusq́; ſuffocentur: quamobrem gnari locorum
hyeme non ſolent hàc proficiſci, niſi tempore cæloq́; liquido ac puro. Qua de cau
ſa planities hæc Campus Temeſis appellata ſit, adhuc non inueni: forſan autem
non male credi poſſet id nominis ab vrbe ortum Temeſa, mari vicina quondam
vt indicauimus· cuius ager hæc quantumuis introrſum inter montes, nec circa la-
tus ſint, etiam amplecti potuit. In exitu Campi fauces præruptiſsimis vtrinq; ru-
pibus, vt valuarum poſtes opere in ſaxum inciſæ videantur· quæ tamen partim na
tura, partim arte factæ ſunt. Exhinc peranguſta confragoſaq́; ac præcipiti via, Sca
lam Morani vocant, inter editiſsimas rupes deſcenditur· cuius ad initium, dextra,
fons apparet aquulam emittens q́ Cochilis amnis Straboni Sylaris dicti, vt oſten
detur, principium efficit· & per horridas iſtas rupes præcipitans ad pedem Scalæ
delabitur, vbi Moranum eſt oppidulum, à quo viæ cognomentum: dehinc autem
inter montes altiſsimos in planitiem ſubiectam deſcendit, moxq́; torrentibus &
varijs aquarum vndiq́; accedentium riuulis adaucta, tandem in ſinum Tarentu-
num ſe condit, vti in Magna Græcia dicetur. Ad pedem igitur iſtius aſperrimæ
viæ Moranum eſt, à Rotunda millibus XII. item inter montes ſitum, agro vndiq;
peramœno cultiſsimoq́;. Quarto inde lapide, via quoque per montes Caſtrum
Villare ſuccedit, editiſsimo impoſitum iugo· quòd etſi Raſſanus in Magna Græ-
cia collocet, nos tamen Brutijs cenſemus dandum, quò inſtitutum per viam Cō-
ſentinam ordinem plenè teneamus. Ducem huius oppidi Ioannem Baptiſtam Spi
nellum Comitem Cariatinum, quia vir prudentiæ ſingularis, & ſummarum re-
rum conſultiſsimus erat, Imperator Carolus V. Aug. creauit. Parte tum qua Cam
pus Temeſis, à Caſtro Villari millia XII. inter montes Murus Magnus eſt: inde
quatuor eodem illo tractu montano Papaſiderū: dein reditu ad ipſam viam quæ
Conſentiam ducit, ad dextram in Apennino Saracina· quod oppidum ad Sept
trionem verſus à Morano P. M. abeſt quatuor, in ditione Biſiniani Principis.
de quatuor item millium interuallo, & eiuſdem viæ dextra præcelſo in vertice
eſt Altomontium, vitibus & fructiferis arboribus vndiq; ſeptum, vnde ſalis fo-
dinæ mille paſsibus abſunt. Eæ profecto mihi videntur iuxta miraculum eſt,
quòd in intima montis viſcera ſpecus excauati longitudine quidam paſs. D. qui-
dam mille ſint, aut amplius, vnde ſalem effodiunt. Nec procul hinc alij mon-
tes apparent editiſsimi, nunquam fere niuibus carentes, vbi chryſtallus magna
copia reperitur: etenim cum ea iuga intentiſsimis frigoribus perpetuò rigeant,
aquæ vi ſolis de niue ſtillantes, cum ſunt congelatæ, poſtea diuturnitate temporis
in ſaxum durantur. Deſcenſu hinc læua viæ quam ſequi inſtituimus, illa in con-
ualle, propemodū è regione Altomontij, manna colligitur, q́ noctu rorat, præci-
pueq́; cū imbres diurnos liquidum purumq́; cælū noctis excipit. Legitur è fron-
dibus & arborum quarundam truncis, vti in Magna Græcia cōmemorabimus.
Dein ad viæ dextrā amnis eſt ex Apennino prope Maluetū ortus, in Cochilē deſi-
nens· Eſarū appellat Martoranus: mihi tn̄ in mentem venire haud quaquā poteſt
fluuium hunc eum eſſe quē Eſarū in Magna Græcia poſt Crotonē, cum portu no-
minat Strabo· quippe nō ſolum magno ſpatio Crotone, diſtat, ſed etiam in Syla-

rem

rem vel Cochilem non in mare deuoluitur, ideoq; nec portum vllum efficit. Fieri tamen poteſt vt Eſarus hac ætate dicatur, quanq̃ non ille ſit, quẽ eo nomine Strabo memorat. Amne tranſito deinceps in Apennino Maluetum: inde quarto lapide Sanctagata: demum eodem itinere per montes, octauo, Sangenitum, oppida ſequuntur. lacus item in iugis aquæ nigerrimæ, plenus anguium. Inſuper à Sangenito millia quatuor ad inferum mare verſus, montano quoq; ſitu Bonifacium oppidum: inde rurſum millibus tribus reditu ad viam à qua diſceſsimus, ciuitas eſt D. Marci, ad imperiũ ac ditionem Biſiniani Principis ſpectans· cuius ager vua, cæterisq́; fructibus optimis abũdat. Hinc tũ retro cõmeandũ propiusq́, accedendum ad viam eſt· eteñ ab Altomontio P. M. X. modico in colle Rugianũ eſt, agro non infœcundo Biſiniani quoq; Principis oppidum· vtraq; Cuciaris fluuius ex Apennino in Crathidem decurrens. A Rugiano millia quatuor in mõtibus Turranum oppidum omnibus rebus ad vitam neceſſarijs affluentiſsimum: poſt quod amnis quidam è iugis exit in Crathidem deſinens. Decętero via per montes qui in Septentrionem vergunt, oppidum inuenitur Regina, Septentriones ſpectãs, agro per amœno & rerum omnium fertili, præſertim verò olei, cuius hic maxima copia generatur. In ditione quoque Biſiniani Principis vnà cum Turrano eſt. Succedit amnis Finitus, quem etiam Crathis excipit. Itinere dein à Regina trium millium in monte ciuitas inuenitur Mons altus· cuius imperium nothus quidam filius Ferrandi primi Arragonij, Regis Neapolitani cum titulo Ducatus tenuit, in eoq́; ſucceſſores habuit liberos. Agrum colit vna cum finitimis vini fructuumq́; reliquorum fertilem, moris item arboribus abundantem, quarum fronde vermiculi qui ſericum faciunt, enutriuntur. Incolæ regionis plerumq́; fortunis inopes, moribus agreſtes ſunt: ſpeluncis ferme rudi admodum opere in montes ex cauatis habitant, abſq; caminis, itemq́; cloacis ad alui ſordes exonerandas: nec eiuſmodi ſeceſsibus in vicis oppidisq́; ſolum, ſed etiam in præcipuis vrbibus vulgo carent, vti ego viſum oculis & compertum habeo. Maximarum tamen ciuitatum hac in re quædã eſt vrbanitas, vt vaſis fictilibus quos Cantharos appellant, onus ventris excipiatur: quanquam ea rurſum alia ciuilitate non ſoleant euacuari niſi plena, medijsq́; in vijs publicis, vt intollerabili prope faſtidio putor ſit eorum odorum inſolentibus· quod vti exploratum ego affirmare queo. Quinetiam aliud his partibus nouum magis, & vt arbitror incredibile relatu vidi, oſtiorum ſeras & claues in illis antris vti plerumq́ue ſunt vicorum & oppidorum habitationes, è ligno fabricari: quod mehercule fateor nec meipſum priùs credidiſſe, quàm conſpexerim, quoniam in Calabria ferri eſſe fodinas cognoueram. Duæ verò cogitanti mihi rationes huius rei potiſsimum occurrunt· vnà quòd hæ partes minimè frequententur aduenis, præterquam negotiatoribus, ijsq́; paucis, qui ad vinum, ſericum, mannam, cæterosq́; fructus hic naſcentes exportandos commeare iſthuc ſolent: quapropter cum nec incolis inter ſe poſsit vlla metus eſſe occaſio, notis omnibus· neque timendum quicquam reſtet à negotiatoribus, non ſolum quoniam illorum inſtitutum exigat animos gentium obſequio potius demereri, ſed etiam propter legum pœnas, in ligneis ſeris ad domorum tutelam prę ſidij ſatis eſſe videtur. Alteram puto cauſam, ſummam hominum egeſtatem, paganorum maximè· quorum inopia cum ferri ſumptum non fert, tum clauſtra fortiora non requirit. Et perexiles equidem prædas facturus hic eſſet miles ob inopiam & tenuitatem incolarum ſingularem, quãdo in aliquibus domibus

mibus vltra vini ſeriolam, lectulum ex ſtramento, menſam nudam, pauca quædam vaſa fictilia, fructuumq́; pro diurno victu modicum, omnia cætera deſiderare plerumq́; liceat. Quod autem caminis in domibus haud vtantur, id vt ego cenſeo, propter frigoris hac regione, quemadmodum & in Sicilia mediocritatem fit. Enimuero cum ignis neceſſaria de cauſa ſuccenditur, fumus vniuerſam domum occupans, ingentem moleſtiam exhibet inaſſuetis· & aut per feneſtras aut per oſtium egreditur. Aliquibus tamen in locis paulo maius eſt lautitiæ ſtudium· & vel in coquinis quandoque, vel in conclauibus ſpiracula fumi conſpiciuntur. Cùm ægrotantibus igne opus eſt, carbones in vaſis æreis accenduntur· ita neceſsitati fit ſatis. Sed hæc quodam diuerticulo hactenus. A Montealto ad Conſentiam incedenti amnes occurrũt duo, Septimus & Surdus, qui è memoratis antea montibus orientes, in Crathidem influunt. Secundum radices mõtis in dextra viæ, quaternis ab illa P. M. Apennini iugo Renda vicus inſidet Conſentini Diœceſis· cuius quondam Dominus & Comes Antoniottus Adornus Genuatium Dux annis ſuperioribus è viuis exemptus, & poſt eum Iſabella filia ex Anna Coniuge nata, quæ Ioannis Franciſci Pici Mirandulani filia fuit: qua quoq; fato perempta, Carolus V. Imper. Aug. locum Ferrando Alarconi Hiſpano, Duci præſtantiſsimo cum Marchionis titulo donauit. Illi filia ſucceſsit Iſabella, Petri Gonſaldi Mendozæ Hiſpani, item ſtrenui viri coniux. Eodem itinere ſecundum Apenninum quinq; P. M. à Montealto ſupra Conſentiam Pandoſiæ veſtigia cernuntur antiquæ vrbis in monte· iuxta cuius radices amnis Sauutus oritur, quem Martoranus Acheronta nominatiſsimũ veteribus exiſtimat, alij verò Cerſinum fluuium. Eſt hæc illa Pandoſia prope quam Alexander Epirota fatali c[illegible]
a. lib. 8. miſerrimè perijt, vti à Liuio *a* perſcriptum eſt, his verbis. Proditum eodem anno Alexandrum Epiri regem ab exule Lucano interfectum ſortes Dodonæi Iouis euentu affirmaſſe. Accito ab Tarentinis in Italiam data dictio erat, caueret Acheruſiam aquam, Pandoſiamq́; vrbem· ibi fatis eius terminum dari: eoq́; ocius trãſmittit in Italiã, vt quàm maximè procul abeſſet vrbe Pandoſia in Epiro, & Acheronte amne quem ex Moloſside defluentem in ſtagna inferna accipit Theſprotius ſinus: cæterùm vt ferme fugiendo in media fata ruitur, cum ſæpe Brutias Lucanasq́; legiones fudiſſet. Heracleam Tarentinorum coloniam, Conſentiam ex Lucanis, Sipontumq́; Brutiorum Coloniam, ac Erniam, alias inde Meſſàpios & Lucanorum cepiſſet vrbes, & trecentas familias illuſtres in Epirum, quas obſidum numero haberet, miſiſſet· haud procul Pandoſia vrbe imminente Lucanis ac Brutijs finibus, tres tumulos aliquãtum inter ſe diſtantes inſedit, ex quibus excurſiones in omnem partem agri hoſtilis faceret: & CC. ferme Lucanorum exules circa ſe pro fidis habebat, vt pleraq́; eius generis ingenia ſunt cum fortuna mutabilem gerentes fidem. Imbres continui campis omnibus inundantes cum intercluſiſſent trifariam exercitum à mutuo inter ſe auxilio, duo præſidia quæ ſine rege erant, improuiſo hoſtium aduentu opprimũtur, deletisq́; ijs ad ipſius obſidionem conuerſi omnes: inde ab Lucanis exulibus ad ſuos nuntij miſsi ſunt· pactoq; reditu promiſſum eſt regem aut viuum aut mortuum in poteſtatem daturos: Cæterùm cum delectis ipſe ægregium facinus auſus per medios erũpit hoſtes, & Ducem Lucanorum cominus congreſſum obtruncat: contrahensq́; ſuos ex fuga palatos, peruenit ad amnem ruinis recentibus pontis quem vis aquæ abſtulerat, indicantem iter· quem cum incerto vado tranſiret agmen, feſſus metu ac labore miles,

miles, increpans nomen abnominandum fluminis, iure Acheros vocaris inquit. Quod vbi ad aures accidit regis, adiecit extemplo animum fatis ſuis, ſubſtititque dubius an tranſiret. Tum Sotinius miniſter ex Regijs pueris, quid in tanto diſcrimine periculi cunctaretur interrogans, indicat Lucanos inſidijs quærere locum: quod vbi reſpexit rex procul grege facto venientes, ſtringit gladium, & per medium amnem tranſmittit equum: iamq; in vadum egreſſum eminus veruto Lucanus exultans figit: lapſum inde cum inhærente telo corpus exanime detulit amnis in hoſtium præſidia. Ibi fœda laceratio corporis facta: namq; præciſo medio partem Conſentiam miſêre, pars ipſis retenta ad ludibrium: quæ cum iaculis ſaxisq; procul inceſſeretur, precanti mulieri data. Is finis lacerationi fuit: ſepultumq; Conſentiæ quod membrorum reliquum fuit, cura mulieris vnius: oſſaque Metapontum ad hoſtes remiſſa, inde in Epirum deuecta ad Cleopatram vxorem ſororemque Olympiadem: quarum mater Magni Alexandri altera, ſoror altera fuit. Ita Liuius, quanquam narratione longiori vtatur, vti etiam Trogus a. Et Strabo verba quoque refert oraculi: Pandoſia perdes populum quandoq; triuertex: addens deceptum reſponſo Alexandrum, quòd eo cladem hoſtium denuntiari crediderat: quodq; cũ Pandoſiã & Acherontem cauere iuſſus fuiſſet, eas appellationes non alibi quàm in agro Theſprotio eſſe putauerat. Huiuſmodi nimirum ambiguis dictionibus homines ab Satana miſerrimè decipi ac eludi videmus. Pandoſia munitiſsimo loco ſita erat, vbi tres exigui colles Acheronte fluuio cincti. Id quoque Liuius indicat, multis inſuper alijs in locis Pandoſiæ mentionem faciens: nominatim verò cum b Pandoſianos & Conſentinos in poteſtatem Populi Rom. vltrò conceſsiſſe narrat, quum potitos illos Petilia cognouiſſent. Oenotriorum quoque regum ſedem Pandoſiam, & Brutiorum caput, item agrum eius eorundẽ fuiſſe limitem, apud antiquos ſcriptores inuenitur: Lucani enim ad Acherontem amnem vſque pertinebant, qui ex montis radicibus in quo Pandoſia, naſcitur: & per vallem profundam inter montes altiſsimos, interq; Martoranum & Altiliam fluit, demumq; in ſinum Sanct euphemianum inter Sanct euphemiam & Aielum euoluitur. Ab eo fluuio accolæ dicti Acherontini, quos Plinius c cõpellat. Procopius d oppidum hoc ſitu Acherontida nominat. A Pandoſiæ veſtigijs mille paſſ. Caſtellum Francũ abeſt, in ditione Biſiniani Principis. Tum reditu ad viam Cõſentinã, quæ memorata ſæpe eſt hactenus, non procul à Conſentia Buſentus amnis inuenitur, ita quoque priſcis dictus, fonte in montibus Conſentinis meridionali plaga naſcens. Vrbem ipſam ab occaſu alluit, diuiſiſque ab ciuitate ſuburbijs, parte ad Septentrionem, prope muros Crathidi illabens nomen amittit. Priuſquam Buſentum tranſeamus, ſimulq; de Conſentia dicere aggrediamur, admonendi legentes ſunt viſi, via quam ſæpe iam memorauimus, ubi ad radices montium eſt per uentum vltra Cochilem amnem, ſtatim amœnam conuallem vſque ad Conſentiã ſterni, quę inter Apennini montes & Crathidem fluuium patẽs, ab Auſtro ſeu dextra, montes in quibus ea iam priùs dicta oppida vrbesq; ſunt, ab læua vel Septentrione flumen Crathidem habet. Vallis eſt hæc amœna, plurimum longitudine patẽs, in latum haud valde: per tranſuerſum fluminibus partitur quinq;, multisq; torrentibus, quos ex Apennino in Crathidem ferri dictum eſt. In exitu ſuburbia Cõſentina ſunt ipſa ab ciuitate Buſento flumine diuiſa, per quod in vrbem tranſitus ex ſuburbijs ponte coniungitur. Eo ſuperato mox ædificia plurima conſpiciuntur, vici inſtar. Buſenti mentionẽ faciũt, Paulus Diaconus e, Blondus f, itemq; Sabel-

a. lib. 12.
b. lib. 29.
c. lib. 3. cap. 5.
d. lib. 3.
e. lib. 13. hiſtoria.
f. lib. 1. hiſtoria.

a.lib.9.7. Ennead. Sabellicus *a* in hiſtoria funeris Alarici Viſigothorum regis, qui poſt expugnatam direptamque Romam, anno ab ea condita MCLXIIII. à C.N. CCCCXIIII. Conſentiamq́, item captam, hîc interijt: ac ne flagitia crudelitasq́; barbarica vllo vnquam tempore vindicari in cadauer poſſent, à ſuis in arcam ornamentis inſignijsque regijs exornatam incluſus, medio Buſenti fluminis alueo, nimirum aquis dû humaretur, aliò auerſis poſteaq́; reductis, eſt depoſitus: interemptis etiam re perfecta omnibus qui p̄ſentes operam præſtiterant, quò poſt eorum digreſſum loci teſtis ſupereſſet nemo. Atenim animaduertere eſt operæpretium, in hac narratione quoſdam Baſentium hunc nominare amnem, ignoratione forſan duos atq; diuerſos eſſe, Buſentum his partibus, & Baſentium Magnæ Græciæ, quem ſinus excipit Tarentinus, cum Buſentus in Crathidem ſe condat, vti eſt à nobis antea commonſtratum. Aut ſanè librariorum errore ac incuria contigiſſe dicendum, vt facili mutatione literarum pro Buſento Baſentium exarauerint: etenim Alaricum in alueo Buſenti funeratum, cum exceſsiſſet Conſentiæ, quæ à Baſentio longiſsimè diſtat, prorſus omni ſcrupulo caret. Buſento tranſito ſtatim in vrbem Conſentiam ingreſſus eſt, quam ita Strabo, Appianus, Liuius, Mela, Plinius, Ptolemæus, Antoninus, cęteriq́; ſcriptores appellant. Caput ac metropolis eſt Brutiorum vt teſtatur Strabo, pene circa decliuitatem Apennini ſita, colles ſeptem amplectens, quibus maxima pars ædificiorum vrbis impoſita: quamobrem & collibus ſeptenis pro inſigni vtitur. Arcem habet in iugo montis auſtrali regione munitiſsimam, quæ Septentrionem ſpectat, vniuerſæ ciuitati locisq́; finitimis imminens. Vrbs est cum primis hac ætate nobilis, opulentaq́; ac honeſta: quanquam ampliorem potentioremq́; ac ornatiorem longè fuiſſe quondam haud addubitê. Regionis ſanè principatum adhuc tenet: ſummoq; templo eius dignitas Archiepiſcopalis eſt attributa, quam annis ſuperioribus Ioannes Rufus Theodolus Foroliuienſis & ſapiens, & literatus vir habuit, à quo baſilica hîc ſumptuoſiſsima facta. Pinguē eſt agrum ac fertilem tritici, hordei, reliquarumque frugum, vini item optimi varijque, quod Plinius *b* inter nobilia circum æquor Auſonium naſcentia celebrat. Oleum etiam hîc abundantia ſumma, reliquique fructus, vti ficus, medica, citria, limonia, vulgariaque mala, cæteraque id genus proueniunt. Moris item arboribus ad vermium nutricationem qui ſericum faciunt, copioſus ager eſt. Vrbem vno latere Crathis, altero Buſentus amnis includit: vnde mira loco accedit iucunditas. Non ſolum ômnibus ad vſum neceſsitatemq́; mortalium, ſed etiam ad delitias & voluptatem opportunis rebus affluit. Memoriam eius cum alijs in locis plurimis vſurpat Liuius, tum vbi *c* Lucanis eam nominatim attribuit, ac viciſsim vbi *d* Brutijs, illos Brutiorum populos enumerans, qui ſe primùm Annibali dediderant, & pôſt ad Populi Rom. ſocietatem ac amicitiam rediere cum Thurijs: addens etiam paulo pôſt de pace Conſentinorum & aliarum vrbium cum C. Seruilio Conſule, qui in Brutijs erat, facta. Quin & alibi *e* poſt ſubactam à Romanis Petiliam ſponte in eorundem ditionem poteſtatemq́; Conſentiam, Pandoſiam, ac alia Brutiorum oppida conceſsiſſe ſcribit: vt nunc in Brutijs, nunc in Lucanis Conſentiam ab illo poni manifeſtum ſit: quod vti ego cenſeo, propter regionum earum inter ſe vicinitatem fit: aut certè primùm ad Lucanos, dein ad Brutios vrbem hanc pertinuiſſe dicemus. Alijs item plurimis in locis de Conſentia memorat Liuius: ſed nos hîc breuitatis cauſa ſubſiſtendum ſumus arbitrati. Ingentem vt Blondus *f* auctor eſt calamitatem à Saracenis ex Africa Ioannis

b.lib.14. cap.6.

c.lib.8.

d.lib.5.

e.lib.29.

f.lib.13. hiſtoria.

XIII.

XIII. Pontif. Max. & Othonis Imper. Aug. temporibus cepit· quum trucida-
tis oppidanis omnibus vrbs etiam direpta cremataq́; eſt. Nec à quo poſtea ſit
inſtaurata reperimus. Ingenia ſumma quæ non ſolum patriæ, ſed omni Italiæ de-
cori ornamentoq́; fuere multa tulit· in primis Petrum Paulum Parrhaſium vtri-
uſque iuris cōſultiſsimum, qui Patauij Bononiæq́; diu publico ſalario leges pro-
feſſus eſt, & ob ſingularem eruditionem Auditor Apoſtolicę Cameræ Pauli III.
Pontif. poſteaq́; Cardinalis creatus, tandem anno à C. N. MDXLV. Romæ fa-
to deceſsit· item Ioannem Paulum Parrhaſium, Latinis Græcisq́; literis eruditiſ-
ſimum, Ioannem Craſſum oratorem eximium, Antonium Teleſium, Antonium
& Nicolaum Giardinos omnes tres græcè latineq́; doctiſsimos· præterea Ioan-
nem Baptiſtam Martoranum, hominem ingenij rari, qui carminis vernaculi dul-
cedine ſummum eruditionis acumen orbi teſtatum reliquit. Multum huic viro
nos debere perlibenter equidem fatemur, ob ſingularem eius humanitatem·
quodq́; cum anno à C. N. MDXXVI. regionem hanc obiremus, in locorum ve-
rum cognitione plurimùm eius induſtria ſimus adiuti. Innumeros præterea vi-
ros eximios vrbs hæc genuit, quos omnes recenſere nimis longum hercule foret.
Ab Cōſentia tum in exortum verſus ea via quę ad iſthmum ducit, qui inter Hip-
poniatem & Scyllacæum ſinum efficitur, incedenti, læua Crathis amnis ita Stra-
boni cæterisq́; veteribus appellatus inter montes profluens cōſpicitur. Aelianus *a* *a. de uar. hiſtoria.*
a paſtore quodam ſic dicto nomen accepiſſe ſcribit, qui cum amore capræ depe-
rijret, eodem cum illa monumento conditus ſit. Herodotus *b* aliter Crathidem di- *b. lib. 1.*
ctum tradit ad memoriam alterius in Peloponneſo fluminis ita vocati. Fontem
habet exiguum ſenis à Conſentia P. M. orientali latere· perq́; montes altiſsimos
ad vrbem accedit, quam paulum ab oriente contingit· hinc ad Septentrionem fle-
ctens Buſentum excipit, qui ex meridionali regione delapſus, propter eandem vr-
bem ab occaſu fluit, nimirum inter vallem & planitiem, vti iam ſuprà comme-
ratum eſt: eo non mediocriter auctus, alijs quoq; dein amnibus ac torrentibus
creſcit, qui ex Apennino paſsim accedunt· vti in partitione viæ qua Conſentiam
è Lucanis itur, præmonuimus: demum partim inter rupes altiſsimas & Magnæ
Græciæ colles, vallemq́; Conſentiæ memoratam, partimq́; inter montes vti in
Magna Græcia demonſtrabitur, fluens, amplitudine maxima vt qua terribilis
aſpectu, ſed longè magis tranſitu ſit, in ſinum Tarentinum ſe exonerat. Aquarum
eius natura eſt capillum efficere flauū· vti econtra nigrū reddit Buſentus, quod
etiam affirmat Strabo. Mihi præterea regionis incolæ confirmarunt, eandem ho-
rum amnium vim in ſerico deprehendi· nam eius fila ſi Crathidis aqua redordi-
antur, album, ſi Buſenti, fuſcum accipere colorem. Hinc igitur & illud eſt Oui-
dij *c* de Crathide Sybariq́;: Crathis & hinc Sybaris noſtris conterminus oris Ele- *c. lib. Metamorph.*
ctro ſimiles faciunt auroq́; capillos. Idem alibi *d* quoque Crathin nominat, in-
quiens: Eſt ꝓpe piſcoſos lapidoſi Crathidis amnes Paruus ager. Crathidis aqua *d. lib 3. Faſt.*
multis etiam malis auxiliatur, quod nec à Strabone eſt prætermiſſum. Reditu de-
in ad viam, qua vt prædiximus, ad iſthmum Conſentia itur, ante omnia Conſen-
tinum agrum illi circumiectum ediſſeremus, quo vici caſtellaq́; tot ſunt vrbis
huius dioeceſi attributa, quot in vllius vniuerſæ Italiæ ciuitatis agro eſſe haud
quaquam putem: nec enim habitationes diuiſæ vel caſtella pagiq́; diſtincti vi-
dentur, ſed vnius ac perpetuæ ciuitatis habent inſtar. Mihi Martoranus retulit
amplius centenos eſſe vicos in vicenas iuriſdictiones, vulgus Prætorias vocat, di-

uiſos, quæ tamen omnes ad Conſentinam diœceſin pertineant. Eas quò lecto-ri curioſo ſatisfiat, breuiſsimè commemorare in animum induximus, cum nu-mero vicorum qui ſingulis attributi prætorijs ſunt. Primùm igitur ab vrbe via quam diximus incedenti, ad dextram prima mox occurrit iuriſdictio Donico-rum, cui tres pagi ſubſunt: decætero Aprilianum decem vicis præfectum: inde F-lenum quatuor, Mangonum duobus, Roblanum quinque, Teſſanum duobus, Dipinianum ſenis, Paternum quinis, Naletum duobus, Grimaldum tribus. Inter hos pagos Roblanum maximè frequens eſt, nec ciuilitate carens, omnibus etiam rebus ad vſum neceſsitatemq; mortalium abundans, cuiuſmodi tamen eti-am ſunt vici cæteri. In tribus qui Grimaldo ſubſunt, Altilia populo rebusq; ad vitam hominum vtilibus antecellit: quanquam & iiſdem partibus alij coniun-cti paulo ſint inferiores. Viæ læua primò Gauranum eſt tribus vicis præpoſitum: inde Coraum duobus, Zompanum tribus, Robertum totidem, itemq; Celicum, Spetianum maius vni, Spetianum minus vndecim, Pedagium quatuor, Petra fi-cta totidem, Sicilianum octo. Tanta vicorum multitudo circum hos colles in amœniſsimo cultiſsimoq; agro ac fructiferis arboribus & vitibus hortorum per-petuorum inſtar vndique conferto, non poteſt equidem abſq; ſumma delecta-tione voluptateq; ſpectari quanquam agreſtes ferme ac rudes moribus colo-ſint, præter paucos vrbanitate ciuilitateq; excultos. Vlterius itinere per montes (vniuerſa quippe regio montoſa eſt inter Adriaticum & Tyrrhenum mare, vel vt apertiùs dicamus, ipſe hac Apenninus dextra viæ qua pergimus, tendit, cuius eti-am hìc ſuperanda iuga vti oſtendetur) ad viæ dextram P. M. ab Conſentia XV. in Apennino vetus ciuitas eſt Marturanum: vnde ſena millia inter montes L-ceriam: dein Aielum oppidum à Marturano P. M. octo diſtans. Poſt hæc A-uam, item inter montes, tribus à Marturano millibus Clocentum Marturano ſubiectum, cum Motta Porciana haud procul. Demum inter Altiliam & Mar-turanum Sauutus fluit amnis vt diximus, per montana in ſinum Sancteuphemianum deſcendens. A Motta XII. lapide Ferulentum ſequitur caſtellum etiam in mon-tibus: ac dein pulchra in conualle, Taberna, nobile ac frequens oppidum, lite-ratis hominibus præcipueq; iuris vtriuſque conſultis, item græcè latineq; doctis abundans: vnde multum hercule decoris atque ornamenti Calabrorum nomi-ni accedit. Itinere hinc ad Catanzarum viæ medio fluuius inuenitur Alis, è mon-tibus in Adriaticum infra Caſtella decurrens. Eo tranſito ad oppidum orna-tiſſimum deuenitur Catanzarum, octo P. M. à Taberna, & ab Scyllatio quod in Magna Græcia eſt XII. Iſthmus hìc ille fit inter Sancteuphemianum & Scyla-cæum ſinum, de quo non ſemel antè mentio facta: vbi maximæ totius Italiæ ſunt anguſtiæ, quemadmodum & à Plinio traditum, & nos oculis vidimus: nec enim inter vtrumq; ſinum maius hic interuallum continentis quindecim, aut ad ſum-mum viginti milliariorum eſt, vti mihi locorum gnari & incolæ confirmarunt. In huius iſthmi editiſsimo faſtigio (nam Apenninus hac vaſta latitudine proten-ditur) amœniſsima prata ſunt, & agri culti cum ſylua craſsiſsimarum ac præcel-ſarum ilicum: nosq; hinc vtrunq; mare conſpeximus, Tyrrhenum & Adriati-cum, dextrà vnum, aliud à læua, tanquam haud magnis ſeiuncta ſpatijs. Dextrà tum deſcenſu ad Sancteuphemiæ ſinum verſus fons occurrit amni cuidam initiū faciēs, qui primùm ex altiſsimis iugorum rupibus delapſus, paulatim alijs aqu-lis vndique contractis ita creſcit, vt in eum ſinum fluminis honeſti magnitudine

perue-

peruenıat. Dein inſtituto itinere ad dextram præcipiti hoc deſcenſu pergendo, ferme ad montis pedem iuxta ſinum quem prædiximus, amœniſsima reperitur via, ſeptis vtrinque myrti, buxi, lauri, ſimiliumq; virentium arbuſcularum veſtita· qua cum ego menſe Decembri commearem, in hortis equidem cultiſsimis verſari, non in locis ſylueſtribus mihi videbar. Circa finem eius, & ad montis altiſsimi radices paſsim vineta ſunt lætiſsima, hortiq; perornati medicis arboribus ac citris, limonibusq;, ac id genus alijs, terreni paradiſi ſpecie nitentes. Incipit hic illa pulchra planities, quam in deſcriptione litoralis oræ inter Nicaſtrum, Maidam, Laconiam, & Vibonem Valentiam ſterni diximus, vti mox demonſtrabitur. Inſigni nunc illa via per amœniſsimos hortos vinetaq; confecta, paruo abhinc interuallo Nicaſtrum eſt ciuitas, à Catanzaro IIXX. P. M. à maritribus, ſplendidè ſatis ædificata, ſed agro pereleganti exactiſsimeq; culto, ac medicis arboribus, citris, limonibusq, mirabili ordine diſpoſitis pleno. Decætero per amœna hæc loca millibus duobus incedenti, nobiliſsimo paſsim agro circa Sanceuphemiæ ſinum patente, Sanblaſium occurrit· vnde ad decimum lapidem iuxta collem modicum ſub Appennini radicibus oppidum frequens & honeſtum eſt Maida, campos illos nobiliſsimos quorum iam nunc mentio facta, finiens. A Maida millibus octo Francauilla ſequitur in Apennino: hinc tribus millibus Mons Sanctus: inde quatuor Baduatium Caſtellum: decætero decem Laconia: poſt eam Arx Angitolana quatuor: hinc Mons Leo ciuitas octo: vnde totidem quoque Maida, mari millibus duobus abeſt. Vrbs Apennini in colle iacet, vbi prius Hippon ſeu Vibo Valentia fuit vti prædiximus. In eam verò ſententiam tum ſitus loci ad antiquorum deſcriptionem optimè conueniens, tum veterum ædificiorum veſtigia nos pertrahunt, quæ hic etiamnum vſque ad oppidum Biuonam extant mari appoſitum, & vti nos ſentire ſuprà commemorauimus, à Vibone diruta nomen trahens. Quin & hic eandem vrbem collocat Ptolemæus, itemq; Strabo, finitimam amœniſsimo agro tradens, quò Proſerpinam ad flores legendos ex Sicilia veniſſe ferebatur antiquitus, quòd huius regionis prata campiq; floridiſsimi ſint. Hippon igitur vt Plinius, vel Vibo Valentia vt Mela, ſeu Valentia Vionum vt Ptolemæus, aut Vibona vt Antoninus, aut Hipponium vt Appianus *a* vocat, olim hoc ipſo in loco fuit, aut certè haud multum remoto. Vibonem Valentiam Romanos veteri nomine commutato dixiſſe, cum vrbem Brutijs ademiſſent, qui prius eam Locris conditoribus eripuerant, auctor eſt Strabo. Liuius poſtea coloniam eò deductam in hæc verba ſcribit *b*. Vibonem colonia deducta eſt ex Senatusconſulto, plebisq; ſcito: mille quingenti pedites ierunt, trecenti equites. Triumuiri deduxerunt eos, Q. Næuius, M. Minutius, M. Furius Craſsipes. Quindena iugera agri data in ſingulos pedites· duplex equitibus portio. Brutiorum proximus fuerat ager· Brutij ceperant de Græcis. Mons Leo titulum Comitatus habet. Octo hinc P. M. Philocaſum· inde tribus millibus quingentis Panalia· vnde Belfortium oppidum millia quatuor, à quo Surianum decem abeſt. Hic priuſquam vltrà progrediamur, admonendi legentes ſunt viſi, quod etiam ipſi animaduertere potuerunt, nullum nos ordinem in hac mediterraneorum parte dicenda, quam poſt Maidam peragrauimus, obſeruaſſe· minusq; id etiam in ſequentibus (quanquam vſque ad Catanzarum vel hanc Brutiorum ac Italiæ extremitatem factum ſit) obſeruaturos: quoniam vt fieri queat, nulla plane conſtat ratio· cum quæ ad Italiæ finem via du-

a. lib. 4. 5.

b. lib. 35.

cit,non per mediterranea, ſed mage ſecundum litus Tyrrhenum, vel ab eo non procul incedat·omninoq́; locorum oppidorumq́; regionis ſitus ſit eiuſmodi, ne diſcriptionis certo complecti ordine poſsit: quamobrem vti quæ ex parte ſupra ſunt dicta,ſic & quæ dicentur deinceps, quàm fieri poterit commodè collocare nitemur.Sed & hoc præſcire lectorem volumus cum decætero diſtantiam oppidorum ac vrbium inter ſe definiemus,nõ vtiq; nos ſemper rectà proceſſuros· ſed vel directò,vel ad dextram,vel ad læuam vti res feret. Decimo poſt Surianum lapide Millanium eſt· hinc ſexto Mellitum· inde quarto Burellum: altoq; impoſitum monti duobus ab ora P. M. à Biuona ſenis, honeſtum oppidum Briaticum, agro fœcundo,ac vinetis hortisq́; cultiſsimis &arborum medicarum,item citrorum, limoniũque ac ſimilium ordinibus exornatis, vndique nitente, cinararum item mirificè fertili,quas Romæ ac in Neapolitano regno lingua vernacula Carciofalos, Siculi Cacocciocolos, Bononienſes Arthichiopos vocant. Iuxtà eſt modicum caſtellum Calimera Briaticani reguli, nobiliſsimo pomario ornatum,varijs ordinibus citrorum limonumq́; pleno·vbi perbellæ ſepes conſpiciuntur ex odoriferis ac virentibus arbuſculis, itemque citris,è quibus craſsiſsima poma,quædã acuta ſpecie,vel orbiculari, quædã bifurca,trifurcaue, vel diuerſiore,ſuis anni temporibus dependere cernuntur, vt admirationis ſummæ res ſit tam infirmis exilibusq́; ramis tanta vaſtiſsimorum pomorum põdera non tam generari,quàm ſuſtineri poſſe.Intus tum ordines citrorum limonumq́; ac aliarum nobilium arborum apparent· item topiaria vitium,in quibus & ſuis temporibus racemi tumidi vuarum: præter hæc in medio fons eſt ex marmore pereleganter elaborato prorumpens, & gratiſsimo murmure paſsim in omnes hortorum partes aquulas emittens,opaco citrorũ nemore circumſeptus, vt adeo mirificã delectationẽ ac voluptatẽ horum hortorum exacta pulchraq́; deſcriptio, nec nõ arborũ in ijs nobiliſsimarum abundantia videntibus creet.Ego cum hìc menſe Decembri eſſem,à loci Domino perhumaniter omnia cõmonſtrante vltro citroq́; deductus,vernũ menſis Maij tempus agi putabã,non hyemis.Quanq̃ verò tam culti hìc cernantur horti· rudes tamen agreſtesq́; regionis incolæ ſunt,& eiuſmodi delitijs domini caſtellorũ Neapolitani ferè patritij ſtudẽt. Ab Calimera percultam in vallem deſcenditur ad amnem Roſarni vſq; pertinentem· quo tranſmiſſo leni aſcenſu quatuor à Calimera P. M. Roſarnum inuenitur.Id oppidum inſignem & bonum habet agrum,hortosq́; perelegãtes,citris, limonibus, ac alijs id genus generoſis arboribus confertos, cum ſeptis paſsim ex roſa, vt ipſum caſtri nomen à roſarum in eius agri abundãtia tractum autumem.Hæret adhuc in memoria cum è Sicilia rediens circa menſis Martij principium iter hàc facerem, vbique roſas vidiſſe mileſias florentes,mirificæ iucunditatis odorem aſpirantes. Poſt Roſarnum deinde campus eſt latiſsimus, planitiem D. Ioannis vocant,incultus pene totus,vepribusq́; ac dumis horridus.Ad læuã via qua Roſarnum Seminaria itur, quam poſtea dicemus, Poliſtena caſtellũ frequens eſt·vltraq́; millibus duobus in Apennino Sangeorgiũ· octo hinc iuxta radices Apẽnini Terra Noua ciuitas populo abundãs.Dein à Sangeorgio ſenis P. M. loco altiore Grotaria eſt· decẽ inde Caſtellum Vitreum·hinc ſenis Motta læta·poſt Mottam quaternis Stillũ. Rurſus tũ à Roſarno per latam eam planitiem P.M.XX.ad amnẽ peruenitur Sanleonẽ,à vico hìc qui iuxta eſt Sanleone,poſtque ab Seminaria, nec non ab illo D.Ioannis Campo alibi nomen habens : quo tranſito,itinere ad præcelſum collem Seminaria

ria

ra reperitur oppidum haud infrequens. Ea in planitie qua de commemorauimus, ipſumq́; ad amnem hunc Gallos Arragonij ceciderunt Ludouici XII. Franciæ regis temporibus: & in parte citeriori fluminis, vti ego vidi, prope Seminariam locus oſtenditur vbi tum anno elapſo Galli Ferrandinum regem Neapolis ingenti pugna deuicerant, ex qua vix ipſe rex equa protinus ſine ephippio arrepta fugere ad mare potuit, vbi rate conſcenſa Meſſanam tunc in Siciliam traiecit, vti etiam à Corio [a] memoriæ proditum eſt. Vltra Seminariam Apennini iugum conſcenditur, vbi pulcher & amœnus Seminariæ circumiectus ager aſpicitur, excultus totus, & vitibus arboribusq́ue fructiferis plenus, itemq́; grandiferis arationibus fructuoſus. Dein itinere per Apennini iuga ſaltus occurrunt obſcuri ac infames Solani, quos ob latronum domicilia tranſitus infeſtos Solani vulgò nominant. Cernuntur hîc fodinæ ſilicum, magnusq́ue cæſorum lapidum numerus forma ſimilium ijs, quibus viæ nonnullæ circa Romam ſtratæ ſunt, præſertim Appia. De cætero P.M. à Seminaria IIXX. itinere fere toto per Apennini dorſum ſyluoſosq́; ſaltus quos cõmemorauimus, vnde proſpectus ad Æolias & Vulcanias inſulas patet, è quibus flãmæ fumiq́; manifeſtò aſſurgere cernũtur, paruo à montis vertice deſcenſu Flumaria Mori pagus occurrit vnde fretum aſpicitur Siculum, per quod à Catona Meſſanam frequentiſsimus eſt traiectus. A Flumaria dein via præceps in modicam fert conuallem moris arboribus plenam, vnde vico enatum cognomen puto, nempe ab earum arborum ſumma hîc frequentia, præſertim vero læua in parte vallis vbi ſyluam efficiunt longiſsimam. Apud Flumariam Apenninus in læuam vergit vſque Rhegium, poſtremò ad Leucopetram deſinens. A Flumaria itinere ad Catonam vallis amœniſsima tranſitur, vitibus & fructiferis arboribus præcipueq́; citris ac limonibus conſita per quam & aquula præcipuæ claritatis ſpatio P. M. trium ad litus vſque decurrit vbi Catona, fretum ibi ſubiens. Ita iam nobis abſoluta Calabria eſt ita non ſolum ora, ſed & mediterraneum pulchræ profecto ac bonæ regionis fine concluſum ſuo.

[a] in hiſtor. Mediol.

MAGNA GRAECIA, ITALIAE REGIO OCTAVA.

MAgnæ Græciæ deſcriptionem aggreſſuri, primùm
ab origine nominis exordiemur. Id huic regioni
Sempronius Aborigines, Strabo Brutios indidiſſe
tradit, quòd cum hic, tum in Lucanis Brutijsque
Græci ad nouas ſedes quærẽdas patria digreſsi diu
conſtiterint, vrbesq́; plures quàm vlla quauis alia
regione condiderint. Sed aliter longe Ioannem Antonium Flaminium Imolanum hominem doctiſsimum dicere audiuimus, Magnam Græciam ſibi videri denominatam ab ipſis Græcis propter Italiæ nobilitatem & excellentiam: quippe cùm ea cæteris orbis vniuerſi terris dignitate antecellat, vti Strabo, Dionyſius Halicarnaſſeus, alijq́; plurimi ſcriptores abundè perhibent, ideo hanc eius partem qua ipſi patrijs ſedibus relictis frequentiſsimè conſederant, Magnam Græciam appellatam. Addebat inſuper haud idoneam cauſam nominis eam ſibi videri, quòd hic plurimas Græci vrbes condiderint· cum ea ratione Peloponneſus, quam nunc Moream vocant, ac item aliæ regiones potiſsimè compellari ita deberent, in quibus oppida longè plura Græcos ædificaſſe haudquaquam eſt obſcurum. Hæc de Magnæ Græciæ nomine, quam nimirum originem & cauſam habuerit tantùm inuenimus: quanquam nunc quoque propemodum exoleuerit· & vt anteà dictum eſt, vnà cum Brutijs hæc Italiæ pars eodem vnoque nomine Calabria vulgò nuncupetur. Fines eius olim multò quàm nunc ampliores fuiſſe Strabo demonſtrat· qui Græcos primùm inter mare Tyrrhenum & Adriaticum omnem illum Brutiorum atque Lucanorum agrum quem ſuprà deſcripſimus, & præterea rebus creſcentibus vniuerſam tenuiſſe Siciliam teſtatur: poſterioribus autem ſeculis oram hanc totam inſtituta moresq́; barbarorum ait induiſſe præter Neapolim, Tarentum, & Rhegium· quædam item loca de Græcis Brutios, quædam Lucanos & Campanos, ad extremum regionem omnem Romanos cepiſſe. Cato Magnam Græciam vocatam perhibet oram ſinui circumiectam Tarentino: nam circum ſinum Tarentinum, inquit, vndiq; eſt Magna Græcia. Catoni Sempronius accedit. Plinius[a] Italiæ frontem hunc à Locris in tres incedentẽ ſinus Auſonij maris, ita dicti quoniam Auſones hæc loca primi tenuerunt, Magnã Græciam appellari ſcribit, & auctore Varrone millia paſſ. LXXXII. patere, quãuis alij LXXII. dicant. Enumerat quoq; mox amnes, vrbesq́; ac oppida, quæ tum eo ſitu vſq; Tarentum fuerunt: vnde manifeſtò intelligitur Magnam Græciam illi eſſe circa Locrenſem, Scyllacæum, Tarentinumq́; ſinum. Hoc idẽ exprimit Ptolemæus in Tabulis: quapropter cum nobis auctores hi ſint imitandi, Magnæ Græciæ terminos ex illorum ſententia ſic ſtatuemus, vt ab Alice flumine, quo Rheginus ager definit, incipitq́; Locrenſis, per oram litoris binosq́; ſinus antè commemoratos vſque Metapontum, inde circa Tarenti ſinum vſque ad ipſum Tarentum vt Ptolemæus facit, progrediamur: quanquam Metaponto regionem

[a] lib. 3. cap. 9.

tertiam finiri, Tarentum in ſecunda eſſe dicat Plinius. Tractum igitur his
finibus incluſum totum perſequemur. Etſi verò paucisſima tum Plinius,
m etiam Ptolemæus in hac regione loca mediterranea deſcripſerit· Peti-
liam enim & montem Clibanum & Abiſtrum tantummodo referunt, quoniam
la memoria non plura hìc celebria fuere·multumq́ue difficultatis intelligam in
nctione mediterraneorum vt nunc ſunt, fore· tamen quàm exactisſimè fieri
t, omnia nos ediſſeremus. Termini itaq́ue ſint ab exortu ſolis Adriaticum
æquor, à meridie flumen Alex cum Brutijs, ab occaſu Crathis amnis, Apenninus,
Lucani, à Septentrione ſinus Tarentinus cum Apulis Peucetijs: quibus metis in
agrum nunc Magnam Græciam dicemus·alibi verò, quod nunc vſus vul-
btinet partim etiam Calabriam, partim Baſilicatam, partim Apuliam vocabi-
us. Magnopere profectò miramur, vti & in huius operis initio diximus, He-
m Capreolum Brixianum, itemq́ue Facium Vbertum Italiam antiquitus vni-
m Magnæ Græciæ nomen habuiſſe perinfirmis quibuſdam ac leuisſimis ra-
bus vt videtur, adductos prodidiſſe· cum & eius rei nullus omnino proferri
t auctor idoneus· & hanc Italiæ partem qua de nunc agimus, tantùm ita di-
, claſsici omnes manifeſtò atteſtentur. Nobilisſimæ huius regionis men-
em Liuius perſæpè facit·nominatim verò cum *a* interitu Alexandri regis Epi- *a. lib. 8.*
rum apud Pandoſiam commemorato, Græcos hæc tenuiſſe loca, in quibus
tum, ſcribit· item vbi *b* clade populi Rom. ad Cannas enarrata, poſt eam in- *b. lib. 22.*
opulos qui ab nomine Romano ad Punicum defecerant, Attellanos, Calati-
Hirpinos, Apulorum partem, Samnites præter Pinnēſes, omnes Brutios, Lu-
præter Surrentinos, & Græcorum omnem ferme oram, Tarentinos, Meta-
os, Crotonenſes, Locrosq́ue ac Ciſalpinos Gallos omnes enumerat. Vir-
us *c* etiam Helenum fingit Aeneam admonentem hæc vitaret loca dicentemq́;: *c. lib. 3. Aeneid.*

Has autem terras Italiq́; hanc littoris oram
Proxima quæ noſtri perfunditur æquoris æſtu
Effuge, cuncta malis habitantur mœnia Graijs.

Quanquam verò non tam de Magna Græcia, quàm de Calabria loqui poëtam
ari poſsit, quòd tunc quoque Calabriam obtinerent Græci·tamen hæc re-
fr quentior ſemper & vrbibus & mortalium numero fuit, vti oſtendetur. D.
onymus *d* Platonem in Italiam veniſſe ad Architam Tarentinum ſcribit, ea *d. Epiſt. ad*
one quæ Magna Græcia quondam appellabatur habitantem. Enimuero ſcien *Paulinam.*
eſt hiſtoricos Magnæ Græciæ loca quædam interdum Brutijs attribuere· Li-
in primis qui Locros, vti in tempore demonſtrabitur, cum alijs oppidis in
Brutiorum agro collocat: verùm id propter regionum vicinitatem coniun-
nemq́ue contingit. Nunc vno nomine Calabriam ambas vocant: nec vulgus
peritum aliam appellationem vllam agnoſcit. Mirabitur autem fortaſſe quiſ-
quam vetuſtate exoletum Magnæ Græciæ nomen à nobis vſurpari· ſed cum id eo
conſilio factum intellexerit, quò curioſis & excelſis ingenijs, quibus iucunda gra
taq; ſemper antiquitas ac ea quæ vulgaria minimè ſunt, ſtudioſè placeremus, haud
puto ſibi nō ſatisfactum patietur. Hæc in vniuerſum de Magna Græcia dixiſſe ſuf-
ficiat· quamobrem nunc particularem eius deſcriptionem aggreſſuri, primùm de
Alice flumine, quo Brutij finiuntur, & hæc regio incipit, agemus. Straboni
Alex, in vulgaribus Plinij codicibus Carinus appellatur: Barbarus autem
id eſſe mendoſum eruditè annotat· legendum quippe Cæcinus, vt Pauſanias

Aelianus

Strabo, Euſtathius, cæteriq; ſcriptores cõmemorarunt, Græci è ſinu Creſſæo profecti Euanthe Duce condiderunt. Euſtathius illorum è Græcia diſceſſus cauſam hanc tradidit. Cum Locris Ozolis bello occupatis eorum ſerui coniuges abſentium conſtupraſſent, audito dominorum reditu flagitij pœnas metuentes Euanthe Duce profugiſſe in Italiam, ibique ciuitatem hanc ædificaſſe paulo poſt conditum Crotonem & Syracuſas. Alij tamen Locrorum auctores Aiacem Oileum & Narytios eius comites aſſerunt quo de Virgilium auctorem citant illo verſu[a]: Hic & Narytij poſuerunt mœnia Locri. Solinum item qui vrbem hanc ab Aiace Locrorum Opontiorum rege conditam perhibet: cuius ſententiæ Strabo ſcribit & Ephorum fuiſſe, qui quoque Locros Opontios primò Zephyrium Promontorium triennio quadrienniove tenuiſſe, dein huc migrantes vrbem ope Syracuſanorum extruxiſſe tradiderit: quanquam id à Strabone notetur, qui Locrorum auctorem aſſerit Euanthem vti prædictum eſt. Cognominatos etiam Epizephyrios inuenitur ab illo promontorio nempe quòd vrbs eius eſſet in parte ſita, quæ vt Strabo tradit, mons Eſopis appellabatur, aut vt alij Lucrinus, circa finem Italiæ extremum Apennino cohærens. Hinc ad Rhegium ſtadia numerantur DC. Locros omnium primos ſcriptis legibus vſos exiſtimari, diuque Rempublicam optimis inſtitutis fundatam habuiſſe Strabo tradit. Eorum res egregiè geſtas commemorauit Trogus, vnde ab Iuſtino[b] referuntur his verbis. Crotonenſes in oppugnatione Syris auxilium contra ſe à Locrenſibus latum indignantes, bellum his intulerunt quo metu territi Locrenſes, ad Spartanos decurrunt, auxilium ſupplices deprecantur. Illi longinqua militia grauati auxilium à Caſtore & Polluce petere eos iubent. Neque legati ſociæ vrbis reſponſum ſpreuerunt: profectique in proximum templum facto ſacrificio auxilium Deorum implorant: litatis hoſtijs, obtentoq; vt rebantur quod petebant, haud ſecus læti quàm ſi Deos ipſos ſecum aduecturi eſſent, puluinaria ijs in naui componunt, fauſtiſq; precationibus ſolatia ſuis pro auxilijs deportant. Iis cognitis Crotonenſes & ipſi legatos ad oraculum Delphos mittunt, victoriæ facultatem bellique proſperos euentus deprecantes. Reſponſum, priùs votis hoſtes quam armis vincendos. Cum vouiſſent Apollini decimas prædę, Locrenſes & voto hoſtium, & reſponſo cognito nonas vouerunt, tantamq; eam rem habuere, ne votis vincerentur. Itaque cum in aciem proceſsiſſent, & Crotonenſium centum viginti millia armatorum conſtitiſſent, Locrenſes paucitatem ſuam circumſpicientes, nam ſola quindecim millia militum habebant, omiſſa ſpe victoriæ in deſtinatam mortem conſpirant: tantuſq; ardor ex deſperatione ſingulos cepit, vt victores ſe putarent ſi non inulti morerētur. Sed dum mori honeſtè quęrunt, fœlicius vicerunt: nec alia cauſa victoriæ fuit, quàm quod deſperauerant. Pugnantibus Locris aquila ab acie nunquam receſsit eoſque tam diu circumuolauit quoad vincerent. In cornibus quoque duo iuuenes diuerſo à cæteris armorum habitu, eximia magnitudine & albis equis, & coccineis paludamentis pugnare viſi ſunt, nec vltra apparuerunt, quàm pugnatum eſt. Hanc admirationem auxit incredibilis famæ velocitas nam eadem die qua in Italia pugnatum eſt, & Corintho, & Athenis, & Lacedæmone nuntiata eſt victoria. Sic Iuſtinus. Dubium verò haud eſt, quin iſtorum omnium Satan artifex auctorque fuerit, qui illis temporibus eiuſmodi miraculis & impoſturis cæcas hominum mentes fallere ſolebat. Locris olim Italiæ florem cum opum abundantia, tum hominum omnibus rebus excellentium frequen-

[a] lib. 3. Aeneid.

[b] lib. 20.

item Euthymus inclytus picta, roboreq́; inſignis, à quo lapidem ingenti magnitu- a.lib. 8. de
dine geſtatũ, qui Locris oſtendebatur, Plinius, Pauſanias, Ælianusque a ſcripſerũt: uar.hiſt.
quanquàm & alia multa præclarè Euthymum feciſſe legamus. Rurſum ſupra Lo-
cros in mediterraneis extra Locrorum agrum, oppidum nobile Mamertium fuit, à
Brutijs habitatum vt ſcribit Strabo, quod nunc intercidit. Mamertinos gentem fe-
rociſsimam, quæ fraude Zanclen vrbem Siciliæ, nunc Meſſanam appellatam oc-
cupauit, originem hinc traxiſſe in Siciliæ deſcriptione commemorandi locus erit.
Eoſdem quoque memorat b Liui9, aduentum Punicæ claſsis, quæ auxilio Mamer b.lib.14.
tinis erat miſſa: item alibi c à Senatu auxilia Mamertinis cõtra Carthaginenſes & c.lib.16.
Hieronem Siciliæ regem decreta narrans. Tum inde vbi Locri quondam milliari
bus decem, à mari fere D. paſſ. alto in colle tanquam promontorio oppidum eſt
Rocella: iuxtaq́; Caſtellum vetus. Mox introrſum ab ora millib9 quatuor, Stillũ,
in monte perhoneſtum oppidum: poſt id læuà, ferri, dextrà verſus Pacianum vicũ,
amne tranſmiſſo propter montis pedem, argenti ſilisq́; præſtantiſsimi ne attico
quidẽ ceſſuri ſi eximeretur, nec procul hinc auri quoq; fodinæ ſunt, in quibus ta-
men hodie nihil operis fit. Vlteriùs extra Locrorũ agrum Sagra fluit amnis, à quo
nomen oppido quod iuxta eſt Sagriano. Flumen id, Strabo Pliniusq́; Sagram, Pto
lemæus Locanum appellat: quod nomen etiam Plinius vnà cum Sagrę memorat:
etenim etſi Loconus in vulgaribus Plinij codicibus legatur, Barbarus tamẽ id eſ-
ſe mendoſum, & Locanum ſcribendum notat. Ego hac re animo cogitationeque
percurſa, tandem in eam ſententiã delapſus ſum, vt cum Ptolemæus Locanũ, Stra
bo Sagram, Plinius vtriuſq; nomen ponat, eius verò hæc ipſa verba ſint d. In ea o- d.lib.3.
ra flumina innumera, ſed memoratu digna Loconus, Sagra, nominibusijs duorũ cap.10.
amnium mẽtionem à Plinio fieri cenſeam, Loconi videlicet, aut vt Barbarus legit,
Locani, & itẽ Sagrę: niſi forſan eiuſdẽ fluuij duplicẽ appellation Pẽliniũ cõiungere
dicamus, vnam Sagræ, qua Strabo, alteram Locani, qua Ptolemæus vſus eſt. Nec
ſanè aliter video qua ratione varietas horum locorũ conciliari rectè queat. In ripa
Sagrę Strabo Caſtoris & Pollucis aras fuiſſe prodit, ad quas Locrorum copię decẽ
millium cum Rheginorum auxilijs, Crotonenſium centũ triginta millia acie de-
fecerunt: quanquam Trogus vti etiam antè relatum eſt, Crotonenſes ad cẽtum
viginti millia tantùm, Locros quindecim millia fuiſſe ſcribat: ſed vt ille Rhegino
rum forte auxilia Locris annumerat, ita Strabonem Crotoniatis addere ſocios
exiſtimari poteſt. Itaq́; hîc illa memorabilis & cruenta pugna Crotonenſibus tam
infauſta, Locris fœliciſsima cõtigit, à qua prouerbiũ vulgò natum ſcribit Strabo
aduerſus incredulos, ἀληθέστερα τῶν ἐπὶ Σάγρα Poſt hũc amnem Mons Caulonus eſt:
cuius in vertice, quemadmodum tradidit Higinus, olim Caulonia fuit, Aulonia
tanquam Vallonia priùs à vicina cõualle nominata (ſi Straboni creditur) ab Achi
uis condita. Solinus tamen auctores eius Crotonenſes perhibet. Thucydides etiam
& Mela Cauloniam, Plinius Caulonem nominat: oppidiq́; tum circa ſe veſtigia
ſolum extitiſſe, Strabo ſuis temporibus nullos fuiſſe colonos ſcribit: qui quõdam
à barbaris è Sicilia pulſi huc cõmigrauerant, vti idem auctor eſt Strabo. De hac vr
be Virgilius e: Attollit ſe Diua Lacinia contra, Cauloniſque arces. Brutijs attribui e.lib.3.
tur à Liuio f, oppugnatã ab Annibale ſcribente. Porphyrius agrum ei9 vini nobili Aene.
tate celebrem ſcripſit: quamobrem Horatius dicat: Et amicus Aulon, Fertilis Bac f.lib.27.
cho: Martialis etiam: Nobilis & lanis & Baccho fertilis Aulon. Dein agro Locro
rum mediterraneo, dextrà, fermè ad octauum lapidẽ ciuitas eſt Hieracium, titulo

Marchionatus inſignis,dicta vt quibuſdam placet,à viſo accipitris augurio dum
a.lib.27. conderetur,nam is auis ἱέραξ appellatur Græcis·idq; probat Trogus,[a] Antiochum
cognominatum ſcribens Hieracem,quòd accipitris more veriùs quàm hominis
aliorum fortunas opesq́; raperet. Poſtea nō procul à litore caſtella quædam ſunt,
veluti Turris Brutiana, Motta Brutiana,Blancum, Crepacorium,Pandurum, Ca
renum,' Motta Bubalina, Condolianum·quorum omnium ager maiori ex parte
peramœnus & frugum,omniumq; rerum tam ad neceſsitatem , quàm ad delitias
fertilis eſt.In ora tum caput Stilli ſuccedit,Carcinum Promontorium Ptolemęo
dictū,totius Italiæ longiſsimū vt quidā exiſtimarunt,inquit Plinius. Cocinthum
tn̄ id rectius in vetuſtis Plinij codicibus appellari annotat Barbarus · quēadmo-
dū & Polybi⁹ vocat,& itē Antoninus,hinc ad Scyllacæū P.M.XXII.eſſe ſcribēs.
Adijcit etiā Barbarus in Plinianis codicib⁹ id quoq; mēdo non carere,quod Car
cinum oppidum iuxta Petiliam ſcribatur·etenim Cæcinū legi debere,quo de Phi
liſtus mentionem fecit his verbis:Cæcinū eſt oppidū non multum à Sicilia diſtās.
Sequitur Caput Scylacæū, ſcopulis & marinorū æſtuū cū ingēti fremitu reciproca
tione periculoſum.In hoc vetus vrbs fuit Scyllatium:nouum aūt Scyllatiū nūc al
to impoſitū monti cernitur. Eam ciuitatē Strabo, Plinius, Solinus, & Mela Scyl e-
tium,itemq́; Scyllatium appellant.Barbarus ex Plinio colligi notat , Scyllat[illegible],
Scolagium,& Scyletium vocari poſſe,quoniam ab Athenienſibus (inquit Pl[illegible]
cum conderēt ita dicta fuit. Ptolemæus quoq; Scyllatiū nominat.Strabo colon[illegible]
b.lib.3. Cant.I. eſſe perhibet Athenienſium , deduxiſſe Mneſteum. Commemoratur à Facio [b] [illegible]
hanc ſententiam.

Atenim haud abſq; multis curis quærebamus
Scyllatium, Tarentum, & Brundusium,
Quippe quoniam omnia hæc infidæ habitant gentes. Sinus hic Scyl[illegible]
cæus eſt omnibus ſcriptoribus nominatus. Eum dictum ita Seruius ait in hoc V[illegible]
c.lib.3. Aene. gilij [c] verſu: Caulonisq; arces & nauifragum Scylacæum, à Scylla nautis perin[illegible]
ſta,quòd periculoſus æquè ac illa ſit. Mihi potius à Scyllatio oppido nomen ha[illegible]
re placet. Patet ad Crotonē vſq; ſpatio fere P.M.CL. Nusq̄ anguſtiorē eſſe Ita[illegible]
quàm inter hunc & Hipponiatem ſinum,in Brutijs nō pridē diximus·itaq́; D[illegible]y
ſius Maior,vt Plinius & Strabo perhibēt,hîc intercisam muroq́; diſtinctam a[illegible]
cere Siciliæ voluit,prætextu quidem vt incurſiones barbarorū prohiberet ab ii[illegible]
intra iſthmum incolebant,ſed animo conſilioq́; Græcorū ſocietatem diuellen[illegible]
quò maior illi ſubigendis imperio interioribus eſſet opportunitas: verùm excu[illegible]
onibus exterorum ab opere deſiſtere coactus fuit. Intus dein agro Scyllacæo mil
liaribus à mari octo, Belicaſtrum eſt ciuitas, ob interitum antiquæ Petiliæ q[illegible]æ
hîc fuit,'ædificata. Petiliam Strabo , Plinius, Ptolemæus, & Mela nom[illegible]
runt·alij tamen Peteliam. Caput Lucanorum fuiſſe tradit Strabo, quoniam il-
lis temporibus ager Lucanus à Silaro ad Laum , hinc à Metaponto ad Thur[illegible]s,
& à Samnitibus vſque ad iſthmum qui à Thurijs in Cerillos prope Laum porri-
gitur , excurrebat. Eadem ratione Conſentia Lucanis attributa fuit : illi e-
nim hoc latere ad Acherontem amnem vſque pertinebant, quo inter Conſen-
tiam & Pandoſiam olim Brutij finiebantur · vnde quoq; Petiliā in Lucanis olim
d.lib.3. Aene. habitā cōuincitur. Eam vrbē Seruius à Philoctete conditam hoc Virgilij [d] in loco:
hic illa ducis Meliboei Parua Philoctetæ ſubnixa Petilia muro·nomenque ab au
gurio volatus auium accepiſſe ſcribit. Aduentus autem Philoctetæ in Italiam
hoc

hoc modo narratur. Pœantis filius & comes Herculis fuit, qui in Oeta mõte mo-
riens illi mandauerat, ne cuiquam ſui corporis reliquias indicaret: idq; iuſiuran
do promittere coëgerat: addita muneris loco pharetra cum ſagittis Hydræ felle tin
ctis. Sed cum ad Troiam inſtituta expeditione Græcis ab oraculo Delphico data
dictio fuiſſet, ad euertendam Troiam Herculis opus eſſe ſagittis, inuentus Philo-
ctetes & de Hercule rogatus, primò quicquam ſibi de eo conſtare negauit: tandẽ
verò mortuum faſſus, cum grauiter ad indicandum ſepulcrum vrgeretur, ne ſacra
mentum lingua violaret, pede tumulum oſtendit: cum autem ad bellum vnà per-
traheretur, quòd præter eum nemo lernæis vti ſagittis ſciret, vnius teli caſu in pede
ipſo, quo ſepulcrum Herculis prodiderat, immedicabili propemodũ affectus eſt
vulnere: cuius fœtorem cum alij tandem ferre nullo modo poſſent, in Lẽno reli-
ctus eſt: attamen Achille perempto Vlyſſes in Lemnum reuerſus eum ad Troiam
adduxit: qua demum expugnata, pudore ne domum æger rediret impulſus, in Ca-
labriã profectus eſt, ibiq; Petiliã condidit, vti & Strabo Solinusq; teſtantur. Stra
bo tamẽ Philoctetem è Melibœa ciuili diſsenſione pulſum huc profugiſſe ſcribit:
vrbem verò ipſam pòſt à Samnitibus, & caſtellis & propugnaculis egregiè muni-
tam. Liuius Petilianã in Brutijs ponit: in Calabria Seruius. Mentionem eius nomi
natim facit Liuius in bello Punico ſecundo, laudatq; propter fidem erga populũ
Rom. in qua poſt cladem Cannenſem pertinacißimè ſtetit, donec ab Annibale
diu obſeſſa, tandemque vi capta eſt. Alibi a narrat ab Annibale ſub tumulo quo- a.lib.27.
dam iuxta Petiliam, equitum duobus millibus, peditum trib9, in inſidijs locatis,
eam manum auxilia nominis Romani, quæ ab Tarento Locros Marcellus Criſpi
nuſque Conſſ. mittebant, de improuiſo inuaſiſſe: trucidatoſque Romanos ad duo
millia, captos mille, reliquos fuga per mõtes Tarentum elapſos: præterea receptã
a Conſ. Rom. Petiliam in Brutijs alio b loco ſcribit. Strabo ſuis temporibus fre- b.lib.29.
quentißimam fuiſſe perhibet: nunc prorſus deperijt. Idem auctor eſt Cremiſſam
quoque hoc ſitu condidiſſe Philoctetem, idque Appollodorum confirmare, qui
in expoſitiõe nauium, Philoctetæ mentionem inſerens, à nonnullis proditum ſcri
pſerit, illum in agrum Crotonenſem profectum, colonos in Cremiſſa promonto-
rio collocaſſe, oppidumque Chonin à quo Chones incolæ dicti, ibidem condidiſ-
ſe. Via dein per oram Scyllacæi ſinus P.M.XII. oppidum inuenitur Simaris, vbi
Sybarin antiquã fuiſſe Marturanus autumat, quòd ea videatur hoc in loco à Pto
lemæo depicta. Mihi tñ id probari haudquaquã poteſt, cũ eã vrbẽ alij geographi
oẽs inter flumina Crathin & Sybarin ponãt, vti infrà dicẽdi locus erit. Puto igitur
oppidũ hoc nouũ eſſe, aut à Sybaritis, vt inde nominis originẽ fluxiſſe demus, ædi
ficatum. Succedit amnis oſtiũ Tacinæ, qui è mõtibus deſcẽdens hîc in ſinum Scyl-
lacæũ euoluitur. Hinc p orã itẽ ſpatio P.M.XII. oppidũ ſeqtur Caſtella, qđ Pliniũ c c.lib.13.
Caſtra Annibalis dicere cẽſeo, cũ in peninſula quã Schylacæo ſinus Therinæus oc cap.9.
currẽs efficit, portũ eſſe ſcribit Caſtra Annibalis appellatũ: nuſquam anguſtiore
Italia, queadmodũ à nobis antea cõmoratũ eſt abũdè. Vulgus tñ Caſtella putat di
cta ꝑpter multitudinẽ turriũ quæ hîc ſunt, plurium caſtellorũ ſpecie. Senis abhinc
P. oppidũ eſt Inſula: totidẽ inde Caput Columnarũ, Plinio, Melæ, Ptolemæo, cæte d.lib.13.
risq; ſcriptorib9 Laciniũ ꝓmontoriũ vocatũ: vbi celeberrimũ Iunonis Laciniæ hiſt.
fanũ erat, de quo cũ oẽs alij, tũ Diodorus d & Appian9 e ampliſsimè ſcripſerũt. Ser e.lib.15.
uius in his Virgilij f verbis: Attollit ſe Diua Lacinia cõtrà: quoſdã voluiſſe narrat f.lib.3.
tẽplum hoc à Rege quodã & extructũ & denominatũ vnà cũ ꝓmontorio toto: ſed Aene.

 alios

alios tamen aliter à Lacinio latrone,qui finitimum agrum habebat infeſtum do
nec ab Hercule occideretur,illam appellationem ortam tradidiſſe: expiatis enim
locis Herculem hic tum ædem Iunoni Laciniæ conſtituiſſe, promontoriumque
Lacinium nominaſſe. Quondam religioſiſsimum hoc atque diuitijs inclytum
delubrum fuit vt Strabo perhibet. Liuius etiam id perſæpe commemorat,nomi-
a lib.24. natimque cum a nobiliſsimum,ac omnibus circà populis ſanctum fuiſſe ſcribẽs,
Lucus ibi,inquit,frequenti ſylua & proceris abietis arboribus ſeptus læta in me-
dio paſcua habuit,vbi omnis generis ſacrum Deæ paſcebatur pecus ſine vllo pa-
ſtore·ſeparatimq; egreſsi cuiuſq; generis greges nocte remeabant ad ſtabula·nun
quam inſidijs ferarum, non fraude violati hominum:magni ergo fructus ex eo pe
core capti·columnaq; inde aurea ſolida facta & ſacrata eſt·inclytumq; templum
diuitijs etiam,non tantum ſanctitate fuit.At miracula aliqua affinguntur plerum
que tam inſignibus locis.Fama eſt aram eſſe in veſtibulo templi,cuius cinerẽ nul
lus vnquam moueat ventus.Hæc Liuius.Idem quoq; confirmatur à Plinio.Sed&
b.lib.28. Liuius alibi b Annibalem ſcribit apud hanc ædem æſtate integra commoratũ, &
aram erexiſſe cum tabula nobiliſsimo ex marmore,cui punicis litteris rerũ abip-
c.lib.42. ſo geſtarum elogium inſcripſerat.Alio præterea c loco Q. Fuluium Flaccum Ce-
ſorem tegulas marmoreas ad partem dimidiam ædis abſtuliſſe ſcribit,quibus tem
plum Fortunæ Equeſtris quod ipſe faciebat Romæ,contegeret·cęterùm Senat
conſulto vti hæ tegulæ reportandæ locarẽtur,iuſſum.Hodie quoque mirabil ſu-
perſunt templi eius auguſtiſsimi veſtigia,nimirum altiſsimæ craſsiſsimęq; colu
næ multę,à quibus & promontorio nunc Capitis Columnarum eſt nomen. F
tur hîc ſinus Scylacęus,incipitq; Tarentinus,vti & à Plinio traditũ,cũ inqt: A L
cinio ꝓmontorio ſecundus Europæ ſinus incipit magno ambitu flexus· & Acr
ceraunio Epiri finitur promontorio,à quo abeſt LXXV.P.M.Idem,ante o L
cinij,inquit,inſula P.M. X.à terra Dioſcoron·altera Calypſus,quam Ogyg a
pellaſſe Homerus exiſtimatur. Pithagoram Lacinium incoluiſſe promont
ibiq; Philoſophiæ ſcholam habuiſſe fama eſt:nec id à veritate prorſus videtu
num,cum eũ Crotonis,quod oppidũ abhinc XIX.milliaribus abeſt,diu habita
ſcriptorum monumenta teſtentur.Poſt Scyllacæum,inquit Strabo, Croto
ager eſt,& trina Iapygum promontoria ſic,vt Ephorus prodidit,à Iapygis di
incolis·deinde Lacinium Iunonis templum,quo de ſuprà dictum eſt.Addit etia
Strabo,interualla horum locorum nec ſcribi,nec æſtimari facile poſſe·à freto
men ad Laciniam ædem,ſtadiorum bis mille trecentorum eſſe diſtantiam tra
ſe Polybium,inde verò ad extrema Iapygiæ,ſtadia colligi ſeptingenta, fauc esq
has Tarentini ſinꝰ dici, per oram verò eius quantum ratione queat comprehen
P.M.CCXL.eſſe nauigationem,ſed Artemidorũ,qui regionem hãc deſcripſe
itinere terreno circũ eũ CCCLXXX.P.M.tradidiſſe colligi.Hæc igitur inqt,am-
plitudo ſinꝰ Tarẽtini,q̃ à Lacinio ꝓmõtorio incipit:ſtatim eñ inde flectẽdo c
tates occurrebãt Gręcę,q̃ nũc oẽs interierũt excepto Tarẽto.In hãc ſentẽtiã S
bo:nos q̃ exactè fieri poterit vrbes illas antiq̃s ætate Strabonis deꝑditas cõmemo
d.lib.3. Aene. rare quoq; nitemur.Sinus Tarẽtini mẽtionẽ facit Virgiliꝰ d inqens:Hinc ſinꝰ Her
e.lib.13. culei ſi vera eſt fama Tarẽti Cernitur.Qua de cauſa Tarentũ Herculeũ poëta vo-
f.lib.3. cet,in ipſa vrbis deſcriptiõe referemꝰ.A Lacinio.CL.ſtadijs,itinere ſecundũ Tarẽ
de bell. tini ſinus orã Crotõ fuit vrbs vt antiq vocãt,vel vt Diodorꝰ,e Crotona,ſeu vt Pro-
Goth. copiꝰ,f Croto.Nomẽ hoc etymõ habere Gręcũ ait Raſſanꝰ,q̃ ijs κρότος plau atq;
ſuccuſ

ſucceſsioné ſignificet· olim auté Crotoniatis plaudédi ſaltandiq; ſtudiú magno in
vſu fuerit. Quod ad primordiú vrbis attinet, Antiochꝰ à Miſcelloq; códitá ſcripſit·
Achiuos em̃ erroribꝰ pelago iactatos, hác tenuiſſe orá, nec diſcedere potuiſſe cre-
matis nauibꝰ cú igné mulieres intuliſſent: qua ꝓpter oraculo códendę vrbis acce-
pto Miſcellú ad agri conditioné explorandá egreſsú, ædificatá iá tú optimo loco
Sybarin ab amne vicino nomé habenté inueniſſe, ꝓpterea q; reuerſú ad oraculú, et
...ne eſsét vrbe iuſsi cóſiſtere rogante, huiuſmodi tuliſse reſponſú qa gibber erat:

Terga breuis Miſcelle tuo depectore omitte
Cætera perquirens fruſtra· en venaris iniqua,
Ac rectum quodcúq; datúr tu laude probato· moxq; digreſſum inde, Cro

...onem ædificare cœpiſse· Archiæq; Syracuſarú conditoris adiutú ope, qui tum eò
...rte fortuna mari delatus aduenerat. Ephorus hîc primò Iapyges incoluiſſe tra-
...dit. Halicarnaſſeꝰ [a] Crotoné à Miſcello conditú ſcribit Numæ regis anno quar a.lib.2.
...Olympiadis decimæ tertio. Maximis dein incrementis auctum hiſtoriæ teſtan
...r, vt adeo præſtantiſsimorú hominú multitudine quadá ꝓdigioſa raraq; claru e
...epté em̃ vno die victores olympico certamine habuit, quod à Strabone memo
...iæ proditú eſt· vnde ꝓuerbium ortum: Qui Crotoniatú poſtremus, is aliorú Grę
...rú primus. Eá verò firmitaté corporis & viriú huius vrbis incolis cœli optima
con...itutio ſalubritasq; creabat, vt Plinius [b] teſtatur: ideoq; nec terræmotꝰ hîc vn- b.lib.2 cap.98.
... contigere, nec peſtilentia, quemadmodú nec Locris, vnde vetus quoq; adagi-
um, Crotone ſalubriꝰ. Itaq; nobiliú olympionicarú Croto frequẽtiſsimú olim
...ariú fuit: & quanq̃ illa cú Locris infœlici ad Sagrá pugna, de q̃ ſuprà cóme-
...auimus, tota fere p̄ſtantiú virorú multitudo caderet, adeo vt vrbs diu ꝓpemo
... habitatoribus vaſtata iacuerit· paulatim tñ iterú creuit, p̄ſertim circa Pythago
... q poſt qnquageſimá Olympiadé vt auctor eſt Halicarnaſſenſis, philoſophorú
...ctrinęq; ſtudijs deditorú hominú gymnaſiú hîc inſtituit, vnde celebritas et ſplé
...r vrbi reſtitutꝰ. Et inprimis eá Milo Pythagoræ diſcipulus robore corporis om
... thletarú longè p̄cipuus illuſtrauit· q cú alia innumera vix credendæ fortitudi
... exépla dedit, tú illud ſingulare, quádo colúnæ domus in quá cœtꝰ philoſopho
rú couenerat, ruina vacillantis & inclinatę aſsiſtens, viribusq; obnités, labátes æ-
des ...antiſper ſuſtinuit, dum oés ſalui exirét, quæ mox ipſo quoq; poſtremùm effu-
g...nte conciderunt. Idem ictu nudæ manus interemit taurum, & ſublatum in hu-
meros integro ſtadio geſtauit, eodemq; die totum abſumpſit. Coronatú cú primis
Olympijs auctor eſt Diodorꝰ, [c] itemq; Gellius [d]. Exitum auté miſerabilem nimia c.lib.12.
...um fiducia ſibi comparauit, vt inquit Strabo: nam cum aliquando per vaſtiſsi d.lib.15.
mos ac inuios oberraret ſaltus, ingentemq; truncum cuneis adactis findi cœptum
...perfecto tamen opere, conſpexiſſet, inſertis in hiatum ligni manibus pedibuſ-
que totum dirumpere conatus eſt· ſed cuneis elapſis iterú cœunte ligno manus vi
ro incluſæ reſtiterunt, qui ſictum feris ſe laniandum præbuit. Crotonenſes etiam
...clyti p...ctæ fuerunt Iſchomachus, qui Olympiade LXVIII. & LXIX. vicit, item
Ti...icrates, qui LXXI, Aſtylus q LXXIII. ſicut ab Halicarnaſſeo [e] Pauſaniaq; tra e.lib.5.6.8
ditum eſt. Crotoniatam quoq; Democedem fuiſſe medicum eximium, ſummoq;
...pud Polycratem Samiorum Tyrannum, itemq; Darium regem Perſarum in ho-
n...re habitum auctor eſt Herodotus [f]. Eadem vrbe genitum Alcmęonem Fauori
nus in omnimoda hiſtoria tradidit, celeberrimú quoq; medicum ex Pythagoræ f.lib.4.
...ſcipulis, qui primus de ratione naturæ ſcripſit, animamq; immortalem, & vti ſo

tonē amnes occurrūt, Eſarus cū portu, & Neethus, q in hodiernū vſq; diē antiqua
noīa ptulerunt. Eſari neq; Plini⁹, neq; Ptolemę⁹ meminit: puto aūt Hyliā appella-
ri ab Thucydide, *a* cū Demoſthenē & Eurymedontē Atheniēſiū Duces à Crotonia a.li.7.
ns trāſitu ꝓhibitos è Thurinis veniētes, ſecundū Hyliā iter ad mare tenuiſſe, ac ibi
deſcendiſſe naues ſcribit. Plini⁹ *b* Neethū amnē in ſecundo Europæ ſinu collocat. b.lib.3
Nomē id caſu ortū ab euentu malorū inqt Strabo, cū erroribꝰ ad hāc oram delatis cap.10.
Achęis, eorū mulieres iactationū tēpeſtatiſq; ptęſæ naues incēdiſſēt, ne diſcedēdi
inde facultas relinqueretur. Croton e P. M. quatuor abeſt. Olim hæc regio Iapygia
vocata eſt à Iapygis incolis, de qbus poſtea dicetur, q primū hîc tenuerūt, vt Epho
rus tradidit. In mediterraneo, læua Crotonis, oppidū eſt Seuerina: poſt id Bernal-
da, cū alijs quibuſdā caſtellis viciſq;, veluti Auerna, Meſuraca, Amiri, Longobu
co, Virginio, vbi cādidū cęditur marmor, inſup alia pleraq; loca. Tū itinere p orā
ſinus, quatuor à Neetho millibus oppidum eſt Strongoli: poſt id ſenis millibus
quam promontorium apparet, in quo pagus Hippizirius, paſcuis admodum
fortunus. Decimoqnto abhinc lapide Turris Impatoria eſt: vbi vetuſtiſsimū
quoddā ædificiū: quarto indè Cariathis in litore perhoneſta ciuitas, titulo Comita
tus inſignis, in quo non pridem Ioannes Baptiſta Spinellus pòſt etiam Caſtri Vil-
laris Dux, vti antea dictum eſt, eluxit. A Cariathi XIIII. P. M. oſtia lati altiq; fluuij
Triuntis, qbꝰ in ſinū Tarentinū illabitur: inde millibꝰ tribus, à mari mille qn-
gentis paſſ. Calopitiatū oppidū agri fœcundi amœniq;, ab Roſano milliaribꝰ octo
diſtans. Succedit in vertice ꝓcelli mōtis Abbatia D. Mariæ Patiranæ perquam æ-
dificata lautè: cuius ędem gentes finitimæ ſumma cū veneratione, magnificiſq; do
nis frequentant. Cœnobiū hoc tanta religione ſacrū ſanctumq; habetur, vt mulie
ri ad id vllo vnq̄ tempore admiti nefas ſit. In ora decetero Crathidis ampliſsimi
amnis oſtium ampliſsimū ſuccedit. Crathis ab omnibus antiqs vocatur: idemq;
nomen vſurpat Vibius Sequeſter. Caput in montibus tollit orientali regione ſu-
per Conſentiam, vti in Brutijs indicauimus: interq; montiū illa iuga deſcēdens,
Magnam Græciam à Brutijs diuidit, quod in enarratione mediterraneorū huius
regionis docebimus: ad extremum plurimis fontibus & aquis vndiq; contractis
immenſum incremēto euectus, hîc in ſinum Tarentinum ſe condit. Trans eum
locus eſt vbi quondam Sybaris extitit, Strabone Plinioque auctoribus C C. à
Crotone ſtadijs. Sybarin Achiuos Strabo, Troezenios & Sagarin Aiacis Locri
filium Solinus ædificaſſe tradit. Ego conditam ab vnis arbitror, ab alteris au-
ctam. Troezenios autem primos auctores fuiſſe, idq; ex Antiochi narratione quā
Strabo refert, colligi. Tradidit ille cùm Achiuis ædificandi Crotonis data dictio
eſſet, ad exploranda loca Miſcellum miſſum vrbem Sybarin ad eiuſdem nominis
amnem conditam optimo ſitu inueniſſe: vnde manifeſtò conſequitur vt puto, Sy-
barin ante Achiuorum in Italiam aduentum extitiſſe: proinde haud ineptè poſſe
videtur ab Achiuis inſtauratam: quoniam & qui tantùm vrbes auxere
a veteribus earum conditores appellari ſæpe ſolent. Hoc itaque loco Sybaris o-
lim fuit vt Strabo teſtatur, itemque Plinius *d* cum inquit: Oppidum Thurium in- d.lib.3.
ter duos amnes Crathin & Sybarin, vbi & vrbs eodem nomine fuit. Liquere nunc cap.10
arbitror Sybarin vltra Crotonen vbi à Ptolemæo depingitur, vbiq; nūc Simaris,
haudquaquam fuiſſe: quando eam inter Crathin & Sybarin amnes cum Plinius
& Strabo, tum etiam Diodorus *e* apertiſsimè collocauerit: ideoque Sybarin à e.lib.11.
flumine nominatam abſq; cōtrouerſia ſit, cuius eadem appellatio ad hanc vſque

Ee 4 memo

memoriam mãſit. Vrbẽ Sybarin opibus & potẽtia tam egregiè quondã floruiſſe Strabo teſtatur, vt quatuor finitimis gẽtibus imperarit, ciuitateſq; vicenas ꝗnas ditionis ſuæ fecerit. Ad Crathidẽ etiã ſpatio quinquaginta ſtadiorũ ædificia Sybaritæ habuerunt: & exercitum trecentorum millium, cuius rei teſtis quoque eſt Diodo-
a.lib.12. rus, a aduerſus Crotoniatas eduxere quõdã: ſed ſpatio dierũ LXX. tantũ opũ imperijq́; vim, quoniam toti delitijs atq; luxu diffluebãt, eo bello profuderunt: etenim cum acie congreſſuri muſicis inſtrumentis ſuaue ordinibus præcinere ſolerent ac ſi ad tripudiũ ꝓficiſcerentur, eorũ verò equi hoſtiũ Crotoniatarum terribili fremitu & clangore tãꝗ in furorẽ acti auribus ad eiuſmodi ſonitus inaſſuetis eos haudquaquam ferrent, ſuorum ſtationes retrò cedendo perrupere: ſic diſiectos turbatoſq; inſecutus hoſtis, poſt ingentem cædem vrbe quoq; ipſa potitus eſt, eamq́ im-
b.li.5.et 6. miſſo ex parte ſuperiori flumine, demerſit aqs, vt auctor etiam eſt Herodot⁹ b. Pauci tũ ex ea clade ſuperſtites ab Athenienſibus alijsq; Græcis in ſuas ciuitates recepti, ob diſſolutos effœminatoſq; mores ꝑ contemptũ primò habiti, paulatim verò etiã occiſi oẽs ſunt: nouaq; vrbs nõ ꝓcul extra veteris locũ ad mare condita, Thu-
c.lib.12. riũq; à fonte q iuxtà erat, nominata, cuius incolæ Thurij. Hæc Diodorus c abundè ꝑſcripſit, q vrbis eius initia ſigillatim iucundiſsima narratione cõmemorans, poſteaq; tũ, inquit, vrbis ſpatiũ in longũ porrectũ in quatuor platæas & fori loca diſtribuit, quorũ vnum Heracleam appellant: alteri Aphrodiſiadis nomẽ dant: tertium Olympiada, & reliquum Dionyſiada vocitari inſtituunt. Per latitudinem verò tribus rurſum foris ſpatia locis diducunt, nominaq; ſingulis imponunt, alteri Heroa, alteri Thuria, tertio Thurina: ſic fere Diodorus. Thuriũ etiã Plinius, Ptolemæus, & Mela nominãt inter Crathin & Sybarin amnes ſitũ. Sybaritarũ luxum omniq́; voluptatũ ac delitiarũ genere corruptos mores, antiqtùs in ꝓuerbium abijſſe traditur, vt molles, voluptarijq́; ac luxu diſſoluti hoẽs appellarẽtur Sybaritæ. Altera quoq; Sybaris extitiſſe XII. à Roma paſſ. millib⁹, inuenitur. Rurſũ quo ad
d.lib.6. & 7. Thurios vt Thucydides d & Appianus e vocant, aut Thurinos vel Thuriũ reuerta-
e.lib.5. mur, eã vrbẽ diu opibus longaq; pace floruiſſe tradit Strabo, priusꝙ̃ à Lucanis imperio ſubigeretur. At verò rẽ Lucanã cum Tarentini bello vehementer afflixiſſent, Thurij ſe populo Rom. dediderunt, q tum colonia huc miſſa nouo noẽ Copias vr-
f.lib.25. bẽ dixere. Thurij Liui⁹ f ꝑſæpe meminit, vocatq́; Thurinũ & Thurinos, vti quoq;
g.de bello ſpar. L. Flor⁹. g Vinũ Thurinũ olim in ꝑ̃tio fuiſse teſtatur Plini⁹ h. Supra locũ vbi Thurij quõdã extitere regio nunc eſt Thurrana vulgò dicta, quã à Strabone quoq; Thu-
h.lib.14. cap.6. rianæ noẽ memoratã puto. Thuriorum paucisſima nunc veſtigia ſupſunt iuxta littus: & in planitie vbi ſita vrbs erat, ex arborum quarundam truncis, folijsq; ſylueſtrium prunorum inſtar mãna legitur, quam æſtiuo tempore cœlum rorat, præſertim cum imbres diurnos ſerena nox vti in Brutijs diximus, inſequitur. Quæ folijs hęret, illa quę truncis melior & ꝑ̃tioſior habetur. Regio lætiſsimis pratis vberri-
i.lib.16. cap.22. ma commodiſsimaq́; eſt. Plinius, i in agro Turino, inqt, vbi vrbs Sybaris fuit, ex ipſa vrbe proſpiciebatur quercus vna, nunquam folia dimittens, nec ante mediam æſtatem germinans. Apparet his in locis aquęductus adhuc veterrimus, quem mihi Marturanus dicebat illius fuiſſe fontis, à quo Thuriorũ nomen acceptũ: hęc ætas Aquam Fabulinam vocat, fortaſsis ab dulcedine ſuauitateq́; ſumma. Tro-
k lib.20. gus k multas à Philoctete Thuriorum vrbes ędificatas, & in earũ vna ſepulcrum
l.lib.6. adhuc illi⁹, ſuo ſeculo extitiſſe ſcripſit. Ego illas à Strabone l memorari puto, cum Petiliã aliaſq́; Sicilię ciuitates et vicos plurimos vſq; Venuſiã Philoctetẽ cõdidiſſe perhi-

perhibet. Poſt Thurios, inquit Strabo, Lagaria eſt oppidum, ab Epæo & Phocenſibus ædificatū, vnde Lagaritanū vinū dulcedine tenuitateq; præſtās, eaq; propter medicis vti ſaluberrimū apprimè laudatum, cuius à Plinio a quoq; mētio facta. Sybarin vrbē amnis ſequebatur eiuſdē noīs, qui nunc Cochilis, quemadmodū in Brutijs diximus. Oritur in dextra Schalę Morani interq; rupes altiſsimorū montium in planitiē ſubiectā fertur, per quam acceſsione tandem fontium ac riuorum plurium auctus, ſinui Tarentino influit. Equi ex eo ſi bibant, inquit Strabo, mirū in modum ſternutamentis agitantur, quāobrem hinc amoueri magna cura ſolēt. Eiuſdem amnis etiā Thucydides b meminit in hāc ferè ſententiā ſcribens. Demoſthenes & Eurymedon poſteaquā Thurini ad ſocietatē militiæ ſe expedierūt, ſepti genti, armati trecenti iaculatores, iubēt claſſem tendere in orā Crotoniatū. Ipſi recenſitum priùs peditatum ad flumen Sybarin ducunt per agrum Thurinum. Qui cum ad flumen Hyliam peruenissent, præmiſere ad eos Crotoniatæ qui dicerent, nolle per ſuum agrum duci exercitum. Poſt Cochilem amnis eſt Sinus, Plinio Syris, pariterque Straboni appellatus, qui nauigabilem dicit. E montium delapſus iugis, hìc in ſinum Tarentinum euoluitur. Olim illi vrbs appoſita nominis eiuſdem, Syris, fuit, à Troianis condita, quod Palladium huc ex Ilio delatum incubat: de quo famam ætate ſua fuiſſe ſcribit Strabo, vrbe ab Ionibus capta, ſimu lacrum, cum ad id confugientes abſtraherentur, palpebras & labra mouere viſum. Iones tum huc Lydorum imperium pertæſi venerant, vrbemque expugnatam quam Aborigines ſeu Chones tenebant priùs, appellauere Polion. Syrin poſtea Tarentini ſubegerunt, coloniamq; inde deduxere Heracleam. Fuit etiam ætate Strabonis à Syride IIII. & XX. à Thurijs CCCXXX. ſtadijs non planè iu- ... tus Heracleopolis, quam Mela Pliniuſque ac Liuius Heracleam nominant, colonia Tarentinorum vti iam diximus, vtque non ſolum Diodorus c teſtatur, ſed etiā Liuius, d Heracleā Tarētinorū coloniā ab Alexandro Epirota captā diſerte ſcribens. Eadē vrbs Heracleenſiū, inqt Strabo, emporiū fuit, quod à Tarentinis ... tranſlati Syritidæ inſtituerāt. Plinius vnā eandēq; ciuitatem Syrin & Heracleā facere videtur: vt quæ primò Syris, pòſt Heraclea dicta ſit. Sed aut vrbium nomi... populum deſignat, quod in vſu eſſe doctis non ambigitur, eaq; ratione Heracle... ... Syrin vocitatā ſcribit, q̄a gens eadē è Syride tranſlata fuit Heraclēā: aut ꝓ... o decipitur: qppe vrbes omnino diuerſas fuiſſe Syrin & Heracleā, interuallo... locorū diuiſas, apertiſsimè demonſtrat Strabo. Seqtur in ora flumen Acris, qđ Acyrin Strabo, Plini⁹ Acrin appellat: Barbar⁹ aūt in ea voce mendū eſſe, & Acyrin ... ſū vti apud Strabonē arbitratur: niſi fortaſsis ab illo quoq; Acrin, vti etiānū appellatur, ſcriptū exiſtimare malim⁹. Inter amnes quos memorauim⁹ vrbes illę fu... Syris & Heraclea, q̄ paulo antè dictę ſunt. Ora dehinc fluuiorū, Salādri, quē ve... Thalandrū appellarūt, & Baſentij, de quo pòſt in mediterraneis agemus. De cætero locus eſt vbi quondā nobiliſsimū oppidū extitit Metapontus, ab Emporio Heraclię CXL. ſtadijs, de quo dicetur inferiùs. Orā hāc à Rhegio, vel Alice flumine, ſeu Locrorū initijs vſq; Metapontū Strabo Magnā Gręciā nominat: & Plinius tertiā Italię regionē Metaponto finiri ſcribit: Ptolemęus verò Tarentū vſque Magnā Græciam, vti initio quoq; diximus, extendit, quem nos ſequi inſtituimus. Priuſquam autem longiùs circa hunc Tarenti ſinum procedamus, retro nonnihil commeandum eſt viſum, quò loca quædam partim intus in mediterraneo, partim ad litus ſita dicantur, quæ nec à Strabone Pliniove, nec etiam à Ptolemæo,

a. lib. 14. cap. 6.

b. lib. 7.

c. lib. 12.

d. lib. 8.

mæo,fortaſſe quòd illorum ſeculis aut non extitere,aut nomine caruere,ſunt rela
ta:quamobrem ab agri Cōſentini finibus citeriori parte Crathidis,quem amnem
Brutios à Magna Græcia ſeparare diximus,incedentes,priùs mediterraneorum ſi
tum,dein etiam maritimorum ordine quàm licebit commodiſsimo (quippe quo
vellemus,cùm montium iugis cōuallibuſq; commixa ſint omnia,haud datur) e-
diſſeremus.

MAGNA GRAECIA MEDITERRANEA,
partimq; litoralis.

POſt Cōſentiam cis Crathin primum eſt Caſtilio oppidū, ei⁹ agri caput· mox
flumen Arentes·tum inter iuga oppidum Roſæ· dein P.M.ab eo quatuor ali
ud, Lilucij,quod peramœnum agrum habet,arboribusq; moris plenū. ·Succedit
itinere ad Biſinianum verſus ſexto ferme lapide Moconus amnis rapidiſsimus·iu-
xtaq; pòſt in colle mōtibus editiſsimis propinquo ciuitas ipſa Biſinianum,forma
ſeptiquetra,munitiſsimam arcē habens,tituloq; Principatus ornata,quē nūc Pe-
trus Antonius Sanſeuerinas Neapolitanus tenet,vnà cum imperio locorum hoc
ſitu cōpluriū.Sequitur hinc Crathis:poſteū Tarſia , ſenis à Biſiniano milliarib
inter montes,antiquum vt incolæ perhibent oppidum, opulentumq; ac frequēs
agro quoq; rerum ad vitam vtilium fertili. Crathis ad læuam præterfluit.Quinis
hinc P. M. & à mari duodenis item inter montes oppidum eſt Terra Noua, ſatis
hercule rebus neceſſarijs abundans:pariq; dein ab ora ſpatio aliud eſt, Agri . poſt
id quaternis millibus in planitiem ad mare verſus deſcendenti, perpulchrum oc-
currit D.Mauri,ſplēdidis ædificijs nitens, ac præſertim magnificentiſsima domo
Biſiniani Principis,cuius ditione vti & cætera quę memorauimus,habetur.C
hoc oppidum vndiq; nemora ſaltuſq; ſunt admodum ad venatus ferarum oppor
tuni. Via tum per planitiem P.M.à mari quatuor ad Corlianum deuenitur op
dum, agro peramœno iucundoq;,quo paſsim horti cernuntur cultiſsimi,medi
alijsq; id genus fructiferis arboribus ordine bello poſitis,conferti , cum ſepti
myrto,gelſamino,roſa,buxo,roſmarino , lauro,ſimilibusq; fruticibus odorif
ac perpetuò virentibus·itē cū pergulis variarū nobiliūq; vitiū,in quibus vuarū
midiſsimi racemi quum anni tēpus eſt,apparent·aquulis etiam paſsim grati
murmure obſtrepentibus,quibus arborū radices adaquantur,vt adeo incredi
lē prorſus horū locorū ſpectatio delectationē habeat.Inprimis aūt elegans & mi
rabile Principis hîc pomariū eſt,alijs ſanè cunctis nobiliſsimarū arborū vari
te,cæteriſq; rebus omnibus tanto excellentius,quantū ipſe gentibus imperio po-
teſtatiq; ſuæ ſubiectis nobilitate prælucet.Oppidū Corlianum amnis Corlianet
alluit.Senis à Terra Noua millib⁹ abeſt·quo interuallo medi⁹ fluit Crathis. In a-
gro Corlianate argenti fodinæ ſunt,vbi mihi Marturanus affirmabat , opera dili
genti magnam metalli copiam elici poſſe· maiorē tamen ſi quęreretur eodem in
agro ſenis denis à Corliano milliaribus ad Bombucum verſus.Iuxta Roſani inū
qui Tarentini pars & receſſus quidam eſt, Corlianum iacet. Sinus nomen habet
ab ciuitate munitiſsima Roſano, tribus à mari P. M. ſita,cuius imperium nunc
Bona Polonorum regina,Ioannis Galeatij Sfortiæ ac Iſabellæ ex Alfonſo altero
Neapolis rege natæ, Mediolanenſium Ducum filia,tenet. Sedem habet Archie-
piſcopalem,& agrum amœnum fœcundumque,vitibus,olea, medicis,ac al u
iuſmodi fructiferis arboribus nitentem.Arbuſculas etiam fert,quæ piper gignit.

Ego

Ego hanc eam vrbem eſſe puto, quam Procopius [a] Blondusque [b] Ruſcianum vocant, cum montes Lucanorum in Brutios excurrere, duaſque perangustas creare valles ſcribunt, nec procul ab ijs in ora Ruſcium eſſe Thurinorum promontorium, ac in eo ad LX. ferme ſtadium, interuallo quodam à mari diſtans oppidum Ruſcianum. Addunt etiam eum locum præſidio Græcorum militum à Beliſario munitum fuiſſe, cum is Crotonem proficiſceretur, quo tum Iuſtiniani claſsis appulerat: cæterùm Græcos pòſt annonæ difficultate victos Totilæ Gothorum regi ſe dedidiſſe. Inter Corlianum & Roſanum amnis Ruſillus fluit. Roſanum haud procul à templo D: Mariæ Patiranæ celeberrimo, de quo ſuprà diximus, abeſt. Vlteriùs inter montes XII. milliario Caſſanum eſt ciuitas, ad Biſiniani quoque Principis imperium ſpectans. Dehinc inter altiſsima iuga perhoneſtum & abundans oppidum Cerciaria, Marchionis Montis Sarchij ex Neapolitana gente Carrafarum. Inde millibus quatuor ad ſinum Roſanum verſus deſcendenti, in latere montis quod ipſum ſinum ſpectat, Caſtellum Nouum occurrit, Miletinæ Comitis, ex illuſtri quoque Neapolitana familia Sanſeuerinatum. Agrum id habet cumprimis iucundum, olea, citris, limonibus, alijſque fructiferis arboribus conſitum: adeoque paſsim horti amœniſsimi ſumma cum voluptate ſpectantur. Humanitatem atque magnificentiam qua illa prçſtantiſsima mulier erga Franciſcum Sylueſtrum Ferrarienſem, noſtri ordinis ſummum antiſtitem, & me cæteroſque comites anno poſt C.N. MDXXV. menſe Octobri, cum hac iter faceremus, vſa eſt planè ſingulari, ſempiterna dignam memoria rati ſumus. Primùm de antiſtitis aduentu certior facta, nobiles aliquot viros è domeſticis egregiè veſtitos in equis inſignibus ad fines ditionis, tria millia P. obuiam miſit, qui exceptum mox in oppidum deduxere per amœniſsimum atque ſuculentiſsimum pomarium, quod in aditu eſt caſtelli, plenum citris, limonibuſque ac nobilibus id genus arboribus, in quibus craſsiſsima poma tum quoq; mala, præcipueq; citria variarum formarum, bifurca, trifurca, tam infirmis ramulis dependere ſumma cum admiratione cernebantur: paſsim quoq; diſcurrentiũ aquarum ſuſurris ſuauiſsimè circumſonantibus. Ipſa deductum in arcem cum comitibus grauitate quadam çtati paulo prouectiori decẽtiſsima perhumãiter excepit, & magnifica cœna, comitateq; mirabili habuit. Oppidum hoc, vt ad inſtitutum ab diuerticulo reuertamur, tribus à mari P. M. abeſt. Raſſanus etiam in hac regione Caſtrum Villare ponit, altiſsimo in monte ſenis à Caſſano milliaribus ſitum, iuxta quod Cochilem amnem fluere dictum eſt. Nos tamen id in Brutijs deſcripſimus, addita ibidem ratione: quanquam in Magna Græcia poni quoq; haud male poſſe arbitremur. Priuſquam vltrà procedamus, obiter hîc viſum fuit repetere, Thurios inter Crathin & Sybarin eſſe amnes: quo verò melius animo comprehendi queat ſinus Roſani ſitus, ordine loca circum eum omnia commemorabimus. Primò ipſum eſt Roſanum à mari tria millia: ſuccedit Corlianum illa nimirum in planitie, quæ ſemicirculari forma (nam eiuſmodi hîc littoris flexus eſt) ad montium radices vſque pertingit, vbi Caſtellum Nouum. Sequitur oſtium Crathis: campuſque vbi quondam Thurij. Crathis vt anteà quoque dictum eſt, è montibus oritur ſupra Conſentiam, & paſſim acceſsione fluminum àliorum auctus, infra Biſinianum, ac præter illa oppida quæ recẽnſuimus fluens, demum per hanc in ora planitiem ſinui Roſano illabitur. Haud procul à Crathide, propemodum in ſemicircularis illius

curuatu-

a. lib. 3. b. lib. 6 hiſt.

curuaturæ medio, Cochilis oſtium eſt è mõtibus item deſcendẽtis· vltra quem amnem ad iactum lapidis oppidum Trebiſatium eſt· iuxtaq; montes Albidona m[illegible]ibus quatuor à mari: dein Amygdalaria duobus à mari millib⁹. Nomen hoc oppidum ab amygdalarum copia, quibus ager eius abundat accepiſſe puto. Sed & vinum optimum eo naſcitur. In ditione Marchionis Sarchini eſt ex Carrafarum Neapolitana familia. Plurimũ noſtra memoria illuſtratũ eſt Pomponij Lęti ortu, d[illegible]ctiſsimi viri diligentiſsimiq; totius antiquitatis & inueſtigatoris, & inſtauratoris vti ſcriptorum eius monumenta teſtãtur, præcipueq; Cæſares: nec minus etiã Geographię Coſmographiæq; vacauit quàm diſciplinis cęteris· ita vt cum Pomponio Attico non indignè conferri potuerit. Romæ diu conſedit, ędeſq; modicas in Q[illegible]rinali ædificauit cum hortis amœniſsimis· quorum aditum his litteris vti etia[illegible]num apparet inſcripſit. Sodalitium litteratorum. Relictis qui circum oram ſinus ſternuntur campis, ad montium radices, in exitu ſemicirculi quem modo de[illegible]cripſimus, immenſus in litore ſcopulus apparet, cui arx inſidet Roſſetana, ſic ab o[illegible]pido Roſſeto dicta, quod hinc introrſum in continenti P. M. octo ſitum eſt. Fi[illegible]is hic vt vulgò putant Calabriæ, principiumque Lucanorum, vel vt alij volunt A[illegible]liæ: tantaq; varietas etiam inter eruditos & locorum apprimè gnaros anim[illegible]titur· ſed nos antiquorum exemplum ſequi iam dudum inſtituimus, & ad illoru[illegible] rationẽ operis noſtri proceſſum conformare: quapropter eum tractum qui à [illegible]rijs vſq; Metapontum eſt, Lucaniæ potius attribuendum quàm Calabriæ cenſemus, quòd à Strabone Lucanis detur, vti ſuprà dictum eſt.

PARS AGRI LVCANI.

IAm hîc paſſ. à mari mille iuxta montis latus Arx Imperialis cernitur, ſic, vta[illegible], appellata, quòd ab Imperatore Friderico Siciliæ rege condita ſit. Sed & muni[illegible]ſimam hîc arcem Alfonſus ſecundus rex Neapolis, Calabriæ Dux erexit. Decętero inter montes, Veleta Nucariaq; ſunt oppida perhoneſta: tum Cana, Ruin[illegible], & Frãcauilla, vbi ſplendidiſsimum Carthuſianorum monaſterium: mox ad m[illegible]tis pedem Noia. Rurſus in ora Syris oſtium, vti antè demonſtratum eſt. Succed[illegible] veſtigia deleti Pelicoris· vbi tamen arx modica etiamnum, in qua ſuſpectis temporibus locorum domini pręſidia conſtituere ſolẽt contra piratas, ne per agros [illegible] cũiecto populabundi excurrere queãt. Int⁹ inter montes ſunt Ad D. Archan[illegible] Arx Noua, Vaturanum Græcorum domicilium, Caſtellum Nouum, Epiſc[illegible] Carinia, Teania, Claromontium, Senenſes Colliuallesq;, & Torſeum denis [illegible]nis à mari P. M. ab Acri flumine binis, cuius in ora litoris os profundiſsi[illegible]tiſsimumq; · quamobrem nec ibi tranſiri poteſt, ſed milliaribus duobus à m[illegible]mum, vbi pons ligneus viam iungit. Poſt Acrin iuxta montes duodecimo lap[illegible]de Mons Albanus· dein ruinæ Petrolæ ad amnem Salandram cernuntur. Is fluui[illegible] adeo nonnũquã ex imbribus abundat, à decliui vtrinq; iugorum faſtigio aq[illegible]s [illegible]cedentibus, vt ſuper alueum excreſcens, totam vallem inundatione compleat [illegible] morem brachij maris· quod ego cum anno à C. N. MDXXV. comes Franci[illegible]ci Ferrarienſis ſummi noſtrę ſodalitatis magiſtri Calabriam peragrarem, ocul[illegible]s c[illegible]ſpexi. Sequitur Gracum, infra quod Salandra fluit: tum vlteriùs inter montes ſ[illegible]t Ad D. Maurum, Acremira, Cantianum mille paſsibus ab amne Baſentio: deinde Ferrandina caſtellum à Ferrandino Calabriæ Duce, Alfonſi ſecundi Neapolitanorum regis filio denominatum conditumq;, non procul eo loco, vbi priùs Vegianum abſumptum ac ſubuerſum terręmotibus fuit: exin item inter montes oppidum

dum Peſtice. Rurſus in ora Baſentij fluminis oſtia ſunt, ꝗ Caſuentū appellare Pli
nium exiſtimo poſt Thalandrū. Abundare plurimū & hoc ex imbribus hyberno
q; tēpore ſolet, vti cætera tractus huius oīa· quaꝓpter eorum tranſitum accolæ tū
paſsim ligneis pōticulis cōiungere ſolent, quos tñ inundationū violentia perſæpe
demolitur & aufert, vt iter agentibus expectare neceſſe ſit dum aquę ſubſidant, ꝗ
ego ſum exptus. Paulo vlteriùs D. à mari paſſ. Turris Marina nunc deſerta cerni-
tur, vbi pauca quędā inopum tuguria ſunt. Eā vt ꝓpugnaculo cōtra pdonū excur-
ſiones eſſet, olim ædificatam cōſtat. Quidam hîc Thurios fuiſſe putauerunt, vti e-
go conijcere poſsum, exigua nominum ſimilitudine adducti, quaſi vicinū & com-
mune q̧cquā appellatio Turris Marinę cū Thuriorum habeat: cæterùm toto, qđ
aiunt, cœlo errant: etem̄ inter Crathin & Sybarin Thurios fuiſſe, nimis apertè Stra
bo Pliniusq; demōſtrarunt· quorū verba cū iſti diligēter inſpexerint, eqdē nil ad-
dubito, qn ab eiuſmodi ſentētia ſtatim ſint abſceſsuri. Nō ꝓcul dein à Turre Ma-
rina cāpus ingens & pamœnus ſternitur, à mari D. paſsib⁹, in quo Metapōtum o-
lim vrbs nobiliſsima fuit, ita Thucydidi a, Appiano b, Straboni, Plinio, Melæ, So a.lib.7.
lino, Liuio, Ptolemæo, cęteriſq; ſcriptoribus appellata· cuius hac ætate nulla veſti b.lib.5.
gia pter vetus cocti lateris rudus cum atra terra, ſuperſunt. Admirationē profecto
ſummam & propemodū incredibilē habent tantæ vrbis tam exiguæ reliqæ: quan
qua nō hîc eam extitiſſe, ſed vbi Pelicoris eſt, alij falſò putauerint· quoniam Peli-
coris inter mōtes, at Metapontū in planitie iuxta mare fuit. Alij Pelicorē Metapō-
tinos ciuitati ſuæ deletæ ſupſtites ædificaſse tradiderunt, quod vtcūq; ſit, vltrà iā in
qrere nō libet. De Metapōti auctoribus ſcriptores variāt. Strabo cōditum à Pylijs
tradit, q huc duce Neſtore ab Troia ſint ꝓfecti· Solinus à Locris ait, ab ijsq; Me-
tapontū vocatū, & ætate ſua Iubiū· Ephorus à Daulio Criſæ Delphis ꝓpinquæ ty-
rāno dixit· Antiochus à Metapōto filio Siſiphi, quē Barbari Metabū vocabāt, pri-
moq; nominatū Siritum ꝑhibet Euſthati⁹. Nō defuere q noīs etymologiā ab hac
extremitate maris deducāt, ac ſi meta pōti diceretur. Memorabile eſt quod refert
Strabo, ætate ſua famā extitiſse, Leucippū vnū ex Acheorum legatis ad inhabitan
dā hanc vrbē miſsis, locū à Tarētinis in vſum diē noctēq; petitum, repetētibus hu
iuſmodi colore nō reddidiſse, ꝗ interdiu repoſcētibus contra pactū fieri, quo nox
vtq; ſequens cōprehenderetur, noctu repetentib⁹ diē ꝓximam expectandam dice
ret, vt q nocti adhęreret, cōuentioneq; fuiſſet adiūcta. In tantū dein ex agrorū dili-
gentiſsima cultura Metapontinos opibus & pōtētia creuiſse refert Strabo, vt au-
reā æſtatē Apollini Delphis obtulerint. Vrbis natalē ferijs quę dicebantur Nelei
dæ celebrabant. Trogus c auctor eſt Metapōtinos in Mineruæ tēplo ferramēta q- c.lib.20.
bus equum Troianū Epeus, à quo cōditi erāt, fabricauerat, oſtentaſse, ꝓpter qđ,
inqt, omnis illa pars Italię, nimirum in qua Metapontus, Maior Gręcia vocatur.
Sed principio originum Metapōtini cum Sybaritanis & Crotonēſibus pellere cę-
teros Græcos Italia ſtatuerunt. Cum primùm vrbē Syrin cepiſsent, in expugnatio
ne ei⁹ qnquaginta iuuenes amplexos Mineruæ ſimulacrū, ſacerdotēq; Deę velatū
ornamentis inter ipſa altaria trucidauerūt. Ob hoc cū peſte & ſeditionib⁹ vexarē
tur, priores Crotonēſes Delphicū oraculū adierūt. Reſpōſum his eſt, finē mali fo-
re, ſi violatū Mineruæ numē & interfectorū manes placaſſent. Itaq; cū ſtatuas iu-
uenibus iuſtæ magnitudinis & inprimis Mineruæ fabricare cœpiſſent, Metapon-
tini cognito oraculo Deorū, occupandam & maniū pacem & Deæ rati, iuuenib⁹
modica & lapidea ſimulacra ponunt & Deā panificijs placant. Atq; ita peſtis vtro

biq; ſedata eſt, cum alteri magnificentia, alteri velocitate certaſſent. Metapontú deinde à Samnitibus euerſum, quo tépore bello illi cum tota Italia contendebát,
a lib.20. Herodotus *a* auctor ꝑdidit quanq̃ id Tarentini, licet diutiſsimè cum Metapontinis certauiſſent, efficere potuere nunq̃. Addit tñ Herodotus, & item ex Antiocho refert Strabo, rurſum poſtea Metapontum Achæos incoluiſſe, quibus Lacedęmone ciuili diſſentione pulſis, & ad Sybaritas profectis ob inimicitias cum Tarentinis Sybaritæ perſuaſerant, vt hunc locum occuparent, ne q̃a Tarentinis eſſet propinquus, ab illis inuaderetur. Grauiter dein Achæos Metaponti incolas finitimæ gentes, vt q̃dam tradūt, aut alij inter quos Herodotus, Tarentini afflixerūt. Pythagorā hac in vrbe ſupremā ætatē exegiſſe, cum Crotone migraſset vbi annos viginti
b lib.20. conſtiterat, auctor eſt Trogus *b* eundem etiā in admiratione tanta Metaponti fu-
c.lib.14. iſſe ſcribens, vt & ædes eius dedicarentur, & ipſe diuinis honoribus haberetur. Pli-
cap.1. nius *c* tradit Metapōti templū Iunonis vitigineis columnis ſtetiſſe. Eiuſdem vrbis
d.lib.25. mentionē perſæpe facit Liuius nominatim *d* cum Annibali ſe dedidiſſe Metapon-
e.lib.27. nos item cum *e* eq̃tes Gallos quatuor, Numidas duos tota fere Italia per medios hoſtes peragrata, vt Annibali ab Aſdrubale litteras adferrēt, Annibale vltra Metapontum agente, captos perductosq; Tarentum ſcribit. Sed & eodē in libro Metaponti mentionem Liuius ſæpe inſuper facit vti etiam alijs in locis maximeq; receptum à Fabio Max. Tarentum, cum Annibal ad Metapontum eſſet reuerſus, vt dolos capiendi ea in vrbe Fabij ſtrueret, narrans. Metapontum à Spartaco direptū prodit Florus. Id Hippaſis ortu inclytū fuit Pythagorę diſcipuli, ſummi philoſophi quanq̃ nulla ſcriptorū ab eo monumenta reperiantur edita, queādmodum ſcribit Demetrius in Homonimis. A quo ſubuerſa poſtremū vrbs, & qua occaſione tam planè deleta ſit, vt præter nigram terrā veteri rudere mixtam, quæ nunc aratur nullum eius veſtigiū ſuperſit, non inueni. Metaponto Magnā Græciam ex Strabonis ſententia finiri diximus ex Plinij tertiam Italiæ regionem incepiſſeq; Iapygiam: ſed vt alij quos ego ſequi in animo habeo tradiderunt, Lucania hîc deſinebat moxq; Apuli annectebantur. Reliquam igitur huius oræ partem vſque Tarentum auctore Ptolemæo nos & Apuliam, & Magnam Græciam quoq;, vti ſupra eſt demonſtratum, vocabimus.

PARS APVLIAE.

POſt eum locū vbi quondā Metapontus, ad quartū lapidem in tumullo, mille paſſ. ab ora columnæ marmorlæ vicenæ ꝑgrandes altæq́, conſpici ūtur, ordine duplici, vbi gymnaſium Architæ Tarentini fuiſſe quondam, vulgò creditur. Situs in montibus oppidū eſt Bernalda, propinquum ad teli iactum Baſentio. Tum ab eo flumine millibus duob9 iuxta pedem montis Pomaricum eſt & in ipſis collibus Milionicum, Principis Biſiniani. Senis inde millibus Crotolum Ducis Traectini caſtellum: vlteriùs Graſſanum, & Mons Scalioſus mille paſsib. à Bradano iacetq; inter amnes Bradanum & Limincellum. Dein ad mare verſus incedenti, Tricaricum iuxta montium radices occurrit, haud procul ab Apennino, ſecus à Graſſano P.M. tum pulchra, tum perhoneſta ciuitas in ditione Principis Biſiniani. Seq̃tur inde Bradanus è montibus in ſinum Tarentinum defluens. Plurimū hybernis menſibus abundat quapropter neq; tū alius eius eſt tranſitus, quā ponte li-
f.lib.5. bell.ciuil. gneo ꝓpter ꝓficiſcentes extructo. Amnē hūc Appianū *f* Alexandrinū demōſtrare puto, cum Cęſaris & Antonij congreſsum ad Metapontum Tarentūque iuxta flumē quod mediū inter eas vrbes labitur, cōmemorat. Itinere dein ſecundū vlteriorē

Bradani

Bradani ripã ſurſum,ciuitas in iugis inuenitur Mons Peloſus,Ducis Traiectini, quã Bradanꝰ alluit. Hinc eadẽ via ſenis millibꝰ inter mõtes alia ciuitas Grauina, dignitate tituloq; Ducatꝰ inſignis,ab Vrſinorũ nobili gẽte Romana diu poſſeſſa, ex qua nũc Princeps Virginius armorũ vſu cũprimis exercitꝰ eã tenet. Millia hinc ſex ad nobiliſsimũ in Apẽnino caſtellũ Altãuillã·quod vt Volaterranꝰ *a* tradit,in antiq Petiliæ loco ſitũ,ac ꝓpter eius interitũ ędificatũ quidã exiſtimarunt: quanq̃ nobis illi in errore manifeſto verſari ſanè videtur,ꝙ in agro Scyllacæo Petiliam o ꝯo P.M.à mari fuiſſe nõ ſolũ Ptolemęi pictura nimis euidẽter oſtẽdat,ſed etiã Vir gilius, *b* cũ vrbes in illo Italiæ margine recenſens,Helenumq; fingẽs Aeneæ futura ꝑdicentem,indicantemq; curſum maris,quem ad vrbis nouæ locum inueniendum tenere eum oporteret,à Calabris & Iapygijs ad fretũ Siculũ verſus flectendũ dicit·ideoq; poſt Locros in eo tractu nominat Petiliam: vnde plusq̃ manifeſtò patet,non loca Tarẽtini,ſed Scyllacæi ſinus à poëta recẽſeri·quoniã id nauigationis Aeneæ ratio ab Iapygijs ad fretum Siculum verſus inſtituendæ poſtulat. Eccui igitur Altamuillam ab Scyllacæo ſinu longiſsimis itineribus diuiſam, veteris Petiliæ fundamentis inſidere credendũ videbitur? Accedit huc quod Strabo Petiliam nominatim in Lucanis collocat,q profectò nunq̃ vſq; ad Altamuillã ꝑtinuerunt· eum agrũ absq; dubitatione tenuere vbi Petiliã nos collocamus prope Conſentiam·quã item in Lucania Liuius poſuit,vti antea cõmemoratũ eſt. Sed & Plinium *c* ſi diligenter eum intueri libeat, noſtram quoq; ſententiã cõfirmare haud puto difficulter animaduerti poterit. Oppidũ Altauilla Principatus titulũ habet·ditioneq; nũc Ducis Traiectini ex ꝑclara Caietanorũ Neapolitana gente tenetur. Nulli in ſacrorũ iure,quanquã nomẽ ciuitatis nõ habeat, Epiſcopo,ſed Eccleſię Romanæ tantùm, & eius Archipræsbytero ſubiacet. Agrum vberem & optimum habet, vti in Apulia Peucetia deinceps indicabitur. Itinere dehinc per Apenninum P.M.XII. vallis inter eũ inuenitur pulchra,in qua vrbs Matera frequens inprimis & opulenta·quõdã vt auctor eſt Collenutiꝰ, *d* Acherontia vocata. Sitũ habet huiuſmodi. Partim in duobus profundiſsimis conuallibus, partim editiſsimis in locis q vallibꝰ imminẽt,poſita ſuſpenſaque eſt: quãobrem cũ ita libet,incolæ cœli ſereni lucentibusq; ſtellis pleni formam & imaginẽ quandã aptiſsimã ludere ac efficere hic queunt,tali nimirũ ratione,quẽadmodum & Raſſanus cõmemorat. Optimatiũ imperio per ꝑconem oẽs in imis cõuallibus oppidani poſt ſolis occaſum ad ſignũ cõſuetum repentè lumẽ ante fores oſtendere iubentur,vnde fit vt tũ è ſuperno ciuitatis faſtigio deorſum ſpectãtibus cœlũ tanq̃ ſub pedibus appareat luciſsimis refertũ diſtinctumq; ſideribus,inſtar ſeptentrionũ, ſucularũ, virgiliarũ, coronæ,cæterorũq; id genus,quæ aſtrologorũ diſciplina confingit. Res hæc profectò eiuſmodi eſt, vt prorſꝰ incredibilem efficiat admirationẽ,nõ tantùm ſi oculis ſpectetur,ſed etiam ſi percipiatur auditione. Vrbs Archiepiſcopatus titulum obtinet. In ditione eſt Ducis Grauinenſis. Agrum optimũ & abundantia rerũ vberẽ habet. Dirutam olim à Saracenis auctor eſt Blondus, *e* qui Materam Apuliæ nominat. Quanquam autem id exemplo quoq; Plinij nitatur,qui Materlanos huius vrbis incolas in regione ſecunda commemorat·nobis tamen eam vnà cum Tarento Magnæ Græciæ coniungere viſum fuit,quam Metaponto quidem Plinius itemq; Strabo definit vti dictum eſt, Ptolemæus autem Tarento· quo cum nos duce vti nunc inſtituerimus,ideo non ſolum vrbẽ hanc,ſed alia quoq; multa loca Magnæ Græciæ contribuemus,quæ ipſa & in Apulis eſſe demonſtrabuntur. A Matera

a.lib.6. c.v.

b.lib.3. Aene.

c.lib.3. cap.9.

d.lib.2. hiſt.Regn.

e.lib.13. hiſtor.

dein ad duodecimum milliarium illo itinere per montes caſtellum Tertianum
ſequitur, aquis abundantiſsimum· pòſt, ad duodeuiceſimum item à Matera, toti-
demque ab Tarento Caſtellanetum ciuitas in Apennino ·inde per Apen num
ad ſextum, Tarentoque duodecimum·, Motula item ciuitas. Tum ad oram verſus
tertio milliari, Tarentoque duodecimo, copia rerum abundans oppidum in pla-
nitie reperitur Paleſanum: læuaque, iuxta flexum ad Aquilonem Tarentini ſinus
in Apennino, quinis à mari millibus, à Paleſano tribus, Tarentoq; nouem, exig
um ſed munitiſsimum ſitu naturaque loci caſtellum Maſafra. Quidam hîc fuiſſe
Meſſapiam exiſtimarunt, à Plinio Salentinis vnà cum Aletio mediterraneo attri
butam: ſed vt ego arbitror, iudicio labuntur, hac potiſsimum ratione, quòd vlt a
Tarentum Maſafra ſit·at vt Plinius indicat, & nos in ſequenti regione docebim,
in Salentinis Meſſapia fuerit, qui agro Tarentino finiebantur. Multa quoque o-
cis circumiectis alia ſunt hoc tractu caſtella viciq;, vti Ginoſa, Colubranum, Al
nellum, Alianum, Guardia, cum ſimilibus exigui momenti locis, quamobre &
à nobis cōſultò ṗtermittuntur. In ora demū antiqſsima nobiliſsimaq; ciuitas e
Tarentū, Magnæ Græciæ finis vt Ptolemæus ſtatuit. In eius aditu primùm portus
conſpicitur, longè celeberrimus ſcriptorum monumentis, pręcipueq; Strabo
a.lib.6. a à quo ferè in hanc ſententiam deſcribitur. Portus Tarentinus maximus atq; p
cherrimus ingenti ponte includitur: amplitudine ſtadijs cētenis patet. Iſtmo inter
ſinus vndas exteriores, & ipſius portus internas, receſſu interiore cherſone
creat in qua vrbs poſita, facilimo nauium acceſſu opportuna, quòd in litore co
les vtrinq; ſint modici, verum vrbs ipſa ſe per loca depreſſa explicet·arce tamen
editiori parte ſita. Murus ciuitatis antiquus ingenti omnino circuitu patet·cæte-
rùm quà iſthmum ſpectat, maiori nunc ex parte concidit. ea verò pars quæ po
oſtio propinquior eſt, & arcem etiamnum habet, non mediocris vrbis magnitu
nem explet·ſtadiumq; luculentiſsimum amplectitur, itemq; forum ampliſsim
in quo Iouis coloſſus ex ære cum mirabili opere ſummaq; arte, tum poſt Rho
præcipuæ magnitudinis & vaſtitatis. Inter forum portuſq; fauces arx eminet, p
paucas nunc veterum ornamentorum reliquias habens: nam cum priùs mult
ne ſtatuarum & ſignorum excellentium abundaret, plurima Carthaginenſes vrbe
potiti diripuerunt, quædam etiam poſtea Romani vrbe per vim capta ſpolio
nomine ſibi vendicarunt·è quibus Herculis ex ære ſignum ingens in Capit
defixum, opus Lyſippi, quod à Fabio Max. Romam delatum eſt. Hactenus Strabo.
Memoriam huius vrbis omnes hiſtorici geographiq; celebrāt, inprimis quem
b.lib.15 & 17. ximus Strabo·præterea q; Plinius, Mela, Liuius, Trogus, Solinus Tacitusque b
Procopius c cuius & hæc addere verba libuit: Calabrorum maritima Tar
c.lib.3. hiſt. Goth. tum ciuitas, ab Hydrunte dierum duorum iter abeſt: breuiter, omnes Tar
d.lib.7. tum vocant, vti quoque Philoſtratus ·d quanquam Tarantum Appianus e A
de uita Apoll. xandrinus appellet ſolus. Primordium eius in diuerſum trahunt auctores. An-
tiochus ſcribit Tarentum barbaros & Cretenſes primùm tenuiſſe, qui vna c
e.lib.5. Minoë patrijs egreſsi ſedibus, eo in Camicis apud Cocalum in Sicilia ext
cto, nauibus conſcenſis, ad hunc Italiæ ſinum adnauigarunt· vnde quoque
temporibus inſequentibus ex ipſis quidam ad Adriaticum æquor vſque per
continentem effuſi, inde ſe vſque in Macedoniam propagarunt, qui B gei
appellati: nomen autem ab heroë quodam vrbi inditum, Tarentum. L. F o-
rus Tarentinorum bellum deſcribens, eorum vrbem à Lacedæmonijs condi-

tam

tam ait Solinus ab Heraclidis: at Seruius in hoc *a* Virgilij verſu: Hîc ſinus Hercu- *a.lib.3.*
lei ſi vera eſt fama Tarenti: itēq; in hoc: *b* Quà piger humectat flauentia culta Ga- *Aene.*
leſus, Tarantem Neptuni filiũ auctorẽ Tarenti perhibet, idq; poſt à Phalanto Par *b.lib.4.*
thenijsq; auctũ. Alij nōis originẽ à Sabinorũ voce, Tarentũ, deducunt, quæ Lati- *Georg*
nis molle ſignificat, quòd in hui⁹ vrbis agro nuces iuglandes & pineæ mollisſimę
generentur. ad quam ſententiam alluſiſſe putant Horatium cum inquit, Et molle
Tarentum. Nec defuere qui appellationem Tarenti acceptam à Tarento flumine
[illegible]nis ab vrbe paſſ. millibus fluentem, quiq; contrà ciuitatem amni nomen impo-
ſuiſſe contenderint. Etſi verò tam hîc variæ multiplicesq; ſcriptorum ſententiæ
ſint: nobis tamen vna Seruij præ cæteris probatur, vt Tarenti auctorem Neptuni
filium Tarantem exiſtimemus: auxiſſe id ac inſtauraviſſe Phalantum, qui octauus
ab Hercule fuit: eoq; Virgilianũ illud de ſinu Tarentino pertinet: Hîc ſin⁹ Hercu-
lei ſi vera eſt fama Tarenti. Nec de Phalanti quidem in hæc loca diſceſſu, qua de
cauſa domo profectus ſit, inter ſcriptores ſatis conuenit: aduentum tamen eius
omnes omnium ſententiæ probant. Id nos propter iucunditatem hiſtoriæ breui-
ter ex Trogi *c* monumentis ita referemus, vt Antiochum & Ephorum ſi qua in re *c.lib.3.*
non planè congruere videbuntur, cum illo conferamus. Spartani poſtquam diu
lectiſsimis Lycurgi inſtitutis ac legibus obſeruatis, magno rerum ſucceſſu floru-
iſſent, amicitiam finitimorum pacis ocijque conſeruandi gratia ſtudio venan-
tes, ad Meſſeniorum ſacra ſolennia cum liberis vxoribuſque concedunt. Meſſe-
nij in ſcelus & flagitium occaſionẽ ſacrificij vertunt, & Spartanorum virginibus
ſtuprum inferunt. Hac de cauſa Spartani iuſto dolore cõmoti Meſſenijs bellum
indicunt: grauiſsimaq́ue ſe obſtringunt execratione, non priùs quàm Meſſeniam
expugnaſſent, domum reuerſuros. Ephorus ſcripſit Spartanos ea propter Meſſe-
nijs intuliſſe bellum, quòd eorum regem Teleclum ad ſolennia Meſſeniorum
ſacra profectum peremiſſent: potuitq́ue hoc ſanè contingere: nimirum pro virgi-
nibus pugnantem Regem, cum eas ad ſtuprum Meſſenij raperent, in tumultu ceci-
diſſe. Sed vtcunque ſit, cum annis decem Spartani in obſidione Meſſeniorum
contra ſuam præſumptionem tenerentur, inquit Iuſtinus, & querelis vxorum poſt
tam longam viduitatem reuocarentur, veriti ne hac perſeuerantia belli grauiùs ſi-
bi quàm Meſsenijs nocerent: quippe illis quantum iuuentutis bello intercideret,
mulierum fœcunditate ſuppleri: ſibi & belli damna aſsidua, & fœcũditatem vxo-
rum abſentibus viris nullam eſſe, iuuenes aliquot legunt tales, qui iuriſiurandi
tempore pueri adhuc fuerant, eaq́ue propter ſacramento teneri haud putabantur.
Eos remittunt, vt cum virginibus concubitu iuncti liberis operam darent, cladẽ-
q́ue virorum quos foris belli diuturnitas abſumebat, noua prole domi reſarcirẽt.
Iuſtinus paulo aliter, iuuenes ait, legunt ex eo genere militum, q poſt iuſiurandũ
in ſupplementum venerant: ijsq; remiſsis promiſcuos omnium fœminarum con-
cubitus permittunt, maturiorem fore conceptionem rati, ſi eam ſingulę per plu-
res viros experirentur. Et ſanè verum vtrumque eſſe poteſt, vt & primi generis
adoleſcentes, & item alterius ſimul miſsi fuerint, qui tam ex virginibus, quàm pro-
miſcuo congreſſu etiã ex abſentiũ virorũ vxoribus prolẽ excitarẽt: quanq̃ Epho-
rus tantũ de virginibus ſit locutus, Iuſtin⁹ verò generatim de fœminis. Ex his por-
ro nati, ob notam materni pudoris appellati Partheniæ, id eſt infames & ignobi-
les, vt Antioch⁹ ſcripſit. Duodeuiceſimo dein anno capta Meſſenia, cęſiſq; inter-
necione colonis, & agro eorũ inter ſe diuiſo, Lacedęmonij domũ reuerſi, cũ hãc ꝑ

lē vti ignominioſè ſuſceptā, haud agnoſcerēt, ſperni abijciq; ſe iuuentus ęgerrimè ferēs, cum Helotib⁹ ſeruis vt Ephor⁹ & Antiochus ſcripſere, cōſiliū iungit de Spartanis occidēdis. Tempus agendæ rei capitur, quādo in Amyclęo (is locus erat certus) certamen fieret in Hyacinthiorum celebritate: ſignum ſtatuitur inſultus, vt princeps coniurationis Phalanthus capiti pileum imponeret. Hac reper ſeruos quoſdā Helotes patefacta, Spartani quoniam vi impetum ſuſtinere haud facile putabant, quippe quia multitudo hominum erat magna, inſuper vna eademq; mens omnibus, vtpote qui ſeſe germanos inuicem eſſe cogitarent, hac ratione ſtatuunt occurrendum. Conſiſtente certamine pco in medium procedens, Phalanto ne pileum capiti imponeret, inhibuit. Id ſentientes cōiurati, palam apertis iam inſidijs partim fugiunt, vti Antiochus ſcripſit, partim ſupplices aduentant. Iuſsi aū bene ſperare conijciuntur in vincula: Phalanthus verò ad Apollinē de colonia deducenda cōſulturus mittitur, & oraculū huiuſmodi accipit: Saſtyreū & pinguē populum tibi trado Tarenti Incolere, & latè cędē per Iapygas ædes. Vnà igitur cum Phalantho ad hanc orā vbi nunc Tarentū, Partheniæ ſunt profecti⁹ quos barbari & Cretenſes, qui locum priùs occupauerant, humaniter & benignè excepere. Paulo aliter Ephorus tradidit, detecta cōſpiratione, per ſuos patres quoſdam egiſſe Parthenias, vt in coloniā ijs excedere liceret: quod ſi ſatis idoneū cepiſſent locū, permanerent, ſin contra, redirent, quintā agri Meſſeniorū partē ſortituri⁹ tum emiſsos Achiuis ſe coniunxiſſe, qui bellū forte tūc cū Barbaris gerebant⁹ & ab ijs in ſocietatē periculi aſsumptos, Tarentū dein ædificaſſe. Trogus diuerſè, Partheniæ, inqt, cū annos triginta peruiſſent, metu inopiæ (nulli enim pater exiſtebat, cuius in patrimoniū ſucceſsio ſperaretur) ducē Phalanthū aſſumunt, filiū Arati, qui auctor Spartanis fuerat iuuentutis ad generandā ſobolē domū remittēdę⁹ vt ſicuti dudū patris eius naſcēdi habuiſſent auctorē, ſic ipſum ſpei ac dignitatis ſuæ haberēt. Itaq; ſalutatis matrib⁹, è quarū adulterio infamiā collegiſſe videbātur, ad ſedes requirendas ꝑficiſcuntur⁹ diuq; & ꝑ varios caſus iactati, tandē in Italiā deferuntur⁹ & occupata arce Tarentinorū, expulſis veteribus incolis, ſedē ſibi conſtituunt. Sed poſt annos plurimos Dux eorū Phalanthus per ſeditionē in exilium pulſus Brundiſium contulit, quò eiecti ſedibus ſuis veteres Tarentini conceſſerant. Is moriens perſuadet vt oſſa ſua poſtremasq; reliqas conterāt, & tacitè ſpargi in foro Tarentinorum curēt⁹ hoc enim modo recuperare illos patriā ſuam poſse, Apollinem Delphis cinisse. Illi arbitrātes eū in vltionem ſui fata ciuiū prodidiſſe, ꝑceptis paruere. Sed oraculi diuerſa ſententia fuerat⁹ perpetuitatem enim vrbis, non amiſsionē hoc facto promiſerat. Ita ducis exulis conſilio, & hoſtium miniſterij, poſseſsio Tarentinorum Parthenijs in æternū fundata: ob cuius benefici; memoriā Phalantho diuinos honores decreuere. His initijs Tarētini exorti, tātis dein & opū, & potētiæ incrementis coaluerūt, rēpub. inqt Srabo, populari poteſtate, quā Græci democratiā vocant, gerentes, vt finitimas gentes oēs claſsis apparatu longè ſuperarent ⁎ pediteſq; ad triginta millia, eqtū tria millia, cū Ducib⁹ eqtū mille, in expeditionē mitterent. Pythagoricam quoq; tū amplectebātur Philoſophiā⁹ nominatim verò Archytas, qui ciuitatis principatū diu tenuit. Verūenimuero poſteriorib⁹ ſeculis cum in delicatas voluptates & luxum ob res nimium ſecundas effundi cœpere, pluresque iam ludos, feſtasque celebritates quotānis agerent, quàm reliquos anni dies, tum ſtatim in deterius vrbis abire fortuna viſa⁹ deuentūq, eſt eò, vt qui priùs apud ſe militari virtute ac gloria cæteris præſtarent, externis demū vti imperatoribus coacti ſint.

ſint. Contra Meſſapios enim & Lucanos Alexandrū Moloſſorū regem accerſiue-
runt antea quoq; Archidamū Ageſilai filium, & poſteà Cleonymum & Agatho-
clem, dein Pyrrhum, quo tēpore aduerſus Romanos bellum ſibi concitarāt. Nec
verò ipſis quos auxilij defenſionisq; ſuæ cauſa euocauerant, morē gerere potuere,
ſed infenſos etiam ſibi ac inimicos reddiderunt: qua de cauſa commune Græcorū
...s oræ conciliū Alexander in agrū Thuriorū, cum in æde Herculis agro Tarē-
...o haberi anteà conſueuiſſet, conatus eſt transferre iuſsitq; ad Acalandrū amnē
locū ædificari, vbi conuentus publici fierēt. Malè quoq; rem ab Alexandro geſtā
ob ingratos Tarentinorū mores eueniſſe ferebatur, ac ipſum id in eos Annibalis
...oribus quū ſpoliati libertate ſunt, redundaſse. Poſtremis deinde temporibꝰ co
...ia Romanorū admiſsa, ſolito melius pacati ac tranqlli fuere: bellū etiā contra
Meſſapios Heracleæ cauſa geſſerunt, Dauniorū ac Peucetiorū regibus amicis ac
...js vtentes. Hęc fere Strabo. Herodotꝰ ᵃDarij & Milonis Crotoniatę ſeculo, Ta a.lib.3.
...mperitaſse reges, interq; cæteros Ariſtophilidem memorat. L. Florꝰ vrbis
...mq; fortunā in bello Tarētino diſertè cōmemorat. Tarentum, inquit, etiā La
...moniorū opus, Calabriæ quondā & Apuliæ totiuſq; Lucaniæ caput, tū ma-
...dine & muris portuq; nobili, tū mirabili ſitu. Quippe in ipſis maris Adriati
...ucibus poſita in oras noſtras, Hiſtriā, Illyricum, Epirū, Achaiā, Africam, Si-
...a vela dimittit. Imminet portui ad proſpectū maris poſitū vrbis Theatrū, qđ q-
...cat ...a miſeræ ciuitati fuit omniū ſuarū calamitatū. Ludos fortè celebrabāt, cū
...tes litori Romanas claſses inde vidēt atq; hoſtē rati, emicāt ſine diſcrimi-
...ſultāt q aūt aut vnde Romani nec ſatis norāt. Aderat ſine mora q̃relā ferēs le
...uo: hāc quoq; fœdiùs ꝑ obſcœnā tupēq; dictu cōtumeliā violant. Exhinc bel-
...led apparatus horribilis, cū tot ſimul populi ꝓ Tarentinis cōſurgerent oībuſ-
...emētior Pyrrhus, q ſemigræcā ex Lacedęmonijs cōditoribꝰ ciuitatē vindica
...s, cū totius viribus Epiri, Theſſaliæ, Macedoniæ, incognitisq; in id tempus e-
...ntis, mari, terra, viris, equis, armis, addito inſuꝑ ferarū terrore, veniebat. Per
...c Florus pugnas inter Pyrrhum & Romanos, nēpe Leuinū, itemq; curium
...bricium Conſſ. factas cōmemorare maximaq; Fabricij integritate, ac p̃cla-
...ummiſq; Romanorū virtutibꝰ enarratis, ita ſubijcit. Quis ergò miretur his mo
...s, virtute militum, victorem populum Rom. fuiſse? vnoq; bello Tarentino in
...adriennium maximā partē Italiæ, fortiſsimas gentes, opulentiſsimas vrbes,
...imasq; regiones in deditionē redegiſſe? Aut quid adeo fidem ſuperet? quoni-
...ſi principia belli cum exitu conferātur, victor primo prælio Pyrrhus, totam
...entem Italiam, Campaniam, Lyrem, Fregellasq́uepopulatus, propè ca-
...vrbem à Præneſtina arce proſpexit & à vigeſimo lapide oculos trepidæ ciui
...s fumo ac puluere impleuit. Eodem poſtea bis exuto caſtris, bis ſaucio,
...n Græciam ſuam trans mare ac terras fugato, pax & quies, & tanta adeo de
...iſsimis tot gentibus ſpolia, vt victoriam ſuam Roma non caperet.
...enim vllus pulchrior in vrbem aut ſpecioſior Triumphus intrauit. Quum
... hunc diem nihil niſi pecora Volſcorum, gregis Sabinorum, carpenta
Gallorum, fracta Samnitium arma vidiſſet tum ſi captiuos aſpiceres, Moloſſi,
...lli, Macedones, Brutius, Apulus atq; Lucanꝰ ſi pōpas, aurū, purpura, ſigna,
...ę, Tarentineq; delitię. Sed nihil libētius Populꝰ Rō. aſpexit, q̃ illas quas tim
...at cū turribꝰ ſuis belluas, q̃ nō ſine ſenſu captiuitatis ſummiſsis ceruicibꝰ victo
...es ſeq̄bātur equos. Hęc Florꝰ, vnde ſatis euidēter apparet quāta olim auctoritate

Tarentini apud alias gentes fuerint, vtpote quæ auxilio illis aduerſum Romano
venêre· quo in numero & Pyrrhus. Sed et Tarentinonum res geſtas plurimis in lo
a.lib.9. cis narrat Liuius, nominatim verò quum a claſſem Romanam ab ijs direptam, du
& 12. ce qui præerat claſsi occiſo· tum legatos qui Tarentum à Senatu miſsi erant, vt de
b.lib.13. ijs iniurijs quęrerentur, pulſatos, & ob id, bellũ illis indictum refert. Alibi b dein-
& 14. de progreſſum ſucceſſumq; belli huius copioſè perſcripſit. Præterea c victis à po
c.lib.15. pulo Rom. Tarentinis pacem libertatẽq; datã· & quibus dein d artib9 Annibal Ta
d.lib.25. rentũ præter arcẽ ceperit· quo itẽ e momento Fabius Max. Tarentum obſidens ad
e.lib.27. potiundã vrbẽ adiutus fuerit· vtq; tum captam diripuerit· & vt interroganti ſcri
f.lib.49. bæ, qd de ſignis Deorũ fieri vellet, Deos iratos Tarẽtinis relinq iuſſerit· inſup f &
Diti patri ad Tarentũ ludos ex pcepto librorũ Sibyllinorũ factos, q anno primo
primi Punici belli, qngenteſimo & altero ab vrbe condita facti erãt, alijs in loc
tradidit· multoq; pluribus etiã Tarẽti mentionẽ vſurpauit, quẽadmodũ niſi o a
g.Pyrrhi. one longa repeti haud poſſet. Idẽ fecit in multorũ g vitis Plutarchus. Tarentũ Ro
Annibalis manos euertiſſe poſt diſceſſum ab Italia Pyrrhi· pulſo em̃ rege populũ Rom. ijs gẽ
& Fabij tib9 à quo fuerat accit9 intuliſſe bellũ, & q̃rundã vrbes excidiſſe, nominatimq; Ta
Max. rentũ, Petrus Raſſan9 ſcripſit· addẽs etiã, habita bonitatis agri ratione victores s
oppidanis qui ab extrema vrbis clade ſupfuerãt, propinquo in loco nouũ con
re oppidulũ permiſiſſe, idq; eſſe quod nunc extat eodẽ noẽ Tarentum. At equid
haud multũ huic narrationi tribuendũ mihi videtur, nẽpe quod ait Tarentũ ab Ro
manis poſt diſceſſum Pyrrhi euerſum, nouũq; hoc oppidũ qd nũc extat tunc e
h.lib.27. ficatũ: qppe qm̃ apud Liuiũ h & Plutarchũ i diſertè ſcriptũ eſt, pditione Tarẽtũ
i.in uita Fabij Max. Annibale captũ vti pdiximus, ac dein à Fabio Max. receptũ· adduntq; mirificam
tum vrbis amplitudinẽ, maximas opes vireſq; ac ingentem omniũ rerũ appara
fuiſſe. Triginta em̃ millia ſeruilium capitum capta, ingentẽ argenti facti ſigna
vim, auri LXXXIII. millia pondo, ſigna, tabulaſq; ppe vt Syracuſarũ ornamenta
æquarent· interq; cætera ſigna longè nobiliſsimũ Herculis delatũ Romã, & in Ca
pitolio poſitũ. Quæro nũc ſi poſt abitũ Pyrrhi Tarẽtũ vet9 exciſũ fuit, oppidu
hoc nouum conditum vt Raſſanus ait, quì in eo recipiendo Fabius tantam b
vim adhibere habuit neceſſe? quì tot millia ſeruorum, tantam auri, argenti, ſi n
rum, tabularũ, ornamentorũ, tantã inquã vim opũ quas Romã delatas Liuius P
tarchuſq; tradunt, inuenit? Proinde quis poſteriori ſeculo Tarentũ euerterit, &
eam redegerit ſpeciem qua nunc eſt, vt caſtellum videatur in peninſula tribus
lateribus concluſa mari, quemadmodũ oſtendemus, adhuc non inueniſſe nos eq
lem fateri cogimur. Sed nec quo id tempore acciderit cognouimus. quanquã i
k.lib.6. hiſt. hiſtorijs Blondi k Sabelliciq; l perſcriptum legerim, Calabros aliaſq; gentes qu
dam domo pulſas Tarentũ inſtaurauiſſe, quo tempore Romã Totila Gothorũ r
l.lib.4. Enn.8. euertit, Beliſario in vrbe Portus Romani, quæ priùs ſubuerſa fuerat, ex morbo de
cumbente. Sed neq; tum ea Tarentum amplitudine reſtitutum qua erat olim: ſo-
lũ em̃ q̃ portui vicinius, tribuſq; partib9 alluitur mari, inſtauratum fuit. De
pceſſu tẽporis q̃ in cõtinentem vergit, muro ac ingenti foſſa munitũ eſt. Sic a To
tilæ temporibus ad hanc ætatẽ vſque creuit vti demonſtrabimus. Hæc de ipſa vr-
be· deinceps eius imperij ſpecies dicenda. Poſtquam imperij Romani maieſt in
Italia cœpit iacere, Bizantinis Imperatoribus paruit, vſq; ad Saracenorũ incurſio
nes, qui magnam Italiæ partem occuparunt, Lucanos, Brutios, Magnam Græci-
am, ſinum Tarentinum, Salentinos, Calabriam ſeu Iapygiam, Apuliam, Cam-
paniæ-

paniæq; partem tenuere. Saracenis eiectis in Principū ſuorum poteſtate ac regum Neapolitanorum fuit. Ita titulo Principatus ornatum, plurimos habuiſſe Principes legitur, & pleroſq; ex illuſtri Vrſinorum gente Romana: quorum primo omnium Ioanni Antonio Iacobus Marchiæ Comes Neapolitanæ Reginæ Ioannæ maritus (is enim Tarenti erat Princeps) conſentiente Regina principatum vendidit, vti à Blondo *a* memoriæ proditum eſt. Et vltimus Vrſinæ familiæ Princeps fuit Ioannes, humanitate prudentiaq; vir ſingulari. Superſunt quæ veterem amplitudinem teſtantur vrbis antiquæ veſtigia, theatri item & multorum inſignium ædificiorum, oſtijq; perampli ac tutiſsimi portus: quanquam id nunc ſaxis ingentibus obturatū ſit, adeo vt paruis tātū nauigijs, nō etiā magnis pateat: quod qua de cauſa & à quo factum ſit, non legi. Sunt tamen ijs ſaxorum mobilib⁹ arcus aliquot poſiti, per quos haud ſecus ac oſtio fluminis æſtus aduenićtes in portum admittuntur, emittunturq; reciprocantes. Eo fit vt ingentem vim piſcium omnis generis pro anni tēpore mare hàc importet: & memorabile ſanè eſt, quòd auratas palmorum duorum, palatoq; gratiſsimas hìc capiunt. Tanta verò piſcium vbertas hoc in portu eſt, vt non ſolum vrbi ipſi, ſed etiam plurimis Calabriæ, Apuliæ, Lucaniæq; ac aliarum partium gentibus ſufficiat. Septum oſtij portus quod cōmemorauimus, ipſum portum ab ſinu Tarentino diuidere videtur. Hac ætate tam non ... olim port⁹ quæ ſeparata eſt pars, vulgò Mare Paruū dicitur. In circuitu M.P. XXX. in longum VIII. in latum II. colligit vti mihi piſcatores affirmauere. Strabo ... ambitu centena tantū ſtadia continere dicit: niſi mendū in libris eſſe arbitremur: putoq; fidem nos ſequi accolarum & piſcatorum tutò poſſe: quippe qui aſsidue cum in eo verſentur, menſuram ſpatiumq; totum exactè tenere credi debent. Neque verò poſt ſeculum Strabonis auctum arbitrari queo: tum quòd vndique præcelſis rupibus ſit clauſus, tū etiā ꝙ in introitus dextra, muri reticulati inſigniū ... ædificiorum veſtigia cernuntur, vbi vrbs vetus extitit. Et ſanè haud difficile ... animaduertere nobiliſsimū quondam hunc tutiſsimūq; portum fuiſſe: quippe ... vndique rupibus altiſsimis conſeptus præterquam in aditu ſit. Fauces eius ... c obturatas vt diximus ſeruari propter vberrimum ex piſcium captura quæ... exiſtimare libet: nunquam enim piſcatoribus caret: aſsiduè habet qui vel re..., vel hamis, aut omnino quouis alio inſtrumento piſcentur. Oſtium portus in ... um emittit Tarentinum, quem accolæ nunc vulgò Mare Magnum vocant. Eo ... ito continentis quem deſcripſimus, quique inter portum & ſinum procur... vrbs ipſa ſita eſt, admodum exigua, ſi ad veteris amplitudinem & ſpatia confeiatur. Extremam obtinet antiquę partem: longaq; multò magis quàm lata: nec ... ædificijs decora, ſed habitationes admodum rudes habens, quippe quæ ferè piſcatorum nunc ſunt: vbi quondam tanta nobiliſsimorum hominum multitudo incoluit. Poſtrema in parte qua continentem ſpectat, vbi priſca vrbs erat, arx eſt munitiſsima, cinctaque marinis aquis, pridem à Ferrando Aragonio primo Neapolis rege refecta. D. Cataldi oſſa quondam vrbis antiquitatis Tarentini ſeruant. Silius *b* in earum vrbium enumeratione, quæ poſt cladem Romanorum apud Cannas ab nomine Romano ad Punicum defecere, Tarenti quoque mentionem facit, inquiens: Inde Phalantheo leuitas animoſa Tarento Auſonium laxare iugum. Inclytum eſt Tarentum ciue Archyta Philoſopho, cuius memoriam D. Hieronymus ad Paulinum ſummo cum ho-

a. lib. 2. hiſt.

b. lib. 11.

cum honore vſurpat, Platonem huc eius videndi cauſa veniſſe ſcribens. Et Hora-
a.li.1. Od. tius *a* ipſum Archytam his verſibus affatur: Te maris & terræ numeroq; carentis
arenæ Menſorem cohibent archita. Et pòſt:

Plectantur ſyluæ te ſoſpite, multaq; merces
Vnde poteſt tibi defluat æquo
Ab Ioue, Neptunoq; ſacri cuſtode Tarenti.

Ortus etiã hinc erat Ariſtox
nus, q celebrẽ philoſophiæ ſcholã Mantineæ diu habuit, & prælatũ ſibi ab Ariſto-
tele Theophraſtum periniquè tuliſſe dicitur, Scripta reliqũit plurima qbus ſum
mam doctrinam eſt teſtatus, cum in omni ſciẽtiarum genere, tum verò in m
b in Tuſc. quæſt. pcipuè vt Suidas ſcribit. Hũc Marcus *b* Tullius & Vitruuius Pollio auctores ſu
cẽſuiſſe, animũ cõſtare harmonia. Tarẽtinus quoq; fuit Luritus philoſoph ęta-
te ſua celeberrimus: ſed & alij præterea tam multi, cum litteris, tum cæteris virt
tibus illuſtres viri hac vrbe nati, vt omnes recenſere nimis longũ foret. Extra Ta-
rentum haud procul ædicula ſubterranea viſitur: fama regionem tenet à D. Pe-
tro apoſtolo factã, q enauigato mari primùm hîc in terrã egreſſus ſit, & hinc Romã
arripuerit iter. Summa vt par eſt non ſolum apud Tarentinos, ſed etiam a finitimis
c.lib.31. religione colitur. Tarentinus ager opimus eſt, & omnium rerum ad vitam vtil
cap.7. um fertilis, itemq; ſalem generans, quem Plinius *c* vti ſuauiſsimum candidiſsim
q; præ cęteris generibus commendat. A Varrone mel Tarentinum laudatur. Ma
d.cap.3. Satur. crobius *d* nucem Tarentinã adeo fragili eſſe putãine, ac ita mollem ſcribit, vt vi
attrectata rũpatur. Et Fauorinus nuces ac item oues molles, Sabinorũ linguà Ta
rentinas vocari dixit: vnde Varro etiam Tarentinorum nominis originẽ tractã ad
Libonem ſcripſit: quod confirmare videtur Horatius inqens: Et molle Taren
e.lib.15. Plinius *e* Tarentini porri meminit: itemq; de ficis, Tarenti, inquit, tantùm præ
ces fici naſcũtur quas vocãt Orias. Alibi etiã putaminũ nucũ mollitiẽ vti ſupra
ximus confirmat: dein & caſtaneas Tarentinas cũ Neapolitanis commendat.
ſuper de myrto ſcribens, Tarenti ait folijs minutis eſt. Martialis de porro,
Tarentini grauiter redolentia porri Ediſti quoties, oſcula clauſa dato. Emenſa p
nitie lata quæ partim exculta eſt, partim dumis horret, vbi vrbs antiqua fuit
tio lapide fluuius occurrit Galeſus, etſi quinto eſſe Liuius dixerit, Annibale
pto Tarento ad Galeſum flumen profectum cum cęteris copijs ibi caſtra po
ſcribens. Sed quid ſi tantum inter amnem vrbemq; ſpatij temporibus illis cr
mus interceſsiſſe, paulatim verò exinde, quæ ferè ſolet amnium eſſe natura vt te
porum viciſsitudine curſus alueoſq; mutent, propiùs ad vrbem acceſsiſſe? Flu
f.lib.4. Georg idem à Virgilio *f* memoratur hoc verſu: Qua piger humectat flauentia culta Ga-
leſus: annotatq; Seruius, Galeſum amnem eſſe Calabriæ non procul Tarento
de licet conijcere Seruij memoria tractum hunc circa Tarentum Calabri-
am dictum, quanquam Apulia noſtro ſeculo vocetur. Finis hîc Ma-
gnæ Græciæ quemadmodum à Ptolemæo deſcribitur: itaq;
vti promiſimus Terra Hydruntina decæ-
tero eſt dicenda.

SA-

SALENTINI ITALIAE REGIO NONA.

ABſoluta Magnę Gręcię deſcriptione proxima coniuncta
que regio Salentinorũ eſt, varijs olim nominibus vt Stra
bo a refert appellata: primùm enim Iapygia Meſſapiaq́;, a.lib.6.
dein & Calabria Salentiniq́; dicta. Iapyges incolas à qui
bus ipſa regio Iapygia, nominis auctorem habuiſſe Iapy-
gem quendam Dedali filium ex Cretenſi muliere ſuſce-
ptum, ducem eorum q huc ex Creta comigrarunt, tradit
Strabo, confirmant Appianus, b Plini9, & Solinus. Meſ- b.lib.1 bell.
iam vocatam ſcribit Solinus à Meſſapo Græcorum ductore, quem etiam Vir- ciuil.
us c compellat inquięs: Ductores primi Meſſapus & Vfens. Et Seruius in expo c.lib.8.
one huius eiuſdem poëtæ verſus, d Mittitur & Venulus magni Diomedis ad vr Aene.
, annotat, Eubœa in inſula montem eſſe Meſſapum, à Meſſapo duce nomina- d.lib.8.
, q pòſt in Iapyges profectus, appellationem etiam ab ſe illorum regioni Meſ Aene.
iæ præbuit. Calabriam item olim huius orę partem vocatam infrà commemo-
, nimirum ἀπὸ τοῦ καλὸς καὶ βρύω, quod vbertate fertilitateq́; præcipua ſit, vti
Brutijs eſt expoſitum. Salentinos Cretenſium fuiſſe coloniam Strabo, Solinus
Lytijs conditos tradit: alij vt Feſtus, etymon nominis à ſalo deriuant, quòd hæc
pene circumquaque mari ambiatur, iſthmo tantum modico continenti an-
:ortam verò putant à Cretenſibus & Illyricis, qui ſocietate cum Locris inita,
locis cõſederint. Nonnulli Salentinos dictos putauerunt à fœdere, quod inter
menæos & Cretenſes in ſalo ſiue mari initum fuit: quoniam in hanc oram Ly-
Idomeneum commigraſse teſtis eſt Virgilius e inquiens: Et Salentinos obſe e.lib.3.
milite campos Lytius Idomeneus. Obſeruare ſanè licet Iapygum & Salentino Aene.
nominibus antiquos frequentiùs vti: quod ex Liuio nominatim vbi f Sem- f.lib.59.
) pugnas cum ea gente, primam aduerſam & ignominioſam, alteram fœli-
udabilemque cõmemorat, apertiſsimè colligitur. Et Halicarnaſſeus g multos g.lib.1.
Eneæ ſocijs è nauibus in Iapygiæ promontorium egreſsos ſcribens, id tum Sa-
um appellatum adijcit. Nomen etiam huic regioni Apuliæ datum: & recen-
um nunc Italis ab Hydrunte vrbe, Terrę Hydruntinæ. Nos præcipuè Sa-
norũ vtemur, quod & Sẽpronius, & Plinius & Mela cãpos Salẽtinos appel-
, & Ptolemæus vſurpãt. Fines hoc modo deſcribemus, vt ab Tarẽto per litus A-
tici maris quod inter Magnam Gręciam & hanc ipſam regionem eſt, ad pro-
riũ Salentiũ ſiue Iapygiũ, vnde vſq; Brunduſiũ flexu ſecundũ Ionij maris orã
rocedamus, Brunduſio rectà per cõtinentem Tarentũ reuertamur. Et hæc eadem
Herodoti deſcriptio eſt: nimirũ ut à meridie ſit Tarentum & mare vſq; ad promõ-
tori Salentinũ, ab oriente promontoriũ idem cũ Ionio, itemq́; ab Septẽtrione, ab
H drũte nimirũ vſq; Brunduſiũ, dein ab occaſu Apulia Peucetia cũ parte locorũ
q̃ Magnæ Gręcię dedim9. Peninſula quædã his terminis efficitur, Ionio Adriatico
q; ma i circumſcripta latitudine inter Brunduſium & Tarentum XXX. P. M. vt
I inius, vel amplius X, vt Raſſanus prodidit. Strabo certũ ſtadiorũ milliariumue
numerum haud exprimit: ſed iter ait eſſe diurnum expediti viatoris. Litus
omne

omne ab Tarento Brunduſiū ambitu P.M.CC.colligit,magiſq; in hybernum ſolis exortum q̃ æſtiuum procurrit. Regio fertilis & opima quondam vt auctor eſt Strabo,tredecim honeſtiſsimarum vrbium,quæ iam tum illius ætate præter Brunduſium & Tarentum ita perierant,vt perexigua eſſent oppidula. Nunc hoc tractu ſolum eſt Aletium, quod vrbis nomen ac æſtimationem honeſtè ſibi vendicare poſsit omnia cætera vel ruinis & interitu, vel deſolationibus in modica abiuere caſtella. Agrum Iapygiæ Strabo non ſine admiratione commodùm oppidò eſſe ſcribit,quòd ſupremum eius ſolum aſperum appareat, verùm aratro perſtrictū apertumq; glebā admodum pinguē ac vberem ſummæ altitudinis exhibeat,quòd q; ſiticuloſus aquarum penuria videatur tñ & paſcua habeat lætiſsima, & arborū vbiq; multitudinem. De Salentinis multa ſępeque Liuius inter cætera cum a ea à Populo Rom.hoſtes eſſe iudicatos,& alibi b,poſteà quoq; deuictos ſcribit. Nunc ad ſingula dicenda progreſsuri,principium à Tarento ducemus,quo ſuperior nobis concluſa regio fuit. Itaq; poſt Tarentum via P.M. V.eſt ad nobiliſsimum D. Viti cœnobiū,familiæ D.Baſilij ad ſaxi iactum à mari diſtans. Caput ibi D. Viti perſanctè non ſolū Tarentini,ſed etiam aliæ gentes finitimæ venerātur. Ad quintum inde lapidem Monacitiū,mille paſſ.ab ora,locus quidem non frequens incolis,q præter aratores in hoc tractu nemo ferè verſari ſoleat,arce tamen opinione nauigantium inuicta nobilis. A Tarento introrſum per continentem mille paſſ. & amplius à mari plurimæ quoq; villæ reperiūtur,regionis incolę Caſalia vocant,cum ſingulis turribus ad agrorum tutelam, & contra piratarum excurſiones. In his Litianum à Monacitio quaternis P.M.deinde Pulſanum, & Leuranum vbi fontes plurimi,quorum irrigationibus agri circumiecti mira fertilitas. Vlteriùs item à Monacitio millibus IIII. à mari tribus,caſtellum eſt Marucium: nec procul à litore vetuſtiſsimum D. Petri fanum,ipſo viuo vt fama eſt conſtitutum ad quod III. Non. April. frequentiſsimus quotannis mortalium concurſus fieri ſolet. Interra tum ciuitas ſequitur Gallipolis,ita Melæ vocata,ſed Anxa Plinio, P. M. à Tarento XLII. Eam initiò Græcos,deinde Gallos tenuiſſe Raſſanus vult:nobis contra videtur, Græcos ſucceſsiſſe Gallis idq; potiſsimùm nominis argumēto q a Græcis vti vrbi de Gallis captę inditū, Gallipolis nā ſi primos Gręcorū fuiſſe colonos arbitraremur,poſteriores Gallos,illi ſanè nō gręcā appellationē,ſed aliā ex ſua lingua vernacula cōdidiſsent. Accedit huic ſententiæ,q Eccleſia Gallipolitana tam à poſterioribꝰ colonis Gręcis etiamnū inſtituta rituſq; Græcorū obtinet qui in more habet, nunc originis gentiſque græcanicæ, nunc latinæ, per vices æque epiſcopū creare. Scopulo inſidet ſeu inſulæ modicæ,q̃ mari vndiq; cingitur continenti adhæret pōte ſaxis ingētibꝰ ſuffulto,q nōnunq̃ tumidis vndis ita prorſus occultatur,vt vrbi plena tum inſulę forma ſit. Munitiſsimū itaq; natura ſitū habet, vt adeo haud facile vi expugnari poſse videatur. Locus inſtar eſt fori, & negotiatoribus acceſſu tā mari,q̃ terra pporportunus qua,ꝑpter toto anni tēpore mercatoribꝰ frequētatur,maximeq; Genuatibꝰ. Exaduerſum duæ lōgiùs in altū ꝓiectæ inſulę,ſed ꝑmodicæ minimiq; momēti cernūtur. Ager Gallipolitanꝰ optimꝰ & fertiliſsimꝰ eſt oleo,vino,croco,cęteriſq; fructibus ad vſū humanę vitæ cūprimis abūdās:mare valde piſculentū habet. Exhinc itē P.M.XXX. ꝑ litꝰ,ꝓmōtoriū eſt, D. Marię Caput nūc vocāt, ab illiꝰ glorioſiſsimę cęlorū reginę ꝓauguſto fano Salētinū et Iapygiū dixere veteres, Pliniꝰ Acrā Iapygiā,Strabo ſcopulū & vltimā Iapygiā. In maria q̃ longiſsimè ꝓcurrit verſus exortū hybernū & paulatim ſeſe cōuertens, ad Laci

a.lib.9.
b.lib.15.

ad Lacinium flectitur, quod ab occaſu contrà prominens, oſtium Tarentini ſinus
claudit· quemadmodum exaduerſum Iapygio montes in Epiro citra Saſonem in-
ſulã, quos Acroceraunios Ptolemæus appellat, diſcrimen Ionij Adriaticiq; maris
efficere putantur, vti inferiùs exponemus. Vt aũt ad Caput D. Mariæ reuertamur,
vbi templũ illius Diuæ nũc eſſe diximus, ibidem olim pulcherrimũ ditiſsimumq;
Mineruæ fuit, de quo Strabo: cuius etiamnũ certa veſtigia ſuperſunt ad iactum la-
pidis ab D. Mariæ. Sunt hæc quoq; loca Nympharũ vt olim credebatur, operibus
quibuſdam inclyta. Virgilius Æneæ nauigationem ex Epiro commemorans, eum
apud hoc Mineruæ primò in Italiæ continentem egreſſum ſignificat cum inquit a: a.lib. 3.
Crebreſcunt optatæ auræ, portusq; pateſcit Iam propior, templumq; apparet in ar Aeneid.
ce Mineruæ. Seruius itẽ in eo verſu b, Graiugenumq; domos ſuſpectaq; linquimus b. lib. eod.
arua, Aeneam ad hunc Calabriæ locum adnauigaſſe ſcribit, illa ſolum de cauſa,
quò ſacris hoc in fano operaretur, vbi fama erat Vlyſſem ab Diomede Palladium
Ilio ereptum recepiſſe. Dionyſius Halicarnaſſeus c tamẽ apertiùs non omnes vno c. lib. 1.
loco Troianos è nauibus egreſſos, ſed maiorem claſsis partem ad Salentinum
promontorium ait appuliſſe, Aeneam verò ad Mineruæ templum cum reliquis na
uibus delatum, ideoq; portum ibi ex illo tempore dictum Veneris. Iapygium pro-
montorium à Lacinio DCC. ſtadijs abeſt· oppidoq; Crotone totidem, vbi Taren-
tini ſinus initium ex Strabonis ſententia conſtituimus. A Capite D. Mariæ per o-
ram ſpatio P. M. XX. ciuitas ſuccedit Caſtrum, frequens negotiatorum conuenti
bus, præſertim olei coëmendi gratia, quod propter loci opportunitatem ex circũ-
iectis agris eò deportatur. Cladem anno poſt C. N. MDXXXVII. memorabilem
accepit cum à præfecto quodam Solimanicæ claſsis, quæ ad Aulorum Nauale mit
tebatur, ingentibus copijs in terram expoſitis, oppidani metu perculſi eo ſe pacto
hoſti dedidiſſent, ne quid hominum vitæ pecunijsq; damni daretur: etenim nec ſer
uata conditionum fide hoſtis vrbem diripuit· & trucidatis omnibus inualidis, reli
quam multitudinem captiuam abduxit. Solimanus tamen Imperator re intellecta
non ſolum id in Ducem claſsis capitali ſupplicio vindicauit, ſed etiam abdu-
ctos mortales domum vnà cùm rebus ſuis remiſit. A Caſtro deinde per oram
millia XX. promontorium eſt Caput Leucæ, nomen ab oppido Leuca tenens,
quòd hîc Strabonis ætate fuit. Raſſanus ait eos in errore verſari, qui Caput D. Ma-
riæ, Caput Leucæ eſſe dicunt, idq; Strabonem vrbis Leucæ commemoratione de-
monſtrare, iuxta quam is ſuo ſeculo fontem odoris teterrimi extitiſſe ſcribit· ex fa-
bulis addẽs, quòd cum ibi reliquos Gygantes Leuterinos è Campania locis Phle-
græ finitimis à ſe pulſos Hercules exagitaret, eos terra deuoratos· ideoq; fœtidas
hîc aquas iſtorum cruore infectas ſcatere· Leuternium etiam ea de cauſa litus
vicinum eſſe appellatum. A Leucæ promontorio Saſon inſula maris Ionij non
procul Apollonia Epiri oppido, L. P. M. abeſt, vti indicare videtur Plinius· quan-
quam doctiſsimus Barbarus codices eius tam nouos, quàm veteres vbi mille mil-
liaria ſcribitur, mendoſos aſſerat· maiorem quippe centenario numerum eſſe non
debere. Mihi Strabo probatur vt ſpatiũ hoc L. P. M. non excedat, quod etiã omniũ
noſtræ ætatis opinione voceq; cõfirmatur. Plinius hinc ex Italia breuiſsimam trãſ-
miſsionem in Græciam eſſe ſcribit: quod interuallum pedeſtri continuare tranſi-
tu pontibus iactis primùm Pyrrhus Epiri rex cogitauit, poſt eum M. Varro, cùm
claſsibus Pompei Piratico bello præeſſet: vtrumque tamen, inquit, aliæ curæ
impedierunt. Itaq; cum à Leucæ Capite Saſon non amplius L. P. millibus abſit·

fretum non vltra LX.M. patere poteſt inter idem promontorium & montes Ce-
a lib. 3. Aeneid. raunios·de quibus ita Virgilius a·Prouehimur pelago vicina Ceraunia iuxta V,n-
de iter Italiam,curſusq; breuiſsimus vndis:quos verſus exponẽs Seruius,inter mõ-
tes Ceraunios & Italiã interuallũ eſſe tam exiguũ ait,vt cõmodè ſpatio mediæ no-
ctis tranſmittatur·cum non amplius inter Italiæ Græciæq; continentẽ LX. P. M.
intercapedo ſit. Quarto dein à Leucæ promõtorio milliari per mare ciuitas ſucce-
dit Hydruntum,vt Antoninus & Strabo vocat,vel Hydrus,vt Mela,vel vt Plini s
b. lib. 1. bell. Goth. Hydruntiũ, aut vt Ptolemæus, Hydra,aut vt Procopius b & Appianus c Hydru .
Ætate Strabonis vrbs erat modica·nũc perhoneſta, caputq; regionis eſt, cui nomẽ
c. lib. 2. bell. ciuil. etiã à ſe præbuit Hydruntinæ Terræ. Iacet prope Leucæ promontoriũ in altiſsimis
oræ rupibus Epirum ſpectans. Arcem habet eximiam in ſaxo mari imminenti·qua
propter ſi nihil rerum neceſſariarum ad tutelam deficiat,omnino ab omni vi inui
cta creditur. Opus id Alfonſus Arragonius alter,rex Neapolis fecit, poſt vrbem
de Turcis receptam,qui anno à C.N. MCCCCLXXXI. ductu cuiuſdam rega u
claſsium præfecti huc ex Epiro traiecerant·vrbeq; aduentu repentino capta, viros
omnes trucidarant,ad ſeruilia miniſteria pueris tantùm ac mulieribus conſerua-
tis·vti mihi vir honeſtus quidam ex ipſis illis quibus tum parcitum eſt, expoſuit.
Rem totam is hoc ordine memorabat. Hoſtibus de improuiſo in vrbem inc ren-
tibus oppidani diu fortiter acerrimeq; nequicquam reſtitere. Perditis itaque re-
bus cum vndique Turcarum irruptio fieret,ciuitatis antiſtes repente pontifica -
bus infulis arreptis,capiteq; mitra decorato, crucẽ dextra tenens, ſummo animo
cum illa Chriſtianorum manu quæ aderat in hoſtem aduerſum profectus,ardent
que ac intrepida voce cunctos in Chriſti fide conſtantiam præſtare cohorta ,
nec eos expaueſcendos clamitans, qui corpus ferire queant,quòd ad propo ,
fidelibus animæ beatitudinem,quæ corporis occidione pro Chriſto, acqu ,
id ne flocci quidem ſit,aliaque multa in hanc ſententiam piè ſancteq; effatus, ipſe
primus cum magna ſociorum parte telis immanium belluarum fortiſsimè oc
buit: cæteri ad octingentos comprehenſi omnes,deductis veſtibus nudi extra mu-
ros in vallem exiguam pertracti ſunt,quæ nunc ab illo ſingulari conſtantiæ trium
pho, quem ibi tanta fidelium multido pro Chriſti nomine crudeliſsimis laniata
ſupplicijs,glorioſè egit, Martyrum appellatur. Conſtitutos autem in eo certami-
nis loco,primùm Turca præmijs ampliſsimis propoſitis vt fidem in Chriſtum ab
negarent,tentare·deinde minis indictaque morte ſi recuſarent,terrere. Sed om
um vna voce glorioſiſsima,quacunq; vi occumbere paratos eſſe potius,quàm ſa-
croſanctum nomen Chriſti deſerere vociferantium,illuſtri exemplo teſtatum pro
batumque pietatis noſtræ perinfeſtis immanibusque eſt hoſtibus, nequaquam in
Chriſti athletis idem quod ardentiſsimum coronæ deſiderium,conſtantiaq; Chri
ſtiana,tam ſolida certaq; columna Chriſto ſulcita, vel immẽſa præmia rerum flu
xarum poſſe,quæ improbiſsimi captare ſolent,optimi quique ridere,ſpernere,pro
culcare, quia præ Chriſti regno affluentiſsimo friuola uanaque ſunt illa omnia·
vel metum etiam contumelioſæ necis valere,ad quam humanis tenebris inuol
expaueſcunt,Chriſti lumine illuſtrati ſe confirmant,offerunt,obtrudũt·quoniam
pro illa æterna & ineffabili cœleſtis vitæ beatitudiue nulla vis tormentorum ſatis
horrenda ac immanis excogitari poteſt,quæ timeri mereatur. Itaque cum iam ho
ſtis occidione cædeq; immani ſæuiret,Chriſtiani ſeſe mutuis inuicem exhortatio-
nibus ad conſtantiam intrepidè cõfirmare. Tum vt mihi vir ille qui teſtis horum
omnium

omnium & ſpectator adfuit, enarrabat,voces,ibi patrum ad liberos audiebantur huiuſmodi,omnino non oportere corporis interitum,ſed animæ metuere: ingreſſum porro ad æternam animę beatitudinem atque vitam corporis occidionem eſſe: cumque certiſsima naturæ lege ſemel omnibus ex iſto mundo emigrare ſanctũ perſcriptumque ſit,nullam rationem meliorem atque præſtabiliorem excogitari poſſe neceſsitati omnino parendi,quàm ſi hanc vitam momentaneam fortiter pro Chriſti nomine profundamus,certiſsimumq; nobis & ampliſsimum æternæ vitæ præmium acquiramus. Liberi quoque viciſsim à patribus accepta monita ipſis illis inculcabant decere imprimis vt quæ filijs ſuaderent,ipſi quoque vnà conſtanter obeunda ſibi proponerent: ſe iamdudum ſanctis exhortationibus pertinaciſſimè parere conſtituiſſe parẽtes exemplo liberis nequaquam deeſſe oportere. Multis denique in hanc ſententiam pijs inter eos habitis ſermonibus,omnes ad martyrij coronam tanquam ad ſplendidas epulas,cum ad æternæ vitæ dapes reuera proficiſcerentur,exultatione gaudioq; ſummo ſeſe obtulere. Trucidata ſic internecione tota illa virorum multitudine,puerisq; ac mulieribus acerbiſsimè ſeruituti mãcipatis,primùm omnia cœnobia Turcæ ſubuertere: fana dedicata ſanctiſsimis religionibus in impuras ipſorum Moſcheas commutare: Diuorum ſimulacra vti ne quod Chriſtianæ pietatis veſtigium vſquam appareret,diſsipare. Relictum tamen vnicum Diuæ Virginis cum filiolo ſignum,quod miraculo nõ viſum creditur fœdis illis noſtræ religionis hoſtibus, cum in ſummi templi ſacrario palam aperto ſtetiſſet loco. Id pòſt vrbe ab Alfonſo Arragonio pulſis Turcis recepta, temploq; reſtaurato ſummis ornamentis decoratum eſt,& in hodiernum vſque diem præcipua religione veneratur. Collecta quoque tum oſſa martyrum illorum de quibus ſuprà diximus,& in ſacello quodam ſummi templi ordine collocata: res etiam vt geſta eſt omnis,ibidem picturis expreſſa. Mihi ſanctiſsimis ijs oſsibus intuendis incredibile pietatis incendium animo obortum in memoria habeo: ſubiebat enim cogitatio de immenſa maximi optimiq; Dei benignitate erga fideles,quòd ijs perpetuò ac omnibus ſeculorum ætatibus exempla ſignaq; ſuæ potentię miſericordia temperatæ exhibeat: teſtata nimirum probataq; orbi,tot etiam noſtris temporibus à ſe confirmatorum martyrum cõſtantia,qui fidem Chriſti ſanctiſsimam, vitæ pro fuſione aſſerere non dubitarunt. Hæc ad conſolationem piorum huius ſeculi,quo tot etiam extitere martyres,grato quodam vti ſperamus diuerticulo commemorare voluimus,quò cuncti intelligant diuinam gratiam ceſſare nunquam,ſi modo eam aſſequi contendamus. Poſtquam,vt ad inſtitutum reuertamur, receptum de Turcis Hydruntum eſt,ita paulatim & mœnibus inſtaurari, & colonis diuerſorũ locorum nouis impleri cœpit,vt nunc munitionibus operibusq;,populi item frequentia ac ciuilitate perhoneſta rurſum vrbs ſit: opibus etiam indies incolarum negotiatione plurimum augeatur. Agrum habet cum pulchrum, tum vberem & fructuum optimorum fertilem. Hortis paſsim cultiſsimis amœniſsimiſq;, citris, medicis,limonibus alijsq; ſimilibus arboribus plenis,nitet. Hydrunte P.M. VIII. per litus,(flexu nempe à promontorio Leucæ ad occidentem verſus, quemadmodum Ptolemęi pictura ſignificat) munitiſsimum & inuictum vti apparet,in ſcopulo maris caſtellum eſt Rocca. Tractus hic propemodum vniuerſus inter Hydruntem & Brunduſium oleis refertus eſt,oleiq; maximam oppidò copiam ſuppeditat,vti in mediterraneis dicetur. Octauò à Rocca milliario per oram,vicus ſequitur D. Caſtaldi,vbi turris Aletio tanquam portus vſum præbens,à quo P. M.

oᶜto diſtat : huc quippe Aletini merces ex vrbe deferunt in naues. Hinc tum VIII.
fere. P. M. ciuitas eſt Brunduſium, vt Strabo, Plinius, Solinus, Mela, Cæſar, Liuius,
a. lib. 3. 4. Ptolemaus, Appianus, Tacitus a, Silius b eo verſu, Nec non Brunduſium quo deſi-
b. lib. 8. nit Itala tellus, Cato his verbis, A Gargano ad Brunduſium coluere Cœli, breui-
ter omnes ſcriptores appellarunt. Mela ſimulq; Ptolemæus ab hoc oppido ad Hy-
druntum per mediterranea Calabriam extendi tradunt, vti in continentis poſtea
deſcriptione commemorabimus. Bruduſium in Apulis vt Trogus c ſcribit, Ætoli
c. lib. 12. condidere, qui Diomedem ſecuti erant: pulſis autem ab Apulis cum oracula co[illegible]
ſuluiſſent, data dictio eſt, locum quem repereraut perpetuo poſſeſſuros. Hac de
cauſa cum per legatos ſub belli comminatione reſtitui ſibi vrbem poſtularent, A-
puli cognitis Deorum reſponſis, legatos eorum interfectos in vrbe ſepelierunt,
perpetuos illic habituros ſedes : quamobrem ita defuncti oraculo in poſterum vr-
d. lib. 6. bem retinuere. Strabo d aliter Brunduſium Cretenſes incoluiſſe tradit, qui è Cnoſ-
ſo cum Theſeo venerant· & poſterioribus ſeculis cum regia poteſtate gubernare-
tur, maximam eius agri partem occupauiſſe Lacedæmonios Phalanto duce, quem
tamen poſtea Tarento pulſum à ſuis, vti in ea vrbe commemoratum eſt, Brunduſi-
ni recepere. Coloniam deinde populi Rom. Brunduſium deductam vnaq; Fregel-
e. lib. 19. las, auctor eſt Liuius e. Quondam vrbem hanc opibus & potentia tantum val[illegible]e
Florus prodidit, vt Salentinorum haberetur caput, nunc & deſerta propemodum,
& collapſa iacet, quod inteſtinis odijs & contentionibus eueniſſe Raſſanus ait: ci-
ues enim ipſos inter ſe diu cædibus & ædificiorum demolitionibus incendijsque
pluſquam hoſtili immanitate ſæuijſſe. Permunitam habet arcem, & portum toto
orbe cumprimis celeberrimum, de quo Florus ita. Salentini Picentibus additi, ca-
putq; regionis Brunduſium inclyto portu. Conditio eius quemadmodum & Stra-
bo deſcribit, eiuſmodi eſt, vt plurimi vno oſtio portus includantur, ideoque n[illegible]
fluctuum agitatione turbari poſsint, intus ſinuoſo receſſu vim ventorum exclu[illegible]
te : formam quippe ceruinis cornibus perquam ſimilem obtinet, vrbs ipſa cap[illegible]tis
vnde & appellatio, Brunduſium, quoniam ea voce Meſſapiorum lingua ceruin[illegible]
caput ſignificetur. Locus hunc ſitum obtinet. In vrbem aditus ex continente e[illegible], v-
bi arx fortiſsima. Latus vtrunq; cornuum inſtar aquæ marinæ tenent, quæ ſub [illegible]
pido coëuntes, id in peninſulæ formam redigunt. Ipſo in portu manifeſtè illa in[illegible]
vrbem & continentem cornua tam lata profundaq; cernuntur, vt quamuis n[illegible]
roſiſsimam claſſem quarumcunque nauium percommodè receptura forent. Ad
fauces duæ ſunt aduerſæ nõ magno interuallo turres, inter quas catena ducta por-
tus oſtium occludi poteſt. Ex hoc priore dein aditus in alterum ampliorem eſt,
qui paulatim ſe in vtrumq; latus explicans, tutiſsimam atq; pulcherrimam na[illegible]
ſtationẽ efficit. Dextrà non procul Turris Caballina· læuà, ex aduerſum, Pœnalis·
vtraq; ad portus tutelam ædificata : inter quas tribus ab vrbe P. M. in mari, directò
contra primi portus oſtium ſcopulus apparet, longitudine paſſ. mille, latitu[illegible]e
quingentorum. In eius fronte quà vrbem proſpectat, arx eſt munitiſsima, Caſtellũ
Inſulę vocant, Ferrandi Arragonij primi, regis Neapolitani opus· amborũ portuũ
admirabile præſidium : omnino enim alterum latus eius tangere oportet ex alto
ſe recipientes. Arx eſt vt ego vidi ad omnẽ vim inuicta, ſi modo nihil ad defenſio[illegible]ẽ
neceſſariũ deſit. Situ inſula eſt vndiq; mari cincta : nam à Septentrione quoque per
foſſam ſaxo inciſam æquore circumfunditur. Vt ad portum in quem vrbis pars ex
currit primum, reuertamur, quondam ibi fontem extitiſſe, nauigantibus incorru-
ptas

ptas aquas præbentem auctor eſt Plinius. Brunduſium olim mirè frequentatum, quòd ex Aſia Græciaque Romam proficiſcentibus, aut dein in eas regiones cogitantibus, aditu cum terreno itinere, tum mari peropportunum habeatur, omnes omnium hiſtoriæ memorant. Vrbis mentionem perſæpe facit Liuius & nominatim a Brunduſinos inter duodeuiginti colonias recenſet, quæ bello Punico altero rem populi Rom. milite pecuniaq; iuuerunt. Idem alibi Cn. Pompeiū hìc à Cæſare obſeſſum, præſidijsq; disiectis vrbe elapſum narrauit qua de cauſa bellum tunc in Theſſaliam tranſlatum eſt, vbi deinde Pompeius deuictus. Ea res ab ipſo Cæſare ſigillatim in commentarijs b perſcribitur, expoſita quoq; fugæ Pompei ratione, quum à ſe portus diligentiſsimè teneretur. Adhuc in vrbe iuxta portum binæ ſtant columnæ ingentes ſed qua de cauſa fuerint erectæ nondum inuenimus. Facius in hanc ſententiam de Brunduſio ſcribit.

a. lib. 27.

b. lib. 1. de bell. ciuil.

Atenim haud abſq; multis curis quærebamus
Scyllatium, Tarentum, & Brunduſium,
Quippe qm̄ omnia hæc infidę habitant gentes.

Ortū Brunduſio Pacuuiū poëtā, Ennij ex ſorore nepotē traditur, qui relictis aliquot à ſe ſcriptis Tragœdijs, annos nonaginta natus, Tarēti decedens, hoc Epitaphiū habuit vt refert Gellius.

Adoleſcens tametſi properas hoc te ſaxum rogat
Vt ſe aſpicias, deinde quod ſcriptum eſt legas:
Hic ſunt poëtæ Pacuuij Marci ſita oſſa:
Hoc volebam neſcius ne eſſes, Vale.

Plinius auctor eſt ab illo templum Herculis in foro boario picturis illuſtratum fuiſſe. Brunduſium nunc Archiepiſcopali ſede nobilitatum eſt. Agrum habet omnibus rebus ad vſum humanæ vitæ abundantiſsimum ac vberrimum, olei præſertim tāta copia, vt cui olearum his in locis ingentia nemora viſa non ſint, incredibile planè videri poſsit. Volaterranus Brunduſium Ionij Adriaticiq; maris diſcrimen collocat quod etiam Plinius vide tur innuere: Ptolemæus autem Apuliam Peucetiam & Dauniam de quibus infrà mox agemus, ad ſinum Ionium monte Gargano definitū ponit: diuerſiſsimè Agathius c Ionium ſinum inter Hydruntem & Piſaurum concludit, in hæc verba ſcribens. Leuthares quod reliquum erat exercitus ductans, Apuliam & Calabriam pętiit & ad uſque Hydruntem vrbem proceſsit, quæ ſupra litus inſidet Adriatici maris, vnde Ionius incipit ſinus. Et paulo pòſt. Vldach vnus qui ad Piſaurum iunctis exercitibus ſtationes habebant, & ſaltum inſederant, vbi præuios equites conſpexere in ipſo litore Ionici ſinus iter habentes. In hac auctorum varietate nobis Ptolemæum ſequi certum eſt: ideoq; nunc ſinum Ionium Brunduſio ad montem Garganum vſq; extendi, inde Adriaticum incipere conſtituemus. Ionium mare ſic dictum Annius in cōmentarijs ad Beroſum ex Solino refert ab Ione Naulochi Apuli filia, q̄ procaciter inſidentē vias, inquit Solinus, Hercules interemit. Ionici itaq; litoris nomen hanc regionē Apuliam inde conſecutā exiſtimat Annius quod etiā approbat hac ſententia Facius d.

c. lib. 2. de bell. Goth.

d. lib. 3. Cant. 15.

Ionicum etiam ab Ione denominatur:
Et Adriaticum ab vrbe Adria
Quæ quondam hoc ſitu florentiſsima fuit.

Percurſa nunc tota peninſulæ ora, quam Tarento Brunduſioq; contineri demonſtratum eſt; mediterranea decætero ſunt dicenda. Prius autem q̄ ad ea deueniamus, operæpretium eſt viſum admonere legentes, à Brunduſio Romam duas olim vias fuiſſe quemadmodum & Stra-

bo tradit. Vna erat directior, mulisq; vectarijs opportuna per Peucetios & Daunios & Samnites vſq; Beneuentum in qua primùm Egnatia ciuitas, deinde Celia, Netium, Canuſium, & Cerdonia altera per Tarentum paulo magis ad læuam, quę diurno itinere ducebat in Appiam plauſtris longè cōmodiorem in qua vrbs Vria Venuſiaq́;, hæc inter Brunduſium Tarentumq́; media, illa in Samnitium & Lucanorum confinio. Iungebantur hæ viæ ex Brunduſio ad Beneuentum in Campania vnde vſq; Romam vna ducebat Appia per Caudinum, per Caliculam, per Capuā, & Caſilinum, ac Venuſiam, indeq; per ea loca quæ diximus. Tota hæc à Brunduſio Romam CCCLX. P.M. habebatur. Erat inſuper & alia præter ſuperiores duas à Brunduſio Romam, è regione, inquit Strabo, per Brutios, & Lucanos, & Samnites Appiæq́; iungebatur in Campania, ſed per Apennini iuga tridui itinere longior. Omnium harum paſsim adhuc veſtigia conſpiciuntur, maximeq́; circa Brunduſium. De vijs igitur hactenus: conſequens eſt vt ad mediterranea procedamus.

MEDITERRANEA SALENTINORVM.

BRunduſio Tarentū itinere terreno Plinius, vti antea quoq; diximus, interuallum eſſe P.M.XXXII, Strabo diurni itineris aſſerit. Hac itaq́; via recta Brunduſio P.M. VIII. Tarentū verſus ad radices exigui collis brachij, quod ab Oſtuno de quo poſtea, protenditur, oppidum eſt Miſſaniū, eruditis Meſſania vocatum. Ego quondam hic fuiſſe Meſſapiam exiſtimo, quam Plinius in mediterraneis huius regionis memorat cum Aletio, ac illo alio oppido quod nunc, vti in Magna Græcia diximus appellatur Maſafra. Meſſanienſis ager optimus eſt, & frumenti, olei, croci, rerumq; aliarum fertilis. Quatuor inde P.M. ſecundum exiguum hunc collem itinere Letianum inuenitur & vlteriùs ipſo in colle ciuitas Oria, Tarentum
a. lib.3. cap.10. ſpectans, vnde tamen P.M.IIII.& XX. abeſt. Vrbem hanc Plinius a Vriam appel-
b. lib.7. lat, Appianus b Hyriam, Herodotus c Yriam idemq; conditores eius Cretenſes fu-
c. lib.5. iſſe ſcribit, qui primùm in Sicilia quinquennio Camicum obſederant, verùm re[illegible] ſuccedente nauibus repetitis hanc oram Iapygiæ tenuerunt. Spectat eam arx in colle fortiſsima Marchionis ex nobili gēte Balciorū. Strabonis temporibus in i[illegible]
d. lib.10. huius inter Brunduſium & Tarentum medio vrbs fuit Thyreæ, vbi, inquit, potentis cuiuſdam hominis regiæ monſtrantur ædes. Idem oppidum commemorat Liuius d, Cleomenem Lacedæmonium in Italiam profectum Thuream Salentinorum vrbem cepiſſe, verum pòſt ab Aemilio Conſule Romano fugere compulſum ad naues, oppidumq́; Salentinis reſtitutum ſcribens. Locus vbi id extiterit nunc ignoratur. Ad læuam deindè relicta Oria Terentum deuenitur. Qui tamen aliam tenere viam volunt, à Letiano per Francamuillam eunt oppidum ad radices modici illius collis, quem Tarentum proſpectare dixi, P.M. ab Oria V, ſitum. Francauillanus & Orianus ager oleo, frumentoque, ac vino vberrimus eſt. Francamuillam quoq; Marchio Balcius poſsidet. Inde milliaribus octo, totidemq; ab Oria Tarētum verſus, ad radices eiuſdem collis oppidū inuenitur Crotaliæ, Tarentinorum Eccleſiæ D. Cataldi ſubiectum, agro frumenti, vini crociq; fertiliſsimo. Tractu hoc vt Ptolemæi tàbulæ demonſtrant, etiam eſt Ruſe, Rudia græca ciuitas ab illo vocata, cuius nunc exigua veſtigia ſuperſunt. Mela quoq; Rudiam appellat. Strabo tamen Rhodias: vterq; patriam Ennij poëtæ dicit, vti quoque Silius inquiens. Quem Rudiæ genuere vetuſtæ. quanquam Euſebius aliter, Ennium Tarentinum fuiſſe

ſcripſe-

ſcripſerit, fortaſſe propter eius vrbis longè maiorem quàm Rudiarum celebritatem· aut etiam ob locorũ propinquitatem. Epitaphium Ennij M. Tullius in Thuſculanis quæſtionibus refert huiuſmodi.

Aſpicite ô ciues ſenis Ennij imaginis vrnam:
Hæc noſtrûm ſcripſit maxima facta patrum.
Nemo me lachrymis decoret, nec funera fletu
Faxit· cur? volito viuus per ora virûm.

A Brunduſio Tarentum verſus itinere terreno per Calabriam vbiq; iri, Plinius, Ptolemæus & Mela demonſtrãt· ea enĩ Brunduſio Tarẽtoq́; definitur· in qua regione quondã hi populi fuere: Sturnini & Vretum, quos Ptolemæus memorat· quos Plinius, Egetini, Butuntinẽſes, Deciani, Brumbeſtini, Narbonenſes, Sturnini, Tutini. Mela Brunduſiũ, Aletium, Lubias, & Hydruntem adiungit. Has itaq; gentes olim Calabros appellabant, nõ quas ita nunc vocamus, qui Brutij ſunt vti eſt ſuprà demonſtratũ. Antiqua verò illa Calabria mediterranea quidẽ regio, ſed perexigua fuit· qm̃ huius peninſulæ maxima pars Salentinorũ erat, ab ijsq́; dicta Salẽtini. Calabrorũ veterũ multi meminere, maximeq́; Tacitus *a*. Eorũ inter Brunduſiũ & Hydruntẽ deſcriptionẽ facturi, *a. lib. 3.* primùm ab Lupijs exordiemur· quã vrbem ſic nominat Strabo, Ptolemæus Luſpiam, Mela Lubias, Plinius Liſpias, Appianus *b* Alexandrinus Lupiũ. *b. lib. 3.* Barbarus in Plinianis caſtigationibus annotat, Lubia potius apud eũ auctorẽ legendũ, quòd ita Strabo ſcripſerit, ac item Antoninus in Itinerario. Ptolemęus in Tabulis oppidũ hoc XXV. P. M. à Tarento diſtare, maritimũq́; eſſe demonſtrat. Strabo mediterraneũ dicit. Nobis ita cenſendũ videtur, nõ quidem in ipſo ſitum litore, ſed in continenti fuiſſe, ab ora tamen haud procul· vt vtroq́; modo vel maritimũ, vel mediterraneum appellari potuerit. Nulla nũc eius veſtigia ſuperſunt: & qui Letium de quo mox agetur, illius inædificatũ fundamentis exiſtimarunt, toto me hercules quod aiunt, cœlo errant: Plinius enim Aletinos & Lupiam diſcretim nominat· Mela Lubias & Valetium quod nunc eſt Letium· vnde manifeſtò conſequitur Aletium Lubiasq́; duas vrbes fuiſſe. Si tamen diuerſæ ſentẽtiæ auctores Lupiarum interitu Aletium creuiſſe ſignificare volunt, iam ſanè neq; nos id omnino dicemus improbandum. Planè non procul ab Aletio abfuiſſe Lupias ex Antonino colligitur: ſcribit enim XXV. M. P. ab Hydrunte eſſe Luſpiam· quot quoque ſunt aut paulò minùs ab Hydrunte Aletium. Eam vrbem millia IIII. & XX. a Brunduſio diſtantem, à mari VIII. ſic appellat Plinius, itemq́; Ptolemæus & Mela, quanquam in eius mendoſis codicibus Valetium legatur. Volaterranus oppidum hoc nouum ab antiquo Aletio nonnihil abeſſe ſcribit. Nomen illi inditum nonnulli autumant à Lytijs quibuſdam huc ex Aſia profectis· quod ſi credi debet, inquit Raſſanus, Lytium ypſilo græca littera ſcribi oportet· alij ab Duce militum patria Lytio, primo eius conditore, quod etiam videtur innuere Virgilius *c* inquiens: Et Salentinos obſedit milite campos· Litius Idomeneus. *c. lib. 3. Aeneid.* Salentini Calabriæ veteris vt prædictum eſt, partem maximam habebant, à quibus & promontorium Salentinum appellatum. Eos Idomeneus ex vrbe Litio Cretæ, patria pulſus adijt, vti in eo quem citauimus loco Virgilij Seruius annotat. Cauſam exilij eius ita narrant. Poſt exciſum Ilium Idomeneus domum repetens cùm fluctibus diu multumq́; iactaretur, ſi Deorum ope ſaluo ſibi in patriam daretur redire, ſacrificium eo facturum vouit, quod in ingreſſu primũ foret obuiam habiturus. Vna igitur cum ſocijs ex animi ſenten-

tia fœlici nauigatione vſus, in vrbis ingreſſu cum filia gratulabunda primũ occur
riſſet, eam voti cauſa Dijs immolauit, vt quidam tradunt, aut vt alij, cùm mactare
vellet, cultrũq; parauiſſet, populus turba facta ſacris eripuit· patrem vrbe pepulit:
qui dein hac illac per mare ad nouas ſedes quærendas vagatus, tãdem apud Iapy-
giæ promontorium è naui egreſſus vrbem hãc condidit, & à patria ſua Litium ap-
a.lib.3. Aeneid. pellauit: quam rem confirmare Virgilius etiam videtur, inquiens [a]. Fama volat
pulſum regnis ceſsiſſe paternis Idomenea Ducem, deſertaq; littora Cretæ. Diſta
Aletium à Iapygiæ, vel Salentino promontorio, ſeu Capite D. Mariæ ſicuti nunc
vocant, P. M. XXX. Vrbs eſt honeſtiſsima, regioniſq; totius præcipua tam ſi
elegantiam ac deſcriptionem ædificiorum, quàm ſi populi frequentiam, ciuilita-
tem, opeſq; ſpectes. Conſilium in ea regium Apuliæ totius & forum perpetuum
agitur. Agrum habet optimum, frumento, vino, oleo, amygdala, mediciſq; ma
lis, ac id genus nobiliſsimis fructibus vberem. Inclyta eſt Roberti alumni ſui,
Minorum ordinis monachi, Aquinatis Epiſcopi eruditione ac eloquentia· cu-
ius doctrinam ſingularem conciones typis editæ poſteritati teſtantur. Vlterius
Hydruntum eſt. Inde tum M. P. VIII. flexu ad Caput D. Mariæ, VI. à mari
caſtellum eſt Buſardum· ab eo tribus Andranum· hinc totidem Tricaſſum opti-
mum, Comitis Centini ex illuſtri familia Balciorum· hinc item tribus Alexia-
num: vlterius D. paſs. Mons Sardus· Villa D. Mariæ cum plurimis alijs paſsim
frequentiſsimis vicis. Tractus hic omnis cultiſsimus eſt, & plenus vitium, olea-
rumq;: ac item medicarum aliarumq; ſimilium arborum, inſtar perpetuorum
hortorum. Ciuitas hinc Mineruinum, à mari M. P. XII. Itinere à Monte Sar-
do ad alterum lapidem Galianũ oppidum inuenitur· hinc ad ſeptimum via quæ
Vxentum ducit pagi viciq; plurimi, quibus Græci habitant, gens & moribus in-
ſtitutiſq;, ſacrorum, & lingua veſtituq; ab Italis diuerſa, tametſi Italicè quoq; lo-
quatur. Memoria teneo cum hàc ſuperioribus annis menſe Nouembri proficiſce-
rer, ex ipſis accepiſſe colonis feſtum ibi iamtum actum D. Philippo Apoſtolo
quod Eccleſia Romana Calendis Maij celebrat. Poſteros eſſe Græcorum exiſti
mo, qui in præſidia regionis huius collocabantur, cum eam adhuc Imperatores
Bizantini tenebant: quos etſi dein vt Blondus ſcribit, eiecere Normanni, ta[illegible]
auctores horũ eſſe, græcanicos mores om̃ibus in rebus conſeruantiũ arbitramur
Emenſis inter hos pulcherrimos amœniſsimoſq; vicos octo millibus, ciuitas in
colle ſuccedit Vxentũ, vt Ptolemæus vocat, Hydrunte P. M. XX. à mari IIII. Eæ[illegible]
tis olim ampla fuit, vti antiquorũ ædificiorũ veſtigia demonſtãt· nunc perexigua
eſt. Eius in agro fanũ D. Mariæ finitimæ gentes ſumma religione colũt· quo in lo-
co Veretũ vrbs fuit ab antiquis nominata, cuius incolæ Plinio Veretini dicũtur,
etſi corruptè Neretini legatur. Ptolemæus oſtendit Vxentũ Veretũq; mediterra-
nea oppida nõ procul à ſinu Tarẽtino, modico interuallo fuiſſe diſiuncta. Vxen-
tũ à Iapygiæ promõtorio M. P. XX. abeſt, totidẽ à Gallipoli. Agrũ habet optimũ
olei, vini, cæterorumq;, fructuũ fertilem. Ditione Centani Comitis tenetur. Sexto
milliario caſtellum ſequitur Specianũ· vltrà tertio Ruffianum· inde quinto Co-
ranum· hinc totidem Corlianum abeſt, Hydrunte P. M. XIII. nobile ac muni-
tum oppidum in dorſo modici collis ſitum, lociſq; circumiectis mirè immi-
nens. Id Ioannes Baptiſta Montanus patritius ex Neapoli poſsidet, vir ſingula-
ri prorſus humanitate ac magnificentia, quod ego anno à C. N. MDXXV.
menſe Nouembri, comes Franciſci Ferrarienſis noſtræ familiæ ſummi antiſti-

tis

tis hanc regionem obiens expertus ſum, æternisque litterarum monumentis exiſtimaui dignum. Accepto noſtri aduentus nuntio, filios duos annorum decem vnum, nouem alterum, ſplendida cum veſte in equis inſignibus auro ſericoq; adornatis, angelica propemodum forma cum pædagogo magnoque nobilium hominum & famulorum comitatu obuiam miſit ad tertium milliare: illi venientem antiſtitem ea reuerentia qua prouectioris ætatis nemo maiori potuiſſet exceptum, ipſi ad latera incedentes in caſtellū deduxere. Pater item in aditu arcis pro ætatis grauitate vt qui ferè ſexagenarius apparebat, admodū decorè veſtitus, ſumma eum humanitate complexus eſt: quo momento ecce tot tormentorum tonitrua ſimul edita, cœlum vt corruere prope videretur. Ita in ampliſsimarum ædiū intima deducto cœnam exhibet oppidò ſplendidam: poſtridie totam arcem demonſtrat, & ſitunaturaq; loci, & mœnibus craſsiſsimis tam munitam, vt expugnari nulla vi poſſe videatur ſi rerum neceſſariarum vti nunc eſt inſtructa, deſit nihil. Ea profectò viſa nobis inter Italiæ præcipuas habenda, quanquam non pari forte cum alijs amplitudine ſit. Dominus à ſe tam exactè, quàm acutiſsimum quoduis ingenium excogitare queat omnibus numeris perfectam, machinisq; tormentarijs & rebus cunctis ad munitionem accuratè inſtructam aiebat, quò ſi Turcæ (quod Deus Opt. Max. auertat) vti annis ſuperioribus tempore Ferrandi regis Neapolitani Hydrunti, vnquam deinceps in Italiam irrumpere audeant, huius loci propugnaculo menſibus aliquot ne graſſari vltrà queant, prohibeantur, donec cęteri regionis Principes omnia ad defenſionem & bellum opportuna commodè poſsint apparare. Arce perluſtrata in hortos deducimur, & perelegantes, & amœniſsimos, citris, medicis, ac id genus fructiferis arboribus plenos. Ibi ego inter cætera rara truncum caulis altitudine pedali, craſſitudine exteriori amplius trium palmorum conſpexi: mira profectò res ijs qui non viderint. Hortis ad extremum viſis cum in equos conſcendiſſemus, pater antiſtitem ſpatio aliquo comitatus, ſalute præfata filios cum eo reliquit aliter iam ac pridie adornatos, vt ad limites ſuæ ditionis abeuntem deducerent: quò cum ventum eſſet, illi quoque regia quadam indole venia ad patrem redeundi petita diſceſſere. Tantam eius viri liberalitatem atque magnificentiam omnino hìc commemorare volui, vt pro facultate gratum me demonſtrarem. Sed quò ab diuerticulo ad inſtitutum reuertamur, plurimi ſunt hoc tractu inter Hydruntem & Corlianum pagi, viciq; incolæ græca gens. Ager vniuerſus periucundus, & fructuum optimorum fertilis: paſsim enim horti limonibus, citris, medicis, & ſimilibus arboribus pleni conſpiciuntur. Dein à Corliano V. millibus nobile caſtellum eſt D. Petri Galatinani, inter ingentes olearum ſyluas ſitum. Regulus eius Ferrandus, homo ſummè generoſus ac humanus ex illuſtri familia Caſtriotorum, quæ Turcarum dominationem fugiens huc ex Epiro cōmigrauit. Abeſt hinc mille paſs. Soletum, locus antiquiſsimus à Plinio nominatus, iuxta modicum collem qui in Auſtrum vergit, in ditione quoque Sanpetrij Ducis. Ager eius olearum pari cum Sanpetrio frequentia eſt. Ad tertium deinde milliare Sternatia ſuccedit, Hydrunte P. M. XIII. Inter hoc oppidum & Hydruntem paſsim vici, pagi, caſtellaq; reperiuntur inter alia Scurianum, VIII. P. M. à Baſtardo vnde caſtrum Noia munitiſsimo loco ſitum cerni poteſt. Hinc tum ſenis P. M. Conuertinum oppidum ſequitur ab eò quaternis aliud Leuranum vnde totidem Vellia ſenis ab ea D. Ioannatij Eccleſiæ Brunduſinæ caſtellum hinc totidem

dem aliud, Turris, ab Vria pari interuallo diſtans. Inter Vriam & Francāuillam
quæ ſuprà eſt dicta, M. P. ſunt quatuor· inter Francamuillam & Crotalias octo·
pari à Crotalijs ſpatio Brunduſium verſus, Latianum abeſt· inde medio Meſſa-
nia. Tum itinere ad mare verſus à Meſſania V. milliari Cilinū· inde quarto Cur-
cialorium· hinc octauo Letium· exinde pari intercapedine Capia: vtraq; quarto
milliari Gunianum inuenitur. Itinere ab D. Petri Tarentum verſus, ad quintum
lapidē Galatina, perhoneſtum oppidū inter olearum quoq; nemora reperitur,
nobiliſsimæ filiæ Ferrandinani Ducis. Id Antonij cognomento à patria Galatæi
ſummi philoſophi, medici, oratoris, poetæ, itemq; coſmographi, vt exactiſsimè
ab eo depictæ tabulæ demonſtrant, inquit Raſſanus qui vidit, ortu inclytu e
Inter Vxentum & Gallipolim exiguum etiam eſt caſtellum, mediterraneum, Ra-
chelis, VIII. P. M. à Gallipoli, ditionis Alfonſi Ptolemæi Senenſis: præterea vi
culi quidam hoc tractu paſsim apparent, exigui planè momenti, quamobr &
à nobis omittuntur. A Galatina deinde ſenis P.M. Parauita caſtellum abeſt, a ma
ri VII· ad læuam verò à Galatina III. ciuitas eſt antiquiſsima Nardum, Pt le-
mæo Neritum dicta, populo frequens ac lauta. Agrum habet amœnum, pulch
& vberem, arboribus medicis, limonijs, vaſtiſsimis olearū nemoribus vitibus
refertum. Abeſt à Gallipoli P. M. IX. à mari IIII: ditione pernobilis familiæ
Aquæuiuanæ, cū Ducatus titulo tenetur. Nomen eius memoria noſtra Fran
cus cognomento à patria Nardus, ex ordine prædicatorum philoſophus ac ſum-
mus theologus, vti ſcriptorum eius monumenta teſtantur, præcipueq; comm
taria in Metaphiſicen Ariſtotelis, plurimùm illuſtrauit· qui Patauij diu pub o
Venetorum ſalario literas profeſſus, anno poſt C. N. MCCCCLXXX. de v
deceſsit. Nerito Tarentum verſus, V. & XX. millibus Caſalnouum abeſt. M
durinum hic fuiſſe quidam exiſtimant, nonnulli Meſſapiam: ego priori ſenten
libentius accedo, quòd vti anteà dictum eſt, Meſſapiam vbi nunc Meſſania, cre
a lib.27. dam extitiſſe. Mandurinū Liuius a Manduriam appellat, Q. Fabium Coſ. Man-
duriam in Salentinis cepiſſe narrans. Vulgò quoq; conſtanter exiſtimatur Ma
durinum ſeu Manduriam fuiſſe, vbi nūc Caſalnouum. Id oppidulum Oria-
nus Marchio poſsidet: agrum frumento vberrimum habet. Hinc
ſi vltrà procedas, occurrit Tarentum, regionis termi-
nus: quamobrem Salentinos ſeu Terram
Hydruntinam nunc ab-
ſoluimus.

APVLIA PEVCETIA REGIO ITALIAE DECIMA.

IVcundiſsimam huius regionis vulgò nunc Terra
Bariana, veteribus Apulia Peucetia vocatæ, deſcri-
ptioně fore putamus, q̃ fructuũ optimorũ vbertate
varietateq́;, ac rerum omnium cum ad neceſsitatem
mortalium, tum etiam ad delitias, abundantia qua-
dam mirabili ſcateat, vti ſigillatim ediſſeremus. No
men ab Auſone Rege ex Armenia primùm habuit
Auſoniæ, quem in hæc loca ſedes tranſtuliſſe Bero-
ſus perhibet, inquiens. Aralij ſeptimi regis Aſſyrio-
rũ anno decimo Armeni lanigenæ Griphonij cum
colonijs ſuis ad Aurunum Ianigenam venerunt, quibus exceptis hoſpitio etiam
ſedem cum Ianigenis Razenuis aſsignauit. Claſſe quoq; Auſon eodem tempore
ab Auruno fuit exceptus anno octauo ſequente· & ipſi ſedes in orientali Italia ab
eodem conſignata fuit. Hactenus Beroſus. Auſoniam igitur hanc regionem inde
appellatam conſtat· quemadmodũ etiam in operis principio dictum eſt, vbi Ita-
liam olim vniuerſam Auſoniæ nomen habuiſſe ſcripſimus. Apulia deinde vocata
vt quidam putauerunt, compoſita ex, a, primatiua particula, & pluuia, voce·tan-
quam apluuia, quòd in ea rariſsimè pluat: idq́; Facius[a] approbare videtur in hác [a] lib. 3. Ca. c. 1.
ſententiam ſcribens:

Apulia dicta quòd æſtu tanto laboret
Vt terra quandoq; deſtituatur ſuo
Vigore, peſsimeq́; fructum ferat.

Verumenimuero mihi hæc
nobis ſatis dura tortuoſaq; videtur etymologia, cùm aptè cõſtet affatim vt in Apu
lia pluat neceſſe eſſe, q́ tanta agrorũ vbertate triticum, hordeũ, linum, oleũ, amyg-
dalam, vinũ, aliorumq́; generũ nobiliſsimos fructus fundit, vt prope cũ omni Ita-
lia reliqua cõferri & æquari poſsit· quod me hercule ſi nimio torreretur æſtu, mi-
nimè credendũ exiſtimarẽ. Etſi verò nõ negẽ in hac regiõe plurima loca pluuia-
rũ & aquæ vti poſtea demonſtrabitur, inopia laborare, qua de cauſa ſiticuloſam
Apuliam ab Horatio vocari ſcio, Perſiũq́; [b] dicere, nec linguæ tantum ſitiat canis [b] Satyr. 1.
Appula· tñ eiuſmodi vocis Apuliæ haud poteſt etymon ex pluuiarũ raritate con-
ſtitui, qm̃ Apluuia dicendũ foret. Alij nomẽ id ab Apulo volunt ortũ priſco rege,
qui huc multis ætatibus ante bellũ Troianũ cõmigrauerit. Plura de appellatiõis
origine non inueni. Nũc Apuliæ nomen hæc Italiæ pars tota habet, quanq̃ vti in-
dicabimus, certis qbuſdã nominibus diſtinguatur. Fines Apuliæ ſunt auctore Ca
tone, Plinio, Strabone ac Ptolemæo in longũ ab agro Tarentino ac Brunduſino
vſque ad flumen Phiternum vltra montem Garganum, in latum à ſupero mari
ſeu Adriatico vt Plinius, aut Ionio vt Ptolemæus vocat, vſq; ad Lucanos, Hir-
pinos, & Samnites· vt ad exortum Salentini ſint, ad meridiem Lucani, Hirpini, &
Samnites, ad Septentrionem ſinus Ionicus vel Adriaticus, ad occaſum amnis Phi
ternus Caracenorum & Frentanorum qui nunc Aprutij, terminus. Inter hos
tamen limites concluſam regionẽ veteres in duas partes diuidunt, vt à Brunduſio
Taren-

Tarentoq; ad flumen Aufidum vna,inde altera vſq; ad Phiternum pertineat, la-
titudine quemadmodum ſuprà conſtituimus,vtriq; reſeruata. Primam Peuceti-
os,aut Apuliam Peucetiam ab Oenotri fratre Peucetio Lycaonis filio vocant,
a.lib.1. qui vt ſcribit Halicarnaſſeus *a*, X V I I. ætatibus ante bellum Troianum in Itali-
am venit, & ſuis in Iapygiæ promontorium expoſitis, fixiſq; ibidem ſedibus, e
rum locorum incolis Peucetiorum nomen tribuit.Idem confirmat Myrſilus, no
uam illam gentem ab Oenotro Peucetioq; fratribus ex Arcadia deductam ſcri-
bens in Italiam, vbi tum Auſones incolebant· ideoq; & partem eius è regione
Peucetiorum Oenotriam appellatam· primamq; hanc ex Græcis coloniam ha-
bitam paulo minus XV. ætatibus excidio Troiano ſuperiorem. Quanquam ve-
rò in ætatum numero Dionyſius variet,qui X V I I.numerat,quod ſpatium e an
norum CCCCXXV. (nam ætas V. & X X. annos continet, vt auctor eſt Xeno-
phon in Aequiuocis) ego tamen ex Annij ſententia Myrſilo primas tribui debe-
re cenſeo· quoniam (inquit ille) de antiquitatibus antiquiori maior fides adh
benda. Nullam verò cuiuſq; arbitrio metam hac in re præſcribimus· ſed iudicij ſui
libertatem omnibus eſſe volumus integram. Inter Brunduſium Tarentumq; &
Aufidum etiam Aetolos olim ex ea Græciæ regione ortos incoluiſſe, qui P
b.lib.3. clos expulerant,nõnulli prodidere. Pædicli vt Plinius *b* & Strabo *c* tradunt,ado-
c.lib.6. leſcentes nouem fuere,totidemq; virgines ex Illyrico· à quibus XIII. populi pro-
geniti,multaq; oppida condita. Nomen eorum etymon habet Græcum· pueros
enim ſeu adoleſcentes illi παῖδας vocant. Non eſt autem credendum illos adoleſ-
centes virginesq;, licet originis eſſent præclaræ, tantas habuiſſe vires, vt hanc re-
gionem imperio ſubigere potuerint, cui ab ipſis appellatio indita· ſed potius ob
generis nobilitatem id illorum honori datum à ſocijs exiſtimandum eſt, vt
uerſæ genti nominis auctores ſtatuerentur. Poſtremo dein regio hæc Peucetia
cta,quemadmodum antè eſt expoſitum· & nunc Italorum lingua vernacula, Ter
ra Bariana,nimirum ab vrbe Bario,cæterarum vti oſtendetur,capite. Sequitur al
tera pars Apuliæ ab Aufido amne vſq; ad Phiternum, Daunia vocata, ſeu Da
ab antiquiſsimo rege Daunio,ſocero Diomedis,vti in tempore dicemus. Peuce-
tiam ergo priùs aggreſſuri, quem hactenus in alijs regionibus ordinem ſerua
mus,cum etiam in huius deſcriptione ſequemur· nimirum vt antè litoralem o
deinde mediterranea percurramus. Itaq; à portu Brũduſino flexus primùm e
Aquilonem verſus per litus Oſtuni· quod oppidum quatuor à mari millibus a
ſitum in mediterraneis poſtea deſcribemus. Villa Noua hîc,portus Oſtun
quò ex illa vrbe merces deferri ſolent in naues. Dein ſpatio P. M.XIIII. antiq
ſimæ ciuitatis Egnatiæ, Plinio, Melæ, Horatio, Ptolemæoq; nominatæ veſtigia,
nõ procul ab ora inter vrticas vepreſq; ac dumeta reperiuntur: vnde quarto mi-
liari modica ſequitur arx D. Stephani in maris ſcopulo terreni brachij inſtar in
altum procurrente ſita , Equitum D. Ioannis Rhodiorum. Altero abhinc
lapide per litus vrbs noua Monopolis· cuius mentionem nullis adhuc ſcri-
ptorum monumentis factam reperi, prçterquam Volaterrani , qui conditam ob
Egnatiæ propinquæ interitum ſcribit. Vrbs eſt pulchritudine, ſplendore, ci
litate, ac ædificiorum magnificentia nobilis , cæterùm non magna. Habet in-
ter alia memoratu digna ſacellum ſummo in templo deornatum ſtatuis ſigni-
que ex marmore tam admirabili arte perfectis à Ludouico Florentino,vt cum ve
terum illorum à Plinio cæteriſq; priſcis ſcriptoribus tantopere celebratorũ ope-
ribus

ribus non indignè conferri queant. Nomen huius vrbis illuſtrauere Bartholomæus Sibylla monachus prædicator, ſummus & Philoſophus, & Theologus· item annis ſuperioribus Hieronymus cognomento Monopolitanus, eiuſdem familiæ ſodalis, qui diu cùm Patauij Neapoliſq; maximo ſtudioſorũ concurſu docuiſſet, Archiepiſcopus deinde Tarentinus, Viterbi anno poſt C.N. MDXXVIII. extinctus eſt, relictis quibuſdã ſcriptis doctrinę pcipuę monumentis. Ager Monopolitanus frumentũ oleumq; mirabili vbertate fert· mihiq; ciuitatis incolæ affirmarunt, cum olearũ eſt tempus, annatim olei plusq̃ vicena millia amphorarũ ibi colligi: quod incredibile propemodũ ijs ſat ſcio videbitur, qui ſyluas olearũ his in locis totaq; regione vaſtiſsimas non viderint. A Monopoli P. M. V. per litus, Polinianum ſequitur, edita pruptaq; & ſaxoſa in rupe ciuitas, ſed lauta populoq; ſatis frequens. Cauernæ ſub ea plurimæ apparẽt, in quas vndæ magno cum impetu irruentes, leniq; curſu rurſum exeuntes, periucundas quaſdã voces eam maximi murmuris & ſuſurri perpetuitatẽ audientibus, edunt. In hoc oppido corpora Diuorũ Viti, Creſcẽtij, Modeſtiq; martyrũ ſumma religione colũtur. Ager eius vinũ affatim, oleumq; præſtantiſsimũ & amygdalas generat· vtq; ſuprà diximus, & in mediterraneis oſtendemus, vbiq; nemora cernuntur olearũ & amygdalarũ. Piſces quoq; circa litus hoc optimi capiuntur. Decætero per orã lapide ſeptimo pernobilis & antiqua D. Viti ædes ſuccedit, vbi q̃dam portus ſpecies· quanq̃ à Brũduſio hucuſq; vadoſum litus & abſq; vllo ſinu ſit, per quẽ ad terram naues appellere poſsint· quibus ea propter in alto procul ſtandum in ancoris eſt. Hinc tum interuallo P. M. duorum Mola caſtellum eſt in litore, frequẽs q̃dem ædificijs, cęterùm colonis agreſtibus. Arcem ibi ſuperioribus annis mirabilem atq; inuictam Marchio Polinianus huius oræ pſidio condidit. Ager vti finitimorũ etiam oppidorum olei frumentiq; perquàm fertilis eſt. A Mola P. M. X. antiqua ciuitas Barium, ita Melæ ac Ptolemæo dicta, itemq; Tacito a in hæc verba ſcribente: Syllanus tanq̃ Naxum deueheretur, Hoſtia amotus, pòſt municipio Apulię cui nomen Barium eſt, clauditur. Strabo tamen Barin & Baretum nominat, Plinius Barion· & antè Iapygen ait dictam à Dædali filio, à quo & Iapygia quemadmodum in Salentinis expoſuimus. Raſſanus cùm primò Iapyx appellaretur, auctũ dein à Barione ex nouem adoleſcentibus Pædiclis vno, inde Barium vocatũ ſcribit. Vrbs eſt pulchritudine, lautitia, populiq; frequẽtia nobilis, vt meritò regionis vniuerſę teneat principatum, eiq; nomen abs ſe Terræ Barianæ pbeat. Inſignis etiã Archiepiſcopali ſede eſt. Solebant hîc Reges Neapolis & Siciliæ coronã ſumere· ſeruãturq; in hodiernum vſq; diem veſtes, aliæq; regiæ inunctionis inſignia quę nos vidimus. Templum Barij celeberrimũ atq; ſumptuoſiſsimũ eſt D. Nicolai Mireani antiſtitis, vbi ſanctiſsimæ illius reliquiæ ſumma cũ veneratione ſeruantur· è q̃bus etiam nũ vt ego oculis conſpexi, liquor admirabilis, mannam ibi vocant, emanat. Anno poſt C.N. MDXXV. demonſtrata mihi eſt à ſacerdotibus teſtudo ſuprà altare, ſub quo Diui oſſa ſita erant, quam antea laminis argenteis vnà cum quaternis columnis eam fulcientibus contectã Ferrandus Arragonius primus, Rex Neapolis, bello Turcico quo receptum Hydruntũ vti prædiximus, nudauit. Addebant illi ipſi non modo Ferrandi res ex eo tempore, verumetiam eius liberorũ inſpiciente tota Italia ruere, ac in deterius abire cœpiſſe. Cernitur & in hoc fano theſaurus ditiſsimus, aurea argenteaq; vaſa plurima, cum ſignis ingentium ptiorum & veſtibus Põtificijs tanti templi religione dignis. Cõfluit huc varijs ex par-

a lib. 6.

tibus hominum magna frequẽtia quotannis eius Diui feſto die, prætereaq́; omni tempore voti cauſa peregrinantium· quamobrem & ita Facius *a*.

a. lib. 3. cant. 1.

Ea in parte ſignificatum nobis fuit
Barium in propinquo eſſe· quocirca ego religiosè
Nicolai ædem ac domicilium inuiſi.

Ora hæc importuoſa quoq; eſt: nulli eñ planè litoris ſunt receſſus, etſi q̃dam portus forma, ſed opere facti, appareat. Barium captũ direptumq́;, oppidanos partim occiſos, partim Bizantium relegatos à Baſilio Cõſtantinoq; orientis Imperatoribus exercitu in Italiam ducto, circa Benedictum VII. Pontif. Rom. Blondus *b* memoriæ prodidit. Sed ex eo tẽpore cum populo, tum opibus denuo ſatis inſtauratum eſt, incrementisq́; maximis adeo auctum, vt nũc regionis caput habeatur. Diu in ditione ac poteſtate illuſtris familiæ Sfortiarum fuit· ex qua primus Franciſcus, deinde Ludouicus eius filius ea potitus· qui vrbem cum toto Ducatu Iſabellæ Alfonſi, Arragonij ſecundi, regis Neapolitani filiæ, coniugi quondam Ioannis Galeatij è Galeatio Duce nati vt ferebatur, pro dote reſtituit. Ea filiam ex Ioanne Galeatio Bonam, Sigiſmundo regi Poloniæ matrimonio iunctam, à qua nunc vrbs tenetur, hæredem habuit. Ager Barianus, oleũ, vinũ, frumentũ, amygdalam, goſsipium, aliosq́; fructus vbertate quadam & abundantia propemodũ incredibili fundit. Sequitur in ora duodecimo lapide ciuitas Iuuenatium, agro nõ minus quàm aliarũ vrbium quas cõmemorauimus, vini olei, frumenti, amygdalæ, cæterarumq́, rerum fertili. Vehementer equidẽ falluntur, qui hoc oppidum ob interitũ Egnatiæ cõditum exiſtimant: quippe cum inter Iuuenatium & Egnatiæ veſtigia ſuperiùs à nobis demonſtrata Barium Polinianũq; media interſint. Inclyta eſt hæc vrbs Nicolai cognomento Iuuenatij p̃dicatorum ordinis monachi, ſocijq́; D. Dominici ſanctitate· cui diuinitus inſpirata ratio fuit illius Diui oſſa transferendi, vt in libro virorum illuſtrium familiæ p̃dicatorum legitur. Inſtituta fundataq; ab illo multa ſunt eiuſdem ordinis cœnobia per Italiam, præcipueq́; Brunduſij & Peruſię. Tertio milliari ab Iuuenatio ciuitas in ora eſt Marfetta quibuſdã Morfitta, Melfattaq́; dicta, pari cum finitimis vbertate agri. Inde poſt mille paſs. ædes eſt pulchra quidẽ, ſed exigua D. Mariæ Martyrum· ad quã magnus hominũ concurſus quotidie fit, certis aũt anni temporibus longè maximus. In hoc plurimæ cõſpiciuntur imagines tum cereæ, tum argenteæ, quibus diuina gratia votorum cõpotes ad interceſsionem D. Virginis Matris illos qui ſuſpendere, factos indicatur. Vlterius quarto milliari ad litus præcelſis in rupibus ciuitas alia eſt, Vigiliæ· cuius nominis originẽ adhuc non inuenimus. Eius municipij ciues tanto libertatis deſiderio tenentur, nimirum quò ſibi Neapolitanis regibus tantũ, nec alterius cuiusq̃ Principis imperio ſubeſſe liceat, vt anno à C.N. MDXXV. mihi ea loca peragrãti affirmauerint, ſe Carolo Imperatori Aug. Neapolisq́; Regi, aureorũ nummũ millia XIIII. vltrò obtuliſſe, ne in cuiusq̃ alterius reguli poteſtatẽ traderentur, ſed eodẽ quo tunc, ſtatu reipub. deinceps vti poſſent. Reperta hîc ſunt noſtra memoria Diuorum Mauri Epiſcopi, Sergij, & Pantaleonis equitum atq; martyrum Chriſti oſſa, diuinitus Franciſco Balcio Duci Andrino itemq́; huius vrbis rincipi Pindicata, & ab eodem ſumma cum veneratione conuenienti loco repoſita. Stillat ex ijs continuò laticis genus quod appellant mannam, ſanctitatis ſcilicet argumentum. Quantus finitimarũ gentium concurſus fuerit cùm inuẽta ſunt, tam eiuſmodi prætioſiſsimum theſaurũ videndi ac adorandi cauſa, quã ad obtinẽdam à Deo

b. lib. 13. hiſtoria.

per

per illorum Diuorũ merita gratiam, dici vix queat. Summã verò gloriam Chriſtus Ieſus horũ martyrum nomini dedit, immenſa in eos benignitate, qui inuiſebant repertos,& pro re quapiam orabãt. Conditur hic vua ſaccharo alijsq; rebus aromaticis tam excellenti arte, vt miram ſuauitatẽ longeq; maiorem ea quã oriens mittit, trahat. Ager vti finitimarũ vrbium æquè vini, olei, amygdalæ, aliorũq; fructuũ vbertate fertilis. Poſt quartum deinde milliariũ peninſula q̃dam in mare procurrit inſtar modici collis, amœna pulchraq;, cuius in vertice Minorũ cœnobium D. Marthæ Columnanæ. Hinc mille paſs. Tranum ciuitas, Plinio Traniũ vt Volaterranus aſſerit. Auctorẽ eius inſcriptio ſupra portã indicat huiuſmodi. Tranum à Tyrrheno filio Diomedis cõditum, & à Traiano inſtauratũ: quapropter vt Collenutius a refert, Traianopolis, & cõtractione vocis Tranũ dictũ. Arcem eius Fridericus alter ædificauit. Vrbs eſt ædificiorũ deſcriptione pulcherrima, ſed maiori ex parte propemodũ hoc tempore deſerta. Cauſam incolæ dicũt, quòd cum ſuperioribus annis in ditione poteſtateq; Venetorũ eſſet, Iudæis & Maranis Hiſpania eiectis plena, ob eorũ negotiationes ampliſsimas cõuentu quoq; maximo Chriſtiani nominis mercatorum frequentabatur: at poſt Venetam cladẽ ad Abduam à Ludouico XII. Galliarum rege factã, vrbe à Ferdinãdo Arragonio Neapolitanoq; rege recepta, Iudæi Maraniq; pulſi fuere: quorũ exceſſum deſolatio conſecuta. Portus etiã illo tempore ſatis cõmodus, nunc arena fere oppletus eſt nemine curante, licet intra vrbem ſit. Agri bonitatẽ pluribus exponendam non putaui, quia conditionis eiuſdem cum finitimis haberi debet ob ingentes olearũ ſyluas, & frequentiam amygdalorum, quæ pulcherrimis ordinibus ſunt diſpoſitæ, tantæ proceritatis & craſsitudinis, vt apud eos qui non videre, difficilis hercule rei fides eſſet futura. Mihi inter has arbores & noſtrates eiuſdem generis tanta diſsimilitudo videtur, quanta ſyluestrium olearum eſt cum cæteris: idq; tam magnitudine truncorum, quàm proceritate ac frequentia ramorum: idemq; de amygdalis dico. Syluæ olearum & amygdalorum ab huius oppidi agro propemodum vſq; Tarentum pertinent: etſi quibuſdam in locis, attamen paucìſsimis, rariores paulò appareant. Non deſunt etiam hoc agro medicæ, limoniæ, cæterorumq; generum arbores fructiferæ, tam ad neceſsitatem mortalium ſatæ, quàm ad voluptatem. Deinceps in ora poſt ſextum lapidem oppidum eſt nobile ac frequens, opulentumq; Barulum: quod, ſi Raſſano creditur, anno à C. N. CCXLII. Fridericus alter Imperator cõdidit: Collenutius b autem ab ijs qui Canuſium deſeruerant ædificatum ait. Nobis hi auctores ita conciliari poſſe videntur, vt à Canuſinis inceptum, à Friderico auctum exiſtimetur. Medio oppidi foro ſtatua ex ære armati regis X. ped. altitudine conſpicitur: incolæ dicunt Imperatoris Heraclij eſſe: quis poſuerit ignorant. Barulum inter quatuor Italiæ nobiliſsima præcipuaq; caſtella cenſetur, quæ communi omnium voce hæc ſunt: Fabrianum Piceni, Pratum Thuſciæ, Crema Lombardiæ, Barulum Apuliæ. Litus hîc vadoſum & abſq; vllo ſinu eſt. Non ceſſant quidem Barulani molem omni ratione fluctibus obijcere, quò modicis ibi nauigijs tuta poſsit eſſe ſtatio: verùm non queunt tamen ita locum operibus munire, ne Septentriones cum maximè ſæuiunt etiam exiguis nauigijs haud valdè infeſti ſint: vidi enim ego tridui ſpatio multas ibi naues ijs ventis furentibus partim inter ſe colliſas frãgi, partim etſi validiſsimis rudentibus, alijsq; diuerſis operibus retinerentur in vada proiectas, triſtiſsimo me hercule ſpectaculo, & cum immenſa negotiatorum iactura diſſolui. Barulũ cum

a. lib. 4. hiſt. Reg.

b. lib. 1. hiſt. Reg.

Trinio,Brunduſioq́; ac Hydrunte Ferrandinus Arragonius Rex Neapolis, quo
tempore bello regnum à Carolo VIII. Galliarum rege repetebat,pro mutua pecu-
nia Venetis oppignorauerat: ijs aũt pôſt ad Abduam à Ludouico XII. debellatis,
in poteſtatem ditionemq́; Ferrandi Arragonij rediere. Hoc in oppido Conſaluus
Ferrandus Aggidarius,Ferrandi Arragonij belli pfectus ab initio ſe cum modica
manu continuit: vnde principium ruinæ rerum Gallicarũ in Italia profect[illegible]: ete-
nim cum Ludouicus XII. Gallus,& Ferrandus Arragonius Neapolitanũ re[illegible]
inter ſe partiti eſſent,paulatim oboriẽtibus vtrinq; ſuſpicionibus Conſaluũ por
tioni Gallorum inhiare,illos viciſsim Ferrandi,tãdem ad arma res redijt, & præ-
liari cœptum. Conſaluo Proſper & Fabricius Columnæ aderant,vſu bell[illegible]m ge
rendorum inprimis exerciti: rerumq́; proceſſus huiuſmodi fuit, vt non a[illegible] qu[illegible]
a. ult. Ennead. eſcerẽt,quàm exactis è regno Gallis: quemadmodum à Sabellico a memoriæ p[illegible]
ditum eſt,& nobis quoq; magna ex parte viſum. Dein anno à C. N. MDXXVIII.
cùm Lotrechius Franciſci primi Galliarum regis legatus exercitum ad Neapo-
lim L. millium armatorum adduxiſſet,vt inde Philibertum Auraniæ Principem
& Vgonem Moncatam Caroli V. Imp. Aug. præfectos pelleret,ac N. Valdemõ-
tium in regno vti hæredem Raynerij Angolemenſis conſtitueret, Galli occupatis
plurimis locis etiam hoc oppidum ceperunt,& operibus munitionibusq́; firma-
runt: pace aũt anno ſequenti inter Imperatorem Aug. Gallumq́; ac Venetos &
Franciſcum Sfortiam Mediolani regulum Bononiæ, quò Carolus accipi[illegible]dæ à
Clemente VII. Pontif. Max. coronæ gratia venerat,conſtituta,cum cæteris Nea-
politani regni oppidis,quæ Galli Venetiq́; tenuerant, omnibus ob belli pe[illegible],
calamitatem peſsimè affectis, Barulum etiam Imperatori Carolo reſtitutum [illegible]
qui nunc eo vti & toto regno potitur. Nomen huius oppidi per vniuerſam I[illegible]
Gabriel monachus prædicator,eruditus atq; diſertus homo valde illuſtrauit: q[illegible]
noſtris temporibus diu cum immenſo animarum fructu ſacra docuit. Editæ [illegible]
typis conciones aliquot illi inſcriptæ,quibus eo viro mehercule nihil eſſe po[illegible]
indignius: nam ab imperito quodam homine mihi adoleſcenti noto fabrica[illegible]
ſunt,qui vt decorem operi ineptiſsimo quęreret,falſum Gabrielis nomen præ[illegible]
xuit. Sunt in ijs multa quæ longè honeſtiùs omitti,quàm ſcribi debebant,vt qui[illegible]e
gat,optimè cognoſcere poterit. Hoc recentiorum cõcionatorum gratia comm[illegible]
morare volui,quò non ſine iudicio verſandum in ijs intelligant: ne quas contin[illegible]
ineptias & offendicula ipſi proferentes,indocti ac rudes habeantur. A Barulo ſe-
cundum litus per amœniſsima vineta (non procul tamen à mari) itinere trium
b. lib. 2. milliariorũ,ad oſtium amnis deuenitur Aufidi,vt Mela b vocat itemq́; Silius c in-
c. lib. 8. 9. quiens: At parte in dextra ſinuat quà flexibus vndam Aufidus,& curuo circun-
dat gurgite ripas. De hoc flumine plura in tempore dicemus alibi. Pontem hîc ha
bet lapideum quo ripæ eius coniunguntur,ac item Apuli Peucetij cum Daunijs:
eorum enim diſcrimen Aufidum antea conſtituimus. Abſoluta nunc Peucetio-
rum ora litorali,priusq̃ ad continentem accedamus, admonendi nobis lectores
ſunt viſi inſignis in Benedicti Bordoni Italiæ pictura erroris, quòd in ijs flumen
Aufidus citra Barulum ad Tranum verſus depingitur,cum vltrà ſpatio trium mil
liariorum abſq; dubio ſit,vti nos & demõſtrauimus,& oculis ipſi vidimus. Enim-
uero non auctoris hoc ſummi viri, ſed ſcalptoris erratum eſſe cenſeo. Annectenda
igitur hîc mediterranea ſunt.

MEDITERRANEA PEVCETIORVM.

Quod

QVod in deſcriptione mediterraneorum huius regionis ordine non exactiſſimo proceſſuri ſimus, id ne quiſq̃ miretur, cauſam prædicendā arbitramur. Ea eſt locorum ſitus admodū varius & multiplex, vt certa ratio cōmodè ſingula perſequendi nulla planè ſit: proinde ſtudio quanto maximo poterimus, non quo oporteret ordini ſeruire conabimur. Itaq; à Brunduſio Tarentoq; ad Aufidū percurſuri, primùm itinere per cōtinentem IIII. & XX. P. M. à Brunduſio, plena horridaq; omnia ſyluis dumiſq; reperimus: inde frequens populo ciuitas Oſtunum, ditionis Bonæ Sfortiæ Polonorū reginę paruo in colle ſita eſt inter Molā & Conuerſanū exoriente, vti oſtendetur. Agro Oſtunenſi lata cernuntur olearū & amygdalorum nemora, vineta item cultiſsima, ſyluæq; opacæ ferarū venationibus opportunæ. Relicto dein hoc colle poſt millia ſeptem media in via Cannarū modica palus occurrit, ſic ob cannas ibi magna copia naſcentes appellata. Finitur ad eam, vt nimirum accolæ ferunt, Terra Hydruntina, incipit Bariana. Ager circū Oſtunum latitudine P. M. XII. aſperrimus & planè montoſus eſt, vt ab eo qui circa fines Brunduſini inter Aquilonem & Occidētem vſq; ad Apenninū, nihil differat, maximáq; cum ipſo Apennino ſimilitudinē habere videatur, queādmodū & Strabo ſcribit. Deſcenſu tum ad Villam Nouam verſus in litore, tanq̃ portum Oſtunenſem antè nominatā, tractu P. M. XL. in longum, nec modica etiam latitudine, tot olearum & amygdalorū arbores tam pulchro ordine poſitæ cernuntur, vt miraculum omnino videatur tantam arborū multitudinem humana manu ſeri potuiſſe. Percipiuntur ex ijs immenſi fructus, qui cum in Italiæ totius vrbes, tum in alias orbis partes exportati, regionis incolis in magno ac vberi quæſtu ſunt. Vlterius dein ad radices collis antè memorati caſtellum eſt Equitum Rhodiorum D. Ioannis Phaſianū, & in collis dorſo Conuerſanum ciuitas. Principium huius ſaxoſi, multis tamen inſignibus & fructiferis arboribus ornati collis, inter Molam & Conuerſanum eſt, à Bario P. M. XV. vnde verſus exortum ſpatio plurimorum milliariûm extenditur. In iugis eius vici oppidaq; varia, quæ partim hactenus cōmemorata, partim deinceps ediſſerentur. Conuerſani imperiū Dux Atrinus tenet, idem Conuerſani Comes. Ager vrbis frumentū, vinū, oleum, alioſq; fructus abūdè fert. Itinere hinc ad Brunduſium verſus oppidum Eccleſiæ D. Nicolai Barianæ occurrit, Ad D. Alicāndrum: poſt id in colle quē ſuprà deſcripſimus aliud Cagiani Ducis Martina, XVII. ab Oſtuno, P. M. à Monopoli XVI. opacis nemoribus, in quibus læta etiam paſcua, cinctū. Pars etiam agri eius vini optimi aliorūq; fructuum fertilis eſt. Vlterius in fine collis antiqua ciuitas ſuccedit, Cilium, Ptolemæo Celia dicta, cuius in agro crocum affatim naſcitur. Multæ hoc ſitu ſyluæ ferarum copia ſcatentes ad venatū peropportunæ ſunt. De cætero ad Oſtunū verſus quarto lapide D. Vitus: itē in colle ſupramemorato Carauinea: vlterius Ciſternium, Lucus Rotundus, Putilianū honeſtū oppidum Equitum D. Ioannis: inde tertio milliario caſtellū Nucis, ampliſsima re pecuaria, Ducis Atrini, poſteaq; vetus oppidulum Thurium nunc perexiguum: vlteriùs caſtellum Ioia frumento abundans, in cuius agro præter amœniſsimos campos opaca quoq; nemora ſunt ad venatum percōmoda. Pulcherrimam hîc vt illis tēporibus, arcem Fridericus ſecūdus Imperator locorum iucunditate ac venationis opportunitate ductus extruxit. Comes Ioiæ Ducis Atrini filius eſt. Amœniſsimis deinde campeſtribus in locis, item in Comitis Ioiæ ditione Noia ſequitur, à Bario P. M. X. vbi frumenti, vini, cumini, aniſi, goſſipijq; ſumma prouenit abundantia. Duobus abhinc P. M.

& à Bario denis, eadem in planitie Rontilianum iacet, frumento, cumino, anino, goſsipio, alijſq; fructibus afflues, ſub imperio Eccleſiæ Barianæ D. Nicolai. Inde per planitiem amœniſsimã incedenti frequens & nobile caſtellũ occurrit Aquauiua, cuius ager fruměto, vino, ſyluisq, venationi aptis abũdat: Bario P. M. XV. abeſt, in ditione Comitis Ioiæ. Sequitur inde Caſſanum ciuitas: poſt eam ad octauum lapidem Altus Murus nobiliſsimũ oppidum, agri perquam copioſi fruměto: pauloq; poſt inter montes ciuitas Grauina· quæ loca quoniam Magnæ Græciæ dedimus, in eaq; cõmemorauimus, etſi Peucetijs attribui quoq; poſſent, nũc pluribus deſcribere non eſt opus. A Grauina P. M. VIII. caſtellum diſtat Spinaciola, cuius ager amœnus opimusq; magnam fruměti copiam producit. Dein ciuitas eſt Venuſia, ſic Plinio dicta itemq; Appiano· qui tamẽ & Venuſiũ alibi nominat, qm̃ vtroq; modo ſcriptores protulerunt. Sunt qui nomen hoc à cultu Veneris & fano quod hìc erat, ortum exiſtiment: ego tamen qui Venuſium à Venere deriuari commodè poſsit haud video. Diſtat à Canuſio P. M. XV. In hanc vrbem victis ab Annibale Romanis ad Cannas, Terentius Varro Conſul L. Paulo Aemilio collega in acie cæſo, cum equitibus L. fugit, vti à Liuio *a* Plutarchoq; *b* monumentis proditum eſt. Liuius alijs etiam de cauſis Venuſiæ mentionem ſæpe facit· quam etiam præcipuè celeberrimi poetæ Horatij illuſtrauit nomen. Sexto à Venuſia milliari, tertioq; ab Aufido flumine oppidum eſt Ioannis Tuffi Aduerſani, Lauellum, agro vti aliorum quæ ſuprà memorauimus, æquè frumentario. Nomen loco clarum Tartalia peperit, vir militaribus rebus cumprimis exercitus· diu partis copiarum Franciſci Sfortiæ, qui poſtea Mediolani Principatum eſt adeptus, ductor, vt Blondus, Ioannes Simoneta, Corius, Sabellicusq; ſcribunt. Inter aſperrimos deinde montes Apennini ciuitas eſt Acherontia, ſede Archiepiſcopali inclyta, quam ætate patrum noſtrorum Henricus Palemitanus ex prædicatorum ordine obtinuit, ſummus & Philoſophus, & Theologus. Sunt qui vrbem hanc in Hirpinis collocent: nos tamen diuerſam plurium auctorum ſententiã qua Peucetijs attribuitur, ſequi maluimus. Abhinc P. M. XV. item inter montes Atella eſt, alia q̃ illa vetus prope Neapolim, cuius in Campania Fœlici mentionẽ fecimus. Rurſum à Venuſia XV. lapide ad Aufidũ verſus, Cannarũ, ſeu Canuſij deleti veſtigia reperiuntur exigua· licet cathedralis Eccleſia Cannarũ ſit, à qua nomẽ habet in libro ſacro deſcriptus Cãnenſis Epiſcopus. Vrbs hęc ad amnem Aufidũ, qui nunc vulgo Loſantus, amœna in planitie ſita fuit, veteribus Canuſium vocata, Liuio p̃ſertim vt docebimus, & Appiano *c* Cannarũq; nomẽ ab ea flumini Aufido inditũ. Locus hìc ille eſt nobilis inſigni clade Romana, per Conſulis Terentij Varronis temeritatẽ ab Annibale accepta, quẽadmodũ apertè Liuius *d* demonſtrat, itẽq; Plutarchus *e*, Siliusq; *f*, ac alij ſcriptores plurimi. Ceciderunt eo p̃lio Paulus Aemilius Conſul, L. Acilius, L. Furius Bibaculus Quęſtores, vnus & XX. tribuni militares, plurimi Cõſulares, Prætorij, Aedilitij, inter quos Cn. Seruilius, & C. Minutius Numantinus, qui ſuperiori anno Magiſter Equitũ fuerat, Senatores XC. pedites circa XL. M. Romani equites II. MDCC. totidẽq; ſociorum, capti præterea multi. Silius *g* eius calamitatis alibi quoq; mentionem facit inquiens. Cannasq; malum exitiale fouebat. & *h* rurſus: Cannas vno ore ſonant. A Facio *i* quoque commemoratur in hanc ſententiam.

Tranſieram eum locum vbi copiæ fuerunt
Audaces Annibalis ad Cannas,

a. lib. 22.
b. in uita Scipionis Afric. & Annibalis.
c. lib. 1. & 5.
d. lib. 22.
e. in uita Annibal. & Scipion.
f. lib. 9.
g. lib. 8.
h. lib. 9.
i. lib. 3. Cant. 1.

Quum

Quum magna vis Romanæ potentiæ concidit.

Cannæ tum temporis quum Romani tam infœliciter ibi pugnarunt, vicus erat, in
quem reliquiæ legionum ex conflictu ſeſe recepere, quas Canuſini perhumaniter
exceptas officioſè fouerũt, maximeq; M. Paula nobilis mulier, q̃ frumento eas ac
veſte, pecuniaq; iuuit. Huc quoq; Venuſia Terentius Varro dein ad reliquias cæſi
exercitus colligendas venit, vti à Liuio proditum. Ptolemæus Canuſium hunc lo-
cum vocat. Eius mentionẽ de lanis Canuſinis loquens, facit Martialis, ita: Hæc ti-
bi turbato Canuſina ſimillima muſto Munus erit gaude nã cito fiet anus: & pòſt:
Roma magis fuſcis veſtitur, Gallia rufis, Et placet hic pueris militibusq; color.
Plinius *a* de coloribus natiuis & factitijs agens Canuſinum purpuriſſum his verbis *a. lib. 35.*
laudat. Vtiliſsimum purpuriſſum à Canuſio. Mela Canuſium Aufido flumine al- *cap. 6.*
lui tradit. Donatus eum Virgilij *b* locum exponens: Anſancti valles: campos tam *b. lib. 7.*
beatos iuxta Canuſium ad Calorem amnem eſſe ait: qua de re nos aliter in Vmbris *Aeneid.*
abundè diximus, ideoq; nunc plura ſcribere non eſt operæpretium. Itinere dein per
campeſtria verſus mare ciuitas occurrit Bitetum: nec procul inde oppidum per-
honeſtum Bonæ Sfortiæ Polonorum reginæ Medonium, vbi in fano D. Dominici
ſacellum viſitur ſtatuis & ſignis marmoreis opere Ludouici Florentini non minus
excellenti, quàm alterum illud eiuſdem artificis manu in templo Monopolitano,
de quo ſuprà diximus, exornatum. Agri vndique circumiecti ſumma cum volu-
ptate, vitium, olearum, amygdalorum, item medicarum, limoniarum, aliarumq́ue
fructiferarum arborum pleni conſpiciuntur, ex quibus locorum incolæ quæſtum
maximum faciunt. Non longè à Medonio caſtellum eſt Palus: vltraq́ue ciuitas
Bitontum, incolis etiam Botontum dicta, etymon vt Raſſanus ait, huiuſmodi ſin-
gentibus, quaſi bonum totum, leui literarum traiectione diceretur. Vrbs no-
bilis & frequens eſt, agro rerum omnium tam ad neceſsitatem mortalium, quàm
ad voluptatem abundantiſsimo, ſummaq́ue frumenti, vini, olei, amygdalæ, pomi
medici, aliorumq́ue nobilum fructuum vbertate. Marchio Bitontinus ætate
ſuperiori fuit Iulius ex illuſtri domo Aquauiuana, vir cum maximi animi, tum
corporis dotibus inſignis, & militari ſtudio, diu ſumma cum gloria legionum
rector, valde exercitus ideoq́ue Ferrando Arragonio primo, Neapolis regi per-
charus. Bitonti quoque nomen ætate patrum noſtrorum Antonius diſertus e-
ruditusq; concionator ordinis Minorum, & Marianus admodum acutus diſpu-
tator ordinis Prædicatorum, monachi, per Italiam vniuerſam propagarunt. Abeſt
ab hac vrbe Adriaticum, vel vt Ptolemæus vocat Ionium mare, P. M. VII. &
campeſtri itinere pari interuallo pulchrum opulentumq́ue oppidum Terlitium
inde tertio ciuitas eſt, Riuus, aũt vt quidam vocant, Rubus hinc quarto Qua-
rata, ſeu vt alij Coràtum, Marchionis Aquinatis oppidum, amœniſsimis cul-
tiſsimisq́ue hortis, ac item maximis olearum & amygdalorum ſyluis cinctum
inde VII. Andrium ciuitas, titulo ac dignitate Ducatus inclyta, quem lon-
go tempore nobilis Balciorum familia tenuit. Ex ea poſtremus Pyrrhus Al-
tomuranus Princeps, ſummi conſilij maximiq́ue animi vir, filiam hære-
dem habuit Iſabellam, matrimonio iunctam Federico Arragonio, qui poſtea
rex Neapolis rebus ſuis diffidens, cum Ludouicus XII. Franciæ Rex bello Neapo-
litanum regnum peteret, ad eum in Galliam pacis obtinendæ cauſa profectus ibi
Turſio in oppido mortem obijt, relictis extra regnum liberis quinq;, maribus tri-
bus, fœminis duabus cũm vxore vidua quam poſt ſummas calamitates ac miſeri-

as Alfonſus, Ateſtinus Ferrarieñſium Dux perhumaniter ſuſcepit & cum filijs duobus (tertius enim in Hiſpaniam abiuerat, Dux Calabriæ dictus) totidemq; filiabus per benignè ac liberaliter fouit. Vixit itaq; Ferrariæ mulier nobilis ſanctiſsimè, fortiſsimoq́; animo calamitates ac ærumnas mundi ferens vſq; ad annum poſt C. N. MDXXXIII. quo in aſcenſionis Dominicæ feſto die, fato conceſsit ex liberis Calabriæ Duce in Hiſpania, binisq́; filiabus omni humano auxilio deſtitutis, ſuperſtitibus. Andrij vaſa fictilia fiunt ob elegantiam operis in ſumma apud gentes finitimas exiſtimatione. Vrbis incolæ inprimis ſtudioſè negotiãtur, qua ex re quæſtum maximum faciunt. Ager ęquè ac aliarum quę iuxta ſunt vrbium, optimos nobiliſsimosq́; fructus, vinum, oleum, amygdalam, pomum medicum, ſumma vbertate producit ac inſuper vndiq; cultiſsimos & amœniſsimos habet hortos. Ad mõtes deinde verſus incedenti, itinere ſecundum Aufidum millium XII. exiguo in colle tribus ab ipſo amne milliaribus, & à Lauello ſuprà memorato, nouem Canuſium inuenitur, non tamen vetus illud quod ſuprà diximus tempore belli Punici extitiſſe, cũ id in planitie ſitũ fuerit vti indicauimus, hoc in colle ſit, nullo prorſus antiquitatis argumento notabile. Sequitur ad tertium lapidem amnis Aufidus

a. lib.3. cap.10. ſic Plinio *a* dictus in hæc verba ſcribente: Aufidus ex Hirpinis montibus Canuſium præterfluens itemq; Straboni, Melæ, cæterisq́; veteribus omnibus. Oritur Apennino in Hirpinis modico fonte, nec procul oppidulo quodam Moſco vnde ſic vti admodum exiguus riuus labitur, vt æſtiuis menſibus ſpatio P. M. XXX. (cum enim decurſum habet) vix eius agnoſcatur fluxio: hyeme tamen fluminũ & torrentium aliorum acceſsione, itemq́; ex pluuijs adeo plerumq; creſcit, vt alueo derelicto ſæpe per latiſsimos Apuliæ campos euagetur, & inſtar alti vaſtiq; pelagi ab antiquo Canuſio quod ad ipſum amnem erat in planitie, vti ſuprà diximus, longo tractu regionem inundet. Apuliam Peucetiam à Daunia, quod prædictũ quoq; eſt, ſeparat primùm per agrum Lacedæmonium, deinde Melphitanum & Lauellinum, inde ſinuoſis flexibus per campeſtria loca prope Mineruinum, tum à Canuſio per Barulanum agrum in mare tribus infra ipſum Barulum millibus influens, vbi pontem eſſe lapideum prędiximus, mille paſſ. ab ora. Vnus ex omnibus Italiæ fluminibus Aufidus, Apenninum in quo naſcitur, diuidit, vt Plutarchus *b* auctor eſt. Eiuſdem amnis mentionem facit Virgilius *c*, inquiens: Amnis & Adriacas retrò fugit Aufidus vndas: quem verſum exponens Seruius, Aufidum Apuliæ fluuium eſſe ſcribit Adriæ illabentem. Strabo ab Aufidi oſtio Barium, ſtadia CCCC. dicit intereſſe. Fluminis eiuſdem & Liuius *d* meminit, itemq́; Silius *e* inquiens: Fundoq́; imo mugiuit anhelus, Aufidus. In Hirpinorum montibus oriri vt anteà dictum eſt, Ptolemæus quoque teſtatur. Nunc iam Peucetijs non eo quidem quo voluiſſemus certo ordine, quoniam militares in ijs viæ non apparent, ſed quo potuimus, abſolutis, ad Daunios eſt pergendum.

b. in uita Annibal.
c. lib. 11. Aeneid.
d. lib. 22.
e. lib. 8.

APV-

APVLIA DAVNIA, REGIO ITALIAE VNDECIMA.

Veteres hanc Italiæ regionem Apuliam Dauniam appellarunt: nunc Planam Italicũm vulgus vocat. Apuliæ nominis auctorem Apulum priſcum multis ætatibus ante bellum Troianum huius oræ regem ſuprà commemorauimus. Dauniæ Solinus Cleolaum Minois filium, at Plinius cui nos accedere mallemus, Daunum Ducem Diomedis ſocerum perhibet, qui vt Feſtus ſcripſit ex Illyrica gente clarus vir, patria propter ſeditionem domeſticam excedens, hanc Italiæ partem occupauit, eamque cum Diomede ſocero partitus eſt. Dauniam itaque regionem hanc Cato, Plinius, Mela, Strabo, Ptolemæus, Itali nunc Apuliam planam vocant, à latiſsimis nimirum campis, & agrorum longè maiori quàm in Peucetijs æquore. Fertiles ... hîc inprimis tritici, aliorumque frumenti generum ſunt. Fines Dauniorum quanquam ſuprà demonſtrauerimus, tamen hîc quoque breuiter commemorandi viſi. Principium igitur eorum eſt Aufidus, Apuliæ Peucetiæ terminus: patent in longum vſque ad Phiternum amnem, latitudine inter Apẽninum ſeu Hirpinos Samnitesq;, & Adriaticum vel Ionium ſinum: vt ab oriente ſit Apulia Peucetia flumenque Aufidus, à meridie Apenninus cum Hirpinis & Samnitibus, ab occidente Frentani Caracenique nunc Aprutij, cum Phiterno, à Septentrione Adriaticum & Ionium mare. Dauniorum mentionem ſæpe facit Liuius: nominatim verò cum a poſt Samnitium defectionem, C. Sulpitio, Q. Aemilio Coſſ. nouum in Apulia bellum exarſiſſe narrat, quo illa vaſtata populataq; fuit: item cum b Apulos à Publilio conſule pacis conditiones accipere coactos, aliaq; poſtea de illa gente ſcribit. Et alibi c ſeruorum & paſtorum in Apulia ſeditionem, agros finitimos excurſionibus infeſtantium à L. Poſthumio Prætore compreſſam, VII. millibus ſeueriſsimè damnatis punitiſque, multis fuga elapſis, commemorat. Alijs denique varijs locis Apulorum meminit: at nos breuitatis ſtudio tenemur. In cæteris auctoribus plurimis, qui eandem gentem memorauere nominatim Tacitus d eſt, itemque Silius e, qui res Cannenſem cladem inſecutas referens, Apulos ad Annibalem defeciſſe prodit, inquiẽns: Mox Appulus armis, & deinceps. De Ptolemæo priuſquam ad ſingula dicenda accedamus præmonendum eſt viſum, eum in hac Apulia Daunia Canuſium videri collocare, quod nos in Peucetia poſuimus, & quidẽ vt puto, non malè, cum trans Aufidum ſit, cuius vlterior omnis ripa, quemadmodum antè docuimus, Peucetijs attribuitur. Animaduerti quoq; debet non viſam hanc regionem Straboni fuiſſe videri, quòd haudquaquam pari ab illo diligentia deſcribatur, vti aliæ multæ, quas ipſum obiuiſſe conſtat. Circa Garganum tamen ſingularia demonſtrat quædam vti referemus: ideoque credi forte poſſet Dauniam ab eo peragratam, ſed pauciſsima relatu digna tum temporis illam habuiſſe. Non inquiremus nunc in hoc exactiùs, ſed ad inſtitutam regionis deſcriptionem conuer-

a. lib. 8.
b. lib. 9.
c. lib. 10.
d. lib. 3.
e. lib. 11.

conuertemur· quam vti hactenus in alijs fecimus, per oram primùm, etſi pauca ſint hîc litoris oppida, deinde per continentem & mediterranea dirigemus. Vicenis ab Aufido P. M. in ora veteris Salapiæ locus inuenitur, ita Straboni Pliniocque dictæ, ſed Ptolemæo & Appiano *a* Salpia. Conditorem eius Varro Diomedem, alij Rhodium Elphiam tradunt. Plinius Annibalis meretricio amore inclytam ſcribit. Mentionem eius ſæpe facit Liuius, cum *b* à Blatio deditam Marcello refert· alijsque multis in locis *c*. Deſertionis eius cauſa fuit cœli grauitas· etenim quotannis incidente peſtilentia, M. Hoſtilianus à Senatu Romano petijt, vt vrbem quaternis P. M. propter ſalubritatem introrſum in continentem transferre liceret: quo impetrato nouum oppidum in mediterraneis condi cœptum, quod etiamnum extat Salpe, deſolatumque vetus. Strabo Salapiam Argiripinorum emporium fuiſſe ſcribit. Sequitur Lacus Andurianus ab oppido vicino Anduria cognominatus· quem ita quoque Boccatius vocat. Plinius *d* oppidum Manduriam appellat, & lacum deſcribit, vt ſit ad margines plenus, neque exhauſtis aquis minuatur, neque augeatur infuſis. Paruo à litore interuallo abeſt. De cætero amnis, Candilarem accolæ vocant, quem ego ſimul cum lacu ſuprà memorato Strabonem indicare arbitror in hanc ſententiam ſcribentem. Inter Salapiam atque Sipontem fluuius eſt nauigationi ſatis opportunus & lacus ingentis oſtium: per vtroſque autem naſcentes è Siponte fructus deuehuntur, præcipueq; frumentum. Hinc ad Manfredoniam millia octo ſunt· quo ſpatio nulla nunc ædificia, vel etiam ædificiorum veſtigia reperiuntur, præter caſas & tuguria quædam piſcatorum atque ruſticorum. Manfredonia ciuitas in rupe ſinus marini, quem Gargani montis flexus efficit, ad Septentrionem ſpectans ſita eſt. Condidit Manfredus rex, Friderici ſecundi Imperatoris filius anno poſt C. N. MCC. Manfredoniamque à ſe denominauit, cum priùs hîc locus Capitaniatæ Portus diceretur vt Collenutius *e* auctor eſt. Aedificatam ob Siponti interitum conſtat: tranſlataque huc Archiepiſcopalis Siponti ſedes, vnde Sipontini antiſtitis nomen adhuc Manfredoniano manet. Vrbs eſt Manfredonia cum lauta, tum populo frequens & honeſta. Inuictam ad litus arcem habet, quam Lotrechius Franciſci primi Galliarum regis legatus annis ſuperioribus multis Apuliæ locis expugnatis nulla ratione capere potuit, vnaque cum vrbe ipſa Manfredoniani in fide poteſtateque Caroli V. Imper. Aug. conſtantiſsimè ſeruarunt. Moles extra muros in mari iacta, magnæ artis opus ſecuram nauibus ſtationem creat. Eo in portu deſcenſus eſt in naues aliquot graduum, quorum vnus veſtigia Polonorum reginæ Bonæ, ex Ioanne Galeatio Sfortia Mediolanenſi regulo, & Iſabella Arragonia Duce Bariana natæ, in ſaxum exciſa demonſtrat, vbi illa nauem aſcenſura cum in Poloniam Sigiſmundo regi nuptum duceretur, à matre bona cum venia dimiſſa eſt· quòd eodem in ſaxo literis adiectis expreſſum ita legitur. Conſtitit hîc Poloniæ regina, quum licentiam & bonam veniam petijt ab Iſabella matre Mediolanenſi Barianaque Duce. Sunt qui Manfredoniam veteris Apèneſti fundamentis inædificatam aſſerant· verum non obſcurè profectò falluntur, quoniam vti ego demonſtrabo Ptolemæus Apeneſtum vltra Sipontum non citra collocauit. Sed ijdem in alium etiam errorem lapſi ſunt, multo grauiorem, quòd immemores eodem ſe loco Apeneſtum Manfredoniamque conſtituiſſe· ſubijciunt porrò, poſt Manfredoniam, quæ litoralis vrbs eſt, Vibarnum, Ptolemæo in Apuliæ Dauniæ mediterraneis nominatum, fuiſſe. Sed hæc hactenus. A Manfredonia

a. lib. 1. hiſtoria.
b. lib. 26.
c. li. 36. 37. & alibi.
d. lib 2. cap. 106.
e. lib. 4. hiſt. reg.

per oram

per oram,mille paſſ.ad Gargani montis radices ſaxoſa in rupe Siponti ruinæ cernuntur. Eam vrbem variè admodum nominant ſcriptores. A Plinio, Strabone, Mela,Ptolemæoq; Sipontum vocatur à Silio *a* aliter,cum inquit: Et littora Sipus à Græcis vt Mela ſcribit,Sipius,vt Strabo Sepius,propter multitudinem ſepiarum,quæ fluctibus hîc in litus eijciūtur, vti & in hodiernum vſq; diem videre eſt. Conditam à Diomede Strabo prodit,abeſſeq; à Salapia ſtadijs C L. Nunc planè collapſa iacet,vt veſtigia tamen ædificiorum eiuſmodi ſuperſint, ex quibus cognoſci manifeſtò queat nobilem olim & magnificam fuiſſe. Summum quoque ciuitatis templum adhuc omnibus fere partibus integrum apparet vbi principia ſumptuoſiſsimi ſacelli ex lapide quadrato,quæ poſtea deſerta ſunt. Circa litus inter ædificiorum ruinas fons exilit aquæ puriſsimæ, ſummè copioſus, ad mare decurrens,olim oppidanorum vſui percommodus. Siponti mentionem Liuius cum alibi *b*,tum eo loco nominatim facit,vbi *c* Sp.Poſthumium Conſulem ad Senatum retuliſſe narrat,ipſum vtrumque litus Italiæ perluſtrantem,duas inueniſſe colonias deſertas,ſupero mari Sipontum, infero Buxentum ideoque Treſuiros creatos qui colonos eò deducerent L.Scribonium Libonem,M.Titium,Cn.Bebium Pamphilum. Idem Liuius antè *d* ſcripſerat,Sipontum coloniam primò deductam à Trib.viris,D.Iunio Bruto,M.Bebio Pamphilo,M.Eluio,diuiſumque agrum,qui Arpinorum fuerat. Florentiſsimum omnibus rebus Sipontum fuit vſque ad Saracenorum in Italiam aduentum,qui totam Apuliam imperio ſuo ſubactam tenuere,donec à Carolo Magno pellerentur excedentes autem vrbem hanc direptam oppidanis omnibus interfectis planè deſolarūnt,opesque eius in Africam deportarunt. Hæc ita quidam de Siponti interitu monumentis tradunt alij tamen id inteſtinis ciuilibusque contentionibus,nonnulli terręmotuum violentia deletum ſcribunt nec quicquam fortaſſe vetat,quin illa ſimul omnia euenerint,vt nūc tam planè ruinis deformata iaceat. Archiepiſcopus Sipontinus ætate noſtra fuit Nicolaus Perottus Saxoferratēſis,vir tum græcis,tum latinis literis pereruditus,quod eius ſcripta teſtantur. Eundem locum nuper tenuit Ioannes Maria Montanus Eccleſiæ Romanę Cardinalis,homo tum ſummę prudentiæ,tum non ineruditus qui pòſt anno à C. N. MDL. VI. Id.Febr. Pontifex Maximus appellatus,nomenque ſortitus Iulij tertij, VI. Calend. Martij magnifica ſolennique pompa coronam cepit. A Siponto per litus procedenti, locus Apeneſti occurrit planè nunc deleti cuius apud alios ſcriptores quàm Ptolemæum mentionem reperi nullam. In proximo eſt Mons Garganus, quo dicendo inſtitutum nunc per oram prius incedendi, ac deinde per regionis vniuerſæ mediterranea, ordinem non obſeruabimus: etenim vt mons totus ſimul ediſſeratur, commodiùs eſt viſum quippe quia ſi maritima pars eius à mediterraneo diuelleretur, perdifficile ſanè foret ſeparata priùs, certo dein ordine connectere.

a. lib. 8.
b.lib.8.
c. lib.35.
d. lib.43.

MONS GARGANVS.

MOntem hunc Garganum antiqui vocant, Strabo nempe, Mela, Virgilius *e* cum ait. Victor Gargani condebat Iapygis arces, Lucanus *f* inquiens, Apulus Adriacas exit Garganus in vndas, Horatius *g* ita, Querceta Gargani laborent, Silius *h* Italicus, Liuius, Ptolemæus,alijq; plurimi ſcriptores, Facius *i* item in hanc ſententiam ſcribens.

e.lib. 11. Aeneid.
f. lib.5.
g.lib.2.Od.
h.lib.8. & alibi.
i. lib. 3. Cant.1.

Similiter

Similiter quando nobis innotuit
Mons Garganus, vbi D. Angelus eſt,
Vſq; ad eum voti cauſa mihi non eſt viſum ire.
Pari ſtudio ac araneus telam orditur
Eam ſylueſtrem viam diligenter conficiebamus,
Et nunc per hunc, nunc per illum ſpatiabamur collem.

Obſeruandum igitur Montis Gargani mentionem hoc nomine ab ijs auctoribus antiquis factam diu antè, quàm D. Michaël Archangelus hîc apparuerit, vti in hiſtorijs inuenitur: vnde fabuloſum eſſe cognoſcimus, quòd in apparitione D. Michaëlis perſcriptum eſt, hunc Montem Gargani nomen à Gargano quodam per opulento viro accepiſſe, qui gregibus armentorum locuples bouem fugienté per cuſſurus, ipſum ſe illo telo ferijt: clarum quippe eſt ante D. Archangeli viſum, veteres Garganum hunc montem appellauiſſe. Sed de nomine hæc hactenus· nunc ad montis deſcriptionem ingrediamur. Præcelſus valdè eſt, & aſcenſu difficilimo, quo ſyluæ quædam peramœnæ reperiuntur· etſi quoque multis in locis arboribus planè careat, vbi tamen diuerſa ſalutiferarum & medicarum herbarum genera naſcuntur. Latere quo mare ſpectat vt Strabo demonſtrauit, promontorium habet in exortum ſpatio CCC. ſtadiorum procurrens. Incipit ab Apennino, ex cuius radicibus iugum enaſcitur editiſsimum, latitudine P. M. duorum, longitudine XX: poſt quòd ita paulatim mons ipſe aſſurgit, vt in ſummam (fructifer tamen altitudinem, vaſtitatem, amplitudinemq; deſinat. In mare tam longè protenditur, vt ambitu radicum quas planities excipit, ad CC. P. M. contineat· quanquam Plinius ſpatium hoc CXXXIIII. eſſe prodiderit. Multis in locis præceps & abruptus eſt, quà mare ſpectat, & promontorium paulo ſuperiùs ex Strabone commemorauimus emittit· quod vt idem ille auctor eſt, Diomedem foſſa ad mare perducta diuidere, & à continenti auellere conatum ferunt· etſi domum accerſitus cum hoc, tum alia varia opera nec abſoluta reliquerit. Loca montis dicenda hæc ſunt. Primùm lacus aliquot piſcoſi in eo reperiuntur, inter cæteros Varanus, ambitu P. M. XXX. circum quem oppida Caprinum, Cognatium, Iſcitella. Tum in fronte promontorij Beſtia eſt ciuitas ita vulgò dicta pro Veſta, quod nimirum hîc olim ædes eſſet Veſtæ, ſicuti Raſſanus exiſtimat. Poſt X. millia Velt ice caſtellum ſequitur· flexo illo promontorij toto emenſo, Rode ciuitas, Vreum Straboni vocata, modicum illius temporibus oppidum· Melæ Vris· cuius tamen codices mendoſos eſſe p[illegible] legendumque Vria. Plinius incolas eius Irinos appellat· idq; Barbarus corruptè notat, & Hyrinos ſcribi oportere docet ex Ptolemæo, Euſtathio ac Herodoto, qui Iapygiæ coloniam Hyriam memorarunt. Eam verò Ptolemæus, vti quoque Dionyſius Afer, non Hyriam nominat quemadmodum ait Barbarus, ſed Hyrium. Sunt qui Italica lingua Rore potiùs quàm Rode dici debuiſſe cēſeant, quòd hîc ſumma roris temperies agros mirè fœcundet, ac optimos arborum ſuauiſsimosq; fructus efficiat. Hoc ex oppido Blondus ſcribit Alexandrum III. Pontif. Max. cum tredecim longis nauibus à Guilielmo Normanno acceptis ſoluiſſe, Venetias pacis cū Friderico Aenobarbo faciendæ cauſa tēdentem. Ptolemæus promontorium Montis Gargani diſcrimen Ionij Adriaticiq; ſinus conſtituit· alij Brunduſium vti antè diximus. Hyrium Ptolemæus ad initium Adriatici depingit. Garganum cum locis quibuſdam finitimis appellationem habere Iapygiæ tradunt, quò Virgilianum illud pertineat, Victor Gargani condebat Iapygis arces: vbi Seruius Iapygiam Apuliæ

Apuliæ partem eſſe ſcribit in qua Mons Garganus: ſed nos ea de re plura hîc non dicemus, inferiùs in tempore pleniùs acturi. Sequuntur itinere per oram loca quædam exigui momenti, quę non putauimus operępretium commemorare. Exaduerſum ijs in mari D. Maria Tremitina cernitur, inſulæ Diomedeæ priùs vocatæ, quas inter alias attributas Italiæ dicemus. Oſtia deinceps amnis Phiterni ſunt haud procul ab lacu Leſinenſi, quemadmodú inferius oſtendetur. Ora hæc Gargani eſt con tinentem itaq; ſtatim annectemus. Primùm in eius vertice præcelſaq; rupe quæ ad mare ſpectat, ſenis à Manfredonia P.M. oppidum eſt D. Angeli, ita nominatum à ſpecu D. Michaëli Archangelo ſacra, de qua mox dicemus. Oppidum eſt frequens naturaq; munitum loci, rebus ad vitam neceſſarijs, quæ montano hoc ſitu proueni unt, abundans: ideoq; diu Saracenorum cum ſumma Chriſtiani nominis contumelia ſedes fuit quorum ſepulcra ex profano more gentis in lapidem montis excauata paſsim etiamnum apparent. Inter agri dotes cæteras vinum optimú vermiculum habet. Specus hîc cum templo D. Michaëlis ſacratiſsimus eſt, anno à C. N. DXXXVI. VIII. Id. Maij, Gelaſio Pontif. Max. Imperatore Zenone, Laurentio Sipontino Archiepiſcopo, indicante D. Angelo inuentus, quùm à famulo Gargani telum emiſſum in bouem ante ſpecus oſtium obuerſantem, ipſum à quo iactum erat percuſsiſſet. Verumenimuero non paruam ego varietatem inter huius rei ſcriptores de tempore comperi, cum Iacobus Philippus Pelanigra D X X X V I. poſt C.N. annum, quo Gelaſius Pontificatum obtinuerit, Zeno Imperauerit, aſsignet, Sigiſbertus autem à C.N. CCCCXCII. Gelaſij primi alterum, & Zenonis decimú ſeptimum vt ita X L III I. annorum emergat differentia, qua Sigiſbertú Pelanigra excedit. At errare illum annales Pontificum ac Imperatorum docet, ex quibus anno poſt C.N. DXXXVI. Ioannem ſecundum Pontificem, Iuſtinianum primum Imperatorem fuiſſe conſtat. Formam ſpecus huiuſmodi habet, vt eiuſdem Pelanigræ Troiani libello deſcribitur, quod mihi anno à C.N. MDXXV. cú hîc eſſem loci ſacerdotes dono dedêre. Crypta eſt haudquaquam hominum ingenio vel arte, ſed angelica vi conſilioq; in viuum mõtis ſaxú excauata in quam deorſum per portam ingentem marmoream quæ meridiem ſpectat, à regni Principibus ædificatam ingreſſus L V. graduum ad Septentrionem verſus patet qua deſcendi abſq; face nullo modo poſſet, ni plurimis in ſaxú excifis ſpiraculis ac feneſtris lumē diurnum in marmoreas admitteretur ſchalas. Earum ad finem ſepulcretum eſt, in plano, apertum, cum ſacellis monumentiſq; multis inter quæ læuâ, priùſquam in ſacratiſsimum ſpecum ingrediaris, pulcherrimum apparet quoddam cum nobilis familiæ Neapolitanæ Pudericorum, quõdam huius loci dominorum inſignibus. Prope ſacellum hoc per aliam portam ex ære, ſummo artificio perfectam, quæ ad occaſum reſpicit, in ſpecum ipſum aditus datur, quo nemini prorſus antè ſolis exortum ingredi fas eſt. Ad dextram crypta mirabilis apparet in orientem explicata, Diui Michaelis Archangeli domicilium, tota ex viuo ſolidoq; lapide purum liquorem perpetuo ſtillante, horrida, profunda, et obſcura, haud in alium vt puto finem facta, quàm ſalutis animarum cauſa. In medio delubrum eſt exiguum aſcenſu graduum quatuor: cùm autem ad ſanctiſsimam Angeli aram paulo editiorē propiùs acceſſeris, ille tibi locus hercule velis nolis venerandus eſt. Conſpicitur ibi ara ab ipſo Archangelo conſecrata, veſtitaq; nunc alterius humana manu fabricatæ tegumento, in qua miſſæ quotidianæ celebrari plerúq; ſolent: minimeq; in hæc penetralia paſsim omnes admittũtur. Non procul inde fons perennis at modicus

diuino latice ſcatens,quo ſibi propemodum in omnibus morbis oppidani m[illegible]
nam faciunt. Læuà dein aliæ plures aræ,ſacella,ſimilesq́; loci abditi celebran[illegible]
miſsis,præcipueq́; duæ aræ ab ipſo etiam Archangelo factæ conſpiciuntur. Præte-
rea quæ ſuprà ſunt,oratoria,non conſilio effecta,ſed in ſaxo natura ſic creata pu-
tantur,quò ad pœnitentiam atq; diuinitatis contemplationem mortales allician[illegible]
Pauimentum ſpecus marmore candido rubroq́; variè ſtratum eſt. Exteriora Cry
ptæ,id eſt ſupremum eius tectum virẽs denſusq́; lucus altiſsimis arboribu[illegible] op[illegible]
è quibus multitudo maxima lapidum pendet,quos voti cauſa peregrinantes col[illegible]
alligatos ſurſum in montis iugum baiulãt,ibiq; precibus patratis ſuſpenſos reli[illegible]
quunt. Admirationem profectò ſummam hæc habet ſylua, quòd magno circu[illegible]
circa ſpatio nullus ne frutex quidem appareat alius: quapropter miracul[illegible]m po-
tius quàm res naturalis habetur,tot & tam ingentes arbores hic in viuum ſax[illegible]n
radicatas. Mihi accolæ cum hìc eſſem narrauere,circa Carolum VIII. Franciæ re-
gem qui anno à C.N. CCCCXCIIII. Neapolitanum regnum cepit, vn[illegible]a G[illegible]lo
quodam milite cæſam,illumq́; protinus ſupplicio diuino exanimatum conc[illegible]
ſe. Vidimus etiam in ſacrato ſpecu inſignem hercule crucem ex puriſsimo cry[illegible]
lo,longam ferè dodrantem & ſemis,quam loci ſacerdotes inuentam hic aieba[illegible]
quo tempore crypta ipſa mirabiliter primùm cognita eſt. Medio deinde m[illegible]
vbi planities amœna,prataq́; lætiſsima,caſtellum eſt D. Ioannis Rotundi, q[illegible]
nitimæ gentes III. Id. Iunij,die D. Honofrio feſto quotannis conueniunt & me[illegible]
annonæq́; conditione vel vbertate,vel anguſtia perpenſa, communi om[illegible]ium [illegible]
luntate aſſenſuq́; certum frumento pretium eius anni decernunt, quo[illegible]
nemini liceat. Ad montis latera paſsim antiquorum operum veſtigia con[illegible]p[illegible]
tur. quæ cum planè ſint deſerta,nobis nunc præterire viſum fuit. Iuxta radice[illegible]s
ad meridiem verſus,prope planitiem inter Sanſeuerum & Manfredon[illegible],D.[illegible]
oppidum eſt ędificijs haud infrequens,at propter multitudinem ſerpentium o[illegible]
no deſolatum. Nec debet huius rei difficilis cuiqua videri fides,cum à Solino [illegible]o-
que gentes ab anguibus fugatæ memorentur. qui & Cherſydre ſerpente Cala[illegible]ia
frequentiſsimam eſſe prodit. Attamen hoc eodem latere meridionali circa [illegible]
initia caſtellum inuenitur Arinianum. deindeq́; per radices ad occidentem fle[illegible]
do,vbi ſe via primùm in montem attollere incipit,ab Ariniano P. M. III, a mar[illegible]
Sanctalicandrum. quintoq́; inde milliari duobus à pede montis, aliud hon[illegible]
frequenſq; Precina. Magnificum hic palatium cernitur ab Imperatore Frid[illegible]
ſecundo ædificatum,tali occaſione. quòd cùm his in locis poſt magnos venatio[illegible]
labores aprum ingentem cepiſſet,eo mactato cœnam ſibi comitibusq́; app[illegible],
& caſtellum ad eius rei memoriam hic condi voluerit,quod ab apro capto,&[illegible]
na ex eo inſtructa vocaretur Apricœna. pro quo nomine,tum etymi ignorati[illegible]
tum prolationis errore vulgus ab initio Pricena,poſtea Precina,deinum Po[illegible]a
quoq; dixit: caſtellum dein exædificatum Imperator veteranis quibuſdam [illegible]s
Sicilia conceſsit. Hæc ita ſunt à Raſſano monumentis prodita. Sequitur à Preci[illegible]a
verſus occidentem lapide ſexto Turris maior oppidum ab amne Phiterno P. M.
quatuor: dein eodem interuallo ad meridiem verſus,quaternis item a monte Gar
gano milliaribus aliud opulentiſsimum,nobile,ac frequens D. Seueri, n[illegible]lli hu[illegible]s
a.lib.6. ſitus opibus impar. Strabo a ſcribit in agro Daunio (quanquam mendoſi codic[illegible]s
Saunio habeant) circa collem Drion appellatum,duo extitiſſe fana,vnum ſummo
in vertice,Calchantis,cui oraculum conſulentes nigrum arietem cædebant,e[illegible]

pe[illegible]

pelli ſtratæ indormiebant, alterum ad montis infimas radices Podalirij, C. à mari ſtadijs, ex quo riuulus ad omnes pecudum morbos ſalutaris promanabat. Ego hæc templa locis Gargano monti finitimis extitiſſe puto: cuius quoniam abſoluta nobis deſcriptio nunc eſt, ad ampliſsimam Dauniæ planitiem, quam vulgus Capitanatam vocat procedemus.

CAPITANIATA.

IN antiquiſsimis Bononienſium chronicis perſcriptum legi, campeſtrem hanc Apuliæ Planæ partem Capitaniatam à quodam Imperatoris Baſilij capitaneo, id eſt præfecto dictam, qui multas hoc tractu à Samnitium finibus per Dauniorũ planitiem vrbes oppidaq́; cõdidit, è quibus nominatim vti in tempore demonſtrabitur, Troia, Capitaniatæ verò nomen à vulgo deinde corruptè proferri cœptũ, Capitinata, circa annũ à C. N. MXVIII. Relictis itaq; Gargani radicibus, illiq́; finitimis locis, itinere campeſtri P, M. à D. Seueri XVIII, oppidum eſt Foggia, agro tritici, hordei, cæterorumq́; frumẽti generum fertiliſsimo. Caret vniuerſus hîc tractus arboribus, & item aquarum ſumma laborat inopia, quamobrem Horatio ſiticuloſam Apuliam dici arbitramur. Foggiã Collenutius a à multitudine fouearum ſeu foſſarum, quę pro granariorum vſu hîc ſunt, colonos appellauiſſe ſcribit. Hinc ad Manfredoniam verſus ſexto lapide in planitie veſtigia cernuntur Arporum, quos Diomedes poſt exciſum Ilium fluctibus ad hanc oram delatus, vti à Trogo b proditum eſt, condidit. Vrbem hanc ætate ſua collapſam Strabo priùs Argyrohippiũ, pòſt Argyripam, demum Arpos appellatam ſcribit. Ego corruptum eſſe primùm nomen exiſtimo, legendumq́; Argoshippium vt Plinius habet: qui & Argyrippã poſtea vocatam teſtatur, addẽs Diomedem ibi Monadorum Dardorumq́; gentẽ vrbesq́; duas deleuiſſe. Meminit etiam Arporũ in Apulia Cato, itemq́; Liuius per ſæpe, cum alijs in locis, tum vbi c Annibalem cæſis ad lacum Traſimenum Romanis Arpos mouiſſe: prætereaq; cum d vrbem hanc in populi Rom. ditionem venisse narrat. Virgilius e duo nomina poſtrema commemorat inquiens:

a. lib. 1. hiſt. Reg.
b. lib. 20.
c. lib. 22.
d. lib. 24
e. lib. 11. Aeneid.

> Vidimus ô ciues Diomedem Argiuaq; caſtra,
> Atque iter emenſi caſus ſuperauimus omnes,
> Contigimusq́; manu quo concidit Ilia tellus:
> Ille vrbem Argyripam patriæ cognomine gentis
> Victor Gargani condebat Iapygis agris. Et infrà.
> Qui bellum attulerint quæ cauſa attraxerit Arpos.

Quos verſus exponens Seruius, Diomedem Argoshippium condidiſſe ſcribit: eamq́; vrbem ſic à nomine relictæ patriæ primùm appellauiſſe: ſed corrupto poſteà vocabulo Argyrippam dici cœptum, poſtremoq́; Arpos: quorum quoque Silius f meminit his verſibus: Infauſtum Phrygij Diomedis nomine campum Dumque Arpos tendunt inſtructi pectora Pœni. Millibus à Foggia XII. ad occaſum verſus, exiguo in colle planis inſidenti campis vrbs apparet Luceria, ſic à Strabone, Plinio, Liuio, plurimisq́; ſcriptoribus alijs appellata: quanquã Neuceria Ptolemæo dici videatur, commutato forte librariorum errore primo vocis elemento. Strabonis temporibus diruta quidem iacebat: Mineruæ tamen fano donis antiquiſsimis prædiuite ſummam adhuc indicabat vetuſtatem. Veſtigia illa in hodiernum vſq; diem vrbis amplitudinem priſcam docent. Nec ſolum hoc in loco, ſed etiam alijs vndiq; circumiectis ingentium operum Diomedis indicia conſpiciuntur, ſummæ nimirum illius potentiæ monumenta. Reſtitutam dein ex veteribus ruinis Luce-

f. lib. 8.

riam,iterum Conſtantius II. Conſtantini III. Imperat. Bizantini filius circa Vit li-
a. lib. 5. num vrbis Romæ Pontificem, vti a Paulo *a* Diacono Blondoq; *b* traditum eſt, c[illegible]
b. lib. 9. Longobardicis præſidijs occuparetur, excidit: captam enim per vim atq; dire[illegible]
hiſtor. cæſis oppidanis omnibus etiam cremauit. Iuſtaurata verò & poſt hanc clade, q[illegible]
quam haud eadem magnitudine qua priùs, cùm Imperatoris Friderici temporib[illegible]
infrequens habitatoribus eſſet, ab illo migrare primùm iuſsis Chriſtianis præter
Epiſcopum & viros duodenos omnibus, Saracenis ex Africa deductis conce[illegible]
vt Blondus *c* apertè tradit: quamobrem Luceria Saracenorum deinde cogno[illegible]
c. lib. 17. hiſt. nata. Maximis hîc illa gens incrementis breui ſpatio coaluit· adeo vt huius vrbis
imperio non contenta, finitimos etiam agros populationibus incendioq; vaſt[illegible]
nullis prohibere audentibus, quòd Imperatoris Friderici eiuſq; filij Manfredi pa-
tre haud melioris, quos Pontifex Rom. inimicos habebat, gratia niteretur. Sed
cum defuncto Fridercio Manfredus Pontificem bello peteret, illeq; ſe parem ho-
ſti eſſe minimè poſſe videret, Carolum Prouinciæ Narbonenſes Comitem vtriuſ-
que Siciliæ citrà vltraque Pharum Meſſanæ, regem dixit, vt auxilio ſibi contra Mã-
fredum adeſſet. Inter has turbas in tantum audacia pontentiaq́, Saracenorum cr[illegible]
uit, vt vicina loca quotidianis excurſionibus, direptionibus, ac incendijs inf[illegible]
rent: & abductos etiam ex agris captiuos, maximam pecuniæ vim pendère vi [illegible]le-
tia immanium tormentorum congerent. Ita nemo inuentus qui conſilium eos [illegible]
ria pellendi tentare auſus ſit vſque ad Caroli alterius, primi illius quem ſuprà m[illegible]
morauimus filij, tempora. Is quippe patris ſucceſſor & hæres Italiã Saracen[illegible]
gare ſtatuit: ideoq́; copijs ingentibus contractis, bellum Ioanni Pipino præ[illegible] a-
tiſsimo Duci mandat, qui admotis ad Luceriam caſtris vrbem vi cepit· trucida[illegible]
que Saracenis omnibus, quoniam illa victoria die qui aſcenſionis D. Virginis [illegible]
moria feſtus eſt, contigerat, oppidi medio ædem ſanctiſsimæ Matri Dei pulch[illegible]
mam ſtatuit, additis largè reditibus in ſacerdotum antiſtitiſq́; loci alimenta [illegible]
que ſumptus. Sed & nouum oppido nomen dedit vt D. Mariæ Ciuitas appel[illegible]
tur· quanquam veteris æternitas illo aboleri minimè potuerit, remanente [illegible]
in hunc vſque diem Luceriæ. Quingentis ab vrbe paſſ. Imperator Fridericus [illegible]
co in colle munitiſsimam ædificauit arcem· eamq́; præter ordinarium præſid[illegible]
viros ducentos cum vxoribus & liberis inhabitare ſecuritatis cauſa iuſsit. E[illegible]
oppidum potius frequens, quàm vulgare belli propugnaculum videbatur· h[illegible]
batque baſilicam admodum magnificam ex veteris Luceriæ reliquijs conſtru[illegible]
verum nunc partes eius apparent tantùm. Arx etiam ipſa iam ingentibus ruin[illegible]
formata iacet, ideoq́; prorſus quoq; deſerta eſt. Quantum è veſtigijs ac ſem[illegible]
ædificiorum muris coniecturæ ſumi poteſt, munimentum admirabile fuit & a[illegible]
pliſsimum; eundem verò & prætorij fuiſſe ſplendorem oportet, ac item altiſ[illegible]a-
rũ turriũ & operum aliorũ. Turris etiam hîc adhuc perpulchra, lapide qua[illegible]
admodũ affabrè ſtructa cernitur, cũ his in marmor inſcriptis literis. Anno D. M-
CLXXI. primæ Lunæ Iulij. XIIII, Indict. Iſtud opus fecit Karolus Rex Siciliæ fili[illegible]
regis Franciæ. Nunc pecoris habitatio eſt. Liuius mentionem Luceriæ perſæpe [illegible]
cit· nominatim vbi *d* duas è Campania vias Luceriam ferre, coloniamque R[illegible]-
d. lib. 9. norum eò deductam ſcribit: item vbi *e* pugnam ad lacum Peruſinum factam nar-
e. lib. 22. rat. Ager Luceriæ vino, tritico, hordeo, cæterisq́; frugibus abundat: coloni ſi Raſ-
ſano credimus, peraſtuti varijq́; ſunt, vt ſi ad virtutes & gloriam ingenium confer-
rent, quòd calliditati ac malitiæ dant, inſignes excellentesque genere ſtudior[illegible]

quouis

quouis euadere poſſent: quanquam hercule non deſint inter eos multi quoque laudati viri, ac omnium virtutum alumni. Sunt qui Luceriæ nominis etymon à lucendo eſſe putauerint, quòd vrbs edito in loco poſita latiſsimum per circumiectos Apuliæ campos habeat proſpectum, ipſaq; magnis viciſsim interuallis cerni queat. Ita Petrus Raſſanus Monachus prædicator ſcribit, vir doctus prudensque ac ſanctus, noſtra memoria ciuitatis huius Epiſcopus, quam diu ſapientiſsimè rexit, & ædificijs etiam auxit plurimis. Poſt multa laudatiſsimè facta, clericis ad vitæ inſtituta religioſiſsima deductis, & Eccleſia ſua plurima veſte ſacra, inſuper & organis exornata, conſuetudineque diuina officia more ſodalium prædicatorum celebrandi introducta, quæ hîc etiamnum viget, tandem anno à C. N. MCCCCXCII. ſumma ſenectute confectus, magno ſui apud omnes relicto deſiderio animam edidit, poſitusque ante ſummam templi aram eſt cum totius ciuitatis luctu. Multa poſteris ſcriptorum monumenta reliquit, vti in Panormo Sicilię dicemus, vnde origo illi patria fuit. Plurimùm nos huic eximio viro tenemur, quòd vti perſæpe dictum eſt, magnum ab eo lumen in aliquarum regionum deſcriptione percepimus. Corpus in fano D. Dominici Luceriæ ſanctum ſeruatur B. Auguſtini Vngari prædicatorum ordinis monachi, quondam item huius vrbis antiſtitis, quem non minus diuinis hîc honoribus colunt, ac ritè in Diuos ab Eccleſia relatum, Diuumque Auguſtinum vocant ſede Apoſtolica permittente. Plurima gratiarum largitione, qua ſepulcrum eius cumulauit Deus, quanta apud ſe merita habuerit, oſtendit. Mercatus hîc bini quotannis conuentu negotiatorum ex Italia, Græcia, Sicilia, Illyrico, alijsque partibus frequentiſsimi habentur. Succedit in Apennino Teanum Apuliæ, quod ita Strabo, Mela, Pliniusque vocant ad alterius Teani Sedecini differentiam in Campania Fœlice dicti. De hoc Liuius [a] ait: Teanenſes Canuſinos frequentibus Romanorum incurſionibus vexatos, ad L. Plautiú ſupplices veniſſe pacis obtinédæ cauſa, datis obſidibus. Et pòſt, Teanéſes Apuliæ ſcribit nouos Conſules acceſsiſſe, pacemq; rurſus certis petiuiſſe legibus, quia Florentum nobile oppidum iam tum Iunius ceperat. Alibi [b] quoque Teanenſes & Canuſini vt in populi Rom. ditionem conceſſerint, memorat. Rurſus à Luceria P. M. VIII. itinere campeſtri in Septentriones, oppidum inuenitur Raſſano Farentinum, Blondo Ferenſuola dictum, nullo antiquitatis argumento, propterea que recens omnibus habitum. Colonis infrequens, & pene maiori nunc ex parte collapſum iacet. Exceſsit hîc Fridericus ſecundus Imper. grauiſsimus Eccleſiæ Romanæ hoſtis, de cuius morte haud mediocriter inter ſcriptores variatur. Blondus cum Platina Sabellicoque ac multis alijs, à Manfredo filio notho ſuffocatum iniecto ſuper os puluinari tradunt, ac ita ſeparatum ab Eccleſiæ communione expiraſſe. Sed aliter alij, nominatimq; Collenutius [c] eum in extremis agentem, cum fati neceſsitatem agnoſceret, culpa exactæ vitæ deteſtata pœnitentem, inter manus Panormitani Archiepiſcopi, multorumq; religioſorum hominum, ex conſilio plurimorum ſapientium ſe ſacroſanctæ Eccleſiæ dediſſe tradit, illiusque iuſsis parêre iureiurando dixiſſe: quamobrem & iuxta Chriſtianorum inſtitutum tam affecto afflictoq; animo confeſsionem fecerit, vt ex illa Mainardus Imolanus Epiſcopus, qui multa de Friderico ſcriptis cóſignauit, eum vas electionis Deo factum cenſeri poſſe teſtetur. Addit etiam Collenutius à Guilielmo Podio perſcriptum eſſe in Chronicis, itemque à Dandulo in Hiſtoria relatum, pœnitentem errorum in extremis Fridericum teſtamento condito, ætatis LIIII. anno,

[a] lib. 8.

[b] lib. 9.

[c] lib. 4. hiſt. Reg.

Ii 3 regniq;

regniq; XXXIII. vitæ finem habuiſſe: rei ecta quorundam opinione falſa, qui famam fuiſſe ſcribunt, eum à Manfredo filio notho, ori iniecto puluinari mortis accelerandæ cauſa peremptum. Ita Collenutius: alij plurimi ſic à Manfredo ſuffocatum: omnes acerrimum hoſtem Eccleſiæ Romanæ, depoſitumq; ab Imperio Concilio Lugdunenſi Gallicano, & à communione ſeparatum ob flagitia ſcrib. A Ferenſuola vt ad inſtitutum reuertamur, itinere IIXX. P. M. ad exiguum coll. verſus, in eo veſtigia Ciuitati vrbis, patrum noſtrorum memoria deletę cernuntur. Ædes tamen Cathedralis ſupereſt, cuius antiſtes noſtra memoria fuit Ioannes N. lanus ordinis prædicatorum monachus vir prudens, maximusq; Theologus. hinc ad Luceriam commeandum retrò eſt, quò loca quædam iuxta latus Apē verſus orientem, commemorentur. Sunt inter hæc Caſtellutium, Petramo. Mons Coruinus, Vulturnum, aliud Caſtellutium, Licellana, Fortinum, Caſtel. Frannum, Alberotium, Bicarinum: dein à Luceria P. M. VIII. ciuitas opulentiſſima Troia, fœcundo agro. Inſtauratam vel potius conditam à Bubagiano Michaëlis Conſtantinopolitani Imperatoris præfecto circa Stephanum VIII. Pōtif. R. a lib. 13. hiſt. Blondus a tradit: at in veterrimis vrbis Bononiæ Chronicis à Duce quodam Imperatoris Baſilij inſtauratam ego legi: ſed vtrumq; verum eſſe poteſt, quoniam Michaëli Baſilius ſucceſsit: vt ita Bubagianus vtriusq; legatus fuerit, & opus hoc vno inceperit, perfeceritq; ſub altero. Reſtat autem aliud circa Troiam dubium nobis explicandum, nempe quòd Conſentinus in hiſtorijs, hic antiquam vrbem Ecananum fuiſſe ſcribit, Guido Rauennas presbyter Caſtra Annibalis: quam ſententiam Collenutius b etiam confirmat, itemq; Volaterranus c. Enimuero poſſunt b. lib. 3. hiſt. Reg. c. in Ceſa. fortaſsis hìc Caſtra Annibalis extitiſſe, vt illi ſcribunt: ego tamē Conſentino potius de Ecanano credo, quem Chronica quoq; Bononienſium adiuuant. Sed præter illos auctores id me maximè commouet, antiquum ſcriptorē inuenire nullum, qui in Apulia, Caſtra Annibalis memorauerit in Magna Græcia, quem ... dum ibi docuimus eo nomine locum fuiſſe certum ſit: proinde mihi potius Conſentinus probatur, etſi nec eius aliū auctorem vllū habeam, Ec... loco fuiſſe priùs. Condidit itaq; Troiā Babugianus, munimento nimirū ... quibus Apulia Calabriaq; nomini Imperatorū Conſtantinopolis tenebatur, ... ximaq; Romanorū infeſtabantur loca. Concilium hic Vrbanū II. Pontif. Ma... d lib. 22. hiſtoria. habuiſſe, deprauatiſsimos tum clericorū mores corrigendi gratia, Blondus d Pla... e ſcribūt. Viſi hìc tēpore meridiano terni ſoles anno à C. N. MDXXXII. Vrbi... e. in uita Vrb. II. lo Comitatus inſignis eſt. Epiſcopatū eius nūc pereruditus prudēsq; ac relig... homo Ferdinādus Pandulphinus ex Florentia tenet. Secundū Apēnini deſcen... in meridiē procedenti quarto lapide caſtellū occurrit Vrſaria: pariq; deinceps ... uallo Bouinū ciuitas: inde tertio Delicetū oppidum, quod homines incolunt ... ſtes: hinc ſeptimo vetus vrbs Aſcolum titulo Ducatus inclyta. Nominatur ... piano, Alexādrino, Lucioq; Floro Tarentinum bellum ſcribente, quo Cu... briciū Coſſ. ad Aſculū Apuliæ Pyrrhū debellaſſe narrat. Antiqui Aſculi Satr... cognominarūt ad differentiā alterius in Aprutijs, de quo in tēpore dicetur. D... à Rugerio Guiſcardi filio, quod Aſculanos ab ſe defectionē moliri acceperat, ... f lib. 22. hiſtoria. in Dalmatia patre, Blondus f auctor eſt. Quanquam verò inſtauratū denuo fuerit, nunquam tamē eandē vt priùs amplitudinē eſt nactū. Itinere hinc per campeſtria verſus oram, IIII. ab ea P. M. auguſtiſsimum D. Leonardi templum à Friderico ſecundo Imperato. fundatum inuenitur cum nobili cœnobio, quod Equites Teutoni

Teutonicis D. Mariæ Pruſsianæ, maximis redditibus additis conceſsit. Ijs cum diu fanum hoc religioſiſsimè ſpectatiſsimeq́; rexiſſent extinctis, commendationis, vt vocant, iure locus haberi cœpit· ideoq́; nunc peſsimè iacet affectus, vti ego poſt C. N. M D X X V. anno vidi: nemine enim curante, ſplendidiſsima nunc illa ædificia ruinas paſsim facere incipiunt. Templú non modo finitimis gentibus, ſed omni Italiæ ſummo in honore venerationeque eſt. Cernitur in eo mira variorum ferramentorum multitudo, catenæ, compedes, collaria, & eiuſmodi ſimilia vinculorum ex ferro captiuis detinendis genera· quæ precibus meritisq́; D. Leonardi mirabiliter exoluti, & è triremib9 carceribusq́;, tum Paganorum, tum etiam Chriſtianorum liberati homines, huc delata votiuis parietibus ſuſpendère. Sequitur ab D. Lêonardi per campeſtria loca I I X X. lapide caſtellum Cidiniola. Quidam hìc percelebrem Liuio Geryonem fuiſſe putauerunt· et ijs à Raſſano qui Geryonem alibi demonſtrat, vti quoque nos in tempore docebimus, abunde contradictum eſt. His in locis Conſaluus Ferrandi Regis Arragonij legatus, opera ſummorum belli Ducum Proſperi Fabritijq́; Columnarum, Gallicanas copias Ludouici X I I. Franciæ regis debellauit· cæſo in pugna Namurſio Neapolis Prorege, anno poſt C. N. M D I I I. menſe Maio· quod & à Sabellico a monumentis perſcriptum eſt, & nos memoria quoque tenemus. Caret hæc vniuerſa planities arboribus: at hordeum, triticum, aliaq́; genera frumenti mira vbertate fundit. In lignorum vicem incolæ ferulis, quæ paſsim frequentes cernuntur, ad ignem vti ſolent. Aquarum etiam penuria non mediocri laborant, quas ex puteis altiſsimis, arte perdifficili ac ingenti ſumptu effoſsis haurire coguntur. Pauciſsimas cernere eſt his latiſsimis in cápis habitationes: caſtella enim & oppida quæ ſuprà commemorauimus, aratores incolunt· vnde cum opus in agro vel arationis vel meſsis cauſa faciendum eſt, bobus plauſtrisq́; rus annonam in tot dies quot abfuturi domo ſunt, deferunt· ibiq́; noctu etiam habitant. Ita cum ad menſem exiuere, collectis frugibus, igneq́; cremata ſtipula, domum ad oppida redeunt· neq; priùs in agrum reuertuntur, quàm cum arandi ſerendiq́; tempus venit. Includuntur hi latiſsimi campi vt diximus, à meridie montibus Apennini, à Septentrione mari, magnitudine paſtionis mirum in modum vberes· quapropter non ſolum ex locis finitimis, verumetiam longinquis, innumerabiles greges armentorum, ouium, caprarum, huc quotannis hybernandi cauſa mitti ſolent. Planitie Dauniorum dicta, reliquus eorum tractus eſt, quem antiqui vocauere Iapygiam: ad eum itaq́; conſequenter procedemus.

a lib. 2. Ennead. 11.

IAPYGIA.

QVanquam vt ſuprà diximus, olim Iapygiæ nomen præcipuè Salentinorum fuerit, quæ regio nunc vulgò Terra Hydruntina dicitur· attamen & hanc Apuliæ partem quæ de Daunijs vſq; ad Phiternú amnem supereſt, vnà cum Gargano monte Iapygiam appellatam ſcribit Seruius in eo Virgilij loco: Victor Gargani condebat Iapygis arces. Notat enim ibi Iapygiam Apuliæ partem eſſe, in qua Mons Garganus. Continebit igitur hæc regio tractum omnem cis Apennini iuga, quæ ſupra Dauniam ſunt, & quondam Samnium fuere, non procul à fonte Phiterni, quo flumine Samnium ab Apulia diuiditur. Eius in Tiferno móte fons eſt, haud longè à Bouiano, quemadmodum indicabimus. Initium porro Iapygiæ Campus Baſſus oppidum in medio montium, qui cis Apénini iuga ſunt, poſitú, à Bouiano I I X X. P. M. interuallo, nobis erit· quoniam id hoc latere principium

Apuliæ cenſetur. Non minus tamen huic regioni vicina quoq; caſtella citra Phi-
ternum attribuuntur. Campus Baſſus oppidum titulo Comitatus inſigne eſt. Or-
ti hinc præſtantiſsimi belli Duces permulti, inter quos Carolus in armorum ex-
ercitio non minori corporis robore, quàm animi dexteritate ac ſolertia prędit us,
quem ſe cognouiſſe Raſſanus ait, fortemq; virium firmitate, vultu decorum, hu-
manum ac liberalem deſcribit· quamobrem à ſubiectis ſibi populis mirificè dili-
gebatur. Summa propter egregias virtutes apud Alfonſum Arragonium p[illegible]
Neapolis regem exiſtimatione fuit: & quanq̃ illi vnicè gratioſus eſſet· ingenij ta-
men dexteritate mirabili cæteris regni primoribus & regis familiaribus æquè [illegible]
charum honoratumq́; gerebat. Filium reliquit Colam, egregium item belli[illegible]
cem, paternarum quidem virtutum hæredem, ſed fortunæ minimè: nam poſt obi
tum Alfonſi, voluntate ab eius filio Ferdinando abalienatus, regno excedens, [illegible]
Carolum Burgundiæ Ducem tranſijt, indeq́; pòſt ad Venetos· vbi multis [illegible]
factis inſignis vita defunctus eſt, ſuperſtitibus duobus filijs, Angelo, ac altero, V[illegible]e
netorum quoq; ſtipendijs militantibus, vti à nobis in hiſtoria latina copioſè p[illegible]
ſcribitur. A Campobaſſo Luceriam verſus incedenti quarto lapide Campus Pe
træus occurrit· ſexto deinceps, oppidum Petra Catella, præcelſi montis [illegible]
tum vertici· inde quinto Macia· itemq; XVI. à Campobaſſo oppidum Celen[illegible]
tum hinc ſeptimo Ricca· & è regione oppidum Gambatiſſa· dein octauo Ca[illegible]
lum Mottæ· ac poſtea ſecundo, ciuitas Buturaria. Deſcenſus hinc in planit[illegible]
eſt, exactiſq; ſenis P. M. Luceria reperitur. Ad Apuliam quoq; Vinculator[illegible]
pertinet ab initijs Tiferni amnis interuallo ſenum milliariorum, partiq; à Bo[illegible]
no. Sequuntur vlteriùs Baranellum, Buxum, Ratinum, Rocceta, Mons S[illegible]
Iacobi à Monte Sagiano patrum noſtrorum memoria præſtantiſsimi Equ[illegible]
ductoris, patria· deinde Petrella, Caſtellineum, Morronium & Iouenıſium. S[illegible]
hæc prope Phiternum caſtella omnia, ſpatijs tamen ab eo diuerſis. Decæte[illegible]
ijs campis qui Senadena P. M. patent vſque ad mare, veſtigia reperiuntu[illegible]
a.lib. 22. quiſsimi Geryonis à Liuio celebrati, maximeq́; cum a Annibalem iuxta G[illegible]
nis mœnia conſediſſe ſcribit, cuius per vim expugnati tum igneq́; cre[illegible]
ciſsimis ædificijs pepercerat. Alibi quoque mentionem eiuſdem loci facit. [illegible]
ad alterum lapidem caſtellum eſt Caſacalenda· poſtq; ſextum aliud recens, [illegible]
num, loco à veteri nunc deleto millium duorum. Spatium ab hoc oppido ad [illegible]
b. in Orat. num quod ſuprà commemorauimus IIXX. milliariorum eſſe Marcus b T[illegible]
per Flacco. us prodidit. Nouum Larinum ditionis Vrſinorum nobilis Romanæ gentis [illegible]
c. lib. 8. Veteris meminere Plinius, Siliusq; c hoc verſu, At Larinatum dextris ſocia [illegible]
d. lib. 22. ſpidis arma· Liuius d item, cum expoſito Annibalis ex agro Falerno d[illegible]
iter eum à Pelignis conuertiſſe, ac in Apuliam retro progreſſum, ad oppid[illegible]
acceſsiſſe Glerenum, Dictatorem verò ſe munitionibus in Larinatum [illegible]
ſe campis narrat. Cæſar in commentarijs poſt ſeptiduum, quo Corfinij [illegible]
tem refecerat, Apuliam ſe petijſſe per Marrucinos, Frentanos & Larinates
e. lib. 2. ſcribit. Melæ quoque codices hoc e in loco Dauni aũtem Tifernum am-
nem, Claternam, Lucrinum, Teanum oppida mendoſos ego eſſe ſuſpicor. La-
rinumque pro Lucrino ſcribi oportere cenſeo: referre enim eum Apuliæ Dau-
niæ loca manifeſtum eſt · itaque poſt Teanum collocari Larinum debet,
non Lucrinum · quo nomine vel oppidum, vel vrbem aliumúe locu[illegible] in
hac regione ſcriptorem vllum memorare nondum comperi · Lucr[illegible]
verò

verò lacum prope Baias in Campania fœlice, Larinum caſtellum in hac Daunio-
rum parte referunt omnes. Anteà cum Gargano finitimū agrum deſcriberemus,
amnem Phiternum in Adriaticum mare iuxta Leſinēſem lacum exonerari dixi-
mus· quo de tum plura verba facta non ſunt, vt huius regionis illa pars abſolue-
retur: nunc itaq; tam de lacu, quàm de oppido vnde ſtagno nomē, plenius agen-
di locus erit. Quidam vrbem hanc Leſinam à piſcatoribus Chriſtianis conditam
ob deletum Hyrium à Ptolemæo nominatum prodidere· ſed vt mea ratio fert, nō
mediocriter errant: ſuperiùs enim vbi quondam Hyrium fuerit, oſtendimus. Alij
fundatam quidem à piſcatoribus vicini ſtagni primùm tugurijs, progreſſuq; tē-
porum ædificijs commodioribus, & confluente paulatim huc ex alijs locis mul-
titudine, tandem oppidum frequens effectum, altisq; foſsis & mœnibus comple-
xum, deniq; poſtulantibus incolis & Epiſcopum à Romano Pontifice accepiſſe
tradunt, incrementaq; deinceps habuiſſe tanta, vt honeſtiſsima frequentiſsimaq;
ciuitas euaſerit. Enimuero quum Saraceni Apuliam tenuere, hæc etiam ab illis
vrbs ſubuerſa eſt· quæ poſtea quidem reſtituta, ſed non qua priùs fuerat amplitu-
dine. Nunc iterum deſerta propemodum colonis eſt tota· ſedem tamen Epiſco-
palem perpetuo retinuit. Raſſanus Leſinam appellatam à primis conditoribus
ait, qui huc ex Illyrici inſula Leſina exaduerſum huic vrbi in vlteriori ora maris
Adriatici ſita, commigrauerant· quod nos quoq; credimus. Abeſt à litore ſpatio
P. M. IIII. In propinquo ad mille paſs. lacus eſt Leſinæ cognominatus ab ipſa
vrbe, iuxta quem, Phiternum amnem in mare diximus euolui. Continet in ambi-
tu P. M. XL. Plinius a ni fallor Pontanum vocauit. Piſcium optimorum copia a lib. 3.
fœcundus eſt, maximeq; præcipuæ magnitudinis anguillarum, quas accolæ ca- cap. 10.
pitones vocant. In continenti deinde quatuor ab vrbe Leſina millibus, vnoq; à
Phiterno, Serra Capreola perhoneſtum oppidum in alti montis vertice conſpici-
tur, toto regno Neapolitano, quòd pecudum gregibus, qui in Apuliam hybernā-
di cauſa ducuntur, hàc tranſire neceſſe ſit, nominatiſsimum. Portorium hîc, Do-
ganam ipſi vocant, in animalium ſingula capita penditur· vnde vectigal immen-
ſum capiunt reges: & vt mihi publicani affirmauere cùm hàc iter agerem, aureo-
rum nummûm quotannis ſuprà centum millia reddit. Deinde paulo altius quæ-
dam caſtella ſunt haud procul à Phiterno, Ad D. Iulianū, Coltortum, Macia, Pe-
tracatella, ſuperiùs etiam memorata, cum Geldano, ac alijs exigui planè momen-
ti. Secundum amnem ſurſum procedenti, læuà, multo altiùs prope ipſum flumi-
nis fontem Circus Maior eſt: iuxtaq; dein amnis, cum Apuliæ Dauniæ, tum eti-
am huius Iapygiæ terminus. Naſcitur in monte, à quo nomen illi veteres indidere
vti oſtendemus, Phiterno, qui nunc Biſanus dicitur, finitimusq; tum Bouiano op-
pido, tum Apennino eſt, quanquam perpetuis eius iugis non cohæreat. In Hirpi-
nis à Plinio collocatur, qui Tifernum mōtem vocat, vti quoq; Mela, ſed Phiter-
num Ptolemæus, exigua planè vt apparet differentia. Amnis itaq; Phiternus ex
hoc monte oriens, ſpatio ferè LX. paſ. M. Apulos Frentanosq;, ſeu Apuliam ab
Aprutio diuidit· tandemq; iuxta Leſinæ ſtagnum vt prædiximus in
mare prouoluitur, ratibus quibus frumentum hàc il-
lac deportari ſolet, circa litus nauigabi-
lis. Sic iam Apulia tota, ſic fi-
nes dicti.

SAMNI-

SAMNITES, ITALIAE REGIO DVODECIMA.

POpulos Aprutij quondam Samnites appellatos, qui Frentani, Caraceni, Peligni, Marrucini, Præcutini, Veſtini, Samnites & Hirpini ſunt, ordine digeſturi, maiorem longè operis molem imminere nobis animaduertimus, quàm aliarum regionum hactenus deſcriptio habuerit. Erunt enim tot gentium fines indicandi, etiam vltra immenſa perarduaque montis Apennini iuga, quæ pleræq; tranſcendunt, quod in ſuperioribus adhuc non accidit, Apennino ferè cæteras regiones omnes vno latere tam vltrà, quàm citrà definiēte. Primum verò de Samnitium Aprutijq́; nominibus agemus, tum limites conſtituemus, deinde ſigillatim populos perſequemur omnes. Samnitium nomen vniuerſæ huic regioni, quam enumeratæ paulo antè gentes tenent, ab vrbe Samnio tributum eſt· cuius circa finem, in eius partis deſcriptione vbi Sabini aduenæ primùm conſederunt, Samnium propriè vocatæ, mentio fiet. Cato, pariterq́; Sēpronius in Italiæ diuiſiōe, tradit, incolas huius regiōis primùm Sabellos dictos, vti à Sabinis, quod ipſum quoq; nomē indicat, ortos, & à Romanis Sānites, à Græcis Saunites appellari· quod etiā Plinius cōfirmat, itēq; Strabo, qui Sānitium à Sabinis originē in hanc ſententiā cōmemorat. Sabini cū diu bello aduerſus Vmbros cōtendiſſent, demū vti à Græcis quibuſdā gentibus factitatū legitur, promiſſum votūq; nuncuparūt Dijs ea immolandi, q̄ naſcitura illo anno forent: ita rebus benè fœliciterq́; geſtis domū reuerſi, nata tū, partim numinibus ſacrificāt, partim publicè dedicāt: quāobrē inſecuta ſterilitate viſum q̄buſdā oportere quoq; liberos cōſecrari: pueros itaq; mox eo anno editos Marti publicè dedicauere· qui tn̄ adulti in coloniā emiſsi ductu tauri, cū in Opicorū agrū vicatim habitantiū perueniſſent, ijs eiectis ibi ſedes poſuere, ac de augurū ſentētia taurum Marti mactauere qui Ducē illis taurū exhibuerat. Hac de cauſa dicti Sabelli, nomine diminutiuo ab Sabinis auctoribus, Græcis verò Saunites. Quidā agris ſedibusq́; receptos à Laconibus, proptereaq́; erga Græcos mirifica beneuolētia fuiſſe tradiderūt. Plerïq́; Parthenias appellarūt, & à Tarentinis originem eos ducere ſunt arbitrati. Peculiare illis finitimos potentesq́; ſibi cōciliandi officijsq́; deuinciendi ſtudiū: qua ratione copias LXXX. mill. ped. VIII. mill. equit. aliquando cōtraxiſſe, domoq́; emiſiſſe memorātur. Legē quoq; Sānitibus honeſtiſsimā, & maxima p̄cipuaq́; virtutū incitamenta continentē fuiſſe tradūt, vti nefas eſſet patribus cui vellēt filias nuptui collocare· ſed quotannis denæ virgines producerētur, totidemq́; iuuenes, è q̄bus prima p̄ſtantiſsimaq́; ac laudatiſsima, primo præſtantiſsimo ac laudatiſsimo, altera ſecundo, ac deinceps æqualis æquali hac cōditione tradebatur, vt q̄ vitæ ſuperioris benè actæ rationē, virtutisq́; ſtudiū in deterius eſſet cōmutaturus, tanq̄ indignū notatūq; ſe cōceſſa cōiuge ſpoliari oportere intelligeret. Hæc Strabo. Progreſſu temporū vires opesq́; Samnitiū adeo creuere, vt ad Ardeā Latinorū, Cāpaniāq; fœlicē vſq; tantā locorū amplitudinē armis perdomuerint. Quapropter ſanè haud facile queat illorū ſumma potētia demōſtrari

qua

qua tot gentibus nunc vna Samnitium aut Aprutiorum vt dictum eſt, appellatio-
ne comprehenſis, nomen ſuum induxere, populumq́; Rom. grauiſsimis bellis &
inſignibus victorijs perſæpe fatigarũt: ex quibus illa ſingularis ad Caudinas Fur-
cas, quam Liuius *a*, vti in tempore dicetur, commemorat, itemq́; Florus *b*, addẽs *a.lib.9.*
Samnites annis L. per Fabios atq; Papyrios planè domitos ſubactosq́;. Victoriã *b.lib.1.*
quoque Papyrij Curſoris de hac gente Liuius *c* refert, eaq́; ipſarum vrbium Sam- *cap.16.*
niticarum ruinas ita dirutas, inquit Florus, vt tum ætate ſua Samnium in ipſo Sã- *c.lib.10.*
nio requireretur. Strabo poſtremùm Syllana dominatione Sãnitium vrbes quaſ-
dam mœnibus æquatis in vicos redactas, plerasq́; funditus euerſas deletasq́; ſcri-
bit. His de Samnitium origine, deq́; veteri nomine breuiter expoſitis, vnde recens
Aprutij appellatio regioni enata, deinceps commemorandum eſt. Quidam hanc
vocem ex, A, priuatiua particula, Brutioq́;, qui Lucanorum lingua fugitiuus ſer-
uus eſt, vt in Calabriæ principio ſuprà docuimus, componũt· tanq̃ Abrutium re-
gio dicatur, cuius incolę haud quaquam tali nota infames ſint. Alij putant Apru-
tium ab aprorum his in locis propter ingentes ſyluoſosq́; ſaltus, frequentia di-
ctum, quòd aprorum veluti peculiaris habitatio ſit. Nonnulli ob aſperitatẽ mon-
tium Aprutium vna littera ſublata tanquam Aſprutium, proferri credunt. Blon-
dus autem cum Raſſano Volaterranoq́; longe aliter Aprutium pro Præcutio di-
ci tradunt, à Præcutinis exigua parte Samnitium, de qua pòſt agemus: ideoq́; po-
pulos huius regionis vniuerſæ, Præcutinos ab illa modica parte vocari cœptos,
errore vulgi deinceps Aprutinos appellatos eſſe volunt, non autem vt alij puta-
runt, à Brutijs etymon nominis habere, quos in his locis nunquam habitaſſe, ſed
inter Lucanos, mare Siculum Adriaticumq́; & Magnam Græciam conſtat. Fines
Aprutinorum hi erunt: ab exortu Phiternus, ab occaſu Truentũ amnes, à Septen-
trione ſinus Adriaticus, à meridie Apenninus etiam vlterioribus iugis vti oſten-
detur. Conſtituimus igitur ad orientem Apuliam Planam & Phiternum, ad oc-
caſum, partem Sabinorum & Picentinorum cum amne Truento, ad Septentrio-
nem mare Adriaticum, ad auſtrum Picentinos, Campanos, Latium, Marſos, &
Aequicolas ſecundum Apenninum, tam citrà, quàm ex parte etiam vltrà. Conti-
nentur his limitibus regio propter ſummam cœli ſalubritatem populis admodum
frequens. Primi à Phiterno Frentani ſunt, vt Strabo vocat, vt Appianus *d*, Feren- *d.lib.1.*
tani licet ita mendosè ſcriptum in eius codicibus, legendumq́; Frentani, putem,
vti a Plinio *e* quoque nominantur in hæc verba ſcribente. Quarta regio gentium *g.lib.3.*
vel fortiſsimarum Italiæ· in ora Frentanorum à Tipherno flumen Trinium. Ca- *cap.11.*
to Frentanos primùm à Lyburnis & Dalmatis, inde his pulſis à Thuſcis ortos,
eorumq́; lingua Larinum metropolim, id eſt nobilem principem vocauiſſe. He-
truſcas enim Laronem Larunem & Arunem, nobilem principem dicere ſcribit.
Frentanos Ptolemæus his limitibus includit: ab Oriente Phiternus, ab occiden-
te Sarus amnes, à Septentrione ſinus Adriaticus, à meridie Apenninus, vbi Cara-
ceni, quos etiam nos in hac gẽte complectemur: vt ab exortu Apuliam Dauniam
ponamus, ad meridiem Apenninum, complexis nimirum Caracenis, ad occaſum
Pelignos, ad Septentrionem Adriam. Frentanorum mẽtionem Liuius ſæpè facit,
nominatim verò cum *f* ab Aulo Conſule Rom. pugna debellatos, & vrbẽ eorũ in *f.lib.9.*
quam ex acie cõfugerant, deditione captam, obſides etiam dediſſe ſcribit: cumq́;
poſt triumphum Romæ actum de ſuperatis Aequis, Marſis, Marrucinis, &
Frentanis, eas etiam gentes pacem à populo Rom. per legatos obtinuiſſe narrat.

Cæſar

a. lib. 1. Cæſar a quoq; Frentanorum in Cõmentarijs meminit. Frentanos ab oppido pro-
pe Teanum Apuliæ Frentanọ denominatos, auctor eſt Petrus Marſus in hoc [illegible]
b. lib. 8. lij b verſu: Marrucina ſimul Frentanis æmula pubes. Caracenos huic genti n[illegible]
coniungere viſum fuit, quòd pauca ſint admodum vtriuſq; loca. Primus Frenta-
norum à Phiterno in ora eſt, Campus Martinus· dein oppidulum Terminus, vt
vulgò vocant, vtq; docti, Termulæ. Nominis occaſionem incolæ dicunt, q[illegible]
hîc olim Apulia terminaretur: ſed vt ego cenſeo, vehementer errant· quippe qua
demonſtratum antè eſt, Apuliæ finem à Ptolemæo poni Phiternum. Inſigne eſt ti-
tulo Ducatus. Iacet in peninſula· quamobrem non ſolum firmitate mœnium [illegible]
etiam natura loci munitiſsimum ſitum obtinet. Intus, mille paſs. à Phiterno, [illegible]
libus octo à mari, nobile caſtellum eſt Guilliniacum· & altiùs pari hinc interu[illegible]
lo Guarda, Alfenia dicta· ſuprà quam Luparia, Cargabotatium, Lucitũ, Lume-
ſanum, Caſtellum Pinianum, Rocketa, Caſale Reparandum, Liſpinetum, T[illegible]r-
naquiſium ſequuntur· vltraq; Boianum ciuitas, eruditis Bouianum dicta, Sam[illegible]-
tium vrbs, de qua pòſt in Samnio dicendi locus erit. Haud ꝓcul à Bouiano Mons
Phiternus ab Apennino protenſus, vnde nomen amni Phiterno, quemadmodum
in Apulia diximus. Rurſum in ora poſt Termulas amnis oſtiũ Trinij, quem por-
tuoſum appellat Plinius. Ab eo læua millibus quatuor, totidemq; à mari, caſtel-
lum eſt Mons Niger: tum ſuprà, Caſtellutium, & Arx Viuaria, cum nobili oppi-
do Triuento Comitatus titulo inſigni. Decætero altiùs Salcitum, Foſſa C[illegible],
Baniolum, & Ciuitas Noua: deinde celſiſsima iuga montium ad Apenninũ vſq;
perpaucis hominum domicilijs culta. Naſcitur inter hos montes flumen Triniu
prædictum· cui vicinus alter amnis Aſinella· poſt quẽ in ora non longè item Sen-
ti oſtium ex monte Plaro orientis. Inter hunc & Trinium habitationes oppi[illegible]
laq; ſunt· primùm in ora Monaſterium D. Stephani, tum intus Turinum, Ca[illegible]
Burdinum, Poluſtrium, Sernium, Caſalangra, Pelicornũ, læuaq; Aſinellæ in o[illegible]
oppidum Penna, aliudq; dein pernobile, Guaſtum Amonium, quod à Pl[illegible]
minari Iſtonium in quarta regione puto, quanq̃ corrupti eius codices Bi[illegible]
habeant, vti quoq; doctiſsimus Barbarus annotauit. Hiſtonium etiam Ptolemæ-
us & Mela vocant· idq; hoc eſſe tum Blondus Raſſanusq; cenſent, tum etiam an-
tiquorum operũ veſtigia quæ hîc ſuperſunt, maximeq; ſumptuoſi prætorij, ac [illegible]
pulchri theatri, præterea locus ipſe, comprobant. Aedes hîc admodum ma[illegible]
cas eximius belli Dux Iacobus Caldora loci Marchio, quæ etiamnum appare[illegible],
ædificauit· quarũ in atrio peringẽs & prodigioſę vaſtitatis os ex piſcis cap[illegible]e cer
nitur, litore vicino repertũ, inſtar craſsiſsimæ arboris trũci. Dominus perop[illegible]
huius & frequentiſsimi caſtelli ſuperioribus annis fuit Alfonſus Daualus Aqui-
nas Marchio, ſummus belli Dux Caroli V. Imper. Aug. rerum præclarè geſtarum
fama nòn ſolum Italiæ, ſed vniuerſæ Europæ Africæq; notiſsimus, vti alibi com-
memorabitur· qui nuper anno poſt C. N. M D X L V I. Vigeuani exceſsit. In[illegible]s
deinde iuxta flumen Aſinellam eius in dextra modicum caſtellum Mons Dor[illegible]
ſius, inſigne tamẽ nomine Comitatus· vltraq; ad amnis fontẽ verſus, Gel[illegible]m, Ci-
pinio, Baſilica, Gelinum, & Tripalum oppida. Tum flumẽ Truentum haud pro-
cul ab Aſinella cernitur, vnaq; Phiternus: vnde patet inter Sarum, aut vt nunc vo
cant Sanguinæum, & Phiternum alios amnes intereſſe, quorum ab antiqu[illegible]s nul-
la mentio facta. Ptolemæus in tabulis Anſanum cis Sarum in Frentanis collo-
care videtur, in pictura verò trans eum amnem in Pelignis· quòd tum Blond[illegible]s
atq;

atq; Raſſanus,tum ego quoq, miror: multoq; maximè,quod vbi nunc Lancianũ vltra Sarum quatuor à mari millibus, Maij Auguſtiq; menſium nundinarijs conuentibus,vti poſtea dicemus celeberrimũ,ibi quondam Anſanum id fuiſſe credatur. Hac de re cogitanti mihi tãdem ita viſum,oportere prorſus Anſanum à Ptolemæo deſcriptum, & Anaxinos à Plinio nominatos, citra Sarum conſtitui,ꝙ in tabulis Ptolemæus id in Frentanorum mediterraneis cum Larino apertè ponat: eius verò picturam eſſe corruptam,qua trans amnem Sarum relicto citrà Larino demonſtratur,cum eadẽ in ripa citeriori eſſe vtrumq; dicat. Neq; nouũ hoc cuiꝗ videbitur,qm̃ alijs plurimis in locis errores picturæ manifeſtiſsimos deprehẽdere eſt. Enimuero qui Anſanum extitiſſe,vbi nunc Lancianũ exiſtimãt huius ſeculi ſcriptores,cõiecturis quibuſdam leuiſsimis innitentes,ijs ita reſpondeo, priſcum auctorem adhuc nullum in manus mihi veniſſe,qui id oppidum vltra Sarum collocauerit. Planè ſi quis ob interitum Anſani Lancianum cõditum eſſe contendẽdum putet,id profecto neq; noſtrã ſententiam neceſſariò deſtruit,cum Anſanum citra Sarum fuiſſe diſputamus: qm̃ hîc Anſano collapſo,nouum oppidũ Lancianum vltrà condi cœptum vt credamus,nec quid vetare poſsit video,nec exempla cum in ſuperioribus relata,tum poſthac cõmemoranda nouarum vrbium longiſſimis interuallis à veterum,quarum illæ nomen accepere, ruinis diſtantium,deſunt. Quod ſi quis adhuc inſtabit Strabonem ac Plinium Ortoñam ſeu Ortoniũ, vrbemq; Frentanum in Frentanis cõmemorare, maximeq; Plinium [a], qui Frentanos inter Phiternum Aternumq; amnes definit,eum admoneo, latiùs hanc gẽtem illorum ætate patuiſſe,quàm à Ptolemæo deſcribatur: oppidum quoq; Frentanum citra Sarum extitiſſe arbitror: etſi nunc id quidam prope Ortonam vbi Francauilla, conſtituant: quos ex veteribus aliquem ſententiæ ſuæ auctorẽ proferre mihi velim: quanꝗ ea de re minimè quoq; laboro, quoniã alia ratione nitor, iſtos etſi ibi Ortona verè fuerit vbi aſſerunt, tamen docere nequaꝗ poſſe, Frentanos huc ætate Ptolemæi,quem nos ſequimur,pertinuiſſe. Vlteriùs dextrà ad Maiellæ radices,de quo monte poſtea ſcribemus, Palumbarium eſt: & in montano iugo ſupra id Pinna oppidum Saro propinquum,cuius à Silio [b] quoq; mentio facta hoc verſu: Qui Fiſcelle tuas arces Pinnamq; virentem: dicitq; virentem,quòd mõti oleis herbiſq; comãtibus amicto inſideat. Iuxta Sarum dein, ad eius læuam intus Atiſſa, Tornaticumq; caſtella ſunt. Amnis inde Sangrus, aut vt nunc vocãt Sanguinæus, Ptolemæo Sarus: qui ex Apennino oriens, deſcenſuq; vt Strabo demonſtrat, inter Amiternum & Ortonium fluens, Frentanos Caracenosq; à Pelignis diuidit,ac Adriatico tandem infunditur. Sub eius in Apennino fonte ſunt Aſſerulum, Peſcum,& Opum inter montes,cũ Valle Regia, Ciuitella, Roccaq;: oppida omnia. Trans amnẽ deinde Caracenorũ vrbs vt Ptolemæus indicat Aufidena eſt antiquiſsima: cuius etiam Liuius [c] in C. Fuluij Conſulis fœlici ad Bouianũ pugna meminit,poſt eam ipſum Bouianum oppugnatũ, breuiq; vi captam Aufidenam à Conſule narrans. Caracenos Ptolemæus his in locis collocat etiam vltra Sarum. In Frentanis dein ad mare verſus, læua ripa Sari, veſtigia reperiuntur vrbis antiquæ Sari, quẽadmodum adhuc vocatur locus. Suprà eſt Palietum oppidum,ob illam vrbẽ deletam ædificatũ. Eius nominis etymon Raſſanus paleam, dicit,quã hîc aratores tritura facta quotannis immenſis aceruis collectam relinquunt. Altiùs ſecundũ Sari alueũ Mons Planus editiſsimus ex Apennino oriens aſpicitur: in cuius decliuitate ſupra Sarum Arca eſt oppidũ,aliaq; in eodẽ monte

a. lib. 3. cap. 11.

b. lib. 8.

c. lib. 10.

hæc, Bomia, Colmetiũ, Tranſriuũ, mons Ferrandus, & Petra Ferracina. Dein circa fontem amnis ſupra Petram Ferracinã caſtellum Pili, ciuitasq́; Bucellum, & Peſcolũ Penatariũ, item Ad D. Angelum Peſcolanũ, cum oppido Iudice, memoria famaq́; inclyto Iacobi Caldoræ Domini & hîc nati, præſtãtiſsimi belli Ducis:
a. lib. 27. hiſtoriæ. cuius eximia facta Blondus a, Sabellicus atq; Corius abundè monumentis celebrarunt. Flexu hinc læuorſum, in arduo difficiliq́; monte caſtellum ſuccedit Capracocta: & in intima valle prope montem Maiellam aliud pernobile Agnonium, quod cæterorũ huius ſitus principatũ obtinet. Blondus antiquã hanc vrbẽ Aquiloniam eſſe cenſet, de qua Liuius ſcribit b L. Papyrio Conſ. cũ Samnitibus bellum gerente, Sãnites ad Aquiloniam oẽm exercitũ indixiſſe, militemq́; collectũ ibi ſacramento diroq́; carmine in execrationẽ ſui capitis iurare coactũ: ita legionem millium XVI. cum vir virũ legiſſet effectam, dictamq́; Linteatam. Succedit D. Petrus Auellanus, ac deinceps alia circa Sarum oppida, quæ in Pelignis dicentur.

b. lib. 10.

PELIGNI.

GEntem hanc ab oriente flumẽ Sarus & Frentani Caraceniq́; ſtringunt, à meridie Veſtini, ab occidente amnis Aternus cũ Marrucinis, à Septentrione ſinus Adriaticus. Meminere eius inprimis Cato ac Liuius multis in locis, itẽq; Silius c inquiens, Acer Pelignus. Inter alias Samnitiũ olim lõgè fortiſsimã fuiſſe traditur. Plurimum ſanè difficultatis eius deſcriptionẽ habituram video, ꝙ nulla certa ratione diſtingui, nec ordine aliquo digeri vero queat: tñ quanta maxima diligentia poterimus, ex perpetuo noſtro inſtituto lectori ſatisfacere nitemur. Itaq; poſt Sarum amnẽ, iuxta fontẽ eius, dextrà Scontroniũ cũ Villa Vallis regiæ, ſubiectisq́; locis parũ ab amnis alueo D. Maria Quinq; millium, ſupraq́; Arx Quinquemillium. Torrens inde Raſinus in Sarum irrumpit, in campis Furcæ Palenæ, de qua dicemus inferiùs, caput tollens. Propinquum huic riuo caſtellum eſt Arx Raſini. Tum ad mare verſus incedenti, dextra Sari, prope litus cœnobiũ occurrit D. Ioannis, vbi quondã celeberrima Veneris ædes fuit: ſupra id Foſſa Cæſa, cum Arce D. Ioannis. Paulo altiùs propter eundẽ amnem veſtigia cernuntur antiquæ vrbis Straboni d Plinioq́; e Buca dictæ: qua voce cõmutata locũ nunc Seccam accolæ vocant. Mela queãdmodum Blondus Raſſanusq́; referunt, Bucarã appellauit. In Sarum dein Auentinus amnis euoluitur, è Superequanis Pelignorũ (ſic enim olim vocati) Furcæ Palenæ finitimis profluens. Ante Auentini tñ oſtium, dextrà confluens in Sarum amnis Viridis, cuius in Maiella monte fons inter Monaſterium D. Martini caſtellumq́; Faranum. Maiella mons eſt altiſsimus, ob præcipuam celſitudinem per ingentia ſpatia cõſpicuus, vertice perpetua propemodũ niue veſtito. Diuiſus auulſusq́; ab Apennino eſt, cui tñ adiacet, amplitudinis vaſtiſsimæ, difficilimo aſperrimoq́; aſcenſu. Vicina illi vndiq; multa caſtella viciq́;: amnes item plurimos vti in ſequentibus oſtendetur, effundit. Syluas habet immenſas ferarum copia ſcatentes, præcipueq́; vrſorũ: rupibus etiã abruptis horret plurimis: per quas in ſumma iuga haudquaꝗ euadi poteſt: quibuſdã etiam in locis herbida prata ſunt, in quibus æſtiuo tẽpore pecus habitat. Rupem quandã huius mõtis D. Petrus Moronenſis Eremita, poſtea Cæleſtinus V. Põtifex dictus incoluit, auctor ſodalitatis Cœleſtinorum, qui & Moronenſes, itemq́; ab hoc monte Maiellani cognominati. Dedit ea ſocietas multos religioſiſsimos doctiſsimosq́; viros: è quibus patrum noſtrorũ memoria fuit, Matthæus Aquilanus eximius Theologus, quẽ diu apud Neapolitanos philoſophica magno ſtudioſorum concurſu docuiſſe

c. lib. 8.
d. lib. 5.
e. lib. 3. cap. 11.

cuiſſe perhibet Raſſanus. Monte Maiella deſcripto, nominis Furcæ Palenæ cauſam exponere viſum eſt. Oppidum ad Auentini amnis initium eſt Furca, veterrimum, Pelignis attributũ, quorum ager nunc Italis corruptè Palena dicitur pro Peligno: ita Furcam oppidum Palenæ pro Pelignorum nominant. Id Nicolaum Furcanũ Eremitam hominẽ ſanctum ante annos CL. plurimũ illuſtraſſe, qui Romæ moriens poſt obitũ miraculis claruit, auctor eſt Blondus. Sunt etiam hoc ſitu caſtella, Letum Paleni, & Palenum· iuxta quod antiquæ vrbis olim Metropolis capitisq; Pelignorum veſtigia, vbi iam Furcæ Palenæ nomẽ pro Pelignorum, vti expoſuimus, viget. Nunc oppida vicosq; ad Sarum circa Auentini oſtia, quibus ille Saro additur, enumerabimus. Dextra eius Altinũ, Arx Scalonia, Geſſum, Turricella, Pinna Hominis, Mons Niger oppida ſunt cum vico Bonanocte, vbi pons amnis ripas iungens. De cætero Mons Labianus & Falumium, altiusq; in altiſsimi montis faucibus perangustis Ciuitas Luparella munitum oppidũ & ædificiorum operibus, & loci natura, populoq; confertum. Suprà hinc Quartum, Miſferatum, Gambatarium, Petra, Anſaria: pòſt, ad læuam Auentini amnis vbi Viridem recipit, Caſale oppidum, altiusq; Collis Macinæ cum Falaſculo. Vltrà ſunt altiſsimæ rupes & inacceſſæ montium, qui hinc ad Auentini fontem vſq; protenduntur. Dein ad radices Maiellæ, ſupra Viridis amnis egreſſum oppidula duo, Ciuitella & Lama: tum poſt Viridis in Auentinum confluentẽ dextrà, haud procul, Tarantum, Letumq; Paleni, & Palenum, de quibus anteà dictum eſt: pauloq; altiùs Furca Palena ſuperiùs etiam cõmemorata. Finitur in his planis latiſq; locis (vt inter maximos montes poni diſcrimina poſſunt) Maiella· cuius læuo latere campus eſt, Planitiem Arcis vocant, vbi oppida frequentia, Peſcũ, Cõſtantium, & Riuus Sonulus. Tum breui, ſed perarcta difficiliq; via inter præcipites arduorum montium rupes ad Planitiem Quinquemillium deuenitur, ſic à quinquemillium paſs. longitudine quam habet appellatam. Hæc in Superequanis Pelignorum valdè celebratur: & æſtiuo tempore peramœna eſt, propter circumiecta vndiq; læta admodum floridaq; prata· hyeme verò deformis, tranſituq; periculoſa ob ſitum, (quanq̃ lata ſatis extentaq; ſit) montium altiſsimis culminibus incluſum. etenim cadente niue, ventis, quibus liber ex his anguſtijs exitus nõ datur, luctationes mirificæ fiunt· reciprocantium nempe contraq; rurſus accedẽtium flatuum concurſu· quo nix tam cadens tum, quàm humo ſublata tanto cum impetu glomeratur, vt quiduis in terram proſternat, ingentibusq; inuoluat molibus, & homines qui in huiuſmodi tempeſtates incidant, facilimè exanimentur. Itaq; menſibus hybernis iter hac agentes cælum placidum & conſiſtens ſolent obſeruare, quò ſine periculo iter agant. Nũc ab his aſperrimis montiũ iugis rupibusq; ad litus eſt redeundum. Prima hîc in ora ciuitas peruetus Ortona, Plinio ſic dicta: Cato Ortonum, Strabo Ortonium vocat, à quibus in Frentanis collocatur. Ptolemæus Ortonem nominauit, aſſcribitq; Pelignis. Strabo priùs dictã ait Petram piratarum, qui domicilia ſua ex naufragijs conſtituunt, & in reliqua vita immanitate belluas imitari ferũtur. Aedes hic auguſtiſsima eſt, in qua D. Thomæ Apoſtoli reliquiæ cum antiquo ſepulcro, vt incolę aiunt, religioſiſsimè ſeruantur. Appellunt huc naues ex Epiro, Dalmatia, alijsq; partibus ad Lanciani mercatũ merces deferentes· quæ rẹs Ortonenſibus magno compẽdio eſt. Volaterranus [a] ſcribit Carolum primum Siciliæ regem huius loci vectigalia templo Diuorum Apoſtolorum vrbis Romæ dono obtuliſſe. Non procul ab Ortona modicum eſt oppidum

[a] lib. 6. c. v.

pidum Francauilla, vbi ſi Blondo Raſſanoq; credimus, vrbs Frẽtanum olim erat,
a.lib. 5. gentis Frentanorum caput. Enimuero mihi diligentiùs verba Strabonis *a* intuen
ti, qui Frentanum Teano Apuliæ, quod à Larino IIXX. P.M. abeſt, propinquum
dicit, illa ſententia vera eſſe nequaquam poſſe videtur: quapropter ego Frentanũ
inter Larinum Teanumq; colloco vt in Frentanis ſit: nam ſi vbi Francauilla, po-
natur, equidem Teano vicinum nullo modo fuiſſe poteſt, quod hinc maximis in-
teruallis diſtat, & intus quàm lõgiſsimè in mediterraneis eſt, vti tum Strabo, tum
b.lib. 8. quoque Petrus Marſus in hoc Silij *b* verſu, Marrucina ſimul Frentanis ęmula pu-
bes, docet· apertè etiam Frentanum propinquum Teano collocans. Quod ſi quis
pertinaciùs fortè Blondi Raſſaniq; ſententiam tueri volet, profectò nec conten-
demus, quoniam Frentana gens Catone, Plinio, ac Strabone auctoribus, qui Or-
tonam illi addunt, olim latius patuit, quàm à Ptolemæo deſcribitur. Quapro-
pter non omnino malè quoque dici poſſet Frentanum oppidum gentis caput hic
fuiſſe: quanquam enim Ptolemæus Frentanos Saro concludat· Strabo tamen ac
Plinius terminum illis hoc latere ponunt Aternum amnem. Introrſum dein ad
Maiellam verſus Giuianum, Arotium, Arouacrium· ſupraq; hæc oppida, Caſa
candidella: tum altiùs Ad D. Martinum· cuius in læua Falletum. Eſt in his agris
flumẽ Morus bis mille paſs. ab Ortona labens. De cætero in mediterraneis inter
eum amnem & Ortonam ſunt Græcum· & altiùs Ariellum, Orſoniaq;. Læua in
ripa Mori, Ad D. Apollinarem· ſupraq; Friſum· & vlterius Caſtellum Nouum
Lanciani. Dein ſupra Mori initia duobus ferme P. M. oppidum eſt Guardagal-
lum. Sequitur exiguus amnis Feltrinus· prope quem in litore Caſtellum D. Viti
Lanciani: medioq; hoc interuallo ciuitas ipſa Lancianum iacet, P. M. à Saro
quatuor, totidemq; ab ora diſtans, ob Anſani interitum vti prædiximus, ædifica-
tum. Emporium eſt celebre· quotannis enim Maio Auguſtoq; menſibus, Italiæ,
Illyrici, Siciliæ, Græciæ, Aſiæ, cæterarumq; mundi partium negotiatores huc ad
frequentiſsimum mercatum conueniunt. In ora dein oſtium Fori amnis è Maiel-
la deſcendentis· ad quem oppidum Tullonium, læuaq; haud longè Milianicum,
& altius Fara, vlterius Rapinum, Maiellæq; propinquum Pinna. Poſt Forum in
ora Lenti fluminis è Maiella quoq; iacti oſtium eſt· iuxtaq; ripam dextrà, P.M. à
mari V. Villa Maina cernitur, ſupra quam ſub Maiella Prætorium eſt oppidum.
Iuxta id Arx Montis Plani caſtellum · ſupraq; fontem Lenti amnis caſtellum
Menale· infrà in mediterraneis aliud Bucianicum agro iucundo ac oleis referto.
In dextra Lenti ripa ſub Maiella, haud procul ab eo cœnobium ampliſsimũ cum
fano D. Liberatoris cernitur, vbi veterrima quædam volumina Longobardicis
exarata literis ſeruantur. Hinc tum Sulmo eſt ciuitas, patria lepidiſsimi poëtę Na
c.lib. 4. ſonis, vti ipſe teſtatur inquiens *c*: Sulmo mihi patria eſt gelidis vberrimus vndis,
Triſt. eleg. 10. Millia qui nouies diſtat ab vrbe decem. Sulmonem quoq; Strabo vocat, itemque
Cato ac Ptolemæus. Plinius *d* Sulmonenſes retulit. Appellationis originem à So-
d.lib. 3. cap. lymo eſſe ex Phrygia, teſtis ipſe eſt Ouidius his verſibus *e*.

e.lib. 4. Faſt. Huius erat Solymus Phrygia comes vnus ab Ida
A quo Sulmonis mœnia nomen habent.
Sulmonis gelidi patriæ Germanice noſtræ,
f.lib. 9. Me miſerum Schytico quàm procul illa ſolo eſt. Idem probat Silius *f*
de bello Punico ſecundo agens his verbis:

Huic domus & gemini fuerant Sulmone relicti

Matris

Matris in vberibus nati, Mancinus & vnà
Nomine Rhetæo Solymus: nam Dardana origo,
Et Phrygio genus à proauo, qui ſceptra ſecutus
Aeneæ claram muris fundauerat vrbem
Ex ſeſe dictam Solymon, celebrata colonis
Mox Italis paulatim attrito nomine Sulmo.

Pub. Naſoni hinc origo patria fuit, quemadmodum ex ipſo docuimus, & Martialis etiam teſtatur, inquiens *a* Naſone Peligni Sonant. Et alibi. Mantua Virgilio gaudet, Verona Catullo, Pelignæ gentis gloria dicor ego. Vrbs eſt Sulmo in primis pulchritudine, frequentia populi, & aquarum abundantia nobilis. vndiq; riuuli puriſsimarũ aquarum perpetui cum mirifica ſpectantium audientiumq; voluptate ſuſurris iucundiſsimis admurmurant, hauſtu quoq; pergrati. Mentionem eius perſæpe facit Liuius, nominatim verò cum *b* Annibalem ad Romam fruſtra copijs adductis, inde magnis itineribus mouiſſe ſcribit, & per Campaniam in Samnium, inq; Pelignos profectum & per Sulmonem in Marrucinos, poſtea per Albanum agrum in Marſos, demum Amiternum & ad vicum Forulum perueniſſe. Duo ſunt in agro Sulmonenſi oppida, Pectoranum & Vallis obſcura, quorum vtrumq; amnem emittit peculiari alueo ferme ad Sulmonem vſq; accedentem, vbi tum alter alteri immerſus vnico flumine extra vrbem per extentiſsimam planitiem, milliaque paſs. ſena latam, curſu ferme millium XII. abſoluto, fontibusq; & aquulis quibuſdam prope Populum haud mediocriter adaucti, tandem in Aternum ſe exonerant. Sulmonenſium antiſtes Valuenſis dicitur, quòd vt Raſſanus ait, ager Sulmonis cum parte quoque vicinorum Valuanus ſeu Valua nominetur, qua vna voce plura hoc ſitu finitima loca comprehenduntur. Ea de re Blondus ſcribit iampridem annis ferme DCCC. amiſſo Pelignorum nomine, agrum hunc Valuenſem appellari cœptum, ideoq; Romanam Eccleſiam ita Sulmonenſem Epiſcopum vocare. Cauſam verò vocabuli nullam addit, quam Raſſanus in hanc ſententiam commemorat. Tractus omnis Pectorano, quod ſupra Sulmonem eſt, itemq; Valle obſcura, Campo quinquemillium, cœnobio Sancti Spiritus quòd ab Sulmone millibus tribus diſtat, vbi vitam ſolitariam D. Petrus Moronenſis, poſtea Cæleſtinus V. Pontif. appellatus egit, nobili item oppido Populo, quod poſteà dicetur, ad Sulmonem vſque, ac item montibus duobus editiſsimis Apennino Maiellaq; circumſcriptus, & ita iugis illorum altiſsimis conſeptus, vt aditum omnino niſi per paucas ac difficiles arctasq; fauces habeat, Valua propterea dictus eſt, quod per pauciſsimas tantum anguſtias aditum præbeat, tanq̃ per oſtia quæ latinis etiam valuæ dicuntur: ideoq; deperdito nomine Pelignorum ager hic Valua ex conditione ſituq; ſuo vocatus. Dein amnis Sulmone profluens in Aternum vt Plinius, Strabo, Ptolemæusq; vocarunt, ingreditur, Piſcariam Italis dictum ab exiguo caſtello Piſcaria, veteris oppidi Aterni, à quo prius amni nomen, fundamentis inædificato. Naſcitur Aternus ex Apennino ſupra Aquilam, haud procul Monte Regali, qui ſubter fontem eius eſt: augetur flumine quod à Sulmone deſcendit vti diximus, tantis incrementis, vt ſpatio P. M. XXII. à Populo ad mare vſque vado meabilis nec pediti nec equiti ſit: prope Populum autem ligneo tranſitur ponte: vbi arx vtramq; fluminis ripam mœnibus ita munit, vt hunc Valuæ tractum tanquam clauſtro premere videatur, fortiſsimumq; ſitum non modo mœniorum firmitate, ſed etiam ipſius amnis curſu, quo vno latere tuta planè

a. lib. 1. Epig.
b. lib. 26.

a.lib. 2. eſt,obtineat. Pontem ego hîc fuiſſe puto, cuius prope Corfinium Lucanus *a* memi-
b lib. 1. nit, inquiens. Ite ſimul pedites ruiturũ aſcendite pontem: de quo Cæſar *b* etiam in
Cõmentarijs, Domitium quinq; legiones ad pontem tribus à Corfinio P. M. de-
moliendũ miſiſſe, at ſe prohibuiſſe ſcribit. Inſuper & Strabo pontis huius memi-
nit, quem in Aterno eſſe IIII. & XX. à Corfinio ſtadijs ait. Amnis Aternus omniu
Italiæ rapidiſsimus itemq́; gelidiſsimus exiſtimatur. In mare vltra Theate vti po-
ſtea docebimus influit. Rurſum iuxta flumen quod Sulmone prouoluitur oppi-
dum eſt Abbatiæ Sancti Spiritus fratrum Cœleſtinorum Pratula: ſequitur aliud
Populum, perhoneſtum, diu habitum ditione nobilis familiæ Cantelmorum, ex
qua multi præſtantes belli Duces orti, noſtraq́; memoria Reſtagninus inprimis
militiæ gnarus· qui ſuperioribus annis excedens, ampliſsimam de ſe famam po-
ſteritati reliquit. Hinc per planitiem tribus à Populo millibus, (vbi pontem in
Aterno deſcripſimus) incedendo, veteris Corfinij veſtigia reperiuntur, quæ nunc
c. lib. 5. Campum D. Pelini, aliterq́; Pentiniam vocãt. Corfinij mentionem facit Strabo *c*,
Veſtinos, Marſos, Pelignos, Marrucinos, & Frentanos ob negatum ius ciuita-
tis à Populo Rom. defeciſſe, ſocialeq́; tum ſuſcepiſſe bellum ſcribens, quo Cor-
finium Pelignorum caput omnibus Italis ciuitas communis appellata, Italicaq́;
nouo nomine dicta, vti arx & propugnaculum belli contra Romanos eſſet: vbi
& in cõuentibus Imperatores deligebantur. Addit præterea bellum hoc biennio
durauiſſe, donec ciuitas Romana populis concederetur· Marſicumq́; dictũ, quo-
niam à Marcis, præcipueq́; Pompedio primi furoris motus proceſſerant, vti quo-
que L. Florus ſcribit. Plinius etiam Corfinienſes in Pelignis recenſet, itẽq; Pto-
lemæus. Hac in vrbe Domitium Aenobarbum ſe munitionibus contra Cæſarem
ne in Pompeium pergeret, ſepſiſſe, auctor cum ipſe Cæſar eſt, tum etiam Lucanus
d.lib.2. *d* inquiens: At te Corfini validis circundata muris Tecta tenent pugnax Domi-
e.lib.8. ti, tua claſsica ſeruant. De Corfinio præterea Silius *e* ita: Corfini populos: itemq;
f.lib. 109. Liuius *f* perſæpe, ac Appianus *g* mentionem faciunt. Nunc ingentium hic ædi-
g.lib. 2. ciorum ruinæ cernuntur· templum extat ſatis amplum D. Pelino ſacrum, vnde
agro Campi Pelini nomen· quibus nimirum in locis præclara Pelignæ gentis ci-
uitas olim & caput, planè iam interijt. A Populo dein ſi ad Maiellam verſus per-
gas, quarto ferè milliario prope Aternum amnem Toccum eſt, & pòſt in medi-
terraneis exiguum oppidum Cantalupum circa montis pedem· ſub quo mirabi-
lis ſcatebra laticis quod oleum Petronicum vocatur, ac diligentiſsimè colligi ob
virtutem facultatemq́; medicam ſolet. In Aternum deinde fluuius ingreditur bi-
nis torrentibus è Maiella iactis Rafento Ortaq́; creatus. Ad huius oſtium oppi-
dum eſt Lucus· pauloq́; altiùs in Aterni ripa Caſtellum Turris· & inter Rafen-
tum Ortamque nobile oppidum Caramanicum, fama eruditionis & acuminis
Antonij, monachi prædicatoris, eximij ſuperioribus annis theologi inclytum.
Suprà, ſub Maiella tamen, Arx Moriſij eſt· pauloque inferiùs Cuſanum. De-
inceps in Aternum amnis euoluitur Librata, veteribus Albula dictus, binas
item ex Maiella procurrentes aquulas deferens, inter quas medium Manupel-
lum. Hæc intus ſunt· vnde ad oram nunc redibimus. Edito in colle à mari
h.lib. 5. P. M. VII. Ciuitas Chieti eſt, Straboni *h* Theate dicta, quanquam corrupti co-
dices Thegeate habeant. Addit idem vrbem hanc caput eſſe Marrucinorum,
i.lib. 8. quod etiam velle Plinius videtur, itemq́; Silius *i* inquiẽs: Marrucina ſimul Fren-
tanis æmula pubes Corfini populos magnumque Theate trahebat· præterea
Ptole

Ptolemæus quoq; Theateam appellans·de quo vehementer equidem miror, cum
idem Pelignos inter Sarũ Aternumq́; definiat·poſtea verò in Marrucinis trans A-
ternũ Theate pingat, quamuis citrà ſit, vti & in Italica ſua tabula Burdonius expri
mit, & nos oculis vidimus. Enimuero quia nos Pelignorũ fines auctore nimirum
ipſo Ptolemæo Sarum Aternumq́; poſuimus·eam rationẽ deinceps quoq; tenebi-
mus, & Theate dabimus Pelignis : quoniam ita rectè fieri arbitramur, vt primùm
finibus cuiuſq; gentis demonſtratis, omnia deinde loca illis cõcluſa memorentur:
quanquam hac in re legem præſcribamus nemini, ſed arbitrio quenq; vti ſinamus
ſuo. Theate Facius ab Achillis matre nomen habere ſignificat ita ſcribens *a*.

> Vidi Theate vbi quondam ſedes fuit *a. lib. 3. Cant. 1.*
> Matris Achillis·qua de re ipſos
> Regionis incolas appello teſtes.

Alium huius rei auctorẽ adhuc inueni neminem·proinde fides apud lectorẽ eſto.
Dirutũ Theate à Pipino Caroli Magni patre legitur, quòd rebus Longobardicis
perpetuò ſtuduiſſet·reſtauratũ verò pòſt, adeo Normannis ob loci amœnitatẽ pla
cuit, vt prę cęteris omnibus Aprũtij vrbibus ſedẽ hîc potiſsimè collocarẽt, auctore
Blondo. Sequitur in ora oſtiũ Piſcarię ſeu Aterni fluminis, in quo Mutius Attẽdo-
lus Cotignolanus cognomẽto Sforza, belli fulmine perijt, cũ miniſtro in tranſitu
vacillanti opẽ ferre vellet, vti Blondus, Simoneta, Corius, Sabellicus, alijq; multi
monumentis perſcripſerunt. Ita Pelignis abſolutis Veſtini conſequuntur.

VESTINI.

TErmini huius gentis quæ ſupra Pelignos inter Samnium, Campaniam fœlicẽ
cum Latio, itemq́; Præcutinos. Marſos, & Sabinos eſt, primùm à Septẽtrione
Peligni, ab oriente Samnium, à meridie Campania fœlix cum Latio, ab occidente
Præcutini, Marſi, & Sabini erunt, vti ex Ptolemæi pictura diſcitur. Veſtinij intus in
mediterraneis, & maiori ex parte Marrucinorum Præcutinorumq́; in montibus
habitabant·qua de cauſa difficilis eorum futura deſcriptio eſt·quam non vt velle-
mus, ſed vt optimè commodiſsimeq́; fieri poterit, exequemur. Gentem hanc me-
morant Cato, Strabo, Plinius, Liuius multis in locis, Florus, Ptolemæus Appia-
nus *b*, Martialis de Caſeo Veſtino dicens, Si ſine carne voles ientacula ſumere fru-
gi. Hæc tibi Veſtino de grege maſſa venit·item Silius *c* cum inquit, Veſtina iuuen- *b. lib. 1.*
tus, alijq́; plurimi ſcriptores. Vt verò ſigillatim omnia dicantur, primùm hîc lo- *c. lib. 8.*
cus apparet vbi olim Amiternum, nunc maximarum Ædium ruinis horridus.
Amiternum Strabo *d* nominat Emporium Frentanorum, memoratur & à Pto- *d. lib. 5.*
lemæo, itemque Dionyſio *e* Halicarnaſſenſe, qui Sabinis addit, vti quoque Pli *e. lib. 2.*
nius · & Silius *f* inquiens, Hunc Amiterna cohors & Bactris nomina ducens *f. lib. 8.*
Caſperula. Cato tamen vnaq́; Ptolemæus Amiternum in Veſtinis collocant · etſi
parum hoc omnino momenti habeat, propter tãtam Veſtinorum Sabinorumq́ue
vicinitatem, vt communia pleraque loca poſsidere videantur : proinde tempo-
ribus antiquis vrbs hæc facile Sabinis attribui potuit, vti nimirum fit à Dionyſio,
Plinioque ac Strabone item, qui propinquam Reati dicit. itemque rurſus vt Cato
& Ptolemæus faciunt, in Veſtinis cenſeri, quibus olim hîc ager tribuebatur,
tanquam Sabinorum eſſet · vti poſtea quoque Sabinis acceſsit. Amiternum
perpetuo montis inſidet dorſo, vbi in hunc vſque diem fundamenta magnorum
operum præcipueq́ue theatri & aliquot ingentium templorum ac turrium ſuper-
ſunt, è quibus vrbis amplitudo vetus non difficulter colligitur. Sæpe de ea Liuius

a.lib.10. verba facit·nominatim verò cùm *a* à Spurio Conſule expugnatam cæſis Samnitum II. Mill. DCCC. captiſq; IIII. Mill. C C L X X X. item vbi Amiterninos cum Vmbris, Nurſinis, & Reatinis, L. Scipioni in Africam ituro militaria auxilia con-
b.lib.7. Aeneid. tribuiſſe narrat·Eadem vrbs à Virgilio *b* memoratur hoc verſu: Vna ingens Amiterna cohors, priſciq; Quirites: item à Martiale ſic: Nos Amiternus ager fœlicibus educat hortis, Nurſinas poteris parcius eſſe rapas. Criſpi Saluſtij ortu, à quo multa ſcriptis edita·Victorini etiam eius Epiſcopi ſub Nerone martyrio coronati memoria claret. Quinto abhinc lapide ciuitas alto in monte cernitur Aquila, nunc huius tractus caput, à Sulmone XXX. P. M. interuallo, verſus Apenninum ſita. Recentem eſſe non ambigitur· condita enim vt Raſſanus ſcribit, Caroli p- Siciliæ regis temporibus ob deletum Amiternum & Forconium, quod hinc P.M. octo aberat altero latere contra Amiternum, infrà, verſus Piſcariam amnem ſitum qui locus nunc quoque magna operum fundamenta ex lapide quadrato habet, appellaturq; Forconum. Aquilæ primordium Raſſanus Blonduſq; commemorant in hanc ſententiam. Euerſo Amiterno (à quo id factum ignoratur) itemq; Forconio (id deleuere Longobardi) nobili oppido, nequaquam tamen Amiterno vt Blondus ait, horum locorum coloni inter montes iſtos altiſsimos vti in tutum conceſſere·domicilijſq; fabricatis ibidem habitare cœperunt. Paulatim itaq; paſſim ob cœli ſalubritatem arcibus & caſtellis ædificatis, quoniam priùs nullo certo imperio poteſtateq; regebantur, tandem paucorum tyrannide oppreſsi, more mancipiorum duriſsimæ ſeruitutis conditionibus habiti fuere·quarum indies aſperitate creſcente, ſumptis occultè armis animiſq; Tyrannos obtruncant, ſeque in veterem libertatem vindicant. Ea re peracta conſilium vrbis nouæ condendę in qua deinceps conſiſtere poſſent, tutò, ineunt. Ita ſingulorum caſtellorum pagorumq; lonis pars ciuitatis aſsignata, quam arbitrio ſuo conſtituerent·hac tamen lege, vt vrbs condita nomen vnũ, Aquilæ, nanciſceretur·ea ſpe ac omine olim colonis opibuſq; auctam, finitimorum locorum imperio tanquam aquila reliquo volucrum generi, præfuturam. De tempore quo incepta certi omnino nihil inuenitur. poſt Amiternum & Forconium deletum ab earum vrbium colonis, qui in villas vicos, caſtellaq; propinqua diffugerant, poſteaq; ſimul conuenere primis vno loco ædificijs factis fundatam aiunt· ac dein à Carolo Martello mœnibus compexam, ab eoq; dictam Aquilam, quòd edito in iugo vicinis agris, vti aquila cæteris
c.lib.4. hiſt.Reg. auibus, prædominanti ſita eſſet. Alij aliter vt Collenutius *c*, qui Friderici II. Impe. iuſſu conditam perhibet, in hanc ſententiam ſcribens. Sparſis per Aprutij montes inter Amiternum & Forconium deletas olim vrbes, Beneuenti, Caſini, & Soræ, quas Fridericus excidi iuſſerat, colonis·idem vt coniuncti omnes nouum oppidum loco ad Regni propugnaculũ illo latere opportuno, tum Aquiſa dicto conderent, Aquilamq; ab inſigni Imperatorũ nominarent, edixit, vti in ipſius epiſtolis apertè legitur. Ita ciuitas Aquila ædificata·quæ breui maximis aucta incrementis, nunc in potentiſsimis vniuerſi regni numeratur. Hæc Collenutius. Mihi prima ſententia magis probatur·nimirum auctores habuiſſe vrbem illos Tyrannorum percuſſores: quippe quia nec ad Friderici ſecundi, minuſq; ad Caroli Martelli tẽpora primordiũ eius quadrat: quoniam multis ante natum Fridericum, itemq; Martellum annis, Aquilæ mentio vti quoq; Blondus in hiſtoria docet reperitur: præſertim verò in donatione Ducatus Apuliæ, quam Roberto Guiſcardo Nicolaus II. Pontif. Max. anno poſt C.N. MLX. fecit Aquilæ·cum tamen Fridericus circa MCC-XII. Ca-

XII. Carolus circa MCCCIX. fuerit. Planè ſcriptores harum rerum ita nobis conciliari poſſe videntur, vt primos illos tyrannoctonos hoc in loco pagis vicisq; relictis domicilia feciſſe coniuncta, inſuper & aggere aliquo vti exiſtimare licet, cõſepſiſſe arbitremur: ea verò pòſt à Friderico vel Carolo mœnibus complexa muniraq; colonis ciuium iure ac nomine tributo: ſimulq; oppidum id temporum greſſu tantis incrementis auctum, vt ad primatum totius regionis, quem nunc obtinet, peruenerit. Superiori memoria turbulentiſsimas equidem res Aquilani ac difficilima tempora habuere, donec vrbis primatus ad Ludouicum Montorium Comitem peruenit: per cuius ſummam prudentiam tranquillè ſub Ferrandi Arragoniæ Neapoliſq; regis, & Caroli V. Imper. Aug. ditione floruerunt. Ludouicus poſtquam apud Neapolim anno à C. N. MDXXVIII. e ceſſerat, cum in milites Cæſarianos armis irrupiſſent ciues, vel vt alij ferunt, à militum vi ac iniuria, quod ſanè potiùs credendum videtur, defendere ac tutari ſe conati eſſent, ſæuiſsimè tũ à Philiberto Auraniæ Principe Neapolis Prorege damnati, milliaque decem aureorum nummûm multæ nomine inferre iuſsi. Sed et ab eodem alia pertulere, quę breuitatis cauſa prætermittimus. At cum exoluendæ tam magnæ pœnæ facultatẽ non haberent, ſacratis templorum vaſis, monumentiq; D. Bernardini ornamentis manus admouere coacti ſunt. Vrbs eſt in regni Neapolitani finibus ſita: quamobrem perſæpe ſe Romanæ Eccleſiæ, Gallorumúe in Italiam irrumpentium poteſtati dedere conata eſt: vnde nimirum ingentes perpetuò ferè calamitates ſibi ipſa accuit. Ad Aquilam Bracius Montonius pereximius belli Imperator occubuit, vt Blondus, Sabellicus Platina, Simoneta, Corius, aliiq; multi hiſtorici tradunt. Coitur hìc præcipuis honorib⁹ D. Bernardini Minorum ordinis monachi corpus: à quo primùm regularis illius ſodalitatis mores inſtitutaq; reformata. Noſtris temporibus Aquila Ioanne cognomento Aquilano, ex prædicatorum ſodalitio inſigni theologo, facundiſsimoq; Doctore, quemadmodum eius conciones teſtãtur, claruit. Plurimis inſuper alijs ingenijs illuſtratam accepimus: quorum memoriã qui cognouere commendatam eſſe volumus. Ager vrbis cum aliarum rerum, tum maximè croci mira copia fœcundus eſt: ex quo prouentus, vti relatu habeo, quotannis ferme XL. millium aureorum nummûm capitur. Subter fontem dein Aterni in Apennino, Mons regalis ante memoratus: nec procul eſt pyrus colli inſita ita faſtigiato, vt aqua in eam arborẽ cadens, triplici diuiſione in tria ingẽtia flumina diuerſas petentia regiones, Velinum, Truentum, Aternumque dilabatur: quod & oſtenſum, & affirmatum ſibi ab accolis tradit Blõdus. Finitima quædam ... a, Soram, Sueſſam, aliaq; nonnulla quæ Veſtinis etiam addi poſſent, quoniam olim ad amnem Garilianum vſque pertinebant, hìc omittimus, in Marrucinis ... enda, quòd in ea gente ab alijs ferè collocentur.

MARRVCINI.

PRoximi itaq; Marrucini ſunt: quorũ fines ab Aterno ad Truentũ: itẽ ſinus Adriaticus & Veſtinorũ montes: vt ab exortu Peligni cũ Aterno ſint, à meridie ... tini & Præcutini, ab occaſu Piceni cũ Truẽto, à Septentrione Adria. Gentis hu... meminere Appianus [a], Cęſar [b], Silius [c], itẽq; Liuius diuerſis in locis: nominatim a. lib. 1. ... cũ [d] triumphũ Romæ de Æquis actũ narrãs, Marrucinos, Marſos, Pelignos, b. lib. 1. ... rẽtanos pacẽ amicitiáq; populi Rom. impetrauiſſe ſcribit. Particularem eius Com. ... riptionem ab arduis atque difficilimis circa Piſcariam amnem montibus c. lib. 8. ... icabimur. Primùm igitur in aſcenſu illorum ſunt Raianum, Vertorium, & d. lib. 9.

Carapel-

Carapellum, mediterranea. Tum infrà millibus duobus ab Aterno, Capiſtranum, Ioannis ex ordine minorum Monachi patrum noſtrorum ſeculo ſanctiſsima vita præclariſq; concionibus celebre. Medium eſt inter alia duo caſtella, Offenum & Buxum, ad amnem, Caput aquæ vocant, ſita. Dein ad Piſcariam ſunt Caſtilio, Turris Antonelli, Petranicum, Alardum, & Roſanum. Supra hæc Nuria fluuius naſcitur ex Apennino, prope cœnobium Caſæ nouę Ciſtellini ordinis: deſcenſuq; in Aternum fertur. Spatium inter horum amnium principia modicum intercedit: & quanquam Nuria, plurimiq; item alij amnes in Piſcariam confluant: illa tamé nomen ſuum à fontis initijs vſq; ad mare perfert. Sub Nuriæ fonte monaſterium id Caſæ Nouæ iacet quod memorauimus, non ſolum ædificiorum pulchritudine, ſed etiam facultatibus ampliſsimis inclytum. Dextra Nuriæ, oppida Gambato...m, Planellum, Muſcuſonium, Mons Syluanus, & Spoltorium. Hactenus loca Piſcariæ vicina ſatis percurſa ſunt: quapropter ad cætera quoq; finitima tranſeundum: quæ vt commodiùs & exactiori ordine perſequamur, ſcire operæpretium eſt multos inter Aternum & Truentum eſſe amnes, è quibus vnius tantùm meminit Ptolemęus, nimirum Matrini: quem vt mea fert opinio, Raſſanoq; etiam videtur, accolæ nunc Plumbam vocant. Ordo itaq; noſter huiuſmodi erit, vt à Piſcaria primùm Tauum, mox Sinum, Plumbam, Vomanũ, Flumicellum, Viciolam, & Turdin... quem nonnulli Iuuentium vocant, percurramus, deinde Salinum, & Liberatã, q... veteribus Albula propter aquæ coloré dicta, tum Caſtellanũ, poſtremoq; Truentum: qui amnes fere omnes in Apennini iugis, vbi Corni nomen habet, exorientes, partim per Marrucinos, partimq; per Præcutinos fluunt: nonnulli etiam Mar...rum partem, qui in montibus finitimi hærent Præcutinis, alluunt. Salinus Plinio Suinus in quinta regione dictus, vti ego credo, nomen nũquam mutat, ſed a fonte vſq; ad oſtium per quod Adriatico mari infunditur, perfert. Tauus & Sinus e... ni radicibus naſcuntur, & in Salinum intrant. Ita his amnibus recenſitis, non difficile fore ſpero, oppida locaq; ijs adiacentia memorare. Primùm igitur inter Tauum & Sinũ media prope regione, quatuor ab ora P. M. Ciuitas Pennæ, no... mum iuxta ac antiquiſsimum oppidum eſt, Ptolemæo Pinna dictum. Plinius Veſtinis Pennienſes numerat. Raſſanus Ciuitatem Pinnæ non Pennæ vocari debere, oppidumq; olim quàm nunc longè frequentius opulentiusque fuiſſe ... Non procul dein à Tauo Lauretum aliud oppidum in collibus apparet, inſ... tulo Ducatus, itemq; Collis Coruinus. Dextra Sini ſunt, Valuianũ, Serra, C... nianum, Biſentum, Pinianum, Mons Siccus, Caſilentum. Prope Salinum ... longè ab ora, Portus D. Angeli oppidum: vltraque amnem Salinum tertio l... alius Plumba: quem vti prædixi, Matrinum eſſe Ptolemæi cenſeo, Seuinum Pl..., Strabonis Homatrinum propter Adriam vt ait fluentem. In hanc porro ſententiam me Ptolemæus pertrahit, qui in tabulis Angolum Veſtinorum prope hũc amnem vti ego conijcere poſſum, & Raſſanus etiam aſſerit, poſitum deſcribit. Nunc id oppidum Ciuitas D. Angeli pro Angolo nominatur. Meminit eius etiam Plinius Angolanos referẽs. A mari P. M. duobus abeſt. Propinquo Plumbæ loco caſtellũ iacet Illice: tum intus, item iuxta eundem amnem aliud, Celinum, & circa fonté fluminis Schiranũ: nec procul ab oſtio, per quod in mare ſe exonerat, Portus Adriæ: quod oppidum à Strabone Emporiũ Adriæ nominari ad Homatrinum, nunc Plũbam, exiſtimo. Suprà dein Caſtellum Syluium eſt. Plumbaq, trãſita inter ipſam & Vomanum amné ſic in V. Regione Plinio dictũ, medio ſpatio Adria Romanorũ colonia,

olonia,prædifficili arduoq́; montis impoſita iugo cernitur. Adriam quoq; Stra-
o & Mela nominant,itemq́; Silius a hoc verſu : Adria,& inclemens hirſuti ſigni- a.lib.8.
r Aſcli.Cato eam in Præcutinis collocat,aliter dictam,inquit,Atriam. Liuius b b.lib.11.
loniam Romanorum cum Caſtro Senaq́; deductam prodit: & alibi c inſuper c.lib.25.
us facit mentionem,veluti cum multa hic prodigia viſa ſcribit: inter cætera arã
cœlo,quam multæ hominum imagines candidis amictæ paludamentis circum
bant.Alio quoq; d loco Adrianos inter IIXX.colonias memorat,quarum ſub- d.lib.27.
io,inquit,tum bello Punico altero imperium populi Rom.ſtetit.Ortus hinc A-
anus Imperator,auctore Spartiano ita ſcribente:Origo Imperatoris Adriani ve
liorà Picentibus,poſterior ab Hiſpanienſibus manat: ſiquidem Adria ortos ma
res ſuos apud Italiam Scipionum temporibus reſediſſe in libris vitæ ſuæ Adria-
s ipſe commemorat.Dio tamen Græcus genus eum Africanũ habuiſſe, patreq́;
drianum ait: cæterùm huius rei certiorem fidẽ apud ipſos auctores relinquimus.
drianum ſanè patriam hanc ſuam adeo charam habuiſſe legitur, vt ornamento
nmo cognomen ab illa ſibi impoſitum duceret. Quinetiam Sextus e Aurelius e.in Adria.
m hinc ortũ aſſerit inquiẽs : Ælius Adrianus ſtirpis Italicæ, Ælio Adriano Tra
principis conſobrino Adriæ orto genitus,quia id oppidum agri Piceni,etiam
ri Adriatico nomen dedit.Sciendum verò eſt Aurelium in poſtrema parte nar
ionis errare:vnaq́; cum eo Petrum Marſum hunc Silij locum exponentẽ: Adria
nclemens,&c.cum hoc oppidum Hetruſcorum coloniam,& Adriatici nomẽ
ero mari dediſſe tradit: etenim vti in Trãſpadana Gallia nos docebimus,appel
onis illius origo ab alia manauit Adria. Plinius, Strabo, Ptolemæus,hanc in
teno collocant:quoniam Homatrino amni,vt Strabo vocat,vt Ptolemæus,Ma
no,vel vt Plinius,Heluino,aut vt hæc ætas Plumba,Prætucianam regionem fini
& Picenum incipere tradunt.Nos tamen vti ab initio ſtatuimus vſq; ad Truen-
amnem Samnites extendemus:in ijsq́; tum Adriam,tum alia citra Truentum
a numerabimus.Nunc Marrucinorum deſcriptione abſoluta,Præcutinos,qui
Plinius tradit,ab Adriano agro tenebant,aggrediemur.

PRAECVTINI.

NOn minorem quidem in huius gentis finibus conſtituendis difficultatem
quàm in aliarum fuit,animaduerto:quoniam inter Marrucinos, Veſtinos,
Marſos complexa eſt; attamen quàm exactiſsimè poterimus, non vt vellemus,
inueſtigare conabimur.Ab exortu Veſtini,à meridie Sabinus ager, ab occaſu
entum flumen,à Septentrione Marrucini cum Adriatico ſinu erunt: quanquã
omnino certa ſit huiuſmodi Præcutinorum circumſcriptio,ſed per coniectu-
ita fieri poſsit.In Samnitium initio monuimus,à Præcutinis corrupto voca-
Aprutium dictum hanc vniuerſam regionem inter amnes Phiternum Truen
q́;,& à Larino Apuliæ vſque Beneuẽtum,item à Sueſſa Pometia Veſtinorum,
nunc Campaniæ Fœlici tribuitur,vſque Reate & ad Pontem Corui tranſcur-
Amiternum ſeu Aquilam : quibus finibus complexus ager Aprutinus appel
r,maximaq́; Samnij pars eſt.Præcutinorũ,ſeu vt Plinius vocat Prætutianorũ
tionem Liuius perſæpe facit:nominatim f cum Annibalem ſuperatis ad Tra- f.lib.22.
num Romanis,oppugnatoq́ue Spoleto,inde in Picenum mouiſſe,eoq́ue die-
aliquot vaſtato ac direpto, per agrum Præcutinum & Adrianum graſſa-
, inde in Marſos Marrucinos & Pelignos iter habuiſſe ſcribit. Plini- g.lib.14.
vina Prætutia nobilitatis inter optima gradum habere perhibet. Nunc cap.6.
ad par-

ad particularem agri Prætutiani deſcriptionem ingrediemur. A Plumba flumine
a.lib.8. in ora oſtium Vomani amnis ita Plinio dicti, itemq́; Silio a cum inquit Mur[illegible]e
nec lybico ſtatue humectata Vomano. Strabo tamen vt mihi videtur, Truno[illegible]
vocat. Agri hic inculti ac deſerti. Læua Vomani intus oppida ſunt, Motula, Mon
Viridis, Mõs Gualcus· ſurſumq́; ad fontem amnis qui in Apẽnino eſt, vici pag[illegible]
multi, & caſtella frequentia· inter quæ Maſſonium, Caput Poſtum, & Po[illegible]
oppida. Trans Vomanum in ora ſexto lapide Turdini fluminis, quod vti ſupra [illegible]
xi, Plinius Iuuentium appellat, oſtium. Sunt inter hos amnes oppida multa, quæ [illegible]
paribus inuicem interuallis, quædam imparibus, vti montanæ regionis, flu[illegible]q́;
ſinuoſorum conditio fert: quapropter ſatis erit ſi ordine à ſupremo ad infi[illegible]
vſq; memorentur. Primũ eſt Rolſenum· deinde Poggiũ, Vinerecium, Ripa Mon
toriana, Montorium, Forariolum, Collis vetus, Rapinum, Mianum, Forcella, Can
tianum, Tranſmundum, Caſtellum vetus, Caſtellum nouũ, Guardia Vomani, L[illegible]c
cariſcum & Morum. Sequitur amnis Turdinus, qui è montis Corni radicibus ori-
ens, nomen ad mare perfert. Apennini partem ſupra Præcutinos Cornum vo[illegible]nt:
itaq; Turdinus è radicibus illius exiliens, per agrum Præcutinum quem de[illegible]ribi
mus, in Adriaticum æquor exit, vti anteà dictum eſt. Inter eum & Viciolam amnẽ
è Corno quoq; iactum ciuitas eſt Teranum, ad Viciolæ fauces quibus in Turdinu
confluit, ſpatio ab ora P.M.XII. Plinius ac Ptolemæus Interamniam vocant, ety
mon nominis, quod inter amnes Viciolam, Turdinum, & Flumicellum, cu[illegible]
tè meminimus, poſita. Caput eſt huius regionis: multisq́ue titulis ac dignitat[illegible]us
eius Epiſcopus claret. Regulus vrbis, Dux appellatur. Illuſtrata plurimùm Si[illegible]
nis Lælij doctrinæ ac integritatis fama· qui res Eccleſiæ Romanæ perprude[illegible] in
Concilio Piſano atque Conſtantienſi trium Pontificum temporibus tractau[illegible]-
temq́; Theodori eius filij, qui ob eruditionem ſingularem conſiſtorialis ad[illegible]a
tus fuit. Ad initium Flumicelli caſtellum eſt Camplum: ſupraq́; fontẽ amn[illegible]
gum Nouum & Biſsinium. Haud procul Turdino circa litus oppidum eſt fer[illegible]
ſertum Flauianum· vbi quondam vrbs Caſtrum à Ptolemæo nominata, Caſtru[illegible]
nouum à Plinio. Paruo hinc Mons Paganus interuallo abeſt · inq; mediterra[illegible]
læua, iuxta eundem amnem, Moſanum, Ripatonium, Villantium · & vltra V.la[illegible]
de Salinus fluuius ab Apennino deſcendẽs· cuius in læua parte nobiliſsimum oppi
dum iacet Montorium, titulo Comitatus ornatum· quem ſuperioribus annis Lu
douicus Aquilæ Præſes vti diximus, obtinuit. Eum Raymundus Cardona P[illegible]
fide publica ad certum tempus data cum ad Neapolim euocauiſſet, intereaq́, [illegible]
nec dies elaberetur humaniſsimis ſermonibus & mirifica beneuolentiæ ſimulatio-
ne duxiſſet, tandem in Caſtello nouo concluſit: ſed aliquandiu ſub cuſtodia [illegible]-
tus, quoniam Aquilani ab imperio defecerant, dimiſſus tum, & ad illam vrbe[illegible] re
cuperandam ire iuſſus, ea re peracta, paucos poſt dies exceſsit. Prudentia co[illegible]
valde polluit. Supra Mõtorium deinde Poggium Morellorum, altiuſq; Tro[illegible]a eſt
pòſt, in montibus haud procul ab amne, dextrà munitiſsimum oppidum cum lo-
ci natura, tum firmitate mœniũ, Ciuitella. Sequitur amnis Librata, veteribus, in-
ter quos Plinius, Albula dictus. Iuxta eum in dextra ſunt Turturetum, Ad D. To-
merum, & Ad D. Egydium haud procul à fonte. Læua deinde ripa Caropell[illegible]m &
Neretium· vnde P.M.V. per oram, amnis Truentum. Priuſquam tamen eò perue
niatur, vti nauticæ tabulæ pictura docet, locus occurrit, vbi oppidum D. Floriani
erat, memoria patrum noſtrorum à Iulio Duce Adriano viro prudentiſsimo, exi-
mioq́;

mioq; belli præfecto,& cum clariſsimis Italiæ totius principibus gloria rerum geſtarum comparando,ſubuerſum.Is tractus huius maritimi propemodum vniuerſi dominus,ob ſummam aëris inclementiam id oppidum excidit·nouumq; in cõtinenti,tribus P.M.ab ora ſuo ſumptu condidit, indito Iuliæ nouæ nomine· quò Sanfloriani colonis tranſlatis, agros etiam aſsignauit commodos. Truentum flumen vt Plinius nominat,Ptolemæo Truentus,Straboni Druentum vocatur·etſi librariorum errore primum elementum T.in D.mutatum ego putem.Mela Truentinum,Italia nunc Truntum appellat.Oritur item Apẽnino:circaq; fontem eius aſperrimi altiſsimiq; ac perhorridi montes ſunt·qui tamen cum ipſo amnis deſcẽ ſu per eius vtramq; ripam paulatim propemodũ vſq; ad mare mitiores adeo fiũt, vt circa fluminis oſtium peramœni latiq; campi cernantur.Truentum oppidũ Liburnos prope huius amnis in ora caput ædificaſſe, Strabo Pliniusq; tradũt·cuius veſtigia locuſq; nũc prorſus ignoratur·vti quoq; nec an ab oppido fluuiꝰ nomẽ habuerit,an verò contrà minimè,conſtat. Plinius Truentum oppidum ſolum illo tempore Liburnorum in Italia reliquũ fuiſſe ſcribit. Eiuſdem meminit Silius,[a] inquiens Quiq; Truentinas ſeruant cũ flumine turres:quod exponens Marſus,poëtam ait per Truentinas turres vrbem Truentum intelligere. Læua Truenti amnis primum eſt oppidum Columella·deinde Contraguerra,& Ancharanum·quod tamen Petri cognomento Ancharani clariſsimi Iurecunſulti patria non eſt. Decætero Morrum,Murrumq; & Traſsinum,Plinio Theſuinum dictum:vltraq; Caſtellanus amnis è valle Apennini quæ Caſtellana vocatur erumpens· qua percurſa mox Aſculum hoc latere præterfluit·neque procul inde Truento ſe iungit,quo Aſculum ab altero latere alluitur.Aſculum antiquiſsimam ciuitatem Strabo, Plinius,ac Ptolemæus in Piceno collocant·nobis verò,ſiquidem Picenum ab Truenti vlteriore ripa incipere,Samnites citeriore finire in aĩo habemus,vti à principio dictum,quoniam cis amnem eſt,in Aprutio ponere viſum fuit.Iacet munitiſsimo in loco,mœnibus firmis,altiſq; iugis cinctum, acceſsu militaribus copijs perdifficili,vt Strabo teſtatur. Plinius nobiliſsimam Piceni coloniam nominat.Mentionem eius etiam Cato,Cæſar,[b] & Silius [c] fecere·apud quem notat Marſus, Aſculum Picenum adhuc denominatiuum nomen à Pico retinere,cuius auſpicio conditum fuit. A Liuio ſępiſsimè memoratur·nominatim verò cum [d] cædem Q. Seruilij Proconſulis omniumq; ciuium Romanorum qui in oppido erant,ab Aſculanis patratam·Aſculumq; alibi [e] à Strabone Pompeio funditus euerſum ſcripſit. Cladem eã Aſculi L.Florus [f] quoq; refert·cauſamq; ſæuitiæ Strabonis addit,quòd initio belli ſocialis eo in oppido legati Romanorum cæſi fuiſſent. Inſtauratum deinde conſtat,& minori amplitudine·ſed quo auctore non inueni. Quidam Æſculum ſcribendum contendunt ad differentiam alterius in Apulia Aſculi, quod A, ſolum habet.Imperium vrbis diu Eccleſia Romana tenuit·primũq; hîc illius dominij temporalis, vt vocant,initiũ.Ante annos aliquot contentionibus inter ciues ortis,in factiões abijt,ijſq; grauiter eſt affectum. Primus inuadere principatum auſus Thomas Falcetta·poſt eum Stultus filius·quem in aduerſam partem crudeliſsimè ſæuientem,Zottus Miglianitus vrbe pepulit. Vterq; tamen poſtea pacere-busq; compoſitis,tranquilla in patria ſupremum clauſit diem. Aſculani fuere. T. Betutius Barrus, quem omnium extra vrbem Romam eloquentiſsimum Marcꝰ Tullius [g] appellat·itẽ Ventidius Baſſus Parthico bello legionũ Romanarum Imperator·quo de facetum illud ſed mordax decantabatur:Modo Conſul factus eſt,

a lib.8.
b lib.1. Com.
c lib.8.
d lib.72.
e lib.76.
f lib.3. cap.18.
g in Bruto

a Satyra.7 modò qui fricabat mulos: & Iuuenalis a quoque dixit:

Si fortuna volet fies de Rhetore Conſul:
Si volet hæc eadem fies de Conſule Rhetor:
Ventidius quid enim? quid Tullius? anne aliud quam
Sidus, & occulti miranda potentia fati?

Aſculo item origo patria fuit Nicolao IIII Pontif. Max. ex minorũ familia viro docto, prudẽti, & integerrimo, quemadmodũ Petracha Platinaq́; tradunt: quanquã Blõdus Nicolaum III. Aſculanum vocet. Nati hîc quoq; Cecc⁹, aſtrologus quàm poëta melior, Enoch itẽ orator eloquens, græcis latiniſq́; litteris eruditus: cuius induſtria M. Cælius Apitius & Põponius Porphyrio in Horatiũ circa Nicolaũ V. Pontif. inuenti, ac è tenebris in lucẽ vindicati ſunt. Volumen orationum & epiſtolarũ ipſe poſteritati dedit. Romęq́; diu magno ſtudioſorũ hominũ concurſu ſcholã habuit. Aſculanus inſuper Gratia Deus minorũ ſodalitatis eximius Theologus & Philoſophus patria fuit: q cõmentationes in artẽ veterẽ & VIII. libros Phyſicorũ, treſq́; de aĩa, Ariſtotelis edidit, quib⁹ ſummã doctrinã eſt teſtatus. Hæc de Aſculo. Per vallẽ deinde Caſtellanã ad nobile oppidũ Amatricæũ deuenitur, infra Truenti fontẽ: ſupra quẽ altiſſimi montes, vti poſtea dicetur, quanquã hominum domicilijs quæ referri mereãtur, vacui. Læua tum Caſtellani amnis, oppidula ſunt, Mons Sanctus, Macia Buffarium, & ad D. Viti, iuxta Caſtellanam vallem: interq; hæc vici paſſim & villæ modicæ. Via hinc eſt ad oppidum Amatricęũ quod memorauimus. Montiũ qui deinceps in Truenti lęua parte ſequuntur, perdifficilis herclè deſcriptio foret, quoniam altiſſimi ſunt, & plerũque tot tantiſq́; rupibus perhorridis inuicem diuiſi, vt omnino non modo non definiri, ſed ne depingi quidem poſſent: quamobrem à nobis ṕtermittentur. Peruentum nunc eſt ad Truentum, locaq́; non ſolum agri Prætutini, regioniſq́; Samnitium aut Aprutij extrema, verumetiam ad fines Neapolitani regni, quod hac ætate nouem vel opulentiſſimas amœniſſimaſq́; regiones Italiæ complectitur. Eę ſunt Latij pars, Campania fœlix, Lucani, Calabria, Magna Græcia, Salentini, Apuli Peucetij, Apuli Daunij, & Aprutium, quod hactenus quoq; partim diximus, partim adhuc ſupereſt, & Hirpinis atq; Samnitibus, quos coniunctim perſequi inſtituimus, abſoluetur. Gentes hæ vltra citraq́; Apenninum mediterraneæ planè ſunt: nec ad oram vlla parte pertingunt. In memoria quoque habemus Italiæ regionem nullam præter hanc in alteram Apennini partem excedi ſuprà nos dixiſſe, quemadmodum & in ſequentibus apparebit. Hirpinos autem à Samnio certis limitibus diſtinguere non tàm difficulter, quàm nullo planè modo fieri poſſet, tum quòd nunc in his gentibus oppida pauciſſima, deperditorum rara admodum veſtigia reperiantur: tum quòd in ea re veteres etiam maximè varient: adeo, vt nonnullos vrbes quaſdam Samnitibus, alios eaſdem Hirpinis, aut propter vtriuſque gentis vicinitatem, aut ignoratione verorum finium dare libet: vnde ſumma difficultas circa limites vt oriatur neceſſe eſt: ob quam ſeiſis harum gentium certos terminos deſignare nos etiam minimè conabimur, ſed potius ſimul, vniſq́; finibus oſtenſis vtramq́; perſequemur.

HIRPINI ET SAMNIVM

Hirpinorum populum à Lupo nomen inueniſſe, quem in hæc loca veniens ducem habuit, & Samnites Hirpum vocabant, confinemque agrum eius cum

cum Lucanis, qui in mediterraneo tenent, auctor eſt Strabo *a*. Plinius Hirpinos in ſecunda regione in qua & Beneuentum, collocat. Eorum quoque meminere Appianus *b* Alexandrinus, Liuius plurimis in locis, itemque Silius *c* in enumeratione gentium, quæ poſt Cannenſem pugnam ad Annibalem defecere, his verſibus: *a.lib.5.* *b.lib.1.* *hiſt.* *c.lib.11.*

Tum gens Hirpini vana indocilisq; quietem,
Erupiſſe indigna fidem, ceu dira per omnes
Manarent populos fœdi contagia morbi.

Samnium citra Hirpinos eſt, à quo tota hæc Aprutina regio iam olim Samnitium nomen adepta. Quidam vrbem fuiſſe regionis caput, Samnium, nunc deletam aiunt, à qua Samnites huius ſitus incolæ vocati ſint: at nos ab initio docuimus gentem primò Sabellos, poſteà Samnites alia de cauſa dictam. Fines Hirpinorum & Samnitium erunt ab exortu Lucani'ijdemque etiam à meridie partim, partimque Picentini & Campania fœlix' ab occaſu Sabini cum Veſtinis' à Septentrione Apenninus cum Apulia Daunia quæ trans montem pertinet, & Caracenis ac Pelignis. Initium itaque particularis deſcriptionis locorum quæ his terminis concluſa ſunt, ab Apennini iugis vlterioribus ducemus' qua in parte Beneuentanus ager quondam primariç Samnitium vrbis, multiſque rebus memoratu dignis inclytç. Montes hîc tam alti ſunt, vt ipſius etiam Apennini vaſtitatem ſuperent' quorum vertices editiſsimis rupib⁹ ...uiſos abruptoſq; ſumma cũ admiratione paſsim cernas. Et inter horridos illos ...iatus riuuli aquarũ puriſsmarũ, amnes ac torrẽtes multi è modicis qbuſdã lacu...us fontibuſue profluentes apparent. Extenditur hoc Samnij latus per Apennini ...ga à Vulturni fontibus vſque ad Silari, quod eſt Lucaniæ diſcrimen, ſpatio P. ...LXXX. Torrentes, aquulas, ac flumina huius tractus omnia præter pauca Sab...tus amnis colligit, Vulturni incola. Curſus eius ab oſtio quo in Vulturnum e...luitur, paulatim aduerſo amne ſurſum procedenti inſpectus, formam arboris ſy...ſæ conuenientiſsimam præbet ob riuulorum ac fontium vndique accedentiũ ...oſtenderetur, multitudinem. Beneuentum à quo primum incipere decreuimus, ...teà Maleuentum Plinio Liuioq; teſtibus dictum fuit. In Hirpinis eorumque co...iam eſſe Plinius ſcribit. Strabo ac Ptolemæus in Samnio ponunt. Conditum, ...tore Solino ac item Seruio in hoc Virgilij *d* loco: Venulus Diomedis ad vr...n: à Diomede' quemadmodum & Arpi: quod confirmat in hanc ſententi... Facius *e*: *d.lib.8.* *Aene.* *e.lib.3.* *Cant.1.*

Arpis atque Beneuenti commorati ſumus
Ob honorem Diomedis, qui nimirum
Adhuc famam primordij illorum tenet.

Maleuentum quondam ...ellatum primis colonis vt Feſtus ait, Græcis, propter iniurioſum, pro...um, ac horribilem ventum, quem frequenter patitur, dictione à malo ...o compoſita, tradit Procopius *f*. Sçuus ille ventus è Dalmatia ſpirans, ...m hunc quòd è regione tanquam frons oppoſitus ſit, tam violenter pul...vt eo furente oppidani prorſus latere cogantur' nec in apertum prodire ſi...mmo periculo queant: tanta quippe vis turbinum exiſtit, vt equum vnà ...ſeſſore humo ſublatum per aërem rapiant, ac præcipitem mox dent ...ram. Maleuenti priſci nominis mentionem facit Liuius, cum *g* à Sul... & Petilio Coſſ. XXX. mill. Samnitium ad Maleuentum cæſa' itemq; *f.lib.1.* *de bell.* *Goth.* *g.lib.9.*

b.lib.10. cum *a* Pub. Decium legionibus ad Maleuentum adductis, Samnites Ap[illegible]oſq; ex
oppidi munitionibus attractos acie deuiciſſe ſcribit. Idem auctor eſt mutati po-
b lib.14. ſtea nominis: tradit *b* enim Beneuentum quum eò colonia deduceretur, bo[illegible] i
c lib.3. cap.10 nis gratia vocari cœptum· quod à Plinio quoque confirmatur *c*. Non defuere [illegible]
Maleuentum priùs dictum putauerint, propter ingentem ſtragem hic a Sul[illegible]
Petilioque Coſſ. editam · cuius è Liuio paulo antè meminimus: ſed profect[illegible]
re facili multum iſti errant · neque Liuij locum vt oportebat inſpici[illegible] ſiqu-
dem ille cædem Samnitium apud Maleuentum ita iam tum dictum, ſed ætate [illegible]a
Beneuētum, contigiſse ſcribit· nec addit, cauſam ex ea pugna Maleuenti app[illegible]tio
nis enatam. Mihi Procopius de primi nominis etymo probatur. Colonia[illegible]-
um Romanorum deductam Beneuentum, quo tempore & Ariminum, auc[illegible]
Liuius: quapropter & colonia Beneuentum Plinio dicitur. Olim rebus San[illegible]
um florentibus, quanquam gentis caput non eſſet, maximæ tamen exiſtim[illegible]s
præ cęteris vrbibus fuit, cum ob ſitus opportunitatem, auctoritatemq; ciu[illegible], tū
ob amœnitatē bonitatēq; agrorū: cęteroſq; etiā Sānitiū populos Beneuentani c[illegible]-
ſilijs ac diſciplina militari ſuperabant. Nec verò eos ſolum inter ſuos pręcipu[illegible]-
celluiſſe, verumetiam apud Romanos opinionem habuiſſe maximam veteres [illegible]-
ſtoriæ teſtantur. Beneuenti, præterquā in locis hactenus cōmemoratis Liuius [illegible]
d.lib.22. tionem ſæpè facit· veluti cum *d* Annibalem ex Hirpinis in Samniū mou[illegible], p[illegible]-
e.lib 24 latumq; Beneuentanum agrum narrat: item vbi *e* Hānonis & Gracchi p[illegible]
f.lib.25.& 27. terea vbi *f* colonias duodeuiginti, quarū ſubſidio res populi Romani bello P[illegible]-
co ſecundo adiuta eſt, cōmemorat. Liber coloniarum hæc habet. Beneuēt[illegible]m [illegible]u-
ro ducta colonia Concordia. Deduxit Nero Claudius Cęſar. Iter populo no[illegible] de-
betur. Ager lege triumuirali veteranis eſt aſsignatus. Eiuſdem vrbis mem[illegible]e
g.lib.4. bell.ciuil. Appianus *g*, item Tacitus *h* iter Neronis à Neapoli ad Beneuentum narrans [illegible]
Totilam Gothorum regem euertiſse Blondus *i* auctor eſt. Refecere pri[illegible]
h.lib.15. Longobardi tota Italia occupata, ſedibuſque ac imperij ſui domicili[illegible]
i.li.6. hiſt. Beneuentani Ducatus nomine hic conſtituto: quam rem ſi dixero pleniù[illegible]
ræpretium me facturum ratus ſum. Longobardi occupatam Italiam totam, [illegible]
Satrapijs ſeu regionibus, quibꝰ ſingulę poteſtates attributæ, diuiſerunt: Mar[illegible]
duas appellauere, cæteras Ducatus. Marchiæ fuerunt, Anconitana, q̄ Picenū T[illegible]
uiſina, quæ Venetię partē cōtinebat: de qbꝰ in tēpore cōmemorabitur. Ducatus [illegible]-
rant hi, Spoletinus, Taurinus, Foroiulienſis, & Beneuentanus. Duces ex ele[illegible]
non hæreditario iure· contrà Marchiones præerant. Ita CC. ferè annis Lon[illegible]-
bardorum hic imperium ſtetit, vt Paulus Diaconus, Blondus, & Sabellic[illegible]
hiſtorijs perſcribunt. Sublata illorum à Carolo Magno dominatione, cu[illegible]
multos annos in Italiam Saraceni appuliſſent, & è Gargano, in quo ſe muniti[illegible]
bus ſepſerāt, finitimas latè regiones excurſionibꝰ vaſtarēt, ab ijs quoq; Bene[illegible]
direptum incenſumq;, & ad fundamenta deiectum eſt· nec priùs quàm iſt[illegible]s f[illegible]
ac rabidis canibus omnino tota Italia pulſis, inſtauratum. Redijt tum ad p[illegible]s
ſedes paucorum ciuium, qui per tempora bellorum paſsim fuerant diſperſi, n[illegible]-
merus, vrbemque cœpit inſtaurare · quæ poſt annos etiam aliquot ab Otho[illegible]e
II. Imper. de improuiſo capta direptaque ac incenſa eſt, tranſl[illegible]tis q[illegible]æ huc
priùs è Roma erant deportata, D. Bartholemæi Apoſtoli ſacrātiſsimis oſsibus
k.lib.13. hiſt. in Iouis inſulam, indeque in Lycaoniam vbi nunc ſita ſunt. Ita Blond[illegible]s *k*.

Inſtauratum deinde Beneuentum à Guiliel mo Normanno conſignatumq́; Adriano IIII. Pontif. Max. in D. Martini æde, quæ haud procul eadem ab vrbe eſt, vbi cùm à Pontifice Siciliæ rex fuiſſet dictus, ſacramentum perpetuæ erga Romanam Eccleſiam fidei præſtitit, auctores ſunt Platina a & Blondus b, qui præterea c Fridericum quoq; ſecundum ab vrbe Roma iniquo animo digreſſum, partim fraude, partim vi cum Beneuento potitus fuiſſet, id euertiſſe ſcribunt. A quo poſtea reſe-ctum ſit nondum inuenimus. Impoſitum eſt colli, cui perpulchra planities & amœna nullis, nitentium aquarum magna cum voluptate ſpectantium paſsim diſcurrentibus, ſubiacet. Vicini ſunt alij nitidi apriciq́; colles optimè domicilijs exculti, quemadmodum oſtendemus. A Neapoli Beneuentum XXX. ferè M. P. intercedunt. Summos viros & ingenia nobiliſsima magno numero tulit, è quibus Gregorius octauus Pontif. Max. prudentia viri bonitateq́; ac virtutibus perornatus, vti Blondus d & Platina e tradunt. Beneuentani quoq; fuere Orbilius Grammaticus ætate Ciceronis auſteritate ſumma erga diſcipulos notus, quamobrem ab Horatio plagoſus dicitur qui annum ferè centeſimum vitæ attigit, Orbiliumq́; filium iam Grammaticum reliquit auctore Suetonio item Roffredus & Odofredus celeberrimi Iureconſulti quorum poſtremus diu Bononiæ publico ſalario ius profeſſus eſt, & fato concedens, eximium ibidem ex marmore monumentum forma pyramidali apud D. Franciſci ędem habuit. Originem ab eo trahit Odofredorum Bononienſis familia. Beneuenti pro fide in Chriſtum martyrio affecti ſub Diocletiano, D. Ianuarius Epiſcopus, diaconiq́; duo. Ager finitimus Beneuẽtana vallis appellatur, & à quibuſdam diſtrictus Beneuenti qui longiſsimo ſpatio millium mul-torũ ad Silari fontes vſq; ptinet, pulchritudine, fertilitate, amœnitate, ac oppidorum quondã celebriũ frequẽtia nobilis. In eius deſcriptione quoniã antiquos ſequi nobis conſtitutum eſt, tractum omnem circa Beneuẽtum à priſcis Samnitibus habitatum, partem Samnij faciemus: etſi quę hic loca recenſenda ſunt, non vt vellemus, ſed vt poterimus relaturi ſimus quòd nõ ipſa ſolum, ſed antiqua quoque nomina pleraq; perierint, & noua quorundam à veteribus admodum diuerſa ſucceſſerint. Neque ſolum amœnam planitiem de qua ſuperiùs mentio facta, ſed etiam propinqua montium & Apennini iuga percurremus. Primum igitur in hac Samnij parte ſenis à Beneuento P. M. inter colles oppidum inuenitur Mons Fuſcolus, atq; id Turris, & Mons Militus. Sequitur côuallis per quam Sabbatus amnis fluit, ex Apennino qua regione iuga eius Montes Tremuli nominãtur, oriens, & depreſſa loca ſinuoſis flexibus, omnibus ferè Beneuentani agri de quo nunc agimus fontibus & aquis vno alueo collectis, tandem in Vulturnum illato illi increménto maximo ſe exonerans. Antoninus Sabbatum vocat. Italicum vulgus nunc Beneuenti amnem, quia propter eam vrbem fluit. Ego id eſſe flumen puto, quod antiqui Samnium dixere, Floro memoratũ. Vulturnus Capuã alluit, quemadmodum in Campania fœlice docuimus. Circa vallẽ quam Sabbatum percurrere diximus Beneuento propinquam, læuã ſunt, Mons Falco, Candida, Serpitũ ſupraq́; altiſsimis ac difficilimis in montibus Tremulis Vulturata ciuitas. Supra Beneuentum ſpatio CCC. ferè paſſ. Caloris amnis in Sabbatum influit, ita quoq; Liuio f dicente, cum Hannonẽ tertio à Beneuento lapide iuxta Calorem fluuium cum exercitu inſediſſe ſcribit. Eiuſdem amnis & Antoninus in Itinerario meminit. Dextra vero ris ad montes colleſque ſupra Beneuentum flectentis, Iapygium, Cuſanum, Montellum vetus, & altiùs Montella oppidum titulo Comitatus inſigne. Calo-

a. in uita Adr 4.
b. lib 15. hiſt.
c. Blond. lib. 17. hiſt. Plat. in uita Greg. 9.
d. lib. 16. hiſt.
e. in eius uita.
f. lib. 24.

rem ſpatio trans Sabbatum millium duorum Imperator Valens, non autem Valẽ
tinianus ne quis erret, ponte ſtrauit. Is Valentinus dicebatur, & viam Appiam cõ
iungebat· nunc collapſus cernitur. Læua dein huius amnis propinqua ſunt Apiti-
um, vbi alius erat pons Appia cõmeantibus ſeruiens· tum Mirabella, Tauraſum,
Cuſanum, Baniolum, Cuſſanum, & Noſcum oppida. Hîc ſe Apenninus attoll[illegible]e
incipit, circa fluminis Caloris initium. Altero montis latere exaduerſum fon[illegible]
loris Aufidus naſcitur, vti in Apulia diximus· vbi quoq; illum amnem ſolum ex [illegible]
teris Italiæ cunctis Apenninum ſecare, & Apulia vtraq; diuiſa, demum Adri[illegible]
mari illabi monuimus. Deinde Tripaltus in Calorem intrat. Vicinum illi no[illegible]
oppidum Tripalta, ferrarijs officinis notum, ornatumq́; titulo Marchionatus. I[illegible]
in maiori fano corpus D. Hypoliſti martyris & ſacerdotis ſeruatur· ad cuius m[illegible]
numentum diuinitus eduntur miracula· & pridiano poſtridianoq; ac ipſo [illegible]
ſto die mãna mittitur exudante marmore: feruntq; vnà D. Sabinum & Ro[illegible]
eſſe, vti epithaphium adiectum docet. Sequitur in Tripalti amnis dextra perin[illegible]s
& infamis latronum domicilio ſylua, Tripaltina propter amnis vicinitatẽ co[illegible]
minata. Super eam, dextrà, prope flumẽ, Bonetum, Crypta Menarda, Fl[illegible]
que læua, Miletum, Amandum, Iunculum· ſupraque hæc oppidula in A[illegible]
nino Mons Grumus, quondam ita dictus, nunc Crepacorius. Exit hinc [illegible]
nis Tripaltus· deſcenditque è Crepacorio Miſcanus, quem Caloris eodem [illegible]
co vbi & Tripaltum excipit. Dextra iuxta eos Curſanum, & Mons Caluus. I[illegible]
ipſos amnes medius eſt collis aſper ac difficilis, in quo ciuitas Arianum [illegible]
bus vt Volaterranus ſcribit, Ara Iani dicta· quanquam nullo antiquitatis ve[illegible]
gio notabilis. Titulum nunc ſuſtinet Comitatus. Pòſt, ad dextram Miſcani [illegible]
le Mons Malus, Bonalbergium, Caſale arboris, & Caſtellum francum offeru[illegible]
tur. Succedit oſtium Tamari amnis, quo in Calorem ſe exonerat, paulo ſuperi[illegible]
quàm is in Sabbatum apud pontem Valentinum euoluatur. Tamarum A[illegible]
nus in Itinerario vocauit. Aquarum copia nihilo minor Calore eſt. M[illegible]
rum fluminum regione, pari ab vtroque interuallo Padulæ eſt oppidum· ſu[illegible]
in dextra Tamari nec procul ab ripa ſunt, Ad D. Georgij, Molinaria, Caſal[illegible]
Regnanum, Ad D. Mariæ, Collis, inclytum exceſſu Iacobi Caldorę pr[illegible]
belli ducis vti diximus, item Cercellum, Coſſianum, & Ad Crucem ſan[illegible]
pit hîc immenſa ſylua, quæ latus Apennini vtrumque amplectitur, vnum vſq[illegible]
Phiternum amnem Apuliæ terminum, aliud vſque ad Tamarum. Quanquam a[illegible]
tem in latum non vltra P. M. IIII. pateat, amplius tamen XX. vti ego vidi in [illegible]
gum protenditur. Perhorrida mehercules ac obſcura denſitate vaſtitateque ſ[illegible]
ſarum quercuum eſt. De cætero in læua iuxta Tamarum Petra Pulcina, Pauo[illegible]
Peſtulonium, Farnetum, Campus Lotharius, Monaſterium Iulietorum, M[illegible]
conium, Saxum Honorij, & in Apennino Sepinum ciuitas à Ptolemęo de[illegible]
a. lib. 10. pta. Sed & Plinius in quarta regione Sepinates memorat. Liuius a Papyrium [illegible]
ui apud Sepinum conflictu victorem, ex hoſtibus VII. mill. CCC. cæcidi[illegible]e, [illegible]
Mill. cepiſſe, paſſim etiam eorum agro vaſtato ſcribit. Vrbem hanc Ferandi p[illegible]
mi, Neapolitani regis temporibus Angelus Sepinas excellẽs Philoſophus & me
dicus plurimum illuſtrauit· qui apud Neapolitanos diu ſummo in honore vi[illegible]t.
Sequitur Altauilla, Principatus titulo clara· ſupra quam in Apennini iugo Ca-
ſtellum vetus eſt, Tamari initijs propinquum. Ad Sabbati læuam, infrà, in plani-
tiem redeunti ſub colle, mille paſſ. ab amne vetus occurrit ciuitas Theleſia, ſic [illegible]

Stra-

Strabone, Liuio, Ptolemæo, Antoninoque nominata. Meminit eius non vno in
loco Liuius, nominatimque cum *a* Annibalem ex Hirpinis in Samnium mouiſ- *a.lib.22*
ſe, perque Beneuentanum agrum vſque ad Theleſiam populationibus graſſatum,
iteálibi *b*, cum iterum à Fabio Max. Conſ. Cumpluteriam, Theleſiam, Compſam, *b.lib.24*
Meles, Furſulas, & Orbitanum de Samnitib9 capta ſcribit. Amnis hac in vrbe na-
ſcitur tantæ frigiditatis, vt nullum generet piſcem. Incola Sabbati eſt. Propinquũ
etiam ad Sabbatum inuenitur Limata oppidum. Abhinc ad oppidum Pontem tor
r tes quatuor intercedunt, qui deinde corriuati, vno oſtio in Sabbatum ferũtur.
Deſcendũt ex Apennino, vicinaq; fontibus eorũ oppida ſunt quatuor, Ad D. Lau-
r nnum, Ad D. Lupum, Pons Landulphi, & Caſalonium. Hactenus Beneuentani
agri pars, quę Sabbati amnis læuam complectitur, expoſita eſt: conſequenter igi-
ur alia, quę dextram eius ſtringit, percurrenda. Primùm hoc latere flumen occur-
Seritella, è Caudinis mõtibus oriens, ſic ab antiquiſsima vrbe Caudio denomi-
is, q admodũ & Vallis Caudina cũ Furcis, notiſsima ſcriptoribus antiquis lo
ob inſignẽ illam Romanorũ ignominiã, quæ legionib9 eorum à Samnite ibi ſub
m miſsis accepta, vti in tempore cõmemorabitur. Incola quoq; Sabbati Seri-
lla eſt, illique decurſa valle quadam iungitur, vbi oppida ſunt Caſtellum Pozo-
m, Peſcolia, Mons Saticulus à Liuio perſępe momoratus, præcipueque cum *c* *c.lib.23.*
larcelli à Caſilino iter Calatiam, tranſitoque Vulturno amne Nolam, per agrum
ticulanum & Trebianum, perque montes ſupra Sueſſulam deſcribit. In proxi-
deinde Caudina vallis eſt, nunc Gardani dicta teſte Collenutio *d*. Cernuntur *d.lib.6.*
c antiq vrbis veſtigia, Caudiũ veteres oẽs vocãt. Plinius in Hirpinis Caudinos *hiſt. Reg.*
nit, Ptolemęus Caudium in Samnitibus, vti quoque multis in locis Liuius *e*.
ud procul etiam à Monte Saticulo ciuitas Harpadium, vt antiqui vocant, ab- *e.lib.9.*
, vicina Furcis Caudinis, quas ita veteres nominant, præſertim Liuius *f* & Flo- *f.lib.9.*
s, inſigni Romanorum ignominia quorũ legiones hic ſub iugum miſere Samni-
, nclytas. Eam rem Liuius his fere verbis narrat. T. Veturio Caluino, Sp. Poſt-
mio Coſſ. Samnites Imperatorem Claudium Pontium Herennij filium habue-
Is exercitu educto circa Caudium caſtra quàm poteſt occultiſsimè ducit: inde
Calatiam vbi iam Coſſ. Romanos caſtraq; eſſe audiebat, milites decẽ paſtorũ
itu mittit, pecoraq; diuerſos alium alibi haud procul Romanis paſcere iubet p̃
js, vbi inciderint in p̃datores, vt idem omnib9 ſermo cõſtet, legiones Samnitiũ
Apulia eſſe, Luceriam omnib9 copijs circũſidere, nec p̃cul abeſſe quin vi capi-
. Iam & is etiam rumor antè de induſtria vulgatus venerat ad Romanos, ſed fi-
uxere captiui, eo maximè quòd ſermo inter oẽs cõgruebat. Haud erat dubiũ
n Lucerinis opẽ Roman9 ferret, bonis ac fidelib9 ſocijs, ſimul ne Apulia omnis
ntem terrorẽ deficeret, ea modò quà irent conſultatio fuit. Duæ ad Luceriam
ferebãt, altera propter oram ſuperi maris, patens apertaq;, ſed quanto tutior,
o verè longior, altera per Furcas Caudinas breuior, ſed ita natura loci eſt. Sal-
duo alti ſyluoſique ſunt, montibus circa ſe perpetuis inter ſe iuncti. Iacet in-
eos ſatis patens clauſus in medio campus herbidus aquoſuſque, per quem
lium iter eſt: ſed antequam venias ad eum, intrandæ primæ anguſtiæ ſunt,
ut eadem qua te inſinuaueris, retro via repetenda, aut ſi ire porrò pergas, per
m ſaltum arctiorem impeditiorémque euadendum. In eum campum via
per cauam rupem Romani præmiſſo agmine, cum ad alias anguſtias

Ll 4 proti

protinus pergerent, ſeptas deiectu arborum ſaxorumq; ingentium obiacēte [illegible]
inuenere. Cum fraus hoſtilis apparuiſſet, præſidium etiam in ſummo ſaltu co[illegible]
citur: citati inde retro quà venerant pergunt repetere viam: eam quoque clau[illegible]
ſua obice armiſque inueniunt. Siſtunt inde gradum ſine vllius imperio: ſtupor o[illegible]
nium animos ac veluti torpor quidam inſolitus membra tenet: intuenteſq; e[illegible]
lij alios, cum alterum quiſque magis mentis cōpotem ac conſilij ducerent, diu [illegible]
mobiles ſilent· deinde vbi prætoria Conſulum erigi videre, & expedire quo[illegible]
vtilia operi, quanquam ludibrio fore munientes perditis rebus ac ſpe omni a[illegible]
pta cernebant· tamē ne culpam malis adderent, pro ſe quiſque nec hortante v[illegible]
nec imperante ad muniendum verſi, caſtra prope aquam vallo circundant. E[illegible]
cum fruſtra multi conatus ad erumpendum capti eſſent· etiam omnium re[illegible]
inopia eſſet, victi neceſsitate legatos mittunt, qui primùm pacem peterent ęqua[illegible]
ſi pacem non impetrarent, prouocarent ad pugnam. Tum Pontius debellat[illegible]
reſpondit · & quoniam ne victi quidem ac capti fortunam fateri ſcirent, inermes
cum ſingulis veſtimentis ſub iugum miſſurum. Sic Liuius. Et miſsi mox [illegible]
ma cū ignominia ſub iugū Romani. Id hoc modo fiebat. Defixis in terrā duab⁹ [illegible]
ſtis, ſuper eas tertia ligabatur: tunc victi diſcingebantur, & ſub illa tranſibant iner
mes. Iniuriam verò hanc L. Papyrium Curſorem pòſt in Samnites vltum, le[illegible]
bus eorum viciſsim ſub iugum miſsis eodem libro Liuius, itemq; L. Florus co[illegible]
a.lib.8. memorat. Loci huius mentionem Silius a quoq; facit inquiens: Caudinis fauc[illegible]
hęrent. Nunc anguſtias Harpadij nominant· & vbi ſub haſta Romanus tra[illegible]
Iugum D. Mariæ. Vallis Caudina Beneuento, interfluente amne, P. M. octo fer[illegible]
abeſt· Furcę XIIII. Sequuntur ab alia parte vallis, Ad D. Martini, Penna Stu[illegible]
Ad D. Angeli ſcalaris. Tū de[illegible]tra Sabbati ripa procedēti fluuius occurrit prę[illegible]
latoq; ex monte Virginis per planitiē in Sabbatū tendens. Mons Virginis eſt [illegible]
regno longè nominatiſsimus, nobileq; templum in vertice habet D. Vir[illegible]
riæ, cœlorum glorioſiſsimæ reginę, miraculis & ſanctitate inclytum, & innum[illegible]
bilibus diuorum reliquijs plenum: adiecto etiam in cœnobio carnib⁹ om[illegible]
ctarijsq; cunctis veſci nefas eſt· quò cum adferuntur, mox vermibus a[illegible]
re, haud ſane pręter miraculum. Hūc ad locum quotannis die feſto Penthec[illegible]
infinita populorū multitudo confluit, ad ſacrata delubra viſenda, matrem [illegible]
venerandam· vti priſcis temporibus finitimæ gentes ædem matris Deum q[illegible]
erat, frequentabant· cuius mentionem in Itinerario facit Antoninus, it[illegible]r S[illegible]
ne ad Columnam deſcribens· in qua priùs Equum Tuticum, deinde Matrem [illegible]
gnam recēſet. D. Virginis templum initijs huiuſmodi fundatum à Chriſti [illegible]
Pius quidā vir Guilielm⁹ hoc in loco domiciliū ſibi perexiguū vitæ ſolitarię [illegible]
dæ cum conſtituiſſet, iamq; vitæ integritate ſanctitateq; innotuiſſet fin[illegible]timis [illegible]
ope paulatim maligni dęmonis ædem demoliri, nouamq; hanc Matri dei co[illegible]
cœpit. Virgini Mariæ dicauit, quòd antè tot ſeculis Matris Deûm fuiſſet d[illegible]
& cœnobio pòſt adiecto nouum religioſæ vitæ modum inſtituit, appellauitq; [illegible]
dalitatem fratrum Montis Virginis· quæ deinceps illo ita perſanctè rebus hu[illegible]
nis defuncto creuit. Mons hîc pręcelſus ab Apennino diuiſus eſt, itēq; ab cæ[illegible]s
mōtibus, quos ſolùm radicib⁹ contingit. Et tales etiā plures ab Apēnin[illegible] ita [illegible]a-
ratos, tātęq; altitudinis, qua etiā ipſa illi⁹ iuga ſupent, Beneuētan⁹ ager habet. R[illegible]r
ſum in valle amnis quem de mōte Virginis in Sabbatum fluere diximus, hæc [illegible]nt,
Oppidum

oppidum Altauilla, Monsq́; Freddunus: & in propinqua conualle vetus ciuitas Abellinum, alia quàm quæ ſuperiùs in Campania fœlice dicta eſt. Abellinates co gnomine Protropos in Hirpinis recenſet Plini⁹, itéq́; Ptolemæ⁹. Et in libro Fiſci- Pontificij huius vrbis antiſtes Auellinenſis Epiſcopus, alteri⁹ verò in Cãpania A- uellinus nominatur. Altiùs dein aſpero in loco Mercuriale eſt oppidũ ab Antoni no in Itinerario nominatum, archimandritæ Mõtis virginis ſubiectũ. Hinc in alia conualle, quæ inter edita iuga ſupra torrentem Sabbati incolam panditur, vno la- tere Nigra palus, altero Serenũ eſt oppidum: nec procul inde locus quem Fõrinũ vocant ubi ſuperioribus annis inuentum ſepulcretum corporibus plenum, quæ teſtaceis inuicem tabulis diuiſa, omniaq́; adhuc ferme integra, martyrum fuiſſe fe runt. Id cœmeterium Ad D. Fœlicisſimum appellatur. Iuga hinc ſunt Apenni- ni, quæ Montes Tremulos vocari diximus, vnde Sabbatus oritur. Nunc ad aliam partem agri Beneuentani verſus occaſum tranſeuntibus, primùm in ea Mons Mat thæus qui ab Apennino inſtar rami longiſsimè latiſsimeq́; per mediterranea pro tenditur, totus horridus, aſper, ſaxoſusq́; ac inanis. In radicibus flumẽ oritur Pra- tellum, ab oppido Pratello quod iuxtà eſt nomen habens. Ab eius fonte Caſtellũ Galli haud procul abeſt. Montem hũc priſci incoluere Sãnites, robore, firmitate, induſtria; corporũ validi, vti montani nimirum homines eſſe ſolent: idq́; Liuius a ferè verbis commemorat. Exercit⁹ alter cum Papyrio Coſule locis maritimis peruenerat Arpos per omnia pacata, Samnitium magis iniurijs & odio, quàm be- neficio vllo populi Rom. Nã Samnites ea tẽpeſtate in montibus vicatim habitan tes, campeſtria & maritima loca contẽptu cultorũ molliore, atq; vt euenit ferè lo- cis ſimili genere, ipſi montani atq; agreſtes depopulabantur: quæ regio ſi fida Sam nitibus fuiſſet, aut peruenire Arpos exercitus Romanus nequiſſet, aut interiecta in- ter Romam & Arpos penuria rerũ omniũ excluſos à cõmeatibus abſumpſiſſet. I- ta Liuius. Dein ſub monte hoc Mattheſio lac⁹ eſt circuitu P. M. X. cuius pars am- ni Vulturno propinqua: quo ſitu Caſtellum Ailanũ mox aliud D. Angeli, quod ... æ, caninæ nominatur: nec procul inde oppidũ item Pes montis, p̃celſo in cole, ... bter quem amnis exoriẽs per agrum Aliſanum M. P. quatuor euoluitur ac de- ... um propter Aliſam in Vulturnum ſe cõdit. Collis quem cõmemoraui m⁹, ſuper ... liſam eſt. Eam vrbem ita Strabo, Ptolemæus, Antoninuſq́; vocat. Plinius Aliſa ... os in Hirpinis ſecunda regione cenſet. Mentionem antiquiſsimi huius oppidi Li ... us perſæpe facit: nominatim verò cum b Q. Fabium Procõſulem ad vrbem Ali- b.lib.9. ... s cum Samnitium exercitu ſignis collatis minimè ambigua re conflixiſſe ſcri- ... fuſos enim hoſtes, atq; in caſtra cõpulſos, eaq́; circumſeſſa & nocte cuſtodita ... quis elabi poſſet poſtera die vix dum luce certam deditionem factam, & pactũ, ... Samnitium forent, vt cum ſingulis veſtimentis emitterentur eos omnes ſub iu ... m miſſos. Collem hunc ſuper Aliſam eum eſſe arbitror, quo de Liui⁹ ait c, Fabiũ c.lib.22. ... oq; caſtris motis trangreſſum ſaltũ ſup Aliſas loco alto ac munito cõſediſſe, ... ũ Annibal toto agmine p̃ ſaltũ traducto, & quibuſdã in ipſo ſaltu hoſtium op- ... ſsis, in agro Aliſano caſtra poſuiſſet. Trib⁹ ab Aliſa P. M. amnis Vulturnus flu ... qui hic antiqtùs Campaniæ fœlicis & Sãnij diſcrimẽ habebatur. Deinde quarto ... Aliſa lapide verſ⁹ occaſum Petra Roia cernitur, alto difficiliq́; in colle, ſup quẽ ... nis cadit propinquo loco ex Mattheſio monte deſcẽdes, & inde p̃pe Puliauel- ... a Vulturno ſe immergens. Ad eum in mediterraneo caſtella duo vicina ſunt, Faui-

Fauicolum & Loium. Ita Samnij parte, quæ Beneuentani quondam agri erat, ab-
ſoluta, quoniam reliquum huius regionis diſſerēdum quoque eſt, deinceps ad lo-
ca Silari Vulturniq; fontibus contermina, quæ Samnitium olim fuere, tranſie-
mus: indeq́ue ordine ad Beneuentani agri partem quam nunc prętermittimus, re-
uertemur. Primùm itaq; de Sora dicēdum ſic veteribus appellata, Silioq; nomina
a.lib.8. tim hoc [a] verſu: Ducebat ſimul excitos Soræq; iuuentus. Eā Plinius in prima regi-
one memorat, Strabo in Cāpania fœlice, Ptolemæus in Latio: at nos Samnitib⁹ at-
tribuemus, cum quòd in Veſtinis ſit vti alibi docuimus, quæ gēs Samnitiū erat, tū
ꝙ à Samnitibus de Volcis càpta, colonisq; IIII. Mill. impleta fuerit, vt meritò Sam
b.lib.9. nitiū vrbs haberi debeat. Liuius [b] colòniam Romanorū deductam ſcribit, L. Poſt
c.lib.10. humio, T. Minutio Coſſ. & iterùm [c] L. Genutio, Ser. Cornelio Coſſ. cum Alba. Sed
& alijs in locis eiuſdem meminit. Sub imperio Romano diu florentem olim, dire
d.lib.17. ptam crematamq; tandem à Friderico II. Imper. Gregorij IX. Pontif. Max. tēpori
hiſt. bus auctores ſunt Blondus [d] & Platina [e]. Quis poſtea refecerit, non inueni. Vici-
e.in uit.a. na Liri eſt amni, populo haud infrequens, tituloq; Ducatus ornata. Quondam om
Greg.9. nis inter Soram & Beneuentum ager Samnitiū fuit: quē cum deſcribere inſtitueri-
mus, primùm à Gariliano exordiemur: de quo licet in Cāpania quoq; dictū ſit, ta-
men hîc etiā cōmemoranda quędam ſunt viſa. Veteres amnē hunc Lirem vocant.
Initium duob⁹ ex fontibus trahit, vno ſupra Sorā VIII. P. M. in Apennino, non ꝓ-
cul oppidulo Capiſtrello, altero millibus IIII. à Sora prope caſtellum Peſtrozzi,
quem Raſſanus mirificè laudat: nunquam clariorem aut perlucidiorem aquam
ſibi viſam aſſerens: ſiquidem in ea quantumuis & mirabili copia prorumpat,
& altitudinem non modicam habeat, tamen quiduis etiam in fundo exiguum in-
ter piſces mira cum voluptate ſpectantium diſcurſantes, poſſe diſcerni. Blon-
dus originem eum ex Fucino lacu habere vult, vti quoque Plinius tradere vide-
tur. Riui amborum curſu infra Soram delati confluunt, ita vt ſuperiùs peninſula
relinquatur, in qua ſunt oppida, Peſcum, Poſta, Lobrutullium, ipſaq; Sora, P. M.
X. ab D. Germani, quo de poſtea dicemus. Capiuntur in ijs fontium riuis car-
piones: verùm non ea magnitudine, qua in Benaco. Supra peninſulam de qua [illegible]
tius Apenninus cernitur, altiſsimis aſperrimiſque iugis horridus incult[illegible]
nec vllis mortalium habitationibus frequentatus. Dextra tamen peramœna fertì
liſque regio eſt, Cominum vocant ab antiqua vrbe Cominio, quæ hîc olim fu-
f.lib.20 it: cuius perſæpe meminit Liuius, nominatim [f] vero captam à Sp. Carulio
Conſule narrans, quum defenſores à muris ac turribus in forum compulſi om-
nes, pauliſper inde tentauerunt extremam pugnæ fortunam: deinde abiectis armis
ad XI. mill. hominū & CCC. in fidem Conſulis venerunt, cęſis ad IIII. Mill. CCC
LXXX. Tractum hunc amœnū editiſsima montium iuga cingunt. Caſtella paſ-
ſim non infrequentia. Vicalium, Aluetium, Ad D. Donati, Ad Septem fratres, Pi-
cineſtum, Gallinarium, & Caſale Iuerum: dextraq; ſecundū montes Atina antiquiſ-
ſima ciuitas, vna ex ijs quas Turno cōtra Aeneam arma fabricauiſsie Virgilius ait
inqens [g]: Quinq; adeo magnæ poſitis incudibus vrbes Tela nouant, Atina potens.
g.lib.7. Aene. Memoratur etiā Silio [h] dicenti: Nec Fabrateriæ vulgus, nec monte niuoſo Deſcen
h.lib.8. dens Atina aberat. Ptolemæus Atinā in Latio ponit, ego in Samnitibus, vti item
Soram. In libro coloniarum ita ſcriptum legitur. Atina muro deducta colonia.
Deduxit Nero Claudius. Iter populo non debetur. Ager eius pro parte in
lacini-

lacinijs & ſtrigis eſt aſsignatus. Atinates Plinius in prima regione numerat: neque de hoc mirari, quemadmodum nec de Ptolemæi ratione oportet · quoniam Latio tam propinqua vrbs eſt, vt inter eius oppida ferme recenſeri poſſe videatur. Meminit eius perſæpe Liuius, *a* maximéque quo loco, C. L. Petilium Dictatorem recentet nominatum, cum audiſſet arcem Fregellanam ab Samnitibus captam, omiſſo Bouiano ad Fregellas duxiſſe narrat· vnde nocturna Samnitiũ fuga ſine certamine receptis Fregellis præſidioque valido impoſito, in Campaniam reditũ, maximè ad Nolam armis repetendã, quã nec ita multò pòſt à C. Iunio Conſule cum Atina & Calatia captam aliquos prodidiſſe ſcribit. Calatia vrbs Atinæ propinqua erat. Mentionem eius frequenter quoque facit Liuius. *b* A Plinio in prima regione deſcribitur. Nos ea de ſatis in Campania diximus· quapropter hîc non erimus longiores. Titulum nunc habet Comitatus. Propter Atinam amnis est Melphis Straboni Plinioq; dictus, qui hîc propinquo loco ex Apennino deſcendens, per planitiem vſque ad Fregellas, indeq; non procul in Lirem euoluitur. Deſcenſu hinc in loca ſubiecta ſub Caſali Iuero ad Melphem, læua, modicum inuenitur caſtellum Sclauonium· infraque aſperrimo in colle Arpinum, cuius mentionem facit Silius *c* inquiens: Accollit Arpinas accita pube Venafro· itẽ que Liuius plurimis in locis· maximè *d* cum Romanos Soram, Arpinum, & Ceſſeniam de Samnitibus cepiſſe, coloniaſq; priùs in eaſdẽ vrbes fuiſſe miſſas· præterea alibi Arpinates & Trebulanos ciuitate donatos, L. Genutio, Ser. Sulpitio Coſſ. ſcribit. Plinius Arpinates in prima regione numerat· Oppidum hoc apud veteres ſcriptores inter alia antiqua celeberrimum origine C. Marij ſeptimùm Conſulis· qui tot inſignes de populi Rom. hoſtibus victorias retulit, pſertim de Cymbris & Teutonis, vti à Liuio, *e* Floro, Plutarchoq; *f* monumẽtis eſt traditũ. In imo tũ Fibrenus amnis (eo de Sili*g*: *g* Atq Fibreno miſcentẽ flumina Lirẽ) inter Arpinum & Soram fluit, cõiungiturq; Liri apud villã D. Dominici vti nunc locus appellatur, ſex ab Arpino P. M. vbi Marcũ Tulliũ in lucem editũ Petrus Marſus ait. Et quidem de hac villa Cicero ipſe ſcripſit *h* hoc modo. Sed ventum in inſulã eſt: hac vero nihil eſt amœnius: vt em̃ hoc quaſi roſtro finditur Fibrenus, & diuiſus æqualiter in duas partes latera hæc alluit, rapideq; dilapſus cito in vnum confluit, & tantum complectitur, quod ſatis ſit modicæ paleſtræ loci· quo effecto tanquã id habuerit operis ac muneris, vt hanc nobis efficeret ſedem ad diſputandum, ſtatim præcipitat in Lirem, & quaſi in familiam patritiam venerit, amittit nomen obſcurius, aquamq; multo gelidiorem facit. Nec enim vllum hoc frigidius flumen attigi cũ multa acceſſerim, vt vix pede tentare id poſsim, quod in Phœdro Platonis facit Socrates. Paulo verò priùs id . . . huiuſmodi erat ſermone vſus. Hæc eſt mea & huius fratris mei germani patria: hinc enim orti ſtirpe antiquiſsima ſumus, hic ſacra, hic genus, hîc maiorum multa veſtigia· quid plura? hanc vides villã vt nũc quidem lautiùs ædificatam patris noſtri ſtudio· qui cum eſſet infirma valetudine, hic ætatem egit in litteris: ſed hoc ipſo in loco cum auus viueret, & antiquo more parua eſſet villa, vt illa Curiana in Sabinis, me ſcito eſſe natum. Ita Cicero ipſe, verum eloquentiæ decus, & latinæ linguæ parens illuſtratorq;: cuius laudes ſilentio potiùs omittẽdæ, quàm modicè dicendæ viſæ· quoniam vti· plurimis accidit, verò antè me vires deſerturas, quàm id plenè poſsim aſſequi perſuaſum habeo. *i* de Cicerone verſus adijcere operæ pretium putauimus, huiuſmodi:

Tullius æratas raptabat in agmine turmas

Regia

a.lib.9. *b.lib.9.* *c.lib.8.* *d.lib.9.* *e.lib.86.* *f.in uita. marij.* *g.lib.8.* *h.lib.2. de legib.* *i.lib.8.*

Regia progenies, & Tullo ſanguis ab alto
Indole proh quanta iuuenis, quantumq; daturus
Auſoniæ populis ventura in ſecula ciuem.
Ille ſuper Gangen ſuper exauditus & Indos
Implebit terras voce, & funalia bella
Fulmine compeſcet linguæ: nec deinde relinquet
Par decus eloquio cuiquam ſperare nepotum.

Marcum Tullium quoque Plinius haud vulgariter celebrat, vti cætera laudatorum ſcriptorum cohors tota: omnibus multo antè defatigatis, quàm ipſi ſibi ſatisfecerint: qua de cauſa neque nos de tanto viro plura nunc dicere inſtituemus. Sub Arpino læua, prope Melphem oppida ſunt, Fontanum, & Arceum: ſupraq; vbi duo Liris capita in vnum cõfluunt, Inſula caſtrum, amnibus ijs complexum, Interamnia veteribus dicta, Strabo Liuiuſq; docent, nimirum quòd inter binos eſſet amnes poſita. De cætero ſecundum eiuſdem fluminis decurſum oppida, Turris, Campus Largus, & Inſoleta ſunt. Ad Samnium deinde pertinet tractus etiam ille omnis citra fluuium, qui ex Apennino naſcens, ad occaſum propter Caſsini montis radices in Lirem præcipitat apud Pontem Corui. Non procul ab eo amne ciuitas abeſt Aquinum, ita veteribus appellata, nominatimq; Straboni, qui vicinam fluuio Melphi dicit. Men-
a.lib.8. tionem eius etiam fecere Antoninus in Itinerario, ac Silius, a his verbis. atque
b.lib.12. ris ingens occurrit Aquinum: item alibi: b mox & vicinus Aquinas. Nunc collapſa pene iacet: vt tamen antiqua morientis veſtigia ſuperiorem eius amp[illegible] haud obſcurè teſtentur. A Plinio in prima regione ponitur, ſimiliterq; in La[illegible]
c.lib.17. Ptolemæo. Tacitus c coloniam Aquinatem vocat vti quoque Liuius. d Hac in
d.lib.26. be Robertum Guiſcardum Normanum à Gregorio VII. Pontif. Max. poſt C[illegible] LXXIII. anno magna cum ſolennitate Ducem Apuliæ Calabriæq; dictum Bl[illegible]
e.in uita. Greg.7. dus & Platina e ſcribunt. Inclyta eſt D. Thomæ Aquinatis de regia Sicili[illegible] ſtirpe monachi prædicatoris ortu, ſanctiſsimaq; vita, ac ſingulari eximiaq; do[illegible] na: qui non minus herclè Aquinum, ac Marcus Tullius propinquum Arpin[illegible] bilitauit. Nati etiam hîc Peſcennius Niger Imperator, vt ab Herodiano in Cæſaribus, ac Iuuenale Satyrico proditum: item Victorinus ſummus Geometra, [illegible] ca Leonem primum Pontif. Max. vt aliqui volunt, floruit, & iuſſu Hilarii Po[illegible] cõputationẽ Paſchatis ad Lunę curſum accõmodauit: qua in re ſup Euſebiũ, [illegible] philum, ipſumq; antè ſuum pręceptorem Proſperum excelluit. Aquinum eſi[illegible] tum fere nunc ruinis conciderit, tamen Comitatus habet titulum, quo ſuperi[illegible] bus annis Ferrandus Daualus Comes Aquinas, & Marchio Piſcariæ præſtan[illegible] mus Caroli V. Imper. belli præfectus eluxit: qui ſe præclara D. Thomæ Aquinatis ſtirpe ortum gloriabatur, & plurimis inſignibus victorijs illuſtris, anno à C.N. MDXXVI. excedens, apud Neapolim ſepultus eſt, rerum geſtarum magnitudine ampliſsima de ſe fama poſteritati relicta. Læuo Aquini latere caſtellu[illegible] um alto inſidet colli, Arx ſicca, vbi triennio Thomam Aquinatem virginali c[illegible] tate adoleſcentem ipſa eius mater concluſum tenuit: omnibus eum artibus, nec blanditijs, quàm etiam minis vt habitum ſodalitatis prædicatorum abijceret, adigere contendens. quanquam nullo modo ne à matre quidem filius expugnari potuerit: quamobrem & zona caſtitatis ab ſanctiſsimis angelis propter conſtantiam accingi meruit, vti in eius vita copioſè legitur. Pòſt, in vertice montis locus appa-
f.lib.9. ret quondam Caſini Romanorum coloniæ, quemadmodum à Liuio traditur, f colo-

coloniã eò deductã vnaq́; Minturnas ſcribente. Meminit eius idẽ etiã *a* alibi· item *a.li.36.*
Antoninus in Itinerario· p̃terea Strabo, qui Latinorũ p̃claram vrbem appellat· &
Plinius, à quo in prima regione numeratur· Silius *b* etiã his verbis: Nymphiſq; ha- *b.lib.12.*
bitata Caſini Rura. Aedes hîc erat Apollinis · vbi poſtea magnificũ Caſsinẽſe mo
naſteriũ ſic ab extincta vrbe dictũ D. Benedictus Nurſin⁹, monachorũ in Italia pa-
ter fundauit, vnaq́; cum D. Scholaſtica ſorore ſitus eſt. D. Gregorius tñ in dialogis
refert antiquũ illud ipſius Benedicti ædificiũ Longobardos euertiſſe, queadmodũ
auctor ipſe p̃dixerat. Id vero CXII. anno poſtquã conditũ fuiſſet, à primis funda-
mẽtis inſtaurauit auxitq; Petronius Petronatius Brixian⁹ ſuaſu Gregorij II. Põtif.
vt Paulus Diacon⁹ *c* & Helias Capreolus *d* tradunt: etſi Blondus aliter rogatu Ste *c.lib.6. hiſt.*
phani II. Pontificis, Antonini & Anaſtaſij II. Imperatorũ tẽporibus hoc factũ ſcri *d.lib.5.*
bat. Refecto ita cœnobio multos etiã ille monachos dedit· quorũ facultates au- *hiſt. Brix.*
ctore Volaterrano *f* quotãnis aureorũ nummûm XL. millia reddebãt. Totilã Go *e.lib.17.*
thorũ regem huc ad D. Benedictũ, quem fatidico ſpiritu pollere cognouerat, ho- *hiſt.*
noris cauſa veniſſe ſcribit D. Gregorius. *g* Blondus *h* Caſsinati monaſterio Ludo- *f.lib 21.*
uici primi Imper. tẽporibus Saracenos inieciſſe flãmas· alioq; *i* loco, Fridericum *c.v.*
ſecundũ monachos eieciſſe, latronesq́, ac ſicarios, & perditorũ hominũ impoſuiſ *g.lib.2.*
ſe genus, p̃cuſſo etiã ex ſacris tẽpli vaſis nũmo, tradit. Demũ verò id rurſum lon- *Dialog.*
gè melioribꝰ auſpicijs reparatũ eſt: diu nãq; priùs cõmendatione habitum · ideoq́; *h.lib.12. hiſt.*
peſsimè nõ ſolũ temporali, ſed etiam ſpirituali gubernatione affectũ, cum Ioanni *i.lib.17.*
Medici Cardinali, q̃ poſtea Leo X. Pontifex dictus cõmendatũ fuiſſet, ille pruden *hiſt.*
ter animaduerſa loci calamitate, monachos eò ex ſodalitate D. Iuſtinę deduxit, ijs
q́; curã omniũ demandauit, vt ita nũc illorũ incolatu floreat. Priuſquã vltrà pro-
cedamus, referendum nobis illud prodigium eſt viſum, quod Caſini accidit, & à
Plinio *k* ita refertur. Ex fœminis mutari in mares non eſt fabuloſum· inuenimus *k.lib.7.*
enĩ in annalibus Licinio Craſſo, C. Caſsio Longino Coſſ. Caſini puerum factum *cap.4.*
ex virgine ſub parentibus, iuſſuq; aruſpicum deportatũ in inſulam deſertam. Sic il
le. Et nobis equidẽ hoc fabuloſum aliquãdiu viſum fatemur, donec ſimiliter Ale-
xandri VI. Pontif. tẽporibus puellã ipſo nuptiarum die, veſperi inter choreas can
tuſq; ac muſicos ſonos repente marẽ apparuiſſe cognouimus. Id à Volaterrano me
moriæ proditũ· noſq; iam perpenſa apud animũ re, neq; fabulã eſſe, nec fieri omni-
no non poſſe cenſemus: priùs ſiquidẽ genitale maris cõpreſſum occultumq; latu-
it imbecillitate naturæ· quã tum hilariores epulæ ſymphoniæq́;, tum ſaltationes,
ac id genus quę ſolent in nuptiarũ ſolennibus hilaritatis & genij fomenta incita-
mentaq; eſſe cum adiuuarunt, excitarunt, firmaruntq́;, manifeſtò ſe prodere con-
tigit. Hæc in gratiam curioſorũ cõmemorare voluimus. Sequitur in radicibus Caſ
ſini montis ad orientẽ verſus D. Germani caſtrum, ab illo ſancto Abbate q̃ con-
didit ita dictum· pernitidis fontibus tum ipſo in oppido, tum extra paſsim exilien
tibus abundans, quos amnis in p̃pinquo fluens Omnis colligit. Is IIII. ab D. Ger-
mani P. M. iuxta D. Eliæ, p̃pter Appenninũ caput tollit, modicis admodũ initijs·
ſed permagnus tot fontiũ aquis exceptis. Oppidulũ hoc vnà cũ alijs hoc ſitu mul-
tis ad Abbatiã Caſsinenſem p̃tinet. D. Germani incolæ maiori ex parte fabri ſunt
acuum, quę tanta hîc varietate fiunt, vt artificum ingenia tam multiplicia pro mi-
raculo planè habeantur. Eas q̃a non ſolũ apud vicinas gentes verumetiã in alijs I
taliæ regionibus longinquis culmen bonitatis & æſtimationis obtinent, quã in lõ
giſsimè mercatores exportant. Amnis quẽ D. Germani oppidum p̃terfluere dixi-

mus,cõtinuis augetur incrementis ꝓpter accedentes vndiq; fontes fluuioſq; ſed
curſu P.M.ferme XII.confecto,in Lirẽ haud procul à Ponte Corui cadit. Vnum è
tribus Samnitiũ eſt,quorũ acceſsione Liris præcipuè augetur. Infra D. Germani
ad alterũ lapidẽ ingentes ædificiorũ ruinæ cernuntur,vt Blondus & Raſſanus cen
a.li.10. ſent,veteris Interamniæ,quæ à Liuio *a* Romanorũ colonia dicitur, & in via Latina
b.lib.26. fuit,itemq; ab eodem *b* in Annibalis è Cãpania ad vrbem Romã itinere memora-
tur: ſcribit quippe Pœnũ copijs à Sueſſula per agrum Alifanũ & Caſinatẽ ad viã
Latinam ductis, ibi ſub Caſino conſtitiſſe populabundum: inde verò propter In
teramniam & Aquinũ per agrum Fregellanũ ad Lirem mouiſſe. Fregellæ vbi nũc
Pons Corui,erant, vti in Latio docuimus: quoniam ager Fregellanus ad Latiũ per
c.lib.5. tinet. Fregellarũ Antoninus quoq; meminit in Itinerario,item Strabo, *c* vicinum il
lis Lirẽ tradens à Minturnis decurrentẽ. Plinius in prima regione Fregellanos re-
d.lib.8. cenſet. Liuius *d* ſcribit coloniã Fregellas deductam Pub. Plautio Proculo, Pub.
Cornelio Capula Coſſ. & alijs inſuper in locis eius meminit,quæ cum florens im-
perio multarũ vrbium Latini nominis potiretur,inqt Strabo,tandem quòd à po-
pulo Rom.defecerat,ab eo funditus euerſa eſt,vt ipſius ętate iam tũ exigui vic...
mam obtineret: quò tñ certis anni temporibus ſacrorũ ludorũque cauſa frequen-
tes adhuc hominũ fiebant cõuentus. Inclyta eſt M. Sextilij Fregellani reſponſo, Se-
natui pro duodeuiginti colonijs dato,quæ bello Punico ſecundo pro imperij ſub
ſidio appellatæ, & ex forma milites ſe paratos habere, & ſi pluribus opus eſſet p...
res daturos, & quicquid aliud imperaret velletq; populus Rom. enixè facturos ...
id ſibi neq; opes deeſſe, animũ etiã ſupereſſe dixerũt. Signini fuere hi, & Nol...
Norbani, Satriculaniq́ue, & Brunduſini, & Fregellani, & Nucerini, & Adri...
Firmiani, & Ariminenſes, & ab altero mari Põtiani, & Pęſtani, & Coſſani & ...
diterranei Beneuẽtani, & Aeſernini, & Spoletini, & Placẽtini, & Cremonẽſes. ...
Fregellas ager omnis ad dextrã viæ, quæ à D. Germani Cales ducit, Campanię tri-
buitur, ad læuam, Samnio. Operępretium etiã eſt ſcire, à Liris initio quod haud p-
cul ſupra D. Heliæ, ad Vulturni fontẽ interuallum eſſe modicũ. Vulturnus ve...s
Apenninũ ſpatio P.M.XII. excurrens, à tergo Vallem Rotundã & Aquã Fu...
exigua oppida relinquit, tandemq́, ad D. Vincentij caſtellum accedit, vnde m...e
ferè paſſ. interuallo cœnobiũ abeſt ampliſsimum ditiſsimumq́; D. Vicentij, quod
olim magnus monachorũ numerus diuinis officijs mancipatus incolebat, nu...c
verò cõmẽdatiõis iure poſſeſſum, indies operũ ſumptuoſiſsimorũ ruinis deforma
tur, nemine ſartum tectum exigente: quemadmodũ vulgò Cõmendatarij nõ tem-
plorũ curã habere ſolent, ſed fructuũ tantũmodo: de quibus exactã herclè gr...
ſimãq; Deo Max. rationẽ certè reddere cogẽtur. Monaſteriũ hoc à Vulturno am-
ne cognominatur, q hic perexilis fluit, etſi poſt modicum interuallũ acceſsione a-
quularũ ac fontiũ latitudinẽ altitudineḿq; pcipuam nanciſcatur: qua cõditione ...
ter Samnitiũ montes tractu P.M.XXX. in agrum Venafranum, inde XX. mill.
in Alifanum, hinc XXV mill. in Cãpanum euoluitur. Samnium & Campaniã vt
nõnulli volũt, à capite ſtatim diuidere incipit: ego tñ ex antiqs didici ripã eius vtra
que à fonte ad Venafrani agri fines vſq;, lęuã inde ſolã ad agrũ Alifanũ, Samnit...
ab Alifano agro deinceps vtramq; Campanis attribui, quoniã ijs in locis nil ... vn
quã iuris habuiſſe Samnites cõſtat: vt certò demũ affirmari poſsit, ab Alifano agro
Vulturnũ p Campaniã ſolam fluere. Sufficient hæc vt puto de Sãnij Cãpaniæq́; d...
ſcrimine: quapropter ad Vulturni alueum recurremus. Eius in dextra Mons Aq...
lus oppi-

us oppidū eſt:tum Arx Raùimola·mox ad D. Mariæ Oliuetinæ·poſtea Venafrū
n colle,ſicà Strabone dictum, eius oleum laudante·quo de Martialis etiam: Hoc
ibi Cāpani ſudauit bacca Venafri, Vnguētum quoties ſumis, & iſtud ole·itē Iuue
alis: Venefrano piſcē pfundit oliuo. Sed & Silius hoc verſu Venafrum nominat,
Accolit Arpinas accita pube Venafro· prætereaq́; Appianus *a*. A Plinio in prima *a.lib.1.*
egione collocatur, à Ptolemæo in Cāpania. Nō pcul Arpino Minturniſq́, ·ſed ab
D. Germani P.M.XVI. abeſt. Meminit eius perſæpe Liuius, itēq; Antonin⁹ in Iti-
erario. Seqtur in mōtibus Apennino finitimis, dextrà, ſupra fontē Vulturni Mōs
Niger· inde Riuus Frigidus·altiuſq́; vetus oppidū Forulū, quod nullo adhuc ſecu
priſcū mutauit nomen. A Vulturno dein P.M. tribus Furnellū eſt, frequens &
pulentū oppidū, agro amœno ac fertili, vitibuſq́; conſito nobilis ſucci, quales fi-
timorū quoq; locorū omniū habētur. Exaduerſum huic caſtello Vallis Porcina
onſpicitur, vbi vetuſtæ cuiuſdā magnæq́; vrbis veſtigia: nec pcul inde fluuius ab
Æſernia deſcēdēs in Vulturnū pcipitat. Hęc illa eſt Æſernia priſca, Romanorū co
nia Straboni dicta, itemq; Silio *b* & Appiano *c*,' quā Ptolemę⁹ in Sānitib⁹ ponit, *b.lib.8.*
ini⁹ in quarta regiōe, Aeſerninos memorās. Eius pſpę meminit Liuius maximè *c.lib.1.*
d ab Italicis vnà cū Alba, q̄ ipſa quoq; colonia erat, obſeſſam ac euerſam, ſcribit· *hiſt.*
d quoq; teſtatur Strabo. In libro coloniarū hęc legūtur. Aeſernia colonia dedu- *d.lib.72.*
lege Iulia. Iter populo debetur ped. X. Ager limitib⁹ Auguſteis eſt aſsignat⁹. Illu
ata patrū noſtrorū memoria Andreę Aeſernini ſummi Iureconſulti ortu. Sequū-
·iuxta flumē de quo dixim⁹, priusq̄ Vulturno miſceatur, ingētia ædificiorū fun-
mēta veteris vrbis Theleſiæ potētiſsimę·cui⁹ in dextra locis inferiorib⁹ vbi nūc
ppidula ſunt, Crapiata, Pratū, Maſtratūq́; pinqua erat Cūpluteria · cui⁹ pſępe
eminit Liuius, pſertim *e* vbi vi captā à Fabio cū Theleſia ſcribit. Vulturnus inter *e.lib.24.*
ſerniā & Venafrum fluit·q̄ vrbes interuallo paſſ. M. X. inuicē diſtabāt. Ab Ae-
nia deinde verſus exortū XX. ferme lapide Bouianū nobiliſsima quondā vrbs
iij reperitur, colonia Bouianū vet⁹ dicta·quā Plini⁹ in quarta regione Sānitibus
ribuit, & Bouianū quoq; Sili⁹ *f* appellat, Strabo verò Boianū, Ptolemę⁹ Buianū,
iusq; Bouianū cū Plinio Silioq́; nominās plurimis in locis cōmemorat. Eiuſ *f.lib.8.*
di ſunt vbi *g* Iunium Cōſulē vi expugnata Cluuiana, occiſiſq́; omnibus q arma *g.lib.9.*
re poterant, victrices legiones ad Bouianū Sānitium Pētroriorū caput admouiſ
ribit, quoniam id opulētiſsimū iuxta ac potentiſsimū eius gentis oppidū erat:
o capto, liberalitate Cōſulis pda militib⁹ cōceſſa tā opima, vt in toto Sānio nun
maiores inuentę opes putarētur. Poſtea dein idē narrat, Bouianū cū à populo
m. defeciſſet, Cornelium Fuluium Conſulē recepiſſe: ac eodē in libro & alibi
ationē eius ſæpiſsimè facit. Coloniarū liber de hac vrbe ſic habet. Bobianū op
ā lege Iulia milites deduxerunt ſine colonis: Populo iter amplius nō debetur
ed. X. Ager eius p centurias & ſcāna eſt aſsignatus. Agro Bouianate hoc latere
iniū finiebatur· quoniā tract⁹ oīs vltra eū ad mare vſq; Dauniorū erat, quorū
inimū amnem Phiternum eſſe diximus, cuius in monte Phiterno prope Bouia-
em agrum vna parte Apennino conterminum fons eſt·vt Campus Baſſus à Bo
io P.M.XII. diſtans, Apuliæ tribuendus, quemadmodum in illa regione de-
nſtrauimus, non Samnio ſit. Hic iam Aprutium, ſeu gentes Samnitium, à Phi-
o amne ad Truentum progreſsi, qua parte ſinus Adriaticus à Septentrione re-
uitur, à meridie Apennino, Lucania, Campania, Latio, Marſis, Aequicoliſq́ue
ſcurſis, ordine vt initio conſtitutum fuit, abſoluimus.

PICENVM REIGO ITA-
ALIAE DECIMATERTIA.

QVoniam in huius regionis deſcriptione, quam nunc Marchiam Anconitanam vocant, antiqui dixere Picenum, eundem ordinem·vti in ſuperioribus tenere decreuimus, initio de nominum origine, tum de finibus, poſtea ſigillatim de locis omnibus & claris viris agemus. Cato in originibus Gallos Picenos lingua Hetruſca genus ſacrum dici, ortosq́; à Sabinis ſcribit·quod
a.lib.3. confirmare quoq; non obſcurè Plinius [a] videtur. Strabo aliter, Picenos è Sabinorũ agro profectos, ipſorumque auctorçs quoniam ductu auſpicijsq́; pici iter ingreſsi erãt, quã auem Marti ſacram credidere veteres, hinc Picenorũ nomen deinde nactos tradit. Nonnulli id à gentis duce Pico Saturni filio·quidã ab vrbe Piceno, quę olim hoc in agro extitit, ortũ prodidere. Nobis Strabo placet·alios alij arbitrio iudicioq́; ſuo probabunt.
b.lib.8. Regionem hanc priùs incoluiſſe Pelaſgos auctor eſt Silius [b], de Piceno inquiens. Antè vt fama docet tellus poſſeſſa Pelaſgis. Marchiæ Anconitanæ nomen a Longobardis ortũ, q poſt exceſſum Narſetis Italia tota occupata, Romani Imperij funditus extirpandi cõſiliũ ceperãt·ideoq́; nouis decretis, ac legib⁹ editisq́; quas Longobardicas appellabant, & ego veterrimas in bibliotheca cœnobij D. Dominici Bononiæ vidi, mores inſtitutaq́; gentium Italicarum, & ipſam quoq; linguam vocabulaq́; immutare conati ſunt. Ab ijs igitur antiquæ Italorum vernaculæ linguæ corruptio profecta, non à Gothis·quos Italia occupata non ſolum moribus vixiſſe Romanis, verumetiam latinis litteris mirificè delectatos conſtat. Itaque Theodoricum primum Oſtrogothorum in Italia regem latinis græcisq́; litteris apprimè eruditũm, idemque de Amalaſiuntã filia, ac Theodoro legimus. Quin multa accuratè gens hæc non modo linguam Italorum coluit, ſed etiam inſtituta obſeruauit, vt aurum argentumue, aut aliud æris genus vllum, alio quam Romano charactere vetuerit cudi. Diuerſa planè ratione Longobardi vt diximus, imperij Romanam ſtirpes etiam euellere perdereq́ue nitebantur, vt non tantùm Italorum ſermonem vernaculum, characteres litterarum, quod ego vidi, conſuetudines populorũ, leges antiquorũ Romanorum & Cęſarũ immutarẽt, verumetiã magiſtratuum veterũ formas nouis turbarẽt inſtitutis. Ita ſuã dominationẽ in ſenas diuiſere præfecturas, quod alibi quoq; diximus. Quaternæ Ducatus appellabãtur, erãtq́; Beneuẽtanus, Spoletin⁹, Foroiuliẽſis, & Taurin⁹·binæ Marchia notus, nimirũ Anconitanus & Taruiſinus. Lex erat hęc Ducibus, ne arbitrio ſuo ſucceſſorem deligendi ſibi poteſtatem haberẽt·ſed is in conſilio totius gentis diceretur: Marchiones ambo pari erãt poteſtate, ac in alios etiã duces auctoritate ſua vtebãtur: ꝑterea q vel a Rege, vel à cõcilio cõmuni locũ illũ nacti erãt, his arbitrio voluntateq; ſua locũ dẽ ſibi decernere ius erat: ideoq́; lingua Lõgobardorũ ea Satrapia, Marchionatus dicebatur·q̃ vox perpetuũ magiſtratũ Blondo Raſſanoq; auctorib⁹ denotat·aut
c.in Cõm. Marchionum Mant. vt Marius [c] Aequicola ſcribit, Italica lingua Præſidentem·vel vt ait Ricobaldus, Gallica eſt·cui nationi Marca prouinciam ſignificat. Andreas tamen Althamerus

rus in ſcholijs ad Tacitum, tradit, Marchionum nomen à Marcha vocabulo Germanico, quo antiquitus pagorum vicorumq; magiſtratus appellabantur, ortum & Germanorum Principum eſſe, qui Marchiones, ideſt Marcharum præſides dicuntur. Mihi haud multum hi auctores inter ſe diſſentire videtur, quoniam omnes nomine Marchionis præſidem aut Marcharum aut prouinciarum, vel regionum, vel pagorum vicorumue ſignificari concedunt, imperio vel à regibus, vel ab communi Longobardorum concilio recepto. Attamen Andreas *a* Alciatus Iureconſultus Marchionum nomen Germanicum, perindeq; valere ſcribit, ac ſi magiſtrum equitum dicas quoniam illi Marcã vocent equum: Marcare quoque vernaculo ideomate ſuo Francis etiamnum pro equitare in vſu eſſe. Sed hæc altiùs exactiuſue non inquirenda duxi: quanquam enim cæteris potius quam Alciato accedere herclè mallem, tamen haud multum ipſa de re laboro quoniam ſatis eſt Marchionum nominis cũ in Italia primùm quidem Longobardorum dominatione nati, tum in alijs prouinciis etiam in hodiernum vſq; diem perdurantis originem demonſtraſſe. Picenum itaq; Longobardi Marchiam dixere, & Anconitanam ab Ancone oppido, quòd in eo tanquam nobiliſsimo præcipuoq; regionis vniuerſæ Marchiones ſedem ac domiciliũ habere ſolebãt. Picenum etiã Marchiæ Firmanæ quondam habuiſſe nomen ſcribit Platina *b*, itemq; Blondus *c*, Roberto Guiſcardo Normanno Gregorium Pontificem in Lateranenſi Concilio ſacris interdixiſſe narrans, quòd Marchiam Anconitanam olim Firmanam dictam, hoſtili animo inuaſiſſet. Nos ex longa vulgi conſuetudine regionem hanc totam potiſsimè Marchiam Anconitanam vocabimus. Piceni fines Plinius Aternum amnem & Anconem, Ptolemæus Matrinum flumẽ & Anconẽ, Strabo Aeſin nauigabilẽ amnem & Leaſtrũ longitudine per orã DCCC. ſtadiorum, item mare ac mõtes inæquali tamen latitudine conſtituit. Nos eius regionis quæ nunc Marchiæ Anconitanę nomine cẽſetur, limites ab amne Truento qui Aprutium claudit, ad Iſaurum qui muros alluit Piſauri vrbis, in lõgum, ab Apennino verò ad mare Adriaticum in latum deſignabimus: vt ad orientem Præcutini cum Truento collocentur, ad meridiem Sabini, Vilumbri, & Vmbri Ducatus Spoletini gentes cum Apennino, ad Septentrionem ſinus Adriaticus, ad occaſum Gallia Togata, nunc Romanula, cum Iſauro amne: quamuis enim inter Anconem vrbem & amnem Rubiconem tenentes, Ptolemæus Senones vocet, vti oſtendemus, eorum tamen quoſdam nos quemadmodum huius memoriæ ſcriptores faciunt, Marchiæ Anconitanæ dabimus cuius gentes partim Piceni, partim Vmbri, partimq; Senones dicẽtur, ſicut in tempore deinceps ac ordine apparebit. Regio Picenum Ptolemęo, Straboni, Plinio, Melæ, Tacitoq; dicta, longitudine multo magis, quàm latitudine patet, vt oſtendimus & rerum omnium fertilis attamen lignarijs fructibus, q̃ frumentarijs inquit Strabo, præſtantior. Eam vberrimę multitudinis quondã fuiſſe teſtatur Plinius: etenim CCCLX. mill. Picentium in fidem populi Rom. veniſſe quondam. Piceni multis in locis à Liuio memorantur maximè *d* cum pacem inter populum Rom. & Picentes factam. item cum *e* Annibalem deuictis ad lacũ Peruſinum Romanis, in Picenum non modo omnibus fructuum generibus & commeatu ad præſens, ſed etiam opibus ac diuitijs abundantiſsimum tranſijſſe cumq; *f* C. Terentium Proconſulem in agro Picente militem conſcribere iuſſum præterea cum *g* iter CL. Neronis ad Liuium Salinatorẽ aduerſus Aſdrubalem referens, eũ in Picenũ deueniſſe memorat. Piceni quoq; mentionẽ Tacitus vti p̃dictum

a. in lib. de ſigul. certamin. cap. 32.
b. in uita Greg. VII.
c. lib. 13. hiſt.
d. lib. 25.
e. lib. 22
f. lib. 23.
g. lib. 3.

a.lib.3. ctum a facit Flaminiæ viæ conterminum indicans his verbis. Piſo Dalmatico mari tranſmiſſo, relictisq́; apud Anconam nauibus, per Picenum, ac mox per Flaminiam viam aſſequitur legionem. Alij pterea multi huius regionis meminere, quos vt ad particularē deſcriptionē ingrediamur, breuitatis cauſa prætermittimꝰ. Initio igitur ad Truenti amnis quo Aprutium concluſimus, oſtia, Portus Aſculi eſt, arcis propugnaculo ad locorū qui circà ſunt tutelā munitus. Tertio lapide Caſtellū D. Benedicti ſeqtur agro amœniſsimo, vitibꝰ pulcherrimis, & fructiferis arboribꝰ cōſito, pcipueq́; medicis ac olea. Eiuſmodi eſt iucundiſsimus ſpectatu totus in hac ora tractus, cū alijs generoſis arboribus, tū medicis limonibuſq́; plenus· quarū fructꝰ tā ſunt vberes & magni, vt ſupra colonorū vſum mirabili copia Venetias, Bononiā, Ferrariā, atq; adeo per totā Romaulā exportētur. Intus dein Truenti in de[xtra] nec procul ipſo amne Mōs Brandoniꝰ, ortu Ioannis cognomēto Marchiani, m[i]norū ordinis monachi, viriq́; integerrimi ac diſertiſsimi cōcionatoris plurim[ū] illuſtratꝰ. Hinc tribꝰ millibꝰ Aquauiua nobile oppidū eſt, illuſtri Aquauiuana familia inclytum, è qua multi Adriæ Duces extitere, nominatimq́; Iulius ille pſtantiſsimus belli imperator, itēq́; vir prudētiſsimus, à quo Iuliā Nouā conditā anteà dictū eſt. Nec minus etiā ſupiori memoria Ioſias eius pater claruit, eximius militū pfectus, de quo Blōdus Coriusq́; mentionē faciunt. Vlteriùs hoc itinere dextra fluminis Arquata nobile oppidū in Apēnino repitur· qntoq́; & XX. dehinc lapide perhoneſtū aliud Acumulū· & infra Truenti fontē in monte Amatricęū, p[ri]ùs in Aprutio deſcriptū, quoniā trans amnē eſt, vbi Neapolitanū regnū finitur vt diximus. Haud procul à Truenti capite abeſt· ſupra quod celſiſsima mōtium Apennini iuga. Diuiditur hîc Picenum à Nurſinis montibus. Supra caſtellum Arqua[tæ] Apenninus altiſsimis cacuminibus effertur· vt adeo ſeipſum celſitudine videa[tur] ſuperare, id eſt, vt adhærentia circūquaq; iuga cætera quanquā editiſsima lon[ge] vincat: ideoq́; & ex re nomen huic culmini datū, Mons Victor. Diſcrimē hîc Piceni Nurſiniq́; agri. Latere montis illius præcelſi, quà in orientem ſpectat, lacu[s] uenitur famoſus· quo de vulgò ferunt, ibi cacodæmones magicis artibus con[ſtri]ctos apparere, ſermonesq́; cum elictoribus iungere: quæ res ſi veritatem haberet, profectò reprehenſione digna, ſimulq́; in magos ex Canonum & Imperator[um] legū ſanctionibus grauiſsimè eſſet vindicanda. Ego fabulas commentaq́; æſt[imo] quemadmodū in cryptæ Sibyllinæ deſcriptione poſtea docebimus. Ex altero montis huius altiſsimi latere, quod meridiem aſpicit, colles pcelſi duo nonnihil in[uic]ē diuiſi naſcuntur, q Furcas Peſtas creant. Intra eas profunda conuallis Truentu[m] amnē tranſmittit· qui mox in foſſam aptiſsimā vti arte factā præcipitās, illa pr[o]uectus, demū ad Arquatæ muros, hinc in mare peruenit. In ora tū ab Truētu o[ſtijs] & Portu Aſculi, caſtellū ſeqtur Crypta latinis dictū· vbi amœniſsimi iucund[iſsi]miq́; medicis, limonibꝰ, alijſq́; nobilibus arboribus conſiti horti, quos paulo a[n]tè cōmemorauimꝰ. Quidā hîc vrbē extitiſſe Cuprā tradūt· ſed cū duas eiuſdē no[minis] à Ptolemęo recēſeri conſtet; vnā in mōtibus, alterā in ora· non addunt tamen q[u]a de ſentiant. Nos maritimā hîc fuiſſe putamus, alterā verò montanā vbi nunc ſanctiſsimū D. Mariæ Lauretinæ fanum, vti in loco docebimus. In ora de cætero Pedaſsium & Ciuitas Noua: hinc Aſoni fluminis oſtia, P̄. M. à Truētu X. Ager omnis maritimus hortis peramœnis arborū medicarū, limoniū, olearū, vitiū, aliarūq́; [ſi]miliū fructiferarū omnibus generibus conſitis, mirificè nitet· vt adeo cū quouis vberrimo fructuū abundātia certet. Seqtur exigui cuiuſdam amnis in mare pcipitantus

tantis oſtiū·ad quod oppidū eſt Morcinū pauloq; magis intus aliud, Ripa Traſſo
nia,ſitu mœnibuſq; permunitium,& opibus populoq; abundans,vt in primis hu-
us regionis merito numerari queat. Blondus olim à Franciſco Sforʒia Marchiæ
Domino direptum ſcribit. Supra caſtellū hoc aliud eſt honeſtum, Coſsinianū·in-
deq; tertio lapide nobile item & natura loci munitum Offida. Tenēt hunc tractū
diuiſsimi mōtes Apēnini·quorū in vno caſtellum D. Mariæ Gallicanæ·cui pro-
pinquus itē in Apennino immanis horribiliſq; ſpecus, Sibyllæ Cauernā vocāt. Eo
le vulgi ſermo aut veriùs inſulſa fabula eſt, hác ad Sibyllam patere aditum, quę re
nū intus luculentū atq; ſpecioſum poſsideat, magnificis ędibus & baſilicis plenū,
ı qb⁹ innumeræ gētes verſentur, oblectationib⁹ venerijs inter choros puellarū la-
ciuiētiū,& p ea iucūdiſsima tecta ac amœniſsimos hortos diffluētes. Id verò inter
u tātùm accidere·noctu eō viros mulieresq; pariter, & vnà Sibyllā ipſam in ter-
biles mutari dracones·ſimulq; cū teterrimis ijs belluis primùm ope venērio cō-
redi ijs eſſe neceſſe, q intro admitti cupiūt: nec ante annū exactū quēq̄ cōtra volū
item retineri, niſi quòd vnum omnino quotannis eorum è numero qui tum rece-
ti fuerunt, manere oporteat: ad hanc porro auram inde reuerſis, tantas Sibyllam
rærogatiuas elargiri, vt fœliciſsimo deinceps toto vitæ curſu vtātur. Huiuſmodi
mnia nugaſq; vulgus de hac Sibyllæ cauerna memorare ſolet· vti ego me puerū
aterna in domo à mulierculis audire memini. Raſſanus ſcribit multos ſibi men-
aces ac impoſtores cognitos, q ſe p hanc ſpeluncā ad Sibyllā deſcendiſſe, veraq; il
quæ ferūtur, cōperiſſe iactarēt·cæterùm tota vita calamitoſiſsimi, lōgeq; infœ-
ciori obitu è viuis rapti ſint. Enimuero mihi inprimis videtur mirū, tot iampridē
cula dici effluxiſſe, poſt hanc cryptam Sibyllęq; ſedē inuentam·nec tamen vllam
us vti neq; pdigioſi ſtagni, quo de mox agem⁹, à Strabone, Plinióue, aut alio quo
s diligenti auctore mentionem eſſe factam · cum tam exactè Strabo cauernas
traque Baiarum, Cumarū, ac Neapolis deſcripſerit·& Plinius in naturę miracu-
s inueſtigandis dicendiſq; ſummo abſq; controuerſia ſtudio ſit verſatus: proin-
quę de Sibyllæ cauerna retulimus, deq; lacu ſtatim addemus, fabulas planè ani
s ac ſomnia cenſere oportet. Paulo ſuperiùs Apennini in iugis agro Nurſino la-
s ille eſt non minus cauerna deteſtabilis : Nurſinum dicunt · in quò caco-
emones innatare vulgus imperitum dictitat·quoniam aquæ perpetuis motibus
lire, viciſsimeque ſubſidere cernuntur, equidem non ſine ingenti illorum admi
tione, qui cauſam ignorant. Fama hinc per Italiam & alias quoque mundi par-
ab ideotis ſparſa, malignos ſpiritus hic habitare, petētibuſque dare reſponſa,
prioribus ſeculis, inqt Raſſanus, qdā è longinqs regionib⁹ leuitate exciti ſua huc
nere, ſceleratorū ac deteſtabiliū voluminū cacodęmoni dedicandorum gratia·
ò certis quibuſdam flagitioſis optatis, vtpote diuitiarū, honorū, voluptatum,
orumùe id genus potirētur: q cū illuſum ſibi, falſamq; vulgi famā cognouiſſēt,
dore ne temere cōmoti, itinerisq; labores & ſumptus pdidiſſe viderentur, ad a-
os expleta ſua deſideria ſunt mētiti. Addit idē Raſſan⁹, ſe cū harū rerū fidē exacti-
ingrere niteretur, à Theutonis qbuſdā doctis viris gnariſq; q ipſi húc locū vulgi
na cōmoti adierant, vt cū cacodæmone carminibus impijs voti impetrandi gra
magicè oparētur, accepiſſe, illos oībus ſupſtitionis legib⁹ impletis, orbeq; de-
ripto cū ſignis peculiarib⁹, nec vllo q̄ reqrūtur execrabiliū cęremoniarū genere
ermiſſo, nihil toto triduo audiuiſſe qcquā aut vidiſſe: quāobrē impoſturā intel-

ligentes ac indignabundos, quòd volumina in ſtagnum deiecta, quibus prauæ artis præcpta, characteres, & ſigna magica continebātur, reddita non fuiſſent, voto maximo nunquā deinceps in huiuſmodi rebus q̄cquā fiduciæ habendi nūcupato, & temeritatē grauiter accuſauiſſe ſuam, & nugarū de loco auctores ob mendacia deteſtatos, ſimul omnes qui cacodæmonū, itemq; magicorum voluminum vlla ducerentur fide, diris execrationibus deuouiſſe: enimuero quod ad motum ſtagni attinet, eum à ventis creari manifeſtò cognouiſſe, qui cū aquas anguſti lacus inter altiſsimos concluſi montes agitant ac impellunt, ita fieri vt ſumma equidem cum admiratione nunc intumeſcere, nunc reſidere videantur. Ego ſanè haud ignoro diabolum etiam huiuſmodi edere miracula, ijsque mentibus hominum illudere poſſe, quemadmodum Theologi perhibent, ac item doctiſsimus vir Ioannes Franciſcus Picus Mirandulanus in dialogis contra ſuperſtitioſas vanitates memorat. Arbitror autem has de Sibyllæ cauerna, deque prodigioſo ſtagno fabulas recenter eſſe confictas: quippe quoniam ſi quid aut idem, aut ſimile vel affine circa ſpecum lacumq́ue à veteribus fuiſſet obſeruatum, equidem non minus aliqua ſaltem eius inueniretur mentio, quàm de Delphico oraculo, de Podalirij, de Auerno, antroque & crypta Sibyllæ apud Cumas, item de varijs ſpeluncis, lacubus, arboribus, fluminibus, fontibus, ſyluis, templis, ſacellis, alijsque rebus ac locis, è quibus olim edita reſponſa legitur. Nurſini olim frequenti magorum ad hæc loca per altiſsimos aſperrimosq; montes concurſu animaduerſo, primùm eam ſpeluncam cauernamque operuere, dein cuſtodes etiam poſuere ad

a. lib. 3. Cant. 1. lacum. Facius a de lacu in hanc ſententiam ſcribit.

Procedebamus inter Fauonium & Corum
Secus mare Adriaticum: tranſito Truento
Relictoque Aprutio, & eius ſylueſtri via,
Cum in Marchiam veniſſemus, vti refero,
Scariotum vidi quo oriundus erat Iudas,
Vti quidam mihi hîc narrabant.
Famam agri nolo nudam remanere,
De monte Pilati, vbi ille eſt lacus
Qui cuſtoditur veſperi per vices cuſtodium:
Quoniam qui commercium habent cum Simone Mago
Ad conſcerandos ſuos libros eò aſcendunt:
Vnde poſtea tempeſtates ſequuntur maximæ,
Prout accolæ loci memorant.

Intus deinde ſupra Pedaſsium oppida Mons Floris: altiuſque Mons Nouus caſtellum nobiliſsimum, à nouis colonis qui condidere, dictum, vti incolæ perhibent. Decætero Mons altus, Mons fortuſtum Aſculanorū paſcua, q̄ Cōmunalia vocāt & ſub amnis Aſoni fonte in Apēnni vertice Mōs Monachus honeſtū oppidū tranſitoq; Aſono flumine dextra eius, nempe in mediterraneo, Seruilianum & ad D. Victoriam. ſupraque Mons Falco. Tum ad mare verſus deſcendenti prope Aſonum Mons Rabianus occurrit. In ora oſtia ſuccedunt Leti mortui fluminis prope quod obſcura quędam veſtigia vrbis, nec vt videtur, modicæ quam locorum accolæ Picenum aiunt dictam vnde regionis totius nomen quidā arbitrātur enatum. Ego in antiquis chronicis incerti auctoris legi, vrbē hoc ſitu à Pico Oenotrio aduena primùm Anconitano in

monte

móte conditam, ab eoque denominatam Picenum· cuius appellatio poſtea regio-
vniuerſæ ceſſerit: ſed alium huius rei lucul entum auctorem non habemus, ac proinde relinquendam in medio ſumus arbitrati. Letus mortuus amnis ſupra radices Apennini inter oppida Belmontium & Petricinū erumpit. Per oram deinceps in agrum Firmanorū deuenitur. Vrbem eorum in monte tribus à mari P.M. ſitam, quæ Romanorū colonia, totiusq; Piceni caput olim fuit, Strabo, Mela & Appianus Firmum appellant, Ptolemæus autem & Procopius *a* Firmiū. Liuius in IIXX. coloniarū enumeratione, quæ populo Rom. ſubſidia bello Punico ſecundo dedere, itemq; Plinius, Firmianos eius incolas nominant. Nec tamen eodem prorſus in loco nunc eſt, vbi fuit quondam: vetus ſiquidem ciuitas extitit, vbi nunc antiq caſtelli à Ioanne Olegio Vicecomite conditi, reliquię, cum litteris grandibus in lapidem inciſis Auguſti cuiuſdam memoriam continentibus, ſaxoſo in colle, nouæ vrbis mœnibus complexo cernuntur: in quo & poſtea Franciſcus Sfortia regulus horum locorum arcem Gieronis munitiſsimam ædificauit· quam Eugenij Pōtif. armis illo è Marchia pulſo, Firmiani deiecere, veſtigijs in hodiernum vſq; diem apparentibus. Firmum à Facio *b* memoratur his verſibus.

a. lib. 2. & 3. de bell. Goth.

b. lib. 3. Cant. 2.

Indies meum iter continuando
Vidi Aſculum, Firmum, & Ricinetum,
Anconem, Fanum, Ariminum, & Vrbinum.

Præteritis temporibus vrbem hanc apud finitimos exiſtimatione tanta fuiſſe reperimus, vt vulgi prouerbium decantaretur huiuſmodi: Quando Firmum vult firmare totam Marchiam facit cōtremere. Dictū porro iſtud à mirifica omniū caſtellorū pagorūq; agri eius cū vrbe ipſa cōſenſione ꝓficiſcebatur· quod cū aduerſus patrię cōis hoſtes ꝗcquā incidiſſet agendum, coloni oppidorū pagorūq; mox præſto eſſe ciuibus, pariq; ac eadē voluntate expeditionē ſuſcipere ſolerent · quo fiebat vt vel numeroſiſsimos exercitus poſſent contemnere. Sed annis abhinc LX. ciuium in comitatenſes (ita caſtellorum habitatores vocant) exortum odium, armis ipſis quæ priùs coniuncta patrię communes iniurias magna cum gloria vindicare conſueuerant, in ſe mutuó conuerſis, tantas calamitates & vrbi & diœceſi importauit, vt vtramque pene deleuerit: quanquam iuſto iudicio diuinitus puteniur cædi, quòd patrum noſtrorum memoria ſuum Epiſcopum interfecerint: ex quo tempore deinceps adeo rebus labi, ac in deterius abire viſi ſunt, vt non modo alios offendere, ſed ne ſe quidem nunc tueri queant. Primus ætate noſtra Oliuerotius vrbis ſtatum conturbare, factionibusque diſcerpere cœpit: qui cū præfectus Cæſaris Borgiæ Valentini Ducis, Alexandri VI. Pontif. filij eſſet, eius, itemque Vitellozij Tifernatis ope ac ſtudio cum CC. armatis de improuiſo Firmum occupauit, ſeptemque primarijs ciuibus, qui ſalutatum eum venerant, cùm aduerſarios fore exiſtimaret, obtruncatis, dominatum vrbis animo complexus, quem etiam inuaſit, arcis Gieronicæ partem tutelæ ſui cauſa refecit. Nihil tamen iſta quicquam profuere· ſiquidem anno proximo eadem die, qua ſeptenos illos ciues peremerat, ipſum Borgia necari iuſsit. Ita contentionibus ciuium atq, comitenſium antiquioribus initijs durātibus variè deinde perpetuò afflicta vrbs eſt, nunc hoc, nunc illo res nouas moliente, mutuaque graſſatiōe partibus inuicem ꝑrentibus· idq; tā inſtabili fortuna, vt qui modo victores fuerant, cùm victi mox per vim ad ſua redirent, diriperentur· tyranno interea loci non ſolum hoſtes acerrimè perſequente, ſed etiam ijs reditum ſibi parantibus plerumque contra

ſuos

ſuos præbente opem · quibusdam etiam externis ſe auxilijs in patriam reſtituen-
tibus. Ijs itaq; temporibus quoniam omnia diripi paſsim ac dirui ſolebant, vt n... e
vrbs deſolata propemodum, & nullius planè auctoritatis ſit, conſecutum: quales
nempe factionum ciuiliumq; bellorũ exitus eſſe ſolere, documenti profectò ſatis
quotidiana præbent exẽpla. Liuius in poteſtate ac ditione populi Rom. Firm...
nos initio fuiſſe docet, cum ab ijs rem Romanam pecunia, militibuſque adi...
tam perhibet. Hæc ciuitatis forma vti arbitror vſque, ad Gothorum ac Longo-
bardorum in Italiam aduentum fuit · quippe in earum gentium poteſtatem ve...

a.lib. 2. de bell. Gotb.

ſe Firmianos, ex Procopio a, itemq́ue inde quòd hanc regionem vniuerſam Lon-
gobardi ſua voce Marchiam Anconitanã dixere, colligimus. Longobardorũ reb⁹
fractis, ad Imperatores Auguſtos q Carolo Magno ſucceſſere, vel ad regulos ab ijs
inſtitutos vrbis imperiũ deuolutũ autumo. Tẽpora hæc priſca cenſentur · p̃terea v...
rò in antiqſsimis Bononienſium annalibus ſcriptum legi Mecænatem quendã an
no à C.N. MCCCXL. Firmij inuaſiſſe principatum, nec diu pòſt menſe Februa-
rio ab ciuibus interemptum · dein MCCCXLVIII. à C.N. anno Gentil... Mog...
nũ quoq; Tyrannidẽ occupauiſſe, ſed vrbẽ inde ab Egydio Carila Cardinal... Hi-
ſpano ſubactã, annoq́; à C.N. MCCCLX. Ioãni Olegio priùs Bononienſiũ Tyr...
no cõceſſam · qui in principatu annis ſex impletis, liberã eam deinceps in Eccl... æ
Romanæ poteſtate reliqt. Hæc in Bononienſiũ Chronicis: p̃terea verò de ſtatu F...
mij nihil habem⁹ vſq; ad Frãciſci Sfortiæ tẽpora · quẽ occupata Marchia tota vrbẽ
hãc quoq; tenuiſſe, & arcem in ea ædificaſſe Gieronis conſtat. Sed illo armis E... e
nij Pontificis vti prædiximus, eiecto, in Eccleſiæ Romanæ ditionem recidit · ...
qua diu florens, tandem Oliuerotij temporibus cõturbata prorſus ac lacerata ...
Multos illuſtres & claros viros edidit, p̃cipueq́; Lactantiũ vt quidã volunt, F...
anum à patria cognominatum. Ager pulchritudine, bonitate, & fructiferaru... ar-
borum vtpote medicarum, ficuum, olearum vbertatis ſummę, vitium item gen...
roſi ſucci frequentia nobilis: breuiter vrbs eſt omnibus rebus ad vitam neceſſa-
rijs affatim naturæ munere dotata. Sequitur in ora Tennæ fluminis ex Apenni
no p agrũ Firmianorũ in mare tendentis oſtiũ · ad quod læuà oppidulum e... Por-
tus Firmianus, ita dictum non quòd reuera portus formam aut opportunita-
tem vllam habeat, cum hoc litus vniuerſum vſque Anconem ſit vadoſum, ſed
quia nautæ ſcaphis huc appellere ſoleant è nauibus in alto relictis. Intus t...m in
continenti haud procul à Tenna, ſed eius in dextra parte, perhoneſtum iacet op-
pidũ D. Marię Georgianę · vbi quondam vetus vrbs fuit Tignium, cuius meminit

b.lib.1. de bell.ciuil.

in commentarijs Cæſar b, ſe cum certior eſſet factus Thermum Præto...
Tignium quinque cohortibus tenere, oppidum munire, omniumq́ue eſſe T...
gniorum optimam erga ſe voluntatem, Curionem cum tribus cohortibu... quas
Piſauri & Arimini habebat, miſiſſe · eiuſq; aduentu cognito diffiſum munic... vo
luntati Thermũ, cohortes ex vrbe deduxiſſe ac profugiſſe · Curionẽ omniũ ſum-
ma voluntate Tigniũ recepiſſe ſcribẽs. Multa p̃terea Firmianorũ vltra citraq; Tẽ-
nã oppida ſunt · inter q̃ ad ipſum amnẽ Mõs D. Martini, & altiùs tertio lapide Pẽ-
na · indeq́; fere ad quartũ, iuxta primos Apẽnini colles p honeſtũ Mãdola. Poſt Tẽ-
nã octo millib⁹ in ora, fluminis oſtia Chienti · quod ex Apẽnino iactũ propter op-
pida quædam in mare fluit. Supra fontem eius Serauallis: altiusq́ue vetus ci...tas
& frequens in Apennini iugo, munitiſsimo loco ſita Camerinum, vt Stra-
bo in Vmbris ponens, nominat, itemq́ue Liuius ac Ptolemæus. Sed & Camer-

tes Plinius in Vmbria ſexta regione collocat. Liuius a Fabij Max. fratrē huc ad ex- a. lib. 9.
plorandos Hetruſcorum motus & conſilia miſſum, benigneque à Camertibus ac-
ceptum: item alibi, b Camertes Scipioni in Africam ituro ſexcētos armatos cōtri b. lib. 24.
buiſſe ſcribit. Præterea mentionem huius vrbis faciunt Cæſar in c cōmentarijs, & c. lib. 1.
Silius d cum inquit: vel armis, Vel raſtris laudande Camers: ad quem locum d. lib. 8.
Petrus Marſus annotat, Camertes Vmbriæ populos in montibus, qui Vmbros
à Picenis diuidunt, ſimulque bonos agricolas, ſimul bonos milites fuiſſe.
Diu principatum Camerini Varranorum illuſtris familia tenuit: ex qua vir & ar
mis ſtrenuus, & conſilio prudentiaque multum pollens fuit Gentilis cui, Ro-
dulphus filius ſucceſsit, qui Gentilem Pandulphum, & Gerhardum ex prima
coniuge, Petrum Gentilem, & Ioannem ex altera ſuſcepit. Hi per coniu-
rationem primorum germanorum ſuaſu Ioannis Vitelleſci, inquieti hominis
vt Blondus Platinaque tradunt, Marchiæ tum Legati, contra ſecundos factam,
omnes interière: Vitelleſcus enī accuſatis coram ſe iudicio adeſſe iuſsis, Petrū
Gentilem qui venerat, protinus falſi numi percuſsi inſimulatum capitali ſuppli-
cio ferit: coniurati alterum fratrem qui iudicio non adfuerat, dolo ac beneuo-
le[n]tiæ ſimulatione in ædium ſuarum conclaue intimum pertractum necant: quo
ſcelere per vrbem euulgato, populi concurſu Gentilis Pandulphus & Gerardi
[l]iberi quinque trucidati ſunt, anno poſt C. N. MCCCC. XXXIII. quemad-
modum à Blondo Corioque monumentis traditur: cum paucos ante dies tum
Gerardus ipſe Tolentini, cuius oppidi principatum obtinebat, obtruncatus
quoque fuiſſet. Ita his principibus ſublatis, Camertes ſuam ſibi poteſtatem
[l]ibertatemque arripuere: qua vt tuto perfrui deinceps poſſent, cum Franciſco
S[f]ortia Marchiæ regulo pepigere fœdus. Iam tum è Varrana domo ſoli ſupere-
rat liberi primorum Germanorum, è quibus Iulius recepto principatu cum ad ſe-
nectutem vſque diu ac fœliciter rerum potitus fuiſſet, ſimili quo Priamus interijt
fato: etenim ipſo quoque cum Venantio, Annibale, Petroque filijs carceribus
incluſo, Cæſar Borgia Dux Valentinus omnes in arce Pergulana crudeliſsimè
necauit: vt vnus planè ex ea domo reſtaret, Ioannes Maria, fratrum omnium natu
minimus, quē pater Iulius initio belli Venetias cū theſauris, vti Polidorū filiū in
Thraciā Priamus, amādauerat. Hìc poſt exceſſum Alexādri VI. Pontif. inclināte
indies ſe Borgiæ potentia tandē in patriam redijt, & ſumma beneuolentia lætitia-
que popularium receptus, pòſt à Leone X. Pontif. cuius neptem in matrimonium
acceperat, Camerini Dux appellatur: diuq; tranqllè geſto principatu decedit, vni
a filia relicta: quā cū Guidubald⁹ Franciſci Mariç Roborei Vrbinatiū reguli fili⁹,
inuito Paulo III. Pōtif. Max. ſibi deſpōdiſſet, ortis inde cōtentionib⁹, Pōtifice Ca-
merinū Eccleſiæ Rō. ditiōi vendicāte, poſt multa variaq; ꝑlia, demū anno à C. N.
MDXXXIX. Guidubald⁹ vrbē Pōtifici ceſsit: à quo mox Camerini Dux Octaui⁹
nepos ex Petro Aloyſio filio Caſtri Duce, creat⁹. Ioēs Maria Dux in quo Varrano
ſtirps defecit, vir fuit lenitate, modeſtia, ciuilitateq; ꝑſtans, paciſq; ac doctorū
hominū amator: quos in comitatu habere de litteris cōferendi gratia ꝑpetuò ſole
[ba]t. Camerinū ingenia ꝑclara quæ tulit illuſtrauere, imprimis Ioannes dictus Ca-
[m]ers, ordinis Minorū monachus, non ſolum diuinis, verūetiā humanis litteris eru
[di]tiſsimus, vti eius opra perhibēt: è qbus Index ille in Pliniū locupletiſsimè con-
[ſcr]ipt⁹ Viennç Auſtriç, vbi lōgo tēpore ſummo in honore vixit, nobiſq; poſt C. N.
[M]DXVII. anno viſus eſt: item Vgolinus ex familia ꝑdicatorum eximia doctri-
na, ſer-

na,ſermonibus concionalibus notus. In Chientum dein amnis Flaſtra pręcipit[illegible], in Apennino haud procul à Naris Vmbriæ fluminis vti diximus fonte naſcens. Vicinum huic in Apennini iugo, caſtellum Flaſtra, dubium an ab amne nomen teneat, an illi dederit. Ad confluentem Flaſtræ Chientiq́; non inhoneſtum quoque caſtellum eſt Caldarola. Deinceps ad Chientum loca dicturi, primùm eius læ[illegible] percurremus. Sunt hîc Ad D. Elpidiũ, moxq́; ad D. Iuſtum, iuxta quæ oppida Letum viuum amnis fluit incola Chienti. Altiùs propter Apẽnini colles primos, Ad D. Geneſiũ eſt, interiuſq; Serauallis. Inter hæc duo caſtella Picæ cãpus ſternitur, ꝑ pe quem Letum viuum amnis erumpit, cui vicinum ad quintũ lapidem infra Serauallem vetus vrbs fuit Alia, Plinio & Antonino Salina dicta, itemq; Ptolemęo in Piceni mediterraneorum cõmemoratione, quanquã Vrſa Baliua ſeu Vrſa Baluia corrupti codices habeant: omnino enim vrbs Salina ſcribendũ exiſtimo. Procopius a Aliam vocat, quod nomen in hodiernum vſque diẽ ſupereſt. Oppid[illegible] oc Alaricus Gothorũ rex diruit, additq́; Procopius ætate ſua quoſdam pauc[illegible]s c[illegible] reliqas ſuperfuiſſe cum modica porta. Nunc theatrorũ aliquot ac operũ ali[illegible] veſtigia hîc conſpiciuntur. In angulo deletę vrbis nunc caſtellum Alia vetus nomen ſeruans ædificatum. Vlteriùs itinere ſecundum amnem millium trium ru[illegible] occurrunt nobiliſsimi quondam cœnobij Clarę uallis. In dextra Chienti Mons Caſuarius, pauloq́; pòſt, Morum: inde tertio lapide ciuitas Macerata, propter Elię Recinæ (inquit Blondus) interitum vnà cum Recineto condita. Frequens tota[illegible] regione Cancellariatus ſede Marchiæ legati celebris. Altiùs ad quintum [illegible] Mons Vlmus honeſtum oppidum, & quondam à Franciſco Sfortia tempo[illegible]bus Eugenij IIII. Pontificis vt Blõdus ſcribit, direptum vaſtatumq́;. Succedit Aran[illegible]a Varranorum nobilis vicus: ſupraq́; hunc Tolentìnum vetus oppidum ad Chi[illegible]tum, cuius incolas Tolentinates Plinius in quarta regione nominat. Honora[illegible] ibi reliquiæ D. Nicolai ex Eremitanorũ familia, quẽ Eugenius IIII. Pontif. M[illegible] in diuos retulit. Multi hoc oppidum præſtantiſsimi viri ortu illuſtrauere, max[illegible]e Franciſcus Philelphus, & græcis latinisq́; litteris vt eius opera compoſita traductaq́; teſtãtur, eruditiſsimus, & itẽ poëta nobilis, q extrema ſenectute poſtq̃ Boni æ, Romę, Mediolani, Florentię, Patauij, Mantuæq́; multis annis ingenti ſt pendio ſcholas habuiſſet, decedens Marium filium non modo fortunarum, ſed eti[illegible] animi ac ingenij hæredem reliquit quod nimirum edita eius quoq; ſcripta doc[illegible] Tolentinas item fuit Nicolaus Matrucius armorum vſu & gloria cum prim[illegible] noſtrorum patrum memoriæ ducibus, vti à Blondo Corioq́; proditum eſt litte[illegible] & ego ſæpe ex meo patre audiui, numerandus: cuius quoque filium Chriſtophorum paternæ virtutis æmulũ magna cum laude militiæ vacauiſſe Cori[illegible] auctor eſt. F[illegible] quoq; Ioannes Franciſcus cognomine à patria Tolentinas, qui circa Sixtum III[illegible]. Põtif. floruit, bellorũ quoq; e gnarus, animiq́; & conſilij ſummi vir, ìdeoq; cop[illegible]a rum ductor à multis Italiæ principibus expetitus. Tertio ſupra Tolentinum [illegible]p[illegible] de caſtellum eſt Belfortium. A Chiento deinceps ad ſextum fere milliarium in ora, modici torrentis oſtium ſequitur, Aſini: prope quem intus, dextra, caſtell[illegible] D. Mariæ Caſſaninæ eſt. Læua itẽ in continenti, haud procul tamen à mari nob[illegible]imum oppidum & frequens in monte, Ciuitas Noua. Hinc tum in ora flumen Potentia, ſupra Matelicã in Apennino, exaduerſum Nuceriæ Alfatemæ, cuius in Vmbria mentionẽ fecimus, oriens. Olim iuxta huius amnis oſtium vrbs eiuſdem nominis Potentia fuit, à Strabone, Plinio ac Ptolemæo inter ꝑcipua oppida Piceni nume-

a. lib. 2. de bell. Goth.

numerata. Volaterranus ª Potentiam Traianam dictam ſcribit: ego ex Ptolemæo a. lib. 6.
colligo duas vrbes fuiſſe, Potentiam atq; Traianam: & hanc ad litus, illam verò Com. Vrb.
in mediterraneo ſitam. Intus amnis Potentia dextro in latere ſub primis Apenni-
ni collibus ad duo millia remotum Monticellum habet, infraq; læuà, Montem D.
Honorati oppidum Marchianorum: ſuprà inter colles Apennino finitimos, pro-
pter nobile oppidum Sanſeuerinum, ex antiquæ vrbis Septempedæ ruinis ædifi-
catum fluit. Septempedam Longobardi ſolo æquauere. Meminit eius Strabo ᵇ: Pli b. lib. 5.
niusq; Septempedanos in quinta regione, Ptolemæus Septempedam in mediterra-
neis Piceni recenſet. Dehinc in ora Muſonis oſtia ſunt: quod flumen Aſpidem vo-
cant, à ſinuoſo nimirum vt opinor, tortuoſoq; curſu: eſt enim inſtar aſpidis ſer-
pentis: cum ex Apennino deſcendẽs, ſtatimq; ad Aquilonem verſus, dein ad orien-
tem, rurſusq; multis voluminibus hàc illac ſe flectens, ita tandem in mare prorum
pat. Latere eius vtroq; per mediterraneum quà fluit, oppida multa ſunt: quæ ordi-
ne ac poterimus commodiſsimo referemus. Primùm igitur intus vicinum illi Ri-
cinetum, vrbs vt in illis partibus non inhoneſta: quam Blondus Ricinetum ait ap
pellatam, quòd cum Gothi Heluiam Ricinam oppidum ab Imperatore Heluio
Pertinace refectum, colonisq; inſtauratum excidiſſent, cuius etiamnum fundamẽ-
ta prope Maceratam apparent, eius deletæ vrbis incolæ in hoc longum collis iugũ
migrauere, vrbemq; hanc condidere, Recinetum parua mutatiõne pro Ricina no-
minantes. Id verò magna ex parte Ricinatium decreta comprobant, ſaxis inciſa
quæ Maceratæ conſpiciuntur: & præſertim eximium illud marmor his literis in-
ſcriptum. Imper. Cæſari L. Veri Aug. Filio. Diui Pij Nepoti. D. Hadriani pronep.
Diui Traiani Parth. Abnep. Diui Neruæ Atnep. L. Septimio Seuero Pio Pertinaci,
Aug. Parthico, Maximo. Arabico & Adiabenico Pontif. Max. Trib. Pont. XIII.
Imp. XI. Coſ. III. P. P. Colonia Heluia Ricina conditori ſuo. Quanquam autem
hoc elogium, conditori ſuo habeat: non tamen Heluiam Ricinam Heluius Perti-
nax primus fundauit, ſed refecit tãtùm: fuit quippe in vſu veteribus, vt alibi quoq;
dictum eſt, conditoris nomen pro inſtauratore ſumere. Et inſtauratam ſolũ à Per-
tinace Ricinam è Plinio quoq; diſcimus, qui Ricinenſes memorat, in quinta nimi
rum regione, ſcripſit autem ſub Imperatore Tito multis ante Pertinacẽ ætatibus,
Ricinetum vrbs nundinaria eſt: certis enim anni temporibus huc ad mercatum ne
gotiatores ex omnibus propemodum Europæ, multisq; etiam Aſiæ partibus con-
ueniunt. Agrum habet perbonum ac nitidum, totumq; collinum, vitibus, oleis, a-
liisq; fructiferis arboribus abundantem. Claros etiam homines aliquos in lucem
edidit: quorum è numero nunc floret Franciſcus Apoſtolicæ ſedis Referendarius,
vir prudens, humanus atq; literatus. Inter Ricinetum & mare haud procul à Muſo
ne inclytum toto Chriſtianorum orbe fanum in colle D. Mariæ Lauretinæ iacet,
fortiſsimo muro cinctum cum vico, quem fere caupones, ſtabularijq; ac diuerſo-
rias tabernas exercentes incolunt, ad eos qui ex omni Europa quotidie, præcipua
tamen frequentia primi veris & autumni temporibus huc votorum cauſa veniunt,
excipiendos. Initium de hoc delubro ſcribendi vnde potiſsimùm facere oporteat,
equidem ambigimus, ob excelſam loci religionem ſummamq; magnificentiam:
at tamen cum illius ſanctiſsimi conclauis in mentem venit, in quo nata educataq;
cælorum regina ſemper virgo Maria, mater filij Dei, & aduocata miſerabiliũ reo-
rum ad natum, ac vbi nunciante Gabriele Archangelo genetrix Dei appellata, itẽ
ubi in ipſa carnem hanc noſtram ærumnoſam aſſumpſit Deus, quò nos à Tartarei

Nn Satanæ

Satanæ tyrannide ac poteſtate ad regni cœleſtis portam, quæ tot ſeculis ob [illegible]
rum parentum noxam occluſa ſteterat, traduceret, de illo quanquam digne [illegible]
poſſe nos ſatis propter ingenij noſtri tenuitatem intelligamus, tamen pij [illegible]
lectoris gratia breuiter aliquid cõmemorare inſtituemus. Primùm omnium [illegible]
quaquam dubitare oportet hoc illud ipſum conclaue eſſe, in quo mundi regina [illegible]
lucem edita· quãdoquidem præter grauiſsima ſcriptorum hac de re, ac item vti [illegible]
angelis huc deportatum ſit, quæ leguntur teſtimonia, nemo tam duri cordis aut [illegible]
leratus eſſe poteſt, quin ingreſſu molleſcat, ac ſeipſum diuina quadam vi & [illegible]
ctu moueat ad locum honorandum, precesq; ad Diuam vt pro venia ſuorum [illegible]
minum apud Ieſum Chriſtum velit intercedere, fundendas. Præterea verò id [illegible]
cula confirmant hîc diuinitùs edita· quibus mortales Matri Dei ſupplices, vot[illegible]
compotes facti, et etiamnum quotidie fiunt· vt euidenter monumenta ſcr[illegible]
ſtatuarum ex auro, argento, cera, picturę, aliaq; ſimilia, quæ per multas ætat[illegible]
cula huc delata ſuſpenſaq; cernuntur, indicant. Atenim non ſolũ omnia h[illegible] a D[illegible]
miraculoſe facta ſigillatim recenſere, quæ eiuſmodi ſunt, vt ijs incredibili[illegible]
tur, qui Deum Opt. Max. dulciſsimæ matris precibus haud permoueri [illegible]
infinitum planè foret· verumetiam perfectè nullo fieri ſtudio facultateq; po[illegible]
ideoque nobis hîc conſiſtere potiùs viſum, orandaque ſanctiſsima Dei gen[illegible]
vt quòd à me vti oportebat, ac debiti erat mei non laudatur, id benignitate c[illegible]
net ſua. Ædes hîc eſt magnificentiſsima· cuius in medio conclaue ſacroſan[illegible]
concluſum muro craſſo· ſic tamen vt humanũ opus diuino cõiungi nunqu[illegible]
tuerit, quemadmodum apparet· eo ſcilicet documento, id haudquaquam [illegible]
gnum, vt quos Chriſti mater tetigit parietes, contingat. Fanum totum mœnibus
fortiſsimis, & omnibus armorum cum ad defendendum, tum etiam ad ferie[illegible]
generibus, itemq; tormentarijs machinis, inſtructis, munitum eſt, ne à piratis [illegible]
vt olim à Turcis, diripiatur ac vaſtetur. Auctores huius operis fuere Alexand[illegible]
Pontif. multoq; magis Iulius ſecundus, etiam toto vico muris comple[illegible]o, vt [illegible]
tutò hic canonici & ſacerdotes in fano ſacris operantes cum cætera plebe [illegible]
tent. Olim hoc in loco vt quidam cenſent, Cupra montana fuit a Plinio in [illegible]
quintę regionis mediterraneo deſcripta, ſimulq; propter aliam Cupra[illegible]
montana cognominata. Sunt etiam qui in D. Mariæ Laurentinæ fani loco p[illegible]s æ
a.lib. 8. dem Iunonis Cupranæ fuiſſe tradant, à veteribus religioſiſsimè cultam, vt [illegible]
Marſus ad hunc Silij a verſum notat: Et quis littorec fumant altaria C[illegible]
enim Cupram oppidum ad mare quondam templum habuiſſe Iunoni[illegible] Th[illegible]
ædificium, qui Iunonem Cupram nominabant· ideoq; poëtam illic altar[illegible]
ſe dicere, quoniam Cuprani Iunonis colebant ſacra. Verumen[illegible]uero qu[illegible]d [illegible]
pram oppidum eſſe ad mare dicit Marſus, in hoc eum falli cum alijs quibu[illegible]da[illegible] a
nimaduertẽdum eſt, qui immemores duas Ptolemæum in Piceno Cupras d[illegible]a
re, montanam atque maritimam, non de alia quàm litorali Cupra co[illegible]
tamen Iunonis templum intus in colle, non ad litus in planitie ſitum fuerit. N[illegible]
nulli quoque Potentiam à Ptolemæo nominatam hîc deſignant: cæte[illegible] q[illegible]
nos antea locum eius vrbis demonſtrauimus, ea de re pluribus h[illegible]c a[illegible]ere non
operæpretium. Ioachimi Vadiani in Epitoma trium terræ parti[illegible] erro[illegible] [illegible]
cum ipſi multis in locis per ſe patent, tum illo præcipuè, cum in hæc verb[illegible]
Interius regio fertiliſsima Marchia hodie Anconitana vocata: amnis Meta[illegible]
deinde Picenorum agri, & in litore Potentia: mox fluuius Clitum[illegible]us· ſupra
quem

quem vetuſtam Marſorum gentem Apenninus amplectitur. Inde Pelignorum agri vbi hodie Lauretum vulgo frequens, & fluuius Aternus Fretanorum gentem alluens. Non ſemel hîc eum labi probationis equidem haud eget. Lauretum enim vulgo frequens in Pelignis collocat, quod in Piceno abſque controuerſia eſt: amnemque Clitumnum in Picentibus nominat, qui abhinc longiſsimè in Vmbria fluit, vti in tempore demonſtrauimus. Rurſum ad Muſonem in colle cuius radices alluit amnis, X. à mari millibus vt ſcribit Procopius, antiqua eſt ciuitas, Auximus Straboni Procopioq; dicta: cuius incolas Auximates Plinius in V. regione recenſet: quanquam corrupti codices, Anſinates habeant. Liuius [a] Oximum nominat, Cenſores Oximi Calatiæq; muros fieri decreuiſſe narrans. Memoratur etiam hæc vrbs à Cęſare et Appiano [b], itemq; à Procopio perſæpe: nominatim verò [c] cum diuturnam Beliſarij obſidionem Gothos, quod Blondus quoque tradit, hoc in oppido ſuſtinuiſſe ſcribit, ac perhonorificè id regionis huius vniuerſæ caput appellat. Plurima quoque hic non pridem epithaphia elogiaque reperta, quæ breuitatis cauſa prætermittimus, ſummam loci vetuſtatem & priſcis temporibus auctoritatem indicarunt. Plinius [d] Auximati caſeo Romæ gradum æſtimationis inter cætera laudata genera fuiſſe ſcribit. Noſtra memoria Bocalinus Guzonius Auximum longe nominatiſsimum reddidit: quòd patriæ occupato principatu non potuerit ab Innocentio VIII. Pontif. vrbe pelli, niſi Ioannis Galeatij Sfortiæ Mediolani Ducis ope: tamque conſtantis aut peruicacis ac feri animi fuerit, vt nepoti ante oculos ſuo ceruicem frangi ſpectare, quàm oppidum Pontifici dedere maluerit: donec ſpe Turcicorum auxiliorum deceptus, exercitu reguli Mediolanenſis grauiſſimè premente Pontificis voluntati coactus paruit. Mediolanum commigrauit tunc: vbi coniurationis poſtea cuiuſdam auctor deprehenſus, quum ad ſupplicium traheretur, liberrimè negauit ſe tam vilis & abiecti hominis manu, de lictore ſentiens, perimi oportere: ſimulque laqueo ceruici aptato, ipſe ſe ex ſummis ſcalis præcipitem dedit ac ſuſpendit. Nunc ſummo decori Auximo eſt Petrus Philippus Martorellus Iureconſultus, vir adminiſtrandarum vrbium inprimis gnarus: qui Ioannis Moroni Cardinalis, Bononiæque Legati, & plurium aliorum Auditor fuit, ſemperque mirificam pro temporum ratione grauitatem atque lenitatem in moderando adhibuit. Ager circumiectus omnis nitidi colles ſunt, vitibus, oleis, alijsque fructiferis arboribus veſtiti. Infra Auximum amœna ſternitur planities, frumenti mira vbertate fertilis. Suprà tum XII. ferè lapide ſub Apennini collibus, in monte tamen, oppidum Cingulum, quod Blondus Cimbulum vocat, vnoque latere, quemadmodum & Auximi montem, amnis Muſon alluit, paulo altioribus initijs erumpens. Plinius in V. regione Cingulanos refert. Conditi a T. Labieno Pompeianarum partium defenſore. Inter Cingulum & Auximum honeſtum oppidum eſt Staphilum: infraque ad læuam inter colles montemque Apennino vicinum, vetus caſtellum Rapirum. Deinceps in ora millibus tribus ab oſtio Muſonis vrbs fuit Humana, Melæ ſic dicta, ſed Plinio Ptolemæoque Numana, pariterque Silio [e] cum inquit: Hic & quos paſcunt ſcopuloſæ rura Numanæ: vbi Marſus vrbem hanc in ſcopulo mari vicino eſſe poſitam, & à Siculis conditam auctore Plinio, notat. Non procul hinc iuxta litus in promontorio, Anconi, de qua vrbe mox agemus, finitimo Sirolum eſt oppidum, nobile vino, quod Plinius [f] Anconitani nomine celebrat, vti in caſtigationibus ab Hermolao Barbaro demonſtratur. Altero eius promontorij latere Caſtellum Ficardum eſt,

[a] lib. 41.
[b] lib. 1. de bell. ciuil.
[c] lib. 2. de bell. Goth.
[d] lib. 11.
[e] lib. 8.
[f] lib. 14. cap. 6.

Promontorium hoc Cymeria dictum antiquis, vel vt Plinius ſcribit, Cumerum,
hodie mons Anconitanus vocatur]. Apennino ita cohæret, vt quidam hîc eum
finiri ſcripſerint: quòd tamen ratione caret: quanquam enim hîc Italia ſe flectat
vt ait Plinius, demonſtratque Ptolemæus, quam hucuſque mediam Apenninus
diuidit: tamen idem & hinc vnà cum totius Italiæ continenti ſe conuertit, regionemque
totam iugis perpetuis ad Leucopetram vſque Brutiorum promontorium
extremum percurrit, vti in Italiæ ſitus deſcriptione ab initio diximus à Ptolemæo
demonſtrari. Apennini iuga ferè ſupra Liguriam ſunt: principioque ab
Alpibus vſque Anconem, inde flexu verſus Adriatici maris oram ad Garganum,
hinc verò in meridiem ad Leucopetræ promontorium excurrunt, eoque finiuntur.
Olim Anconitano in monte Veneris ædem fuiſſe docet Iuuenalis, de rhombo
ante id fanum capto, munerique Domitiano Cæſari dato ſic inquiens Ante
domum Veneris quam Dorica ſuſtinet Ancon: nunc eum Eremitæ aliquot
colunt ædificato monaſterio, cum plurimis hàc illac tugurijs & ſpeluncis, è quibus
in cœnobij delubrum certis temporibus conueniunt. Sub ipſo promontorio
quà ſe in mare torquet, vrbs Ancona vel Ancon antiquiſsima iacet, ab oræ huius
flexu cubiti formam, vt Plinius Melaque teſtantur, efficiente, denominatam
is ἀγκὼν græcis dicitur. Oppidum hoc priſcum Italorum & Gallorum
ſcrimen eſt habitum: etenim vt Mela tradit, Italia hîc finiebatur, incipiebantque
Galli Senones cum Gallia Togata. Cato Anconam priùs Picenam vocabat,
Hetruſco ſimul & Aboriginum dictam, at Strabo græcam vrbem, & à Syracuſanis
qui ob Dionyſij tyrannidem Sicilia profugerant conditam, idem Plinio Solinoque
probante, ſcribit. Iuuenalis eam originis eſſe Doricæ velle videtur cum
Ante domum Veneris quam Dorica ſuſtinet Ancon. Ego puto hanc auctorum
varietatem ita poſſe conciliari, vt Dorios Græcos vrbem à fundamentis primùm
incepiſſe, poſteaque Syracuſanos aut Siculos auxiſſe putemus. Quod ſi quis
ſtabit Iuuenalem vtique conditores vrbis Dorienſes indicare: poſſet equidem
reſponderi, Doriorum in Sicilia multas fuiſſe colonias, indeque Siculos Dorienſes
huius vrbis auctores profectos. Aliter etiam Anconitanum portum Doriorum
eſſe opus dicere liceret, vt innuere Iuuenalis videtur: oppidum verò ipſum Siculorum.
Quidam vt Papias Carinusque hiſtorici ſcripſerunt, Anconem Dolopes
Theſſaliæ populos: alij Ancum Martium regem Romanum, quod ego in
veterrimis quanquam auctoris incerti chronicis legi, ædificaſſe prodiderunt: ſed
quia nihil ſoliditatis hæ ſententiæ nobis habere videntur, fidem earum apud auctores
eſſe volumus: nec luculentis ſcriptoribus conſentientibus, vti hîc Plinius
Strabo, Solinusque ſunt, cum in aliarum vrbium originibus, tum etiam in huius
ad incertos & nomine carentes vllo pacto diſcedendum arbitramur. Situs Anconis
eiuſmodi eſt vt promontorio ſit appoſita, pulchroque & tam aditu opportuno,
quàm ſtatione tutiſsimo portu, ſicut etiam Strabo demonſtrat, à Septentrione
claudatur: quem Traianus Imperat. Auguſt. marmore cum gradibus per quos
commodiſsimè naues onerantur & exinaniuntur, inſtaurauit: adiecto etiam arcu
magni ac præclari operis, cum inſcriptionibus huiuſmodi. Imperat. Cæſar. Diui
Neruæ F. Neruæ Traiano optumo Auguſt. Germanic. Datico. Pont. Max. Tr.
Pot. XIX. Imp. XI. Coſ. VII. P. P. Prouidentiſsimo Princi. S. P. Q. R. Quod
acceſſum Italiæ hoc etiam addito ex pecunia ſua, portum tutiorem nauigantibus
reddiderit. Et in dextro ipſius arcus latere. PLOTINÆ. Aug. Coniugi Aug.
in læuo.

a læuo: DIVÆ Marcianæ Aug. Sorori Aug. Portus hic nobiliſsimus cum natura, tum opere & arte clauſis adeo ac tutus eſt, vt tam magnitudine, quàm opportunitate inter primos atque nominatiſsimos orbis terrarum vniuerſi poſsit annumerari: nec ab re vulgi dictum celebretur: Vnicus Petrus Romæ, vnica turris Cremonæ, vnicus portus Anconæ. Negligentia tamen & ſecuritate magnoque item dedecore oppidanorum nunc quibuſdam in locis oppletus eſt. Anconem vtpote antiquiſsimam vrbem ſcriptores multi præter hactenus citatos memorauere: nimirum Sempronius, Procopius *a*, Cæſar *b*, Tacitus *c*. Antoninus, Lucanus *d*, cum inquit: Illinc Dalmaticis obnoxia fluctibus Ancon. Silius *e* ita: Stat fucare colus nec Sidone vilior Ancon: itemque liber coloniarum his verbis: Ager Anconitanus limitibus græcanicis, in centurijs eſt aſsignatus. Maximè quantum ex hiſtorijs colligere poſſumus, ſub Imperio Rom. floruit vſque ad Gothorum in Italiam aduentum, à quibus obſeſſa fuit, multisque oppugnata prælijs: tam fortiter tamen oppidanis & Conone præſidiorum Iuſtiniani Imper. Aug. præfecto eam defendente, vt quanquam deiectis ab hoſte ſuburbijs, nunquam capi potuerit, quemadmodum à Procopio *f* Blondoque *g* traditur: qui etiam alibi *h* referunt, apud Anconem legatos Narſetis claſſem Gothicam viciſſe nauium XLVII. è quibus X. tantum euaſere cladem, cæteris omnibus aut captis, aut ſubmerſis: cum Romana claſsis nauium XXX. ſolùm fuiſſet. Poſt tempora Gothorum Anconem Longobardus tenuit, ſedemq; ac domicilium fecit Marchionatus, ea propter Anconitani vt prædictum eſt, appellati. Longobardis deletis profligatisque, cum cæteris Italiæ ciuitatibus hæc etiam ad Imperatorum Cæſ. ex Germania ditionem peruenit. A Saracenis deinde regnante Lothario, circa Sergium Pontif. Rom. direptam incenſamque Blondus *i* auctor eſt. Poſthæc à ciuibus qui ex ea clade ſuperfuerant, paulatim inſtaurata refectaque, ſimulque mox opibus ac populo aucta, conſenſione ciuium mirifica ſuo iure vti, ac in ſua poteſtate eſſe cœpit: vt tamen Eccleſiæ Romanæ nomen ſemper agnoſceret, quæ ſuperioribus ſeculis imperium eius ac dominatum integrè nullo pacto nanciſci potuit: quanquam id à multis Pontificibus conſtet fuiſſe tentatum. Tantus erat ciuium in libertate tuenda conſenſus, tantum ſtudium poteſtatis ſuæ, vt quotannis clam magiſtratum certorum hominum legerent, etiam ipſis popularibus præterquam paucis ac fidis incognitum: qui id muneris ac negotij habebat, vt occultè ne quid aduerſus rempublicam conſiliorum iniretur, indagaret. ac ſi quid fortè præſenſiſſet, ad Deputatos protinus deferret. Ita ſibi ad annum vſque poſt C. N. MDXXXII. libertatem incolumem conſeruarunt: qua tum Bernardini Barbæ Caſalenſis Epiſcopi, ac Ludouici Gonzagæ Clementis VII. Pontif. legionum præfecti artibus ac dolo ſunt exuti. Caſtellum illi ædificarant, tanquam vrbis aduerſus Turcarum itemque piratarum incurſiones propugnaculo ac præſidio futurũ: hoc opere iam ita perfecto, vt habitationi aptum videretur, fraude ac ſi præſidia militum, tormentariasq; machinas introducturi eſſent, vrbem ipſam occupant: quod cum ciuium magiſtratus intelligerent, quia reſiſti iam nulla ratione poterat, in ſuas quiſque priuatas ædes confugit, deſerta curia: quam mox Barba valido præſidio militum & tormentorum occupat, relegatis in varia loca vrbis primoribus, & quibuſdam eueſtigio Romam miſsis, præterea que callidiſsimo conſilio tota iuuentute quæ tractare arma poſſet, à ciuitate abducta, hortatus vt Legato Pontificio itinere à D. Mariæ Lauretu, mox adfuturo, obuiam honoris cauſa proficiſceretur inſtructa: cui à

a. lib. 3. de bell. Goth.
b. lib. 1.
& alibi.
c. lib. 3.
d. lib. 2.
e. lib. 8.
f. lib. 3.
g. lib. 5.
hiſt.
h. Blōd. lib. 7. hiſt.
i. lib. 11. hiſtoriæ.

tergo portæ occluſæ, reditusq; in vrbem deinceps negatus, quanquam po... legatus adueniret. Ita tum optimatibus ac iuuentute omni ciuitas vaſtata, p... Pontificis imperium poteſtatemq; venit quæ nunc rerum hic forma eſt. Ge... Ancon ingenia nobiliſsima magno numero inprimis autem Auguſtinum or... Eremitarum eximium Theologum, quod ſcriptis in lucem editis probauit... Franciſcum & Nicolaum Stalamontios iuris apprimè conſultos, latinisque l... ris eruditos præterea Cyriacum totius antiquitatis & rerum memora... totam Europam Aſiæq; & Africæ partem indagatorem qui mirifico ſtu... literarum monumentis celebrata legerat, veluti theatra, amphitheatra, c... templa, ſtatuas, tymbos, obeliſcos, pyramides, tabulas cum epitaphijs, ar... ac id genus curioſæ inueſtigationis alia, non ſolum ipſe oculis conſpexit, ve... tiam diligenti & exacta pictura reddidit expreſsitq; rogatus autem cur his in... bus tam ſtudioſè verſaretur, vt mortuos excitem, reſpondebat, dicto hercle ta... viro conuenienti atq; digno. Tam multa ſcriptis congeſsit expreſsitq; formi... Petrus Raſſanus, cui cum illo magna familiaritas interceſsit, tria ſe ingentia vol... mina manu ipſius exarata depictaq; vidiſſe affirmet: quarum antiquitatum p... in Germania Petrus Apianus, & Bartolomæus Amantius anno à C.N. M D X... XIIII. typis ediderunt. Alios præterea ſummos viros Ancona genuit, qui in n... ſtram notitiam penitus non venêre, proptereaque celebrandi relinqu... lijs. Agrum habet bonitate, fertilitate, ac vbertate multorum nobilium fru... um & frumenti præſtantem, maximè verò celebrem generoſitate vini, à Strab...

a.lib.14. Plinioq; a laudati quod hodie nominatiſsimum Siroli eſſe puto. Anco...
cap.6. temporibus purpuram tingi ſolitam, ex b his eius verbis intelligimus Stat...
b.lib.8. colus nec Sidone vilior Ancon, Murice nec Lybico: ad quem locum Ma... notat, purpuram maximè tinxiſſe ternos populos, Phœnices, Lybicos & La... quodque idem Anconitani facerent, vti à Silio proditur, id alios non tra... Picenum olim Anconitani agri finibus, ſeu Flumeſino amne qui prius ... ctus, terminabatur ac idem veteris Italiæ Galliæq; Togatæ diſcrimen erat, vt ... bo, Plinius & Mela demonſtrant: præterea gens Vmbrorum & Senones vt ... us tradit, hîc incipiebant: proinde auctores illos ſequi deinceps inſtitutum eſt.

VMBRI, SENONES.

Finiebatur Picenum vt diximus, Æſi amne, qui nunc Flumeſinus eſt, inc... bant Vmbri vel ijdem potius hac parte terminabantur: etenim inter Ap... num & Adriaticum mare Vmbria (nempe illa quæ cis Apenninum erat) alter... tere ab Rauenna incipiens ad Æſin pertinebat omniaque hoc ſitu loca, Sar... Ariminum, Senam, nunc Senegalliam, Camerinum, Montem Ci... S... num, Metaurum amnem hodie Metrum, Fanum Fortunæ, cum Æſi flumi...

c.lib.5. primos Italiæ terminos fuiſſe Strabo c Pliniusque dicunt, amplectebatur. Ca... Arimino inquit, ad Anconam Senegallia à Senonibus dicta pulſis Hetruſcis nunc Gallia Togata · Sempronius, à Rubicone ad Anconam Sen... Gal...

d.lib.5. lia, Togata dicitur, ab his qui duce Arunte primi in Italiam tranſcenderun... Alpes, à quibus ſenſim pulſi Hetruſci. Liuius d aliter, Senones ad... ex Gallis in Italiam recentiſsimos, ab Vſente flumine vſque ad A... habuiſſe fines, & Cluſium Romamque inde veniſſe ſcribit, quemadmodum etiam

etiam à Polybio a traditur. Ptolemæus cum Catone & Plinio conuenit, tra- a *lib.* 4.
ctum omnem inter Anconam ſeu amnem Aeſin, & Rubiconem Senonum eſſe ſcribens. At cum Galliam Togatam inter Rubiconem & Trebiam amnes, quorum poſtremus agri Placentini fines alluit, vti in tempore demonſtrabitur, concludit, in hoc à Plinio diſcrepat. qui Senones ipſos Galliam vocat Togatam. Nos vt hos auctores luculētos ſequamur, regionem totam ab Aeſi ad Rubiconem & vlteriùs vſq; Rauennam Vmbros, itemque ad Rubiconem tantùm, Senones, ad Foliam verò citeriorem limitem Marchiam Anconitanam, quemadmodum initio quoq; dictum eſt, appellabimus. Erunt itaq; Senonū in Anconitana Marchia termini, Flumeſinus amnis ab exortu, Folia ab occaſu, Apenninus à meridie, ſinus Adriaticus à Septentrione· vt ab oriente Piceno, ab occidente parte Senonū quæ nunc Romanula, meridionali latere Apennino qui cæteros Vmbros ab his, itemque à Senonibus diuidit, à Septentrione Adria claudantur. Primùm ad Anconitani agri fines in ora Flumeſinus amnis, Straboni, Plinio, Melæ ac Ptolemæo Aeſis dictus, Apennino oriens, & deſcenſu inter montes tandem hîc in mare ſe exonerans. Priſcum nomen ab Aeſi rege Piceni manauiſſe Silius b auctor b *lib.* 8.
eſt inquiens: Quis Aeſis regnator erat fluuioque reliquit Nomen. Olim vti ſuprà commemoratum, Vmbri ab hoc amne incipiebant· cuius rei teſtis quoque Silius cum ait: cauis venientes montibus Vmbri, Hos Aeſis ſapisque lauant. Propter oſtium Flumeſini arx eſt ab Anconitanis ad finitimi agri tutelam contra prædonum excurſiones peropportunè tormentis inſtructa. Sequitur in ora deinde Caſa Cremata, diuerſoria taberna, fortiſsimo comunita muro propter piratarum Turcarumq; metum, qui hic frequenter in terram egredi, loca q; diripere, ac peregrinātes captiuos abducere prius ſolebant. Nomen ab euētu habet, quòd ſæpius à prædonibus cremata ſit priuſquam muniretur. In continenti tum Aeſis dextra, D. ab eo paſs. præcelſo in monte Sanquiricum eſt oppidū· vlteriusq; exaduerſum Fabrianum· inde ſexto lapide perhoneſtum Matelica· cuius incolæ Matelcates in ſexta regione cum Vmbris recenſentur à Plinio. Nomē huic loco peperit Corradus, vir vſu bellorum gerendorum inprimis exercitus, qui Bononienſium copiarū ductor in oppugnatione Maximatici oppidi in agro Bononienſium, quod exules occupauerant, tormento ictus interijt anno à C. N. MCCCIIII. quemadmodū in annalibus vrbis Bononiæ perſcribitur. Latere cum qua iter Gualdum eſt Vmbriæ oppidum vti indicauimus, ſub Apennini iugis Eremita fratrum Minorum cœnobium apparet nobile, ac ædificijs tam magnificum, vt prorſus abſq; ingenti admiratione conſpici nequeat, ſi quæ facultas eſſe potuerit in his aſperis horridisque locis tam ſplendidè ac luculenter ædificandi cogites. Inter eoſdem tamen colles monteſque ad Aeſin amnem intus, vrbs inuenitur Aeſis, à Strabone Ptolemæoque nominata· cuius populum Aeſinates Plinius etiam in Vmbria ſexta regione memorat. Dubium an à flumine nomen ipſa teneat, an illi dederit. Vltrà ſub primis Apennini collibus atque adeo inter ipſos honeſtiſsimum oppidum eſt Fabrianum, nobilitate ac ædificiorum magnificentia primis Italiæ totius caſtellis vulgi dicto collatum, quo Crema Lombardiæ, Pratum Thuſciæ, Barulum Apuliæ, Fabrianum Marchiæ celebrantur. Aedificatum conſtat ob Sentinum veterem vrbem, cuius ad ſextum lapidem reliquiæ ſuperſunt, à Longobardis euerſam. Nominis

etymon à Fabro Iano quidam eſſe tradiderunt· & in argumentum a[illegible]erunt [illegible]
us caſtelli ſymbolum, quod Iani imago eſt manu malleum tenentis vti ſubi[illegible]
incudi impreſſuri. Iudicium tamen huius rei apud legentes ſtabit. Oppid[illegible]
eſt Fabrianum lautè ædificatum, colonisque frequens, maiori ex parte artifi[illegible]
bus chartarum, quæ hîc laudatiſsimæ fiunt, tantaque copia vt plurim[illegible]s Italiæ re[illegible]
gionibus atque Conſtantinopoli, & alijs inſuper orbis partibus ſufficiant. P[illegible]
cipatum eius diu nobilis familia Clauellorum tenuit· ex qua poſtremus Bap[illegible]
ſta Thomæ F. crudelitate, immanitateque ac perditiſsimis moribus adeo e[illegible]
ratus, vt nullo modo ferri diutius poſſet, optimatium coniuratione in t[illegible]o
dum ſacris operaretur, verbaque hæc quæ ſigna fore rei ineundæ conuenera[illegible]
incarnatus eſt de Spiritu ſancto, & homo factus eſt, canerentur cum vniue[illegible]
mo præter ætatis aut ſexus diſcrimen cæſus eſt. Ita verò cum ad tuendam libe[illegible]
tem Fabrianenſes in ſe ipſis præſidij ſatis haudquaquam ſibi eſſe intelligeren[illegible]
Franciſco Sfortiæ ſe dediderunt, quem hîc arcem vt illis temporibus firma[illegible]a
a. lib. 25. hiſtoria. munitam condidiſſe, Blondus *a* ſcribit. Illo pòſt armis Eugenij IIII. Pontif.[illegible]
ta Marchia depulſo, ad nomen Pontificium pertinere cœperunt· diuq; exinde [illegible]
beri & pace & opibus floruere, tanta municipum concordia, vt cum Leo X. P[illegible]
tif. Max. nepotem ſuum ex Franciſco Cibone natum, principem illis dare [illegible]
ret, id propter inſignem eorum conſenſum atque conſpirationem facere [illegible]
mè poſſet: ortis autem pòſt inter plebem & optimates pernicioſiſsimis odi[illegible]
diſſenſionibus, demum Baptiſta Zibbico Duce natalibus infimis orto, ſed [illegible]
ce loquaceque homine, cum plebs irruptione in nobiles facta plurimos [illegible]
interemiſſet, alios ex oppido eieciſſet, tum Leo Pontifex de quo ſuprà di[illegible]
protinus legatis miſsis abſque vllo negotio contentioneúe oppidum occupa[illegible]
cuius ita libertas tanto tempore ſummo ciuium labore diligentiaque co[illegible]
ta demum concidit. Viros eximios magno numero edidit· maximè Co[illegible]a[illegible]
tium ex ordine prædicatorum hominem ſanctum, & multis virtutibus orna-
b. lib. 5. de uiris illuſt. ord. præd. tum, quem Aſculi vita deceſsiſſe, ac ibi miraculis clarere legimus *b*· Bap[illegible]
item ex eodem ordine ſummum theologum, qui diu publico ſtipendio Pat[illegible]
ſcholam habuit. In ora deinceps à Caſa Cremata millibus aliquot vrbs eſ[illegible]
c. lib. 2. nogallia Melæ *c* dicta, Catoni Plinioque & Antonino Senegallia, ſed Pt[illegible]
d. lib. 4. mæo Senagallia. Prius Senam appellatam teſtantur Strabo, Polybius *d*, & item
e. lib. 11. Liuius plurimis in locis, maximeque cum *e* deductas colonias Adriam, C[illegible]
ſtrum, Senam, ſcribit· vbi hanc Vmbrorum Senam intelligit, quemadmo[illegible]
f. lib. 38. in paralip. à Volaterrano *f* quoque docetur· item cum *g* populos qui vacationem ha[illegible]
g. lib. 27. re dicebantur, idque deferre ad Senatum iuſsi erant, vna die veniſſe refert, O[illegible]
enſes, Alſienſes, Antiates, Anxurates, Minturnenſes, Sinueſſanos, & à ſ[illegible]pero
mari Senenſes· poſteaque Liuium Salinatorem cum exercitu aduerſus Aſd[illegible]
balem Senæ conſediſſe dicit, quum Cl. Nero aduenit. Senam à Senonib[illegible]s
h. lib. 8. vocatam auctor eſt Silius *h* inquiens: Clanius & Rubico & Senonum de n[illegible]-
mine Sena. Senones hi ſunt quos olim vrbem Romam incendiſſe traditur· q[illegible] a
Furio Camillo cæſi, hîc ſedes atque domicilia conſtituerunt, oppidoque no-
men dederunt Senegalliæ. Aliter tamen apud Beroſum Annius Sene[illegible]am
Crepidatam Vmbriam ſignificare ſcribit, quoniam Hebræis Senæ, Græ-
cis σανδάλιον, Latinis crepida vocetur· quod eſt calciamenti genus plantarum

calces

alces tantum infimas tegens,cæteris prope nudis, & teretibus habenis iunctis. rgo is locum hunc crepidam appellat· cuius equidem ego rationem non video· iſi forte quia peramœnam illam huius oræ planitiem à Polybio deſcriptam nit, ideo tanquam eius extremam partem quam in humanis pedibus ſoleæ tent, crepidam vocandam putet: ſed horum cenſuram erudito lectori damus. enæ inſuper etiam Lucanus meminit, inquiens *a*: Senaque & Adriacas qui verberat Aufidus vndas. Senegalliam euerſam (à quo id factum non reperi) Ioannes Roboreus Sauonenſis, Sixti IIII. Pontif. Max. nepos, à Principibus Malateſtis quorum dominatu habita diu fuerat, acceptam inſtaurauit, non tamen eadem qua priùs erat magnitudine. Succeſsit illi Franciſcus Maria filius, poſtea Dux etiam Vrbini, Dominusque Piſauri ab Iulio II. Pontif. patruo ſuo creatus· qui hanc vrbem diu tranquillè rexit, hæredemque principatus Guidubaldum filium nunc imitatione patris æquè laudatè imperantem reliquit. Ab occaſu Miſa flumine alluitur ex Apennino deſcendente. Maxima dulcium aquarum penuria laborat propter maris vicinitatem · ideoque importata neceſſariò vtitur. Cælum habet graue. Incipit hîc Gallia Ciſalpina, itemque illa planities amœna pulchraque Apennini montibus & Germanicis Alpibus complexa, Padoque flumine diuiſa, quam Polybius *b* in hanc ſententiam deſcribit. Tertio Italiæ lateri quod Alpibus terminatur à meridiana regione, verſus Septentrionem ſubiacent campi extremi totius Italiæ, omnis Europæ maximi ac vberrimi. Horum etiam forma triquetra eſt: apicem trianguli facit Apennini atque Alpium copulatio non longè à mari Sardoo ſupra Maſsiliam. Latus quò Septentrionem ſpectat, quemadmodum ſuprà diximus, Alpes faciunt, quæ ad duo millia & ducenta ſtadia protenduntur: latus verò quod ad meridiem vergit, perficit Apenninus, hic ad tria millia & ſexaginta ſtadia protenditur. Baſis locum tenet litus ipſum Adriæ. Eius magnitudo eſt à Sena vrbe vſque ad intimum eiuſdem maris ſinum: hæc duorum millium & quingentorum ſtadiorum ſpatio continetur. Ita omnis camporum circuitus decem millibus clauditur ſtadijs. De fertilitate regionis haud facilè dixerim, ita omnibus frugum generibus fœcunda eſt. Sic ferè Polybius, immenſam huius plagæ vbertatem & ingeniorum excellentiam ſigillatim deinde commemorans· quod nos etiam decætero in tempore faciemus. Itaque vt ad particularis deſcriptionis inſtitutum recurramus, plurima per continentem iuxta Miſam amnem inter colles oppida caſtellaque ſunt· è quibus honeſtiora Mons Nouus, Mons Bodius, Corinaltum, & Arx contraria, ſæpiſsimè à Blondo memorata. Paulo altiùs in Miſam præcipitat amnis Sentinus, propter Saxiferrati perhoneſti oppidi mœnia fluens. Id quoſdam à cauernis ſeu fodinis ferrarijs quæ olim hîc fuerunt, & etiamnum manifeſtò apparent, ita dictum exiſtimare Perottus refert. Volaterranus *c* amnem Sentinum Marchiæ Anconitanæ ac Vmbriæ diſcrimen facit· ideoq; Saxumferratum Vmbris, Fabrianum ſexto abhinc lapide Piceno dat: nos tamē eos qui hac memoria ſcripſere ſequuturi, Saxoferratum in Marchia collocamus, etſi non minus in Vmbris ſit, queādmodum ex Strabone, Plinio, cæteriſq; veteribus anteà docuimus. Celeberrimum eſt Bartoli iuris lucernæ ortu· cuius æterno ac illuſtri nomine oēs omniū regionū ſcholę curiæq; perpetuò reſonāt. Exceſsit ætatis anno L. poſt C.N. MCCCLV. Peruſiæ ſitus in cœnobio Franciſcanorum, medio ędis, ſepulcro ſoli pauimēto æquali, marmoreq; occluſo, qđ in ambitu deſcriptū eius

a. lib. 2.
b. lib. 2.
c. lib. 6. c. V.

eius Epitaphium habet. Præterea Saxoferratum Alexander Eremitani ordinis homo litteratus, ob virtutem à Pio II. Pontif. Cardinalis appellatus, ac Romæ in D. Auguſtini delubro ſepultus, illuſtrauit: itemque Nicolaus Perottus Sipontinus antiſtes, latinis græcisq; litteris, vt edita conuerſaque ab eo volumina demonſtrant, apprimè eruditus, vnà cum Pyrrho nepote, græcæ quoque ac latinæ litteraturæ ſcientia perornato. Supra Saxumferratum interuallo ſtadiorum duorum ad Sentinum amnem ex Apennino deſcendentem, in via quæ Foſſatum ducit Vmbriæ oppidum, locus inuenitur vbi quondam vrbs antiqua Sentinum, à flumine vicino dicta inquit Perottus, extitit: quam Strabo memorat, item Plinius, in Vmbria VI. Regione Sentinates referens. Huius in oppidi [illegible] bilis ille conflictus Romanorum, Samnitium, Gallorum, Vmbrorum ac [illegible] corum Fabio Maximo Decioque Coſs. contigit: quum ſe Decius Conſul, Publij Decij patris in pugna Latinorum apud Veſeuum Campaniæ, quemadmodum ibi retulimus, exemplum ſecutus, deuouit: ac interitu ſuo Romanis victoriam peperit, ex hoſtibus ad IIII. & XX. mill. cæſis, ad VIII. mill. captis, Romanorum verò tantum VIII. mill. CCC. cum Decio Conſule amiſsis, vti à Liuio

a lib. 10. a periucundè narratur. Ob Sentinum deletum à Longobardis vt Procopius & Blondus tradunt, Saxoferratum conditum, itemque Fabrianum. In ora [illegible] oſtia ſequuntur Ceſani fluminis ita veteribus dicti: ad cuius læuam intus in collibus Mundulphium, Mundainumq; & altiùs Orzanum, Ad D. La[illegible] Cereſium, & ad D. Conſtantium: iuxtaq; fontem Ceſani Pergula, quem [illegible] Angelus patrum noſtrum memoria vir militaris diſciplinæ inprimis gnarus, [illegible]

b lib. 23. hiſtoriæ. à Blondo b proditur obitum eius deſcribente, ortu illuſtrauit. Pòſt in [illegible] bus qui inter Metaurum amnem Iſaurumque & Apenninum ſunt, caſt[illegible] inuenitur Carda, cum alijs quibuſdam exigui momenti locis, vti ſunt Ra[illegible] ta, Miraldella, Sorbumlongum, Ad D. Martini, Braſticaria, Belforti[illegible]m, Campus, Turris Foſſati, Paganicum Pelunumque. Dein propter Apenninum & Mercadellum: ſupraque aſperrima in via, quæ per editos Flaminiæ mon[illegible] Thuſciam ducit, oppidum Amola. Blondus Raſſanuſque tractum h[illegible] ſam Trebariam nominant, tanquam Maſſam trabium: quoniam hinc [illegible] giſsimas ac peringentes abietes ad templorum & ædium ſtructuras R[illegible] deuehi conſueuiſſe conſtet, vti etiam in hodiernum vſque diem fit, propter opportunitatem Tiberis, quo ſecundo materia facile Romam deportatur. [illegible] itaque Trebaria dicitur tanquam Maſſa trabium, quæ hic cædi o[illegible] bant, hodieque adhuc cæduntur, & ad Tiberim deuehuntur. In prop[illegible] hoc ſitu Caſtellum D. Angeli Vadani, negotiatorum commercio fre[illegible] quondam ciuitas, Tipherum Metaurum dicta, ſicuti quibuſdam annal[illegible] Pontificum epiſtolis conſtare Federicus Bauarius hic natus vir doctus, [illegible] tiquitatis perſcrutator ſcribit: qui ſuperioribus annis Romæ reſidens, ex[illegible] vita. Millibus ab hoc oppido V. planities ſternitur bella, peninſulam h[illegible] quam Metaurus amnis efficit. In ea caſtellum Durantium eſt, condit[illegible] nominatumque à Guilielmo Durante Carnotenſi Decano, totius iuris p[illegible] tiſsimo: qui ſpeculum conſcripſit Nuntius & Theſaurarius per Ro[illegible] Martini IIII. Pontif. In ora dein oſtia ſunt Metri amnis: Metaurum v[illegible]

c lib. 2. Strabo, pariterque Plinius, Mela, Liuius, Vibius Sequeſter & Lucanus c [illegible]

d lib. 8 verſu: In læuum tendere latus veloxque Metaurus: item Silius d ita . [illegible]

ſonanti Vertice contorquens vndas & ſaxa Metaurus. A Strabone in Vm-
collocatur. Ex Apennino rapidiſsimè ſe præcipitat· & Cãtiano flumine quo
rimum augetur, millibus à Foroſempronij quatuor excepto, præter eam vrbẽ
rpetuò citatus fertur· tandemq́; tribus infra Fanum milliaribus in mare intrat.
Hunc ad amnem Liuius Salinator & Cl. Nero Aſdrubalem ſpectabili victoria ſu
perarunt, vt narrat Liuius a. De Ptolemæo miramur, cũ huius fluuij cæteris ſcri- a.lib.27.
ribus nominatiſsimi mentionem non feciſſe: proinde cum hoc, tum alia plu-
a vel prætermiſſa, vel malè deſcripta certiſsimo argumento ſunt, eum ex alie-
no relatu geographiã concinnaſſe ſuam· tantoq́; veriora ſcriptis expreſsiſſe, quã-
to cuiusq́; rei meliores & fideliores auctores, tanto incertiora, quanto peiores ha
erat. Secundum litus dehinc itinere P. M. trium ad vrbem Fanum deuenitur,
Fa um Fortunæ Straboni, Plinio, Ptolemæo, Antonino, Procopio, & Agathio
dictam, itemq́; Tacito b in hæc verba ſcribenti: Exercitus Veſpaſiani duces ad Fa b.lib.10.
Fortunę iter ſiſtunt de ſumma rerum cunctãtes. Plinius coloniam nominat,
ulq́; tribuit Vmbriæ vti etiam Strabo. Mela Coloniam Feneſtram appellat·
c us nominis rationem herclè non ſcio, Fani Fortunæ teneo, quippe quoniam
m olim magnificam Fortunæ habuit, cuius etiamnum veſtigia ſuperſunt. Ali-
m Gotifredus, cum hic iuxta Metaurum fortuna mirificè Romanis fauiſ-
ſet, duce Furio Camillo Dictatore Gallis ſub Imperatore Brenno cæſis, illos vi-
res hoc condidiſſe oppidũ, Fanumq́; Fortunæ appellaſſe ſcribit. Verumenim-
mihi hæc fabula videtur· ſiquidem Liuius c à Camillo Gallos in via Gabi- c.lib.5.
paſs. mill. ab vrbe Roma VIII. debellatos, ab eoq́; tum omnia Fana reſtituta
tradit· nec tamẽ huius vrbis aut Metauri fluminis mentionẽ omnino facit vllam.
F insuper in Cõmentarijs meminit Cæſar d. Arcus hîc ex marmore, ſumptuo- d.lib.1.
ac nobili opere factus apparet, altus (vt æſtimari poteſt, quoniam ſolum cir-
poſitum accreuit) cubitos XXX. latus XX. faſtigio mirabili arte elaborato
concidit: quanquam totius operis formam ex reliquijs propemodum cõ-
ndere liceat· maximeq́; cum integri ſimilitudo à Fanenſibus ad memoriam
nitatis propinquo loco in ſaxum depicta expreſſaq́; conſpiciatur. Inſcri-
illi eximijs & cubitalibus litteris ſic. DIVO Auguſto, Pio, Cõſtantino Pa-
D o Q. Imp. Cæſar. Diui. F. Auguſtus Pontifex Max. Coſ. XIII. Trib. Poteſt.
XXII. Imp. Pater patriæ murũ dedit: Subiectũq́; dein ita: CVRANTE. L. Tur-
o Secundo Aproniani Præf. Vrb. Fil. Aſterio V. C. Corr. Flam. & Piceni. Sub ef-
e arcus integri, quã è ſaxo ſcalptã apparere iuxtà diximus, hæc inſcriptio legi-
r. EFFIgies arcus ab Auguſto erecti, poſtea tormẽtis ex parte dirupti bello Pau
contra Fanenſes, MCCCCLXIII. Fanum à Totila Gothorum rege cum Piſau-
deiectũ, & à Beliſario reſtitutum ſcribit Blondus. Vrbs eſt non inhoneſta, per-
o fertiliq́; agro· quem Nicolaus Perottus ſupra cæteros oppidorũ Italiæ cum
u ac natura, tum induſtria colonorum amœniſsimum dicit, quòd frumentum
ra vbertate, præſtantiſsimaq́; vina cum oleo perſuaui alijsq́; fructibus opti-
s fundat: Fani principatum diu illuſtris familia Malateſtarum habuit, po-
aq́ue Sfortiæ, poſtremùm Eccleſia Romana· ſub cuius dominatu ciuilibus
ijs & contentionibus, inteſtinisq́; p̃lijs frequẽtibus extinctũ prope eſt. Ingenia
lta tulit, inter quæ Nicolaus Bicardus. Poſt Fanum mox Argila fluuius in
re præcipitat. Tum in continentem ſecundum Metauri dextram ripam ince-
, via Flaminia quæ à Fano in meridiem flectit, ad quintumdecimum lapidem

vrbs

vrbs vetus occurrit ipſa in via Foſſumbrunum,ab antiquis,Strabone, An[illegible]
Ptolemæo,cæteriſq; Forum Sempronij nominata. Plinius Foroſempro[illegible]
Vmbriæ,ſextæ regioni tribuit,Strabo cum Ptolemæo Vilumbris. Cum h[illegible]
à C. N. MDXXX. menſe Iulio Roma rediens ſtylobatam excellenti opere [illegible]
fectam ex marmore, altam pedes tres, latam duos & medium, in lateribus v[illegible]
duos tantùm,ſuſpicerē ac admirarer, inciſaſq; litteras deſcriberē, ecce mihi [illegible]
Hieronymus Boldrinus Aeſius,vir nō minus humanitate, quàm eruditione p[illegible]
ornatus,ſtudioſorum aliquot hominum comitatu ſeptus adueniens,me open[illegible]
tentum mirifica vt videbatur cum omnibus cæteris voluptate ſpectabat[illegible]
autem in libellum expreſſo,cuius exemplū infrà ſubijcietur, meo ſe lat[illegible]ri d[illegible]
tiquitatibus horum locorum confabulandi gratia coniungit. Itaq; conſ[illegible]
equo citra Foſſumbrunum paſs. quingentis ad ripam Metauri dextram, [illegible]
veteris vrbis Foriſempronij commonſtrauit,eam torrenti D. Martini vt n[illegible]
catur,vicinam fuiſſe certis argumentis indicijſq;,docens vti ſunt viæ ſilice[illegible]
quæ hîc cernūtur,itē lapides pretioſi, maximeq; Cornelij,aurea, argentea, ære[illegible]
numiſmata,auri laminæ quæ hîc quotidie effodiuntur,item aquæductus c[illegible]
culiq; plumbei,columnæ,tymbiq; marmorei,ac fruſta variorum lapidum [illegible]
liū,ex quibus teſſellata pauimenta conſtant,quæ hîc apparent. Inter cætera [illegible]
ſaxum mihi antiquiſsimum apud magnificas Pauli vrbis Epiſcopi cum r[illegible]
tum litterati hominis ædes,plurimis & varijs ſummæ vetuſtatis elegantięq; [illegible]
plenas,commonſtrauit,inſcriptionem litteris maioribus ex parte æuo [illegible]
huiuſmodi habens,vti induſtria ſumma legere potuimus. AVGVStales V[illegible]
C. Peſcenius.C. Filius Clemens. Vittieus Ge. Tiro. L. Mænus & L. L. Ph[illegible]
ces. G. Vernaſius Gl. Eumolphs. G. Meiacus. C. I. Epaphræ. L. Luc[illegible]
Creſtus. Cn. Vettidius On. L. Opiatus. C. Vettiedius C. L. Quarti[illegible]. C. C[illegible]
nus. CL. Succeſſor. L. Mænus L. L. Barbarus Sex. Firmius Sex. L. Prim[illegible]
Ruſtius Gn. CLarus viam long. P. XCLXV. Et. ob honorem Sex. Vira[illegible]
pecunia ſilice ſternen curarunt. Hæc cum ego diligenter animaduerti[illegible]
taq; veterrima vaſa ex marmore ac id genus alia ſtudioſè collecta, ordineq; [illegible]
fico diſpoſita ijs in ædibus aſpexiſſem,in animum inducere cœpi credere,q[illegible]
ille doctus de veteri Foroſempronij mihi aſſerebat nempe hæc veſti[illegible]a q[illegible]
tulimus,vrbis antiquæ reliquias eſſe qua vel à Gothis,vel à Longoba[illegible],a[illegible]
terius omnino oræ Barbaris euerſa, nouum oppidum propinquo loco no[illegible]
planè fundamentis inædificatum.ſit,etſi quibus auctoribus,haud inuener[illegible]
id partim latus,partim radices collis amplectitur,in ripa Metauri dextra, [illegible]
primis lautum opulentumq; ac frequens, agro optimo, triticum, aliaq; fr[illegible]
ti genera,vinum ſuaue, nobileſq; fructus propter cœli clementiam citiùs [illegible]
alibi in Piceno Flaminiaúe maturitatem trahentes generans. Vrbis regi[illegible]
pedem collis occupat ſummum eſt fanum pro quo iuxta portam illa pere[illegible]
ſtylobata cernitur,ex qua nos elogium deſcripſiſſe diximus quod eſt hu[illegible]
C. HEDIO. C. C. Cluſt. Leg. II. Traian. F. Præf. Con. II. Linus Eq [illegible]. V[illegible]
Quinq. Quæſtori, patrono, municipi. Flamini item Piceno. Mergente. II. V[illegible]
quinq. IIII. Vir. Aedili Patrono, Municipi, Pontifici. Quod cum antea ſta[illegible]a
nomine publico ob merita eius decreta eſſet, & is honore contentus, ſ[illegible]s
publicis peperciſſet,Decuriones ex ſuo poſuerunt. Quibus ob dedicatione[illegible] V[illegible]
rus ſingulis LXX. N. ſportulas dedit. II. Viri Decuriones Foroſempronienſes

Vero

Vero ſalutem,& dignitati tuæ, Tot tantiq; tituli Iudices principalibus pulchri,& in Rempublicam N. notabilis munificentia adfectus, quos ciuibus noſtris nunc ipſe præſtas· nunc ab ijs percipis,& præcipuè morum tuorum modeſtia ſingularis, reuerentia inſignis neceſſariò nos compulis, vt tandem parem tibi gratiam in quantum poteſt, dum ignoras referamus. Nam ſtatuam tibi pedeſtrem de noſtro ponendam iampridem decreuimus. Sed idcirco decretum ad te commiſimus neminem quoquot ſicut antea cum publicè tibi ſtatua decreta eſt feciſti, honore tantummodo te contentum eſſe reſcriberes· quæ res tuam quidem modeſtiam illuſtraret, nobis verò velut ſegnitiam exprobaret. Igitur ſtatua decreta ne quid negare poſsis iam comparata aduehitur. Quod ſupereſt, voluntati noſtræ conſule,& qualem inſcriptionem dandum putas petentibus facito notum. Optamus te benè valere. Præter hæc Boldrinus quoque formam nobis ac figuram ſigni C. Titi Sempronij commonſtrauit, cum his vtrinque litteris C. T. S. Forumſempronij diu nobilis familia Malateſtarum poſſedit· ex qua Galeatius vti à Corio perſcribitur, anno poſt C. N. MCCCCXL. id Federico Vrbinatium Comiti XIII. mill. aureorum nummûm vendidit· vt ita poſt Federicum ad Guidubaldum filium,& Franciſcum Mariam Roboreum peruenerit· dein ad Guidubaldum Franciſci Mariæ F. Vrbini Ducem, cuius ditione nunc adhuc tenetur. Extra oppidum pons lapideus Metauri tranſitum iungit. Deinde Flaminia pergendo, latere eius vtroque vites apparent bellæ, ſucci nobilis. Ad tertium à Foroſempronio lapidem amnis eſt Cantianus in Metaurum fluens ſub muro longè lateq; patentis leporarij, à Federico Vrbini regulo conſepti· in quo nemora ceruis, damis, capreis, leporibusq; ac alijs id genus feris plena. Oritur Cantianus ex Apennino· fluitq; ſubter Pontem Rizolum, quo tranſitus eius coniungitur, vſq; ad Cantianum oppidum cuius poſtea mentionẽ faciemus, hinc inter editos mõtes ad Calium, inde per conuallem ad Furli anguſtas fauces, ac tandem huc in Metaurum prouoluitur. Itaque ſi Flaminia incedas, Metauri dextra poſt Cantiani oſtium Pons lapideus ſuperandus, Metaurum iungens· quo tranſito Flaminia flexu in læuam ad Cantiani dextram ripam ducit, & hîc agnoſci incipit, ab Octauio Auguſto quò vrbs Roma faciliùs adiretur, Arimino tenus munita. Sũma hercle admiratione, ſi artem ac induſtriam vnaq; ſumptus operis perpendas afficiare neceſſe eſt· quòd enim plurimis in locis ſecundum Cantiani alueum inter altiſsimorum montium deuexas rupes ferro ac opere præciſum ſaxum longitudine circa quingentorum paſs. latitudine qua plauſtra commeare queant, apparet, obſtupeſcere profectò homines cogit. Accedunt muri craſsi altiq; ex lapide quadrato mirabili artificio conſtructi, quibus multis in locis viæ crepidines ne violentia citatiſsimi fluminis arrodantur, munitæ ſunt ac ſuffultæ. Ad perhorrendum introitum anguſtiſsimasq; præcelſorum montium fauces opere inprimis admirabili ſilex ferro excauatus perforatusq; ſpatio in longum amplius centum pedum, in latum altumq; duodecim conſpicitur· quem locum nunc accolæ Furlum dicunt, tanquam ſaxum foratum. Auctorem adiectæ litteræ quanquam adeo vetuſtate corroſæ, vt fere legi nequeant, Titum Veſpaſianum produnt, non Octauium Auguſtum, à quo viam munitam diximus. Ego aliquoties hàc Romam tendens, indagare volui, quà priuſquam hoc oſtium ac foramen aperiretur, iter agentes habere tranſitum ſolerent: animaduerti autem læua huius cauernæ ſupra Cantiani ripam præciſum ſaxum commodè viam præbuiſſe. Puto ſanè à Tito

foramen hoc apertum, cum vt tutior fluminis tranſitus efficeretur, tum [illegible] potentiæ ſuæ oſtendendæ cauſa. Furlo emenſo læua in prçaltum & [illegible] tiani alueum horribilis ex ſumma via deſpectus eſt, aquis abrupto [illegible] currentibus, ſed præcipitantibus quarum violentia magis quàm naturæ [illegible] tam præceps alueus effectus. Has inter vaſtiſsimas aſpectuq; formi[illegible] ciſorum montium rupeſtria millia viæ ſunt, fluminis in ſaxa ruentis [illegible] nitu perpetuo aures feriente. Tranſitis autem his anguſtijs, torrens quidam [illegible] tiani incola occurrit. De cætero ſi Flaminia porrò ire pergas, dextra Can[illegible] amœna in planitie, quæ à torrente prædicto incipit, ſpatioq; fere P. M. X [illegible] Calium extenditur, vicus occurrit Aqualania, diuerſorias habens tabe[illegible] exiguo caſtello Aqualania denominatus, quod haud procul in colle ſitu[illegible] & belli tempore vicanis refugio eſſe ſolet. Propter vicum amnis è mon[illegible] accedens pedem quoque collis alluit, iuxtaq; oppidum vbi pons lapide[illegible] niam iungens, delatus, mox emenſa planitie Cantianum ſubit. In his ca[illegible] ento certamine Totila Gothorum rex à Narſete Iuſtiniani Imper. legato [illegible] tus eſt ex quo cum amiſsis copijs ipſe ſaucius ad Capras vltra montem [illegible] beris initium, LXXXIIII. ſtadijs à Calio, fuga euaſiſſet, ibi vita dec[illegible]
a. lib. 3. hiſt. Goth. tusq; eſt, vti a Procopio *a* traditur. De Blondo ac alijs qui Totilam ad [illegible] agri Regienſis à X. millibus Longobardorum victum confoſſumq; [illegible] ſatis equidem mirari nequeo: cum id auxilijs Longobardicis hoc in loco N[illegible] patrauerit, vti è Procopio quem paulo antè citauimus, in hanc ſententia[illegible]
b. lib. 3. bente *b* pluſquam manifeſtò cõſtat. Narſes poſtquam ad Ariminum amne[illegible] as traiecerat, ad dextram via Flaminia relicta, propter Petram [illegible] erat loc[illegible] tu, & præſidio munitiſsimus, paſsim enim hoc ſitu Gothi ſtationes habeb[illegible] ad Romam inferius cepit. Hoc audito Totila qui tum in Hetruria erat, [illegible] ſtris ad Apenninum ducit, conſeditq; apud Taginam. Nec diù pòſt in [illegible] campos ad centeſimum ferè ſtadium accedit Narſes. Deinde paulati[illegible] ſtris vterq; propiùs conferre, vt tandem in conſpectu & ad alterum tel[illegible] ſiſterent. In medio collis erat exiguus: hunc vterq; dux occupare [illegible] quòd ex eo ſumma fore opportunitas à dextra in hoſtem irrumpendi [illegible] Circumiecta omnia tam erant præcelſa, ne à tergo hoſtem inuadere Nar[illegible] niſi è Calio, quod haud procul ab ipſo colle aberat. Ita maximum vtriq; mo[illegible] tum in occupando tumulo videbatur, Gothis quidem vt inde metum a[illegible] nem Romanis offunderet, Romanis vt tutò confligere neque circumuen[illegible] ſent. Paulo pòſt addit. Torrens propter eius collis radices fluit, cui propin[illegible] Calium: Gothi ex aduerſum oſtio quo torrens deſinit habebant caſtra. D[illegible] pugnæ rationem & vt acie victus Totila, vt inter fugiendum ſagitta ictus, [illegible] ctusq; ad Capras ſtadijs à Calio LXXXIIII. (id nunc Capreſium vocant iu[illegible] beris fontem vti diximus) ibi ex vulnere deceſſerit humatusq; ſit, ord[illegible] morat. Qua ex narratione ſatis equidem euidẽter intelligitur in hac pla[illegible] inter Calium & Furlum iuxta Aqualaniam eſt, vbi tumulus ille cui modic[illegible] ſidet caſtellum quod nominauimus, & cuius pedem alluit torrens, vt à Proco-pio deſcribitur, pugnam illam memorabilem inter Totilam & N[illegible] confractæ Gothorum vires, ipſeq; Totila ſaucius effugere coactus [illegible] factam certò eſſe non autem apud Brixellum aut Tanetum, quod Blondus & Sabel[illegible] alijq; ſcriptores dicunt, Totilam à Longobardis qui numero mil. X. N[illegible]

auai-

auxilio erant miſsi, debellatum occiſumq; tradentes. Et qui diligenter leget Procopium, ſatis herclè intelligere poterit auxilia Longobardorum vnà cum Narſete fuiſſe. Idem auctor ſigillatim iter Narſetis totum à Rauenna hucuſque recenſet: nec in Thuſciam iuiſſe ſignificat, quod aliqui ſcribunt, ſed Petram (is muniuſsimus natura locus, & quãtum ego conijcio ad anguſtias Furli in aliquo ſummorum montium cacumine erat, ſicuti Procopius idem alibi demonſtrauit, cum excelſus deſpectu ait puſillos admodum apparuiſſe homines ſubter tranſeuntes) declinaſſe, relictaq; ad dextram via Flaminia, trans Metaurum inferiùs tranſuerſo itinere per montes in hos campos veniſſe, quò via deinde Flaminia Romã pergeret: quod cum Totilæ renuntiatum fuiſſet, in Thuſcia tunc vt Procopius indicat, non alijs in locis vt alij dixerunt, agenti, is agmine occurrens hîc depugnauit. Sed neque veriſimile ſit Totilam accepto Narſetis conſilio Romam petendi, auditoq; iam tranſijſſe Ariminum, aliud capere iter voluiſſe: quandoquidem intelligebat ſatis, ſi Roma potiretur Narſes, eadem ruina rem Gothicam propinquis in locis & in Thuſcia, Piceno, Flaminiaq; præcipitem ituram: quapropter vt ita vti ex Procopio demonſtrauimus, hæc geſta ſint, neceſſe eſt. Nec ſatis herclè mirari poſſum de Blondo Sabellicoq; ac alijs ſcriptoribus qui diuerſum tradidere, cum Procopius hac in re tam ſit apertus: neque minus ſe quoque doctiſſimus Alciatus Iureconſultus, græcæque ac latinæ linguæ peritiſsimus ſæpe nobis de hac controuerſia ſermones conferentibus, dicebat admirari. Sed hæc hactenus. Altiùs deinde non procul tamen ab Aqualania Mons Falco eſt. Ad Flaminiam ſi deſcendas, pons inuenitur eam viam iungẽs in Boaſo flumine, ab Vmbriæ vico Planello de quo in tempore ſcripſimus, inter montes vſque ad mœnia Calij decurrente, vbi Cantiano infertur. Calium vrbem Boaſus à Septentrione, Cantianus ab exortu alluit, vt tanquam in peninſula relinquatur. Procopius a Callem, Antoninus Calle vicum nominat: & notari in Procopio debet, vel interpretis, vel typographi errore bis ſcriptũm Callis abſque maiuſcula: quod omnino corrigendum eſt: vrbem quippe non viam ea vox denotare debet. Vetus oppidum deletum conſtat: cæterùm à quo id factum, non inueni. Nouum quo tempore conditum in eius annalibus his verbis legimus: Anno MCCLXXXIX. die Mercurij IX. Februarij inter primam & quintam horam matutinam ciuitas Calij tranſlata fuit in locum in quo nunc eſt: & incepta prima fundamenta & domorum conſtructio: & dicta Ciuitas Sancti Angeli Papalis, tempore Pontificatus Domini Nicolai Papæ IIII. Domino Ioanne de Columnia Rectore Marchiæ. Calium igitur nouo nomine ciuitatem Sancti Angeli papalem dictam hinc intelligimus: qua de cauſa Blondus id oppidum recens eſſe ait, quod in montis radicibus & ad fauces per quas Cantianus labitur, ædificatum eſt, agro ab Aquilone verſus Aqualaniam perbono. Diu ab Vrbini regulis cum Foroſempronij poſſeſſum fuit, & nunc à Guidubaldo Vrbini Duce tenetur, quanquam Franciſcus Maria pater eius aliquandiu ſua ditione caruerit, bello Leonis X. Pontif. pulſus, qui Laurenzinum nepotem Vrbini Ducem dixerat, arcemque Calij deiecerat: etenim Leone rebus humanis exempto, Franciſcus Maria mox priſtinum dominatum omnem recuperauit: cui à filio Guidubaldo iure ſucceſſum eſt. Poſt Calium inter montium anguſtias pons in Cantiano ex lapide flumen iungit: pauloque pòſt alius ad commeandi opportunitatem. Hinc in exortum flectit amnis: quem ſi perſequare, oppidum nobile ac frequens dextra in ripa ſitum occurrit

a lib. 3. de bell. Goth.

Cantianum, cum arce in colle. Nomen oppidóne flumen dederit, an eco[illegible] ambigitur. Conditum ob vrbis Luceolorum quæ vlteriùs ad Cantiani amn[illegible] xtram erat, interitum. Læua deinde fluminis ad alterum ſerè lapidem taber[illegible] aliquot ſequuntur cũ ponte lapideo· quo tranſito veſtigia Luceolorũ a[illegible] vnde ponti nomen vulgo corruptum Rizolorum hodie, pro Luceolorum m[illegible]
a.lib. 7. hiſtoria. net. Blondus a Narſeti in huius vrbis obſidione commoranti po[illegible] victos a[illegible] Gothos vti prædictum eſt, mortem Totilæ nuntiatam ſcribit: vnde quoq[illegible] gnam in Aqualanienſi campo perpetratam apparet· ſiquidem Narſes eue[illegible] per Faminiam ad Luceolorum oppugnationem proceſsit, qui vbi hodie pon[illegible] zolorum, erant, ab eoq́ue ſunt deleti. Luceolis Eleutherium Exarchum ab [illegible] raclio Imperatore ordinatum Rauennates milites propter affectati imperij [illegible] cionẽ confodiſſe Paulus Diaconus b Blondusq́; tradũt. Decætero iugũ Ape[illegible]
b.lib. 5. hiſt, Long. eſt Anconitanæ Marchiæ finis. Iterum deinde ſupra Forũſempronij paſs[illegible] bus VIII. Firmianum Vrbinatis agri oppidum, quod Metaurus alluit. [illegible] eſt Mons Aſdrubalis, ita dictus opinione vulgi, quod hîc Aſdrubalem Pœ[illegible]
c.lib.27. Liuius Salinator & Cl. Nero debellauerint, vti à Liuio c perſcribitur· cuius [illegible] ba ſi diligenter inſpicias, vulgi ſententiam confirmare ſanè videntur. In ora[illegible]
d.lib. 3. inceps vrbs Piſaurum, ita Melæ, Vibio Sequeſtro, Antonino, Procopio d, P[illegible]
e.lib.2. bell. Goth. in Vmbris VI. regione, Ptolemæo in Senonibus, itemq́ue Agathio e dicta. Qu[illegible] dam ab Iſauro amne quo alluitur addita P, littera nomen formatum pu[illegible] Conditum Miletus ait à Romanis anno eorum vrbis DCXXXIII· poſteaq́;[illegible]
f.lib. 33. loniam ab ijſdem effectam cum Mutina Parmaq́;, vti Liuius f tradidit. Inter[illegible] colonos fuiſſe L. Actium poetam tragicum parentibus Libertinis natum E[illegible]
g.de temporib. bius g ſcribit: nec defuere qui Farnatiani caſtelli Piſauro finitimi nomen, [illegible] nunc corruptum ab Actio manauiſſe, tanquam priùs Actianum ſit dictu[illegible]
h.lib.41. ſtimarint. Liuius præterea multis in locis Piſaurũ memorat· maximè cum h [illegible] Flaccum Cõſulem viam Piſaurenſem ſtrauiſſe, templumq́; Iouis Piſauri ac [illegible]
i lib. 1. de bell. ciuil. dis ædificaſſe, itemq́ue ad Pollentiam adduxiſſe aquam ſcribit. Cæſar i [illegible] in commentarijs, alijq́; veteres plurimi huius vrbis fecere mentionem. D[illegible] à Totila, refectamq́; à Beliſario Procopius & Blondus auctores ſunt. Di[illegible]e- rio Malateſtarum illuſtris familiæ habitam conſtat· ex qua Malateſta Pa[illegible] phi F. mirificè vir cum doctrina, tum moribus exornatus, tres filios gener[illegible] filiam vnam Paulam Mantuani Marchionis coniugem, qua de poſtea dicen[illegible] cus erit. Ex Malateſtæ filijs Galeatius partim pretio quod XX. mill. a[illegible]reo[illegible] nummûm fuit, partim dotis Conſtantiæ nomine Piſaurum Alexandro Sf[illegible] Franciſci, qui deinde Mediolani Dux factus, fratri tradidit, vt Corius & Sabe[illegible] cus ſcribunt. Alexandro filius in dominatu ſucceſsit Conſtantius, vir litteris [illegible] virtutibus præditus· à quò plurimùm vrbs ædificijs exornata fuit. Coniuge[illegible] habuit Camillam illuſtrem ac eruditam mulierem ex nobiliſsima ſtirpe Ar[illegible] niorum Neapolis· cuius nuptiæ tam magnificum habuere apparatum, q[illegible] maximum regi cuiquam potuiſſe fieri arbitror· quemadmodum ex illorum [illegible] lennium auditu lectuq́ue iucundiſsima narratione ſcripto vernaculo per v[illegible] uerſam Italiam diuulgata intelligere eſt. Iuſtos liberos Conſtantius non ha- buit, nothos autem duos, Ioannem atque Galeatium· è quibus natu maior Ioan- nes philoſophiæ ſtudijs mirificè deditus, cum paternum principatum auct[o]ritate Pontificis Max. aſſumptum diu tranquillè geſsiſſet, eo à Cæſare Borgia Pontifi-

cis

cis Alexandri VI. filio deiectus eſt: qui & ſororem illi ſuam Lucretiam à Pontifice deſponſatam abſtulit, falsò criminum quorumdam inſimulato. Sed Alexandro Pontifice mortuo cum à Venetijs vbi aduerſis temporibus conſtiterat, adducta ſimul vxore Geneueue Theupola lectiſsima optimaque muliere Piſaurum redijſſet, humaniſsimè eſt à popularibus exceptus: ac vrbis imperio aliquandiu mirifica cum lenitate agitato decedens, Conſtantium filiolum ex Geneueue ſucceſſorem reliquit: quo non multo pòſt etiam defuncto, mater ſpretis mundi vanitatibus religioni in D. Claræ Morani virginia multis annis vſque ad vitæ finem operam dedit. Conſtantio mortuo gubernationem reipublicæ Galeatius patruus ſuſcepit. Sed quoniam imperij confirmationem à Iulio ſecundo Pontif. nullo pacto impetrari poſſe videbat, cum illo bonis conditionibus ita depactus eſt, vt vrbs in poteſtate eſſet Pontificis: à quo mox Franciſco Mariæ Roboreo nepoti pro magna vi pecuniæ, quam ei nomine ſtipendiorum Eccleſia Romana debebat, omnium etiam Cardinalium voluntate & aſſenſu collata fuit. Hunc poſt obitum Iulij Leo X. ſucceſſor poſſeſsione ſpoliauit: vrbisque dominatum Laurenzino nepoti ſuo tribuit: à quo in extremis fratri patrueli Iulio Medicæo Cardinali aſsignatus. At è vita deinde ſublato Leone poſt C. N. MDXXI. anno, Franciſcus Maria protinus ad priſtinum imperium reuerſus, mirificaque ſuorum lætitia receptus, in eo ad vitæ finem vſque magna fœlicitate ac inclyta iuſtitia fuit: ſimilemque reliquit ſucceſſorem filium qui nunc ſupereſt Guidubaldum. Piſauri munitam atque pulchram arcem ad litus Ioannes Sfortia condidit: & Franciſcus Maria cingere vrbem firmis mœnibus incepit. Vrbs eſt ædificijs lauta elegansque, & Curiam habet ſumptuoſam, aliasque præterea nobiles ædes: ſed cœli grauitate vehementer laborat, præcipueque menſibus æſtiuis: vt adeo paucisſimi hic mortales annos quinquaginta ſuperare, nec multi ad eam ætatem peruenire ſoleant: quamobrem æſtuante aëre, potiſsimeque ſub Caniculæ tot abſumuntur pueri, vt abſque ingenti dolore commemorari nequeat: vnde nimirum Catulli illud eſt ad Iuuentium, Præterquam iſte tuus moribunda in ſede Piſauri Hoſpes inaurata pallidior ſtatua. Putamus tamen etiam nos incolarum huius loci breuem vitæ curſum non modo ab cœli grauitate, ſed etiam à copia fructuum optimorum ac ſuauiſsimorum, quibus immodicè veſcuntur, proficiſci. generantur enim hinc in corporibus humores noxij: quos deinde perniciales morbi conſequantur neceſſe eſt. Ager vrbis peramœnus, & vndique propemodum vitibus, ficubus, oleis, ac alijs id genus arboribus fructiferis confertus eſt: è quibus cum ſuauiſsima vina, tum alij fructus optimi percipiuntur, inprimiſque mira copia ficuum, quæ arefactæ cum huic vrbi vniuerſæ ſufficiunt, tum etiam exportantur, & apud Venetos, Bononienſes, totaque Flaminia magno in precio ſunt. Piſaurum certis anni temporibus ad mercatum Italici, Illyrici, aliarumque partium negotiatores conueniunt, propter locũ mari conuehendis mercibus valde opportunum. Quidam hanc vrbem antiquitus Farnacianum, quod nomẽ ſuprà retulimus, appellatam prodidiſſe videntur: ſed meherclè vehementer errant: aliter enim ac Piſaurum à nullo auctore claſsico nominatam conſtat. Ingenia tulit magno numero celebria: cumprimis Anduinum ſummum medicum, & Pandulphum Collenutium græcis latinisque litteris, quod eius ſcripta teſtantur, pereruditum. Scripſit de machinæ tormentariæ quam bombardam vocant, inuentione: item Baretam aduerſus aulicos lingua vernacula, cum hiſtoria

Neapolitani regni. Piſaurius quoque fuit Petrus Barinianus excellens poeta
perioribus annis defunctus. Extra portam vrbis quæ ſpectat in occaſum, a
eſt Folia, priſcis Iſaurus appellatus, præterquam Plinio qui in ſexta regione Pi
ſaurum, vti & oppidum nominat. Oritur Apennino, fonte iuxta Cotili ar
mœniaque Piſauri alluit, vbi pons lapideus viam Flaminiam itemque Picenum
cum regione Flaminia iungit· moxque mari illabitur oſtio ſæpe arena fluctibus
deferentibus adeo completo obturatoque, vix vt exiguas recipere n
queat. Finis Anconitanæ Marchiæ, principiumque Flaminiæ eſt. A Strabon
ac Ptolemæo non eſſe commemoratum, cum tamen à Plinio referatur, val
miror. Supra Piſaurum læua fluminis caſtellum eſt Mons Abbatis· & exad er-
ſum huicloco torrentis quibuſdam Albis in Foliam confluens, infra Macera-
tam Montisfeltrij. Oritur Albis in Apennino vicenis à Piſauro millibus, qui-
a. lib. 2. buſdam Aſpis, alijs Idaſpis, Lucano a Sapis dictus hoc verſu: Cruſtumiumque ra-
pax & iunctus Sapis Iſauro: in cuius tamen expoſitione plurimùm variant ſ
ptores: ſunt enim qui Sapin amnem Senegalliæ Miſam eſſe tradant, vti in hunc
ipſum Lucani locum Sulpitius Verulanus ſcribit· alij Sauium dicunt, qui Ce-
ſenam ab occaſu alluit, quæ eſt Omniboni Vicentini in eodem loco ſenten
Verumenimuero mihi iſti haud obſcurè videntur falli· quòd illorum am
Iſauro nunc Foliæ, neuter coniungatur, ſiue principiū ſpectemus, ſiue finem.
qui enim ad Senogalliam fluit, ex Apennino longiſsimis ab Iſauri fonte initijs
proficiſcitur, oſtioque tricenis fere milliaribus ab eodem abeſt, Metauro
& Cantiano fluminibus intercedentibus· qui Ceſenates alluit Sauius, eodem mo
do capite fineque plurimum à Folia diſcrepat· & aliquot etiam alijs amnibus,
vti in Flaminia docebitur, intercurrentibus eſt diuiſus. Errore hoc m
rum comperto, nobis exactiùs de rei veritate quærentibus, nec adhuc
morum hominum eruditorum ſermonibus, quòd habueramus voti, mu m
adiutis, Petrum Barinianum virum doctum, quem paulo antè commemora-
uimus, vti hiſtoriarum & geographiæ cumprimis gnarum, ſimulque ſitu hu-
ius incolam conſulere libuit· qui nullum amnem alium in Foliam influere præ-
ter hunc infra Maceratam Montis Feltrij ſicut diximus Albin, eumque for-
ſan ætate Lucani Sapin dictum, aliter enim verſum eius verum eſſe non po
ſe reſpondit· proindeque Straboni Ceſenatium amnem Iſapin dici, quanquam
ab alijs vocetur Sapis: quæ Bariniani ſententia mihi quoque probatur Caſtel-
la deinde multa ſunt inter Albin & Foliam agro Piſaurio ac Vrbinate, inter
quæ celeberrimum Mons Fabrorū. Dehinc ciuitas alto in monte inter eoſd
amnes, Vrbinum· cuius incolas Plinius in ſexta regione Vrbinates cognomen-
to Metaurenſes vocat. A Strabone non commemoratur, vti nec à Ptolemæo
niſi fortè Suaſlæ nomine, quam is inter Senones prope Piſaurum in colle deſi-
b. lib. 19. gnauit. Vrbini mentionem facit Tacitus b in belli Vitelliorum deſcriptione. Pro-
c. lib. 2. de bell. Goth. copius c ait deditione captum à Beliſario Iuſtiniani Imper. duce, cum po diu-
turnam obſidionem fons vrbis exaruiſſet· quod prodigij loco habitum, vt B
d. lib. 5. hiſtoria. dus d Sabellicusque e tradunt. Diu Comitum Montis Feltrij ditionis fuit è
quibus Guido circa Bonifacium VIII. Pontif. Max. rebus in Italia pro
e. lib. 3. Ennead. 8. Imperatore Aug. præclarè geſtis inclytus, imperium eius occupauit pri-
mus· quanquam multo antè tempore maiores eius potentes etiam in ea fuiſ-
ſent, vti item olim Imperante Friderico Aenobarbo Oddus Antonius· cui ſucceſ-
ſere

ſere Galeatius, Guidantonius alter, Federicus & Nulphus. Porro cum Feltrani filij Ludouico Bauaro Pontificis hoſti militarent, Vrbini Vicarium Federicum, Calij Guidantonium Pontifex appellauit. Federico ſucceſsit Boncontes: Monfeltrano & Antonio alia obuenere. Guido dein Eugubium ditionis ſuæ fecit, hæredemque reliquit Odonem. Is ob conſtupratam importuna libidine virginem nobilem, admodum adoleſcens popularium furore trucidatus, perque vrbem tractus, genitali membro præciſo ac ori inſerto ſumma cum ignominia ſic tum derelictus eſt. Horribile præfectò id documentum principibus, quò in poteſtatis faſtigio ſe non vt pro voluntate tyrannidem exerceant, ſed vt cum ratione iuſtè moderentur, conſtitutos intelligant. Succeſsit Guido filius patre melior, homo cum religioni, tum virtutibus mirificè deditus. Is ex coniuge nobilis Columnanæ ſtirpis filium ſuſcepit vnicum: ſed iam priùs tam vehementer Federicum Bernardini Vbaldini filium ob inſignem indolem ſummasque dotes animi diligere cœperat, vt veluti ſuum filium educari curaret: natoque ſibi filio, poſtea Fridericum quem in militiam ad vſum armorum comparandum amandauerat, illo mortuo ſtatim Vrbinum ad ſe reuocauit, ac decedens inſtituit hæredem. Longiſsimè Friderici huius eximiæ virtutes animi præſtantiſsimæque corporis dotes commemorari poſſent: erat enim vir prudens, facundus, litteratus, & ingeniorum amator, bello fœlix, pace charus, apud Italiæ Principes honoratus, à ſuis dilectus. Vrbinum ſplendidis ædificijs exornauit, præcipueque ſumptuoſa illa domo cum bibliotheca magnificentiſsima, quam ingenti multitudine voluminum optimorum repleuerat, auro, argento, ac ſerico mirificè opertorum ornatorumque, ſicut ego priuſquam Cæſar Borgia ditionem Vrbini inuaderet ipſe vidi: quæ pòſt illa Borgiana dominatione paſsim, opere tam inſigni prorſus conturbato, diſperſa ſunt. Federicus igitur ſummis virtutibus adeo excelluit, vt meritò Dux Vrbini, cum priùs eſſet Comes, à Sixto IIII. Pontif. Max. creatus ſit. Forum Sempronij pretio XII. M II. aureorum nummûm à Galeatiò Malateſta, quemadmodum auctor eſt Corius, emit. Venetæ militiæ Dux aduerſus Herculem Ateſtinum Ferrariæ regulum, magno omnium dolore ſupremum clauſit diem. Memoriam eius luculenti ſcriptores multi celebrant. Succeſsit illi Guidubaldus filius, & moribus, & virtutibus, & literis præſtans: qui Fortunæ ludum vt aiunt, variè eſt expertus. Dux copiarum Alexandri VI. Pontif. aduerſus Vrſinos, in hoſtium poteſtatem amiſſo exercitu venit: & pòſt à Cæſare Borgia circumuentus, vim eius & carcerem vix euâſit: reuerſusque tum ad ſua, mox Paulo Vrſino Grauinæ regulo, Vitellotioque ac Oliuerotio Firmiano ad Senegalliam à Borgia captis, profugere coactus. Sed Alexandro Pontifice mortuo rediens, ſumma omnium voluntate ac lætitia receptus eſt: & reliqua vita tranquillè acta, ſine liberis decedens, ſucceſſorem habuit Franciſcum Mariam Roboreum, Iulij II. Pontif. Max nepotem, ex ipſius etiam Guidubaldi ſorore natum. Hunc cum Leo X. Pontifex, Laurenzino ſuo nepote Vrbini Duce creato poſſeſsione depuliſſet, illo mortuo redeuntem populares mirifica voluntate ac ſtudio complexi ſunt: & poſt tranquillè iuſteque agitatum imperium, anno à C. N. M. D XXX VIII. defunctum, vti parentem germanumúe aut filium quiſque ſuum luxit. Filius ſucceſsit Guidubaldus: de quo paternis virtutibus haud inferior ſpes eſt, ob ingenij ſummi prudentiæque ac humanitatis ſigna, quibus

ætas eius adhuc tenera collucet. Vrbs eſt Vrbinum lautiſsima, ſplendidaque ſatis ædificata, bono ac fœcundo agro, generoſiſque fructibus abundante. Viros multos quorum illuſtri fama plurimum celebratur, edidit: inter quos Raphaël excellens pictor, inclytis illis eruditorum commemoratione laudeque veteribus haud impar, vti opera teſtantur, quæ eius per Italiam maximeque Romæ in baſilica Pontificia iuxta D. Petri viſuntur. Obijt annis ſuperioribus. Seraphinum etiam Vrbinatem conſiſtorij aduocatum, hominem prudentem ac doctum Blondus nominat. Rurſum reditu ad Piſaurum, ſupra id ad [illegible] uam multa ſunt caſtella, inter quæ Mons Barotius, & Nouilaria ſeu Nobilaria, ſic etymo vernaculo ab cœli bonitate vel nobili aëre dicta. Totus [illegible] Piſaurum ager præter exiguam orientali parte planitiem, collibus amœnis conſtat, vitibus, ficubus, & oleis vt diximus conſitis. Inter ea quæ modo nominauimus oppidula, flumen labitur Argilla, ſic à terræ genere latinis argillæ dictæ, quam hic in amnis ſolo altam atque tenacem videre eſt, deno[illegible] Fani Fortunæ mœnia, quemadmodum anteà diximus ferè alluit. Hactenus vniuerſo tractu inter Truentum & Iſaurum deſcripto, regionem hanc abſoluimus: etſi quædam adhuc loca Ptolemæus hîc referat, à nobis omiſſa: quorum nec memoria, nec veſtigium omnino vllum supereſt.

ROMA-

ROMANVLA, ITALIAE REGIO DECIMAQVARTA.

FINE Anconitanæ Marchiæ fœliciter impoſito, Romanu-
lam ſeu Romandiolam vt vulgus vocat, alacri nos ani-
mo deinceps aggredi oportere putamus. Itaque ſicut in
præcedentibus eſt factitatum, primò regionis propoſitæ
varia nomina, dehinc términos, deniq; loca ſingula par-
ticulatim & ordine proſequemur. Etſi verò intelligamus
longiorem quàm in ſuperioribus multis, earum rerum
commemorationem cum hîc, tum in ſequẽtibus aliquot
regionibus fore, tam propter multitudinem vicorum oppidorumque ac vrbium
in ijs exiſtentium, quàm ob magnitudinem earum rerum quæ in his gentibus ac-
cidere, adeo vt breui omnino ſermone perſtringi nequeant· tamen ſic omnia co-
nabimur referre, ne quàm par ſit verboſiori narratione, tœdio legentes afficia-
mus· nec viciſsim conciſiore, plena integraque omnium cognitione priuemus.
Hetruſcorum gentem Polybius, Liuius, & Plinius auctores ſunt, opibus ac poten
tia quondam adeo præualuiſſe, latiſsimis vt agris trans Apenninum vſq; Capu-
am, & vlterius vſque Nolam, quibus tenebat non contenta, ſuperatis Apennini
iugis, regionem vniuerſam citra Padum, & vltra quoque ab Rauenna vſque ad
Alpes præter illum Adriatici maris angulum quem Veneti tenebant, occuparet,
ac vrbes in ea XII. exemplo totidem aliarum trans Apenninum, vti in Thuſciæ
principio demonſtratum eſt, conderet· quarum mentionem in tempore ſigillatim
nos quoque facturi ſumus. Inter eas Felſina fuit, à quodam gentis duce Felſino
denominata, Catone Sempronioque teſtibus. Hanc oppidi appellationem vni-
uerſo etiam tractui, vt Cato tradit inter Rauennam & Ariminum, vt Sempronius,
ab vrbe Felſina quæ Bononia nunc eſt, vſq; ad Rubiconem, quod veriſimilius vi-
detur, gens ipſa dedit. Nomen igitur hoc primum huius fuiſſe regionis inuenio.
Succeſsit, fines etiam latiores amplectens Flaminiæ, ſeu Galliæ Flaminiæ, vt Cato
tradit· quanquã nominis cauſam ac originem non cõmemorat. Ego id à via Flami
nia profectum arbitror, quã C. Flaminius Conſul Rom. opere muniuit vt Strabo *a* a. lib. 5.
Liuiuſque *b* perhibent, eum Liguribus deuictis, paceque cum finitimis gentibus b. lib. 9.
firmata, ne miles inerti otio langueſceret, viam ab vrbe Roma per Hetruriam &
Vmbriam vſque Ariminum lapide ſtrauiſſe tradentes. Hæc de origine nominis
Flaminiæ noſtra ſententia eſt· nimirum vt tractum agrorum vſq; Ariminũ ab illa
via ſic appellatum exiſtimemus· ac deinceps vſque Placentiam ab Arimino Æmi-
liam, quòd ijſdem Liuio ac Strabone auctoribus, à Placentia Ariminum M. Aemi
lius Lepidus viam protulerit, & cum Flaminia coniũxerit: quam dein ab Auguſto
refectam Suetonius teſtatur· etſi corrupti codices Liuiani vſque Aretium pro Ari-
mino habeant, vti rectè eſt à Philippo Beroaldo in cõmentarijs ad Suetonium an-
notatum. Nomen itaq; Flaminiæ nos agro inter Ariminum & Iſaurum, Æmiliæ
cum inde ſequenti dabimus. Totam verò regionẽ inter Rubiconem & Alpes, quæ
Galliã ab Italia diuidunt, Liuio frequẽter & ante bellum Punicũ ſecundũ, & pòſt,

eoq; durante, Galliam Ciſalpinam appellari cõſtat, quòd à Gallis Boijs, In[illegible]
bus, Cenomanis, ac alijs id genus populis inhabitata diu fuerit · vti etiam P[illegible]
a.lib.2. us *a* apertè teſtatur, in hanc ſententiam ſcribens. Campi ſunt inter Apenninum [illegible]
Alpes amœniſsimi vberrimiq;. Padus fluuius medios percurrit, aquarum mole [illegible]
pra cæteros Italiæ amnes inſignis, & in Adriaticum ſe condens ſinum. Hos [illegible]
olim habitauere Tyrrheni, duodecim vrbibus ædificatis, donec à Gallis p[illegible]
qui ſpecie ac fœcũditate regionis pellecti, facto in Tyrrhenos impetu, eos [illegible]
pellunt, ipſiq; locis occupatis à ſe nomen præbuerunt Galliæ Ciſalpinæ. In[illegible]
dum atq; Alpes habitant Laij, mox Lebetij, dehinc ingens Inſubrum natio, [illegible]
non longè à ripa fluminis, Cenomani. Loca vero mari Adriatico vicina antiq[illegible]
è Paphlagonia genus colit: hi Veneti appellati. Rurſus inter Apenninum & [illegible]
dum primò Ananes, pòſt Boij, inde Egones, poſtremò Senones iuxta Adri[illegible]
mare extremi omnium Gallorum incoluerunt. Eorum caput Sena fuit. H[illegible]
b.lib.5. que confirmat Liuius *b*, Thuſcos à Gallis ad Ticinum amnem acie vict[illegible]
c.lib.20. rens. Trogus *c* etiam Gallos Senones cum in Italiam veniſſent, ſedibus ex[illegible]
Thuſcos, & Mediolanum, Comum, Brixiam, Veronam, Bergomum, Tride[illegible]
Vicentiam, condidiſſe ſcribit · de quibus vrbibus in tempore ſumus acturi. [illegible]
liam porro Ciſalpinam veteres in duas partes diuiſere, Ciſpadanam videlic[illegible]
Tranſpadanã · de quibus in ſequẽti regione multis tractabimus. Romanulæ [illegible]
que ſeu vt vulgus vocat Romandiolæ partem, antiqui Galliam dixere Toga[illegible]
quemadmodum Cato, Sempronius & Plinius indicant, itemque Ptolemæus, [illegible]
& fines eius ſtatuit vno latere Placentiam, altero Rubiconem · tum hinc vſq[illegible]
uennam per oram Adriæ Gallos Boios, omnia Padi oſtia complectens. A[illegible]
nius Catoque cum Sempronio Galliam Togatam inter Anconem & Ari[illegible]
& vlterius ad Rubiconem vſque definiunt. De Liuio notandum eſt, eum [illegible]
agrum vltra Rubiconem perpetuo Galliam appellare, ſed incolas cum vſu v[illegible]
proprijs diuerſisque nominibus, veluti Inſubres, Boios, & ſimiles. Blondus [illegible]
d.lib24. nem hanc prouinciam Ariminum dictam ſcripſit à Liuio *d*, Prætori S[illegible]
prouinciam Ariminum eueniſſe narrante: ſed profectò errare mihi Blon[illegible]
videtur · nec enim regionem hanc prouinciam Ariminum vocatam ait L[illegible]
ſi prouinciam Ariminum obueniſſe Sempronio dicat · mirorque in me[illegible]
veniſſe tanto viro, frequentem vſum ita loquendi eſſe Liuio, vt in prouincia[illegible]
ueniſſe vrbem aliquam dicat, ad quam Prætores aut alij magiſtratus cum e[illegible]
tu mittebantur, vel belli inferendi propter inimicitias aut defectionem, vel [illegible]
pulſandi ac ipſius ciuitatis in populi Roma. fide continendi gratia: quema[illegible]
e.lib.39. dum eo in loco pereuidenter indicat *e*, vbi prouinciam Tarentum L. Po[illegible]
Prætori obueniſſe ſcribit, expeditionem aduerſus Tarentinos illi de[illegible]
tam ſentiens: patet enim pluſquam manifeſtò, Apuliam aut aliam vl[illegible]
gionem à Tarento denominatam non fuiſſe · quo conſtat in prouinciam [illegible]
nire quid Liuio ſit. Itaque decætero hanc regionem deſcripturi, prim[illegible]
Vmbroſilla de cauſa quam in ſuperioribus indicauimus, itemq; Gal[illegible] To[illegible]
tam vt vocat Ptolemæus, partemq; etiã Senones, ab Iſauro nimirum amne ad [illegible]u-
biconem, etenim eo vſq; Senones pertinent, deinde Gallos Boios à Rubicone vſq;
in Lombardiam, inſuper & Flaminiã Æmiliamq; nominabimus, vti ſigillatim o-
ſtendetur. Galliæ Togatæ nomen vnde fluxerit breuiter indicabimus. Galli Seno-
nes itemq; Boij cum in Italiã veniſſent, & vt ſuprà dictum eſt, Thuſcis poſſeſsione
depulſis

depulſi in illorum ſedibus domicilia conſtituiſſent ſua, paulatim moribus inſtitutisq́, Romanorum vti cœpere, tam in uiuendi ratione, quàm etiam in veſtiendi. quapropter cum & togam peculiarem Romanorum amictum ſuſcepiſſent, Cenomanis, Inſubribus, alijsq́; Gallis idem minimè facientibus, inde Galli Togati dicti, regioq; ipſa Gallia Togata·quam inter Ancoñam & Ariminum Cato atque Sempronius concludunt, inter Rubiconem & Placentiam Ptolemæus: eumque nos potius ſequendum putauimus, quòd cum Liuio Galliam tantùm inter Rubiconem & Alpes conſtituente meliùs conueniat. Conſequens eſt vt nunc recentis quoque nominis Romanulæ originem exponamus. Anno à C.N.DLVII. magiſtratum Iuſtinus Imperator in Italia condidit, Exarchum, à iure ſupremæ præfecturæ dictum·cuius tanta tum erat auctoritas, vt ius etiam in electione Maximi Pontificis haberet. Is magiſtratus annis CLXXV. durauit, vt Blondus a auctor eſt, vſque ad Aſtulphi Longobardorũ regis tempora, qui Rauennam cepit. Interea verò cum uideret, fidem Imperatorum Pontificisq́ue Romani auctoritatem omnes huius regionis ciuitates ſequebãtur, vt armis etiam contra Longobardos aliosq́; Romani nominis hoſtes perpetuò decertarent. Rauennates fuere hi penes quos Exarchorum ſedes, item Ceſenates, & Ceruiani, Foroliuienſesq́; & Forum Trunitinorum, & Fauentini, & Forocornelienſes, Bononienſesq́ue, licet alias præterea multas vrbes ad Exarchatus quoque præfecturam ſpectauiſſe, Mutinam ſcilicet ac Regium Lepidi & Parmam Placentiamq́ue Bibliothecarius, Agnellus, Blondusq́; & Platina cum Sabellico tradant. Illæ igitur ciuitates nomẽ & auctoritatẽ vrbis Romæ conſtanter ſunt ſecutæ, quamdiu Exatchorum præſidio niti licuit: quo tandem per inertiam illorum deſtitutæ, Longobardicum quoque iugum acceperunt: & quanquam admodum inuiti, ad Pipinum tamen Francorum regem vſq; pertulere. Is magnis copijs in Italiam adductis, Aſtulphum Exarchatus oppida Romano Pontifici tradere coëgit. Et cum poſt abitum Pipini denuo contra Romanum Pontif. Aſtulphus eiusq́; ſucceſſor Deſiderius res nouas moliretur, ac ideo Carolus Magnus in Italiam veniſſet, ſimul Deſiderium captum trans montes ablegauit in Galliam, ſimul Romam profectus à Leone Pontifice ſumma populi Romani voluntate Auguſtali corona donatus eſt·quæq́ue pater dederat Pipinus Adriano Pontifici, confirmauit. Hinc quòd Rauẽnates & illa quæ ſupra nominata ſunt oppida diu conſtanter vrbis Romæ Pontificisq́; Rom. nomen ac dignitatem coluiſſent, armisq́; etiam fortiter aſſeruiſſent, Pontifex vnà cum Imperatore nouum Romanulæ nomen huic Italiæ parti tribuit, quod in hanc ætatem vſq; manet. Nominum varietate ac viciſsitudine dicta, conſequens eſt vt fines deſignemus. Itaq; ab Isauro flumine quod Anconitanæ Marchiæ Flaminiæq́; diſcrimen eſt, ad Scultennam amnem nunc Panarium vſque tranſcurremus: quanquam regionem hanc olim vltra Vatrinum flumen cis Forum Cornelij non proceſsiſſe quidam tradiderint: alij verò etiam vltra Scultennam, vti in locis demonſtrabitur, extendant. Proinde longitudo inter Foliam & Panarium erit, latitudo ab Apennino ad mare Adriaticum & Paduſam quoque Paludem citra Padum, vltraq́; Padum ad Veronenſes Patauinasq́ue paludes, ac vſque ad vltimum Padi oſtium quod nunc Fornaces vocant. Sic ab exortu ſolis Foliam & Anconitanam Marchiam, ab Auſtro cum Hetruſcis Apenninum, ab occaſu Panarium & Lombardiam, dein Veronenſes ac Patauinas paludes vſque ad Fornaces cum Adriatici maris parte ad Septentrionem conſtituimus: quanquam à For-

a. lib. 11. hiſtoria.

à Fornacibus Rauennam propter litoris flexum latus propemodum orie[illegible] ſi
nus Adriaticus efficere videatur. Et his limitibus incluſum agrum nec to[illegible] Fla-
miniá vel Senones, aut Boios, Galliamúe Togatam nominabimus, ſed recen[illegible] no
mine Romanulam·ad Ariminum enim appellatio Flaminiæ cum via i[illegible]
inde ſequitur Æmiliæ·Senones autem vſque ad Rubiconem ten[illegible]ere·v traq[illegible]
biconem Boij, ſimulque Lombardiæ pars ſicuti oſtendemus. Gallia quoque [illegible]
gata Padi ripam vnam contingebat·tranſpadana verò loca quædam et[illegible]
a.lib.2. nes, Boij, Egones, Trigaboli, & Aſſagi auctore Polybio a habuere, qu[illegible]
in Tranſpadana Romanula planum fiet. Sed cur nos Romanulam v[illegible]a Pa[illegible]
ad Veronenſes Patauinaſque paludes, aut ad Fornaces vſque extendamus [illegible]
forte curioſi ingenij ſcire cupiat, cum ipſo Pado melius finiri poſſe videa[illegible]
noſtræ ſententiæ accipiat rationem. Venetos Atheſim non exceſsiſſe hoc [illegible]
Aſſagos Thuſcos vt Plinius commemorat, agrum omnem cis eum amne[illegible] p[illegible]
diſſe reperio·quorum deinde ſedes occupauere Galli, ſicut his verbis teſ[illegible]
b.lib.5. uius b: Senones recentiſsimi aduenarum ab Vſente flumine vſque ad At[illegible]
habuere. Ita cum hác tranſpadanæ Galliæ partem à Thuſcis antiquitus [illegible]
& pòſt à Gallis occupatam extraq; Venetiam eſſe conſtet, eam in hac re[illegible]
nunc vulgò Romanula nuncupatur, vtique relinqui manifeſtum eſt·eaq[illegible]
ſa nobis Tranſpadana Romanula vocabitur. Sed quod antea di[illegible] C[illegible]
Romanulæ terminos vltra Panarium nonnullos proferre, inter quos eſt Per[illegible]
c.lib.1. de antiquit. Ferrar. nus c Priſcianus Ferrarienſis, qui Romanulam trans Bondenum ad vlmu[illegible]
moſam vſque pertinere, vbi nunc Foſſa Burana eſt, nec Rhenum olim ipſ[illegible]
denum in Padum, ſed in Paduſam paludem influxiſſe, idque Romanulæ ac [illegible]
gobardiæ diſcrimen Vitalianum Pontificem ſtatuiſſe, Adrianum ſucceſſore[illegible]
firmaſſe ſcribit·his ita reſponderi poteſt, longè videri conuenientius hanc r[illegible]
olim vti cæteras, celebri aliquo flumine veluti Panario, ex veterum Italiæ inc[illegible]
rum inſtituto, quemadmodum claſsici auctores faciũt, nempe cum flumina [illegible]
intercidant, non autem arbore, quæ facili caſu perire ſolet, terminatam fu[illegible]
ſtimare. Enimuero quanquam Panarius olim in Padum minimè deferr[illegible]
men tamen etiam priſca memoria non obſcurum habuit, vti in tempore do[illegible]
mus. Verba Priſciani demolitur, quod Vitalianus Pontifex Romanulæ [illegible]
diæq; terminos haudquaquam poſuit, ſed inter loca Ferrariolę tant[illegible]
Vitalianus circa Conſtantinum VI. Imper. DCLVII. poſt C. N. an[illegible], A[illegible]
ca DCCLXXII. ijſque temporibus nomina Romanulæ Lombardiæ[illegible] non[illegible]
erant inuenta·quæ pòſt vti prædictum eſt, Carolus Magnus anno à C. N. D[illegible]
ferè Imperator à Leone III. Pontif. creatus condidit: vide nimirum apert[illegible]
rur, Vitalianum vlmo formoſa non regiones, ſed particularia loca defin[illegible]
aliud planè in confirmando ſpectauiſſe Adrianum. Formoſa hæc vlmus arbo[illegible]
cùm veterrima, tum craſsiſsima trans Bondenum haud procul à Foſſa B[illegible]
finibus hæc nunc ſufficere arbitramur ideoq; priusq̃ ad ſing[illegible]la veniamus dic[illegible]
laudes regionis vniuerſæ quadam ex parte commemorandas duximus. Eas M[illegible]
cus Tullius Philippica tertia breuiter his verbis attingit. Nec verò de virt[illegible], c[illegible]n-
ſtantia, grauitate Galliæ taceri poteſt: etenim ille flos Italiæ, illud firma[illegible]
imperij Romani, illud ornamentum dignitatis. Ita ille de Ciſalpina Gallia quæ in
ter Rubiconem & Alpes eſt, vti indicauimus, Romanulamque noſtram maiori ex
parte complectitur·quæ mehercules tota propter earum quas continet rerum e[illegible]

cel[illegible]

cellentiam, mirifica commendatione digna eſt. Agros habet optimos, omniumq; frugum tam ad vitam neceſſariarum, quàm ad humanas voluptates ac delitias op portunarum fertiles. Campi hic latiſsimi, fructiferis arboribus omne genus conſiti: colles peramœni, vitibus, item olea, ficuq; nitentes: ſyluæ munificæ, herbidaq; prata cum dumis venationi apta. Salubres paſsim aquæ: ſalinæ tum circa litus, tum intus frequentes: mare fluminaq; plurima nauigabilia, itemq, piſcibus fœcunda: metallorum fodinæ innumeræq; præterea naturæ dotes eximiæ, quæ niſi longiſsima narratione referri omnia haud poſſent, ac in operis proceſſu ſigillatim in tempore memorabuntur. Incolas alit ingenio ſummo, aſpectu præclaro, corpore firmo, & cum ad armorum tractationem, tum ad diſciplinas atq; mercaturam peridoneos. Multa inſuper ſunt in hac regione quæ ſummæ ſanè laudis haberent materiam, cæterùm ſuis in locis deinceps commodiùs dicentur. Primùm itaq;, vt ad particularem deſcriptionem veniamus, à Folia ſeu Iſauro amne modico ſpatio Flaminiæ viæ dextra, in colle qui orientem vno latere, alio Septentrionem & Adriaticum mare ſpectat, magnificum palatium cernitur Poggium Imperiale dictũ, quòd Fridericus tertius Imperator primum in fundamenta lapidem ita Conſtantio Piſauri Domino petente iecerit. Id poſtea Franciſcus Maria Roboreus Vrbini Dux. Piſauriq; Dominus & auxit, & ædificijs ſplendidioribus adeo exornauit, vt herclè regia planè videatur. Ædes habet cultiſsimas cum fontibus aquam vndique proijcientibus: inter quos vnus balneum periucundum creat. Hortos omitto nitidiſsimos ædibus coniunctos: in quibus nec ornatus vllus, nec arbor vlla fructifera, nec vllum genus vitium in pergulis deſiderari poteſt. Sepium elegantiam è roſa, buxo, myrtho, roſmarino, lauroq; opere topiario cõtextarum, quibus horti ipſi partiuntur clauduntúrq;, longum foret recenſere: breuiter, aurea hæc tempe dixeris, ea loci amœnitas, is ſplendor eſt. Surſum hinc ad Iſauri dextram, Puteus: tum inter Iſaurum & Concam amnes Mons Lurus, cæſis Nicolai Picinini copijs inclytus, vti à Blondo memoriæ eſt proditum. Ad viam Flaminiam deſcendenti mons ſe Piſauri obijcit in meridiem proſpectans, antiquis Promontorium Focariæ dictus, vini oleiq; ſuauiſsimi ac ficuum aliorumq; fructuum mirificam copiam generans. Quatuor in eo ſunt oppidula, Granariolum, Caſtellum mediũ, Gabitiæ, Florenciolaque. Dein ad læuam viæ partem è regione montis ex colle modica quædam caſtella paſsim cernere eſt: hæc ferè ſunt, Tumba, Planum montis, Mons Caluus, Pes Campi, Saxum, Corbarium, & Macerata Montisfeltrij. Tum ſi ad occaſum pergas, ipſa in via ſub monte Piſauri Catholica vicus occurrit, tabernis diuerſorijs conſtans, cum arce ſatis firma, ſpectantur hìc ſub aquis mari quieto atque conſiſtente mœnia, turriumque ac aliorum ædificiorum faſtigia pridem demerſæ vrbis Concæ. Intus excelſo in colle. Splendidum ac munitum eminet palatium Gradaria, Sigiſmundi Malateſtæ Pandulphi filij Piſauri domini opus, ab amœnitate iucũditateq; tanquã gratus aër ita nuncupatum. Collis ipſe vitibus arboribusq; fructiferis eſt cinctus. Ad pedem aquula naſcitur, quæ viam dein ipſam & agrum Piſaurenſem ab Ariminenſi diuidit, ponteque lapideo iuncta mox in mare præcipitat. Vltra Catholicam primò flumen eſt Vintinella mare petens, deinde Conca, Plinio in octaua regione Cruſtumium appellatum, itemque Lucano, cum inquit: Cruſtumiumque rapax. Id ex Apennino huc in mare defluit. Vlterius circa litus in altæ ripæ radicibus aquæ nitidæ fons exilit inſignis: & poſt vbi ſi viam ſequare Flaminiam, aſcenſus eſt ripæ, alter: incipitque pulchra hìc & iucunda pla- *a lib. 2.*

Pp nities

nities inter litus & Apenninum, interuallo ab Arimino P. M. X. quam mediam via Flaminia percurrit, maiori ex parte glarea bitumineque à C. Flaminio munita. Planities hæc amœna verſus occaſum perpetua latitudine ſecundum Apennini radices excreſcit, vſque ad Alpes quæ Galliam ab Italia diuidunt. Flaminia via vſq; ad Ariminum ſecatur, vbi deinceps Æmilia Placentiam deferens incipit. Flumine quoque Pado perrumpitur, & vſque ad Alpes quæ Germaniam ab Italia ſummouent, vltraque in Hiſtriæ fines, vti poſtea demonſtrabimus, excurrit. Formam o-

a.lib. 2. mnino triquetram obtinere Polybius a in hanc ſententiam tradidit. Campi ſunt in Italiæ extremo, totius Europæ maximi ac vberrimi. Horum forma triquetra eſt: apicem trianguli facit Apennini & Alpium copulatio: latus quod Septentrionem ſpectat, Alpes faciunt, quod ad meridiem, perficit Apenninus: baſis locum tenet litus ipſum maris Adriatici, cuius magnitudo eſt à Sena vrbe vſque ad intimum eiuſdem maris ſinum. Scribit Polybius initium camporum eſſe Senam, quæ nunc Senegallia, quanquam inde ad hunc vſque locum de quo nunc agimus, modici aliquot interſint colles, nimirum inter Piſaurum & Catholicam: qui tamen magni montes non ſint, poteſt ſanè principium regionis planæ Senegallia conſtitui, ſed camporum æquora perpetua primum hîc vltra Catholicam, & à via Flaminia, quemadmodum indicauimus, incipiunt. Læua tum eius viæ ſunt in collibus Ad D. Ioannem, Maregnanum, Mundainum, Saludetium, Mons Gridolphi.

Tum aſpero in monte Germanum, Tauletum, Planum Caſtelli, Caſtellum Nouum, Mons Taueſus, Certaldum Petri Turci docti viri patria, Planianum Franciſci Planiani ſummi ducis literiſque eruditi, cuius memoriam Blondus vſurpat natale ſolum. Sequitur Planum Meledi, ortu Caroli, qui Innocentij VIII. Pontif. legionum præfectus fuit, illuſtratum. Sunt etiam hoc ſitu Petra Rubia & Carpenium, à quo mons ille altiſsimus hîc Carpenianus nuncupatur, herboſa paſcua gregibus armentorum æſtate ſuppeditans. Origo hinc Guidonis fuit,

b.can. 14. cuius in purgatorio b meminit Dâtes, ita: Petrus Trauerſarius & Guido Carpenianus. Eum Landinus ait hominem nobilem & inclyta liberalitate fuiſſe. Mons Carpenianus ab Apennino Marecia flumine diuiditur, cæteros Italiæ cunctos qui ab Apennino ſunt abſciſi, altitudine ſuperans. Sub eo ſunt Caſtellaria, Mons Cerognonius, Monaſteriumq; Seſtinum. Montem Cerognonium exiſtimo montem

c.lib. 5. eſſe Cigunum Strabonis c idque cum nominum ſimilitudo, tum plurima veterum ædificiorum quæ hîc ſuperſunt veſtigia videntur conuincere. De cætero transamnem Concam eius in dextra ſunt, Ad D. Clementem, Aggellum, Corianum, Mons Scutulus, Albaretum, Geſſum, tum Caiana, Mons Zardinus, Saxum, Mons Germanus, Mons Taſiorum, Mons Copiolus. Deſcenſu dein ad viam Flaminiam in læua Fanum Trinitatis eſt. Dextra quoque Concæ nonnulla iacent caſtella, læuam amnis Mareciæ ſpectantia, nimirum Serauallis, Verrucula, Ad D. Marinum, quæ altiſsimo in monte ſunt ſub quo Conca tollit caput. Hinc in agro Montisfeltrij ſurſum nonnihil hæc cernuntur, Mons Magius, Macerata, Petra Acutula, Toranum, & ad D. Leonis, quæ vrbs Epiſcopalem habet ſedem. Vertici vrbs ſidet præcelſi montis, vndique pręterquam vno latere quo aditur, rupibus circumciſi, vt adeo naturali ſitu inuicta videatur: quamobrem & Franciſcus Maria Roboreus Vrbini Dux, Piſaurique & Senegalliæ dominus, cum bello Leonis X. Pontif. qui Laurenzino nepoti Vrbinum omnemque Franciſci Mariæ ditionem acquirere cogitabat, impeteretur, maximam ſuarum fortunarum partem hunc in

locum

locum vti longè munitiſsimum condiderat: tamen cùm ipſe vt populares belli ca
lamitate liberaret, vltrò ſuæ ditionis finibus exceſsiſſet, poſt longam obſidionem
arte mirabili à Pontificijs capta vrbs eſt: vt adeo iam nihil tam munitum arbitra-
ri quicquam oporteat, quod humano nequeat ingenio vinci. Expugnationis ra-
tio fuit huiuſmodi. Scalis ad rupem admotis, aliaq; ſuper aliam in ſaxum ferro
exciſum defixa firmataque, ſic aditum in ſumma ſibi montis faſtigia ſtruunt. quo
opere perfecto, temporeq; opportuno pluuijs magna vi cadentibus capto ad rem
gerendam, ſilentio quàm poſſunt maximo euadunt in ſuprema, oppidanoſq; metu
ſolutos de improuiſo opprimunt. Sic ipſa vrbe capta, etiam arce potitur hoſtis.
Sed fato dein abſumpto Laurenzino, quum Leo Pontif. ſimul hanc vrbem, ſimul
Vrbinatis agri oppida multa Florentinis condonaſſet, ij deinde Franciſco Mariæ
in veterem poſſeſsionem reuerſo reſtituêre ſua. Mentionem huius vrbis apud alios
ſcriptores nõ inuenimus, quàm in Luitprandi *a* hiſtorijs, vbi Berẽgarium & VVil- *a. lib. 6.*
lam huc præ Othone Imper. fugiſſe narrat inquiẽs. Otho Papiæ nauem cõſcendit,
ac per Eridani alueum Rauennam vſque peruenit, indeque progrediens, Montem
Feretratum, quod oppidum Sancti Leonis dicitur, in quo Berengarius & VVilla
erant, obſedit. Sequuntur hinc Scaulinum vetus, item Soaneum, Pœna Billiorum,
& Maiolum, quæ poſtrema oppida duo Ioannes Medices equitum Leonis X.
Pontif. Max. præfectus, anno à C.N. MDXXII. diripuit ac vaſtauit. Situ hoc quo-
que ſunt Ciconaria, Montironum, Forumq; Ranchorum. In ora rurſus antiqua ci
uitas Ariminum, ita Catoni, Polybio, Straboni, Liuio, Plinio, Melæ, Appiano A-
lexandrino *b*, Tacito *c*, Procopio *d*, Agathio *e*, Antonino, Ptolemæo, multiſque a- *b. lib. 1. 2.*
lijs ſcriptoribus appellata. Cato ab comitibus Herculis conditam, ac etiam ab eo *3. 4. bell.*
cognominatam ait: ad quem locum Annius, Ar vel Ari cognomen eſſe Herculis *ciuil.*
Ægyptij notat, eiuſq; gentis lingua pariter & Hebræa Aramæaque denotare leo- *c. lib. 19.*
nem, Iminim verò teſte Talmudiſta Samuele, Diuoq; Hieronymo in vocabulo Hi *d. lib. 3.*
menus, ipſe numerat feſtinantes, ſignificare. Hinc Ariminum Aramæè eſſe id quod *e. lib. 1.*
latinè Leo ſiue Hercules ipſe numerans feſtinantes, nimirum ad expeditionem cõ-
tra Tyrannos Italiæ. Sic Annius. Alij nomen ab Arimino amne quo alluitur, vo-
lunt deſumptum, nonnulli ab armario populi Rom. quod hîc fuiſſe dicunt, vbi à
bello reuerſi duces, Romamque redeuntes arma deponere ſolebant. Sed poſtre-
mum hoc nobis omnino non placet, ſiquidem vltra Rubiconem arma relinque-
bãtur, vti pòſt in tempore demonſtrabimus. Strabo Ariminum vti & Rauennam,
Vmbrorum oppida fuiſſe quondam, ſimulque pòſt ijs eiectis populi Rom coloni-
as effectas ſcribit, quod etiam confirmat Liuius *f*, Ariminum quo tempore & Be- *f. lib. 15.*
neuentum, coloniam deductam perhibens. Id Ptolemæi Lagi regis Ægyptij tem-
poribus Pub. Sempronio, Ap. Claudio Coſſ. CCLXXXII. ante natum Chriſtum
annis contigiſſe auctor eſt Euſebius. Enimuero quòd i Liuius Ariminum in Piceno
coloniam miſſam ſcribit, nos autẽ Piceni fines Iſauro flumine poſuerimus (quan-
quam ab alijs vlteriùs etiam tum ad Æſin amnem, tum ad Anconam conſtituti
ſint) ideoq; verior hîc Strabo videatur in Vmbris Ariminum antiquitùs collocãs,
quàm Liuius in Piceno, ad hæc ſanè dici poſſe videtur, fortaſſe priſcis temporibus
cum Ariminum Romani primùm colonos deduxere, oppidum id agri Piceni ha-
bitum, ſtatutis nondum limitibus qui poſtea deſignati, & à Strabone, Plinio, Pto-
lemæoq; diuersè referũtur. Quinimo vti poſteriori æuo in Senonibus fuit, cuius rei
Ptolemæus eſt auctor, ita priùs quin ad Picenũ ſpectare potuerit, nil vetat. Sed &

leottum cognomento Hungarum· quem pater vnà cum pr[illegible]bus duobus vita defunctus reliquit ſuperſtitē,& Clemens VI. Pontif. Max. ob ſpectatam virtutem in Arimini principatum inſtituit. Dux ſummus & præſtantiſsimus fuit· imperiumq́; Ceſenæ, Ceruiæ, ac Æſis vrbium ſibi comparauit. Moriens filios reliquit tres, Carolum, Pandulphum, & Galeatium. Carolus prudentia ſapientiaq́; & grauitate ſumma polluit· quapropter ab omnibus qui illa tempora monumentis dedère, Blondo, Platina, D. Antonino ac alijs ſummè nec immeritò laudatur· quanquam à Mario Æquicola in commentarijs lingua vernacula de Mantuanis Principibus conſcriptis, iniuria herclè carpatur, ac ſi ſtatuam Virgilij poëtæ in flumen abijci iuſſerit· etenim ipſo auctori huic rei Æquicolæ fides tribuitur exigua, modicæ nimirum opinionis ſcriptori. Carolus belli dux Venetorum & Florentinorum auſpicijs fuit. Pandulphus frater vſu etiam armorum præſtitit, multamq́; Ioanni Galeatio primo, Mediolani regulo operam egregiè nauauit, tāta animi magnitudine, vt poſt illius òbitū Brixiæ Bergomiq́; imperiū ipſe ſibi aſeiſceret. Filios reliquit Robertum, Sigiſmūdum & Malateſtam. Principatū Robertus obtinuit, vir tota vita integerrimus, adeo vt pro ſancto ab omnib⁹ haberi laudariq́; mereretur. Caſtitate tam inſigni fuit, vt impollutus ad extremum vitæ peruenerit diem etiam cùm vxore, quam ſororis habebat loco. Pontificiam auctoritatem tanta obſeruantia coluit, vt ad nutum pene Pontificis Max. aliquot oppida Romanæ Eccleſiæ cederet, hæreditario ſibi iure à patre relicta: qua re cum infenſos popularium reddidiſſet animos, et à turba iam cum armis irruente neci peteretur, vultu ipſe occurrens ſereno, ita multitudinem protinus deuicit, vt è manibus omnium tela caderent. Vita ſanctiſsimè exceſsit, magno ſui deſiderio relicto. Principatum inde Sigiſmundus habuit, Roberto omnibus in rebus diſsimilis, quanquam militari laude claruerit. Vitam eius à Pio II. Pontifice deſcriptam cum ſcelerum & malè actorum commemoratione, habemus in manibus. In extremis tamen errorū pœnitens, animam piè efflauit. Tertius frater Malateſta Nouellus Ceſenę, Ceruię, Foriq́; Truintinorū poſſeſsionem erat nactus, vir & virtutibus, & eruditione præſtans· quamobrem & bibliothecam in D. Franciſci cœnobio apud Ceſenates ſplendidiſsimam condidit, nobiliſsimisq́; confertam libris in membranas manu exaratis, & minio exornatis inſigni elegantia· in quibus ſunt Plutarchi Vitæ tribus deſcriptæ voluminibus, è græco in latinum verſæ· quarum capitibus pereximiè depicta imago præpoſita illius, quo de tractat auctor. Opus hoc rarum equidem ac ſingulare. Moriens Ceſenam & Forum Truintinorum Eccleſiæ Romanæ teſtamento dedit, Ceruiam Venetis cum perpetuorum aliquot legatorum oneribus. Sigiſmundo in Arimini dominatu filius nothus ſucceſsit Robertus, poſtea Magnificus ob res egregiè geſtas cognominatus. Patri haudquaquam ſimilis· præterquam militari virtute fuit. Victorias ingentes ex multis exercitibus eſt adeptus: primùm de Pauli II. Pontif. legionibus, earum ductore Napolione Vrſino, quem debellatum agro Ariminenſi expulit· deinde de exercitu Alfonſi Calabriæ Ducis ad Velitras· qua pugna tot Principes & claros viros in ſuam redegit poteſtatem, vt ſummam herclè admirationem res haberet: quos curru Romam inuectus ſpecie triumphantis præ ſe deduxit. Tanta fœlicitate perfunctus, non diu pòſt ætate adhuc virenti ac miliari exceſſit· filiosq́; duos, Pandulphum ac Cæſarem nothos reliquit. Pandulphus virtute longè diſsimilis patri, dominatu inito ab Alexandro VI. Pōtif. pulſus eſt: quo mortuo cum Ariminum redijſſet, diffidens tandem rebus propter offenſam aduerſam-

q́ue voluntatem popularium, Venetis vrbem tradidit, & Citadellam oppidum honeſtum cum fundis quibuſdam agri Patauini contrà tulit. Veneti dein accepta ab Ludouico XII. Galliæ rege apud Ripaltam ſiccam clade, Ariminum Eccleſiæ Romanæ reſtituêre, Iulio II. Pontificatum tenente. Sed & cum eo defuncto, ſucceſſoréque Adriano VI. adhuc in Hiſpania commorante Sigiſmundus Pandulphi filius habitu ruſticano herbæ faſcem baiulans per dolum in vrbem ingreſſus, tumultuq́; concitato, opera & auxilio coniunctorum aliquot vrbe ipſa, nec diu pòſt [illegible] arce eſſet potitus, ita tum quidem in Principatum rediјt Pandulphus, ſed conſiſtere in eo haud potuit: ſiquidem vt in Italiã appulit Adrianus Pontif. excedere iam tum mox fuit neceſſe. Sic inde Pontificibus continuata poſſeſsio· donec Clementem VII. in Hadriani mole ab exercitu Caroli V. Imper. circumceſſo, populariu[illegible] quorundam ope Pandulphus iterum rediјt: quanquam liberato mox Pontifice retro abire coactus. Reliquam deinde vitam cum inopia Ferrariæ compleuit. Ex Violante cõiuge Ioannis Bentiuoli II. Bononienſis filia liberos ſuſcepit, Sigiſmundum Galeottum, Malateſtam Robertum, Annibalem, Geneueuen, & Iſabellam. Hîc illuſtris eius & magnificæ gentis eſt finis, ex qua tot inſignes belli Duces, tot ſpectati prudenteſq́; viri ac item mulieres prodiere. Fuit earũ è numero Paula, Frãciſci primi Gonzagæ Mantuani Marchionis coniux, non ſolum excellenti fo[illegible]mæ pulchritudine (venuſtiſsima quippe totius Italiæ habebatur) ſed etiam mu[illegible]is virtutibus, literis, prudentia, ſanctitateq́; decorata: fuit & Baptiſta ſingulari [illegible]mæ, ſapientiæ, honeſtatis ac eruditionis mulier. Ariminum ortu ingenia illuſtra[illegible]e re plurima· nominatim Gregorius ex fratribus Eremitanis, item Petrus & Iacobus fratres Petroleonij, cũ græcis tum latinis literis eruditiſsimi. Sed & præterea qui Ariminenſes fuere viri illuſtres longum herclè foret recenſere. Noſtris [illegible]ribus inter doctos huius antiquæ vrbis famam ac auctoritatem egregiè tuentes [illegible] Petrus Meltius vir eruditus & curioſus. Iacent hîc ſacrata D. Gaudentij quon[illegible]m vrbis Epiſcopi oſſa, itemq́, D. Victoris martyris, D. Innocentiæ Virginis, D. Theodori martyris, D. que Martinæ eius filiæ, item D. Arduini confeſſoris in abbatia Gaudentiana. Deinceps extra Ariminum ad occidentem Pons apparet ſumptuoſus in Arimino amne ab Octauio Aug. factus, Flaminiam viam Aemiliæ, [illegible]; ſuburbia ciuitati iungens. Vnus hic eſt ex quatuor pontibus ab Auguſto, ſump[illegible] artificioq́; præcipuo iuxta reliquos innumerabiles, factis in Flaminia, quæ maiori ex parte ſilice ſtrata, bitumineq́; munita vti etiamnum multis in locis apparet, vſq; ad vrbem Romam ferebat. Primus illorum pontium hic eſt Ariminenſis, quo d[illegible] nunc dicemus: alter in Nare flumine haud procul ab Narnia fuit, vti in Vmbria demonſtratum: tertius ſub Otriculo erat in Tiberi· quartus adhuc ſupereſt item in Tiberi ad ſuburbiorum Romæ introitum, Miluius. Conſtat hic Ariminenſis [illegible]r more quadrato totus, arcubus quinis, ſupraq́; ſpondis vtrinque perpulchris. In latum ped. XV. in longum CC. continet. Spondarum vna inſcriptionem hanc habet. Imp. Cęſar. Diui F. Auguſtus. Pontifex Max. Cos. XIII. Imp. XX. Trib. Poteſt. XXXVII. P. P. Aliaq́ue pars hæc habet. Tib. Cæſar. Diui Auguſti F. Diui Iuli N. Auguſt. Pont. Cos. IIII. Imp. VIII. Trib. Poteſt. XVII. dedêre. Statim à ponte ipſa ſuburbia ſunt, vnaq́; via incipit Æmilia quod prædiximus: proinde quæ ſequuntur loca deinceps illi ſunt danda.

VIA

VIA AEMILIA.

SVbter pontem de quo memorauimus, flumen labitur Marecia, quod ex Apẽnino huc iuxta muros Arimini in Adriam defluẽs, portum exiguum modicis tantùm nauigijs aptum propter vada vndiq; maris efficit. Ariminum à Strabone, Plinio, Catone, Procopioq; [a] nuncupatur. Eius ad dextrã ſurſum in excelſis mõtibus eminet Verrucium, Principum Malateſtarum domicilium ſi Blondo credimus, qui hoc oppidũ ab Othonẽ Imperatore antea quondã Malateſtæ primo cõceſſum, poſtea verò cum alijs locis Ariminum prodidit. Situ hoc quoq; ſunt Maiuolum Biliumq; vt prædiximus. Dein ad amnis Arimini fontẽ Illiçeum oppidũ, & in ipſo montis altiſsimi vti anteà docuimus vertice aliud, D. Martini, quõdam Acer Mons vt Blondus memorat, quanquam alium huius rei auctorem adhuc nõ inuenerimus. Oppidum eſt pernobile, opulentũ, & frequens, perpetuamq; ſibi libertatẽ hactenus egregiè cõſeruauit, adeo vt nullius vel potentiſsimi imperio fuerit ſubactũ. Montana hæc vitibus vbiq; ac fructiferis arboribus egregiè nitẽt, caſtellaq; habent om̃ia tum opibus, tum populo ſolerte, nauo, induſtrioq; referta. De cætero in planitiem vicinam deſcenſu, ad Aemiliam viam D. Iuſtinæ vicus occurrit quondã elegans, ſed circa Paulũ II. Pontif. belli calamitate deletus, vt nũc præter fanum vnicamq; tabernam diuerſoriam nil ſuperſit. Ad primos tum Apẽnini colles oppidũ nobile D. Archangeli, ortu illuſtratum D. Simonis conuerſi, ex prædicatorum ordine viri boni ſanctiq;, cuius in D. Cataldi æde Arimini ſepulcrum eſt. Ager huius caſtri optimos nobiliſsimosq; fructus fundit, maximè rapam magnitudinis præcipuę, nec Interamnatibus ex Vmbria cedentem. Canonicam quandam habet antiquam canonicorum ſolitariorum, qui plane interiere, quapropter locus nunc Sclopetinorum familiæ ceſsit. Rurſus Aemilia in via per nobile ac lautum eſt oppidũ Sabinianũ, frumento cũprimis abundans. Hinc tum poſtea viã Pluſa fluuius interrumpit, Apruſa Plinio dictus, ex Apennino in mare oſtio ſub Bellaria non ignobili palatio à Malateſtis iuxta litus cõdito, defluens. Quondam hîc Aemiliæ tranſitus ponte iungebatur lapideo, cuius vſq; ad hanc ætatem veſtigia cernere eſt. Torrẽs ſuccedit Butrius, ad quẽ in collibus Apennini oppidũ nobile Lonzanũ, vndiq; pulcherrimis vitiũ ordinibus, oleisq; ac alijs fructiferis arboribus cinctũ, vnde ꝑter mirificam oculorũ voluptatẽ quæſtus magni vberesq; capiuntur. Locũ hunc Fauſtus cognomento Lonzanius ſingulari cũ latinæ, tum vulgaris linguæ ſciẽtia decorat. In proximo eſt exiguus amnis Piſſatellus, vniuerſæ antiquitati Rubiconis nomine celeberrimus: ſic enim à Strabone, Liuio, Plutarcho, Plinio, Cæſare, Lucano, Silio, multisq; ſcriptoribus alijs appellatur. Et quòd multi dubitare videntur an Piſſatellus ſit vetus Rubicon, an verò Pluſa quam paulo antè memorauimus, eum ſcrupulum Strabo manifeſtè tollit in hanc ſententiam ſcribens. Ceſena Iſapi fluuio propinqua & Rubiconi: quippe id oppidum amnes habet vno latere Sauium, vti oſtendemus, altero autem Piſſatellum: vnde qui aliter exiſtimant, errare ſanè conuincuntur. Pons olim in Rubicone fuit lapideus tranſitum amnis iungens, qui nunc concidit. Flumen eſt illud, quo antiquitus poſt translatos ab Aeſi amne terminos Italia finiebatur auctore Plinio, itemq; Liuio, qui citra Rubiconem Italiam, vltra Galliam eſſe prodidit. Conſtat tamen Italiam dein ad Phormionem Iapydiæ fluuium, poſtque ad Arſiam vſque auctam, vti & Sabellicus [b] docet, & nos in operis huius principio commemorauimus. Cis Rubiconem quondam militibus Duci-

[a] lib. 3. bell. Goth.

[b] lib. 7 Enn. 6.

buſq; à bello redeuntibus arma ferre haud licebat abſq; S. P. Q. R. auctoritate qui ſecus feciſſet, hoſtis Reipub. iudicabatur: vti olim in marmore ad pontem de quo ſumus locuti inſcriptum legebatur his verbis. Iuſſu Mandatúue P. R. Coſ. Imp. Trib. Mil. Tiron. Commiliton. arma quiſquis es Manipularieſúe Centurio turmæúe legionariæ hîc ſiſtito, vexillum ſinito, arma deponito, nec citra hunc amnem Rubiconem ſigna, ductum, exercitum, commeatumúe traducito. Si quis ergo huiuſce iuſsionis aduerſus præcepta ierit feceritúe, adiudicatus eſto hoſtis P. R. ac ſi contra patriam arma tulerit, penateſq; ſacris penetralibus aſportauerit. S. P. Q. R. Sanctio Plebiſciti S. ve conſulti vltra hos fines arma ac ſigna proferre liceat nemini. Blondus tabulam hanc marmoream cum inſcriptione ſe vidiſſe refert: quod mihi ſæpius hac eunti ac diligenter inueſtiganti non licuit: quamquam fortaſſe nunc aliò tranſlata vel terra operta eſſe poſsit, cum exemptam diuulſamq; ſibi viſam ille adijciat. Iulium Cæſarem è Gallia reuertentem Romam, ad Rubiconem ſubſtitiſſe, cunctantemq; an legiones traduceret, ac oſtento incitatum, mox, eatur quo Deorum oſtenta & inimicorum iniquitas vocat, iacta eſt

a. lib. 2. alea, dixiſſe, Tranquillus refert: idemq; tradit Appianus [a] Alexandrinus. Fuit hoc belli ciuilis initium: Ariminum enim & vltrà deinde proceſsit, vti à Plutar-

b. lib. 1. cho ac ipſo Cæſare in commentarijs narratur, itemq; à Lucano [b] dicente:

Iam gelidas Cæſar curſu ſuperauerat Alpes
Ingenteſq; animo motus, bellumq; futurum
Cœperat: vt ventum eſt parui Rubiconis ad vndas, Et quæ ſequuntur.

c. lib. 1. Idem alijs etiam in locis de Rubicone loquitur: præcipuè [c] his verſibus:

Puniceus Rubicon cum feruida canduit æſtas,
Perq; imas ſerpit valles, & Gallica certus
Limes ab Auſonijs diſterminat arua colonis. Sed & Vibius Sequeſter

Rubiconem memorat. Diſcrimen olim erat Italiæ Galliæq; Ciſalpinæ, vti præter

d. lib. 2. alios tum Appianus [d] Alexandrinus tradidit, tum nos non abundè anteà diximus. Senones etiam poſtquam ab ijs pulſi fuere Thuſci, à Boijs diuidebat, qui vltra Rubiconem fines tenuere, & in poſſeſsionem quoque venerunt Thuſcorum, à quibus anteà Liburnos Siculoſq; pulſos, Cato, Sépronius & Plinius auctores ſunt: proinde Senonibus omiſsis ad Boios tranſeundum.

GALLI BOII.

Gens Boiorum ab exortu ſolis Rubicone, ab occaſu Lencia flumine, à meridie Apennino, à Septentrione Pado ſtringebatur. Alij tamen eam Rubicone per litus vſq; Rauennam, vltraq; ad Padi oſtia quibus ille mari ſe iungit, ac inde ad Benacum extendunt. Nos vtramq; ſententiam amplectimur: quòd etiam

e. lib. 3. Plinius [e] Boios ab Arimino vſq; Placentiam conſtituat: vt à læua monte Apen-

cap. 14. nino, à dextra Pado includantur. Eorum tribus priuſquam interirent CXII. fuiſſe, potentiamq; tantam, vt non modo illum tractum quem Ptolemæus deſignat, noſq; ſuprà demonſtrauimus, ſed etiam omnem hanc regionem quæ Romanula nunc vocatur, cum Bononia, Mutina, Regio Lepidi eiuſq; agro ſubegerint, tum è Liuio multis in locis diſcitur, tum nos in proceſſu oſtendemus. Piſſatello itaque ſeu Rubicone ſuperato, ad litus deſcendenti oſtium ipſius apparet amnis, quo in mare ſe exonerat: vltraq; Portus Ceſenaticus exiguis tantùm nauigijs excipiendis idoneus, quòd vndiq; vadoſum hac ora ſit mare. Spectantur hoc litore paſsim machinę, quę decipulę ſunt feris anatibus reti hyberno tẽpore, pręſertim cũ nix iacet capien-

capiendis ſabricatæ· Pantheras ipſi vocant· aucupiaq́; frequentiſsima faciunt· Trancurſus hinc ad viam Aemiliam vndique campos amœnos, maximaque frumenti copia vberes habet· caſtella quoque nonnulla agri Ariminēſis, veluti Roncofredum, ac alia. Rurſus in litore poſt Ceſenaticum portum ciuitas eſt infrequens, loco paluſtri, cœloq́ue graui, Ceruia, noui nominis, vti etiam Volaterranus ait· quondam dicta Phylocolis, vti priuilegia Rauennatis Eccleſiæ docere, cuius Archiepiſcopo Ceruiæ antiſtes ſubiacet, mihi retulit Ioānes Petrus Ferrettus Rauennas Milenſis Epiſcopus, & græcarum litterarū, & iuris ciuilis Pontificijq́ue doctiſsimus· qui Vicarium Archiepiſcopi Rauennatis diu egit. Ceruiani nunc ferè maiori ex parte ſalarij ſunt artifices. Vrbs inſtar illarum priſcæ memoriæ videtur habere, quum vt Halicarnaſſeus [a] ſcribit. aggeribus tantum arborumq́ue truncis caſæ aliquot læui materia vel arundine vel ſtramento excitatæ, quibus homines habitabant, circundabantur. Primam Ceruiæ mentionem apud Blondum [b] in hiſtorijs inuenio, cum oppida populosq́ue ex Agnello auctore recenſet, qui Fœlici Archiepiſcopo Rauennati cum Conſtantino Pontif. Rom. de primatu contendenti adhæſere: nominat enim inter cæteros etiam Ceruienſes cum Comaclinis. Cathedrale templum habet ædis ruſticanæ forma· quāquam magno opimoq́ue reditu dotatum ſit. Propter fanum vetus apparet ſepulcrum ex candido marmore, forma pyramidali, longitudine pedum ſenum· in quo deleganter ſcalpti ſunt duo pueri ſtantes mœrentesq́ue, manu vna facem accenſam ad pedes conuerſam, altera coronam tenentes cum inſcriptione media, M. Aur. Mace. Vet. Nat. Delin. ex ſub. opt. ſibi & anno victoriæ liberatæ Viuus poſuit. Si quis hanc arc. P. ex F. S. S. S. S. A. D. F. C. Opus eſt admodum vetus, vt litteræ vix legi poſsint. Aliud antiquitatis veſtigium hîc inuenitur nullum. Sal æſtiuis menſibus ex aqua marina concreta, vehementiq́ue ſolis ardore qui his in locis eſt, excocta, mirabili ac tanta copia fit, vt Romanulæ ac Marchiæ Anconitanæ, maioriq́ue Lombardiæ parti ſufficiat· vnde vectigal immenſum Eccleſia Romana quotannis, nempe ſupra L X. mill. aureorum nummûm percipit. Memoria teneo cum ſuperioribus annis iter hàc facerem, tot candidi ſalis grumos paſsim in ſyluis (quæ ſunt loca ſalinis opportuna) conſpexiſſe, planè vt pro miraculo tantam ſalis abundantiam haberem: longè verò magis admirabar montem ſalis ipſa in vrbe marmorea ſimilitudine, pedum in ambitu imo ducentorum, in faſtigium X X V. vti rem profectò ſtupendæ raritatis ſi priùs nunquam videris. Ceruiam primùm ad magnæ Rauennatis Eccleſiæ dominium pertinuiſſe reperimus· dein ex commutatione varietateq́; temporum in poteſtate Bononienſium, vt cæteras etiam huius tractus vrbes, pòſt in Foroliuienſium, itemq́ue Polentanorum Principum Rauennæ fuiſſe, ſed & de illis anno à C. N. MCCCLXXXIII. Galeatium Malateſtam cepiſſe, tum verò eius gentis dominatione vſque ad Malateſtam Nouellum habitam, qui refectam aliquantum Venetis cum certis legatorum oneribus decedens reliquit. Veneti deinceps ea potiti ſunt vſq; ad annū à C.N.MDIX. quo in Glarea Abduæ bello Ludouici XII. Francorū regis amiſſo exercitu, & hanc vrbē, & Rauennā Iulio II. Pontif. Max. reſtituêre. Exin itaq; Pontificorū in ditione Ceruiani ſteterūt vſq; ad Clementis VII. tēpora· qui cum anno poſt C.N.MDXXVII. in Hadriani mole ab Cæſarianis teneretur incluſus, Veneti vrbē iterum occupauere. Anno tertio tamen pòſt reddidere Pontifici: ex quo tēpore nulla rerū mutatio alia contigit.

[a] lib. 1.
[b] lib. 10.

tigit. Ceruiæ fuit Epiſcopus D. Hierontius martyr, cuius oſſa ſacroſancta C[illegible]
ſeruantur, quoniam illius vrbis eſt patronus. Vltra Ceruiam in ora quinto lapide
Sauij oſtium ſequitur. Id flumen Iſapin Strabo, Sapin Plinius appellat, itemq; Si-
a. lib. 8. lius *a* de Vmbris inquiens: Hos Aeſis Sapisq; lauant. Claſſem hac in ora ad tute-
lam ſuperi maris collocatam, habuiſſe Auguſtum auctor eſt Suetonius. Sapis ex
Apennino rapidiſsimè delabitur· ideoq; cū imbres cadunt, agros finitimos haud
mediocriter infeſtat. Ceſenæ fermè muros alluens huc in mare defertur. Intus ad
Aemiliam in primis Apennini collibus, qui vite, ficu, olea, cęterisq; fructiferis ar-
boribus conferti ſunt, prope Ceſenam cœnobium eſt ſumptuoſum cum æde cœ-
litum reginæ, quam hîc D. Mariam Montanam nuncupant, ſacra. Loco nomen
eſt Mons Mauri à D. Mauro Ceſenatium antiſtite, qui hîc ſanctiſsimè vitam e[illegible]t.
Occidentem & Septentrionem ſpectat· eſtq; monachorum D. Benedicti habita-
tio. Sepulcrum in templo marmoreum peruetus ſub ara D. Mauri cernitur cum
hac inſcriptiōe. SEIa T. F. Marcellina ſibi & Vibennio Marcellino filio viua po-
ſuit. Quod voluit & potuit. Quod potuit & voluit. Longum eſt pedes ſenos [illegible]-
tum duos. In pauimento etiam ibidem hæc leguntur. BALNeum Aurelianu[illegible] ex
liberalitate Imp. Cæſ. M. Aureli. Pel. Aug. Seruata indulgentia pecuniæ eius,
quam Deus Aurelianus conceſſerat, facta vſurarum exactione· curante Statio
Iuliano V. Curatore· reſi· referat. Præterea in eodem pauimento hæc ſunt. Tem-
plum PIETAtis: & vltrà: D. M. P. Craſsinio Martinio militi Cohor. III. Præ-
toriæ, S. T. M. Sextilia Semphicia coniunx incomparabilis, coniugi ſuo chari[illegible]
ſimo dolens poſuit· & libertus H. V. Craſsinius. F. & ipſe dolens curauit. De-
ſunt etiam alia quædam propter confractum lapidem. Ex hoc loco amœna i[illegible]
planities, de qua ſuprà diximus, inter Apenninum & Adriaticum mare verſus o[illegible]-
cidentem magis magisq, ſe pandere conſpicitur, frumenti aliorumq; fructuum
mirè fertilis. Apennini quoque colles vitibus, oleis, ficubus, alijsq; fructiferis ar-
boribus inſtar cultiſsimorum hortorum vndiq; conueſtiti apparent. In ipſa [illegible]x
b. lib. 5. Aemilia via iuxta pedem collis vrbs Ceſena iacet. Eam ſic Strabo *b*, Procopius *c*,
c. lib. 2. Plinius in octaua regione, Ptolemæus in Togata Gallia nominant. In vita tamē
& 3. de Diui Mauri eius Epiſcopi, antiquitus Flauiam Curuam Papiam fuiſſe dictam le-
bell. Goth. gitur. Antoninus Curuam Ceſenam vocat. A quo primùm condita ſit non in[illegible]-
ni. Ciuitas eſt admodum frequens· ideoq; ſuperioribus annis Bernardinus Ru-
brius Parmenſis ab Leone X. Pontif. Max. Romanulæ Præſes, nimis anguſt[illegible] ha-
bitari animaduertens, eam initio ab occidente ad Septentrionem verſus d[illegible]cto
augere inſtituit· adiectæq; parti latam foſſam cum aggere circundedit, quò mu-
rus quoque transferri debebat. At illo dein ad Bononienſem præfecturam auo-
cato, opus id eſt deſertum· cuius abſolutio magnam herclè fuiſſet habitura com-
mendationem. Arx vrbi ex colle ad Auſtrum verſus fortiſsima imminet à Fride-
d. lib. 4. rico II. Imper. condita, quemadmodum *d* Collenutius memoriæ prodidit. Ea
cum ipſa vrbe iungitur, mole intercedente, quæ maiori ex parte ruinis perijt·
vbi etiam nunc ædicula quædam, in qua è faſtigio fruſtum porcinæ carnis ſali-
tæ, nonnihil præciſum dependet. Id tota ciuitas ibi ſuſpenſum ait miraculi à
D. Petro martyre editi memoriā· qui cū D. Dominici ædificaret cœnobiū, de hoc
ipſo carnis fruſto per eleemoſynā accepto nulla parte decreſcente in operas tam-
diu diſtribuit, donec monaſterium eſſet abſolutum. Ceſenates Longobardorum
temporibus in fide vrbis Romæ conſtanter hæſere. Inſigni verò poſt multos
annos

annos clade à Britonibus affecti ſunt, quos Cardinalis Gebennēſis Gregorij XI. Pontif. legatus in Italiam adduxerat: etenim quòd illo hic commorante cum aliquot cohortibus, propter immanitatem in oppidanos, multi ex ijs per tumultum erant cæſi, Cardinalis reliquam manum, vnaque alios milites per caſtellum in vrbem introduxit: qui ciuibus de improuiſo ac inermibus oppreſsis, vrbem totam nullo planè aut ſexus, aut ætatis adhibito diſcrimine cædibus maximis ac miſerrimis impleuerē: ſic vt ea calamitate parum abeſſet quin omnino deſolaretur, quemadmodum Blondus in hiſtorijs, itemque Platina ac alij plurimi ſcriptores tradunt. In poteſtatem dein Bononienſium venit: vnaque fuit ex ijs vrbibus, quæ per legatos Bononiæ ſuper Carrotio ſolenniter in S. P. Q. Bononienſis nomen ſacramentum dixere, poſt C. N. MCCLVI. anno: quanquam antea cum ab Antonio Tarentino vexaretur, à Bononienſibus defenſa liberataque tum in eorum fidem poteſtatemque ſe dedidiſſet, vti à nobis in Bononienſium annalibus eſt perſcriptum. Occupatam pòſt anno à C. N. MCCXCII. dominatione Maghinardi Suſenanij annales vrbis Bononiæ teſtantur. Deinde principatum eius Ordelaffi inuaſere: poſt hos Malateſtæ: qua ex gente poſtremus Malateſta Nouellus vrbem Eccleſiæ Romanæ condonauit. Ita ſub imperio Pontificum Max. vſque ad Alexandri VI. tempora fuit: à quo Cæſari Borgiæ filio donata eſt. Ante Borgiam verò maxima ferme ciuium pars factionibus erat diuiſa Tibertorum & Martinellorum: quæ mutuis inter ſe cædibus & bello tam diu crudeliſsimè ſæuierunt, donec ambæ prorſus extinctæ, trāquillitatem vrbi parerent. Ita principatus Borgiæ pacem deinceps habuit. At Alexandro VI. Pontif. eius patre mortuo, cum exin Pontificum imperium rediſſet, partes iterum ſurrexerunt aliæ, quæ ſe mutuò quoq; deleuere. Poſt hæc tādem perpetua trāquillitas ſecuta: quo ſtatu nunc vrbis opes maxima indies incrementa ſumunt. Copia rerū omniū ad vſum vitæ cūprimis abundat, ex qbus à Plinio[a] quoq; vina Ceſenatia propter bonitatem memorantur. Incolas nobiles, ingenioq; ac opibus pollentes habet. Aedificijs etiam perhoneſtis cumpluribus exornata eſt: inter quæ magnificentiſſima bibliotheca Malateſtæ Nouelli opus apud D. Franciſci: quam pretioſis plane ac raris conſtare voluminibus paulo antè dixi. Extra Ceſenā ad occaſum verſus, Aemiliam viam Sapis fluuius interrumpit: cuius tranſitus ponte lapideo coniungitur à Malateſta quoq; condito. Deinde ſecundūm læuam eius amnis ad collem verſus incedenti, conualles per quas flumē labitur, ipſiq; colles pulcherrimis cultiſsimisq; vitibus, quæ nobilia illa vina ferunt, conueſtiti apparent. Occurrit hinc Forū Saracenum, quod ex finitimis agris cōmerciorum gratia negotiatores frequentare ſolent. Tum altiùs ad Apennini radices vrbs eſt Sarſina. Eā Strabo in Vmbris collocat, qui Liburnos & Siculos eiecerāt, ipſiq; pòſt à Boijs Gallis pulſi ſunt, vt Plinius in ſexta regione, itē Cato Semproniusq; perhibent. De Sarſinatium auxilijs quæ cōtra Gallos ex Alpibus irruentes pro populo Rom. contraxerāt, Polybius[b] ita ſcribit. Poſt hos Vmbri & Sarſinates Apennini accolæ ad XX. mill. coacti. Volaterranus[c] Farſina dicendū non Sarſina cōtendit: vtitur cū antiquorū quorūdam lapidū in qbus ſic ait ſcriptū appparuiſſe, tū Plinij quoq; auctoritate, qui in Vmbris ſexta regione Farſinates referat: tota tñ aliorum ſcriptorū cohors Sarſinā conſtanter dixit. Origo hinc Plauto Comico poëtæ fuit: quē in piſtrino mercenaria opera victum ſibi quæritare, quodq; vacui temporis dabatur, Comœdijs ſcribendis collocare ſolitum Euſebius auctor eſt. Mentionem eius

a. lib. 14. cap. 6.

b. lib. 2.

c. lib. 6. Com. Vrb.

Varro

Varro in libro de poëtis fecit huiuſmodi:

Poſtquam eſt morte captus Plautus Comœdia luget,
Scena deſerta eſt, deinde riſus, luſusq́; iocusq́;
Et numeri innumeriq́; ſimul collachrymarunt: item:

Si Muſæ latinè loquerentur, Plautino ſermone loquerentur. Sarſinæ quondam epiſcopus fuit Vicinus, Ligur, vir ſanctiſsimus & miraculis clarus· cuius in Eccleſia cathedrali corpus iacet, etiamnum ſanctitatem miraculorum documẽto in obſeſſos à malis dæmonibus comprobans. Ager vrbis vite, olea, cæterisq́; fructiferis arboribus abundat· nec minus nunc quàm olim, vber eſt. Memoriam eius etiam vſurpat Sili[us]. Diu imperio Malateſtarum habita, demum ad Pontifices Max. cum Arimino Iulij temporibus peruenit· & à Leone X. pòſt Alberto Pio Carpenſi Comiti e[st do]nata· cui frater Leonellus ſub quo nunc tranquilla manet, in principatu ſucce[ssit]. Epiſcopatui Sarſinæ caſtella ſubiacent XX. quem regionis tractum vnà cum ciuitate nunc vulgò Boibum vocant, tanquam Boium, ſeu Boiorum agrum. Vlterius ſecundum Sapin ad oppidum via fert D. Mariæ in balneo, dextræ amnis [ripæ] imminens, ita cognominatum ab aquarum medicatarum tam potu, quàm lotione ad multas infirmitates ſalubrium balneis, quæ hîc ſunt, & in hanc ſententiam à Facio commemorantur.

Ad pedem Alpium quendam in balneo vidi
Muro cincto, ac lapidibus in eo fixis,
Qui noctu alijs magno compendio ſunt.

Caſtellum eſt ſatis lau[tum]. Non procul hinc fons Sapis in Alpium radicibus ſequitur. Vallis per quam [fluit] perpulchra eſt & colonis frequens: vicos habet plurimos, nominatimq́; p[ræ]neſtum D. Petri in balneo, mille P. ab oppido D. Mariæ. Quondam hæc tota [val]lis Comitum qui à Balneis & Iaciolo nominabantur, poſſeſsio fuit: at nunc [Florentinæ] ditionis Florentinæ eſt. Comitum Guidonium qui nunc à Balneo Iaciolo[que di]cantur, illuſtrem genealogiam, quia nobis ad manus certo ſcripto venit, bre[uiter] hîc referre operæpretium eſt viſum. Otho Henrici Saxoniæ Ducis F. in Italiam [ve]niens circa CMXXXVIII. à C. N. annũ Imperator Auguſtus à Ioanne XII. P[on]tif. dictus Romæ, nepotem in comitatu ducebat Guidonẽ, moribus armisq́; [præ]ſtantem iuuenem. Eum Modianæ Romanulæq́; Comitẽ plurima auctoritate a[d]dita creatum, abiẽs in Italia reliquit. Ex coniuge is filios ſuſcepit tres, Guidon[em] à ſe, Saxonem à patria, Flaminium ab regione qua conſidebat, denominatum· ac citusq́; Rauennatium precibus, eam in vrbem domicilio tranſlato, Pater Patriæ dictus eſt. Hinc cum quidam ex eius nepotibus virgini ſtuprum per vim intu[liſ]ſet, popularium tumultu cum vniuerſa familia cæſus, ex ea clade ſuperſtitem è liberis Guidet tum infantem etiam tunc habuit· qui adultus ætate, parẽtis ſui [maio]rumq́; necis vindictam adeo crudeliter & ſæuerè exercuit, vt Beuiſanguis co[gno]mentum adipiſceretur. Florentiam deinde migrauit, ac filium ibi Guidonem Senem reliquit in patris memoriam ita dictum. Hic cum Otho IIII. Imper. in Italiam veniſſet, eum Florentiæ adijt· ſimulq́; de ſanguinis cognatione doce[ns, pro]pter egregiam indolem ac mores præclaros mirificè gratiam Imperatoris tenuit· qui Gualdradam Belinzoniam virginem perpudicam, vti experimento con[ſti]terat, vxorem illi adiunxit cum dote Cluſentini tractus, oppidorum ſcilicet, Galeatæ, Popiorum, Bibienæ, Porciani, Prati veteris, Batifolis, & Romenæ. Filios ex Gualdrada ſuſtulit Guido Senex Guilielmum, Rugerium, Guidonem quartũ,

Romeum

Romeum & Tigrinum. Guilielmus Florentinis maximè charus fuit· filiosq; reliquit Guidonem Nouellum, Simonemq;. Rugerius ex coniuge Guidoné Guerram procreauit. Tigrino coniux Friderici regis filia Guidonem cognomento Tigrinettum, & Philippum peperit. Dux Tigrinus fuit exercitus Honorij Pontificis Max. aduerſus Tancredum Guiſcardum · Aletijq; & Montis Scalioſi Comitatum ſibi acquiſiuit. Guido Nouellus Gibelliuorum Florentiæ caput fuit·ac ibidem decedens filios reliquit Rugerium & Manfredum. Guido Guerra Guelphorum erat princeps· Viterbinosq; ac Mutinenſes & Regienſes deuicit, cũ dux legionum Clementis Pontif. Caroliq; Angolemenſis eſſet. Florentiæ poſt C. N. MCCLXXXI. anno deceſsit, CCCXX. poſt Guidonem primum gentis auctorem. Nati ex eo Bandinus Aretinorum antiſtes, & Ghinulphus Romanulæ Comes. Simon filios procreauit Vgonem, Guidonemq; qui Caroli regis belli legatus in Sicilia fuit. Guido quartus Ricciardum & Petrum, Ricciardus Petrum, Guidonem, Carolum & Robertum· eorum poſtremus Franciſcum, Guidonem Guerram alterum, & Nicolaum ſuſcepit. Deinde cum Ricciardum Florentini ditione exuiſſent ſua, Petrus ad Marchionem Ferrariæ conceſsit, Guido Mantuam ad Gonzagas, eosq; ſibi affinitate iunxit, vnde Mantuana gens orta quæ à Balneis hodie nominatur· ex qua Camillus elegans & virtutibus exornatus adoleſcens prodijt. Robertus ad Sfortiam profectus eſt, Carolus ad Malateſtas Ariminenſes, paterq; Riciardus Innocentij VII. Pontif. tempore Mediolanum, vbi honorificè vixit, donec Guido Mantuæ fato concederet: eius enim intellecta morte Mantuam ipſe migrauit, ibiq; reliquam exegit ætatem. Ioanni Franciſco poſtea Roberti filio Mantuę cum Marchionibus ſummo in honore vitam degenti, præfectura cataphractorum equitum LX. peditum CCCC. à Sixto IIII. Pontif. data eſt·& propter operam Apoſtolico nomini egregiè nauatã, ab Innocentio VIII. Pontif. Mons Bellus, Gineſtretum, Mons Tiſi, Lucæum, & Petra Montisfeltrij oppida conceſſa. Idem etiam caſtella hæc in dotem habuit ab Ermelina Malateſta coniuge, Iaciolum, Fontem frigidum, Caſtanietum, Belnaldum, Petrellam, Merlorim, Vallemq; Pennæ. Filios Guidonem Guerram III. Nicolaum, & Rugerium reliquit· è quibus duo Guido Guerra cum Rugerio per proditionem à Pandulpho Malateſta trucidati ſine liberis obiere, Nicolaus in paternam maternamq; hæreditatem iure ſucceſsit, præfecturamq; LXX. cataphractorum equitum Leonis X. Clementisq; VII. Pontificum geſsit· à quibus ſtipendiorum nomine Caietam, Montemq; Scudulum tulit. Vxorem habuit Syluiam Proſperi Columnæ neptem, primariam ac prudentem mulierem, ex qua Ioannem Franciſcũ ſecundum, & Fabricium ſuſtulit filios, qui nunc maiorum exemplo magna cum laude militari ſtudio gloriaq; clarent. Et Ioannes Franciſcus equitum cataphractorum LXX. cohortem à Paulo III. Pontif. habuit, itemq; à Carolo V. Imper. in expeditione Algeriana peditum mille· prætereaq; ſub Octauio Farneſio Camertium regulo, Caroli V. Imper. bello contra Ioanné Fridericum Saxoniæ Ducem & Lantgrauium Haſsiæ Lutheranorum capita ordines quoq; duxit. Hæc hactenus. Nunc vt ad inſtitutum tandem reuertamur, ſupra vallem de qua commemorauimus, oppidum apparet Saianum, in ditione illuſtris Malateſtarum gentis· ex qua Rambertus Princeps cum litteris egregiè eruditus, tum ingeniorum mirificus obſeruator ac alter fere Mæcenas non pridem anno à C. N. MDXXXIIII. ætatis ſuæ L. deceſsit, filio virtutum paternarum hærede relicto, qui militaris co-

Qq hortis

hortis præfecturã à Venetis habet. Dehinc in ora poſt Sapis oſtium ſylua nobilis
a. lib.16. pinea, vulgò Pignedam vocant· cuius mentionem Paulus Diaconus *a* facit, Pi-
netum nominans, cum Odoacrem Herulorum regem à Theodorico Oſtro-
b. lib. 3. gothorum Rauennæ obſeſſum ſcribit. A Facio *b* quoque commemoratur in hanc
Cant. 2. ſententiam:

Ea via quæ videbatur breuior
Per Pinetum proficiſcebamur Ferrariam,
Vbi aquila candida nidum collocauit.

Nemus eſt vaſtiſsimum, pi-
nis miræ altitudinis frequens. Extra Pinetum Candiani amnis nunc paludis exi-
guum oſtium ſequitur. Ante DCCC. ferme vel CM. annos in hoc ſtagnum Sa-
pis qui nunc octo P. M. abeſt illabebatur, portumq; peropportunum ac tutiſsi-
mum efficiebat auctore Blondo· circa quem Cæſar Auguſtus ad tutelam ſuperi
c. lib. 4. maris tenebat claſſem, vt Suetonius Tacitusq; *c* prodidere. Turris hîc Pharea tũ
d. lib.36. quoque fuit, cuius vſus inquit Plinius *d*, nocturno nautarum curſui ignem oſten-
cap.12. dere ad prænuntianda vada, portusq; introitum. Olim prĕterea cum locus ob ce-
lebritatem portus valde frequentaretur, ædificia hîc extrui cœpta· quę pòſt etiam
mœnibus ſepta munitaq; formam honeſti oppidi effecere. Nomen illi à claſſe Ro
mana quæ hîc conſiſtere ſolebat vti diximus, inditum Claſsis: meminitque eius
Spartianus in Didij Iuliani vita, Claſſem Rauennatẽ à Septimio Seuero occupa-
e. lib. 3. hi- tam inquiens· itemq; Paulus *e* Diaconus cum alijs in locis, tum vbi *f* à Spoleti-
ſtor. Goth. no Duce Feroaldo oppugnatam dicit· inſuper & Agathius *g* in hæc verba ſcri-
f. lib.6. hi- bens: Aligernus ad Claſſem caſtellum in Rauennati agro ſitum, vbi Narſetem
ſtor. Goth. morari didicerat, venit. Blondus *h* à Luitprando Longobardorum rege per pro-
g. lib. 1. de ditionem captam ac direptam perhibet: ex quo tempore deſolari cœpta, nunc
bell. Goth. tam planè interijt, vt præter D. Appollinaris ædem nulla ædificiorum veſtigia ſu-
h. lib.10. perſint. Fanum id cumprimis eſt ſumptuoſum, marmoreq; & alijs nobiliũ lapi-
hiſt. dum generibus adeo deornatum, vt Italiæ vniuerſæ cuiuſuis pretium exæquare
herclè poſsit. In longum pedes CXXX. in latum LXXXV. in altum LXVIII.
complet· feneſtris LVI. nunc maiori ex parte obturatis. Porticatione conſtat
triplici, nempe gemino columnarum ex pretioſiſsimo marmore varij coloris,
ordine: parietes toti marmoreis intecti cruſtis· medij tamen opere teſſellato vti
& pauimentum, cum emblematis facti. In introitu vtrinq; ſena monumenta con-
ſpiciuntur ex candido marmore ingentia, ſed arte perrudi elaborata, quibus Di-
uorum Archiepiſcoporum duodecim oſſa continentur. Sunt etiam in hoc fano
D. Apollinaris primi Rauennatium Archiepiſcopi oſſa ſanctiſsima, quæ ſub
imperio Friderici Aenobarbi, iuſſu Alexandri III. Pontif. Max. ab Ildebrando
inuenta ſcriptum quoddam antiquum perhibet. Conditum à Iuſtiniano Imp. Iu-
ſtini primi nepote, DXXXIIII. poſt C. N. anno, regniq; Iuſtiniani XXIX. nos
ipſa in æde litteris expreſſum legimus. Sed id verum eſſe haud poſſe videtur, quan-
do Iuſtinianum DXXVIII. anno poſt Chriſtum natum ad imperium acceſsiſſe
primùm, annis verò XXXVIII. rerum potitum conſtat. vnde nequaquam con-
uenit opus hoc anno eius Imperij XXIX. factum, cum is in DLVI. poſt C. N.
incidat. Blondus à Theodorico primo Oſtrogothorum rege ſcribit ædificatum·
quod nos æquè veritatem habere non poſſe arbitramur: nam ſi XXIX. regni Iu-
ſtiniani annum ſpectemus, eum Theodoricus nequaquam attigit· cum ſub finem
imperij Iuſtini primi, vel ſanè Iuſtiniani initium exceſſerit. Idem verò Blon-
dus

dus *a* in hiſtorijs aliter tradit fundatum à Narſete, ac eius pecunia deornatum, ad- *a. lib. 7. hiſtoriæ.*
iecto etiam ſumptuoſiſsimo cœnobio: illaque inter Italiæ ſplendidiſsima fuiſſe opera: quo ſanè apparet ipſum ſibi Blondum aduerſari, aliterque in hiſtorijs, aliter in Italia ſcribere. Verumenimuero noſtra hæc eſt ſententia vtcumq; ſit, Iuſtiniani temporibus hæc ſaltem ædificata vel Narſete, vel quouis tandem alio auctore cenſendum. Multa iam hîc antiquitatis monumenta, veluti marmora cum elogijs, ſepulcraq; cum elegantibus epitaphijs, quæ ſigillatim à Deſiderio Spreco in libris de vrbe Rauenna, nec non à Ioanne Petro Ferretto Milenſi Epiſcopo deſcripta ſunt, ideoque à nobis omittuntur. Non poſſum equidem non maiorem in modum mirari, qui acciderit, vt hoc in loco vbi oppidum cum portu pharoque fuit, nullum prope nunc ædificiorum appareat veſtigium, ſed omnia ſint arenoſa, exauctaque e mari, quod non modico priùs interuallo aberat: quamobrem etiam Sapis aliò curſum ad mare deflexit. Sed & ſigna vix aliqua ſuperſunt ipſius in hac palude Candiana portus: in quam modici torrentes Aueſa Beuanuſque deferuntur. Non procul eo loco vbi Claſsis extitit, veſtigia cernuntur oppidi Ceſareæ, quod à Blondo *b* memoratur, Longinum Exarchum quum de *b. lib. 8. hiſtoriæ.*
Longebardorum in Italiam aduentu nuntiatum fuiſſet, caſtellum inter Claſſem & Rauennam muniuiſſe perhibente. Vicina igitur hæc tria inter ſe oppida fuere perpetuæ propemodum ciuitatis inſtar. Cæſareæ portam quæ ad mediterranea ſpectabat, immunitam antea Longinus alta foſſa valloque ſepſit: collocatis ibi ad vrbis tutelam præſidijs Thracum militum, & aliquot item Italorum. Mihi oppidi huius ſitum intentiùs conſideranti, ſermone cum venerabilibus monachis cœnobij Claſsienſis vti locorum gnaris habito, ab ijs Cæſareę locus demonſtratus eſt, vbi nunc Fanum D. Mariæ Porticariæ, tribus à Claſſe paſs. mill. quâobrem tria hæc oppida circa portũ fuiſſe ſita conijcio forma ſemicirculari, Claſſem orientali parte ad primum oſtij fauciumque cornu, Cæſaream in medio quà meridies, Rauennam circa finem ad occaſum: vt Septentrionale latus mare teneret, oppida ipſa vnius continuæque ciuitatis tractu complecti viderentur: ſicut & Blondus ſcribit, & poſt eum Ioannes Petrus Ferrettus: cui equidem, poſtquam nemo planè diligentius hæc inueſtigauit, aut plura humano ſtudio reperit, vti copioſæ eius hiſtoriæ latinæ de rebus vrbis ſuæ Rauennæ comprobant, meritò accedendum nobis exiſtimamus, tanquam rectè exacteque ſcribenti: çum etiam rudera fruſtaque confractorum laterum ac marmorum, item ruinæ veſtigiaque nobilium operum templorumque ſemirutorum, quæ olim inhabitata, magnificque honoribus culta exiſtimare oportet, nunc paſsim hoc ſitu apparentia, ſed incultis nunc agris præcipueque à D. Apollinaris vſque ad Rauennam ſpatio millium trium, magno ad veritatem argumento ſint. Decætero relicta ora intus in Aemilia via quam torrens interrumpit Aueſa, oppidum eſt Forumpompilij, ſic Plinio dictum, aut abſque m, littera Popilij, non autem Populi, vt in corruptis eius codicibus legitur, recteque à Barbaro in caſtigationibus eſt notatum. Conuincit hoc etiam ratio, quoniam olim loca quædam vbi forum agere ſolebant populi Rom. magiſtratus, fori appellationem cum alicuius eorum qui i aut inſtituiſſet, aut agere ibi conſueuiſſet, nomine retinuiſſe conſtat. Ita hoc oppidum non à populo, ſed à Pompilio aliquo Romano denominatum eſt: quo de certius tamen nihil tradi poteſt: ſiquidem ex hiſtoria Liuiana plures fuiſſe Pompilios intelligimus. Quondam hoc oppidum vſu Eccleſiæ Romanæ ciuitas fuit:

vnumq́; ex quatuor Foris à Plinio in Aemilia memoratis: ſed anno poſt C. N. D C C. Pontificatum Max. Vitaliano gerente, pridie Paſchatis quum oppidani ad templum conueniſſent, Epiſcopoq́ue ſuo ſacris in olei conſecratione operantiadeſſent, à Grimoaldo Longobardorum rege dolo captum, ac trucidatis maribus fœminisq́; omnibus direptum, dein etiam æquatum ſolo inuenimus· quip-

a. lib. 5. hiſt. Longobard. pe id apertè Paulus Diaconus a cum Blondo Sabellicoq́ue prodidit. Inſtauratum dein à Foroliuienſibus, iterùm ab Aegydio Carila Hiſpano Cardinale, totius Italiæ legato Maximi Pontificis, qui tunc Auinioni ſedem habebat, exciſum euerſumq́ue eſt· adeo vt & aratrum ſolo induceret, ac ſalem inſereret, anno nempe poſt C. N. M C C C L X X. Epiſcopali ſede in Forum Truintinorum tranſlata. Poſt viceſimum verò annum à Sinibaldo Ordelaffo Foroliuienſium Principe reædificatum ea qua nunc eſt honeſti caſtelli forma, arcemq́ue inſignem dein additam legitur. Iacet in ipſa Aemilia via, peramœnis campis, frumentiq́ue ac glaſti abundantia copioſis vndique circumfuſum· vnde fructus colonis vberrimi. Roſillum antiſtitem virum ſanctiſsimum ingentibusq́ue miraculis clarum circa D. Mercurialis Foroliuienſium Epiſcopi tempora hábuit· cuius etiam nomen inter Diuos ſtat, oſſaq́ue apud Forumliuij in D. Luciæ delubro ſeruantur· ad quem locum vſque dioeceſin Foripompilij quondam aiunt pertinuiſſe· quæ tota memoriam ſanctitatis eius ſingularem adhuc retinet, multis illius nomini aris templisq́ue dedicatis, cum Abbatia ipſo in oppido, vbi & priùs monachorum fuit cœnobium. Forum Pompilij ortu Antonellus Armutius illuſtrauit, ex homine ruſticano primùm eques, deindeq́ue paulatim ob ingenium ſummum ac robur corporis per gradus munerum militarium ad Præfecturam equitatus Pontificij euectus, præmiorumq́ue loco oppidis D. Mauri & Talamellarum donatus, vti à Iacobo Volaterrano Cardinale in Commentarijs perſcribitur. Succeſſores ſimul Principatus, ſimul ſtudij militaris reliquit Meleagrum & Brunorium filios, virtute ſibi haudquaquam impares· quamobrem exiſtimatione apud Eccleſiam & Venetos ſumma fuere· magnoq́ue herclè ſui deſiderio relicto ſuper exceſſerunt vita. Dein ad læuam Aemiliæ viæ M D. paſs. à Foro Pompilij ciuitas in colle eſt Bretinorium, Plinio Forum Truintinorum vt Volaterranus ait nobisq́ue etiam probatur, dicta. Tumulus in quo poſita eſt, vndique vitibus, oleis, ficubus, alijsq́ue fructiferis arboribus ingenti amœnitate ac elegantia conueſtitur· vinaq́ue nobilia cum optimis fructibus hi colles ferunt. Vrbi arx im-

b. lib. 4. hiſt. Reg. minet munitiſsima, Friderici alterius Imper. Aug. opus, vt Collenutius b auctor eſt. Forum Truintinorum ciuitas effecta tranſlato huc Fori Pompilij Epiſcopo ab Aegydio Carila Hiſpano Cardinale, cum Italiæ legatus eſſet, poſt C. N. M C C C L X X. anno, iam paulo antè diximus. Vrbs eſt cœli ſalubritate mira· proindeq́ue ferax ingeniorum: vnde fit vt tranquillitate diu vti nequeat, quod nos in proceſſu aliqua ex parte demonſtrabimus. Propter aëris quoque præſtantiam ac loci amœnitatem Fridericus Aenobarbus Imper. pace cum Alexandro III. Pontif. Venetijs compoſita huc profectus, cum oppidum retinere inſtituiſſet, rogatu Alexandri Eccleſiæ tandem reſtituit, vti in eo Pontifice tradit Platina. Dehinc in Foroliuienſium ditionem venit, itemq́ue Malateſtarum· & à Malateſta Nouello eius gentis vltimo Eccleſiæ reſtitutum, cuius in poteſtate ad Alexandrum VI. Pontif. vſque manſit· is Cæſari Borgiæ filio condonauit. Poſt Alexandri exceſſum factionibus cœpit laborare Saxeorum & Zatulorum,

quæ

quæ totam ferè ciuitatem in partibus trahebant· ideoq́; frequenter armis depugnantes, inteſtino bello, cędibus, direptionibus, ædiumq́; deiectionibus lōgè acerbiùs quam infenſiſsimi hoſtes externi potuiſſent graſſatæ, mutuò ſe tandem deleuerunt. Nunc ditione Leonelli Pij Carpenſis Comitis trāquillè habetur· cui poſt fratris Alberti mortem ſuperioribus annis à Clemente VII. Pontif. imperium vrbis conceſſum. Mentionem eius facit Dantes in Purgatorio *a* hac ſententia: *a. Can. 14.*

O Bretinorium cur non effugis?

Poſtquam deiectus huc eſt tuus populus,

Multæq́; gentes ideo quòd malæ non ſint. Et Landinus ad hunc locum ſcribit, Bretinorium vrbem eſſe Romanulæ ſplendidam, in monte ſupra Forum Liuij ſitam, incolarum Guidonis à Prata (id villæ nomen eſt intra Fauentiam & Rauennam) ac eius gentilium, aliarumq́; familiarum inſigni liberalitatis æmulatione inclytum: inter quos perſæpe cōtentiones oriebantur, quū aduenis in vrbē accedentibus, eos hoſpitio habere ſuo quiſq; præ cęteris annitebatur: qua de cauſa columnā in foro ſtatuère cum annulis patrum familiarum totius vrbis numero æqualibus· & cuiq́; ſuo attributo, ad quem fortè hoſpes deligaſſet equum, ab eius domino mox abductus domū, humaniſsimè ac honorificè habebatur. Hinc tum meridionali latere deſcendēti, ſub colle ad Aueſam torrentē, duobus à Foro Truintinorum millibus oppidum apparet Polenta, magnificæ gentis Polentanæ olim Rauennæ Principum origine celebre. Mihi Blondus in Italia ſua magno errore prodidiſſe videtur, hoc in loco Saul Iudæum, Stiliconis qui Honorij Imper. Legatus erat, imperio fungentē, cum copijs ab Alarico Viſigothorū rege cæſum· quoniam id ad Pollentiam in Lepontijs, quæ ſuper Aſtam eſt accidit, vti etiam Claudianus apertè probat inquiens: nec plus Pollentia rebus Contulit Auſonijs, aut mœnia vindicis Aſtæ· prætereaq́; ratio profectionis Alarici docet· qui cum in Galliam vlteriorem haberet iter, cuius portionem incolendam acceperat, equidem his in locis non hæſiſſe meritò exiſtimari poteſt. In ora deinceps à Portu Candiano Claſsiſque vti prædictum eſt, oſtium Bedeſis amnis, quem Plinius Beſedum vocat, portū Rauennatem creantis, quo de poſtea ſcribemus. Sequitur antiquiſsima ciuitas Rauenna, Catoni, Straboni, Plinio, Liuio, Appiano *a*, Melæ, *a. lib. 3. 5.* Agathio, Tacito *b*, Antonino ac Ptolemæo ſic dicta, itemque Silio *c* his verſi- *b. lib. 1. 4.* bus: Quique graui remo limoſis ſegniter vndis Lenta paludoſæ proſcindunt *13. 17. hiſt.* ſtagna Rauennæ. Quo tempore, quóque auctore ſit condita, diuersè proditum *c. lib. 8.* inuenitur. Primùm omniū (ſic aliqui memorant) à Tubale ſcriptū eſt CCXXV. annis poſt vniuerſale diluuium in has partes ſeptem ex Armenia Duces veniſſe, totidemque fundauiſſe vrbes· inter cæteras Ianiculam in colle, poſtea dicto Ianiculum ad Albulam, qui nunc Tiberis· aliam haud procul à Pado in litore maris quod Adriaticum deinde vocatum, eamque dixiſſe Nauennam, quòd eò nauibus delati fuiſſent· cæterùm eius vocis prima littera mutata, Rauennam deinde nuncupatam. Riccobaldus conditam Rauennam ait Heberi temporibus, qui Noë trinepos fuit, annis CCCCLXXX. poſt diluuiū, ante Romam conditam MDCCXLV. & Chriſti Seruatoris natalem MMCCCCXCVII. Iacobus Voraginenſis ad Nemrothi gygantis filios huc à patre miſſos vrbis primordia refert, Nauennámque ab ijs appellatam ait, propter nauium memoriam quibus huc appulerant. Aliter Carinus à Pentapoli Troiano conditam vult, de-

nominatamq́; priùs ab ipſo Pentapolin,ſimulq́; vrbium quinq; vicinarum imperio præpoſitam. Hæc illi· quæ nos erudito lectori vel omnia,vel aliqua, vel nulla
d. lib. 5. pro arbitrio damus credenda. Strabo *a* auctor eſt Rauennam Theſſalos ædificaſſe, poſteà verò Sabinorum ditione habitam·qúod & Plinius,itemq́;Cato Rauennates ſtirpem Sabinorum vocans comprobant. Strabo commutationis eius rationem adijcit, Theſſalos primos vrbis colonos quum Thuſcorum iniurijs vexarētur, Vmbros vltrò acciuiſſe,domumq́; reuertentes,ijs oppidū reliquiſſe incolendum· quos etiam tum ætate ſua Rauennam tenuiſſe ait. Hac quoq; de cauſa quēadmodū in Vmbria Picenoq́; diximus,idem Strabo cum alijs quibuſdā ſcriptoribus Rauēnam Vmbris attribuit. Proinde Sabinorum eam oppidum & ſtirpem appellauere alij,Vmbrisq́; item adiecere,tam ꝙ Vmbri huc vnà cum Sabinis venerint,quàm ꝙ Sabini etiam Vmbris annumerentur. A Ptolemæo in Boijs collocatur,qm̄ vti diximus,illa gens tractū vniuerſum inter Rubiconem & extremos Regienſis agri fines tenuit. Vrbs equidem eſt antiquiſsima, ſicut etiam ſigilli eius inſcriptio teſtatur huiuſmodi: Vrbis antiquæ ſigillum ſume Rauennæ. Situm eius vt ætate ſua fuit in hāc ſententiam cōmemorauit Strabo. In paludibus ait poſitam, ædificijsq́; ligneis extructā totam,aquis paſsim intercurrentibus·quapropter pōtibus ac lēbis peragrabatur. Maris auctu nō mediocriter inundari ſolebat·ideoq́ue hinc fluctibus,inde amnibus accedētibus,cœni lutiq́; ſordes eluebantur, vnde ſumma cœli ſalubritas erat. Idq́; huic vrbi & in Aegypto Alexandriæ tantū accidiſſe dicit· nimirū vt paluſtribus in locis aerem haberēt innoxiū. De vitibus etiā mirabile refert,eas hîc in paludibus creari,celerrimeq́; perfici,& fructū vberrimum ferre· ſed poſt quartū quintúmue annum perire ſolere. Sic Strabo. Verum enimuero poſt illius tempora,vel potius nō pridem annis quinquaginta ſuperioribus adeo hæ paludes exſiccatæ ſunt,vt nunc vndiq; patentes & fructiferi campi appareant,frumēti mira vbertate fœcundi,quēadmodum in tēpore docebimus.
b. lib. 3. Vinum Rauennate Martialis haud inſulsè vituperat his verſibus *b*: Sit ciſterna mihi quàm vinea malo Rauennæ, Cum poſsim multo vendere pluris aquam. Ide verò Rauennates aſparagos commendat, inquiens: Mollis in æquorea quæ creuit ſpina Rauenna, Non erit incultis gratior aſparagis. Eoſdem quoque laudat Plinius. De ranis etiam Rauennatibus ita Martialis:

Cum comparata rictibus tuis,ora
Niliacus habeat crocodilus anguſta,
c. lib. 9. Meliusq́; ranæ garriant Rauennates.

Plinius *c* optimi ſaporis rhom-
cap. 54. bum haberi Rauennæ captum tradit. Vrbi ipſi vel ſine mœnibus adhuc, vel ijs collapſis, Tiberius Imp. German. muros dedit·vti in Aurea porta vel aliter etiam Spetioſa dicta, litteris inſcriptū legitur·quæ lapide perpulchro conſtat, & iniuria temporū tota ferè terra operta,nuper repurgata eſt,vt ſplendor operis artificiumq́; ſummū nunc oculis percipiatur. Rauennā à Galla Placidia Arcadij & Honorij Impp. ſorore amplificatam,itemq́; à Valentiniano ſecundo ac Tiberio
d. lib. 3. hiſtoria. Gallæ Placidiæ filio, qui & plurimùm auxit, & muros refecit, Blondus *d* auctor eſt. Eandem vrbem Oſtrogothorum reges mirificè exornarunt· maximè Theodoricus, Italiæ, Siciliæ, Dalmatiæ, Vngariæ, Germaniæ Galliæque magnæ partis imperium tenens· qui hîc annis octo & X X X. conſedit, regiaq́ue ac templa ſumptuoſiſsima condidit, vti in proceſſu demonſtrabitur. Fa-

na vrbis

na vrbis nobiliſsima complura ſunt· imprimis archiepiſcopale, ſplendidum, eximiũ ac ſumptuoſum mehercules opus, quatuor columnarũ ex pretioſiſsimo marmore ordinibus conſtans: in quo priusq̃ vrbs à Gallis diriperetur, vti poſtea commemorabimus, ditiſsimus ſuper maximam aram tholus cernebatur, quatuor pretioſis columnis innitens, puro cõtectus argento cũ zophoris & faſtigiorum ſigillis elegantiſsimis, rarum profecto opus ac immenſi pretij· ſiquidẽ XXXVI. Mill. aureorum nummûm ſumptu ab Archiepiſcopo quodam fuerat extructum. Id Vaſcones Ludouici XII. Franciæ regis milites ſpoliauere M D X II. anno poſt C. N. tertio Paſchatis die. In ſacelli maioris hemiſphærio depicti, ſeu opere græcanico effigiati cernuntur illi ſancti antiſtites, qui columbæ ſupra caput apparentis indicio Rauennates Archiepiſcopi fuere creati, ſuntque D. Adericus, Eleucadius, Calocerus, Martianus, Proculus, Probus, Datus, Liberius, Agapitus, Marcellinus, & Seuerus. Deinde ſacratum D. Vitalis templum eſt, forma rotunda conſtructũ· cuius ſumma teſtudo pretioſiſsimis columnis ſuſtinetur, quondam operę teſſellato vnà cum arcubus qui circà ſunt, elaborata. Parietes etiam huius fani marmoreis erant conueſtiti cruſtis· & pauimentum opere teſſellato cum emblematis compoſitum vti ex ijs operum partibus quę nunc ſuperſunt, intelligitur. Quatuor mirificę nobilitatis columnæ cœlũ ſummæ aræ ſuſtinent· ex quibus vna tantæ raritatis, propemodum vt omnia pretioſorum lapidum gemmarumúe genera, veluti porphyritidis, ophitis, granati, iaſpidis rubentis viridisque ac citrini aliorumque colorum, item achatæ, rubini; calcedonij, ſimiliumq; cæterorum in ſe contineat· cui vix aliam inueniri vſquam poſſe parem hercle arbitror. Equidem affirmare hoc verè queo, mihi nec in Italia, nec alijs in terris ęquè pretioſam eſſe viſam, ſi modo rationem & magnitudinis, & lapidum gemmarumq; ex quibus conſtat rectè ineamus. Iuxta templum hoc nõ procul ædes eſt alia ditiſsima Diuis Geruaſio Protaſioq; à Galla Placidia conſtituta, marmore incruſtata totá cælataq;, cum pauimẽto teſſellato· maximæ profectò artis ac induſtriæ, maximiq; ſumptus opus. In eius ingreſſu peramplo bina conſpiciuntur ex candido marmore ſepulcra ruſticano opere facta· quorum vnum ad dextram, alterum ad læuam eſt: ijsq; nutricem ac nutritium liberorum Gallæ conditos aiunt. Medio dein ipſius ædis, quæ formam quadratam exactam obtinet, duo ſunt alia monumenta item ex candido marmore ſummo artificio perfecta, dextra vnum, læua alterum, quibus duos Gallæ filios contineri ferunt: alio verò latere qui frontem facit, ſuper aram tymbus ſtat ingens pretioſiſsimi marmoris, opereque mirabili elaboratus, in quo ipſius Gallæ oſſa ſunt condita. Merito etiam inter res admirandas huius vrbis annumerari debent columnæ nouem marmoreæ, quibus ædis D. Mariæ parietes innituntur· inter quas duæ apparent è regione collocatæ, rubenti candidoque colore natiuo tam excellenti, vt ingentem admirationem habeant. De capitulis quæ ſuſtinent artificioſiſsimis non loquar. In medio cuiuſque mas totus exactiſsimè eſt elaboratus, & à cortice mirabili artificio prorſus abſciſſus: cuius exemplum alibi nobis equidem haud eſt viſum. D. Apollinaris noui fanum, quod olim hîc Diuo Martino in cœlo aureo vti vocabant, erat ſacrum, inter nobilia quoque locum ſibi vendicat. Id ſplendidiſsimè Theodoricus Oſtrogothorum rex ædificauit· & columnarum pretioſi marmoris quas Bizantio adferri curauerat, ordinibus binis, itemque alio nobili marmore plurimo

tum ab Roma,tum ex alijs partibus allato exornauit. Præterea D. Ioannis Euan-
geliſtæ templum eſt auguſtiſsimum,à Galla Placidia Honorij Arcadijq; Impp. ſo
rore conditum· in cuius teſtudine cauſa ædificationis expreſſa legitur, memoriam
inſtar antiquiſsimorum annalium primordij continens, ædem ab ipſo Apoſtolo
D. Ioanne conſecratam mirabiliter XI. Cal. Martij: quocirca etiam nunc ad hæc
delubra maximus illa ipſa die populi cōcurſus fit. In fornice teſtudinis opere græ-
canico effecti ſunt illi Imperatores, qui de proſapia conditricis Gallæ fuere. Mul-
ta deniq; vetuſta ſplendidaq; hîc videre templa eſt, cum eximijs antiquitatis mo-
numentis magno numero, quæ prætermittimus. Aliorum ædificiorum veterum
exigua prorſus veſtigia ſuperſunt: ad portam tamen auream modica cuiuſdam o-
peris pars ex veteri marmore conſpicitur, quam de Theodorici magnificentiſsi-
ma regia reſtare fama eſt. Deſolatis etiam his in locis quæ nunc arantur, fragmen-
ta marmorum paſsim & lateris cocti apparent, haud ſecus ac ſi in terram hanc ni-
grā, colorisq; inſtar bituminis, opere ac ſtudio fuerint ſata· quo conijcitur ędificia
quondam hîc extitiſſe multa. Præclari aquæductus à Theodorico refecti inſtaura-
a. lib. 3. ratique auctore Blondo *a*, nullum nunc ſignum apparet· vti neque eximiæ turris
hiſt. Curiæ, nec amphitheatri eiuſdem Theodorici operum. Fuit etiam Rauennæ quon
dam equeſtris ſtatua ex ære, quæ Caroli Magni temporibus Ticinum eſt delata.
Regem ſolis vocant, cuius in Ticino mentionem faciemus ampliorem. Alia quæ
hîc ſunt antiquitatis monumēta, veluti ſepulcra, tymbi, marmora cum epitaphi[illegible]
non poſſent niſi longiſsimè commemorari· proindeque commodiùs apud Deſi-
b. lib. 3. derium *b* Spretum, à quo deſcripta ſunt legentur. Sed & his temporibus Rauennæ
nobilia conſpiciuntur ædificia permulta· præterq; cætera Diuæ Mariæ in portu
ſumptuoſiſsimum cœnobium, canonicorum familię Friſonarianæ regularium ha-
bitatio· Dantis etiam Aldigerij Florentini excellentis poëtæ ſepulcrum, quod Ber
nardus Bembus ordinis patritij Venetus, vir & prudens, & literatus, quum vrbis
ab Senatu Veneto Præturam obtineret, perhonorificè inſtaurauit. Rauennam im-
perio Romano conſtanter adhæſiſſe, donec ab Odoacre Herulorum rege ſubige-
retur, inuenimus: quem cum poſtea debellatum captumque Leoni Imperatori
Theodoricus rex Oſtrogothorū dedidiſſet, ipſe ille ſibi vrbis imperium arripuit
quo dein Oſtrogothi LXXII. annis ſunt potiti, donec à Narſete Iuſtiniani Imper.
præfecto deuicti pulſiq;, quemadmodum Procopius & Agathius in Gothici belli
c. lib. 7. hiſtorijs, itemq; Blondus *c* cum Sabellico memoriæ prodiderunt. Gothis eiectis
hiſt. Exarchorum magiſtratus quos Bizantio mittebant Imperatores, hîc incepit. O-
mnium primus fuit Longinus à Iuſtiniano miſſus anno poſt C. N. DLVII. quem-
admodum in regionis principio diximus. Etſi verò tempus conditi primùm Ex-
d. lib. 23. archatus in diuerſum auctores trahant, maximè Volaterranus, alibi *d* D L V I I. an
c. v. num à C. N. alibi *e* D C X X. aſsignans· ego tamen primordia Exarchorum
e. lib. 4. omnino ad D L V I I. referri oportere cenſeo. Legimus enim Iuſtino ſucceſ-
c. V. ſiſſe Iuſtinianum · quo regnante vel ab ipſo, vel à Narſete Claſsienſis ædes an-
no poſt C. N. DXXXIIII. condita: Narſeti porrò poſt deuictos Gothos
cæſumq; Totilam gentis regem apud Calium, Longinus primus Exarchus eſt ſuf-
fectus· vt id DCXX. anno contigiſſe nullo modo potuerit, cū is in Heraclij regnū
incidat, ante quē à multis alijs Imperatoribus Exarchos fuiſſe miſſos, omnes ſigil
latim cōmemorādo docebimus. Durauit hîc magiſtratus in Italia CLXXV. annis
vſq; ad

vſq; ad Leonem tertiũ Imper. vti cum Blondus tradit, tum exactè ſupputata ratione temporum intelligitur. Alij tamen & hîc variant: nam annos CLXX. tantùm numerauit Platina, Volaterranus quatuor addidit: cæterùm nobis ſententia prior magis probatur: quam etiam recta collectione horum temporum ex Lucido verã deprehendimus. Totitaq; anni ſub his effluxere Exarchis, vti è ſcriptorum monumentis hauſimus. Primum Iuſtinianus primus Imper. Longinum miſit, qui Roma cæterisq; locis Italię ſpretis, perpetuò Rauennæ conſedit. Huic Mauritius Imper. Smaragdum ſuffecit: illiq; Romanum & Gallinicum: quibus etiã reuocatis, Smaragdo magiſtratus redditus. Phocas deinde Ioannem Lemigium Thracem creauit, Heraclius Eleutherium Conſtantinopolitanum patritiũ cum Theodoro Caliopa, Conſtantinus Olympium cubicularium, eoq; reuocato Theodorum quem modo nominauimus, Caliopam. Iuſtinianus ſecũdus Ioãnem Platynam, Tiberiũ Abiſmarem, Theophilatium cubicularium miſit, & Ioannem Tizocopam poſtq̃ in Imperium reſtitutus fuerat, Leo tertius Paulum Patritium & Eutichium: vt omnium in Exarchorum numerus ſenũm denùm fuerit: qui Imperatorum nomine vſque ad Leonem tertium annis CLXXV. vti diximus Rauennæ gubernationem tenuere. Intercidit igitur Exarchatus circa DCCXXXII. à C.N. annum, quo Rauennam Aiſtulphus Longobardorum rex cepit. Is vrbem poſtea bello Pipini Franciæ regis coactus Eccleſiæ Romanæ tradidit cum Exarchatu toto, qui hæc oppida locaq; continebat, Cæſaream, Ariminum, Ceſenam, Forum Liuij, Forum Pompilij, Fauentinos, Forum Cornelij, Bononiam, agrum Mutinẽſem cuius oppidum ſemirutum iacebat, Regium Lepidi, Parmam & Placentiam: additq; Agnellus Brinte prope Bononiam, vbi nunc Caſtellum Britti eſt, item Ceruiam, Comaclum, & Claſſem: vt initium Satrapiæ Arimini eſſet, indeq; ad Placentinorum & Ticinenſium fines longitudine extenderetur: latitudine verò inter Apẽninum & Veronenſes Vicentinasq; paludes & Adriaticum mare pateret. Ita Rauennæ imperio ceſſione Aiſtulphi ad Eccleſiam deuoluto, Pontifex Max. id vnà cum Exarchatu Leoni XLI. vrbis Archiepiſcopo, item Iuliano, Petro, ac Vitaliano Tribunis conceſſit, vt auctor eſt Blõdus [a]. Deinde cum Aiſtulphus eiuſq; ſucceſſor Deſiderius poſt diſceſſum Pipini ex Italia, pactorũ fide ſpreta Exarchatum rurſus occupauiſſent, eaq; de cauſa debellato Caroli Magni armis Deſiderio iterum is ad Pontifices rediiſſet, eorum poſtea viribus, itemq; Imperatorum deficientibus, cum cæteris Italiæ vrbibus, quæ ſibi libertatem paſſim arripiebãt, & populari dominatione ſua ſe poteſtate moderabãtur, idẽ exemplum ſecuti Rauẽnates ſunt. Primus ad vrbis gubernationẽ à populo Capitaneus eſt creatus Petrus Trauerſarius, ingenij animiq; magni homo: qui vrbem in fide Pontificis Max. contra Fridericum ſecundũ illius hoſtem tota vita conſeruauit. Mẽtionem eius in Purgatorio [b] facit Dantes hac ſententia: Vbi bonus eſt Licius & Henricus Manardus, Petrus Trauerſarius & Guido Carpenianus. Eo mortuo nequicquam ſe diebus aliquot tuente filio, Fridericus vrbe potitus eſt: cuius deinde cæſis ad Parmam copijs, Rauenna cæteræque Romanulæ ciuitates excepto Arimino rurſus in Eccleſiæ ac Bononienſium ditionem rediere: miſsique legati Bononiam anno à C. N. MCCL. qui Senatui Pop. Q. B. dixere ſacramentum. Ita Bononienſes exinde Rauennam tenuere, donec eorum opes ciuilibus contentionibus Lambertatiorum & Geremeiorum labefactatæ ruere cœperunt: nam per eam occaſionem Trauerſariorum etiam apud Rauennates & Polentanorum ſurrexere partes: quæ cum diu inter ſe

a. lib. III. hiſtoria.

b. Can. 14.

inter ſe crudeliſsimè dimicaſſent, tandem eiectis Trauerſarijs, victoribusq́; Polen
tanis, ex ea gente Oſtaſius ſummi animi ingenijq́; vir principatum vrbis arripuit.
Is decedens filios reliquit Bernardinum, Pandulphum, & Lambertum è quibus
dominatu ſucceſsit Bernardinus: illum Guido ſecutus eſt, qui Bernardinum ſecú
dum & Oſtaſium ſecundum genuit, quem poſtea méte captum quamdiu vixit fil
cuſtodia ſeptum tenuere. Dominationem Bernardinus exercuit eoq́; defun
frater Oſtaſius, qui liberos habuit Opizonem, Aldobrandinum, Azonem & Pe-
trum. Ex ijs Opizoni filius ſucceſsit Oſtaſius tertius, homo fatuus ſtolidæq́; men-
tis: qua de cauſa Veneti tum quia Rauennates ita poſtulabãt, Iacobum Antoniu
Marcellum ſingularis prudentię virum ad vrbis adminiſtrationem miſère poſt eu
ius aduentum Oſtaſius vnà cum vxore Venetias profectus, indeq́; in Cretã
eſt vbi cum è vita deceſsiſſet, Veneti Rauennam ſuo ſibi iure habere cœperunt.
hoc igitur Oſtaſio nobilis Polentanorum ſtirps defecit, quæ CXL. annis Rauen-
næ principatum initio per tyrannidem raptum, poſteaq́; à C.N. MCCCCXLI an
no Vicariorum Eccleſiæ Romanæ titulo confirmatum tenuit. Veneti poſtqua
poſſeſsionem venêre vrbis, cum vti malè cultum vicum, & propter ędificiorum ru
nas, & propter colonorum raritatem accepiſſent, eam inſtaurare cœperunt vn
& operibus, & populi frequentia dein honeſtæ ciuitatis forma redijt. Im
illi vſq; ad MDIX. poſt C.N. annum habuere, quo cæſus eorum ad Ripaltam
citus bello Ludouici XII. Franciæ regis perque id momentum Eccleſiæ Romanæ
cum Ceruia reddita Rauenna eſt. Pontificum exinde tranquilla poſſeſsio fu
ad MDXXVII. à C.N. annum, quando Clemente VII. Pontif. ab Imperator
roli V. legionibus in Hadriani mole circumſeſſo, Veneti vrbem recepere à
bus tamen pace inter Imperatorem ac ipſos Bononiæ compoſita MDXXX.
C.N. anno Pontifici eſt reſtituta cuius in ditione nunc quieta ſtat. Ingent an
no poſt C.N. MDXII. accepit cladem fracto Hiſpanorum exercitu, cum ea p
Gaſto Foiſſeius Gallorum Imperator cecidiſſet: etenim à Gallo milite direpta
deliſsimè eſt, vt ne ſacratis quidem delubris parceretur quæ omnia ſpoliat
pilataque etiam ſacrarijs ablatis, in quibus ſacroſanctum redemptoris no c r
pus, eo per ſummum ſcelus in terram abiecto, continebatur. Quo tempore -
culum ingens magno noſtræ ſanctæ fidei argumento contigit huiuſmodi. Vaſ o
quidam miles cum tanto rapiendi furore percitus vt in maximum templum
ens, quia totum id iam expilatum cernebat, relicta ſolum ædicula ſacratiſ a
hoſtiam continente, cui ex alijs nemo propter ſacramenti religionem adhuc ma-
nus admoliri fuerat auſus, omni numinis metu depoſit, o arculam pretioſam
puiſſet, extractoq́; per ſummum nefas venerabili ſacramento, & in terram p
cto aſportaret, hoſtia mox in columnam quandam ſponte ſubuolauit, in eaq́ c
ſtitit. Verumenimuero breui mora pœnæ Vaſcones iſtos qui ferè delubrorum
ſacrariorumque fuere ſpoliatores, exultare numẽ ſiuit: paucis enim pòſt dieb ab
Heluetijs in Italiam accitis maxima nequiſsimi generis pars vel cæſa, vel in T
ni Padiúe gurgites detruſa eſt vt mox quaterna ſenaque illorum cadauera ſi
mul colligata fluminibus deferri ſpectarentur. Raſponorum etiam & Lunar
rum factiones Rauennam ingenti calamitate afflixere quæ temporibus Leonis X
Pontif. enatę, cædibus ac flammis vrbem ſæpe funeſtarunt. Sanctos inclytosq́, ho-
mines quam plurimos habuit inprimis ſupra XII. Archiepiſcopos indicio colum
bæ delectos vti prædiximus, D. Apollinarem primum vrbis antiſtitem & marty-
rem ſub

rem ſub Imperatore Veſpaſiano·qui ab Antiochia cum Diuo Petro Romam venit, ab eoque huc miſſus, è numero duorum & ſeptuaginta Chriſti diſcipulorum fuiſſe dicitur·item Vrſum, Liberium, Petrum, Ioãnem, Petrum Rauennalem, Exuperantium, Ecclium & Maximianum Archiepiſcopos ſanctiſsimos·præterea D. Vitalem cum liberis martyribus, D. Geruaſium & Prothaſium, Vrſinum medicũ, Barbacianum Antiochinum presbyterum & confeſſorem ſanctiſsimum, cum Romualdo ſodalitatis Camaldulorum patre, qui centeſimum ætatis annum exceſſit, vti à Volaterrano [a] perhibetur. Edidit etiã Rauenna Ioannem XVII. Põtif. Rom. *a. lib. 21. c. v.* Caſſiodorũ Senatorem virũ doctum, elegantemq́; ſcriptorem, qui poſtea monachus effectus, multaq; literarum monumenta reliquit·inſuper Fauſtinum, cui Epigrammata quædam inſcripſit Martialis·nominatimq; ex cæteris illud, vbi inquit: Quos Fauſtine dies, qualem tibi Roma Rauennam Abſtulit? ô ſoles, ô tunicata quies·ſimulq́; Aſpaſium temporibus Alexandri Imp. ſophiſtam, Pauſaniæ ac Hippodromi diſcipulum·quem Suidas aduerſus Ariſtonem & alios æmulos orationes ſcripſiſſe multas perhibet·præterea Petrum Damianum Cardinalem Epiſcopum Oſtienſem, qui abdicato Cardinalatu ſe in eremum Sanctæ Crucis Fontis Auellani Eugubinis in montibus recepit, operaq; varia cum elegantia facundiaque, tum ſpiritu diuino plena conſcripſit vti apparet, quæ multis in eccleſijs leguntur. Mentionem eius honorificè quoq; facit Dantes, Purgatorio [b]. Patrum noſtrorum me- *b. cant. 20* moria Guilielmum excellentem medicum Rauenna dedit, ſcriptis Petri Pauli Vergerij laudatum·præterea Ioannem Grammaticum inſignem oratorem, qui vt Leonardus Aretinus dictitabat, primus in Italia ſtudium eloquentiæ cœpit reparare, iam tum vnà cum Imperij Rom. maieſtate prorſus ferè deperditum. Priùs tamen poëticen eloquentiamq́; Franciſcus Petrarca recolere inchoauerat·quem hic ita ſecutus eſt, vt ferè priſtinũ ijs diſciplinis reſtitueret nitorem: vnaq; viri illi præſtantiſsimi egregia inſtaurationis fundamenta iecere ea, quibus inædificatum hactenus ab alijs fuit, qui abſolutum perfectumq; opus reddidere. Genuit etiã vrbs hæc Deſiderium Spretum æqualem noſtrorum temporum, non inſulſum ſcriptorem, vti ex libris eius de amplitudine, de vaſtatione & inſtauratione vrbis Rauennæ patet. Viuit adhuc Ioannes Petrus Ferrettus Milenſis antiſtes, vir elegãtis ingenij, & magnæ latinarum græcarumq; literarum ſcientiæ. Scripſit multa, nominatim de inſtitutis eccleſiaſticis, & de eorum honeſta diſciplina, Breuiarium ab vrbe condita vſq; ad noſtra tempora, tresq́; decades Hiſtoriarum Rauennatium·quibus operibus antiquiſsimam hanc vrbem patriamq; illuſtrauit ſuam. De Græco etiam in Latinum plurima vertit, aliaque multa edidit vnde ſtyli eius elegantia ſummaque doctrina cognoſcitur. Patrem habuit oratorem ſummum Nicolaum Ferrettum · ex cuius ſchola plurimi per ciſalpinam Galliam viri celebres & clari prodiere. Fuit is ex progenie Ioannis Grammatici, de quo diximus · cuius eſt liber ille Hodoporicon, deſcribens iter ad eloquentiam, aliaque varia opera cumprimis ad linguæ latinæ ſtudium vtilia. Præter hos, etiam alios illuſtres homines Rauenna tulit, quos breuitatis cauſa non commemorabimus. Extra vrbem vt ad intermiſſam locorum deſcriptionem reuertamur, haud procul ædes Diuæ Mariæ Rotundæ cernitur, ita dicta, quòd circularem formam obtineat. Aedificium profectò admirabile ac ſingulare eſt, quale nec in Italia, nec alijs mundi partibus ego vidi. Totum ex lapide quadrato conſtat, operereticulato: diametri latitudo intus pedum fere XXV. pauimentum ex pre-

ex pretioſis lapillis varij coloris teſſellatum cum emblematis . tectum eſt lapis v-
nus ſolidus, duritie mirabili, concauus ſphærali ſpecie, cum amplo in medio fora-
mine. Latitudinem eius ſaxi per diametrum, conſiderata nimirum ipſo ædis he
miſphærio, muriq́ue quo fulcitur craſsitudine, cum zophoris & coronicibus di
midiarum columnarum quæ ex pariete forinſecus prominent, X X X V pedum
vel amplius eſſe conijcio. Mirabili profectò arte ac induſtria tam immenſam mo
lem huc deportatam, & in altum ædificij euectam conuenit. Eius in vertice ſupra
foramen elegantiſsima pretioſiſsimaq́ue Theodorici Oſtrogothorum regis arca
conſtituta erat ex porphyritide, ſolida, longa ped. octonos, alta quaternos, craſſi-
tudine vnciarum octo, cum operimento ex ære, ſignis emblematiſq́ue nobili arte
perfecto. Id monumentum Amalaſiunta filia, regina, Theodorico genitori po-
ſuerat : ſed patrum noſtrorum memoria milites auiditate prædæ vt æs quo conte-
gebatur auferrent, ictu bombardæ deiecerunt· eoq́; caſu ſarcophago angulus præ-
fractus eſt, qui ita nunc ad pedem ędis iacet. Mihi ſanè arca maior ex porphyritide
non eſt viſa, præterquam illa Conſtantiæ, ad D. Agnetis extra muros Romæ· quá
hanc excedere puto : duas autem alias vidi huic ſimiles, nimirum Henrici, & Fri-
derici Ænobarbi Imperatorum apud Montem Regalem Siciliæ non procul Pa-
normo. Rauennam amnes duo cingunt· vnus dextrum latus Beſedus, alter læuum
tenet Montonus. Beſedum in Æmilia quam ſecat commemorauimus· eum
Blondus in hiſtorijs Roncum nominat ac Bidentem, qui nunc portum Rauenna-
a.lib.3. historia. tem creat, & Theodorici regis temporibus eodem Blondo[a] auctore Portiliu ap-
pellabatur. Alter Montonus eſt· hac ætate Aquæductum vocant : Plinio Vitis di-
ctus. Naſcitur Apennini iugis prope Tiberis fontem. Intus deinde quondam haud
procul tamen à mari, oppidum Vmbrorum erat Butrium, ita Plinio Ptolemæo
dictum · cuius adhuc reliquiæ ſunt exiguum caſtellum Butrium prope Cotig...
& Lucum. Terminus hîc erat Vmbrorum, qui hinc ad Æſin amnem vſq; fines ha-
b.lib.5. buerunt, auctore Strabone[b], vti in Anconitana Marchia retulimus. Itaque dein-
ceps Vmbri nobis haud memorabuntur. Ad Roncum amnem (accolæ nunc A-
quæductum Rauennatem vocant, quoniam foſſa eius per multa millia paſſuum
opere egeſta etiamnum apparet) tribus à Rauenna milliaribus illa cruenta pugna
Gallorum & Hiſpanorum contigit, anno pòſt C. N. M D X I I. qua viri in vniuer-
ſum IIXX. mill. cecidere, Gallorum Imperatore Gaſtone Foiſſeio cum amplius
I I X X. centurioribus cæſo, Hiſpanorum autem Raymundo Cardona per fugam
elapſo, captoq́; de eius exercitu Fabricio Columna cum multis ducibus · è quibus
etiam nonnulli periere, quemadmodum à nobis in Ephimeridibus latinis ſigilla-
tim demonſtrabitur. Diſceſſum vtrinq; ex eo prælio tam ambigua fortuna eſt, vt
penes quem victoria primò ſtare videbatur, is poſtea maximè appareret victus. In-
trorſum in Æmilia pontis ruinæ inueniuntur, quo per Roncum illa via ſolebat iun
gi · cuius ad dextram ædes cum foſſa loco edito ſuper amnis ripam cernitur, vbi
Roncum oppidum fuit, de quo præter hæc aliud veſtigium non supereſt. Memi-
nit eius in Mediolanenſi hiſtoria Bernardinus Corius, Franciſcum Sfortiam ab Eu
genio Pontifice cum exercitu ad Forum Liuij miſſum aduerſus Antonium Orde-
laffum, apud Roncum oppidum M D. paſſ. à Foro Liuij conſediſſe ſcribens. De-
hinc per amnis dextram ripam ſurſum, ad collis radices in introitu faucium quæ
hîc ſunt, Meldola iacet oppidum munitum, vbi ponte lapideo fluminis tranſitus
cõiungitur. Caſtrum eſt Meldola ſatis lautum· quò ad nundinas quoquo die Mar-
tis conue-

tis conuenire monticolæ finitimiq; populi alij ſolent. Agrum habet copioſum,& frumenti,vini,olei,cæterarumq; rerum ad vitam vtilium fertilem. Diu in poteſtate Malateſtarum principum Ariminenſium fuit·ex quibus cum Pandulphus Ariminum Venetis tradidiſſet,ipſum etiam in illorum ditionem peruenit·Ariminoq; dein Eccleſiæ reſtituto,ſimul ad Pontifices tranſijt:vnde poſtea donatione Leonis X.cum Sarſina Comiti Carpenſi Alberto Pio conceſſum,& poſt eius obitum fratri Leonello relictum eſt,à quo nunc tranquillè tenetur.Ingentem à Carolo Borbonio exercitus Caroli V.Imp.Aug.præfecto cum Romam tenderet,poſt C.N.MDXXVII.anno calamitatem accepit: direptum enim deiectumq; ferè eſt: quanquã nunc rurſus inſtauratum penè videatur, ex quo domicilium hic ſuum Leonellus Princeps conſtituit. Vlterius eadem ripa fluminis dextra incedenti,inter montes exiguum occurrit caſtellum,Cuſerculum,vbi pons amnem iungit.Sequitur in læua ripa Ciuitella·indeq; ſecundo lapide Galeata,in perpulchra valle tres vici opulenti ac lauti.Nobis hi Saltes Galleani eſſe videntur,quos Plinius in octaua regione commemorauit.Abbatia quædam hic eſt D.Hilarij dicta,qui his in locis vitam perſanctè ac auſterè egit.Eius etiam ibidem oſſa cum ingenti accolarum veneratione ſeruantur.Olim monachorum habitatio fuit. Diœceſis eſt ſingularis, Metropolitanæ tamen Eccleſiæ Rauennati ſubiecta.Non procul alia cernitur Abbatia Inſulæ,quondam ſodalitatis Camaldulorum domus. Ad exitum vallis arx munitiſsima colli inſidet,Planetum·iuxtaq; ſub ea D. Mariæ Planetinæ fanum: deniq; inter montes altiùs caſtellum D.Sophiæ. Rurſum Aemilia in via, Montonique amnis ex Apennino iacti vt diximus,læua, ciuitas eſt Forumliuij,à Plinio in octaua regione nominatũ inter quatuor eius viæ Fora, ſimiliterq; etiã ab Antonino,item in Ptolemæi geographia latina·quanquam eius editio græca locum hunc non habeat. Primordium vrbis quemadmodum ex antiquiſsimis illius annalibus à Paulo Quirino rari & curioſi ingenij homine mihi demonſtratis hauſi,breuiter cõmemorabo.Poſt cæſum à Liuio Salinatore Claudioq; Nerone Romanis Coſſ. Aſdrubalem ad Metaurũ fluuium,miles quidã emeritus L.Hermius vir clarus cũ alijs aliquot item ætate confectis commilitonibus oppidulum prope eum locum vbi nunc Caſtellutium,& M D. paſſ.ab ipſo nunc Foro Liuij,cœpit ædificare. Liuium à nomine Conſulis dixit, erecta in foro ſtatua cum hoc elogio:

Liuius ecce fui Romanus, conditor vrbis
Huius,& hanc volui terram coluiſſe Quirites
Magnanimos,populiſq; dedi cognomen & arma.

Pagus erat temporibus iiſdem Æmilia in via, quo loco ipſa nunc eſt ciuitas·vbi ius dicere populi Rom.magiſtratus ſolebãt,& mercatus etiam habebãtur·quamobrem tam à iure dicũdo, quàm à mercatu locus ille dicebatur Forum. Poſteriori dein ætate Liuiani coloni maiorem huius Fori opportunitatem ſitumq; commodiorem rati,cum Fori incolis vt habitare ſibi vnà liceret conditiones iungunt. Ita pari voluntate rem etiam Auguſto ad Liuiæ vxoris itemq; Cornelij Galli Liuiani ſuaſionem approbante,coniunctis vtriuſq; loci appellationibus,vrbem hanc vno nomine Forum Liuij dixerunt: quæ duarum gentium coniunctio circa Chriſti Seruatoris natiuitatem accidit,cum iam anni CCVIII. à prima Liuij ædificatione exceſsiſſent. Auctores itaque Foroliuienſium marticolæ militareſque viri fuere:proinde mirandum non eſt armorum ijs ſtudium & exercitationem cum inter ſe,cum aduerſus alios frequenti ac mirifico in vſu eſſe. Quondam cum cæteris hu-

ius tractus oppidis in fide Romanorum conſtanter manſere, donec eorum imperij auctoritas ſtetit: qua poſtremo cum Exarchis vnaque vrbis Romæ viribus extincta, ſuam ſibi poteſtatem aliarum Italiæ ciuitatum exemplo Prætore creato vendicarunt. Primis etiam illis temporibus dominare finitimis cœpere, Ceruia, Forotruintinorum, Foroq; Pompilij ſubacto: conditis item Sadurano, Meldonio, Caminateque oppidis, ac ſimul cum Fauentinis Cotignola contra Bagnacauallum. Victorias quamdiu diſſentionibus caruere perinſignes ex inimicis conſecuti ſunt: nominatim de Ioanne Apiano Gallo, cuius exercitum fuderunt: item de Fauentinis & Bononienſibus, quos ope Lambertatiorum exulum Bononienſium ſuperauere. Sed & Guidonem Syluaticum Florentinorum Imperatorem prope Ciuitellam, & Pandulphum Malateſtam cum Nicolao Picinino ad Pontem Ronci, prætere a Franciſcum Picininum cum Sigiſmundo Malateſta deuicerunt. Sic ad annum à C. N. MCCXLVIII. vſque peruentum, quo in Bononienſium poteſtatem cum cæteris Romanulæ ciuitatibus redacti: ſimulque anno MCCLVII. in S.P.Q. Bononienſis nomen ſuper Carrotio, medio in foro Bononiæ ſacramentum præſtitere. Durauit ea rerum forma deinceps ad MCCXCVI. poſt C.N. annum, quo Mainardus Suſinanius Ordelaphus dominatum occupauit, totaque deinde vita tenuit: etenim MCCCII. anno Foriliuij, Fauētiæ, Foriq; Cornelij exceſsit Princeps. Exortæ poſtea MCCCXIX. à C.N. anno vt Bernardin⁹ Corius ſcribit, Argolioſorū & Calbulorū partes: quæ ciuilibus inter ſe bellis dimicantes, eò rē deduxerant, vt Calbulis primùm ab Argolioſorū factione auxilio Guelphorū Rauennatū & Fauentinorum, & Forocornelienſium, itemque Comitum Cuniatum, eiectis, mox clientum & Ordelaphorum ope in vrbem reuerſi, Argolioſos viciſsim pellerent, ſimulq; Conticinum Malateſtam Arimino exulantem populi Prætorem crearent: ac ipſis inter ſe quoque diſſentientibus, principatum eo momento Scarpetta, Franciſcus, & Sinibaldus Ordelaphi cum titulo Capitaneorum occuparent: qui pòſt à Ludouico Bauaro nec iuſto Imperatore Foriliuij Ceſenæq; Vicarij appellati. Hos tamen deinde legatus Italiæ Pontificius Ægydius Carila Hiſpanus Cardinalis pepulit, vt Blondus a Platinaque b tradunt: quo ex legatione reuocato, Foroliuienſes iterum in ſuo iure ac libertate vti & aliæ regionis ciuitates agere inſtituerunt: annoque à C.N. MCCCLXXIII. principes vrbis Sinibaldum, Franciſcum, Pinum, Ioannem, & Thebaldum Ordelaphos appellarunt. Ex his Franciſco vita defuncto cum Sinibaldus non vt oportebat imperio potiretur, à ciuibus in lectulo ſimul cum filio confoſſus eſt. Eum Georgius ſecutus anno MCCCCX. qui Lucretiā Ludouici Alidoſij Forocorneliēſium principis filiā in vxorē habuit. Georgio mortuo Thebaldus filius annorum X. ſucceſsit: & cum mater puero a ciuibus metueret, eaq; propter eum in aui gubernationē ad Forumcornelij amandaſſet, populus id ægrè ferens, Marchionem Ferrarienſem de pellenda matre, quò Thebaldus puer remitteretur, ſolicitabat. Hac re à Philippo Maria Vicecomite Mediolani Duce animaduerſa, magnam is potiundę Romanulę occaſionem tum ſibi oblatam ratus, exercitu contracto non difficulter Forumliuij cepit: quod tamen ſtatim vt Blondus c auctor eſt, Martino V. Pontifici reſtituit. Non diu poſt in vrbem reuerſi Pinus & Franciſcus ſecundus Ordelaphi, Principatum reſumpſere: mortuoque Franciſco, Pinus vt imperare ſolus poſſet anno à C. N. MCCCCLXVI. Franciſcum tertium & Antonium Franciſci ſecundi filios in exilium agit: ac decedens MCCCCLXXIX à C.N. anno, filium Sinibaldum ſecundum impuberem

a. lib. 2. hiſt.
b. in uita Innoc. 6.
c. lib. 21. hiſt.

berem ſub vxoris Conſtantiæ Picæ Mirandulanæ tutela reliquit. Hunc cum ali-
quanto pòſt intercepiſſent fata, Galeottus Manfredus Fauentinorum dominus
ſummo ſtudio Franciſcum & Antonium Ordelaphos nepotes ſuos in principa-
patum reſtituere conatus eſt: ſed cum iam arcem in qua erat Conſtantia obſidio-
ne premeret, Sixtus IIII. Pontif. Max. obtinendæ ciuitatis opportunitate intelle-
cta, Federicum Vrbinatem regulum huc cum exercitu mouere iubet: à quo mox in
poteſtatem redacta eſt, dedente arcē Conſtantia, fratribusq́; Ordelaphis Venetias
profugientibus; vti nos in Commentarijs latinis particulatim commemoramus.
Ita Sixtus Pontif. Imperio Foriliuij potitus, id mox per Vicarij Eccleſiæ titulum
Hieronymo Riario nepoti ſuo conceſsit: qui diu illo moderatè ſapienterq́ue ge-
ſto, poſt Sixti Pontif. exceſſum per ingratorum aliquot ciuium coniurationem in-
digna nece trucidatus eſt anno à C.N. MCCCCLXXXVIII. Liberos è Cathari-
na Sfortia quoſdam reliquit: quorum è numero poſt magnas contentiones Octa-
uianus ætate adhuc puerili principatum inijt ſub matris tutela: quæ mox cædem
coniugis ſumma ſeueritate in percuſſores vindicauit. Ipſam deinde cum filijs Ale-
xander VI. Pontif. eiecit, vrbemq́ue Cæſari Borgiæ filio ſuo tradidit: cæterùm ſub
lato è vita Pontifice MDIII. pòſt C.N. anno, Antonius Ordelaphus cum Ludo-
uico fratre redijt: quibus vrbis principatus à populo datus, arcem præſidijs Bor-
giæ tenentibus. Non diu pòſt cum fato conceſsiſſet Antonius, & ſe arcem obti-
nere haud poſſe Ludouicus animaduerteret, Iuliusq́ue II. Pontif. qui Pio III. ſuc-
ceſſerat, expeditionem contra Foroliuienſes moliretur, Ludouicus vrbe relicta
Venetias abiens ibi reliquam exegit ætatem. Ita nobilis Ordelaphorum gens cum
his fratribus extincta eſt, Forumque Liuij in Pontificum imperium ac poteſtatem
redactum, eodem adhunc vſque diem ſtatu manet. Factionibus Numaliorum &
Moratinorum aliquandiu grauiſsimè laborauit: quæ mutuis inter ſe cædibus, in-
cendijs, direptionibus, & expulſionibus longè maiori crudelitate graſſatæ ſunt,
quàm externi patriæ hoſtes vrbe per vim capta potuiſſent. Eas dein optimorum
ciuium conſpiratio quædam compreſsit, qua ſuperioribus annis X C. viri creati
hoc accepere muneris, vt animaduerſis partium ſurgentium æſtuantiumúe moti-
bus ſtatim arma capiant, eiectisq́ue turbulentis, publicam quietem & tranquilli-
tatem vindicent. Sic iam pax ciuitatis & otium aliquandiu viguit. Sita eſt vrbs
inter amnes duos, Roncum qui ab exortu MD. paſſ. abeſt vt prædiximus: & Mon-
tonum qui ab occaſu muros alluit. Cœlum perbonum iucundumq́ue habet, a-
grum copioſum & frumenti viniq́; vbertate tam fœcundum, vt nō modo ſibi ab-
undè ſufficiat, ſed etiam exportet: præterque cætera Zeam, hordeum, oleum, rubi-
am, glaſtum, aniſum, fœnumgræcum, cuminum, & coriandrum fert. Homines a-
lit ingenijs præſtantiſsimis, & ad literas & ad militiam mercaturamq́ue cumpri-
mis idoneos. Prætorium hîc illud ſumptuoſum Ægydius Cardinalis legatus, de
quo ſupra commemorauimus, loci opportunitate captus, in foro ędificauit, cuius
etiamnum pars ſupereſt: ſemiritum enim nunc Catharinæ Sfortiæ iuſſu in cædis
mariti vltionem apparet. Vrbs equidem eſt hæc mirè iucunda tranquillis inter
ſe ciuibus, qui ingeniorum amatores obſeruatoresq́ue ſummi ſunt. Illuſtrauere
eam ortu homines celebres quàm plurimi: inprimis D. Valerianus eques & mar-
tyr, item B. Marcolinus ex familia prædicatorum, & Stephanus Nardinus, Chri-
ſtophorusq́ue Numalius ambo Eccleſiæ Romanæ Cardinales, præterea Ludoui-
cus ipſius vrbis Epiſcopus, Nicolaus Aſtius Ricineti antiſtes vir ſummè doctus &

prudens, Thomas ex eadem gente,& Alexander Numalius vterq; Foroliuienſis Epiſcopus,quorum poſterior prudentia doctrinaq; ſingulari fuit, quamobrem à Sixto IIII. Pontif. legatus Apoſtolicus ad Germanos iuit.In Diuæ Mariæ Popula's fano Romæ Ioannes Numalius iacet Epiſcopus. Inſigni etiam eruditione ac prudentia Ioannes Rufus Theodolus hac ex vrbe Archiepiſcopus Conſentinus, Eccleſiæq; Romanæ Theſaurarius,& Caroli V.Imper.Aug. Capellanus fuit· qui ob egregias virtutes in aula Romana maximis honoribus vixit,& mandatu Leonis X. Pontif. legatus Apoſtolicus in Hiſpaniam eſt profectus. Obijt anno a C. N.MDXXVII.Fori Truintinorum Epiſcopus Bartholomæus Moratinus fuit, Antonius Arculanus Cariatis,Antonius Numalius Aeſerniæ, Philippus Arculanus Alatri,Hieronymus Theodolus Calcis Hiſpaniæ.Edidit quoque Forumliuij viros in omni diſciplinarum genere præſtantiſſimos· cum primis ſunt Cornelius Gallus poëta celeberrimus,Guido Bonatus aſtrologus ſummus· quanquam Ilias Capreolus eum Brixianum [a] dicat,Raynerius Arſenetus Iureconſultus maximus Bartoli Saxoferratenſis præceptor,qui in æde D.Antonij ſitus eſt apud Patauinos,vbi diu ſubCarrarienſium principatu ius docuerat,Franciſcus Rubrius,Nereus Morandus ambo elegantiſſimi poëtæ & Iureconſulti, quorum memoriam perſæpe Franciſcus Petrarca in epiſtolis vſurpat· item Iacobus Turrius optimus philoſophus & medicus,Iacobus Alegrettus poëta iucundus, Vgolinus cognomento Oriuetanus muſicæ peritiſſimus, & ſcalæ modulorum in manus articulis inuentor,Palmerius vir magni curioſiq; ingenij,qui Græciam,Syriam, Arabiam, aliasq; mundi partes varias ad hominum mores vitæq; inſtituta cognoſcenda peragrauit,Hieronymus ex ordine prædicatorum optimus theologus nec peior hiſtoricus,Guido Pepus cognomento Stella,philoſophus,medicus, & poëta, Fauſtus Andrelinus item poëta ſuauiſſimus à Ludouico XII.Franciæ rege laurea coronatus,Hieronymus Maſſurius philoſophus excellens,Ioannes Bentius canonicus,vir doctrinæ multiplicis, Bartolomæus Lombardinus abſolutiſſimus medicus,Ioannes Selleius & Gulielmus Lambertellus ambo iuris Doctores maximi. Præ cæteris autem Flauius Blondus rari atque ſoliciti ingenij homo, & cùm diligentiſſimus antiquitatis inueſtigator,tum hiſtoricus vrbem hanc ortu illuſtrauit ſuo,qui plurima literarum monumenta reliquit, nominatim de Italia illuſtrata, quod tamen opus non abſoluit,De Roma triumphante,De Roma inſtaurata,Res geſtas Venetorum,Hiſtoriam ab inclinatione imperij Romani vſque ad ſua tempora,multaq; alia. Plurimum illi mehercule ſtudioſi debent ob inſignem laborem ac induſtriam in antiquis recentibusq; rebus ediſſerendis. Obijt anno poſt C.N.MCCCCLXIII. Romæ, iacetq; ante D. Mariæ Aræcœli maiorem portam. Eugenio IIII. Pontifici diu à ſecretis fuit.Decedenti quinque filij ſuperſtites manſere, omnes egregiè literis eruditi.Foroliuienſis etiam erat quanquam maiorum origine Bononienſis, Paulus Quirinus ingenij ſuauiſſimi, ſummæq; vrbanitatis homo,latinis quidē literis non valde inſtructus,attamen vernaculo in carmine haud illaudatus,quo ſimul cum Magdalena chariſſima coniuge mirum in modum delectabatur. Induſtria ſtudioq; magno res Foriliuij memorabiles collegit,proditq; ſcriptis. Exceſſit anno à C. N. MDXX. Non minus etiam celebres militiæ duces vrbs hæc genuit,è quibus Fulcherius Calbulus,qui copiarum Eccleſiæ Romanæ imperator Auximates Marchiæ ſubegit, & Bononienſium etiam exercitui præfuit·item Franciſcus Ordelaphus primus,Venetarum copiarum ductor bello

[a] lib. 6. hiſt. Brix.

apud

apud Foſſam Clodiam aduerſus Genuates, vt Blondus & Sabellicus in hiſtorijs tradiderunt. Pinus primus ex eadem gente, Andreas Borſius, Franciſcus Prætinus cognomento Comes, Tibertus & Hector fratres Brandulini, Gerhardus Marabellus, Nannius Moratinus, Hector Hectorius, om̃es egregij duces vti tam ex hiſtorijs, quàm annalibus huius vrbis & noſtris etiam Commentarijs latinis plenè cognoſci poteſt. Seruantur apud Foroliuienſes oſſa ſacrata D. Mercurialis Epirotæ, quondam vrbis Epiſcopi & patroni, item D. Sigiſmundi regis, eiuſque coniugis & filiorum duorum, D. Roffili Foropompilienſium antiſtitis, D. Grati diaconi, D. Marcelli ſubdiaconi, & B. Iacobi Veneti ex ordine prædicatorum monachi. Plura de hac ornatiſsima ciuitate commemorari poſſent, quæ breuitatis ſtudio prætermittimus. Deinceps vt ad loca reuertamur, poſt Forumliuij in Montono, qui vrbem ab occaſu alluit, pons eſt lapideus, amnis tranſitum itemq́ue viam Aemiliam coniungens. Ad eius viæ dextram in Apennini latere quod Septentrionem ſpectat, Caſtrocarũ eſt, veteribus auctore Blondo Raſſanoq́ue Salſubium dictum, quòd ibi aquæ ſalſæ fons exiliat. Splendidi huius oppidi mentionem Dantes in Purgatorio *a* facit tali ſententia: Et malè agit Caſtrocarum, & peiùs Conium. Quondam in ditione Foroliuienſium fuit· nunc eſt in Florentinorum. Sequitur haud inhoneſtum oppidum Duadola· tum altiùs inter montes Ad D. Caſsianum, & inter aſperrima iuga Porticus, ab Ambroſio monacho, Camaldulorum ordinis antiſtite latinis græciſq́; literis pererudito illuſtratum, qui cum ipſe multa doctè ſcripſit, tum etiam è græco in latinum non pauca vertit. Eugenij IIII. Pontif. temporibus floruit. Ob inſignem doctrinam in Concilio Florentino maximam meruit commendationem. Origo illi vetuſtior ex antiqua gente Trauerſariorũ erat, olim Rauennæ principum· qui à Polentanis eiecti, partim Venetias conceſſere, nunc Lecij vocati, partim huc commigrarunt, nomine veterum auctorum retento· quanquam & ab opificio cui operam dedêre, Fabri nuncupentur. A Porticu mille paſſ. interuallo locus eſt quem Infernum accolæ vocant, vbi terra grauis & nigrans cum ſpecu quaternorum ferè ped. latitudine, flammam ſi accenſo ſulphurato ignis admoueatur emittente, qua ligna quoque ſi ponas viridia deflagrant: extinguitur autem panno laneo ſuperiniecto. Multa locis circumiectis aurea, argentea, æreaq́; numiſmata reperiri ſolẽt. Simile ferme quid in Friniano P.M. à Sueſſula V. contingit· vbi ſolum baculo percuſſum tot flammas eijcere, quot ictus fuere, ſuperiniectis autem pannis ignem mox deleri videre eſt. Hinc tum rurſus ad Rauennam haud procul ab amne Montono foſſa eſt, Meſſanium antiqui dixerunt, quo de Plinius *b* loquitur inquiens: Padus anguſta foſſa Rauennam trahitur vbi Paduſa vocatur, quondam Meſſanius appellatus. Ea foſſa naues à Rauenna per ſpatium millium XII. in Padum commeant. Olim hinc Paduſa palus incipiebat, cuius mentionem Virgilius ita facit: piſcoſoue amne Paduſæ. Vibius Sequeſter nomen illi à Pado vicino eſſe prodidit, in quem ſe exonerat. Olim hæc palus tractum omnem inter Padum & Æmiliæ viæ finitima loca occupabat· nimirum à foſſa de qua diximus prope, Padum, per L. fere P.M. ad occidentem verſus: fluminaq́; & torrentes plurimos ex Apennino iactos ab Anemone vſque ad Panarium colligebat, quibus ipſum ſtagnum creabatur. Sed annis prope L. ſuperioribus adeo exiccata terraq́; expleta eſt, vt exigua planè parte relicta ſit: etenim à Rauenna per multorum milliariorum ſpatium (quæ loca quondam vt Strabo perhibet, itemq́; Procopius *c* omnia fuere paluſtria) continens pridem adeo excreuerat, vt

a Can. 14.

b lib. 3. cap. 15.

c lib. 1. de bell. Goth.

vix illa quam dixi foſſa reperiretur· eaq́ue propter aquæ paucitatem ne medica quidem nauigia organis è Pado in aggerem priùs euecta ſine magna difficultate duci poſſent. Itaq́ue ſuperioribus annis itinere ex agro Rauennate in Tiberiacenum Lucinumq́ue ac loca finitima, nec non in Bononienſium quoque, ſiccatas adeo vidimus paludes, vt vndiq; cultiſsimi apparerent campi·magnaq́ue admiratione ac voluptate quibus in locis piſces antea verſati erant, in ijs latiſsimè tunc aratrum duci ſpectaretur. Paludem hanc priùs amnes efficiebant ex Apennino iacti· qui cum in Padi alueum altiorem exonerare ſe non poſſent, his locis depreſsioribus vti in lacuna ſtagnabant: ſed quum poſtea mortales & multitudine aucti, & rerum ad vitam neceſſariarum inopia preſsi, iuga quoque montium arare & colere cœperunt, imbribus terram ex alto ad ima deferentibus, paulatim hæ lacunæ adeo ſunt expletæ, vt non difficulter humana deinceps induſtria foſsis altis latisq́ue factis ſiccari potuerint, & arationibus omnino opportunæ reddi. Id verò Hercules primus, Ferrarienſium Dux magni vir ingenij præ omnibus tentauit·qui animaduerſo paludis auctu, foſsis egeſtis magnam regionem quæ Sanmartina nuncupatur, planè exiccauit, vnde mirabilem mox frumenti abundantiam eſt conſecutus. Idem dein Bononienſis quidam fecit Hippolytus Platenſis, vir ſumma induſtria·qui circa Diuum Venantium latiſsimos agros culturæ reddidit idoneos, vbi villam quoq; condidit Rauedam. Secuti ſunt idem inſtitutum Lamberti apud Poggium, alijq́; multi Bononienſes·vt ita maior ferè paludis huius pars exiccata fuerit. Ea res quò commodiùs faciliusq́; fieret, Hercules Dux amnem Rhenum millibus ſupra Ferrariam fermè quatuor in Padum influere permiſerat·ideoq́; hoc latere Paduſa in tantum minuebatur, vt Ferraria Bononiam carpentis & pedibus ea per loca iretur, quæ nunc Trauerſiam vocant, & quondam ſub aquis demerſa fuere· quo tempore viam illam terra facere inſtituentibus, ab Ocellino per paludes erat commeandum. Enimuero cum anno poſt C. N. MDXLII. Hercules alter Ferrariæ Dux Pado Rhenum inferri nollet, quòd aggeres paulò infra Plebem Rhenus perrupiſſet, eo veterem curſum repetente, omnia rurſus in paludes abierunt, tam Sanmartina, quàm Trauerſia Rauedaq́ue cum cæteris hoc ſitu finitimis latifundijs: quò momento non modo tot tantiq́ue ſumptus ab Hercule primo ac alijs facti periere, ſed etiam Bononienſes ingenti damno ſunt affecti, multoq́; ipſa Ferraria maiori. Ad extremum igitur iacturam intelligens Hercules ſecundus, poſt longas cum Bononienſibus altercationes denuo Rhenum Pado iungi conceſsit· proindeq́ue nunc iterum exiccatæ paludes vti priùs ſunt. Rurſus Aemilia in via poſt Montonum amnem, quatuor à Foro Liuij millibus torrens ſuccedit ex Apennino Coſina. Dehinc inferiùs ad Paduſam oſtium eſt Lamonis· quod flumen Plinius, itemq́ue Antoninus Anemonem vocant, primum omnium in Paduſam influentium. Hinc ſi ad cultos campos illiam ni finitimos tranſeas, vicus occurrit Trauerſaria Rauennatis agri, a præclara Trauerſariorum gente factus, niſi hinc ipſa traxerit nomen, quod nobis ſanè veriſimilius videtur. Non procul dein ad dextram eiuſdem amnis Baniacauallum eſt, antea Tiberiacum & ad Caballos dictum, vt Blondus cum Sabellico in hiſtorijs prodidit. Sed & Gabeum olim appellatum, idque in tabulis Eccleſiæ Rauennatis cui ſubeſt, ſcriptum legi, nobis Ioannes Petrus Ferrettus Mılenſis Epiſcopus affirmauit. Oppidum eſt perelegans, lau-

tum ac

tum ac opulentum, agro frumenti itemque rubiæ mirè fertili. Ditione nunc Ferrarienſis reguli habetur. Illuſtratum noſtra memoria cognouimus ortu Philippi Baniacauallini ſummi fratrum Minorum antiſtitis, maximi theologi facundiq; concionatoris. Sequitur Aemilia in via ciuitas Fauentia, quam amnis ipſe Anemo ſecat, vrbem à ſuburbijs diuidens, ponteque lapideo coniunctus perpulchro ac munito cum duabus turribus· quo & ciuitas ſuburbijs, & Aemilia ſibi via cohæret. Strabo quoque Fauentiam nominat, & Plinius in octaua regione Fauentinos. A Ptolemæo in Gallia Togata ponitur, Fauentia dicta, nec aliter ab Agathio [a], Appiano [b], Antoninoque nuncupata, itemque à Silio [c] dicente: Arua coronatum nutrire Fauentia Pinum. A quo primum ſit condita non inueni: antiquiſsimam tamen eſſe literarum monumenta comprobant: etenim & Liuius [d] mentionem eius fecit quum à Sylla Carbonem Italia pulſum, cæſo illius exercitu ad Cluſium, Fauentiam, Fidentiamq; ſcripſit· & Spartianus in Adriano, ex Cæſaris inſidiatoribus viros Conſulares Palmam Terracinæ, Nigrinum Fauentiæ trucidatos· itemq; Ceionium Commodum, qui pòſt Aelius Verus appellatus, maioribus Fauentinis genitum ait. Sed & Capitolinus in Aelio Vero, paternam illius originem ex Hetruria, maternam ex Fauentia dicit fuiſſe. Ciuitas eſt perhoneſta frequensque cum arce à Friderico II. condita, ſi Pandulpho [e] Collenutio credimus. Agrum habet opimum, & frumenti omnis generis ac vini fertilem· linis quoq; abundat, quæ à Plinio laudantur ob præcipuum candorem, & Haliconis ſemper crudis præferuntur. Fauentinos magnis calamitatibus afflictos Gothorum tempore Blondus & Sabellicus in hiſtorijs perhibent. Sed & dein iterum inſtaurata vrbe, M C C X L. poſt C. N. anno diu Friderici alterius obſeſsi bello, in fide Eccleſiæ Romanæ ſuadentibus ita Bolgherellis qui tunc ciuium principes erant, conſtanter hæſerunt, donec ſimul auxiliorum omni ſpe depulſi, ſimul inopia victi rerum neceſſariarum, poſt multa fortiter geſta deditionem facere coacti ſunt. Ita Fridericus vrbe potitus æquari ſolo iuſsit muros, arcemq; de qua diximus, præſidij cauſa ædificauit. A Britonibus quoq; direptam Fauentiam inuenimus. Eam Romani nominis fidem quamdiu maieſtas Imperatorum ſimulq; Exarchorum auctoritas incolumis fuit, vti cæteras hoc ſitu vrbes perpetuò conſeruaſſe, Blondus in hiſtorijs perhibet. At extinctis Exarchis, deuictoque Caroli Magni armis Deſiderio Longobardorum rege, cum poſteriori ætate ſucceſſorum quoque Caroli Magni potentia decreuit, exemplo cæterorum Italiæ populorum in ſua poteſtate ac iure agere ſuo inſtituit, annuo Prætore creato. Deinde tamen ditionis Bononienſium vnà cum alijs huius regionis vrbibus effecta, eorum imperium quamdiu factionibus caruere tulit: exortis autem Lambertatiorum & Geremeiorum partibus, in libertatem ſe recepit. Poſtea cum anno à C. N. M C C L X X X V I. Manfredi cum Maghinardo Suſinanio ciuitatem ingreſsi Bononienſes expuliſſent, Maghinardus per titulum Capitanei ſeu Tribuni populi, dominatum occupauit, eoque tum Fauentiam, tum quoque Forum Liuij tota vita tenuit. Defuncto illo poſt C. N. M C C C X X I I. anno, Franciſcus Manfredus item cum nomine Capitanei principatum inijt. Hunc Albergetius eiecit filius, anno à C. N. M C C C X X V I I· qui dein annis duobus rerum potitus, ſucceſſores habuit Manfredum, Riciardum, & Ioannem: è quibus Riciardus è Capitaneo poſtea Vicarius eſt appellatus à Benedicto X I I. Pontif. Max. poſt C. N. M C C C-

[a] lib. 1. de bell. Goth.
[b] lib. 1.
[c] lib. 8.
[d] lib. 88.
[e] lib. 4. hiſt. regn.

a. lib. 10. XXXIX. anno quemadmodum tradit Blondus a. Fecit hoc Pontifex in contumeliam Ludouici Bauari, quòd is eundem prius Vicarium dixerat. Se & Riciardum non modo Fauentiæ, verumetiam Foricornelij Vicarium cum Ioan fratre Pontifex conſtituit. Annis hi denis ſenis tranquillè dominauerunt, excedentes Guidatium Aſtoremq́; relinquere anno à C. N. MCCCLXX à quibus inſtaurari vrbs cœpta, murique item quos Fridericus ſecundus ac Brātones deiecerant. Aſtor hinc Egydio Carilæ Cardinali Italiæ Legato ciuitat tradidit: à quo pòſt inſimulatus tanquam conſilia ſua prodidiſſet hoſtibus, ſecuri percuſſus eſt. Filios habuit viros prudentes Aſtorem & Guidantonium, reuocato ex legatione Auinionem Egydio, Principatum ſuſcepere. Dein fatis intercepto Guidantonio, Fauentinorum & Forocornelienſium imperium tenuit Aſtor, ſumma vir prudentia, magnoque armorum vſu pollens: eaque propter cum aliorum principum exercitus ductaret, multis prælijs victor fuit. Vrbis mœnia plurimùm auxit, altaque ac lata cinxit foſſa. Prætorium etiam in foro quod nunc apparet, ſplendidè conſtruxit. Demum vi adactus cum aliter omnino non poſſet, anno à C. N. MCCCCIIII. Balthaſar Coſſæ Cardinali legato Pontificis pretium depactus XXV. mill. aureorum nummûm vrbem reſtituit: annoque ſecundo pòſt, die XI. Cal. Decemb. illius imperio publico in foro eſt obtruncatus, quòd vti in vulgus dictitabat Coſſa, de occupando iterum dominatu cogitauiſſet. Superfuit Aſtori filius Ioannes Galeatius, qui principatum vrbis anno poſt C. N. MCCCCX. VI. Id Iunij cepit, annis ſex tenuit, liberosque reliquit filios tres, filias duas, vti annales Bononienses teſtantur. Ex ijs in imperio patri ſucceſsit Guidantonius: quo poſt C. N. MCCCCXLVI. anno XI. Cal. Iul. fatis apud Senenſia balnea erepto, frater Aſtor Fauentiæ, Thadeus Foricornelij poſſeſsionem ſortitus. Aſtor poſtea MCCCCLXVIII. anno. VI. Non. Maij de vita deceſsit, filijs Carolo, Galeotto, & Federico relictis. Carolus optimus princeps, & vſu, prudentia, fortitudine ſummus imperator fuit, ideoque magno in honore apud Italiæ regulos habitus: attamen cum annis XIIII. Fauentinis moderatè ac ſapienter imperitaſſet, a fratre Galeotto indigniſsimè pulſus, Arimini reliqua ætate exulauit. Ita Galeottus deinde rerum eſt potitus, qui magnus quoq; dux, & ſummè litterarū diſciplinis eruditus, doctorum item hominum admirator amatorque fuit: & proinde magnam voluminum optimorum copiam collegit, quæ pretioſis deornata operimentis, mirificè habuit chara. Non minori exiſtimatione quàm frater apud Italiæ primores ob egregiam virtutem erat. Exitum nactus infœlicem: quippe a famulis in cubiculo cæſus per vxoris ſimulato morbo inſidias & conſpirationem, quò iniurias quaſdam vt aiebat, ab illo acceptas vlciſceretur. Filios reliquit ætatis adhuc puerilis duos, Aſtorem & Ioannem Euangeliſtam, vnum vt ferebant iuſtum, alterum minimè. Federicus tertius frater Epiſcopus Fauentinus ante hunc ſuæ gentis caſum interitumq́; fato iam conceſſerat. Poſt Galeotti cædem mirifico populi ſtudio in principatum Aſtor annorum XIII. puer collocatus eſt, tutela imperij Venetis commendata: qui cum hominē prudentem generoſq́; reipub. ſummè gnarum miſiſſent, illius moderatione tranquillis pacatisque rebus vſa eſt ciuitas, donec Alexander VI. Pontif. Max. Cæſare Borgia filio duce Fauentinos bello petijt, & poſt aliquot prælia cum iam omnis auxiliorum ſpes eſſet abſciſſa, mirificamque fidem & amorem erga Principem

ſuum

ſuum non modo viri,ſed etiam mulieres voluntate iuxta atque extremo conatu oſtendiſſent,ad deditionem compulit. Sic itaq; vrbs tum Cæſari Borgiæ his legibus vt ambo pueri cum libertate dimitterentur tradita eſt,cum ingenti totius populi luctu ac dolore,quòd Aſtore nobiliſsimo puero annorũ XV. & forma propemodum angelica prædito, cunctisq; ſimul in actionibus ſummæ indolis prudentiæque ſignis illuſtri priuaretur. Neque minori vultus decore ac gratia Ioannes Euangeliſta erat, nec Aſtori ingenij dotibus inferior: ſed ambo à Cæſare Borgia, ſpreta conditionum fide Romam ablegati, ibi ab Alexandro Pontif. in molem Hadriani concluſi, neque diu pòſt immani crudelitate perempti & in Tiberim abiecti ſunt. Perijt ita cum his pueris circa M D à C. N. annum illuſtris Manfredorum familia, quæ tot egregios & præſtantes viros dederat. Poſt Alexandri Pótif. mortẽ, Fauentini à Cæſare Borgia deficientes, Franciſcũ Galeotti nothũ filium,qui diu ſumma cũ miſeria ęger in noſocomio quod Mortis vocatur,Bononiæ decubuerat, in vrbem reduxere, & propter iucundiſsimã Aſtoris memoriã Aſtoris nomine appellatum ſalutauere Principem, caſtelli p̃ſidio nomen Borgiæ tuente. Is aliena ope nulla nixus, cum Veneti arce potiti eſſent, ad certas quaſdam conditiones cum ijs depactus eſt· vrbisque imperio liberè reſtituto Venetias abijt, vbi & extremum vitæ clauſit diem. Ita Veneti Fauentiam deinceps ad annum à C. N. M D I X. vſque poſſederunt· quo cæſis illorum legionibus ab Ludouicò XII. Galliarum rege in Glarea Abduæ,ad Pontificum ditionem tunc Iulio ſecundo ſedem tenente redijt. Ea deinceps in hunc vſque diem ciuitatis forma tranquillè ſtetit· quippe quia ciuium mira conſenſio, turbulentis etiam temporibus omnium animis ad pacem & quietem ſpectantibus, factiones tollere caput haud paſſa eſt. Vrbs vt diximus eſt perhoneſta, ſplendideq; ædificata. Magnifica inter opera ſummum templum & prætorium in foro habet. Populus frequens, admodum ſtudioſus reipublicæ. Maximus hîc figulorum excellentium numerus, qui tanta nunc arte in vaſis formandis coloribusque varijs depingendis pollent, vt Fauentina totius Italiæ primatum obtineant· quæ Plinium ſi hac ætate viueret,omnibus alijs ſua cenſura prælaturum, etiam Aretinis, haudquaquam ſanè dubitamus. Vberrimum ex his quæſtum artifices omnibus Italiæ locis faciunt, præcipueque Bononiæ· vbi vna tantùm die quotannis, pridie Aſcenſionis Diuæ virginis quæ, ſolennis ac feſta cumprimis eſt Bononienſibus, quidam horum artificum ad trecentos ſe aureos ex figlinis,alios L X. quoſdam X L. plus minúsue prout vaſa cuiuſque excelleant, corradere ipſe mihi confirmauit. Ingenia multa quorum ſummis virtutibus & illuſtri fama plurimùm eſt illuſtrata Fauentiam tuliſſe reperimus· nominatim Mengum ſummum philoſophum & medicum, qui in Logica Pauli Veneti commentaria ſcripſit· item Antonium quem nos cognouimus, optimum medicum & excellentem philoſophũ, qui Patauij Bononiæq; multis annis habuit ſcholam, & litterarum etiam monumenta quædam pererudita reliquit· Leonellum quoque Victorium, qui Bononiæ diu medicorum princeps fuit, vbi & exceſsit, in D. Dominici æde ſepultus. Viuit adhuc Benedictus Leonelli nepos, præſtantiſsimus item medicus, & maxima Italiæ parte notus, qui Bononiæ Patauijque diu medicinam ꝓfeſſus, & ob ſummas virtutes meritò ciuitate à Bononienſib⁹ eſt donatus. Multi præterea docti homines ex hac vrbe prodiere, quos niſi lõgiſsimè commemorare haud poſſem⁹. Sed & alijs maximisq; virtutibus exornatos Fauentia genuit·inter

quos

quos Mainardus Paganus vir & corporis forma præclarus, & militari laude illuſtris, qui huius vrbis Tribunatũ gerens, rem Forocorneliensiũ ditionis ſuæ fecit: item Bernardinus Fuſcus obſcuræ qdem originis, cæterùm magni vir cõſilij q[illegible] propter eo loco apud ſuos ciues fuit, vt præfecturam vrbis geſſerit: Vgolinus etia[m] Fantolinus & virtutib9 & moribus exornatus, qui Principatũ quoq; tenuit: quorũ omniũ in Purgatorio a mentionẽ facit Dantes. Oriũdi inſuper hinc fuere Scariottus & Martinus, egregij cohortium præfecti & armorũ vſu inclyti circa P[hi]lippi Vicecomitis Mediolanenſium Ducis tẽpora vt Blondus b perhibet. Magno quoq; decori ac ornamento natali huic ſuo ſolo fuit Matthæus Caſella propter ſummũ ingenium & in cõſilijs prudentiam: qui cum Alfonſo primo Ferrarienſi Duce & Hercule ſecundo eius filio diu vixit. Omittimus alios, quorũ certam notitiam haud habemus. Supra Fauentiã, vt ad intermiſſa loca recurramus, quarto lapide iuxta colles amœnos & optimi vini, olei, aliorũq; fructuũ fertiles, Oriolum apparet, Aureolus à ſcriptoribus appellatum, qp vt aliqui tradunt, quanq̃ mihi haud quaq̃ probentur, huius caſtelli incolæ aurũ nomine cenſus Eccleſiæ Rauennati pendere ſolerent. Infra Oriolum Marzanus torrens in Anemonem præcipitat, vetus alluens oppidum Modianam, priſcis tẽporibus Mutilum dictũ. Id Liuio diſcimus, quo loco c Pub. Aelium Conſ. in Gallia cum audiſſet à Boijs ante ſuum aduentum incurſiones in agros ſociorum factas, duabus legionibus ſub[i]tarijs tumultus eius cauſa ſcriptis, additisque ad eas quatuor cohortibus de e[x]ercitu ſuo, C. Appium præfectum ſocium hac tumultuaria manu per Vmbriam, quam Tribum Sappiniã vocant agrum Boiorum inuadere iuſsiſſe ſcribit: addens Appium fines hoſtium ingreſſum primò populationes ſatis proſperè ac[-] feciſſe, delecto deinde ad Caſtrum Mutilum ſatis idoneo loco, Gallorum improuiſo impetu circumuentũ. Alibi d etiã L. Furium Purpurionẽ Conſ. in Boios per Tribum, Sappiniam pfectum, ubi iuxta Caſtrũ Mutilum perueniſſet, veritum ne à Boijs intercluderetur, ait: ideoq; legiones retro qua venerat in Ligures via [tu]tutis & patentibus duxiſſe, ac ſe collegæ iunxiſſe. Oppidum hoc in ditione Fl[oren]tinorum nunc eſt: quondã in Comitum Guidonium fuit, quos tam in Hetruria, q̃ in Aemilia latum olim imperium habuiſſe prędiximus. Deinde ſupra Fauen[ti]am prope flumen Anemonem Vallis apparet Lamonis, vt nunc accolæ vocant, ab ipſo amne nominanda Anemonis. Sempronius tamen in Italiæ diuiſione ſua, à Lamonibus hanc appellationem profectam velle videtur, his verbis ſcribens: Flaminia à Bononia ad Rubiconẽ amnem, antea Felſina à Principe Hetruriæ, [...] colonijs Lamonibus: quem in locum etiam Annius ſcribit Lamones Hetruſcos maritimos Herculeos fuiſſe, argumentoq; adhuc eſſe in Flaminia vallem d[e] Lamone, & homines vt olim Turrheni qui huc migrauere, ad pyraticam aptos. Ego vallem hãc ab Anemone amne prorſus tenere nomen arbitror: vt tamen lectoribus eruditis cenſuram hîc ſuam minimè adimam. Vallis eſt perpulchra coloniſq; plena, cũ oppidulis aliquot & vicis non inhoneſtis. Exercitum in ea Oddonis, Bracij Montonij filij MCCCCXXIIII. poſt C.N. anno conciſum, ip[ſ]o etiam Duce perempto, Blondus e memoriæ prodidit. Ex Caſtellis quæ ipſa in valle ſunt haud ignobile vel illautum eſt Breſegella, multorum inſignium Ducum origine clarum: inter quos primus fuit Dionyſius Naldus, qui ſub Alfonſo altero, itemq; Ferrandino eius filio Neapolitanis regibus diu militiam exercuit, & poſtea ſub Venetis: quos grauiſsimis etiam reipublicæ temporibus nunq̃ deſeruit:

a Cant. 14.

b lib. 31. hiſt.

c lib. 31.

d lib. 33.

e lib. 22. hiſt.

proin-

proindeq; ob ſummæ fidei ac ingentiũ laborum memoriã inſigni ſtatua marmorea Venetijs in æde Diuorũ Ioannis & Pauli honeſtatus eſt. Vincentius etiam ex eadẽ gente diu ordines ſub Pontificibus duxit: poſt hos Carlinus Babonus, Galaſſus & Ioannes ex eadẽ quoq; domo, Venetorũ auſpicijs ſumma fide militarunt. Alios præterea duces egregios bellicoſa hæc gens dedit, qui Breſegellæ patriæ nomen & illuſtrarũt plurimùm, & etiamnũ decorant. Inſignẽ ea calamitatẽ ab copijs Iulij II. Pontif. quas Franciſcus Alidoſius Legatus Bononienſis Romanulæ domãdæ cauſa ducebat, anno poſt C. N. MDIX. accepit: direpta quippe eſt, oẽſque penè oppidani cõtra publicam fidẽ vincti. De cætero ſunt Rontana, Caſtilio, Gratariaq; oppida, Marate, Biſurcatũq; vici elegantes. Sub Apennino dein Criſpinũ, vbi q̃dam Abbatia magnis prærogatiuis ornata, cum Archimandrita, qui nũc perpetuus, at quondã de ſodalitate Vallis vmbroſæ D. Ioãnis Gualberti fuit. Rurſus infra viã Aemiliam & ſub Fauentia nobile oppidũ eſt Solariolum, Sigiſmundo Gonzagæ Diacono Cardinali à Leone X. Pontif. Max. condonatũ. Dein Aemilia procedenti, dextra q̃dam apparet foſſa latitudine pedũ denum, à Fauentia ſpatio trium millium producta, cũ mole ſeu propugnaculo iuxta caput: quod opus à Bononienſibus & Alberico Cuniate Comite ſocialis exercitus aduerſus Aſtorem Manfredũ Fauentiæ Principem Imperatore MCCCC. poſt C. N. anno factum Bernardinus Corius in Mediolanenſi hiſtoria, itemq; Bononienſium annales tradunt. Deſcenſu tum ad infima huius ſitus loca, Senij fluminis inuenitur oſtium: qui annis ex Apennino paſs. M. quinis ab Alpibus iuxta Tortum, ita locum ibi accolæ vocant, oriens, viam Aemiliam interſecat, & in Paduſam paludẽ defluit vbi ſylua Lucina eſt, & Fuſinianũ Calcagninorum Comitum ex Ferraria caſtellum, à Duce Borſo quondã illis conceſſum, & noſtra memoria Ioanni Saxatello, poſteaq; Guidoni Vaino Forocornelieñſibus donatũ. Ad dextram Senij amnis exiguum at pernobile oppidum iacet Cotignola, mœnibus firmiſsimis & alta foſſa cinctum. Id Foroliuienſes & Fauentini MCCLXXVI. à C. N. anno Tiberiacum obſidione tenentes, in obſeſſorum cõtumeliam detrimẽtumq;, & ad agri Fauentini tutelam condidere, ſicuti Foroliuienſium annales perhibent: etſi quidam noſtræ memoriæ ſcriptor in Sfortiæ vita, vetus caſtrũ Flaminiæ vocet, cum nouum eſſe conſtet. Muris ſeptum eſt anno poſt C. N. MCCCLXXI. à Ioanne Aucutho præfecto & Confalonerio Eccleſiæ Rom. cui vnà cum Baniolo Gregorij XI. Pontif. donatione conceſſum erat, vti Corius in Mediolanenſi hiſtoria ſcripſit. Homines illuſtres permultos edidit, qui non ſolum huius ſui natalis ſoli nomen, ſed vniuerſæ omnino Romanulæ mirum in modum nobilitarunt. Primus ex ijs Sfortia fuit, Attendolus poſtea dictus, inclytę Sfortiarum gẽtis auctor. Nomen illi antè vernaculum erat Iacomuzzus: ideoq; ruſticanorum hominum more duabus ſyllabis prioribus omiſsis, Muzzus inter ſuos appellabatur. Hinc nõnulli gratiam apud Sfortias venati, originem eorum ad Mutium Scæuolam retulere: vel ignorantia veri nominis perperam Muzzum pro Mutio prolatum, omninoque Mutium fuiſſe dictum contendêre. Sed hi monumenta Petri M. Caranti hominis docti Cotignolani, & rerum patriæ vti aut à maioribus acceperat, aut ipſe cognouerat ſcriptoris, non viderunt. Muzzus igitur ligone terram ſubigens, cum à popularibus aliquot ad militiam incitaretur; hoc omine ſe venturum vnà recepit, ſi ligo in arborem proiectus, illa hæreret: quod cum mox eueniſſet, ſimul ad bellum eſt profectus, vt Petrus M. Carantus

alijq;

alijq́; multi auctores tradunt· quanquam ad gratiam Sfortiarũ alij diuersè pro-diderint. Prima in caſtris Alberici Cuniatis militiæ rudimenta poſuit: ibi Sfortiæ nomen eſt adeptus ob feruidi ingenij impetum, quòd inter com-nes ferocior, & omnibus in rebus violentus videretur· nam Sfortia vox violentum exprimit. Poſterioribus deinde temporibus tantum in re milita-buit proceſſum, vt multorum exercituum Imperator cum à Regina Ioanna Re-busq́; Neapolitanis, tum à Pontificibus Max. alijsq́; Principibus crearetur. C-falonerius etiam Eccleſiæ Romanæ & Comes Cotignolanus à Ioanne XX Pontif. dictus eſt, ipſumq́; oppidum pro ſtipendijs tulit XIIII. Mill. aureo-nummûm, quæ illi Eccleſia debebat. Perijt in Aterno amne poſt C. N. MCCC-XXIIII. anno, ætatis ſuæ LIIII. vt Simoneta Coriusq́; ſcribunt. Filios reliquit Franciſcum, Alexandrum, Ioannem, Leonem; Boſium, & Fuſcinum, omnes-mios duces. Præcipuè verò Franciſcus excelluit, qui Mediolani Principa-induſtria ſibi comparauit ſua, nec vlli cuiquam ex veteribus aut Perſis, aut Græ-cis, aut Romanis ſummis Imperatoribus inferior eſt habitus. Eius & res g-multos mole ſua ſcriptotes defatigarunt, veluti Ioannem Simonetam, Bern-num Corium, Franciſcum Philelphum, Sabellicum, aliosq́; plurimos, & a-in Mediolano longiori ſermone perſtringentur. Alexander eius frater eg-item belli Dux Piſauri Dominatum nactus eſt, Boſius Sancti Floris oppidi. Franciſco Mediolanenſium Duce Galeatius Maria, qui in principatu pa-ceſsit, Sfortia Dux Barij, Ludouicus Maria, Philippus, Aſcanius qui Car-fuit, & Octauianus filij nati ſunt· ex Alexandro Piſauri, Conſtantius. Is no-filios habuit duos, Ioannem & Galeatium· è quibus Ioannes Conſtantium-dum, qui impubes obijt. Galeatij Mariæ Ioannes Galeatius in principatu ſ-ceſſor fuit, à quo Franciſcus genitus: à Ludouico Maria qui poſteà Mediol-imperio potitus eſt, Maximilianus & Franciſcus ſecundus Duces procreati· quibus Sfortiarum gens intercidit, nempe ſi iuſtorum liberorum progeniem-ĉtemus. Ex nothis fuit Alexander Sfortia cum alijs & Octauiano item, Galea-Mariæ Ducis liberi. De Ludouico Duce Ioannes Paulus progenitus, qui quoq; filium habuit. Boſius filios aliquot ſuſcepit à quibus Boſius ſecũdus o-qui ex Conſtantia Pauli III. Pontif. filia liberos progenuit, quorũ pri-us do Aſcanius Eccleſiæ Rom. Cardinalis, & eximia ſpe propter egregias do-Domus hæc præclara tantę fœlicitatis fuit, vt plurimos exercituum Imperat-ſummos, Comites, Marchiones, Duces, Reginas, vnamq́; Imperatricẽ, item-copos, Archiepiſcopos & Cardinales habuerit· neq; non maximam her-mirationem moueat, intra centum annorum curriculum ex ea tot Principes-peratoresq́; prodijſſe cogitanti. Verumenimuero cucurbitæ fœtus, qui citi-creſcit, ac item ociſsimè deficit exemplo, quemadmodum mirabili proceſſ-orta eſt, ita repentina etiam inclinatione concidit. Alios præterea viros ill-Cotignola multos edidit· in cæteris Bertutium, Laurentium, Corradum, T-num, Robertum, Firmanum, & Sforzinum cum Sancto Parente, omnes-Duces· itemq́; Michelottum Attendolum cum Raymundo filio· de qui-Blondi, Platinæ, Sabellici, Simonetæ, Corijq́; monumentis abundè legitur. Se-præter militari gloria celebres homines, etiam ingenia maxima multaq́; hoc-pidũ tulit· quorũ è numero Raynaldus Gratianus, ſummæ vir doctrinæ, ſo-tis minorũ Generalis miniſter, & poſtea Raguſienſis Archiepiſcopus. Imperiu-

oppidi diu Mediolani reguli tenuere, deindeq; Pontifices Max. at nunc in Herculis II. Ferrarienſium Ducis poteſtate eſt. Secundo abhinc lapide, caſtellum iacet perhoneſtum, & omnibus rebus ad vitam abundans, Lucus. Aedificia ſplendida habet, quanquam muro foſſáue ſeptum minimè ſit. Nomen à Luco Dianæ quod hic olim fuerit, aliqui putarunt ortum: nonnulli alia quædam ſomnia ſua de loci primordio tradunt, quæ nobis equidem operæpretium haud eſt viſum referre, ꝙ colorem quoq; ſolidæ rationis habeant nullum. Itaq; iam vnà cum Blondo nouũ hoc oppidum iudicamus: idq; vt exiſtimemus, antiqua conditio loci vbi poſitum eſt, facit, qui olim aquis & paludibus iteq̃; ſyluis totus occupabatur: nẽpe ob regionis depreſsiorem ſitum aquis ex Apennino delapſis hîc tanq̃ in lacuna ſtagnantibus, priuſquam egeſtis foſsis exiccari cœperũt: vnde profectò conſequitur nec habitari hæc potuiſſe antiquitus. Et q̃dem in paludibus hîc olim horridas fuiſſe ſyluas, etiã ipſum caſtelli nomẽ indicat: Lucum eñ rectè vocari debere, quod ſyluam quoq; Latinis ſignificat, dubitari haud oportet, cum id Eccleſiæ Rauẽnatis peruetuſtæ doceant tabulæ, in quibus apertè Lucus nominatur, vti mihi Ioannes Petrus Ferrettus affirmauit, qui Vicarium agens Archiepiſcopi Rauennatis, eas in manibus habuit. Sed & appellatio circumiectorũ adhuc locorum, quę ſylua Lugi pro Luci vocitãtur, qua de ſupra diximus, inſigni inſuper ad id argumẽto eſt. Imperium Luci diu quondam tenuere Bononienſes, deinde Põtifices Max. poſtremoq; Ferrariæ reguli. Iulius II. Pontif. cum ad eius ditionem perueniſſet, ob amplitudinem populiq; frequẽtiam & ædificiorum ſplendorem è caſtello ciuitatem efficere cogitauit: cæterùm maioribus curis impeditus, cõſilium non potuit exequi. Agrum habet perbonum, & magna frumenti copia, rubiæq; ac vini quanquam tenuis, vberem. Illuſtrauit locum ortu Vincentius Archerius ex prædicatorum familia monachus doctus, & hebraicis, græcis, latinisq; litteris eruditus, itemq; ſummus theologus, vti ſcriptis editis probauit. Obijt anno poſt C. N. M D X L. ipſa in patria. Eandem nunc Lanfrancus Cipſius iuris conſultiſsimus ſummeq; reipub. adminiſtrandæ gnarus nobilitat, qui res Herculis Ferrarienſiũ Ducis ſingulari cum prudentia ac integritate moderatur. Nõ procul à Luco Zagonaria ſuccedit, inclyta Florẽtini exercitus ſtrage ab Angelo Pergulano copiarum Philippi Mariæ Vicecomitis, Mediolani Ducis Imperatore edita: qua magnus virorum numerus cecidit, maiorq; captus vnà cum Carolo Malateſta Duce, ſicuti & Blondus [a] Sabellicusq; [b] & Platina [c] perſcripſerunt. Duobus abhinc P. M. in Senij ripa locus apparet vbi quondam caſtellum extitit Cunium, illuſtri fama rerum geſtarum Alberici Cuniatis celeberrimi Ducis nobile: qui à Britonibus in Italiam Gregorij XI. Pontif. tempore deductis puer captus, tantum in re militari progreſſum habuit, vt pòſt à Barnaba Vicecomite Mediolani regulo exercitus Imperator aduerſus ipſos Britones crearetur, & fortiſsimè dimicans multas ſpectabileſq; de ijs victorias referret. Semel cum malè eſſet pugnatum, & in hoſtium poteſtatẽ deueniſſet, quot pondo ipſe erat, tantum argenti pro eo Barnabas pependit. Hac ratione liberatus, Barnaba dein à Ioanne Galeatio nepote carceribus incluſo, præ dolore furens, om̃ino nõ quieſcere decreuit, donec à barbaris Italiam prorſus expurgaret. Cõtracto ſic agmine armatorũ ſupra XII. mill. (ſocietas ea D. Gregorij dicta) ſolenni ſacramẽto de barbaris vno conſenſu perſequendis omnes deuinxit. Eam ad rem cõficiendam quò maiores exercitui ſpiritus, maiorẽ animum adderet, totius hominis ferro armãdi rationem excogitauit,

a. lib. 22. hiſt.
b. lib. 1. Enn. 10.
c. in vita Martini V. Pontif.

cum antea partim ferro,partim lorica nexili, partim etiam corio cocto munir[illegible] leret.Itaq; thoraces,manicas,tibialia,& id genus alia armorũ genera cum ex ferro,tum ex chalybe fabricari curauit.Socios huius belli habuit Braciũ Montoniũ, item Sfortiam,& Laurentiũ Attendolum Cotignolanos,cum Brandulino Forõliuienſe,qui ſuprà memoratos ad eum deduxerat· habuit quoq; Paulum Vrſ[illegible] Moſtardam Foroliuienſem,Tartaliam Lauellinũ,& Thomaſinũ Cribelliũ M[illegible]diolanenſem,qui deinde ſummi & excellentes militiæ duces oẽs euaſere.Cum his itaq; fortiſsimis viris & Italorum militũ agmine quod diximus, hoſtes aggreſſ[illegible] numero fermè ad XL.mill.armatorũ,tanta virtute ac induſtria rem geſsit,vt tandẽ ex Italia planè pellerentur· ſimulq́; tantũ barbaris inijceret terrorẽ, ne præter Italos quiſq̃ armatus auderet incedere: breuiter Italiã quę Britonibus ad prędã[illegible] rapinam diu fuerat expoſita,prorſus ab eo hominũ genere liberauit.Ita pu[illegible] hoc præſtantiſsimo duce barbaris,tanto in pretio ac exiſtimatiõe diſciplina [illegible]litaris Italorũ eſſe cœpit,vt abſq, noſtris hominibus barbari ſe bella gerere haud poſſe arbitrarentur: quod in Carolo Burgundiæ Duce cõpertum fuit,plurimis maximis ab eo bellis equitũ Italorum amplius MCC. peditũ bis mille opera ſu[illegible] Comitis Colæ Campobaſsij Neapolitani,item Comitum Sanmartinorũ ex Sabaudia,Petriq; Lignaniani & aliorũ præfectura cõfectis. Ad idem quoq; docu[illegible]to fuit Ludouicus XI. Francorũ Rex,auxilijs à Franciſco Sfortia primo, Mediolani Duce petitis· à quo Galeatius filius cum multis cohortibus ad regẽ iuit. Albericus itaq; Cunias Italiam & à barbaris in libertatẽ vindicauit,& apud oẽs Europę nationes in ſummũ auctoritatis ac honoris collocauit gradũ· in quo ſup[illegible]tibus etiã illis egregijs ducibus,quos Alberici diſciplina diximus imbutos,perſeuerauit. At poſtq̃ ijs veris Italicæ libertatis amatoribus fato interceptis, in I[illegible] Principes auaritia,ſuperbia, ambitio, ac inuidia immigrauit, noſtra memo[illegible] quod abſq; vehementi equidem dolore animi exarare haud queo, rurſum miſera hæc terra furibundos incurſus ac truculentas direptiones immanesq́; cædes barbarorũ ita eſt paſsa, nullum vt eius angulũ annis quinquaginta ſuperioribus dira rabies, efferaq́; crudelitas, & ſanguinarius mucro Francorũ Hiſpanorũq́ & Heluetiorum, & Vaſconũ, & Alemannorum, & Epirotarũ, & Corſorum, aliarumq́; gentiũ barbararũ nõ peruaſerit, queadmodum in noſtris Ephimeridibus latinis abunde cõmemoramus. Itaq; nunc in eũ ſtatum deducta eſt, vt non modo auxilia cuiq̃ mittere poſsit· ſed etiã ne ſuę q̃dem defenſioni ac tutelę ipſa ſufficiat. Antea verò quàm illæ inciderent calamitates, tantæ potentiæ tantarumq́; virium erat, vt exercitũ equitum XXV. millium, peditũ ferè C. mill. cõflare, tormẽtisq; opportunis inſtructũ in alias orbis partes emittere poſſet. Quod ne videatur à [illegible]bis abſq; certa ratione ſcribi, ſigillatim oportere doceri arbitramur. Ferrandu[illegible] primus Arragonius Neapolis Rex intellecto ingenti apparatu belli cõtra ſe Caroli octaui Frãciæ regis, exercitum cõſcripſit equitũ grauis armaturæ mille quingentorum, leuis, duorũ millium, peditũ XII. milliũ. Iulius II. Pontif. equites tum cataphractos ſeptingentos, leuis armaturæ CCCXL. pedites V. mill. quingẽtos collegit, bello item cõtra Gallum occupãdæ Ferrariæ, Bononiæq́; recipiẽdæ cauſa ſuſcepto. Ludouicus Sfortia Mediolani Dux vt Corius auctor eſt, cõtra Ludouicũ XII. Franciæ regẽ lancearios equites bis mille, totidẽ leuis armaturæ, pedites XIIII. mill. contraxit. Veneti tũ in expeditione cõtra eundẽ regem vt Marius Aeq̃cola Cõmentarijs hiſtoriæ Mãtuanæ ſcribit, in Glareã Abduæ cataphractos equi-

equites mille quingentos, armaturæ leuis bis mille, pedites XXV. millia duxerunt. Alij dicunt equites armaturæ grauis bis mille quingentos viginti quinq;, ſub præfecturis cohortibusq; deſcriptis omnibus, quanq̃ ſeptingentos in oppida præſidiorum cauſa diſtributos addant· item equites armaturæ leuis quinq; millia ſexcentos, pedites XII. millia octingentos in caſtris, præter eos qui in præſidijs locati oppidorum, quibus additis numerus redibat millium XV. & L. Florentini inter eas turbas pro tēporum ratione cataphractis equitibus octingētis, armaturæ leuis mille, peditibus quot rei neceſsitas poſtulare videretur, ſtipendiū numerabāt. Quinetiam facilius virium Italiæ ratio iniri poterit, ſi illam ad primi belli Ferrarienſis tempus adhibeamus, quū Italiæ principatus in duas partes diuiſi erāt, vti Corius in hiſtorijs demonſtrat hoc modo. Fœdere inter Sixtū IIII. Pontif. Ferrandum regem Neapolis, Ioannem Galeatium Sfortiam Mediolani Ducem, Florentinos, Herculem Ateſtinū Ferrariæ Ducem, & Mantuanum Marchionem Bononienſesq; inito aduerſus Venetos, formula equitum cataphractorum per cohortes & præfecturas ſingulas facta eſt, qua Venetos equites armaturæ grauis bis mille ducentos decem ſeptem fuiſſe apparuit, vnà cōputatis Fregoſis & Rubrijs· ſocialis autem exercitus armaturæ item grauis quatuor millia quadringentos vnumque & ſeptuaginta. De peditum numero dubium non eſt quin ante clades turbulentaque tempora, eorum ad centena millia colligi potuerint & extra Italiam duci, remanentibus etiam tum ſatis idoneis ad regionis tutelam præſidijs: quod equidē difficile haud foret oſtendere, niſi & tœdiū verboſitate me lectori facturum vererer, & homines intelligentes eam rationem per ſe haud difficulter poſſe ſubducere exiſtimarem. Ad Albericum Comitem igitur poſtquàm lōgiore ſumus diuerticulo egreſsi, tādem reuertamur. Totam illi Italiam vti præclaro libertatis ſuæ vindici, plurimùm herclè debere cenſemus· quanquam eadem pòſt ab indignis alumnis ſuis iterum in ſeruitutem maiori ex parte retracta ſit. Magnus deinde regni Conneſtablius à Ladiſlao rege creatus, multa fortiter & egregiè geſsit, quibus hiſtoriæ Blondi, Sabellici, Platinæ, aliorumq; ſcriptorū ſunt cōfertæ. Caſtellum Cunium in poteſtate fuiſſe Bononienſium, & ab iiſdem euerſum anno poſt C. N. MCCXXVII. legitur. Inſtauratū deinde Comitis Alberici temporibus nec parum auctum, poſt eum denuo exciſum, planeq; deletum eſt, vt nūc vix ipſum prodant locum veſtigia: ſolùm enim foſſæ qua cingebatur, ſigna q̃dam hìc adhuc apparēt cū templo, p̄ter aliquot paſsim tecta modica recēter excitata. Nos cum hàc iter ageremus, loco diligenter & curioſè colluſtrando in memoriā redibamus præſtantiſsimi illius Ducis, qui in lucē hìc erat editus· neq; non acerbiſsimo animi ſenſu ac dolorē temporum iniuriā ferebamus, qua liberatoris Italiæ patria, ſpreto eius memoriæ honore nunc omnino deſolata, exciſa, deletaq; iacet. Alios etiam præclaros homines Cunium edidit, quorū in p̄ſentia non recordamur. Florētinos anno poſt C. N. MCCCXCVI. propugnaculū ędificaſſe iuxta Cuniū, & Caſtellum Florentinum dixiſſe, Bononienſium annales perhibent. Nō procul hinc veſtigia ſunt honeſti quondam oppidi Barbiani, quod Cuniates Comites poſsidebant, Ioannes XXIIII· Pontif. Max. anno à C. N. MCCCCX. excidit. Nobilitatum maximè cognouimus ortu Ioannis copiarum Galeatij Vicecomitis primi Mediolanenſium Ducis vt Corius tradit, præfecti, itemq; Bononienſium exercitus ductoris, vti illorum perhibent annales, Tulit quoque Comitem Landum, Manfredum, & Ludouicum omnes eximios viros, & ſummè armorum

gnaros. Tractus hîc omnis circa Cunium Barbianumq́; deleta oppida, pera[illegible] nus eſt ager & frumenti fertilis, itemq́; vini, rubiæ, ac aliarum frugum. De [illegible] viam Aemiliam recurrenti Pons D. Proculi eam iungens amni impoſitus [illegible] cernitur, ad quem Bononienſes anno poſt. C. N. MCCLXXV. à Fauen[illegible] Lambertatiorum qui Bononia tum exulabant, & Foroliuienſium au[illegible] tis, acie bis victi. Superato ponte dextra fluminis ipſa mox Aemilia in via Ca[illegible] lum Bononienſe occurrit, perpulchrum lautumq́; ac opulentum, & omnibu[illegible] re bus ad humanæ vitæ neceſsitatem opportunis abundãs, anno poſt C. N. MCC[illegible] LXXXVIII. à Bononienſibus cõditum, vt Hieronymus Albertuti[illegible] ſeu Borſ[illegible] lius ex prædicatorum ſodalitate monachus in ſuis Chronicis, alijq́ue a[illegible]nal[illegible] quoque Bononienſium ſcriptores prodiderunt. Aedificandi occaſionẽ trad[illegible] huiuſmodi. Bononienſium legati ad Pontificem Adrianum VI. Petrutius Pretus & Bartolomæus Salicetus ſummi Iureconſulti Romam euntes, quum hoc [illegible] co, qui tum ſyluoſis horrebat ſaltibus, incurſu latronum expoliati fuiſſent, a[illegible] C. N. MCCCLXXXVI. Bononienſes legatorum iniuriam bello vlturi, a[illegible]men ad quoddam agri Fauentini propugnaculum huic vicinum loco admo[illegible] quod vt Fauentinis eſt nuntiatum, opibus & potentia Bononiẽſium territi [illegible] gandi ſui cauſa legatos mittũt, qui id facinus ad ſe nulla parte pertinere dicerent, quippe quoniam intra ſuos fines haud accidiſſet. Iam ſimilis erat Foroc[illegible] enſium excuſatio: quapropter vtrorumq́ue defenſione accepta, Bononi[illegible] caſtello hîc ad itineris tutelam ædificando conſilium cepere, Fauentinis i[illegible] Forocornelienſibus ad id tantum agri modum ex ſuis finibus, quantum arcu [illegible] lido ſagitta excuſſa poſſet emetiri, concedentibus. Ita repente fabri magno nu[illegible] ro conquiſiti, oppidumq́; hoc ociſsimè excitatum, quod conditores à ſe[illegible] lum Bononienſe denominarunt. Id auctoribus ſuis perpetuò mirificam p[illegible] ſtitit fidem: quanquam principum quorũdam iniurijs, præcipueq́; à Cæſ[illegible]re [illegible] gia Pontificis Alexandri VI. filio vehementer in hac ſumma erga Bono[illegible] fidelitate conturbatum ſæpe fuerit. Conatus eſt eam planè delere Borgia [illegible] propter & initio nomen vetus induxit, Villæ Cæſarinæ repoſito, pœnaq[illegible] ui ſancita, ne ſecus appellaretur: & pòſt ſimul oppidi mœnia foſſamq́ue [illegible] planauit, ſimul expulſis colonis, locum ita deſolatum militibus vltro c[illegible] commeantibus pro diuerſorio ſolùm eſſe iuſsit. Verumenimuero non diu [illegible] eius decreta vixere: fatis enim erepto patre Alexandro Pontif. coloni veteres ſta tim ad ſua reuerſi, foſsis denuo egeſtis, refectoq́; muro, breui ſe contra [illegible] iniurias opportunè muniuerunt: qua re perfecta, mox ſumma omnium vol[illegible] te ad Bononienſes reditum: à quibus etiam in poteſtatem libentiſsimè rec[illegible] Sic itaque nunc rurſus illorum ditione oppidum hoc tranquillè fruitur [illegible] quam arx inſignis, quam maiori ex parte Borgia deiecerat, refecta ſit nu[illegible] Agrum frumento, vino, glaſto, alijsq́ue frugibus abundantiſsimum habet, & [illegible] gnis multisq́; ex conceſsione Bononienſium immunitatibus ornatum, vt[illegible] rum eſt quò ad mercatum negotiatores Romanulæ Lombardiæq́; confl[illegible] Surſum hinc ad Apenninum Suſenania cernitur, Maghinardi patria, qui [illegible] tiæ Ceſenæq́ue & Fori Cornelij dominatum titulo tamen Capitanei tenuit [illegible] ſepulcrum in D. Dominici æde apud Forocornelienſes habet. Ipſo in Apennino Palatiolum eſt, quondam ditionis Vbaldinorum. Infrà rurſum in Padu[illegible] palude caput amnis Santerni, qui à Plinio Vatrenus appellatur, & prius Padum [illegible]

g[illegible]

gebat in oſtium eius influens Erydanum antea dictũ,& ab alijs Spireticum,ab vr-
be qua de poſteà dicemus Spira, quæ iuxtà fuit vt inquit Plinius [a]. Nunc oſtium *a.lib. 3.*
hoc Padi Primarium vocatur: porro Vatrenus adeo poſt ætatem Plinij curſum *cap. 15.*
immutauit,vt hoc tempore quingentis à Foſſa Ziliola paſs.in Padum cadat,oſtio
XX.fere millibus ab illo veteri,diſiuncto.Naſcitur Vatrenus Apennino in ſylua
Rodigina,longa P.mill.X.perq́; Forocornelienſem agrum deſcendens, Aemili-
am viam interſecat duobus à Luco milliaribus. Secundũ eius ripam pulchra la-
taq́; via ſternitur in longum ferè P. M. X. producta,quam à Nicolao III. Ateſti-
no Ferrariæ Marchione inceptam,Marchio Leonellus filius perfecit. Ad dextrã
oſtij Vatreni in Padi ripa turris iacet rotunda,Baſtiam vocant,ab eodem illo quẽ
ſuprà nominauimus Marchione Nicolao ædificata. Nobilis eſt bellorum anni
poſt C. N. MDXI. & ſequentis cladibus,quum Iulij II. Pontif. Max. rem Ferra-
rienſem ditionis ſuæ facere cupientis auſpicijs,Petri Nauarræ peditum Ferdinan-
di regis Arragoniæ præfecti opera virtuteq́; occupata, intra diem quintumdeci-
mum ab Alfonſo Ferrariæ Duce præſidio omni cæſo,ſed nec præter cohortium il
lius inſignem ſtragem, ac ipſo quoque vulnerato,recepta eſt, ac deinceps conſer-
uata ſalutem rebus illius peperit.Sequitur in ipſa rurſus Aemilia via,Santerni de-
xtro latere ciuitas Imola,Forum Cornelij dicta veteribus,nempe Straboni [b], Pli- *b.lib. 5.*
nio in octaua regione, ac Procopio [c], itemq́; Ptolemæo, à quo in Togata Gallia *c.lib. 2. de*
ponitur. Meminit eius etiam M. Cicero in Epiſtolis ad Caſsium his verbis [d]: Erat *bell. Goth.* *d.lib. 12.*
autem Claternæ noſter Hircius, ad Forumcornelij Cæſar, vterq; cum firmiſsimo *Epiſt. fam.*
exercitu. Enimuero quòd hunc locum ita Iodocus Aſcenſius enarrat: Hircius no
ſter. ſ. Conſul, erat Claternæ,id eſt,in oppidulo cui Imolæ nunc nomen eſſe pu-
tant· Cæſar, id eſt Octauius, erat ad Forum Cornelij: mehercle nimis euidenter
oſtendit nullam ſe planè cognitionem huius habere ſitus: quippe oppida erant
duo,Claterna,& Forumcornelij quod Imola poſtea dictum, vti in ſequentibus
apparebit: neq; Imolam vlla vnquam ætas Claternam appellauit. Forum Corne-
lij etiam Antoninus in Itinerario commemorat. Aedificatum id quidam à Tro-
ianis dixere poſt exciſum Ilium· ſed auctorem à quo perſcriptum hoc ſit,non no-
minant. Ego à Romanis conditum cenſeo, nomenq; à Cornelio aliquo accepiſ-
ſe,quem huc ad ius reddendum habendumq́; forum Senatus miſerit. Imolæ no-
men vnde poſtea ſit natum Blondus [e] in hiſtorijs docet hac ſententia. Clephis Lõ- *e.lib. 8.*
gobardorum rex Alboini ſucceſſor, vbi Forumcornelij fuerat ab Antiocho Nar
ſetis præfecto ſubuerſum, Imolam fecit, ſic tum primò dictam ab arcis nomine,
quam eminentiori & vnico in tumulo Forumcornelij ciuitas habuiſſet. Fuit au-
tem Imolæ ædificationis cauſa,quòd præſidio impoſito Fauentinos Foroliuien-
ſesq́; & ipſos Rauennates,qui nomen Romanum & Imperatoris Aug. ſequeban-
tur,inde rex agitari voluit. Nonnulli regem hunc Dafrit appellant,ſed plures Cle
phin, inter quos Blondus, itẽq́; Pomponius [f] Lætus,qui poſt Alboinum Lon- *f.lib. 2.*
gobardos regem ſibi conſtituiſſe hominem crudelem Clephin aut Ceſen,ait. *Ceſ.*
Poſt hanc ædificationem alia Imolæ mentio reperta mihi non eſt· niſi quod pul-
ſis Italia Longobardis in Bononienſium poteſtatem ac ditionem venerit, vti in
hiſtorijs Bononiæ perſcriptum legitur. Sæpe verò ſub illorum imperio variauit·
& cum MCCLXXII. à C. N. anno Petrus Paganus inimicis eiectis domina-
tum vrbis occupaſſet, inſequenti anno viciſsim à Bononienſibus eſt pulſus, vt ita

vrbs in illorum deinceps poteſtate relinqueretur, vſq; ad partium Lambert
& Geremeiorum apud Bononienſes exortũ. Sed & Friderico quoq; ſecũdo
lani aliquo tempore, breui tamen, adhæſere, cum à Bononienſibus defecerãt,
doſio Mainardi Pagani ope Principatum occupante, anno nimirum poſt C.
a.Cant.15. MCCXCII. ſicut etiam Landinus in Dantis a Paradiſo ſcribit. Sic itaq; Foroc
nelienſibus exin Alidoſius eiusq; poſteri vſq; ad Ludouici vltimi ex Alidoſia
te captiuitatem, quanquam non ſtabili poteſtate imperitarunt: etenim & contu
ſæpius aliquando etiam planè pulſi, dominatum recepere. Vicarios ex ijs Imo
MCCCLII. poſt C. N. anno Maſsilienſis Abbas à Clemente VI. Pontif. Ma
Italiam miſſus, Lippum & Alidoſium conſtituit: quibus ſucceſsit Azo, eques
pellatus à Cometio Albornitio Bononię, propter virtutẽ in prælio Raphaelis P
cipis oſtenſam anno poſt C.N. MCCCLXI. cum Barnaba Vicecomite ſingulare.
Demum ad imperium peruenit anno à C. N. MCCCXCIX. Ludouicu q
MCCCCV. Balthaſar Coſſa Cardinalis, Eccleſiæ Legatus primò expulit, dein-
de verò reſtituit addita etiam egregia militum præfectura. Manſit igitur in do-
minatu poſt vſq; ad MCCCCXXIIII. à C.N. annum quo ab Angelo Pergolano
Siccoque Montanianenſe, Philippi Ducis Mediolanenſium legatis vnà c B
tramo nepote captus eſt: quam rem vti memorabilem ex Blondo commem
b.lib.21. hiſt. rare libuit. Is in b hanc ferè ſententiam ſcribit. Angelus Siccusq; Philippi Du-
ces, Foriliuij arcem obſidentes, in qua tum Lucretia erat Ludouici filia, quę con-
iux Georgij Ordelaphi Foroliuienſium tyranni fuerat, & ex eo Theobaldum
lium ſuſceptum patri Ludouico vt apud eum educaretur Imolam miſerat,
forte accepiſſent Ludouicum derelictam pene à præſidijs arcem habere, milit
qui apud Ludouicum fuerat vſi indicio, fortunam tentare conſtituunt. Per
mis frigidiſsimum ſidus aquas in altam glaciem concreuerat gelu. Siccus
ſtituta nocte ſilentio cum paucis ad arcem ducit Angelus ſubſequitur: dep
henſis vigilibus arce potiti primi, cæteros introducunt: Angelus diſpoſitis
cum vrbem ſtationibus ne quiſquam emigraret, Ludouicum ad ſe vocari in
iubet. Ita captum mox ad Philippum mittit, à quo famoſum in carcerem M
etianum coniectus eſt. Ea Ludouici fortuna fuit: quanquam ſolutus
vinculis habitum Franciſcanorum ceperit, vitamq; reliquam ſanctè ac relig
egerit. Ferunt pridie quam in poteſtatem Angeli veniret, inter cœnam a
gi iudicium quod de ſe vix bimulo pater fieri curauerat, à Beltrando Alidoſio
pote ſibi accuratè legi iuſsiſſe, ſimulque collaudaſſe aſtrologum, quòd qu
excidij rerum ſuarum fatalem fore diem prædixerat, cum ad eam qua nunc
ſet ætatem perueniſſet, eo haud quicquam fefelliſſet: etenim illa ipſa die Lucre-
tiam filiam in arce Foroliuienſi obſideri cœptam eoque nunc ſe fato verè
functum. Sed tamen hoc errore ſecurus atque negligens, ipſa inſequenti no
cte vti diximus in hoſtium poteſtatem venit. Sic in Ludouico Principatus
doſiæ gentis Imolanus, quem illa licet varium ſæpe ac turbulentum diu ten
rat, planè extinctus eſt, & ad Philippum Ducem peruenit à quo poſtea Mar-
c.lib.23. hiſt. tino V. Pontificatum gerente, Eccleſiæ condonatus vt Blondus c ſcribit &
& cum anno à C. N. MCCCCXXXVIII. ſub Eugenio quarto Pontif. per
defectionem iterum ad Philippum fuiſſet delatus, anno inſequenti Guido-
ni Antonio Manfredo Fauentinorum Domino conceſſus eſt, vt Bononien-

ſium

ſium annales perhibent. Guidone Antonio dein M. CCCCXLVI. poſt
C. N. anno fatis intercepto, Thadæus filius in Imolano dominatu ſucceſsit· quo
contra Guidatium filium dimicante, MCCCCLXXII. à C. N. anno, Galea-
tius Sfortia Franciſci Mediolani Ducis F. cum exercitu ſuperuenit: cui quia reſi-
ſtere ſe non poſſe intelligebat, his conditionibus vrbem ceſsit, vt Caſtellum
Nouum Alexandriæ viciſsim ferret. Galeatius Imola potitus, eam in do-
tem dedit Catharinæ filiæ ſuæ nothæ, Comiti Hieronymo Riario, Sixti IIII.
Pontif. Max. nepoti deſponſatæ· à quo tam egregiè mox inſtaurata eſt & ex-
ornata ædificijs, vt vrbs pulcherrima Romanulæ totius cenſeretur. Poſt eius
deinde ſceleratam indignamque apud Forumliuij cædem, Octauianus filius ſub
Catharinæ matris tutela tam diu principatum retinuit, donec à Cæſare Bor-
gia pelleretur. At Alexandro VI. Pontif. mortuo, ad Eccleſiam vrbis impe-
rium deuolutum eſt, Iulio II. Pontificatum tenente. Partes hoc tempore ena-
tæ Saxatellorum & Vainorum: his Guido, illis Ioannes Princeps erat: qua-
rum dimicationes vrbem miſerrimè afflixere, maximiſque cædibus direptio-
nibus, ac incendijs multorum nobilium ædificiorum fœdiſsimè lacerarunt.
Situ eſt Imola perbono, cum agro optimo ac fœcundo, magnam frumenti co-
piam, & vinum, oleum, aliaſque fruges abundè ferente: latifundia quippe
campeſtria periucunda, itemque amœnos habet colles. Incolæ nobiles, lau-
ti, opulentique ſunt, ingenio peracri & ad virtutem gnauo, ſiue ad literas,
ſiue ad militiam vel mercaturam, aut alia ſe ſtudia quæuis applicent. Pluri-
mos tam diſciplinarum, quàm armorum gloria viros illuſtres inclytoſque de-
dit· è quibus Beneuenutus ſummus philoſophus & poëta, Comœdiarum Dan-
tis interpres· qua in re cum excellenti ingenio doctrinam quoque ſummam
oſtendit· item Ioannes per excellentiam ab Imola cognominatus, qui multis an-
nis apud Bononienſes publico ſalario cum mirifica diſcipulorum frequentia ius
docuit, ibidemq́; de vita decedens, in D. Dominici clauſtro ſepultus eſt. Filiũ eius
quẽdam nothum, patri omnibus rebus diſsimilimũ cognouimus. Forocornelien-
ſis etiam fuit Alexander Tartagnus, inter iuris ſtudioſos legum monarcha dictus,
tantæq́; auctoritatis, vt eius opinionem pro certa habeant ſententia. Libros conſi
liorum aliaq́; ſcripta plurima reliquit. Sepulcro marmoreo inſigni in D. Domini-
ci æde ſitus eſt Bononiæ, vbi multis annis ſalario publico ſcholam habuit. Ortus
hîc etiam Hieronymus Clarutius humanitatis ſtudijs & poëtica nobilis, qui Me-
diolani inter illa turbulenta exceſsit tempora, quũ Galli à Proſpero Columna ſo-
cialis exercitus Leonis X. Pontif. Caroli V. Imp. Aug. & Henrici Angliæ regis con
tra Franciſcum Franciæ regem contracti imperatore pellebantur. Vrbanus item
Grãmaticus ſummè liberaliũ artiũ ſcientia prędítꝰ, qui ſuperioribus annis te'ſtata
multis in locis eruditione ſua deceſsit Imolanus erat. Eandẽ patriã Ioannes Anto-
nius Flaminius vir doctiſsimus habuit, cuius ſcripta pererudita iã nunc oẽs Euro-
pæ partes peruagãtur. Orator fuit excellẽs, poëtaq́; ſummus. Dictio illiꝰ pura, ele-
gãs, terſa, florida, Tullianæq́; facũdiæ quã imitabatur vena quadã erat imbuta. Fa
to Bononiæ cõceſsit, vbi diu ludũ habuerat, anno à C. N. MDXXXVI. ſepultusq́;
eſt in D. Dominici porticu, cũ elogio monumẽti huiuſmodi: Ioan. Antonij Flami-
nij Forocornelieẽſis viri de vtraq́, lingua B. M. oſſa. Filium reliquit Marcũ Antoniũ
item eloquentem, virum, ſummumq́; philoſophũ, ac græcis literis pereruditũ, vti

 ſcripto-

ſcriptorũ eius monumenta comprobant·quem inter huius ætatis rara præci
ingenia meritò referendum arbitramur. Plurimos etiam laude militari
Imola tulit·interque cæteros Beltramum Alidoſium, cui à Bononienſibus a
poſt C.N.MCCCXXX.bellum datum contra Paſſarinum Bonalcoſsium, vt
annalibus Bononiæ,nec non à Mario Aequicola in hiſtoria Mantuana perſ
eſt. Vſum etiam armorum Lippus Alidoſius habuit,qui aliquandiu ciuitat
nuit principatum:item Franciſcus & Ioannes Saxatelli ordines duxere,præci
que Ioannes,qui equitum præfecturam auſpicijs Iulij II.Pontif.Max. Veneto
item & Franciſci Sfortiæ ſecundi Mediolanenſium Ducis geſsit. Diu quoq
triæ ſuæ Princeps fuit,in qua MDXXXIIII. poſt C.N.anno obijt. Guido etiam
Vainus ordines duxit peditum,itemque equitum imperio Iulij II.Pontif. Ma
Venetorum,& Caroli V.Imp. aliorumq; Principum·& Pauli III.Pontif.equi
leuis armaturæ præfectus,ciuitatis etiam ſuæ principatu aliquandiu geſto, R
exceſsit anno poſt C.N.MDXLIIII.Spem ſummam militaris gloriæ Dominic
etiam eius filius oſtendebat,ſi fata vitam conceſsiſſent: admodum enim adoleſc
obijt,magno ſui deſiderio apud omnes relicto. Præterea multos viros cel
Imola genuit,quorum memoriam in præſentia non tenemus: cæterùm id o
exiſtimari debere arbitramur,ſi Forocornelienſes pacati tranquilliq; eſſent, ex
non ſolum ciuitatis ſuæ,verumetiam Italiæ vniuerſæ ſumma poſſe ornamenta pro
ficiſci. Deinceps vt ad intermiſſam locorum deſcriptionem reuertamur,læua
terni ripa,VII.ab Imola millibus Tauſignanum ita literatis dictum iacet. I
netorum imperio quondam fuit·pòſt in Eccleſiæ Romanæ,itemq; Ricciardi Al
doſij,cui à Clemente VII.pro certa pecuniæ ſumma conceſſum erat. Sed & ab
dem Pontifice rurſus illi per vim ablatum anno à C.N.MDXXX.& Ramaciotto
cum oneribus quibuſdam pretio mill.X. aureorum nummûm eſt traditum.Hunc
Paulus III.Pontif.eiecit,oppidumq; ſub ditionem Eccleſiæ ſubiunctum Imo
attribuit,anno poſt C.N.MDXXXVI. Nonnulli, inter quos Blondus & R
nus Ioannem X.Pontif. qui Saracenos virtute Alberici Thuſciæ Marchionis
Italia deturbauit, hoc oppido dixere ortum : ſed mehercle vehementer errant,
quoniam Romanus,& patre Sergio natus ille fuit, vt Petrarca, Platina, Ioannes
Stella,Hieronymus Albertutius,Ioannes Lucidus in Pontificibus, itemq; V
a.lib.22. teranus a in commentarijs Vrbanis perhibent.Iidem tamẽ auctores Ioanni
obſcuram aſſcribunt originem, nec patriam nominãtes,vt fieri poſſet illum
fuiſſe oriundum· qui in Pontificatu menſes tantùm quatuor, dies viginti
Illuſtrauit hunc locum quoque ortu Petrus excellens medicus, cogno
Tauſignanus. In colle deinde modico eſt Caſtellum Rium, diu ab eximia
gente Alidoſiorum olim Imolæ.Principum vti oſtendimus, poſſeſſum· quod
Franciſcus Alidoſius Cardinalis & Bononiæ Legatus plurimùm nobilitau
quanquam infœliciſsimum habuerit exceſſum. Ornauere id etiam Opizo atq
Riciardus eius fratres: & nunc Opizonis filij Cæſar, Nicolaus, Octauianus,
& Alexander, ſingulari prudentia magnificentiaque laudatiſsimo ſe patri di
gnos gerunt.Circa hæc loca mille quingentis à Tauſsignano paſſ. Coregna
num eſt vicus bellus,patria Ioannis cogmento Tauſignani, qui mirabiliter Epi
ſcopus Ferrarienſis creatus, cum ex inopi quidem ſodalitate Ieſu, cæterùm vir
ſanctus eſſet. Claruit temporibus. N. Pontificis, & in ſuæ ſodalitatis domicil
Ferrariæ

Ferrariæ ſepultus etiam adhuc contra ſpiritus immundos ingentibus miraculis diuinitus operatur. Deinceps inter hos Apennini colles aliquot oppida viciq́ue ſunt paſsim, inter quæ Fons, & Caſula, & Saxatellum, vnde vetus præclaræ familię Saxatellorum Forocornelienſium origo. Dextra Vatreni in monte Caput Ronci· [illegible]ſq; Planum Caldulum, materie ad ædificia inſigni copioſum. Vlteriùs citra Florentiolam D. paſſ. antra quædam ſunt pedum fere duorum amplitudine, quæ magnas perpetuò flammas effundũt, eoq́; maiores, quanto vehementior cadit pluuia. Deſcenſu tum ad radices Apennini Florentiola offertur nouum oppidum, elegans & lautum, à Florentinis conditum quibus paret. Rurſum cis Apennini iuga Caſtelle Fumineſium agri Bononienſis eſt, cum oppidulis alijs & vicis, quorũ montana hæc plena ſunt. Ad Paduſam redeũti caſtellum occurit Maſſa Lombardorũ, circa MCCXXXII. à C.N. annum condita hac occaſione. Centũ quinquaginta familiæ Lombardicæ, maximè ex agro Brixiano Mantuanoq́; cũ propter cenſuum et iniuriarum quibus à Friderico II. Imper. partes illæ vexabantur, acerbitatem domo eſſent profectæ, vel vt veriùs dicam, profugiſſent, agri aliqua portione quam colerent à Bononienſibus petita, ſedes in eorum finibus vti in hiſtoria Bononiæ ſcripſimus, plurimæ ex ijs accepere Comitatum Minerbij & Altedi· duodenis [illegible] quæ domicilia ibi ſortitæ non erant, locus hic attributus, in quo illæ habitationes inuicem cohærentes tutelæ commodioris cauſa excitarunt. Ab hac familiarum in locum cõiunctione, nomen è vulgari lingua Italorum Maſſa proceſſit, quod à collectione dictum eſt. Talibus initijs oppidulum hoc fundatum, poſtea ampliori forma cinctum mœnibus, nunc à Franciſco Ateſtino Alfonſi primi ducis filio poſsidetur. Eſt etiam circa hæc Cõſilice, vocabulo corrupto ſic pro Caput ſilicis dictum· quoniam huc vſque via ſilice ſtrata longitudine ab Imola P. M. XII. pertinebat. Eã olim Romani lapide muniuerũt, quò ad Paduſam paludẽ ab Æmilia cũ mercibus & oneribꝰ facilè cõmearetur, quæ poſtea nauigijs in Padũ & mare ac deinceps in oras alias exportarẽtur· & viciſsim vt aliũde aduectæ mari, & Padũ, Paduſamq́; paludẽ ad Caput ſilicis, inde ad viã Æmiliam, ſic ad quæcunque loca plauſtris cõmodè poſſent deferri. Neceſſariũ porro erat lapide viã ſternere, qua vehicula duci oporteret, ꝙ ob depreſſum regionis ſitum paſsim hîc aquæ ſtagnent. Abhinc ſpatium milliariorum ſeptem Ziliola foſſa per paludes vſque ad Padum enauigatur. Amnis dein eſt Silerus ex Apennino in Paduſam defluens. Propter eum in agro Bononienſi Caſtellum Guelphum iacet, nobilis familiæ Maluetiorum. Infra id tertio ferè lapide verſus paludem vbi D. Zachariæ Trecentini fanum familiæ Vallis Vmbroſæ eſt, veſtigia reperiuntur oppiduli Trecenti Fantuciorum· quæ gens etiamnum hoc agros poſsidet, caſtello à Canedolis aduerſæ factionis exciſo. Dehinc in Æmilia rurſum pons lapideus amnis Sileri tranſitum porrigit· ad cuius dextram Caſtellum D. Petri eſt, anno poſt C.N. MCC. à Bononienſibus conditum. Summè frumenti copia frugumque aliarum, item lino, pomoque abundat, & maximum glaſti habet prouentum. Ante oppidum ipſa in via bellus eſt vicus, ex tabernis diuerſorijs & opificum habitationibus conſtans. Supra Sileri in colle qui Æmiliam ſpectat, oppidum eſt Dotia, vinis fructibusque generoſis nobile, ſequiturque in montibus Flagnanum. Dein reditu ad Aemiliam viam per elegantem illam ac amœnam planitiem mirificè arborum vitiumque ordinibus nitentem incedenti, Claterna fluuius offertur, per quem pons lapideus continuat viam. Apennino ortus amnis in Pa-

duſam

duſam paludem euoluitur. Claterna ſuperata locus ſuccedit vbi quondam vrbs
Claterna fuit, ita Straboni dicta, quanquã corruptè in eius codicibus ſcriptu
Cliterna: nam & à Plinio in octaua regione, ab Antonino in Itinerario, nec non
Ptolemæo in Gallia Togata conſtanter Claterna nuncupatur: prætereaq; eti
a.lib. 12. Epiſt. Ciceroni dicta ſic eſt ad Caſsium hæc a ſcribenti. Erat autem Claternæ noſter
cius, ad Forum Cornelij Cæſar, vterq; cum firmiſsimo exercitu. Iodoci Badij A
ſcenſij lapſum in huius loci expoſitione de Claterna oppido ſuprà deteximus: id
que iam ea de re plura dicere non eſt operæpretium. Interuallum à Foro Corn
quod nunc Imola vocatur, vſque ad hunc locum vbi Claterna extitit, paſſ. mi
XII. Animaduerti itaq; debet inſignis etiam error in pictura Ptolemæi, quæ lo
diuerſa eſt ab auctoris deſcriptione: ſiquidem cum illa Claternam XXXIII. gra
du longitudinis & paulo amplius collocet, latitudinis verò vltra XLIIII. non
gno à Bononia ſpatio, à Foro Cornelij multo maiore: pictura tã longitudine, quã
latitudine plurimùm eam à Bononia Foroq; Cornelij diſiungit: cæterùm hoc v
cum plurimis alijs erroribus librariorum accidiſſe incuria putamus. Inclinati
ius vrbis iam inde à Gratiani Imperatoris temporibus cœpit, cum bello Bonon
ſium anno à C.N. CCCLXXXV. poſt varia prælia ſubacta fuiſſet, quemadmodũ
in noſtra Bononienſi hiſtoria perſcribimus. Exin igitur adeo intercidit, vt ferè
nunc etiam veſtigia ſint amiſſa, præter veteris cuiuſdam fani muros & viam lap
ſtratam, itemq; paſsim in agris aratis fragmenta ruderaque laterum cum terra
grante. Deinceps ab Æmilia verſus Paduſam paludem infrà deflectenti, nec pro
ab ea, caſtellum occurrit Medicina, poſt C.N. anno MCCCLXXXVI. à Bo
enſibus fundatum: cuius tamen noua mœnia MDXXIII. ſub Prætura Camilli Go
giadini equitis aurati abſoluta fuere. Altero latere Butrium eſt opulentum oppi
dum, cannabis abundantia mirè copioſum: cuius apud Venetos intorquendis
uium rudentibus maximum ob firmitatem poſt Centinam & Plebeiam eſt pr
um. Muris hoc caſtellum maiori ex parte cinxere Bononienſes anno à C.N.
CCCLXIII. quum Aegydius Carila Hiſpanus Cardinalis Italiæ Legatum
Plurimùm ortu Antonij cognomento à Butrio illuſtratum eſt ſummi Iureco
ti: cuius in porticu cœnobij D. Michaëlis Syluani extra Bononiam ſepulcrum cer
nitur. Vltra viam Æmiliam dein ad Apennini colles oppidum Varignan , m
ipſam ſpectans, Petri Varignani ſummi medici patria, qui circa MCCCCX La
C.N. annum floruit, & Bononiæ conceſsit fato. Rurſus tum in ipſa Aemilia
men Idex, viam interſecans: quod ex Apennino interrupta Aemilia per plan
in Paduſam defluit iuxta Molinellam Voltiorum nobilis familiæ Bono
villam cum turre munitam, à Populo Bonon. poſt C.N. MCCCCLXIII. an
ditam. Hinc vicenis ferè ſtadijs per Paduſam paludem lintribus ad Padum na iga
tur. Læua Idicis trans Aemiliam ad primum Appennini collem in tumulo c
lum eminet Britti, quod arcẽ fuiſſe puto vrbis Brintis, ad pedẽ collis poſitæ h
a.lib. 2. hiſt. procul Bononia: cuius mentionem Agnellus in libro vt Blondus b memorat, d
bus Rauennæ, fecit, paulo ante ſua tempora collapſam, & inter ciuitates Archiepi
ſcopi Rauennatis ſuffragatorias, itemque hoc ipſo in loco fuiſſe ſcribens. Id ve
rò & veritatem habere colligitur è veſtigijs aliquot operum antiquorum q æ
hîc ſuperſunt, cum viarum quæ lapide ſtratæ, reliquiis, terraque nigricante, ac
paſsim in agris laterum fragmentis. Extat etiam hîc Abbatia peruetus, ſplen
didè vt illis temporibus ædificata: quorum omniũ argumento nos quondam hoc

in loco

in loco vrbem aut oppidum aliquot fuiſſe,nominatimque ciuitatem illam de qua diximus,Brinte,iudicamus.In eam verò ſententiam præter veſtigiorum ſigna quæ commemorata ſunt,itemque Agnelli auctoritatem, etiam me nominum affinitas deducit,quòd adhuc caſtellum hoc in colle gypſio,natura munito loco ſitum Brit tinominetur·quippe quoniam fortaſſe Brintis vrbis propugnaculum & arx fuit. Enimuero qui appellationis eius originem & cauſam ad Britones ideo retulere, quòd illa gens à Cardinale Gebennenſi in Italiam introducta,& poſt ingentia ma leficia tandem virtute Alberici Cuniatis pulſa,diu hîc conſederit,errarunt· quandoquidem multis antè ſeculis ita locum hûc appellatum fuiſſe Bononienſium do cent Annales.Erat etiam apud Bononienſes vetus familia quędam à Caſtello Brit ti cognominata,quam poſt huius vrbis interitum Bononiam migrauiſſe arbitrari licet. De cætero Vetianum eſt, vnde antiqua Vetianorum Bononienſium origo: tum in dextra Idicis Camburatium. Ad Æmiliam deſcendenti ruinæ pontis longiſſimi lapidei in Idice apparent à Mathilde nobiliſsima Principe vt fama eſt,ædificati,quo per amnem olim via iungebatur.Colles qui læua viæ,ſpatio P.M.V.Bo noniam vſq; ſunt,toti & villis ſplendidis,& vitibus arboribusq; fructiferis nitent, maximè oleis,quæ baccas illas prægrandes ferunt,quæ conditæ per vniuerſam Ita liam,inprimis Romæ,maximo in pretio habentur.Sub his collibus ad Septentrio nē verſus vſq; ad Paduſam,peramœni fertileſq; ſternuntur campi,tritico, hordeo, faba,cæterisq; frugibus,item lino & cannabe fœcundi,arborum etiam pulcherri mis ordinibus cum vitibus conferti,ex quibus omnigena vina,alba,rubentiaq;,ac dulcia & auſtera & vehementia, & lenia colliguntur:nec deeſt vllum fructiferarũ arborum genus præter medicarum·quas tamen etiã in amœniſsimis circa Bononi am hortis ſummo quidē ſtudio Bononienſes fouent. Enimuero totus hîc ager tam citra,quàm vltra Bononiam,itemq; ad Septentrionem verſus,inter amœniſsimos fœcundiſsimosq́, totius Italiæ cenſetur. Æmilia deinde procedenti Sauena fluuius occurrit,Sapina doctis appellatus:quanquam nec eius, nec Idicis vllam apud antiquos mentionem repererim. Oritur Apennino ternis fontibus,accolæ tres Sa uonellas nuncupant,vnde Sauenę profectũ nomen·& decurſu mille ferè paſſ.à Bo nonia ſecans Æmiliam,quam ibi pons bellus & longus ex cocto latere connectit, demum in Paduſam illabitur. Prius tamen propter locum quendam fluit Mutiolariam,ipſa in amnis ripa·inter quem & Ricardinã,is vicus eſt ad eũdem fluuium, acerrima illa pugna patrata concurſu copiarum Bartolomæi Bergomatis, & Ga leatij Sfortiæ Franciſci Ducis filij,harum imperatore Federico Vrbinatium regulo,illarum ipſo Bartolomæo cum Hercule Ateſtino Ferrarienſium Duce,quemad modum & Corius Sabellicusq; prodiderunt,& ego à patre audiuiſſe meo,qui tum circa MCCCCLXVII. poſt C. N. annum ſub Bartolomæo Bergomate ſtipendia fecit,memoria teneo. Nobilitauit igitur is conflictus Mutiolariã,etſi nunc ferè pugna Ricardinæ, Molinellæq; vocitetur, propterea quòd in ꝓpinquo illa paulo no tiora ſunt loca. His agris emẽſis tandē in Paduſam vt diximus, Sapina defluit. Eam ꝙ Volaterranus [a] Quadernã appellari nũc ſcripſit,equidē haud obſcurus error eſt· *a. lib. 4. c. v.* quando cũctis huius regionis incolis vno nomine Sauena nũcupatur· nec aliã eius appellationē vulgꝰ omnino agnoſcit. Læua Sapinæ amnis ipſo in itinere quo Bono nia itur Florentiã,vicus diuerſoriarũ tabernarũ eſt Planoriũ,vt docti vocãt·de quo Annius in hunc Sempronij locũ: A Parma itē ad Bononiam Bianora à duce·nunc Aurelia: in hæc verba ſcribit: Bianora dicebatur ab Ocno Hetruſco Larthe, quē

etiam Bianorem Virgilius vocat:ergo à victore illius partis & duce coloniarum Bianora regio dicta: à qua nunc exiſtimo nomen accepiſſe Bianorum oppidulum ad radices Apennini, quo è Florentia imus Bononiam. Hæc ille. Alij Planorum dictum exiſtimant à ſubiecta planitie, quam hìc à Florentia Bononiam tendentes, ingrediuntur. Quondam arcem munitam habuit, vti etiamnum veſtigia demonſtrant: quam anno poſt C.N.MCCCLXXVII.Bononienſes cum Loiano, Zapolino, Monteq; Marmio propter oppidanorum defectionem exciderunt, null[illegible] ædificijs præter puteū, vnamq; diuerſoriam tabernam exilem proficiſcentium neceſsitati relictis: cuiuſmodi quoque Loiani ſors fuit, quod vlteriùs inter montes inuenitur, & nunc vicus non magnus diuerſoriorum eſt: quondam honeſtum oppidum. Poſt Loianum eodem itinere ad Florentiam Scaricalaſinum inuenitur, etymo ex vernacula Italorum lingua ſic dictum propter ſummam montis aſperitatem, quaſi ob eam aſinos hìc exonerare oporteat, qui iſta duci via debeant. Oppidum id quanquam nunc modicus paucarum habitationum vicus ſit, Bononienſes anno à C.N.MCCXLVI.condidere: ſummè Ramaciottus ortu nobilitauit, vſu armorum homo clarus & excellens, qui militiæ diu magna cum laude operam dedit, & pedeſtrium copiarum præfecturam auſpicijs Ferdinandi ſecundi Arragonij Neapolitanorum regis, item Florentinorum, Venetorum, & Iulij II. Leonis X. Clementisq; VII. Pontificum Max. geſsit, in cunctis vitæ actionibus ob fortitudinē integritatemq; ac fidem ſingularem apud omnes laudatiſsimus. Obijt æ[illegible] prope LXXV. anno, à C.N.MDXXXIX. apud Petrammalam. Ad parem mi[illegible] ris gloriæ gradum Pompeius filius erat peruenturus ſi fata vitam conceſsiſſent: etenim admodum adoleſcens ſub Proſpero Columna cum ſummæ virtutis commendatione ordines duxit. Sepultus hic eſt in fano D.Michaëlis Syluani [illegible] Bononiam ad primos Apennini colles. Dein eodem itinere pergenti, læua prærupto in colle oppidulum apparet Caurenum: vltraque Petramala vi[illegible] diuerſoriorum ob viæ frequentis opportunitatem plenus. Non procul [illegible] antrum flamma perpetua flagrans. Rurſum in planitie circa Bononiam Rheni amnis inuenitur pars, vti poſtea demonſtrabimus, quæ à Caſaletii ſeptis foſſa opere facta, per tria paſſ. millia Bononiam trahitur, eamq; interſecat, & ex itu [illegible] infra vrbem, exiguum excipit torrentem Apoſam vt docti vocant, per vrbem quoque ipſam hìc in Rhenum ſe exonerantem. Ea deinde foſſa ſuperioribus annis vt ego memoria teneo, nauigia peragebantur ab vrbis mœnibus vſq; ad Malalbergum, vbi Paduſa: cæterùm vt animaduertit Senatus, compendium eius rei ab [illegible] ptibus vinci quos obicum multorum tutela requirebat: nam ijs vti cataractis præceps aquæ curſus neceſſariò temperabatur, nauium ſtatio tribus à Bononia millibus ad Corticellam trāſlata eſt, vbi pons tranſitū foſſæ, ſimul terreſtre iter à Bononia Ferrariā, cōiungit. Sequitur in huius amnis læua ripa X. à Bononia P. M. Bentiuoliū, ſumptuoſiſsima villa munitaq; cum turre, antea Pons Poledranus dictū, quod nomē cum à Ioanne Bētiuolo ſecūdo tam ſplendidè fuiſſet ædificatū, cōmutauit. Is hoc ędificiū ita cōſtruxerat, vt vel Imperatore Auguſto excipiendo eſſet idoneū, tā multitudine cubiculorū, quàm elegātia magnificentiaq;. Nullo nunc ſartū tectū curāte ſemirutū iacet. Hinc eadē deinde foſſa ad Malalbergū, vbi initiū Paduſæ eſt, nauigatur, priùs dictum Maletum, vt Peregrinus *a* Priſcianus in antiquitatibus vrbis Ferrarię ſcribit: Rheni autem alueus hìc porro ad dextram auertitur, ne vicinū alium qui in Paduſam exit, aquis terram perpetuò deferentibus, obturet: proinde

a. lib. 1.

ſolent

ſolent hîc ex Rheno in illam vicinam foſſam nauigia machinis ſubuehi, qua per Paduſam deinceps ad Botifredum, is locus tabernaquædam eſt diuerſoria, peruenitur, indeq; ad Turrē Foſſæ in Padi ripa quarto à Ferraria lapide poſitā. A Maleto ad Turrē foſſę nauigāti, in Paduſa terreſtriq; itinere quod Bononia Ferrariam ducit, Turris Vcellini ab læua relinquitur, à Bononiēſibus anno poſt. C. N. MCC XLII. cōdita, Galeatioq; primo Maraſcotto nobili viro Bononienſi propter ſumma erga Eccleſiam merita, donatione Nicolai V. Pontif. conceſſa, quemadmodū in annalibus vrbis Bononiæ, nec non à Ioanne Garzonio Bononienſe in hiſtoria latina perſcriptum eſt: quapropter & in hodiernum vſq; diem ab illa nobili gente poſsidetur. Superioribꝰ annis quod etiam anteà commemorauimus, adeo exiccata Paduſa fuit, vt hæc Turris Vcellini via deſerta planè eſſet, nouoq; terreſtri itinere medio, quà paludes anteà ſe pandebant, quod Trauerſia nuncupabatur, etiā vehicula ducerentur· nempe rectà per Lambertinorum Poggium in ipſa via ſitū. Et vtrinq; hoc itinere campi amœni cultique & magna frumenti vbertate copioſi cernebantur, quod nimirum ob Rheni exitum in Padum eueniebat: ſed cum anno poſt C. N. MDXLIII. Hercules ſecundus, Ferrariæ regulus Padi alueum influentis Rheni limo obduci & expleri arbitratus, vt perruptis quibus continebatur aggeribus, iterum in hæc loca deſiccata Rhenus illaberetur effeciſſet, aquis omnia rurſus ad Padi aggerem vſq; ſubmerſa fuere· quæ totam Sānartinam vbi Hercules primus, Ferrariēſiū Dux ampliſsimos latè fundos effecerat, itemque Trauerſiæ campos omnes vſque ad Poggium & Galeram occupauerūt. Attamen intellecta dein immenſa iactura propter tot arationum amiſsionem, Ferrarienſis poſt quaſdam cum Bononienſibus altercationes, tandem in Padum Rheno exitum vti antea conceſsit · ideoq; nunc denuo exiccatæ paludes, & priſtina camporum forma reducta eſt. Ad finem huius aquæ Poggium iacet Lambertinorum nobilis & antiquæ gentis, Bononienſium· item Ad D. Proſperum, & Ad D. Venantium veterrimæ familię Bononienſis Platenſium poſſeſsio: vltraq; Galera vicus, quōdam nobile caſtrum. Marmora hîc in ædis fronte varia cernuntur, ex quibus de loci vetuſtate coniectura fit: eſtq; inter cętera quoddam longitudine pedum trium, latitudine duorum, cum hac inſcriptione. LELIO Aurelio Commodi. Imp. Antonini Aug. Pij. P. P. F. Sequitur oppidum olim honeſtum Plebis· indeq; ſpatio paſſ. mille, ſuperato Rheno Centum, & frequentiſsimum & peropulentum oppidum, multis regni Neapolitani ciuitatibus haud impar. Eius primordium memorari ſolet huiuſmodi · quòd cum à piſcatoribus cancrorum hic primò cētum caſę habitarētur, ijs dein alta foſſa caſtri inſtar cinctis, nomen hoc Cētum, loco ſit relictum, videlicet à tuguriorum numero. Sed & confirmandæ rei cauſa Gambarinos aiūt, quæ huius oppidi familia nobilis eſt, gentilitij nominis originem, etymo nimirū linguæ vernaculæ, ab cancrorum piſcatione ſeruare, quòd eius auctores ex primis loci colonis piſcatoribus fuerint. Ego nullam huius oppidi mentionem in ſcriptorum monumentis inuenio præterquam apud Blondum a, cum extincta Exarchorum auctoritate potentiaq;, Longobardos ait Bononiam omniaq; eius caſtra & Perſicetum occupaſſe, ſimulq; fauces vbi poſteà ædificatum Centū. Narrationem porrò hanc ita nos accipimus, vt fauces quas cōmemorat, oſtium Rheni fuiſſe arbitremur, quo ille in Paduſam loca hæc humiliora omnia tenentem illabebatur: proindéque errare idē in Italia ſua Illuſtrata videtur, Paduſam paludē circa Turrim Vcellini deſiſſe, Rhenūq; ſe in Padum exoneraſſe ſcribens: quando-

a. lib. 10. hiſt.

quidem ferè à Rauenna vſq; ad Bondenum Paduſa pertinebat, quod profectò eſſe
haud potuiſſet, ſi tunc Pado Rhenus inferebatur, vti annis ſuperioribus, Rheno in
Padum ſupra Ferrariam millibus quatuor cadente, cõpertum manifeſtò fuit, &
Peregrinus etiam Priſcianus in antiqtatibus Ferrariæ cõfirmat. De Paduſa ſatis
in ſuperioribus eſt dictum. Rheni hic læuam oppidulũ Plebis, dextram Cent[illegible] te-
net, agro fœcundo, frumentoq; ac vino cæteribuſq; fructibus abundante, præſer-
tim verò cannabe, quæ Venetijs admodum expetitur, ꝑtio Butrianæ haud infe-
rior. Caſtra Centum & Plebem Bononienſes anno à C.N. MCCXXXI. decumarũ
loco quas de fundis pſtare tenebãtur, Epiſcopo ſuo tradidere, poſteriori ver[illegible] æta-
te Alexander VI. Põtif. Max Alfonſo Ateſtino Herculis Ferrariæ Ducis filio d[illegible]
tis Lucretiæ illi deſponſatæ, quæ Põtificis erat filia, augmenti nomine dedit, [illegible]
nienſis antiſtitis iure cum alijs quibuſdã reditibus cõmutato. Succeſſor tñ Al[illegible]
dri Iulius II. eã Bononiẽſibus reſtituit, in quorũ poteſtate vſq; ad Leonis X. [illegible]
ſum permanſerunt: tũ eñ denuo ad Alfonſum Ducẽ à quo & priùs vexati erant Bo-
noniẽſes, peruenere, & etiamnũ ab illo poſsidentur. Dein itinere Bononia v[illegible]
læua Rheni ipſa in via caſtellũ eſt modicum Aggeris, à Bononienſibus anno [illegible]
C.N. MCCCLXXX. cõditum. Seqtur eadẽ in via quæ Bononia Ferraria duc[illegible]
teruallo P.M.X. ab vrbe Bononia caſtellum D. Georgij, à Bononienſibus [illegible]
ædificatũ, vltraq; tum Corticella, tertio ab vrbe lapide, vbi nauigiorum qu[illegible]
mercibus & oneribus à Maleto Rheni foſſa perducuntur, ſtatio eſt vti pdix[illegible]
Abhinc itaq; trib⁹ millib⁹ antiqua eſt ciuitas & pernobilis Bononia, qua dicen[illegible]
quanq̃ & ob debiti vinculũ, quo noſtræ patriæ nexi ſumus, & ꝓpter ingẽtes pcla-
raſq; res geſtas eius alumnorum, par eſſet operi longiſsimè immorari, tn quo[illegible]
hunc vſq; diẽ libros de illa ſeptuaginta quatuor cõſcripſimus, ex qbus etiã pl[illegible]
typis exiere, nominatim q de eius initijs & origine tractãt, nõ latiſsimè nũc euaga-
dũ, ſed breuiter q̃ maximè memorabilia videbũtur, ꝑcurrere viſum fuit, itaq [illegible]
vt ſimul patriæ bona parte noſtræ, ſimul legẽtib⁹ ſatisfiat. Primũ itaq; ſcripto[illegible]e
primordio ciuitatis ſentẽtias exponem⁹, vt varias diuerſaſq; circa hoc repim⁹. [illegible]
primùm Hieronym⁹ Albertuti⁹ ex ſodalitate pdicatorũ monach⁹ in annalib[illegible]
nis, & Ioãnis Garzoni⁹ in Bononiẽſi hiſtoria, quoſdã aſſerere memorãt Bon[illegible]
Fero inceptã, q poſt vniuerſale diluuiũ in Italiã ex Schytia cũ Apoſa cõ[illegible]ge &
ſina filia, magnoq; mortaliũ comitatu migrauit, & ab ſe ponti Fero, q in hodie[illegible]ũ
vſq; deim ad Diuos Coſmũ Damianũq; manet, ab vxore torrẽti Apoſæ q [illegible]
tẽ labitur, à filia aũt vico ipſi Felſinæ tũ recẽter ædificato indidiſſe nomẽ, qu[illegible]
modũ in Bononiẽſi hiſtoria nos copioſè retulimus. Simile ferè qddam c[illegible]ro
veterrima ꝑhibent, nimirũ ex Aſia Maiore quondã ductu ac auſpicijs aqlæ ca[illegible]
ꝑeuntis ad CCCXX. millia armatorũ cũ vxorib. & liberis in hũc cõtinentẽ q[illegible]
Italia dict⁹, emigraſſe ſub ducibus XII. Brito, Tritonio, Sechoto, Lamiſo, Meſa[illegible]
Ferato, Limaſe, Ramuto, Gareno, Aſtore, Arſedone & Brimone: exijs aũt à Ga[illegible]
no oppidũ iuxta flumẽ Garenum, quod hoc ſeculo Rhenus eſt, aliquorũ opinio[illegible]
vbi nunc caſtellũ Epiſcopi, aut vt alij volunt, altiùs ſupra Panicũ, in loco vbi P[illegible]
num Miſani dicitur, & perpetuò ruinæ ædificiorũ inueniuntur, fundatum, ab [illegible]o
que Garenam denominatum, porro ætate poſteriori paulatim huc tranſlat[illegible]
latúmq; Bononiam. Hæc illi. At Cato in originibus aliter, Gallia, inquit, Ci[illegible]
dana olim Bianora à Victore Ocno, poſtea Felſina dicta vſq; Rauennã, nũc Ga[illegible]a
Aurelia & Æmilia à Romanis ducibus nomẽ habet: princeps metropolis F[illegible]

na[illegible]n-

na, primùm à rege Thuſco conditore, inde à ſucceſſore Bono Thuſcanienſe Bo-
nonia dicta. Sic Cato. Confirmat idem Manethon in Beroſi ſupplemento his ver-
bis. Apud Thuſcos Pyſeo ſucceſsit Tuſcus iunior, annis XXXIX: huic Amnus an
nis XXV. quem ſecutus eſt Felſinus annis XXXIII· huic Bon, annis XXVIII. Cõ-
uenit cum hoc Sempronius in Italiæ Diuiſione inquiẽs: Flaminia item à Bononia
ad Rubiconem amnem antea Felſina à principe Hetruriæ miſsis colonijs Lamo
nibus. Nec mirari quiſquam debet hos auctores Bononiam à Thuſcis conditam,
& ab eorum regibus appellatam tradere, cum apud priſcæ item memoriæ ſcripto-
res legatur Hetruſcos olim quoq; cis Apenninum colonijs XII. à ſe fundatis habi a.lib.3.
taſſe, quarum caput erat Bononia· ſicuti partim à Polybio [a] monumẽtis proditum,
qui diſertè quõdam hãc cis Apenninum regionem incoluiſſe Thuſcos perhibet,
oppidis XII. ædificatis, partim à Plinio in octaua regione docetur, qui enumeratis
oræ locis, intus, inquit, colonia Bononia Felſina vocitata cum princeps Hetru-
riæ eſſet. Enimuero quæ fuerint illæ Thuſcorum vrbes XII. in proceſſu demonſtra
bimus. Itaque iam præter ſcrupulum vrbem hanc à Thuſcis conditam, ·& ab
eorum quodam rege Felſinam, ab eius ſucceſſore poſtremò Bononiam appellatã
exiſtimamus: quãquam non deſint qui à Gallis Boijs poſt expulſos Thuſcos pri-
mùm Boionam, dein euphonię gratia Bononiam dictam tradant· inter quos Vola b.lib.4.
terranus [b] in Commentarijs Vrbanis, & Petrus Marſus hoc Silij [c] in loco: parui- c.lib.8.
que Bononia Rheni. Sed profectò veterum auctoritatem longè nobis antiquio-
rem eſſe oportere, quàm iſtorum nullis teſtibus adductis cenſeo· cum priſci tam
apertè & conſtanter Hetruſcorum gentem cis Apenninum fines habitaſſe, Felſi-
namq; hanc vrbem ab eorum rege Felſino, poſtea Bononiam à Bono nuncu-
patam, atteſtentur. Nec adeo dubium vllis eſſe poteſt, qui Liuij, Plinij, Polybijq;
ſcripta cognouere, quin olim hanc cis Apenninum regionem, vltra citraque
Padum prope vniuerſam vti poſtea docebimus, Hetruſci incoluerint multis
annis antè, quàm Galli Alpes tranſiere. Nec rurſum etiam eſt obſcurum,
in Thuſcorum ſedes ijs pulſis immigraſſe poſteà Gallos, vti à Liuio [d], Poly- d.lib.37.
bioque [e] traditur. Inſuper & cum Plinius in ſexta regione Vmbros cis Apen- e.lib.2.
ninum vſque ad Anconam tenentes à Gallis eiectos ſcribit, nihil id ab aliorum
narratione habet diuerſum · quoniam Vmbri noui inter Thuſcos habebãtur,
quemadmodum in Spoletino Ducatu admonuimus. A Romanis deinde ſuba-
ctos Gallos & Polybius [f], & Liuius diuerſis in locis prodit· maximè tamen cum [g] f.lib.2.
L. Furium Purpurionem Conſ. legiones in Gallos ducentem, vniuerſum eo- g.lib.33.
rum agrum vſque Felſinam Boiorum vrbem vaſtauiſſe narrat. Ita igitur reda
ctis in Populi Rom. poteſtatem Gallis, multæ in has partes Romanorum colo-
niæ ſunt miſſę, veluti Mutinam, Placẽtiam, Cremonam, itemq; Bononiã vt Liui9 [h] h.lib.37.
auctor eſt in hæc verba ſcribens: Eodem anno ante diem III. Cal. Ianuar. Bononi-
am latinam coloniam Senatuſconſulto L. Valerius Flaccus, M. Attilius Sera-
nus, L. Valerius Tappo III. viri deduxerũt. Tria millia hominum ſunt deducta.
Equitibus LXX. iugera, cęteris colonis L. ſunt data. Ager captus de Boijs fuerat:
Galli Thuſcos expulerãt. Patet itaq; iam ex his auctoribus Bononiã ab Hetruſcis
conditã· eos à Gallis pulſos· poſtremò Romanorũ coloniã huc miſsã, qđ vt Hen
ric9 Glarean9 cõputat, in annũ quartũ Olympiadis CXLVII. recidit, quo L. Corne
li9 Scipio Aſiatic9 Coſ. de Aſia deuicta triũphauit, ab V. C. DLXIIII, L. Cornelio
Scipione C. Lęlio Africano Coſſ. ante Chriſti Seruatoris natalem CLXXXVIII.

conditi orbis III. Mill, DCC LXXIII: quanquam exigua quoque varietas apud a lios omni vnius vel paulo amplius hac in re ſubducenda reperiatur, vti in hi ſtoria
a.lib.1. Bononienſi a, demonſtrauimus. Bononiæ memoriam vſurpant Strabo b, Catoq; &
b.lib.5 Sempronius, & Mela c, & Antoninus perſæpe, Ptolemæus itẽ à quo in Gallia Toga
c.lib.2. ta collocatur, & Plinius d in octaua regione, Siliusq; e in ſecũdi belli punici de ſcri
d.lib.3. ptione e, ac Liuius plurimis præter quam eo qui ſuprà relatus eſt locis, nomina
e.lib.8 tim quum f Flaminium Cons. deuictis Friſinatibus Liguribus bellum dein ad A puanos tranſtuliſſe ſcribit, qui in agrum Piſanum & Bononienſem ita incurſa
f.lib 39. rant, vt coli nõ poſſet, his quoque perdomitis pacẽ finitimis Conſulem ded ſſe quia à bello quieta vt eſſet prouincia effecerat, ne in otio militem haberet, viam à Bononia perduxiſſe Ariminum, vti prædictum quoque eſt. Cornelius g Ta
g.lib.12. orator e Nerone ſedecim tum annos nato, cum Octauiam Cæſaris filiam in v rem accepiſſet, Bononienſi coloniæ igni hauſtæ ſubuentum prodit, centies ſ tij largitione ac alio in loco h Bononiæ gladiatores exhibuiſſe Fabium Valen
h. lib.13 narrat. Eam & Suetonius in Augusto ac Nerone memorauit præterea; T lius Pollio in Cenſorino, his verbis: Extat eius ſepulcrum in quo grandibus ris circa Bononiam inciſi ſunt eius honores, vltimo tamen verſu aſſcripto Fœ ad omnia, infœliciſſimus Imperator. Sed & M. Cicero vrbis huius facit menti
i.lib.12. epiſtola ad Caſsium de Bruto ita ſcribens: Qui ſicut ſperabamus erupiſset M
k.lib.49 na, nihil belli reliqui fore videbatur. Paruis omnino iã copijs obſidebatur, q
l.lib.13. magno præſidio Bononiã tenebat Antonius. Eandem Bruti obſidionẽ Dio k
de bell. que narrans Bononiæ meminit, vti etiã Procopius l, & Appianus m Alexandri
Goth. itemq; Paulus Diaconus n, vrbẽ in poteſtate ditioneq; Longobardorum f
m.lib.3, prohibẽs. Sed & alij nobiles ſcriptores permulti huius vrbis memoriam vſu
bell.ciuil. runt, quos omnes recenſere nimis longum foret, cum ſatis abundè ſit qu
n lib.6. rimos hucuſq; retuliſſe. Appoſita eſt Bononia radicibus Apennini, Æmilia in climate vt Ptolomæus deſcribit, ſexto, gradu longitudinis XXXIII. medioq; tudinis ferè XLIIII. vt à meridie Apenninus immineat ab exortu amnis Sap à ſeptẽtrione fertilis & amœna planities, ab occaſu flumen Rhenus, torre ſa per mediam vrbem labente, Primùm ambitu exiguo fuit, nimirum vt p
o lib.1. rebãt ſecula qua de re ſcripſit Dionyſius o Halicarnaſſeus: etenim duabus om portis exitum ingreſſumq; præbebat vna ad orientem & Rauennam cõ Rauennalis, altera verſus occidentem ad Mutinam quæ Stiera dicebatur. niam ad huius ætatis rationem arcta erat vrbs, in portis tantùm duabus oppo nitatis quãtum erat ſatis habebat. Deinde ſub Gratiano Imperatore totide prius erant, adiectæ ſunt vna nimirum vbi hoc tempore Crux Stracaſtiliona ra vbi Crux ſanctorum eſt. At poſt Theodoſianam calamitatem cum à D. Pe nio inſtauraretur, portæ nouem factæ, vel vt alij dixere XII. vbi etiamnum turr quędam humiles cernuntur, vulgus Turriſottos nuncupat. Ad extremum i formam qua nunc eſt ampliorem redacta ciuitas, portas accepit XII. auctaq; eſt, vt annis ſuperioribus cum metiretur, ambitu mæniorum interno paſ V. in longum bina millia dempto quadrante, in latum amplius mille paſſ. Diui Mamoli inter & Galerianam, colligere apparuerit. Speciem habet nauis, in longum quàm ex tranſuerſo patentior. vno capite proram, altero p pin referens, medium turre Aſinellorum celſiſsima mali inſtar, & turre Gar da inflexa ſcalæ modo obtinente, cum multis præterea turribus funes tanquam ex

primen-

primentibus. Ædificijs magnificis atque ſumptuoſis cum diuinæ rei, tum ciuium vtilitati deſeruientibus nitet quorum & multitudo & ſplendor tantus, vt meherclè paucas Europę totius vrbes huic comparari poſſe cenſeam. Compertum id nuper, cum hîc Carolo V. Imper. auguſtalis dabatur corona: ſiquidem hoſpitium abundè commodum tot principibus, familięq; item Pontificali Clementis VII. cum ſumma omnium admiratione præbitum. Inter præcipua fana primum D. Petri eſt, Epiſcopi ſedes in quo Cardinales antiſtitesq; ac eruditi viri quamplurimi iacent, nominatim Baſsianus Archidiaconus. In foro dein ampliſsima D. Petronij vrbis patroni ædes cuius ædificationi finem eundem fore, qui & mundi erit ego cenſeo. Templum hinc eſt D. Dominici, in quo ipſius diui oſſa cādidi marmoris tymbo excellenti opere perfecto iacent caput verò ſacrum in tholo quodam ditiſsimo monſtratur, prætereaq; vna ex pretioſiſsimis ſpinis de aculeata Seruatoris Chriſti corona, cum Biblijs ab Eſdra propheta in album corium deſcriptis. Hoc quoque templo ſiti ſunt, Ioannes Lignanus, Ioannes Andreas, Ioannes Calderinus, Bartolomæus Salicetus, Alexander Tartagnus, Petrus Ancharanus, & Ioannes Crottus è Monte Ferrato. In clauſtro autem hi, Florianus Sāpetrius, Dinus Mugellanus, Cynus Piſtorienſis, Ioannes Imolanus, Hippolitus Marſilius, Hieronymus Zanetinus, omnes celeberrimi Iureconſulti, item Ioannes Garzonius, Ioannes Antonius Flaminius, & Ioannes Andreas Gariſendus oratores præſtantiſsimi, græciſq; iuxta ac latinis literis pereruditi item Iacobus Petra Melara medicus & aſtrologię gnarus, Alfonſus Lucēſis ſtatuarius nobilis, alijq; plurimi excellentes viri, quos omnes referre nimis longum foret. Ipſo in cœnobio ampliſsimo, quo fere CXX ſacris deuoti habitant monachi, præter alia nec ignobilia opera celebris bibliotheca eſt, cui nullam vſq; aliam præferri, aut etiam cōparari ferè poſſe reor. Ante fanum deinde Rolandini Paſſagerij, & Egydij Fuſcarij maximorū Iureconſultorū ſepulcra ſtant. Poſtea D. Franciſci ædes eſt nobilis, mirabili artificio conſtructa, vbi permulti quoque docti homines ſepulti ſunt, nominatim Rolandinus Romancius, & Odofredus, cū Accurſio iuriſperitiſsimi. Cœnobium amplius centeni monachi tenent. In ſeruorū deinde templo Ioannes Ananias & Ludouicus Gozadinus clari quoque Iureconſulti iacent. D. Martini Carmelitarum Magnus Alexander Aclinus philoſophus nobilis cum Ioanne fratre politiſsimi & curioſiſsimi ingenij viro, quemadmodum eius ſcriptorum monumenta cōprobant. In pulchra Eremitarum æde ſacellum eſt ſplendiſsimum, à Ioanne ſecundo Bentiuolo ædificatum, opus meherclè regium. Sepulti ibidem duo Nicolaj Fabij ſummi philoſophi. Denique magnificum eſt cœnobium D. Saluatoris, inter Italiæ totius egregia opera numerandum in cuius porticu Antonius codrus Vrceius iacet. Alia præter hæc templa monaſteriaq; ſunt multa, vtpote D. Stephani, vbi tot ſacratæ reliquiæ monſtrātur à D. Petronio hoc delatæ, vt res admirationis plena ſit quę gratia breuitatis vna cum eleganti fano D. Ioānis Mōtani, in quo canonici regulares ſacris operantur, & Carolus Ruinus iureconſultus celeberrimus eſt ſitus, prætermitto. Quod ſiquis ampliorem ſacrarum domuum huius vrbis commemorationem requirat, abunde illi primus noſtrę hiſtorię Bononiēſis liber ſatisfaciet. Ex alijs nobilib⁹ operibus quin Curia Senatus inter præcipua totius Europæ ædificia poni meritò poſsit, haud dubitatur, ſi modo elegātiam & amplitudinem ſpectemus, nō pretiū quoniam ex cocto latere tota conſtat. Priuatæ itē domus ornatiſsimæ ſumptuoſiſsimæq; permultæ ſunt, quas in hiſto-

ria Bononiæ deſcribimus,neq; paucis omnino hîc poſſemus referre. Turres v... plurimas habet· inter cæteras illam cum Europę totius altiſsimis comm... dam Aſinellorum. Adiacet vrbs Apennini vt diximus pedi, montibus ... Auſtro imminentibus· quam partem vites,oleæ,ficus, pomi,pyri, aliæq; ... ræ arbores vndiq; conueſtiunt. Reliquis lateribus amœni cãpi longe late ... nuntur,tritici,hordei,fabæ,cęterarũq; frugum fertiles.Sed & linũ,& cãnab... iſatis vtrũq; genus,& ſcordiũ,aliaq; ad humanę vitæ neceſsitatẽ opport... ac præterea perbellos arborũ ordines cum vitibus habent,vt cũ ex campe... tum è collinis fundis omnia vini genera legantur,videlicet apianũ,tre... ce,auſterum,vehemens,mediũ,acutum,albũ,heluolumq;. Abundãt ... arboribus,quarũ fronde vermiculi ſericum generantes enutriuntur. Nec ... herbidã prata hoc agro denſæq; ſyluæ,cũ lignatione,tum venatu opportunæ ... terea neofontes calidarũ ac frigidarum aquarũ medicati,inter quos Aqua ... ctæ nominatiſsima.Sed & alumen,& ferrũ,aliaq; ſimilia Bononienſis ... vnde nõ difficulter vrbis abundantiã opulentiãq; colligere eſt, ob quã m... nonia craſſa vulgò nuncupatur.Ingenia q̃ ferat eximia nobiliaq;, ac nõ ... diſciplinas, verumetiã ad arma peridonea, quanquam in hiſtoria noſt... demonſtratũ ſit, tamẽ infra quoq; hoc opere bona ex parte oſtẽdemus. Dec... forma ciuitatis dicenda. Poſtq̃ colonia populi Rom.effecta eſt,etſi cõſtan... ſemper in illius fide ſteterit,tñ ſingularem eius mentionem apud ſcrip... inuenimus,niſi ꝙ Antonianas ſecuta ſit partes. Gratiani dein Imperatoris ... ribus rem Claternenſiũ ditionis ſuæ fecit· vſurpataq; libertate(ſub Imperij R... ni tamẽ nomine) ab Aſclepio Cæſariano pfecto ſubacta rurſum eſt· à quo p... in fide cõtinendi gratia caſtellum vrbi impoſitũ,vbi nunc Caſtellanæ ... domus. Poſt annũ exinde tertiumdecimũ Theodoſius Imperator vrbem ... tit,trucidatis etiã colonis,vti in noſtris hiſtorijs oſtendimus.Inſtaurau... hortatu Diui Petronij Theodoſius Iunior anno à C.N.CCCCXXXII ... leſtini primi Pontificatũ· vt non tam refecta tum q̃ aucta dici queat,cum ... dine longè maiori reſtituta fuerit vt diximus,additis etiam ab eodẽ A... neralis Academiæ diſciplinarũ omnium priuilegijs. Ex eo itaq; tẽpore ... in Imperatorum fide manſit, vſq; ad Leonem III. ſub quo cùm Rauennat... lum Exarchum interemiſſent,vnà cum alijs Aemiliæ cæterarũq; regionu... lis Bononienſes quoq; Longobardorũ iugum accepere,& ad Pipini Fra... in Italiam aduentum vſq; pertulerunt,à quo cõpulſus Aiſtulphus gen... uerſum Exarchatum Põtifici Romano tradidit. Sed cũ Pipino in Gallia... ſo Deſiderius Aiſtulphi ſucceſſor Exarchatum denuo occupauiſſet, i... Caroli Magni ad Papiam victus captusq; eſſet,quę res in annũ poſt C.N... incidit,ita tum Bononienſes in Imperatorũ Cæſarum poteſtatẽ ditione... runt.Eorũ dein auctoritate viribusq; deficiẽtibus,cũ Italiæ ciuitate... ſuo ... nomine tñ Imperij Romani) agere inſtituerent,Conſulibus nimirum ex ... ces creatis,itemq; Prætore externo,cum annuo vel ampliori vt temporũ c... ferre videbatur,magiſtratu,ad quẽ totius vrbis adminiſtratio iudiciorumq; ... priuatorũ q̃ publicorum auctoritas,belli præterea temporibus rerũ ſumm... rebatur,itemq; curru fabricato quẽ carrotium dicebant,quo reipub.ve... aciem educebatur· ijs inquam tẽporibus Bononienſes tantum animi tant... ritus ob accumulatã longa libertate vim opum ingentẽ, collegerant, vt à n...

ſibi metuendū porrò exiſtimarent: ideoq; nimia temeritate Ludouicum Lotharij Imperatoris filium ſpernentes, impetu in eū facto, cum ignominia fugere coëgerunt. Sed ea re Lotharius pater irritatus, firmiſsimo in Italiam exercitu ducto tam diu vrbem obſedit, donec inopia rei annonariæ cōpulſa deditionē faceret: qua de cauſa ſummas tum calamitates pertulit. Succeſsit his temporibus interuallo quodam Mathildis Comitis imperium: qua defuncta cum opibus iterum in ſummū populus creuiſſet, animo maiora cōplecti cœpit, tum turres ingētes aliarum Italiæ ciuitatum exemplo extruens, tum expeditionibus in finitimos ſuſceptis imperij ſui fines proferens, vti in hiſtoria noſtra commemoratur. Ita res Bononienſium magna fœlicitate diu vſq; ad Fridericum Ænobarbum floruere: à quo turbarum aliquid illatum. Poſtea Conſules creati ſeptem, qui vnà cum Prætore vrbem adminiſtrabant. Tum Forocornelienſes, Fauentini, Foroliuienſes, Ceruiani, aliaque multa loca tam Romanulæ, quàm Mutinenſis agri in ditionem redacta. Deinde Conſules quaterni tantùm, neque diu pòſt, duplici numero octoni, ſed & temporum neceſsitate exigente poſtremò duodeni creati. Vrbs regionibus diuiſa quatuor: eas Quarterios appellabant. Prima regio erat Portæ Nouæ, altera Portæ Stieriæ, tertia Portæ D. Proculi, vltima Portæ Rauignanæ. Præfectis autem earum ſingulis quaterni Tribuni, Confalonos appellabant, additi, qui ſe cùm res exigeret, populo duces præbebant. His temporibus iterum tota Romanula ſubacta cum defeciſſet, bello nempe Friderici ſecundi Imperatoris oppreſſa: & in poteſtatem rediere Forocornelienſes, Fauentini, Rauennates, Ceruiani, Foroliuienſes, Foropompilienſes, Ceſenates atque Sanctarchangelini: Mutinenſes etiam, capto priùs Entio Sardiniæ rege Friderici ſecundi filio, parere coacti: omniaque agri Mutinenſis oppida deuicta. Bellum præterea cum Venetis exercitu ferè X L. mill. armatorum triennio geſtum magnæque & ſpectabiles victoriæ relatæ. Talis & tam fœlix cum eſſet vrbis ſtatus, infauſtiſsimo caſu Lambertatiorum & Gerεmeiorum partes enatæ, tantum deinde progreſſum habuerunt, vt immenſas calamitates ac miſerias ſeruitutemque tandem patriæ importarint: quod anno à C. N. M C C L X X I I I I. accidit. Itaque cum poſt acerrima bella ciuilia Lambertatij pulſi eiectique ſunt, hominum ferè X V. mill. adulti, pueri, mulieres, præter famulorum cateruas, hæc Bononienſium ſuprema clades, hoc ſimul inclinationis ſimul ruinæ imperij eorum initium fuit, cum antea fœliciſsimè C L V I. annis à Mathildis temporibus ad hunc vſq; diem Romanulæ plurimarumq; ciuitatum aliarum imperiū tenuiſſent. Conſecutū hoc eſt vt Geremeij cum ſe Lambertatiorum exulum vim, qui per Romanulæ ciuitates ſe receperāt, & perpetuis excurſionibus agrū Bononienſem infeſtū habebāt, omnino nō poſſe ſuſtinere arbitrarentur, ad fidē Romani Pontificis cōfugientes, in eius fidē hac lege cōcederēt, vt S. P. Q. Bononiēſi ius integrū ac pcipuū de Romanulæ principatu ſeruaretur. Poſtea cæſis ac profligatis maiori ex parte Lābertatijs Fauētiæ, quā vrbem Geremeij dolo ceperāt, dignitatē vrbis ſuę Bononienſes vtcunq; tueri ſunt conati: quāuis iam tū bona Romanulæ pars ab ijs ad Pontificē Rom. defeciſſet. Ita igitur ad annū à C. N. MCCCXXIIII. vſq; libertatē ſibi cōſeruarunt: quo Bononiam ingreſſus eſt Beltrandus Cardinalis Italię Legatus à Pontifice cōſtitutus. Is Poteſtatis nomē in Rectoris commutauit, & Antianos XII. nempe pro regionibus ſingulis ternos iuſsit creari, abolito Confalonerij Iuſtitiæ magiſtratu. Arcem quoq; munitiſsimam ad Galerianam portam poſt biennium extruxit, vt

vrbem firmo præſidio tenere poſſet: om̃iaq́; iam p̃ter vllam excep... ne v... Princeps arbitrio moderabitur ſuo: tandemq́; etiam in exilium eijcere c... interficere auſus· vt adeò cunctorum animi metu occupati nec de calami... quidem ſuis conqueri auderent. Attamen tyrannis hæc diu haud q... qu... d... re potuit: etenim anno à C. N. MCCCXXXIIII. cùm ſe iam ſtab... firmaq́; ... minatiõe potiri arbitrabatur, populi furentis impetu pulſus eiectusq́; eſt, vt æg... rimè fuga eriperet vitam. Creatus eo tempore XVI. virorũ magiſtratus h... conſpicuorum ac nobilium ſimulq́; ſolo æquatum caſtellum quod legatus æ... ficauerat. Anno proximo Thadeus Pepolus Doctor & Eques vir prudens & ... manus, Princeps appellatur, poſteaq́; à Pontificè Romano cõfirmatur. Is An... nos cũ Proconſule ciuitatis ex veteri inſtituto reuocauit· totoq́; imperij ſ... culo, quod annorum XII. fuit, moderatione ac ſapientia ſingulari Rem... geſsit, vt vrbis dignitatem egregiè tueretur. Succeſſores in Principatu Ioan̄ & Ia... cobũ filios habuit, cæterùm fœlicitate lõgè impares: etem̃ anno à C.N.MC... rebus ſuis diffidẽtes, vrbem Ioanni Vicecomiti Archiepiſcopo Mediolani p... pretio tradidere. Caſtellum ille iuxta Pratelli portam ædificauit, & Ioãnem ... gium hominẽ truculentũ ciuitatis gubernationi præpoſuit· qui cũ non mod... tura eſſet crudelis, verumetiã imperium quod alieno nomine gerebat, poſt A... epiſcopi exceſſum ſibi retinere cogitaret, tãtis cędibus & proſcriptionibus a... ſus ciues eſt graſſatus, vt iſtarũ rerũ in annalibus cõmemoratio horrore l... perfundat. Deniq; verò cũ ſe perpetuã dominationẽ retinere haud poſſe in... ret, vrbem Egydio Carilæ Hiſpano Cardinali Italiæ legato tradidit, anno ... MCCCLX. Difficilima fuerũt illa tum reipub. tẽpora, ꝙ intus ciuitas Ol... xaretur flagitijs & crudelitate· foris aũt bello perpetuo Barnabæ Viceco... imperiũ vrbis ſibi aſſerentis premeretur. In Egydij tamẽ legati poteſtate dem... tranquillè ſtetit· quanq̃ ager eius magnas à Barnabæ legionibus clades acc... de quo præclaræ etiã victoriæ relatæ, præcipueq́; memorabili illa pugna die ... phaeli feſto patrata, quũ vniuerſæ illius copiæ diſiectæ, captusq́; cũ om̃ibu... rionibus ipſe Imperator eſt. Anno deinde poſt C.N. MCCCLXXVI. cum ... to ex legatione Carila, ſucceſſor illi Cardinalis Sancti Angeli datus eſſet, ... ſtellis oppidisq́; diuerſorũ poſſeſsioni cõdonatis, reipub. ſtatũ lacerantẽ ... eiecíſſet, arrepta libertate XVI. rurſum Antianos & Cõfaloneriũ Iuſtitię crea... oẽs nobiles prudentesq́; viros. Adiectus etiã magiſtratus nouus XVI. T... u... plebis· aſsignatiq́; illis Cõfaloni. Poſtea numerus Antianorũ in octonos e... ctus, ampliato eorũ imperio vt bimeſtre deinceps eſſet, cũ priùs menſtruũ ... His tẽporibus nouorũ mœniũ opus quod antè erat inceptũ, proferebatur D... uit ille ciuitatis ſtatus ad annũ à C.N. MCCCLXXVIII. vſq,, cũ ſe Pont... permiſit, & fœdus cũ Florentinis, Peruſinis, alijsq́; multis ciuitatibus co... a Georgij ſocietatẽ inijt, ſtipendiaq́; mille lancearijs equitibus dedit. Sequẽti ... concedẽte Vrbano Pontifice rurſum in ſuã redijt poteſtatẽ. Circa hoc tẽpus op... da condidere Bononiẽſes, Arzele, Medicinã, Caſtellum Bononiẽſe inter I... olam & Fauentiam, Caſtellum Samogianum, aliaq́; plura· ditioni etiã ſuæ mul... iunxere, præſertim in agro Fregnano. Dein à C.N. MCCCLXXXII. anno per... ſignẽ & generoſum equũ ſumptuoſiſsimè inſtructũ, pretij quingentorũ aur... nummũ. Bonifacio IX. Põtif. Max. eos obtuliſſe legimus. Anno à C.N. MCCC... dominatũ Ioannes Bentiuolus Tonioli filius vir ſplẽdidus & acer occupauit: q...

po

poſt biennium occiſo, in Ioannis Galeatij Vicecomitis, primi Ducis Mediolanẽſium poteſtatem vrbs deuenit. Is Caſtellum iuxta Pratelli portam iuſsit euerti, ac decedens filium in principatu ſucceſſorem habuit Ioannem Mariam: cuius præſidia deinde MCCCCV. A C. N. anno populus eiecit, ſimulq; ſe in Pontif. Romani contulit fidem. Ita tum à Pontifice Balthaſar Coſſa Cardinalis D. Euſtachij legatꝰ adminiſtrationi ciuitatis eſt præpoſitus: electiq; ſimul Antiani XII. quos ille ad conſilia deliberationesq; reipub. gerendæ adhibebat. Arcẽ hic portæ Galerianæ prius à Beltrando Cardinale conditam inſtaurauit, caſtellumq; Pratellinę portę diruit. Interea cum Alexander V. Pontif. Max. Bononiam veniſſet, ibiq; fatis eſſet interceptus, Coſſa legatus decem ſeptem Cardinalium ſuffragijs Pontifex appellatus eſt, cum Ioannis XXIII. nomine. Dehinc anno à C. N. XI. ſupra M. CCCC. nonnulli ex infima plebe opificum libertatis vindicandæ prætextu legatum armis ſumptis expulere, vrbisq; Imperium occuparunt, Antianis octo creatis vnàcum Confalonerio Iuſticiæ, Tribunisq; plebis. Senatus ille Zumporũ & Arlottorum dictus patrijs vocibus, quòd ferè ex abiectæ ſortis, & nobilitati inimicis hominibus conſtaret: Arcem Galerianæ portæ exciderunt: multaq; geſſere in repub. flagitioſè, cum inſectatione nobilitatis. Durauêre ex die quarto Id. Maij vſq; ad VII. Cal. Septemb. anni alterius: quum conſpiratione optimatium è Curia pulſi ſunt, & Antiani alij cum Confalonerio Iuſticiæ Tribunisq; plebis, partim ex nobilibus, partim ex plebe creati, omnes prudẽtes, conſpicui, & magnæ auctoritatis viri. Legatum illi Pontificis vt par erat, honorificè reuocarunt. Dein anno XIIII. Ioannes Pontifex cum Cardinalibus XIII. Bononiam venit, ibiq; Iacobum Inſulanum Doctorem & Equitem, prudẽtię ac auctoritatis in vrbe ſummę, Cardinalitia exornauit dignitate. Sequenti anno idem Pontifex huc Lauda rediens, arcem Galerianam refecit aggere circum ducto craſsitudinis ped. XV. Anno XV. Antonius Galeatius Ioannis Bentiuoli F. item Guido Pepolus & Matthęus Canedolus arreptis armis eiecere præfectum Pontificium, exulesq; qui ferè ex ciuibus primarijs numero CXIII. erant, reduxere. Tum ciuitatis adminiſtrationi XVI. virorum magiſtratus hominum lectiſsimorum præpoſitus, & aggeres arcis Galerianæ cum mœnibus diſiecti. Anno XX. ſupra MCCCC. cum Martino V. Pontifice Max. depactum eſt his conditionibus, vt Antianorum aliorumq; magiſtratuum ex more creandorum auctoritas penes ciuitatem relinqueretur, muneraq; omnia ciues gererent neque propugnaculum aut caſtellum vllum in vrbe excitare ius Pontifici eſſet: à quo tunc Alfonſus Cardinalis D. Euſtachij Bononiã miſſus. Is anno ſequenti Antoniũ Galeatiũ Bentiuolũ cũ CXX ciuibus ex vrbe relegauit. Anno XXVII Martinus Pontifex acceſsit Bononiã: XXVIII Pepoli Canedoliq; & Lambertatij & Gozadini alijq; multi ex primarijs ciuibus arreptis armis vrbem in libertatẽ aſſeruere, Cardinalisque Sicilienſis legatus in Canedolorum domum eſt abductus: Antiani cum Confalonerio Iuſtitiæ lecti itemque XVI. viri ex nobilibus prudentia auctoritateque pollentes ad ſtatum Reipublicæ corrigendum, ſimulque ad annuam adminiſtrationem creati. Anno proximo rurſus cum Pontifice tranſactum eſt, qui legatum miſit Lucium Comitem Cardinalem. Is item XVI. viros correctores cum annuo magiſtratu vt prius, conſtituit: & anni ſpatio repub, geſta cum ad arbitrium & voluntatem Baptiſtæ Canedoli tanquam iuſti Principis omnia procedere animaduerteret auctoritatemq; ſuã nimis exilem arbitraretur, vltro ab vrbe deceſsit: quę ſic in Ba

piſtæ

ptiſtæ Canedoli relicta poteſtate, à Martini Ponti. Rom. fide deſci[illegible] Poſt [illegible] functo in ditionem Eugenij Pontif. qui ſuccesſerat, anno XXXI. rediȷt· ab eo [illegible] Legatum accepit M. Condemerum Tarantaſienſem Epiſcopum, ipſius Pontifici[illegible] potem. Id anno XXXIII. geſtum. Dein anno XXXIIII. rurſus à Pontifice defe[illegible] legato in cuſtodiam abrepto creatiſque X viris Bailię, magni profecto ingenij magniq; vſus hominibus, vt qui vel maximo quouis imperio regendo ſufficerent. Accidit hoc ideo, quia Legatus occultè Gattamelatam Pontificalium cop[illegible] imperatorem in vrbem introducere moliebatur. Anno inſequenti Pontificis [illegible] perium denuo ſuſceptum eſt. quapropter Eugenius tum vrbis Gubernatorem m[illegible] ſit Danielem Epiſcopum Cõcordienſem, & Prætorem Balthaſarum Offidam P[illegible] centem improbum atque flagitioſum hominem, vnáque Gaſparum Tude[illegible] latronem ſceleratum Quæſtorem vectigalium· quorum ſuggeſtu & cõſilio Gubernator multa nefariè & crudebiter egit, ac nominatim Antonio Galeatio Bentiuolo ad pedem ſcalarũ quæ tunc in atrio prętorij erant, caput auferri iuſſit. Deinde cum anno XXVII. Pontifex Eugenius ipſe Bononiam veniſſet, eo hîc commorante Balthaſarũ Franciſcus Sfortia cepit, & vti nefarij hominis crimina mere bantur, graui affecit morte. Eugenius ſequenti anno Ferrariam ad concilium profectus eſt. Caſtellum hoc tempore Galerianum abſolutum, itemq; pes Curiæ, [illegible] meridiem ſpectat. Eugenio Ferrariæ commorante quoniam inſolentia Pon[illegible] ficiorum Præſidum indies ſe magis magisq; vexari populus animaduertebat, armis ſumptis eos vrbe pepulit: creatiq; ſunt X viri Bailiæ: caſtellum etiam G[illegible] anum occupatum· & in vrbem accitus cũ pręſidio Nicolaus Picininus. Hic [illegible] XL. vti vrbis Princeps, aſſenſu tamẽ & voluntate cõcilij cõmunis X viris Ba[illegible] magiſtratũ abrogauit· Senatũq; XVI. Correctorũ ex nobilibus prudẽtibuſq; vi[illegible] legit. Poſt eius abitũ dein Franciſcus filius tyrannidẽ exercẽs, carcerib. inium[illegible] uibus aliquot incluſis, mox captus eſt, & arx Galeriana ſubuerſa· cũ iam anno [illegible] Annibal Bentiuolus Antonij Galeatij nothus, opera Galeatij Marſcotti, aliorumq; ſtrenuorum aliquot ciuium, ex arcis Varranæ Marchionis carcere fuiſſet tra[illegible] Bononiamq; reductus. Ita Picinino eiecto Annibalis in vrbe auctoritas ad[illegible] uit, vt illius propemodum nutu ac voluntate omnia viderentur geri: redu[illegible] X viris Bailiæ, cum plena populi poteſtate, magiſtratu depoſiti XVI vi[illegible]. A[illegible] XLV Annibalem Canedoli interfecere· viciſsimque ipſi partim cæſi, pa[illegible] exilium acti· ſimulq; domus eorum æquatæ ſolo. Proximo anno Sanctus H[illegible] lis Bentiuoli, qui Antonij Galeatij frater fuerat, nothus filius vti dicebatur, F[illegible] tię victum lanificio quęritans, optimatium ſtudio Bononiam eſt reductus, & tutelæ Ioannis ſecundi duorum ferè annorũ pueri, Annibalis filij prępoſitus· qui dexteritate prudentiaq; tanta rem geſsit, vt vnus tanquã iuſtus Princeps omnia [illegible] raretur. Eo poſt annũ XVI. qui in MCCCCLXII. à C.N. incidit, fatis intercepto, ad Ioãnem vrbis adminiſtratio recidit qui deinceps auctoritate gratiaq; ta[illegible] apud optimates, quàm apud plebem adeo creuit, vt vrbis dominus omnino vi[illegible] tur· quanquam ditioni illa Pontificali haberetur ſubiecta: ſiquidem quantumuis Cardinales Legati perpetuò mittebãtur, honorificeq; excepti obſeruabã[illegible] etia, tamen vniuerſa reipub. adminiſtrandæ ratio ad Ioannis arbitrium & voluntat[illegible] procedebat. Senatus hoc tempore ciuium vnius & viginti, loco XVI. itemque X virorum Bailiæ, Paulo ſecundo Pontif aſſentiente creatus· qui vna cu[illegible] Legatis, Prolegatis, alijsque rectoribus rempublicam gererent, ſimulque pri

mus in

muſin eo locus Ioanni aſsignatus, cum hac prærogatiua vt ius illi ſedere perpetuò
eſſet, cum alij ſenis menſibus ſtarent, totidemque poſtea conſiderent. Sic itaque
in auctoritate nutuque Ioannis Bentiuoli ciuitatis ſtatus fuit ſub his Pontificibus,
Paulo II. Sixto IIII. Innocentio VIII. Alexandro VI. Pioq; III. Interea magnificas
ædes ſuas à Sancto ædificari incœptas cũ turre munitiſsima Ioãnes perfecit· mul-
tasq; paſsim in agro Bononienſi inſignes condidit villas. Legati Bononiam à me-
moratis paulò ante Pontificibus iuerunt, Cardinalis Beſſarion græcus, Cardina-
lis Mantuanus primus, Cardinalis Aſcanius Maria Sfortia, Cardinalis Vrſinus, &
Cardinalis Borgia. Durauit illa fœlicitate Ioãnes ad annum à C. N. MD VI. vſq;,
quo à Iulio II. Pontif. Ludouici XII. Francorum regis auxilio cum vniuerſa fami-
lia pulſus, Mediolanum commigrauit· vbi poſtea LXVI. ætatis ſuæ anno edidit
animam. Eiecto Ioanne Senatus à populo reſtitutus eſt hominum vnius & XX. a-
liuſq; pręterea creatus pari numero popularis· quanquam in hunc quoq; nonnul
li ex nobilibus, cæterùm ſtudio populares, allecti eſſent. Deinde cum Iulius II. Põ-
tif. ad vrbem acceſsiſſet, nẽpe D. Martini feſto die, MD VI. poſt. C. N. anno, Sena
tum XL. ciuium ordinauit, qui Conſiliari dicerentur, & rempub. vnà cum Legato
gererent. Decedens autem poſt multas immunitates ciuibus oratoribuſq; datas,
& Galetiani caſtelli ædificationem inceptam, Legatum reliquit Antoniottum Sa
uonenſem, Cardinalem ſancti Vitalis· qui cum menſibus V. nequaq̃ ea qua opor-
tebat dexteritate præfuiſſet, Romam à Pontifice reuocatus eſt, relicto ad vrbis gu
bernationem Laurentio Fliſco Montis Regalis Epiſcopo, viro p idoneo ac ſapiẽ-
te: miſſuſq; poſtea Legatus Franciſcus Alidoſius ex Caſtello Rio, Cardinalis Pa-
pienſis. Anno MDX. cum Iulius Pontif. iterũ Bononiam veniſſet, menſeq; Maio
ſequentis anni Romam eſſet reuerſus, poſt eius abitum factio Bentiuola. Legato
in Curia Senatus cõmorante, Annibalẽ & Hermetem Bentiuolos in vrbem intro
duxit, tãta celeritate vt Legato vix fugiendi daretur tẽpus. Euerſum tunc cõcur-
ſu populi caſtellum Galerianum· lectuſq; Senatus ciuium vnius & XX. ſecundũ
Bentiuolorum arbitrium· & abrogatus ſimul magiſtratus XL. Conſiliarijs à Iulio
creatis. Ita Bentiuoli in vrbe remãſere vſq; ad ſequentẽ annũ: etenĩ cũ Galli ab Ita-
lia deceſsiſſent, ipſi etiã Bononia ceſſere· q̃ ſic ad imperiũ ditionẽq; Pontificis reci
dit. Miſſus hoc tẽpore ad vrbis adminiſtrationẽ à Cardinale Mãtuano Prolegato,
q apud Imolã cõſidebat, Ennius Philonardus Verulanus Epiſcopus, Gubernator
& Caſtellanꝰ Imolę· quẽ & p honorificè excepit ciuitas, & in Curiã deduxit nec diu
pòſt Ioẽs Medices Cardinalis Legatꝰ vrbẽ ingreſſus eſt, è Gallorũ poteſtate elap-
ſus, in quorũ manus ex pugna ſocialis axercitus cũ illis ad Rauennã patrata deue
nerat. Is Iulio ſecũdo fãtis intercepto Pontifex creatꝰ cũ Leonis X. mutato de mo-
re nomine, Senatũ hoĩm XL. reſtituit· quanquam vnum in mente reſeruaret ſua: an
noq; poſt C. N. MDXV. cũ IIXX. Cardinalibus Bononiam acceſsit, Legato tũ Iu
lio Medice Cardinale eiꝰ fratre patruele. Venit quoq; breui eò Franciſcus Gallię
rex cũ magna Principũ caterua, poſt receptũ Mediolanũ· & colloqo cũ Põtifice ha
bito, vtrinq; amicè diſceſſum eſt. Legatiõe Cardinalis Medicęi durãte vrbẽ guber-
nauere, primò Bernardus Rubriꝰ Parmẽſis Epiſcopus Tauriſanꝰ, dein Altobellꝰ
Auerold Brixianꝰ Epiſcopꝰ Polanꝰ. Leoni X. Põtif. vita defuncto Adrianus VI.
Batauꝰ in Põtificatu ſucceſsit, Adriano Iuliꝰ Medices Cardinalis, de quo ſuprà cõ-
memorauimꝰ, Bononię Legatꝰ, q Clemẽs VII. dictꝰ. Sub hoc ingentem calamita-
tem Bononia pertulit, tam ab exercitu Caroli Borbonij, qui Romam aduerſus
Pontifi-

Pontificem ducebatur, quàm ob famem & peſtilentiam, qua tum Italia labora-battota, & intra huius vrbis muros agrique fines propemodum vicena hominum millia periere, Rempub. gerente Gauro Piſtorienſe, Fani Epiſcopo, viro pru[illegible] atq; cõſummato. Dein anno MDXXIX. Clemẽs Pontif. cũ XV. Cardinalib[illegible] venit paulóq; poſt etiã Carolus V. Imper. maximo regulorum cœtu comitatu maximiſq; copijs, coronæ auguſtalis accipiendæ gratia: quo tempore Princip[illegible] & rerumpub. totius ferè Chriſtiani orbis legati huc confluxere. Pontifici vnà cũ Auguſto in Curia Senatus hoſpitũ pbitũ: cõpertaq; tũ vrbis amplitudo, tot Cardinalibus, Principibus, regulis, militibus, alijsque mortalibus cõmodè exceptis, quot mehercule paucæ, vel fortaſsis nullæ totius Europæ hoſpitandis, tam opportunæ queant inueniri: pariterque qua eſt omnium rerum ad vitam vtilium abundantia copia que intellecta. Sequenti dein anno qui XXX. ſupra MD. à C. N. fuit, die D. Matthiæ Apoſtolo feſto, coronã Imperatori Cæſari Clemens Pontif. in D. Petronij æde, cum ſolẽni mirificaque pompa poſuit. Triumphum profectò ſplẽdi[illegible] rẽ aut magnificentiorem ego me videre haud poſſe vnquam arbitror. Ex æde ambo Principes ſub aureo tentoriolo candidis in equis inſignibus, coronati, humer[illegible] que deferentes niuea, cum maximo ac longè ornatiſsimo comitatu per vrbem incedebant ſimul: & cum in æde D. Dominici Imperator Pontificis accepta pace digreſſurus iam erat, canonicus Diui Ioãnis Laterani eſt creatus ſimulque tum ibidem amplius ducentos equites auratos fecit. Poſtea inter Imperatorem A[illegible] Venetos, & Franciſcum Sfortiã ſecundũ pax cõſtituta eſt itẽq; à Clemente P[illegible] & Alfonſo Ateſtino Ferrariẹ Duce de imꝑio Ferrariæ, Mutinẹ, Regij, Luci, Bagnacaualli, & Cotignolæ, quod Alfonſus tenebat, Imperator arbiter eſt receptus. [illegible] tum Pontifex Romam, Cęſar Mantuam diſceſsit Bononiæq; Legatus manſi[illegible] nocentius Cibo Diaconus Cardinalis, Prolegatus autem Vbertus Gambara B[illegible] ianus Derthonenſium Epiſcopus, doctrina vir, prudentiaq, ac vſu mirificè [illegible] ctus, & ingeniorum inſignis Mecænas qui pòſt ob ſingularem virtutem Cardinalis à Paulo III. Pontif. creatus. Anno XXXII. ſupra MD. Clemens Pontif. Gu[illegible] natorem Bononienſibus dedit Franciſcum Guiciardinum Florentinum, hominem eruditũ, ac in repub. gerẽda prudentẽ atq; conſummatũ qa diu Mutinã, R[illegible] Lępidi, cum illa oppida in Pontificum eſſent poteſtate, rexerat, itemque tota R[illegible] manulam. Iterum dein menſe Septembri Clemẽs Pontif. cum Cardinalib[illegible] X[illegible] huc venit: moxq; etiam Carolus V. Imp. Aug. cum Franciſco Sfortia ſecundo M[illegible] diolani, Federico Gonzoga Mantuæ, Alexandro Medice Ciuitatis Pennæ Duce, itemque Florentiæ Rectore, nec non cum Alfonſo Daualo Marchione Va[illegible] terea Duce Alui Hiſpano, & Ioanne Franciſco Pico Comite Mirãdulano, a[illegible] multis regulis acceſsit. Vtrique in Curia ciuitatis hoſpitium pręhibitum & coll[illegible] de quiete paceque Italiæ agitata vſque ad menſem Martium anni inſequentis. Fœdus tum inter ipſos & Mediolanenſem, & Ferrarienſem, Mantuanumque reg[illegible], itémque Genuenſes & Florentinos & Lucenſes pactum publicatumq; eſt. Deinde poſt vtriuſq; diſceſſum Franciſco Guiciardino vrbis prefectura remanſit in cuius auctoritate quoniam tota reipub. adminiſtratio, & priuata publicaq; iudicia erant poſita, ſequentis anni Iunio mẽſe nemo Præturam inijt vti antiquo more ciuitatis ex eo tempore quo primùm creati Prætores, factitatum perpetuò erat. q[illegible] quam enim eorum nomen in Rectorum aut aliud quoduis aliquando fuiſſet cõmutatum, tamen ipſe magiſtratus manſerat. Anno hoc poſt C. N. MDXXXI[illegible]I, VII. Cal.

VII.Cal.Octob.Clemens Pontifex animam efflauit·& III.Id.Octobris Alexan-
der Farneſius Cardinalis,Oſtienſis Epiſcopus ſucceſsit,qui Paulus tertius eſt di-
ctus.Ab hoc Bononiam Gubernator miſſus Ioannes Maria Montanus Archiepi-
ſcopus Sipontinus vir doctꝰ,& in adminiſtranda repub.dexteritate ſingulari.Cu-
ius deliberatione ciuium commodo Quinque virorum Concilium inſtitutum fu
it,hominum doctorum & externorum, qui munere quinquennali ciuilibus iudi-
cijs preſſent. Salarium ijs annuũ decretum ſingulis aurei nummi CCCC. quod illi
luculentiùs præſtatur,qui Poteſtatis nomen ſuo anno tenet· quippe id quotannis
ordine ad alterum transfertur.Conſeſſum hunc iudicum ad Romani illius Conci
lij inſtar, Rotam appellarunt.Deinde XXXV.anno ſupra MD.legatus Bononiẽ-
ſibus eſt datus Guido Aſcanius Sfortia Cardinalis Diaconus, Pontificis nepos,
ætatis annorum XV.& elegantis ingenij iuuenis.Proximo anno cùm legatus Ro
mam conceſsiſſet,Gubernator à Pontifice miſſus eſt Marius Epiſcopus Reatinus·
qui menſibus aliquot donec legatus reuerteretur,præfuit.Poſtea ſub legato miſſus
eſt Gregorius Magalottus Romanus,Cluſinorum Epiſcopus,vir inclyta iuſti-
tia, verborum parciſsimus,at in agendo copioſus·qui cum MDXXXVII.à C.N.
ano adueniſſet,ac eiuſdem anni mẽſe Septemb.magno totius ciuitatis dolore ani-
mam efflaſſet,anni ſequentis menſe Februario Gubernator à Pontifice miſſus eſt
Fabius Arcellus, Epiſcopus Biſinianꝰ ·eoq; Romã nõ diu pòſt reuocato,Marcus
Vigerius Sauonenſis, Epiſcopus Senogalliæ.Secutus eſt anno XL. ſupra MD.IIII.
Id.Ianuarij Vercellenſis Epiſcopꝰ,Cardinalis Iureæ legati deſignati nepos·& poſt
etiam ipſe legatus Bonifacius Fererius Cardinalis Iureanus per Fœlicianã portam
in vrbẽ aduenit.Anno XLI.menſe April. Prolegatus venit Fabius Minianellus,
cũ Legati nepos Romam accitus à Pontifice fuiſſet.Eodẽ anno VII.Cal.Octob.
Paulus III.Pontif.cũ XVI.Cardinalibus,& Hercule II.Ferrarienſiũ Duce,alijsq;
multis regulis Bononiam acceſsit,honoribusque ſummis eſt exceptus.A Lucenſi
bus tum abceſſerat,colloquio ibi cum Carolo V.habito.Sequenti anno q XLII.
fuit,mutato priore legato ſuffectus illi eſt Cardinalis Contarenus,vir doctus &
ſanctus:quo eodẽ anno fatis erepto,& in D. Proculi æde ſepulto,Benedictus Cõ
uerſinus Piſtorienſis,antiſtes Aeſius,homo magnæ integritatis illius loco reman-
ſit,cũ Auditore Petro Philippo Martorello Auximate, prudẽtia dexteritateq; mi
rifica pollente.Pòſt anno XLIII.XV.Cal.Aprilis iterum Bononiam redijt Paulꝰ
III.Pontif.cœtu Cardinalium XI.& Epiſcoporum duorũ & XX.comitatus, ho-
norificè cum omnibus acceptus menſe dein Aprili tribus aſſumptis Cardinalibus
in iter Placẽtinũ hinc ſededit.Venit huc etiã interea loci cũ tribꝰ ſocijs Benedictꝰ
monachus ex ſodalitate prædicatorum Archiepiſcopus Armeniæ,iã priùs à Pon-
tifice Romæ cõfirmatus,vt aliquas adhuc prærogatiuas impetraret,nullos in Ar-
menia ſacerdotes præter monachos prædicatores inueniri aſſerens.Placentia de-
inde per Ferrariam Pontifex huc rediit·iterũq;,de menſe Iunio Parmam eſt profe-
ctus·inde Buxetum ad Carolum V. Imper.Aug.vnde colloquio arcano habito Bo
noniam ſe recepit,menſeq; Iulio hinc Romam.Benedicto Conuerſino Romanu-
læ Præſide à Pontifice conſtituto, loco illius in vrbis gubernatione Bernardinus
Barba Caſalenſis Epiſcopus ſucceſsit,vir vſu negotiorum conſummatus: eoq;,
anno MDXLIIII. Romam accito,Legatus à Pontifice datus Ioannes Moronus
Mediolanenſis,Cardinalis ſancti Vitalis,qui III.Non.Maij in vrbem aduenit, &
Vicarium habere Camillum Mentuatum Placẽtinum,Epiſcopũ Satrianũ, doctũ

& iuſtum hominem voluit. Anno MDXLVI. menſe Ianuario Legatus Romam abiens, adminiſtrationem ciuitatis Mentuato reliquit. Hoc tempore concilium Tridentinum eſt inceptum, quo Ioannes Maria Cardinalis Sipontinus, & Cardinalis Sanctæ Crucis Legati, cum multis primatibus alijs à Pontifice miſsi conuenerant. Dein anni ſequentis menſe Martio concilium à Tridento Bononiam tranſlatum eſt: ideoque XIII. Cal. Apr. Montanus & Sanctæ Crucis Cardinales, Concilij Legati cum magna præſulum caterua huc venêre, conciliumque perſequi cœperunt in æde D. Petronij, cœtu Epiſcoporum LX. cum alijs antiſtitibus itemq; Galliæ regis legatione collecto. Poſtea pridie Non. Iulij Romam reuocato Mentuato Prolegatus venit Ioannes Angelus Medices Mediolanenſis, Raguſianus Archiepiſcopus, eruditione ac ingenio vir pollens, qui dein ob virtutes ſummas vti alibi demonſtrabimus, à Paulo III. Pontifice Cardinalium ordini allectus. Dein V. Id. Septẽb. Bononiã ingreſſus eſt Ioãnes Moronus Cardinalis Legatus Roma veniẽs: quo rurſus à Pótifice reuocato, anno MDXLVIII. XVII. Cal. Aug. Cardinalis Mótanus Legatus eſt inſtitutus, qui concilij Præſes fuerat, tanta totius ciuitatis lætitia exceptus eſt, quãta nullus adhuc quiſquam vel Legatus vel Pótifex Max. elapſis antè temporibus erat, quemadmodum in hiſtoria Bononienſi à nobis abundè perſcribitur. Huius itaque ſummi viri auctoritate nunc vrbs noſtra gubernatur, prolegato anno ſequenti miſſo Annibale Borio Neapolitano Protonotario Apoſtolico. Breuiter hactenus percurſo Bononienſis reipub. ſtatu, eiúsq; in hunc vſque diem adminiſtratione, plurimarum rerum commemoratione omiſſa quæ referri tam de vrbis ornatu, quàm opulentia, nec non de genijs alumnorum eius cum ad diſciplinas humanitatis pacis temporibus pertinacis, tum etiã ad arma cum bellum incidit, itẽ de illorũ inſigni & rara erga hoſpites & externos humanitate, ac animorum cũctis in rebus magnitudine atq; ſublimitate, harum inquam rerum omnium narratione relicta, celebres viros qui Bononia orti, non modo hoc natale ſolum ſuum, verùm adeo totam Europam egregiarum virtutum gloria illuſtrarunt, deinceps enumerabimus. Primùm itaq; ſanctos illos homines, qui inter Diuos Eccleſiæ iudicio ſtare meruerunt, deinde cæteros ordine quàm fieri poterit ſuccincto, ne dilicatis lectoribus tœdium adferatur, recenſebimus. Trucidati martyrioq; affecti ob aſſertionem fidei in Chriſtum ſeruatorem noſtrum Bononienſes hi ſunt. DD. Aggæus & Caius ſub Diocletiano & Maximiano Impp. anno poſt C.N. CCLXXX. Diui quoq; Vitalis & Agricola eodem ferme tempore martyrio coronati, nẽpe CCLXXXVIII. anno. Decio Impp. D. Hermes fidei victoria triumphauit anno à C.N. CCLXXXIX. D. Proculus eques fortiſsimus ſub Iuſtino Imp. animam propter Chriſtum effudit anno DXIX. D. Iuliana vidua ſummè ab D. Ambroſio laudata poſt C.N. anno CCCXXXIII. floruit. D. Bononius Abbas fœliciter poſt inſignem abſtinentiam Vercellis mortalem hanc vitã cum æterna commutauit, anno MXXVI. D. Guarinus Epiſcopus Præneſtinus & Eccleſiæ Romanæ Cardinalis à Lucio ſecũdo Pontifice creatus, vitæ curriculo vltra centeſimum decimum annum prolato ſanctè demum anno poſt C.N. MCXLIIII. apud Præneſte animam reddidit. Inter Beatos annumerãtur hi Bononiæ alumni: B. Stephanus ſodalitatis D. Saluatoris Scopettinæ inſtaurator: qui è cœnobio D. Donati Scopettino prope Florentiam, anno MCCCCXLIIII. in cœlum migrauit. B. Corradinus Arioſtus ex familia prædicatorũ monachus, anno MCCCCLXVIII. ſanctè defunctus. B. Antonius Cra-

cius,

cius, ac item eiuſdem ſodolitatis B Diana Andalia cum veſte monachorum Prędicatorum in D. Agnetis, anno M CCXXI. B. Catharina Nigra ordinis D. Claræ, in corporis Chriſti domo, anno M CCCC LXIII. Pontifices Romanos Bononia dedit Honorium ſecundum Fagnanium, anno poſt CN. MCXXIX. Lucium ſecundum ex gente Caccianimicorum, M C XLIIII. Cardinales Eccleſiæ Romanę Bartolomęum Mediouaccam ab Vrbano VI. Pontif. lectum anno M CCCLXX VIII. Iacobum Inſulanum à Ioanne XXIII. anno M CCCCXIII. Nicolaum Albergatium ex ordine Crathuſianorum à Martino V. poſt C.N. M CCCCXXVIII. anno. Achillem Craſſum à Iulio ſecundo Rauennæ agente, M DXI. Laurentium Cāpegium à Leone X. abſentem in Auſtria, cum ibi legationē apud Maximilianum Imper. Aug. obiret, anno poſt C.N. M D XVII. Archiepiſcopi hac vrbe orti, Bartholomæus Armeniæ prædicator ūordinis monachus, qui fidem Chriſti in ea mundi parte ſeuit, & diuinis honoribus colitur, Egydius Galutius Cretæ, ſodalitatis item prædicatorum monachus. Franciſcus Picolpaſsius Mediolani, & Fœlix Trophinus Theatis. Epiſcopi Bononienſes hic nati fuere, Bernardus, Victor, Hēricus Frattani, Craſſus & Gerhardus Scanabecci, Gerardus Arioſtus, Octauianus Muſellus, Ioannes Boncambius ex familia prædicatorum monachus, Octauianus & Sciata Vbaldini, Raynaldus Acariſius, Bartholomęus Raymūdus, Ioannes & Nicolaus Albergatij monachi Carthuſiani, Ioannes Poggius, Achilles Craſſus, Laurētiusq́; Cāpegius ambo poſtea Cardinales, Alexāder Cāpegius Laurētij Cardinalis filius, q̄ nunc viuit. Aliorū locorū Epiſcopi Bononiæ geniti fuere hi, Rābertus Primaditius ordini Prædicatorū deuotus, Venetiarū, Franciſcus quidam Comaclinorum, Franciſcus Sangeorgius Salubrienſium, Bartolomæus Signinorum & poſtea Comaclinorum omnes inſtituto prædicatorum addicti, Delphinus Gozadinus Pennienſium, Antonius Voltanus Forocornelienſium, Ioannes Garſius Ariminenſiū, Gaſpar cognomēto à ſancto Ioanne, monachus prædicator ſummus Theologus & Philoſophus, Forocornelienſium, Antonius Craſſus Tyburtium, Achilles Maraſcottus Ceruianorum; Baptiſta Canonicus Fauentinorum, Martinus Lignanus ex ordine Prædicatorum monachus, Montiſalti, Galeatius Butrigarius Caietanorum, Paris Craſſus Piſaurenſium, Hieronymus Cāpegius Parentinorum, Balthaſar Cataneus Piſaurenſium, Ludouicus Garſius Arimini, Vincentius Boccaferrius ſodalitatis Montis olıueti monachus, Marſici, Balthaſar Craſſus Tifernatium, Octauianus Caſtellanus Montis Leonis, Laurentius Spata familię Minorum monachus, Calis, itemque alij multi Epiſcopi ac Primates qui obiere, nec breuiter omnino commemorari poſſent vrbe hac orti ſunt inter quos etiam Thadeus Pepolus familiæ montis Olıueti monachus, Carinulæ antiſtes, & Auguſtinus Zanettus Sebaſtiorum. Viuunt nunc quoque complures aliorum locorum præſules patria Bononienſes, Thomas Campegius Feltrenſis Epiſcopus, Marcus Antonius eius frater Roſetinus, Ioannes Baptiſta Campegius Maioricenſis, Ioannes Campegius Parentinus, Ioannes Poggius Tropianus, Petrus Bouius Oſtuninus, Peregrinus Fabius Auditor Rotæ, præſul Veſtenſis, Pompeius Zambecarius Sulmonenſium, & Ludouicus Beccadellus Riuellinus. Alios permultos varijs maximiſq́; dignitatibus exornatos, vtpote Protonotarios apoſtolicos, Auditores Rotę Aduocatoſq́; cōſiſtoriales Bononia tulit, quorū omniū mentio lectori hic forte moleſtiā eſſet allatura: cæterū ex primo Bononienſis hiſtoriæ libro ſiquis requirat, cognoſci abundè poterunt. Conſequens au-

tem eſt vt nunc homines doctrinarum ſtudijs & ſcientia inclytos, qui in lucẽ Bononiæ ſunt procreati referamus. Ex horum cohorte primùm Theologi celebres fuere Angelus, & Alexander, & Bombologninus, & Bartolomæus Comatius, Euſtachiuſque Platenſis, omnes Prædicatorum ordinis monachi, quorũ adhuc eruditiſsima ſcripta leguntur, præſertim cõmentationes ad quatuor ſententiarum libros: item Gerhardus & Michaël Sereni ex ſodalitate Carmelitarum, Paulus Matuianus, & Thomas Trentaquatrius ambo ex familia Prædicatorum multis literarum monumentis nobiles. Sequitur Philoſophorum caterua, in qua Alexãder Aclinus qui plurima ſcripſit philoſophica, maximeq́; in Ariſtotelis Phyſica, Bartolomæus Manzolus inſtituto prædicatorũ deuotus, qui Formalitates ad D. Thomæ ſenſum & multas quæſtiones logicas reliquit, Hieronymus Gazo Minorum ordinis monachus, qui ingenij præſtantiam editis quoque libris eſt teſtatus, u & Laurentius Spata quondam Generalis miniſter eius ſodalitatis, Tiberius Bazelerius, qui memoria noſtra cum ſe, tum patriam eruditiſsimè docendo di... doq́; in Ticinenſi ac Patauino gymnaſio mirificè nobilitauit. Nec minori gloria fuit Ludouicus Boccaferrius, qui Romæ diu habuit ſcholam, itemq́; in patria ...noniæ, vbi cum ingenti ſtudioſorũ luctu fatis conceſsit anno à C. N. MDXLV. C... his iungendus Florianus Ceriolus olim in D. Petronij canonicus, optimus philoſophus, qui doctrinæ famam inſignem moriens reliquit. Doctorum iuris tam Pontificij quàm Cæſarei catalogus perquam longus eſt: ſunt enim in eo hi. Aga... non Marſcottus qui Romanus Senator fuit, Albertus Ramponius, Alexãder paltronius, Andalus Andalius, Andreas Bouius, Andreas Manzolinus, Antonius Butrius, Bartolomæus Salicetus, Bartolomæus cognomento de Prætis, Bartol... us Bologninus, Bartolomæus, Panzachius, Bartolomæus Arculanus, Sebaſti... & Bernardinus Zambecarij, Bernardus Pineus, Bonifacius Fantutius, Bõſignor Bonſignorius, Bornius Salanus, Bulgarus Bulgarius, Chriſtophorus Poggi... mus, Egydius Fuſcherarius, Florianus Sãpetrius, Florianus Dolphius, Fran... Ramponus, Franciſcus Maluetius, Gaſpar Calderinus, Gaſpar Rẽgerius, ... Hieronymus Zanetinus, Hieronymus Craſſus, Iacomatius & Iacobus Butri..., Iacobus Balduinus, Iacobus Phaſianinus, Iacobus Beluiſius, Iacobus Boui... annes Andreas à Sancto Hieronymo. Ioannes Calderinus, Ioannes Sulima...s, Ioannes Plateanus, Ioannes Bonſignorius, Ioannes Barberius, Ioannes Arboreu..., Ioannes Fantutius, Ioannes Sangeorgius, Ioannes Salanus, Ioannes Campegius, Ioannes Antonius Bottonus, Guido Bayſius, Hippolytus Marſilius, Lamberti... Ramponius, Laurentius Pineus primus, Ludouicus Bologninus, Ludouicus ...zolius, Ludouicus Gozadinus, Ludouicus Ludouitius, Macagnanus Actigui..., Martinꝰ Sulimanus, Matthæꝰ Matheſilanꝰ, Melchior Moglius, Odofredus O...fredꝰ, Paulꝰ Eleazarius, Paulus Voltanꝰ primus, Petrꝰ Canedolus, Petrus An...nus, Petrus Bõpetrius, Raphaël Primaditius primus, Richardꝰ Salicetus, Richardus Malumbra, Rolandinus Paſſagerius, Rolandinus Romancius, Thomas Formainus, Troylus Maluetius, Hugolinus cognomento à Prætis, Vincentiu... P...ottus, Vincentius Saluiolus. Alios præterea Iuriſconſultiſsimos Bononia dedi... tam multos, ut magni temporis ſpatio recẽſeri omnes haud poſſent: hos verò tantùm collegimus, quòd eorum ſcripta monumentaq́; literarum in manibus hominum verſentur. Mediçinę doctores eximij non pauci etiam hac vrbe orti: no... tim Chriſtophorus Honeſtus, aliorum quoque doctrinarum præterquam Medicinæ

cinæ gnarus vt eius ſcripta cóprobant, ité Dñicus Varignanus, Aſtor Tauſsginanus, Gaſpar Varignanus, Hieronymus Raynutius, Ioannes Blanchinus, Ioannes Garzonius, Iacobus Monticaluus, Ludouicus Leo, Mundinus Lucius, Neſtor Morandus, duo Nicolai Fabij, Petrus Zanettus, & Petrus Varignanus. Aſtrologi clari Bononienſes hi fuere. Iacobus Benatius, Iulius Macchiauellus, Marcusq́; Scribanarius· Oratores & poëtę, Andreas Magnanius, Angelus Coſpus, Bartolomæus Blanchinus, Benedictus Morandus, C. Ruſticellus, Camillus Paleottus, Iacobus Cruceius, Ioannes Baptiſta Pius Andalius, Ioannes Andreas Gariſendus, Lucius Pomponius, Laurentius Roſcius, Petrus Moglius, Philippus & Philippinus Beroaldi, Philippus Phaſianinus, Pompeius Fuſcararius, item Rufus, cuius memoriam vſurpat Martialis. Hiſtorici hac patria nati, Benedictus Morādus qui de origine Bononiæ ſcripſit eleganter, Ioannes Garzonius qui multos annalium Bononienſium libros, aliasq́; multas hiſtorias eleganti ſtylo cōpoſuit, Hieronymus Albertutius Borſellius ex Prædicatorū ordine monachus, concionator facundiſsimus qui Epitomen hiſtoriarū Pontificalium à D. Petro vſq; ad Alexandrum ſextū concinnauit, prætereaq́; librum de multis Italię ciuitatibus, cū Chronicis ſodalitatis prædicatorū, alijsq́; item vrbis Bononiæ vſq; ad annū à C.N. MCCCCXCVII. edidit. Vernacula lingua ſcripſere N. Fabrutius, Guido Ghiſilerius, Guido Guinicellus, N. Honeſt⁹, Petrus Creſcentius, Sēperbonus, Thomasq́; Caſtellan⁹ qui & ipſe nōnulla Italico ſermone cōdidit. Mulieres etiā litteris eruditas ornatasq́; Bononia tulit, inter quas Ioanna Matthæi Blanchetti filia, Bonſignori Bonſignorij vxor, quæ & eleganter latinè loquebatur, & Germanicæ Boihemicæq́; linguę habebat vſum. Nouella Ioannis Andreę filia, Ioannisq́; Lignani coniux patre occupato munus eius ex ſuggeſtu docendi ſuſtinebat. Chiromantiæ gnarum vrbs hæc tulit Bartolomæum Coclitem, qui volumen ingens de Chiromātia ac Phyſiognomia cōpoſuit· antiquarios cōplures, è quibus Alexander Calcina, Bartolomæus Maſsinus, Gaſpar Fantutius, Ioannes Philotheus Achillinus, qui anno à C.N. MDXXXVIII. ætatis ſuæ LXXII. ingenti apud mortales ſui deſiderio relicto exceſsit. In hoc viro ingeniū ad oēm humanitaté ac virtuté natum idoneūq́; erat·etenim cū latinarū græcarūq́; litterarū ſcientia, tū eloquentia poëticaq́; tam latinę quā vernaculæ linguæ ſummè pollebat. Muſicæ quoq; peritiā ita vt & voce optimè modularetur, & varijs etiā inſtrumentorū generibus excellēter caneret habebat: præterea mirifico rerum antiquarū ſtudio ac deſiderio tenebatur, ideoq́; tam magnū numerū veterrimarū ſtatuarū ex marmore collegerat, ac item numiſmatū aureorum & argenteorū æreorūq́;, ex quibus expreſſæ imagines & formæ Imperatorū, Conſulum, Ducū Romanorū, aliorūq́; celebrium hominū antiquæ memoriæ cognoſci cerniq́; poterant, vt fortè paucis in locis Europæ totius harū rerū æquè magna multitudo ac excellentia reperiretur. Inter cætera pręclara eius ſigna caput Tulliolæ, Marci Ciceronis filiæ marmoreū tam eleganti & mirabili opere perfectū erat, vnà cum Senecę capite, vt perdifficulter opera aliqua ſimilia toto orbe terrarū inueniri poſſe cenſeam. Litterarū quoq; monumenta vir is q̄dam reliquit, nominatim Annotationes linguę Italicę ac librum verſibus vernaculis cōſcriptum titulo Fidelis, opus doctū & elegās. Alia de eo memoratu digna quibus vitæ viri cōmendatio cōtinetur, poſſent ſcribi, verum cauſa breuitatis nunc ad Bononienſem hiſtoriā à nobis reijciuntur. Inter filios reliquit Clitarchū omnibus in rebus egregijs paternæ indolis. Fuit etiam in hac antiquariorū claſſe

Thomas Gambarus in D. Petronij canonicus, non ſolum antiquitatis & numiſmatum mirè ſtudioſus, verumetiam Chiromantiæ ac Phyſiognomiæ peritus, itemque rerum pretioſarum ſcalptor excellentiſsimus. Præterea vetuſtatis delectati monumentis ſunt Paulus Voltanus alter, ac item Hercules Scadinarius, qui verſatili ingenio atque ad omnes diſciplinas apto erat· etenim & circa architectonicen, & circa picturam ſcalpturamque iudicio pollebat, vnaque priſcorum ſeculorum reliquijs oblectabatur· vti etiam Hieronymus Lineus, qui operæ plurimùm ijs eruendis inueniendisque collocauit, annoq; nuper à C. N. M D X L V. vita functus eſt. Viuit iam hic Iacobus Raynerius artificio calceolarius, qui tantam copiam numiſmatum ex auro, argento, ęreque collegit, vt mirari ſatis nequeas, quo tandem modo eiuſmodi inſtituti atque conditionis homo tam magnos ſumptus facere potuerit tot pretioſiſsimis nobiliſsimisque numiſmatis conquirendis· prætereaque tantum operæ ac induſtriæ adhibuerit in tot inclytorum hominum imaginibus effingi curandis, quot vel ad magni cuiuſque Principis rationem eſſent ſatis. Mehercules quod ego dictitare ſoleo, mirificè erga eum liberalis in animo ſummo largiendo parens natura fuit· in opibus & re concedenda nimium parca. Genuit etiam Bononia pictores laudatiſsimos, quorumè numero Hercules fuit, cuius in ſacello Garganellorum ædis D. Petri, opera cóſpiciuntur item Franciſcus Francia, cuius in pingendo tanta excellentia, tantumque vaſis ex auro argentoque fabricandis artificium erat, vt pictis eius operibus aurifex inſcriberetur, metallicis pictor. Vltra hos & Ioannes Maria Chiodarolus excellens pictor fuit, & Marcus Antonius Raymundus laudatiſsimus deliniator. Viuit nunc Amicus Aſpertus non minus elegans ſcalptor, quàm pictor, itemque Blaſius Pupinus picturæ artificio pollens. Statuarios vrbs hæc tulit Dominicum Aymonem cognomento Varignanam· cuius ex marmore opera cum Romæ in Capitolio, nempe Leonis X. Pontif. ſtatua, tum in nobiliſsimo D. Mariæ Lauretinæ templo, prætereaque multis in locis Bononiæ cernuntur. Hac ætate ſupereſt Hieronymus Cortellinus excellens item ſtatuarius. In arithmeticis præſtantes Bononia dedit Scipionem Ferreum, & hoc tempore Ioannem Mariam Cambium· architectos, Ariſtotelem Albertum, Ioannem Beroaldum, Ioannem Accurſium, & Iacobum Raynutium, qui nuper anno poſt C. N. M D X L I X. fatis conceſsit. Militiæ duces inſignes, qui ex hoc natali ſolo iu lucem prodiere, ſunt hi: Agamemnon Senenſis, Albertus Gallutius, Albertus Platenſis, Annibal Bentiuolus primus & alter, Antonius Maria Cignanus, Bartolomæus Manzinus, qui ſæpius ſingulari pugna victor extitit, Baptiſtorius Pelacanus, Camillus Gozadinus, Æneas Blanchinus, Gaſpar Maluetius equeſtrium turmarum Veneti nominis ductor, Iacobus Pepolus Galeatij Vicecomitis copiarum imperator, Ioannes Ignanus dux legionum Romanarum anno poſt C. N. M C C C V I. Ioannes Pepolus militiæ Vicecomitum præfectus, Ioannes Ludouicus copiarum Reginæ Ioannæ imperator, Iulianus Maluetius, Gualengus primus Ghiſilerius, Hector Panicinus Galeatij Vicecomitis præfectus, duo Hercules Bentiuoli exercitus Florentinorum duces, Hercules Maluetius Venetorum, Hermes Bentiuolus equitum Venetorũ præfectus, vti quoq; Ludouicus Maluetius, itẽ Lucius Maluetius, qui copias duxit Ioannis Galeatij & Ludouici Sfortiarum Mediolani Ducum, poſteaq; Piſanorum cum illi ſe in libertatem aſſeruiſſent, denique Venetorum, quos non modo vnquam deſeruit, quanquam cæſis illorum copijs à Ludo-

uico

uico XII. Franciæ rege in Clarea Abduæ, verumetiam cum propemodum totius cōtinentis imperium amiſiſſent, ita enixè iuuit, vt & Pataui j recipiendi, & ſalutis reliquiarum exercitus auctor fuerit. Franciſcum quoque Gonzagam Mantuanum Marchionem bello cepit, deduxitque Venetias: tandem poſt multos labores, plurimasque res egregiè pro Veneta repub. geſtas, Pataui j animam reddidit, vbi & ſepultus iacet. Pompeius Ramaciotti filius ſi per fata longiorem vitæ metam potuiſſet attingere, profectò vti ex militiæ primordijs quæ fecerat, intelligebatur, ad ſummum bellicæ virtutis gloriæque gradum erat euaſurus: vti quoque Romeus Pepolus tertius, qui ſub Iulio II. Pontif. equitum ordines duxit, & in Rauennate pugna fortiſsimè ſimul cum fratre Cornelio dimicans, cecidit. Ramaciottus Scaricalaſinus equites pediteſque ſub Iulio ſecundo, Leone X. Adriano VI. Clementeque VII. duxit, ac perpetuò ſummam virtutis commendationem meruit: Spinatius vel Alexander Clarius ſæpe Bononienſium & Venetorum pedeſtribus turmis præfuit: Thomas quoque Ramponus dux ſtrenuus fuit: item Hugo Pepolus, qui Genuenſium equeſtribus turmis, deinde Franciſci primi Franciæ regis, poſtea Florentinorum imperitauit: quas præfecturas tanta prudentia, fortitudine, animique ſublimitate ſemper geſsit, vt ſi longiorem fata indulſiſſent vitam, totius Europæ partes celebritate ſui nominis impleturus videretur. Alios præterea multos illuſtres viros Bononia tulit, quos breuitatis ſtudio nunc omittimus, & cum alijs rebus memorabilibus permultis, ex huius vrbis hiſtoria cognoſcendos relinquimus. Itaque vt ad intermiſſam locorum deſcriptionem reuertamur, extra Bononiam, læua, verſus Apenninum, ac deinde ſecundum eius radices incedendo, dextra Rheno amne tenente, meridionali in parte tertio ab vrbe lapide pons inuenitur Caſalecij, tranſitum fluminis iungens, ab oppido denominatus Caſalecio, quod hic citra fluuium olim fuit, vbi etiamnum quædam operum veſtigia ſuperſunt, & nunc vicus extat ad iter agentes excipiendos potiùs, quàm alia de cauſa excitatus. Rheni amnis mentionem exiguam apud antiquos inueni: à Plinio tamē inter *a* ea flumina quę Padus in Adriaticum defert, commemoratur, itemque *b* calamos generare traditur, quibus ad ſagittas nulli alij ſint aptiores, quòd plurima ijs medulla inſit, pondusque volucre, contra flatus quoque peruicax libra. Sed et à Silio *c* nominatur ita: paruique Bononia Rheni. Naſcitur vltra Porrectæ fontē in Apennino, infrà Piſtorium: vnde deſcendens propter Porrectæ balnea, quorum aquis augetur, deinde per montes præceps ad alterum ab vrbe Bononia lapidem accedit: perq; campos latè diffuſus, agri plurimum vaſtat, præſertim autumnalibus menſibus, cum imbrium frequentia maximè ſolet extumeſcere: deniq; ſupra Ferrariam millibus quatuor in Padum exit. Aquis eſt potu ſaluberrimis propter medicatarum Porrectę fontis acceſsionē. Dehinc per Apennini radices, læua Rheni viam cōtinuando, nō procul à ponte quem deſcripſimus, Septum inuenitur: murus eſt craſsiſsimus in Rheni alueo tranſuerſus, aquas tanquam obice ſuſtinens, & in altam compellens foſſam opere factam, qua Bononiam trahuntur ad varias machinas circūagendas: quarū vſus multiplex, frumentū molere, itē vaſis æreis bellicisq; tormētis fabricandis, & ſpecies, gallàq; terere, & ad ſericū intorquendū, inſuper arma expolire, variorū inſtrumentorū aciem excitare, tabulas & aſſeres ex materia ſecare, præterea ad chartam faciendam, aliaq; officia exequenda, denique nauigijs ad Maletum deferendis, vnde per Paduſæ ſtagna remis porrò ad Padum peraguntur,

a. lib. 3. cap. 15.
b. lib. 16. cap. 37.
c. lib. 8.

Vu 4 indeque

indeque Ferrariam. Procedenti dein Oliuetum occurrit, & locus vbi Banditium extitit caſtellum ad collis latus· poſteaque Settæ fluminis ex montibus in Rhenum circa hæc illabentis, oſtium. Aliud quicquam memoratu dignũ hac læua parte Rheni nõ eſt vſq; ad Porrectæ fontem, qui ripam fluminis aliam tenet vt indicabimus. Aemilia pergenti duobus à Bononia millibus pons in Rheno viam iungens ſuperatur· moxq; dextra in ripa vicus eſt Caſalecium, vbi alter pons amni impoſitus. Decætero Vallis Rheni, ſic dicta, quòd per eius amnis dextrã pandatur ripã, amœniſsima, vbertateq; frumẽti & nobiliſsimi vini, maximè apiani vulnetianiq;, ac fructuum omnis generis copia valde fœcunda. Itinere hoc per vallem ad ſplendidiſsimam Rubriorum villam deuenitur, Imperatore equidẽ Auguſto excipiendo haud inopportunã· quam à Bartolomæo Rubrio inceptam Minus filius auxit, viri ambo cum ingenij, tum animi magnitudine præſtantes. Aedificata eſt hac ratione vt vndiq; riui aquæ nitidiſsimæ diffluant· nec ſolum ad commodũ atq; neceſsitatem, verumetiam ad animi delectationem. Circà paſsim horti cultiſsimi topijs exornati perelegantibus, parietesq; gelſamino ac roſa varia roſmarinoq; conueſtiti, murmure labentium aquularũ vbiq; ſuauiſsimo reſonãte. Adeſt piſcina pulcherrima, mirificam innatantium piſcium ſi ſpectes voluptatẽ habens. Locis etiam circumiectis iunipereta cernuntur, aucupio cùm anni tẽpora ferunt, aptiſsima: breuiter, tanta eſt huius villæ iucunditas, tantus ſplendor, vt cuiuis vel maximo poſſet Principi ſufficere. Superioribus annis cum iniuria calamitateq; bellorum lacerata ac deformata fuiſſet, à Ludouico Mini filio viro ingenioſo ac litteris erudito priſtinæ magnificentiæ ſplendoriq; reſtituta eſt. Sequitur Caſtellum Epiſcopi, oppidum quódam· nũc in vicum abijt: cuius ager collinus peramœnus vina generoſiſsima producit apiana vulnetianaq;, cum optimis & ſuauiſsimis fructibus. Dein vicus Saxum Gloſinæ eſt· ad quem priuſquam deſcendatur, ſub altiſsima rupe, ferro, vt per Rheni ripam via peragi queat, diſſecta, tranſeundum eſt, itinere admodum horribili ob deſpectum altiſsimæ crepidinis in Rheni ſubiectam foſſam, Settæ amnis oſtio aduerſam. Locus Saxum dicitur accolis ab rupe ſaxea peredita· quæ arctiſsima ſemita opere facta, longurijsque accolarum induſtria munita, quò abſq; caſus periculo commeari hoc poſsit, ſuperatur· & ædiculam ferro exciſam in ſilicem habet, in qua miſſæ ſacris ſolet operari. Olim exaduerſum his anguſtijs arx in colle erat ad loci pręſidium ac tutelam cõſtituta, quam Bononienſes excidere. Deſcenſus hinc in vicum, vbi villa ſplendidiſsima quondam à Nicolao Sanuto ſenatore Bononienſe ædificata, cum fonte largo ac periucundo. Dehinc ad perarctas fauces quaſdam peruenitur, dextra monte altiſsimo imminente, læuà colle modico, in quo caſtellum munitum o fuit Panicum, cuius etiamnum veſtigia cum templi parte conſpiciuntur. Id Bononienſes euertère propter Dominorum defectionem, qui Comites Panici dicti, Bononienſes erãt ciues: qua ex gente multi præſtantiſsimi Duces prodiere, vti in hiſtorijs Bononię legere eſt. Faucibus ijs trãſitis aliquot apparẽt domus olim vici Panici, cũ ponte Rheni, quo collis monti vltra flumen annectitur. Poſt hũc vicũ dextra Rheni ripa per vallem incedenti planities offertur bella, nõ magna tamẽ· vbi ædificiorũ veſtigia, quæ Miſani deletæ vrbis eſſe accolæ perhibent· proindeq; locum hunc in hodiernũ vſq; diem Miſani planitiem vocari, in quo pauimẽta reperiri teſſellata, itemq; numiſmata cũ alijs antiquitatis monumentis ſolent. Nonulli hoc nepotũ Noë ædificiũ fuiſſe aiunt: nos quia nullã Miſani mentionẽ apud

ſcriptores

ſcriptores inuenimus, lectori hic arbitrium damus ſuum. Sequitur itinere per vallem pagus Vergatus, vbi præfecti ſedes, qui finitimorum locorum colonis ius reddit. Altius deinde Balnea Porrectana ſunt, oppidum honeſtum· vbi è ſaxo medicatæ aquæ calidæ magna copia prorumpunt, quarum vis omnibus notiſsima etiam vulgi dicto huiuſmodi: Porrectaná qui aquá bibit, aut purgatur, aut peribit: eiuſq; rei fidem exempla quotidiana videmus aſtruere. Fontem hunc anno à C. N. MCCCLXXV. repertum hac ratione perhibetur. Agricola bouem morbo languẽtem & ſummò macilentum, ſalutem animalis deſperans ita iam deſeruerat, vt in agro liberè vagantis nullam omnino curã haberet amplius. Bos hàc illac modicè paſcendo oberrans, aquæ riuulo inuento bibit·hauſtuq; captus, iterum & ſæpius eò cõmeare ad potũ incipit· vnde cum meliùs habere maciemq; deponere viſus eſt, dominus rei nouitate ſtupefactus ſolicitè cauſam ſanitatis inquirere cogitat· ac proinde bouis abitum diligenter non ſemel notans, eum ad riuulum accedere hũc tanquam ex conſuetudine, largiſsimeq; potare animaduertit. Iam tum quòd indies habitior craſsiorq; reddebatur, id illius aquæ facultate contingere certò didicit, quæ ſcilicet animali ſanitatem effecerat. Libuit etiam homini potu laticis periculum naturæ facere: quem cum ſalſum obtinere ſaporem inueniſſet, rem protinus ad medicos Bononiam defert· à quibus conſiderata diligenter aquæ conditione, experimentoq; in ægris probata, ſummè morbis quibuſdã conferre eſt cognita· Poſt hæc igitur affecti valetudine conſilio medicorum eò commeare cœperũt: quibus excipiendis vt locus redderetur opportunus, Senatus Bononienſis primũ vt pagus Caponianus & Garnalio duas ad fontem habitationes excitarent, cenſuit· dein autem ob ſummã frequentiam & concurſum mortalium alias ædificare oportuit plurimas· vt nunc in vrbis honeſtæ formam pene ex creuerit locus, colonosque lautos habeat, à quibus indies etiam ædificia adijciuntur plura. Calidæ huius aquæ fons admodum vt diximus largè prorũpit, ſapore ſalſus, odoreq; ſulphureus, ex edito ſupra magnum illum quẽ prædiximus alium, ſaxo metallicæ naturæ ſulphuris· cuius ſuperficies paſsim leues flammas emittere notantibus cernitur, prætereaq; & facili ictu ſcintillas ipſo è ſilice excutere eſt· ignẽq; etiam cõcipiet terra ſi facem admoliaris· reſtincta verò gramen herbamq; germinabit: Aquã hanc excipit Rhenus: ideoq; non eſt quod miremur eũ amnẽ potu eſſe ſaluberrimũ. Sequuntur altiùs aquę Scarpettanę virtutis etiam mirificę· maceratum quippe his lutum inteſtinis hominum doloribus forinſecus appoſitum ſalutem adfert. Finitima Porrectanis aquis ſunt Garnalio, Capronum, Caponianum, Caſula, Caſium, vnde origo maiorum Hieronymi Caſij equitis aurati, poëtæq; laureati, qui ſuperioribus annis Romæ obijt: item amnis Limentina. Deinde Bargi & Caſtilio belli Pepolorum pagi ſunt, cum Mõte Acuto Baragaciaq;· ac præterea Bombianum. His in montibus lapilli inueniuntur adamãtium & beryllorum ſimilitudine iam exacta vt gemmarum imperitis frequenter ac facilè imponãt. Reditu hinc ad Rheni pontẽ, Æmiliã viã vti diximus cõnectentẽ, quam ab Ariminovſq; Placentiam & vltra etiam excurriſſe demonſtrabimus, primùm in ea Burgũ Panigaleum quòdam egregius vicus, occurrit· deinde læuà, flexu modico ad Apẽnini radices, haud procul extra viã, decimo ab vrbe Bononia lapide Criſpellanũ oppidũ altiusq; millibus quatuor, exiguo in colle aliud, Bacianũ, à Comite mathilde cõditũ, vti annales Bononiẽſiũ perhibẽt, ac poſtea MCCXLVII. à C. N. anno Bononienſiũ bello ſubuerſum, ꝙ ab ijs ad Mutinẽſes hoſtes defeciſſet. Inſtauratũ· poſt ea

forma

forma qua nunc eſt. Arcem hic munitam & pulchram Ioannes Bentiuolus ſecundus ædificauit. Nomen loci noſtra memoria Nicolaus cognomento Bacianus armorum gloria reddidit inclytum, qui perſæpe cum egregijs & fortiſsimis viris depugnando, victorias ſemper illuſtres habuit. Altiùs eſt bis mille paſſ. à Baciano Mons Vellius vt docti vocant. quod oppidum à Veientibus Hetruriæ populis, quibus diutiſsimè cum populo Rom. bellum fuit, aliqui fundatũ dixere: ſed nos quod tandem iſti habeant eius opinionis fundamentum, equidẽ ignoramus. Veientes finibus ſuis circa Romam vnquam exceſsiſſe haud reperimus, proindeque illos nominum ſimilitudine tãtùm ductos ita ſentire arbitramur, ea de cauſa poſſe exiſtimari Veientes montis Vellij fuiſſe auctores, quippe quoniam vulgò Mõs Veius appellari ſolet: cęterũ in hac vernacula voce nimis leue momentum ad rei fidem profectò eſſe patet, quoniam nulla vnquam memoria Montem Veien[illegible] appellauit, ſed Montem Vellium, vti Blondus alijq́; ſcriptores probant, quanquã agreſte vulgus veram nominis prolationem deprauarit. Hieronymus Borſelius in annalibus Bononiæ oppidum hoc à Mathilde Comite conditum aſſerit. verum errauiſse mihi videtur, quoniam à Blõdo traditum legimus apertè, cum Romani Leonis III. Imperatoris Conſtantinopolitani imperio ſpreto, ſuam ſibi poteſtatẽ vindicãtes Marinum Spatariũ Imperatoris Legatũ, vnáque Adrianũ eius [illegible] Campaniæ præfectum interfeciſsent, cumq́; cæteri Italiæ populi omnes conſti[illegible]tis ſibi certis ducibus principibusq́;, quò ſe Exarchorum auctoritati ſubduce[illegible] vti quoque Rauennates qui Paulum Exarchum occiderant, ab Leone defeciſ[illegible]tum Longobardos ijs turbulentis varijsq́; temporibus, quoniam Italiæ gentes [illegible]peratorum præſidijs nudatas, ac ſimul idoneo ductore deſtitutas intelligebãt, belli impetu in Æmilia Bononiam, Fauces Perſiceti (vbi poſteà Centum condi[illegible] & Mõtẽ Vellium occupaſſe: vnde nimirum manifeſtò apparet oppidum hoc ante Mathildem multis ætatibus fuiſſe conditum, ideoq́; Borſellium labi, ſi de prima loci ædificatione ſentit: quanquã & ſi de reſtauratione ac auctu fortè, vel cœnobij principijs eſt locutus, verè ſcripſiſſe potuerit, nos tamen nullum oppidi[illegible] cidium vel cladem ante Mathildis tempora incidiſſe reperiamus. De cætero Sa[illegible]nianum eſt. prætereaq́; oppidula quædam olim hoc ſitu extitere cum in col[illegible]tum in valle Samogiona Lauinaq́;, quæ Bononienſes varijs temporibus deleuer[illegible] veluti Montẽ Maiorẽ, Montẽ D. Ioannis, Montẽ D. Petri, Caprã Mociã, Bonaciariũ, Zapolinũ, aliaq́; nonnulla. Sequitur hinc amnis Scultenna, cuius poſtea mentionem faciemus. Rurſum mille ab Æmilia via paſſ. in amœna planitie caſt[illegible] Plumatium, antea Caſtellum Colũbanum vt quidam tradunt, vel vt alij, Ad [illegible] Columbanũ dictum, à Bononienſibus anno poſt C.N. M.CCXLVII. conſtitutũ, auctore Borſellio. Tum abhinc quinto milliari ipſa in via Caſtellum Francu[illegible] iacet, nec procul eo loco vbi antiquitus Forum Gallorum vt veteres di[illegible]ere, [illegible]

a. lib. 3. vt Appianus Alexandrinus [a], Celtarum Forum ſeu Villa, fuit. Nonnulli id oppidum vltra Caſtellum Francum interuallo modico, vbi nunc turris rotundę forma cum fonte largo cernitur, extitiſſe crediderunt, at à veritate quàm longiſsimè abſunt, quoniam eæ Caſtelli Leonis olim à Mutinenſibus incepti reliquiæ ſunt, vti oſtendemus. Alij paulo magis ſuperiori loco volunt fuiſſe, ſiquidem & Aemilia via priùs altior erat, vt ex veſtigijs antiquæ Mutinæ quæ contingebat Aemiliam, & altiori ſitu fuit quàm recens, ſicut in eius deſcriptione docebimus, intelligere eſt: vnde ſi Forum Gallorum hac in via fuit quæ tum altior, &

ipſum

ipſum ſupra Caſtellum Francum extitiſſe conſequitur, quod poſtea propter Fori
interitum & vię mutationem magis ad inferiorem quoque locum eſt tranſlatum,
ac dein à Bononienſibus anno poſt C.N. MCCXXIIII. muris ſeptum, vti in hiſto-
ria Bononienſi perſcripſimus. Ad Forum Gallorum Hircius & Panſa Coſſ. me-
morabili pugna M. Antonium vicerũt· qua de re Liuius *a* hac ſententia ſcripſerat. *a. lib. 119.*
Cũ Panſa Conſul malè aduerſus Antoniũ pugnaſſet, A. Hircius Cõſul cũ exerci-
tu ſupueniẽs, fuſis M. Antonij copijs fortunã vtriuſq; partis æquauit. Victus dein-
de ab Hircio & Cæſare Antonius in Galliam confugit, & M. Lepidum cum legio
nibus quæ ſub ipſo erant, ſibi iunxit, hoſtisq́; à Senatu cum omnibus q intra eius p̃
ſidia erant iudicatus eſt. A. Hircius qui poſt victoriam ipſius in inimicorũ caſtris
ceciderat, & L. Panſa è vulnere quod in aduerſo p̃lio exceperat defunctus, in cãpo
Martio ſepulti ſunt. Extra Caſtellum Francũ ſpatio modico, ipſa in via vt diximꝰ,
antiquæ turris veſtigia cernuntur, vbi olim Mutinenſes in Bononienſium contu
meliã caſtellũ ædificare cœperunt Leonis· quod priuſquã abſolueretur, Bononiẽ
ſes anno à C.N. MCCXXXVII. incurſu proſtrauere, poſteaq́; MCCCLXXVII.
turre ac mole contra Britones (vt in annalibus eorum traditur) muniuere: cu-
ius operis in hodiernum vſque diem reliquię ſuperſunt. Tribus dein ferme mil-
libus Aemilia procedenti amnis occurrit Panarus, antiquis Scultenna dictus, qui
Romanulam finit. Rurſus à ponte Rheni altero à Bononia lapide, loca quæ de-
xtram Aemiliæ viæ tenent commemorabimus. Primùm citra eum pontem haud
procul taberna eſt diuerſoria· cuiꝰ ad dextram via perquam directa millium octo
ad Caſtellum D. Ioannis in Perſiceto ducens. Hac cum ab Aemilia deflexeris, ter
tio à taberna lapide, quinto fermè à Bononia fluuius apparet Labinius· qui ex A-
pennino viam Aemiliam, itemque hanc alteram procurſu ſecans, pontibus vbiq́;
iunctus, & infrà dein ſpatio paſſ. mille Foſſam Ghirondam, per quam paluſtria
quædam hoc ſitu ſe exonerant loca, proindeque limo ferè ac cœno perpetuo
altoq́; periculoſam ingreſſu, excipiens, mox in Samogiã præcipitat, qua ſimul in
Rhenũ defertur. Samogia quoq; ex Apẽnino deſcẽdẽs paulo inferius, ſimul Æmi
liam, ſimul hanc quoq; viam pontibus vbiq; tranſitum coniungentibus ſcindit. In
ter Labinium & Ghirondam foſſam, vbi concurſu peninſulæ cuiuſdam triquetrę
formã efficiunt, locũ nunc Forcellos accolæ vocãt à via mille ferè paſsibꝰ, Octauiꝰ
Auguſtus, M. Antoniꝰ, & M. Lepidus fœdere de Triũmuiratu cõuenere. Quàmuis
aũt hac ætate ager is inſtar peninſulæ ſit· tñ olim inſula fuiſſe videtur ſeu natura,
ſeu opere facta· dextram pereditis Labinij ripis, lęuam Ghirondæ altiſsima foſſa
limoq́; profunda ſtringente· quorum aquę circa trianguli apicẽ confluunt, & pòſt
ad lapidis iactũ in Samogiã delabẽtes, ea vt diximꝰ in Rhenũ tractu P. M. IIII. euo
luũtur. Itaq; ad hũc cõfluentẽ illi quos paulo antè nominauimus Duces, imperiũ
populi Rom. ex compacto inter ſe partiti ſunt vt Appianus Alexandrinꝰ *b* memo- *b. lib. 4.*
riæ prodidit. Hinc porro manifeſtus in Italia Blondi apparet error, eius diuiſionis *bell. ciuil.*
conuentiones prope Fauentiam aut alijs quibuſdam finitimis in locis initas in
hæc verba ſcribẽtis. Tradi videmus à multis Octauiũ Auguſtũ, M. Lepidũ, & M.
Antonium de ſceleſtiſsimo Triumuiratu ſuo apud confluentia prope Bononiam
cõueniſſe. Abeſſe autẽ nõ poteſt, quin aũt Fauẽtia, aut proximè ad Bagnacauallũ,
Cutignolã, & Lugũ, vbi flumina Anemo, Sennius, & Vatrenus ac Padus in mare
vnis oſtijs cõfluũt, ea fuerint cõfluentia. Sic Blõdus· at non rectè: primùm eñ Flo-
rus de Triumuiratu ſcribens, Imperatores pace conſtituta apud confluentes inter
Muti-

Mutinam & Bononiam iunxiſſe manus ait, & exercitus conſalutaſſe: Plutar
in Antonij vita conueniſſe eos in inſula amnis, ibique triduo commoratos ſcribit:
a.lib.46. idemque teſtatur Dio a, congreſſos nimirum in exigua amnis inſula prope Bono-
b.lib.4. niam loco ab arbitris remoto: quem omnium apertiſsimè demonſtrat Appian. b,
bell.ciuil. in peninſulam quam circa Mutinenſium ciuitatem Labinius efficit amnis, cóue-
niſſe tradens. Enimuero quòd alij diuerſè prope Bononiam hũc locum deſcribut,
id rationẽ habet, quia Bononiæ quàm Mutinę vicinior: ab hac enim millibus fer
mè ſenis, ab illa XIII. abeſt. Et quòd Mutinã alij nominarũt, id optima quoq; ra
one factũ arbitramur, quoniã agri Bononiẽſis illa ętate finis erat Rhenus, poſt quẽ
vltrà Mutinenſis ſequebatur: vt ideo cùm Appianus iuxta Mutinam Triumuira-
tus inita pacta dicit, rectè non vicinitatem vrbium, ſed agrum ſpectauiſſe in
gatur: quod alij neglexere, ſolo locorum ſitu deſignato. Dubitari itaq; haud opor
tet quin ad Forcellos Octauius, Lepidus, & Antonius de Triumuiratu conuene-
rint, vti tum illi quos memorauimus ſcriptores tradunt, tum ratio quoq; co in-
cit, quæ adeo veriſimile eſſe non ſinit, duces tam longè ab ſuis exercitibus, qui in-
ter Bononiam, Forumque Gallorum & Mutinam conſidebant, ſeceſsiſſe, quam
ſunt illa à Blondo demõſtrata loca: vbi hercule ſi conueniſſent, iam XXX. pr
millibus ab copijs quęq; ſuis digreſſum appareret. Hęc noſtra eſt ſentẽtia. I
biſsimi huius conſilij mentionem Liuius quoq; fecit: nempe C. Cęſarem cum
tonio & Lepido pacem feciſſe ita vt Treſuiri Reipub. conſtituendæ quidem
quinquennium pręeſſent: ipſum Lepidum & Antonium ſtatuiſſe, vt ſuos qui
micos proſcriberet: in qua proſcriptione plurimi equites, CXXX. ſenatoru
mina fuerunt: & inter eos L. Pauli, fratris M. Lepidi, & L. Cæſaris, Antonij auun-
culi, item M. Ciceronis: qui omnes dein occiſi. Non procul à Forcellis prata l
gè lateq; diffunduntur, quæ Salana vocant accolæ: quorum medio propugna
cum antiqua turre eſt: tenetq; vicinitatem opinio, Sala oppidum hoc olim
ſe loco, vnde Prata Salæ nunc vulgo nuncupentur. In via rurſus quam mittere ad
Caſtellũ D. Ioannis prædiximus, ſuperato Martignono, ita locus vocatur vbi
beccariorũ nobilis familiæ Bononienſiũ villa eſt, poſt Labinij pontẽ amnis
gia ſuccedit, iterq; ab eius ponte deterrimũ pluuijs cadẽtibus: quippe quoniã p
ſtria hæc ferè loca ſint, in quibus etſi deſiccata maximis partib. fuerint, ob depr
rẽ tñ ſitum aquę circa viam Aemiliã perpetuò ſcaturientes, & foſsis collectę
dẽtes, vti in lacunis ſtagnant. Secundũ hanc viam læua, paruæ quædam inſulę ap-
parent, quas Comitis Mathildis temporibus factas fama eſt: eius ſcilicet poten
demonſtrandæ cauſa: quò cum hoc itinere proficiſceretur, tutus ad comm
foret locus. Tum ad Caſtellum D. Ioannis in Perſiceto deuenitur, quondam
cijs peramplum & opulentum adeo, vt plurimis Italiæ ciuitatibus haud cederet:
verùm à Bononienſibus, quòd ab eorum imperio ſępe defecerit, in hunc quo nunc
apparet ſtatum eſt deductum, vti & in Bononienſibus Chronicis, & in noſtra hi
ſtoria perſcribitur. Suburbia quemadmodum ex veſtigijs intelligitur, illis tem o-
ribus ad cuiuſuis Italicæ vrbis rationem maxima habuit, populum frequentiſsi
mum: at nunc peſsima conditione ac ſemideſertum eſt. Homines illuſtres edidit
Gaſparum ordinis prædicatorum monachum, Imolanum epiſcopum, virum reli-
gioſum & doctum, qui noſtra memoria fato conceſsit apud Ferrarienſes, ibiq; in
Angelica æde ſitus eſt: item Andream Bernardum rerum quotidianarum ſcripto-
rem, etſi non valde politum, attamen induſtrium atque ſolicitum, qui in maiori
templo

templo apud Foroliuienſes iacet, duoq; magna volumina reliquit. Obijt anno poſt C.N. MDXXII. ætatis ſuæ LXXII. Memoriam eius non referre tam propter ſummum quo me complexus eſt amorem, quàm propter honeſtiſsimos viri labores nequaquam potui. Vlteriùs ad alterum ferè lapidem, læuâ, caſtellum eſt D. Agatæ, MC. poſt C.N. anno circa Friderici Aenobardi tempora conditum, vti marmoris cuiuſdam in caſtri porta collocati inſcriptio perhibet. Hinc ad Aemiliam verſus incedenti Manzolinum exiguum caſtellum haud procul ab ipſa via cernitur. Itinere rurſus à Caſtello D. Ioannis, tertio lapide Crocetta modicus inuenitur vicus, in exitu crucem habens· cuius læua via ad Bonportum Scultennæ tranſitum ducit, dextra continuato itinere oppidum Creualcore inuenitur, priùs Alegralcore dictũ vti in tabulis quibuſdam priſcis hoc in loco confectis legimus, his verbis: Anno MCCCXXVIII. Indictione XI. Die vltimo Decemb. Vniuerſitas, Commune, & homines Terræ Alegralcoris cui dicitur Creualcore, Comitatus Bononiæ. Reſtitutum à Bononienſibus anno poſt C.N. MCCXXXI. reperimus, cũ MCCXIX. Friderici ſecundi bello fuiſſet euerſum. Bis hîc Barnabam Vicecomitem Mediolani regulum Bononienſes acie ceciderunt, ipſo etiam vulnerato ac fere capto, vti in hiſtoria Bononienſi commemoramus. Ager Septentrionali latere priſco ſeculo paludibus ferè occupabatur totus· plurimorum amnium ac fontium aquis ob ſitum loci humiliorem hîc ſe colligentibus· quas induſtria curaq; tanta Bononienſes canalibus ac foſsis egeſtis aliò iampridem deriuarunt, vt omnia propemodum exiccata nunc ſint. Illuſtrauit ætate noſtra caſtrum hoc Antonius excellens pictor, qui tam exactè proprieq; formas animalium, auium, ac fructuum omnium, coloribus veriſsimis reddebat, vt adeo naturales & viuæ planè viderentur: quarum plurimas adhuc Bononiæ diligenter ſcimus aſſeruari. Poſt Creualcore verſus occidentem ad alterum milliarium aggeres apparẽt, quibus olim vt accolæ ferunt, amnis Scultenna continebatur· idq; ipſorum cum hîc eſſem commemoratione accepi: narrabant autem hoc modo. Panarus quoniam priùs hàc fluens agros more amnium ſolebat infeſtare, ſæpeq; ad ipſum vſq; oppidum omnia vaſtabat, incolæ regionis conſilium quo detrimentis occurreretur aquæ, à Bononienſibus petere conſtituunt: quos cum in Senatu primarius quidam vir interrogaſſet, ligonéſne & palas, & bipalia, cæterumq; ſimile ruſticum inſtrumentum haberent, ſimulq; auerſus nullũ præterea verbum addidiſſet· illi nec intellecto prudentiſsimi hominis reſponſo, tanquam nihil obtinuiſſent diſceſſere. Non diu pòſt iterum agros vaſtante flumine, cum inter ſe ſoliciti omnes rationem compeſcendis aquis inquirerent, vnus tũ fortè arridens, vtiq; id quàm maximè inquit in noſtra eſt poteſtate, qui ligones palasq; cum armis ſimilibus in promptu habemus, vti ſapientiſsimo Bononienſis ſenatoris cõſilio fuimus admoniti: qua re intellecta, mox bipalijs alijsq; ruſticanis inſtrumentis arreptis, interciſo priore alueo, flumen in hanc foſſam qua nunc continetur, immiſere. Dehinc ad Auſtrum verſus inter viam Creualcoris & Æmiliam Nonantula cernitur, vbi quondam nobile ac ſumptuoſum fuit cœnobium· cuius etiam pars cum ſacrata adhuc æde ſupereſt, & Luitprandus [a] Leuita Papienſis in hiſtoria ſua fecit mentionem. Auctor eius Anſelmus Athaulphi Longobardum regis cognatus· qui poſt inſignes maximasque præfecturas militares ſeculum deteſtatus, ducem ſe MC & VII. religioni deuotis viris præbuit, domibus monachorum multis, inter quas hæc Nonãtulana, itemq; ſplendida illa D. Iuſtinæ apud Patauinos, circa DCCLXXX. à C.N. annum conditis, itemq; maximis dotibus *a. lib. 2.*

Xx fundo-

fundorum redituumq́; locupletatis. Enimuero manifeſtum nemini nó eſſe puto,
Petrarcæ librum de Pontificibus, vbi ab Anſelmo hæc monaſteria fundata M.
CCXLIIII. poſt C.N. anno legitur, mendum grauiſsimū continere, cum Atha-
phum CCC. amplius annis id tempus præceſsiſſe conſtet. Nos hæc de Anſelmo
conditore ex peruetuſto quodam ipſius cœnobij codice didicimus, in quo Adria
ni primi Pontificis vita perſcripta eſt: ideoq́; quod alij Nonantulanam domum
à Comite Mathilde conditam, Diuiq́; Syluestri Pontificis in eam illata oſſa nar
rant, fabuloſum eſſe intelligitur. Planè credi fortaſſe poſſet ab illa vel inſtauratā,
vel auctam, aut alia re quauis ornatam fuiſſe: ſed Anſelmus ſacratas eas omnino
huc detulit reliquias, vti in illo veterrimo quem commemorauimus libro legi
tur. Sunt hîc volumina quædam præcipuæ vetuſtatis: vnumq; ex cæteris quod plu
rimas Adriani primi Pontificis Max. epiſtolas continet, de cultu venerationeq́ue
imaginum Chriſti, virginisq́; matris & aliorum Diuorum ad Conſtantinopolita
nos Imperatores ſcriptas, è quibus nonnulli ab catholicæ Eccleſiæ Romanæ ſen-
tentia deſciuerant, ſignis paſsim deijci, corrumpi, & flammis aboleri iuſsis. In æde
ſacra, Syluestri & Adriani primi Pontif. oſſa, prætereaq́; pretioſum Comitis Ma
thildis Breuiariū cum alijs præſtantiſsimis voluminibus maximo vt par eſt hono
re ſeruantur. Oppidū quondā in ditione populi Bonon. fuit, vti in hiſtorijs noſtris
traditur: at nunc Ferrarienſium reguli imperio, cœnobiumq́; commendatio-
iure habetur, in quo monachi Ciſtellini ſacris operam dant. Itinere dehinc in me
ridiem conuerſo Æmilia rurſum offertur, quæ ad Panarum amnem ducit, vt nunc
ab accolis infra viam nuncupatur: ſuperiores enim Scultennam vocant, quemad
modum & Strabo, Liuius, Plinius, alijq́; veteres, quod in ſequenti regione doce-
bimus. Flumen Panarum hoc latere Romanulam ab ciſpadana Lombardia fini-
re iam ab initio diximus: ideoq́; nunc huius regionis tranſpadanus ager ſupereſt,
cuius deſcriptio nos retro commeare nonnihil cogit.

ROMANVLA TRANSPADANA.

SEquitur poſt Ciſpadanam Romanulæ partem alia quæ trans Padum eſt, cu-
ius fines quanquam in principio commemorauimus, tamen hîc quoque re-
petere operæpretium fore arbitramur. Erunt igitur hi: ab exortu mare Adriaticū
à Primario vſq; ad Fornaces: inde à Septentrione paludes Patauinorū & Vicen-
tinorum ac Veronenſium, earumq́; pars vſq; ad Padum ab occaſu: ipſe à meridie
Padus. Non dicemus nunc cauſam cur hic tractus Romanulæ tranſpadanæ no-
men teneat, quoniam id abunde ſuprà in regionis principio docuimus. Varias au
tem gentium appellationes quæ hæc loca tenuerunt, Boiorum, Senonum, Egon-,
Trigabolorum, Aſſaggorum, aut vt Annius appellat, Saggorum, ordine explica-
bimus. Initium à Primario faciemus, quod primum Padi in Adriaticum deflu-
tis oſtium eſt. Locum hîc quendam vocant Dorſum, vbi vetus vrbs Spina fuit ita
Straboni nominata, itemq; Plinio: quanquam in mendoſis eius codicibus Spire-
ticum ab vrbe Spira, pro Spineticū ab vrbe Spina legatur, ſicuti doctiſsimus Bar-
barus in caſtigationibus ſuis annotauit. Spinam ab amne Spino qui prope
a.lib.1. fluebat, dictam Stephanus auctor eſt. Eius vrbis primordium Dionyſius a Hali-
carnaſſeus in hanc ſentētiam memorat. Pelaſgi à Dodonæis diſcedere cupientes
& oraculo Italiam petere iuſsi quæ tunc Saturnia dicebatur, claſſe parata ſe mari
Ionio commiſere, vt ad Italiæ proximam oram traijcerent: verùm Auſtro flante,
quoniam erant nauigationis & orbis ignari, longiùs prouecti vnū ex Padi o[…]s

Spine-

Spineticum tenuerunt, vbi nauibus imbelleq; ac laboribus ferendis impari turba cum præſidio relicta, quò ſi expeditio ſucceſſum non eſſet habitura, tutò ſe recipere huc poſſent, illi qui remanſerant, caſtra primùm mœnibus cinxere, mari annonam importantes, deinde cum omnia fœliciter euenirent, vrbe oſtio fluminis cognomine condita, præ cæteris huius oræ populis florentes diu maris imperium tenuere, ac Delphos ex maritimis prouentibus Apollini miſêre decumas ampliſsimas: poſtea tamen barbarorum finitimorum bello petiti ſedes ſuas deſertas ijs incolendas reliquerunt: quos deinde populus Rom. deleuit. Ita ferè Dionyſius. Exin itaq; paulatim colonis deficientibus, vrbs hæc adeo in peius labi cœpit, vt Strabonis ætate modicus tantùm eſſet vicus quemadmodum ipſe perhibet a. Tam calamitoſus huius nobiliſsimæ quondam vrbis Græcorum finis fuit: cuius etiam ſua memoria Strabo in ęde Delphica theſaurum donaq; ampliſsima ſuperfuiſſe, ac vetus imperium maris plurima literarum monumenta teſtata tradit: addens inſuper, olim eam alluiſſe mare: ſed iam cũ ſuo ſeculo reliquias in mediterraneo X C. ſtadijs ab litore abfuiſſe. Plinius b à Diomede conditam in hęc verba ſcribit. Proximum inde oſtium (de Pado loquitur) magnitudinem portus habet qui Vatreni dicitur, quo Claudius Cæſar è Britannia triumphans, prægrandi illa domo veriùs quàm naue intrauit Adriam. Hoc antè Eridanum oſtium dictum eſt: ab alijs Spineticum ab vrbe Spina, quæ fuit iuxtà, præualens & Delphicis creditũ eſt theſauris, condita à Diomede. Auget ibi Padum Vatrenus amnis ex Forocornelienſi agro. Hæc ille: videturq; Dionyſio fidem abrogare, qui Spinæ auctores Pelaſgos tradit. Sed eam varietatem exactè Cato in originibus diſcernit his verbis. Spinetum Padi oſtium à Pelaſgis conditoribus Spina dictum: & à Diomede inſtauratum. Paucisſima diximus vrbis ſupereſſe veſtigia: locusq; nunc partim Vallis, partim Dorſum Spinæ nuncupatur: & oſtium Vatreni amnis, quo in Padum hîc Primarium dictum illabitur, vicenis ferè P. M. abeſt, ob fluminis vti in Ciſpadana regione demonſtrauimus, immutationem. Iuxta Padi hîc in mare introitum, quod oſtium nunc vulgò Primarium quia primum fit, appellatur, Bononienſes anno poſt C. N. MCCLXXI. propugnaculum aduerſus Venetos ædificarunt. In dextra deinde Padi ripa vicus D. Alberti eſt, priùs caſtellum anno à C. N. MCCCC. à Nicolao Marchione conditum, vt annales Ferrariæ perhibent: vbi quondam ſicut in vita Alexandri IIII. Pontif. auctor eſt Petrarca, Veneti cum Bononienſibus bellantes Marcomanam fecerant caſtrum, quò hanc amnis ripam præſidio tenere aduerſus hoſtes poſſent, qui in altera ſpatio quinque millium à mari, firmiſsimum illud propugnaculum cuius anteà mentionem fecimus, ligneum excitauerant, quod anno poſt C. N. MCCCIX. Lambertus Polentanus Rauennæ princeps & Ferrarienſes diruêre, ſicut à Peregrino c Priſciano memoriæ proditum eſt. In aduerſa ripa è regione D. Alberti Foſſa Meſſanicia ſicà Plinio vocata, cernitur, per quam P. M. XII. à Pado Rauennam adnauigatur, perarcto nunc alueo, rariſqueadmodum aquis ob exiccatam maiori ex parte Paduſam, quæ hæc loca priùs demergebat. Rurſus ſecundum dextram Padi ripam ſpatio viginti millium à D. Alberti vico paſsim villæ pagique multi ſumma cum voluptate ſpectantur, nominatim Humana, Foſſa putula & Longaſtrinum filum, ſic dictum ab amnis perquam directo curſu ſenûm ferè millium, vti hîc ingenti cum delectatione ſi diligenter obſerues, apparebit. Vlteriùs ſunt Rota, & Ad D. Blaſium exaduerſum Foſſæ Ziliolæ Baſtiæque, quam in Ci-

a. lib. 5.

b. lib. 3. cap. 15.

c. lib. 1. de antiquit. Ferrar.

in Ciſpadano agro commemorauimus. Dein ad quartum milliare caſtellum
eſt Argenta, quod antea trans Padum fuit, vbi nunc inter ſaltus ædes antiquiſ-
ſima D. Georgij, ab Exuperantio XX. Rauennatium Archiepiſcopo, viro ſan-
ctiſsimo condita. Nomen aliqui tractum ab argento tradiderunt, quod loci in-
colæ quotannis Rauennati antiſtiti pendere tenebantur: idque ex decumis, quas
in hodiernum vſque diem eccleſiæ Rauennati, cuius feudum hoc caſtrum eſt,
præſtant, confirmare quoque nituntur. Muris primùm à Smaragdo Exarcho
cinctum Blondus auctor prodit: poſtea verò ſub Alexandro III. Pontif. Max.
à Ferrarienſibus ſubactum, & anno à C. N. MCC: à Bononienſibus incendio
vaſtatum, dein ab Reinaldo Ateſtino Ferrarienſium Marchione receptum, ab
Opizone autem eius ſucceſſore MCCCXXXII. poſt C. N. anno Rauen-
nati Eccleſiæ reſtitutum, ſed & eidem Opizoni denuo iure feudi à Nicolao
Epiſcopo Caſtellano Veneto, Ramundoque D. Nicolai Litorei Abbate, qui
Benedicti XII. Pontif. legati erant, condonatum fuiſſe, cum idem Blondus,
a.lib.20. hiſtor. [a] tum Platina [b] Sabellicusque [c] tradiderunt: vnde ex eo tempore adhuc in eius
illuſtriſsimæ gentis poteſtate ditioneque manſit. Abeſt tum Ferraria paſſ. mill.
b.in uita Bened. 12. IIXX. quo ſpatio villæ ac ædificia ſplendidiſsima permulta cernuntur: no-
minatim ſecundum Padi ripam altero ab Argenta lapide ſumptuoſiſsimum
c.lib.8. Ennead.9. Ferrariæ regulorum palatium Boccaleo: quod confictis quibuſdam rationi-
bus aliqui Deucalionem vocitarunt, vt ſummam vetuſtatem aſtruerent loco,
quantumuis Ateſtinorum opus eſſe recens conſtet. Sequitur ad tertium lapi-
dem ornatiſsima villa à Ferrariæ quoque regulis condita Coſandoli, cum pago.
Priuſquam vltrà procedamus, hîc de veteri alueo Padi qui propter Coſando-
lum erat, vti etiamnum indicant veſtigia, commemorandum ſumus arbitrati.
Vna foſſa Padum à primis initijs vſque ad Trigabolos ſolitum ferri, ac dein-
ceps in duo cornua diuiſum, vno Paduſæ, altero Olanæ oſtio in mare ſecon-
diſſe Polybius auctor eſt in hanc ſententiam ſcribens, vti id Peregrinus Pri-
ſcianus de verbo ad verbum reddidit. Nauigatur autem Padus ex mari ad oſti-
um vocatum Olana fere ad duo millia ſtadiorum. Proximum ex fontibus ha-
bet fluxum ſimplicem. Diuiditur autem in duas partes apud vocatos Triga-
bolos. Horum autem quidam alterum os vocatur Paduſa, alterum autem
Olana. Perotti inprimis verſionem hìc deficere manifeſtò apparet, in qua
Trigaboli non nominantur, Paduaque pro Paduſa ſcribitur: Verum hac de
re pluribus in ſequenti regione agemus: nunc vbi illa Padi diuiſio fuerit, qua
de Polybius loquitur, inueſtigare operæpretium erit. Olim igitur vno alueo
tantùm à fontibus vſque infra Ferrariam vbi Pons D. Georgij cernitur, vltraque
ad Codeream deſcendebat, prius Caput Eridani vel Caput Rhedis dictum, vt
d.lib.1. Peregrinus [d] Priſcianus in antiquitatibus Ferrariæ perhibet: exinde ſinuoſis ad-
modum flexibus, quemadmodum veteris adhuc aluei veſtigia docent, ad Vici
Quatiſani fines delatus, modico mox brachio, veteres amnem Vergentem ap-
pellauere, partim Comaclinorum ſalſis ſtagnis illabebatur, partim ad Vico-
uentiam vſque decurrens, in Paduſam ſe dein exonerabat: fines autem ingreſ-
ſus Coſandoli pagi, is tanquam Caput Sandoli dictus, nomen olim Sandoli
aſſumebat. Concludendum itaque neceſſariò eſt, hoc tractu gentem Triga-
bolorum incoluiſſe, nimirum vſque ad Codeream ab eo loco vbi nunc D.
Georgij templum infra Ferrariæ pontem eſt, amnisque ſcinditur vno cornu

verſus

verſus Turrim Foſſæ protento. Vnde ſimul etiam conſequitur agrum hunc vniuerſum in Ciſpadana regione priùs fuiſſe: nam id Padi brachium quod nunc Turris Foſſæ vulgò nominatur, anno à C. N. DCCIX. primùm eſt factum, Imperante Iuſtiniano ſecundo Conſtantini quinti filio, tempore Pontificatus Conſtantini primi: qui cum Fœlicis Rauennatium Præſulis inſolentiam compeſcere cuperet, à Iuſtiniano impetrauit vt Theodorum præfectum cum exercitu in eum mitteret: cuius aduentu intellecto, Fœlix Padum à Ferraria in Paduſam hac noua foſſa traxit, vt maiore aquarum vi expletæ paludes & agri circum Rauennam, aditu vrbis Theodorum prohiberent, ſicuti ex Agnello refert Blondus a. Trigaboli igitur his in locis fines tenuere gens Hetruſca, pòſt à Boijs & Egonibus cum cæteris Thuſcis qui cis Apenninum incoluerunt, pulſa, auctore Polybio b: qua de cauſa nos iam tractum hunc Trigabolos, Egones, Boioſque nominabimus. Polybius cum Hetruſcos omni cis Apenninum agro vltra citraque Padum à Gallis eiectos ſcribit, narrationem hac ſententia proſequitur. Qui autem vltra Padum circa Apenninum, primi quidem Ananes, poſt autem hos Boij habitauerunt, poſt autem hos ſecuti ad Adriam Egones (quanquam Perotti verſio Eganes habeat) vltrà ad mare Senones. Sic ille. Gentis eius domicilia pagi abſque mœnibus alijſque propugnaculis erant, ſtrata fœnum, cibus caro, ſtudium omniſque labor militia. Docet hìc etiamnum eorum imperium Vicouentia pagus, ita pro Vicus Egonum appellatus. Gallis dein à populo Rom. deuictis, captoque toto illorum agro, iuxta Vicum Auentinum, qui tunc Egonum vocabatur, hac ætate Vicouentia eſt vt diximus, oppidum extitiſſe Forum Alieni, ad illud Padi brachium quod poſtea Sandoli nomen eſt ſortium, ex Cornelio Tacito non obſcurè intelligitur, Vitellij Veſpaſianique poſt Othonis interitum res circa LXXI. à C. N. annum geſtas perſcribente his verbis. Sed Primus ac Varus occupantes Aquileiæ proxima quæque, & Opitergij & Altini lætis animis accipiuntur. Relictum Altini præſidium aduerſus claſſem Rauennatem, nondum eius defectione audita: inde Patauium & Ateſte partibus adiunxere. Illic cognitum tres Vitellianas cohortes & alam cui Scribonianæ nomen, ad Forum Alieni ponte iuncto conſediſſe. Sed & apertiſsimè hoc Ioannes Boccatius in libro de fluminibus indicat ita. Padus turbulentus accedens bipartitur, & duo de ſe facit grandia flumina, quorum quidem à ſiniſtris allabitur Inuento, à dextris inſigni oppido quod olim Forum Alieni vocauerunt veteres, hodierni verò vocant Ferrariam. Hæc Boccatius. Mihi porro mendoſi eius codices videntur eſſe, quòd Inuentum in Padi læua, Forum Alieni in dextra ſitum habent: niſi fortaſsis auctorem non de Codereana Padi diuiſione quæ fuit olim vti oſtendimus, ſed de Vici Aricoli ſentire exiſtimemus: quod tamen niſi magno errore non poteſt: quoniam cum Forum Alieni extitit, ad Vicum Aricoli Padus nondum ſcindebatur, vti nos infrà demonſtrabimus. At ſi de partitione ad Codeream eſt locutus, ibi quidem Forum Alieni fuit, cæterùm haudquaquam illo in loco vbi nunc Ferraria, quo potiùs oppidum Inuentum ab eo memoratum, nempe læua Padi in ripa erat, vti pòſt de Ferraria docebimus. Quinetiam Alieni Forum ad dextram Padi ſitum fuiſſe, modo hunc eius curſum ſpectemus, antiquiſsima Italiæ pictura teſtata eſt, quæ temporibus Iacobi Zenonis Patauini Præſulis in eius vrbis

a. lib. 10. hiſtor.
b. lib. 2.

a lib. 1. antiqui. Ferr.

Epiſcopali domo fuit, è Baſilienſi pſeudoconcilio per Venetos legatos loco muneris allata, ſicuti Peregrinus a Priſcianus auctor perhibet, eam ſibi viſam tantæ vetuſtatis ſcribens, vt multis in locis nec legi poſſet: vbi Padi fluuius cum cornibus, & in dextra brachij illius quod ad Primarium defluit, Oſtilia, infraque eodem latere Forum Alieni P. M. L I I I I. ab Oſtilia, pari item inde interuallo Rauenna deſignabatur. Qua de re dictum hîc ſit ſatis pluribus autem in Ferraria tractabitur. Rurſus itaque à Coſandolo dextra brachij Padi, quod nunc Turris Foſſæ vulgò dicitur, iuxta ripam fluminis Hoſpitaletum, Monaſteriolum, Ad D. Nicolaum, alijque vici reperiuntur. In meditullio inſulæ, quam hîc duo Padi cornua faciunt, Policinium D. Georgij nunc vulgus nominat, tribus à Coſandolo millibus ſplendidiſsima eſt Tilla Calcagninorum cognomento Benuegnantium· præterquàm hac in inſula paſsim etiam multę magnificę aliæ, ac ædificia præclara ingenti cum delectatione cernuntur. Poſtremò D. Georgij Burgum eſt, ſic ab eius Diui æde vocatum, quæ ipſum inſulæ frontem tenet, nomenque illi dedit. Tranſlati huc primò Fori Alieni ſeu Vicohabentiæ coloni· quapropter cum iam admodum eſſet frequens locus, Ferrariola multo antè tempore, quàm Padi brachium Turris Foſſæ aperiretur, appellari cœpit à Foſſa Ferrariola quæ hîc erat, & ad Coſandolum verſus pertingebat in Paduſam agrumque olim medium inter eam & Padi antiquum alueum ad Coderem ſeu Caput Eridani incedentem Trigaboli Hetruſci abſque dubitatione incolebant hinc illius foſſæ, illinc Padi præſidio muniti: quibus pulſis Egones ſucceſſere, qui denique populi Rom. imperio debellati. Ferrariola hæc eſt ea, cuius in archiuo illuſtrium Marchionum mentio ita fit. Anno ab Incarnatione Christi CCCCXXV. Theodoſius ſecundus, minor, Arcadij filius, & nepos Theodoſij imperauit annis XXVI. Hic Theodoſius ſtudium Bononiæ dedit, & Ferrariolam vltra Padum transferri mandauit. Commemoratur etiam in Bononienſis Academiæ codicillis ab eodem Theodoſio conceſsis, quibus Ferrariolæ permittitur, ſi volet intra biennium, Padum tranſire. Poſt magnificum D. Georgij cœnobium pons ligneus tranſitũ Padi ad Ferrariæ portam iungit. Retro iterum iuxta litus eadem hac in inſula, ſtagnum eſt ambitu millium XII. in quo ciuitas Comaclum vt docti vocant, ſita, priſcis dicta Cymaculum ἀπὸ τῶν κυμάτων: quoniam in vndis iacet, quæ κύματα vocant græci: ſcribitque Ioannes Petrus Ferretus Rauennas, præcipuus memoriæ noſtræ tum antiquarius, tum hiſtoricus, id nominis in Eccleſiæ Rauennatis veteribus tabulis ſe reperiſſe. Submerſam vrbem hanc quo tempore & Adria, legitur. Initiorum eius mentionem omnino apud nullum ex antiquis inueni: quondam tamen potentia diuitijsque floruiſſe conſtat, adeo vt egregiam claſſem Gothorum & Longobardorum temporibus educeret: euerſaque anno poſt C. N. CMXXXII. à Venetis, quòd Albertum Berengarij Italiæ tyrranni filium aduerſus ipſos Comaclini adiuuiſſent, Blondo auctore in hiſtorijs, exinde adeo ſe reficere viresque reſumere haud potuit, vt nunc deſerti ferè pagi conditionem ac formam obtineat; in Aeſtinorum autem Principum, Ferrariæ Marchionum redacta ditionem, ſic in hodiernum vſque diem manet. Capiuntur hîc piſces incredibili copia, maximè cephali & anguillæ· è quibus tanta multitudo ſaliri ſolet, vt affirmare haud quaquam dubitem, propemodum vniuerſæ Ciſalpinæ Galliæ,

mul-

multiſque alijs Italiæ regionibus eſſe ſatis. Accidit etiam hic idem, quod Plinius in Benaco Lacu Mincium amnem tranſmittente de anguillis ſcribit, ad fluminis emerſus Octobri ferè menſe fluctibus gloremataś volui in tantum mirabili multitudine, vt in excipulis fluminis ob hoc ipſum fabricatis ſingulorum millium globi reperiantur. Prouentus tum ex ipſis piſcibus, tum è vectigalibus Ferrarienſes reguli vberrimos & peringentes capiunt. Salem quoque faciunt Comaclini. Stagnum hoc in mare ad Maniauaccam ſe exonerat: quod oſtium Padi Capraſiæ Plinio *a* eſt, vti etiam Blondus *b* approbat. Proximum in ora Volanæ oſtium, quo cornu illud Padi à Coderea defluens mari illabitur. Plinius id antea dictum Alanæ ſcribit: at Barbarus Olanæ legendum notat, quemadmodum & antiqui codices probant, ac item Polybius, cuius locum paulo antè retuli. Spatium inter hoc oſtium & Primarium X V. ferè milliariorum intercedit: & vti oſtendimus, inter has duas Padi foſſas, Trigaboli Hetruſci, poſtea dicti Teſalij fines habuerunt: quibus pulſis, in oræ poſſeſſione gens Boiorum vti Ptolemæus indicat, in continentis Egones vt prædictum, ſucceſere. Sunt in hac inſula quam duo Padi brachia, mare Adriaticum, & ſtagnum Capraſiæ ſeu Maniauaccæ creant, Itali vernacula lingua poleſinum vocitant, pagi viciq́ue frequentes & belli, arationesq́ue cultiſsimæ, nominatim Maſſa, Foſſa Arborum, Milianeum, Miliarinum, & Medelana: ſupraq́ue dein Portus, & Belriguardum, cum multis alijs nobilibus ædificijs in pago Vicoueria. Dein hoc Padi cornu Olanæ vicenis ferme à mari millibus dextra brachium aliud emittit, quod ad Gaurum mari immiſcetur. In inſula quam hæc amnis diuiſio efficit, vici pagiq́ue habitatoribus pleni reperiuntur, ex quibus Arianum, & Codicorum ita dictum tanquam Caput Gauri, vel Foſſæ cuiuſdam olim Caurus vocatæ, vt Priſcianus *c* ſcribit: item Maxentia, nobiliſsimumq́ue Pomposæ monaſterium, Pompoſia veteribus appellatum: vbi magnus monachorum numerus religioni inſeruire ſolebat, & D. Guido Archimandrita, Rauennas ex Strambiatorum gente ſolitariam egit vitam, cuius hic etiamnum habitatio cernitur: at nunc iure Commendationis habetur locus. Tenuere hæc quoque Thuſcis eiectis Boij. Sequitur quartum Padi brachium quod omnium primò ab maiori alueo infra Ficarolum (id olim anno à C. N. MCCCXLIX. ab Opizone Aceſtino Ferrariæ Marchione inſtauratum, ac poſt à Nicolao tertio munitum fuit) diffunditur, indeq́ue ad Fornaces in mare profluit, oſtio vt Plinius appellat Carbonariæ, ſi credimus Sabellico *d*, quod nunc Fornaces à taberna diuerſoria hic ſita inquit Blondus *e*, nominatur. Vltimum hoc Padi oſtium: & Peregrinus *f* Priſcianus nouum eſſe, vtpote nec in tabula nautica deſignatum, fortaſſeq́ue Padi brachium quod huc fluebat olim ad Loretum vicum in paludibus à Vitale Faletro Venetorum Duce conditum interuallo à Fornacium oſtio P. M. V. ſe diſperdidiſſe dicit: vnde conſequeretur hanc Plinij Carbonariam vt vult Sabellicus non eſſe. Mihi ſanè Priſcianus magna ratione videtur moueri: ſiquidem vt apertè docebo, multis poſt Plinium ſeculis alueus quo nunc Padus hàc dimanat eſt egeſtus. Exiſtimari tamen poſſet illis temporibus tertium Padi cornu alterum ex ſe brachium ob aquarum molem & vim emiſiſſe, cuius oſtium hic erat vbi nunc Fornaces, vt ita Sabellici in tutò ſententia collocetur: id verò poſt eruptionem amnis ad Ficarolum, qua vis aquarum ipſa ſibi hàc aperuit viam, exonerato ita tertio brachio intercidiſſe.

a. lib. 3. cap. 15. *b. lib. 7. hiſt.* *c. lib. 11* *d. lib. 4. & Enn. 6.* *e. & lib 3. de ſitu urbis Ven.* *f. lib. 1. Antiq. Ferr.*

Xx 4 Diſcer-

Diſcernent tamen hæc ingenioſiores. Quo tempore & quomodo Ficaroli cornu
cœperit, Priſcianus ex vetuſtiſsimis vt ait Ferrariæ Chronicis commemorat, quæ
nobis etiam anno à C. N. MDXXXVI. Ferrariæ opera humanitateq́ue Baptiſtæ
Pappazonis Mirandulani, nobilis ac docti prudentisq́ue viri viſa ſunt, & in hanc
ſententiam perſcriptum habent. Circa M C L. à C. N. annum perhoneſti olim pa-
gi Ruinæ populo mirificè cum frequentia, tum opibus creſcēte nimirum propter
ſummum arationis ſtudium ac diligentiā, inuidia finitimæ gentes ob eius res flo-
rentiſsimas commotę, Padum ſuperiori regione inciſum in Ruinatem agrum im-
miſere· qui totus eo ſubmerſus, quoniam nulla planè vi aut induſtria colonorum
arceri potuerat. Hac re ſimul cum ingenti iactura quæ ſequebatur, à Ferrarien-
ſibus animaduerſa, nullis illi vel ſumptibus vel laboribus eam amnis ruptio-
nem ſarcire conati ſunt· verùm quia biennij totius ſpatio nihil quicquam promo-
uerant, deſperato opere relicto, nouum illum alueum aggeribus totum quantū-
uis & longo, & ſumptuoſo labore ſepſere, ne finitimos latè infeſtaret agros: vnde
cum procedente tempore Ficarolum ad huius fluminis initia conditum fuit, ru-
ptio Ficaroli id cœpit dici, quemadmodum ex tabulis quibuſdam antiquis poſt
C. N. L I X. itemq́ue L X X V. ſupra MC. confectis apparuit, in quibus Ficaro-
li eruptio pro confinio citatur. Blondus in Italia, centum fere ante ſuam memori-
am annis hoc Padi brachium creatum aſſerit, argumento vſus picturæ Roberti Si
ciliæ regis & Franciſci Petrarcæ, in qua cornu hoc non fuerit expreſſum, ac præ-
terea tabularum quarundam quę in æde D. Saluatoris repertæ, fundorum [illegible]
ipſis in locis vti illa ætate confinia docere viſæ ſint. Ego illi hoc modo poſſe
occurri puto, Robertum fortaſſe brachium hoc vel ignoratione, vel incuria
prætermiſiſſe, quemadmodum à magnis ſæpe geographis factitatum extra con-
trouerſiam eſt, vel flumina, vel loca etiam celebria omittentibus: ſic enim Pto-
lemæus & Rheni Bononienſium, & Ticini Papienſium, aliorumq́ue multo[illegible]
amnium etiam ex Apennino iactorum non meminit. Quod ad tabulas attinet,
Priſcianus inquit Blondum non rectè diem illarum inſpexiſſe quo ſunt conf[illegible]æ.
Flumen hoc prolapſu ad mare quoſdam emittere ex ſe riuos, eosq́ue rurſum col-
ligere tradit Priſcianus: ſunt autem, Bouellus, Taxariolus, Baizaganus, ac al[illegible]
rique· redeuntq́ue prope Villam Lititiam, ipſa ruptione antiquiores. Tractu hoc
à Mincio & Atheſe fluminibus vſque ad magnum Padi alueum, qui à Coderea ad
Coſandolum & mare dirigebatur vbi nunc oſtium Primarium, indeq́; per oram
vſque ad Atheſis in Adria caput, olim Aſſagi Hetruſci fines habuere ſicut ex P[illegible]
a. lib. 3. nio a diſcimus, qui omnia hęc, foſſas fluminaq́ue primos feciſſe Aſſagos Thuſ[illegible]
cap. 15. ſcribit, egeſto annis impetu per tranſuerſum in Adrianorum paludes quæ Sept[illegible]
maria appellabātur, nobili portu oppidi Thuſcorum Adriæ· à quo, inquit, Adria-
cum mare antè appellatum, quod nunc Adriaticum. Annius in Commentationi-
bus ad Catonis fragmenta, Sagos non Aſſagos, itemq́; Atriam & Atrianum ait[illegible]
cendum, Aſſagorum autem nomen in Plinij codicibus A. littera præpoſita vi[illegible]
tum eſſe, quoniam Thuſci antiquitùs Sagi ſint dicti. Pulſis Aſſagis in eorum ſedes
ad oram ſucceſsiſſe Boros, intus vſque ad Atheſim amnem Cenomanos, Ptole-
mæus docet, Butrium Cenomanis attribuens, quod è regione erat Rauen[illegible].
b. lib. 5. Sed & Senones poſtea tractum hunc tenuerunt vt b Liuius auctor eſt in hæc
verba ſcribens. Senones recentiſsimi aduenarum ab Vſente flumine vſque
ad Atheſim fines habuere. Poſtremò autem vniuerſam Gallorum gentem po-

pulus

pulus Romanus debellauit, vt Polybius commemorat. In hac inſula quam Ficarolinæ ruptionis foſſa, præcipuaq́; Padi fluxio vſque ad Codeream, indeq́; ad Caput Gauri labens, efficit, Italis ſua lingua Policinium Ferrariæ nũcupata, ipſam eius nominis cauſam continet Ferrariam: de cuius primordio diuerſiſsima prodiderunt ſcriptores. Primùm Gabriel Venetus in vrbis ſuæ annalibus Ferrariam vnà cum Mutina, Cremona, Ateſte, Vicentia, Placentia, Verona, Aquileia, Concordia, Mantua, plurimisq́; alijs Italiæ oppidis Troianos condidiſſe ait: teſtimonioq́; ad id Sicardi Cremonenſis Epiſcopi, item Carini, & Ptolemæi Torcellani præſulis vtitur: ſed nos quia luculentiores hac de re auctores nõ videmus, aliterq́; illarũ vrbium initia claſsicos ſcriptores tradidiſſe ſcimus, vti ſuis in locis demonſtrabitur, iudicium eius ſententiæ legenti permittemus. Quidam ante Athilæ in Italiam aduentum loca hæc inculta fuiſſe aiunt, & virgultis prunisq́; ſyluestribus, quas aliqui lingua vernacula Frattas vocant, horrida, cæterùm foſsis ac fluminibus, nempe quæ Plinius Aſſagos feciſſe tradidit, tuta munitaq́;: quamobrem cum audita Athilæ ab excidio Aquileiæ aduenientis ſæuitia crudelitateq́; finitimæ gẽtes huc vti in tutum commearent, ad Frattas proficiſci initio dicti ſint: vbi quum primò caſas habitationesq́; repentinas ad tempus excitaſſent, quippe ad ſua reuerti in animo habebãt, dein arridẽte loco domicilia fixere, plurimis etiã ædificijs additis, quibus Fratta nomẽ mãſit, vocalitatis gratia pòſt in Ferrariç commutatũ. Alij ferunt, quoniam hìc inter illos primos habitatores faber quidam conſidebat ferrarius, armorum artifex, vicinæ gentes intellecta Athilæ truculentia qua in agro Foroiulienſi graſſatus erat, bellici inſtrumenti quo ſe aduerſus tam ſæuum tuerentur hoſtem, comparandi gratia huc concurrentes, ad ferrarium tendere dictitabantur, inde loco Ferrariæ nomen exortum: ita Cœlius Calcagninus vir doctus de patriæ ſuæ origine à nobis interrogatus ſe auditione accepiſſe reſpondit: vt tamen omnino certi ſtatueret nihil, nec item aliud quicquam de vrbis ſuæ primordijs adferret. Peregrinus Priſcianus *a* aliter in huius ſuæ patriæ antiquitatibus ſcribit, olim hoc loco Tridentum extitiſſe oppidum, quod in Cenomanis à Ptolemæo refertur: ac id poſtea Nuentum immutatione leui appellatum: conaturq́; hoc ex Ferrariæ ſitu demonſtrare. Verumenimuero mihi vehementer errare videtur, cum Tridentum quod Ptolemæus in Cenomanis numerat, etiam hac adhuc ætate in ea regione eodemq́ue loco vbi à Ptolemæo deſignatur, extet: nempe circa gradum longitudinis XXXIII. aut paulo amplius, latitudinis XLV. qui ſitus haud quaquam nunc Ferrariæ conuenit, etſi Tridentum in Venetis poſitum in aliquibus Ptolemæi codicibus viderim: quo tamen Priſciani opinio multo magis impugnatur, quoniam vti demõſtrauimus, Cenomanorũ vicino in agro iacet Ferraria. Nõ defuere qui ad Feratem vnũ ex Noë nepotibus ac illis XII. ducibus, qui poſt vniuerſale Diluuiũ primi in Italiam venere, huius vrbis initia referant: nempe vt ab eo primùm hìc ædificatũ oppidum dicant, quo deinde collapſo Ferrariola ſit condita. Nobis fidem huic rei neque dare neque adimere in animo eſt: ſcimus tamen ita eſſe homines, vt quiſque ferè obnixiùs & curioſiùs hoc contendere ſoleat, patriæ ſuæ vetuſtatem & à Noë nepotibus originem aſtruere. Verius autem exiſtimari poſſe cenſemus, olim hoc prope loco, nimirum ad Padi magni (vt item à Priſciano deſignatur) læuam, oppidum à Boccatio commemoratum Inuentum extitiſſe: cuius vocis perfacili mutatione prima littera abiecta, Nuentum potiùs quàm Tridentum poſtea dictum fuerit. At Ferrariæ

a 4. lib. 1.

rariæ nomen vt deinceps ſucceſſerit oſtendemus. Quidam id à ferro tractum aſ-ſeruere, quod loci incolæ Rauennati Eccleſię quotannis pendebant nomine cen-ſus, vti & Argentæ nomen ab argenti præſtatione, & Aurioli in agro Foroliuien-ſi ab auri: ſed aliter omnino ſe res habet: etenim a Ferrariolæ quæ trans Padū erat, colonis proculdubio profectũ eſt, ijs huc ex Imperat. Theodoſij Iunioris decre-to tranſlatis: de quo mentionem in Ferrarienſium Principum archiuo reperiri ſu-prà diximus, & nos ipſi legimus huiuſmodi. Anno ab Incarnatiōe Chriſti CCC-XXV. Theodoſius ſecundus minor Arcadij filius, & nepos Theodoſij. Impera-uit annis XXVI. Hic Theodoſius ſtudium Bononiæ dedit, & Ferrariolam vltra Padum transferri mandauit. Itaque iam patet à Ferrariolanis qui huc ex vlterio-re Padi ripa migrauere, Ferrariam appellatam, cum antea locus ita non vocare-

a. lib. 9. Ennead. 7. tur, vti ex hiſtorijs apertè intelligimus, maximè Blondi & Sabellici a. Scribunt Stilliconem Conſ. & Arcadij Imper. ducem cùm Alaricum Gothorum regem in Italiam veniſſe, & ad Candianum ſedere oppidum inter Claſſem & Rauen-nam, eſſet nuntiatum, primùm lectiſsimas cohortes Rauennam è Conſtantino-poli præmiſiſſe, dein & ipſum breui ſubſecutum cum veteranis legionibus, qui-bus in Thracia, Bizantijſque auſpicijs Honorij & Arcadij Impp. vſus erat: iter autem habuiſſe ab Aquileia per Altinum & Patauinos ad Padum, eaque loca vbi nunc Ferraria, quæ tum vicus abſque muris erat. Accidit hoc circa CCCCV à C. N. annum: poſtea verò vt diximus CCCCXXXIII. anno Theodoſij ſecun-di decreto Ferrariolanis Padum intra biennium tranſire permiſſum eſt, vti fece-re. Dein circa DXCV. annum Smaragdus Exarchus à Mauritio Imper. in Itali-am miſſus murum, quod Blondus & Volaterranus perhibent, primùm loco cir-cundedit: qui inde vt in Chronicis quibuſdam legitur, plurimum auctus, & in ci-uitatem commutatus à Vitaliano Pontifice Max. eſt ſub Conſtante ſecundo He-raclij Imper. filio circa DCLVIII. poſt C. N. annum: Conſtante nimirum con-cedente transferenteque huc Vicohabentiæ collapſæ Epiſcopatu hac lege, vt Rauennatis Eccleſiæ metropolitanæ ſuffragatorius eſſet, vti & priùs Vicohaben-tiæ Præſulatum fuiſſe ex magnæ Rauennatis Eccleſiæ monumentis didicimus, quæ Ioannes Petrus Ferrettus ſcriptor diligentiſsimus & annalium patriæ ſolli-tus indagator nobis inſpicienda præbuit. Idem Conſtans horum paluſtrium lo-corum habitatoribus Rempub. conſtituere ex XII. maſsis (eæ pagi erant finiti-mi, ſic Italica lingua dicti à villarum coniunctione atque cohærentia) permiſit, Epiſcopumque dedit Marinum Romanum, virum bonum & prudentem anno DCLVI. vel vt alij volunt DCLVIII: cui diœceſin ipſam ſpiritualium iure ſubiecit. Pagi illi XII. fuere, Villa Auentina iuxta Sandolum, nunc Vicouentia, item Maſſa Polarioli, & Quatiſana Donoris, & Curiolum, & Coparium, & Rumpiola, Petroliumque, & Scramaliæ, Trenteque & Senetica cum agris ſu-is: quibus omnibus Conſtans immunitates varias conceſsit, vti in Chronicis quæ ſuprà memorauimus perſcribitur. Ita cum Ferrariæ ciuitati iam effectæ, pa-gi eſſent attributi XII. & Epiſcopus impoſitus Marinus, is primùm Vicouen-tiæ conſedit eo loco qui nunc Plebis appellatur, vbi & ſepultus anno à C. N. DC-LXX. vt in Pontificibus auctor eſt Petrarca: dein autem antiſtitis ſedes ad ca-put Inſulæ D. Gregorij, poſtremò ipſam in vrbem eſt tranſlata, quemadmo-

b. lib. 1. dum & Priſcianus b in antiquitatibus confirmat. Appoſita eſt Ferraria ripæ Padi amnis, quo ab exortu & Auſtro alluitur, egregijs ædificijs tam rei diuinæ, quam

quàm Principum ciuiumq; nobilium habitationi dicatis nitens: cœlo craſsiore propter ſitum paluſtrem: abundans affluensq; rebus ad vitam mortalium vtilibus, quòd agro ſit tritici mira vbertate copioſo, itemq; vinum, leue tamen, & hordeum, & zeam, aliaq; frumenti genera, fructusq; omnigenos ferente. Familias nobiles opulentasq; plurimas, item omnium diſciplinarum gymnaſium à Friderico ſecundo in Bononienſium contumeliam inſtitutum habet. Mirificè ſub illuſtri magnificaq; gente Marchionum Ateſtinorum, maximè Nicolao tertio & Hercule primo tum opibus, tum ædificijs creuit: etenim præter antiqua opera, inter quæ maximum vrbis fanum nobiliſsimum, plurimas illi ædes & cultui diuino, & Principum habitationi ſumptuoſiſsimas ædificarunt: vti ſigillatim ijs qui imperium vrbis tenuerunt dicendis oſtendemus. Tantis igitur in hunc vſque diem incrementis Ferraria aucta, ornamētisq; decorata eſt, vt inter primas Italię totius vrbes meritò referri queat. A Facio a in hanc ſententiam commemoratur. a. lib. 3. Cant. 2.

Ferrariam diu Padus oppugnat:

Incolas plerumq; ipſorum familia,

Propter præclaros mores qui hîc vigere dicuntur. In fide Imperatorum Pontificumq; Romanorum ac item Exarchorum ab initio ſemper ſtetit: ſæpe contra Longobardos Exarchis ſubſidio fuit: adeo vt ob nomen Romanum & ſumma fide cultū, & armis etiam defenſum, tam Imperatorū, quàm Pontificū vti diximus auſpicijs, inter vrbes Romanulæ fuerit habita. Poſt Deſiderium verò Lōgobardorum regē à Carolo Magno deuictū, oppidaq; Exarchatus Eccleſiæ Romanæ condonata, in illius ditione permanſit, donec Germani Imperatores auctoritatem Pontificum reuerenter amplexi ſunt: temporibus autem inſequentibus interdum & à Pontificum, & ab Cæſarum imperio deſciuit, ſic vt etiam aliquando neutris parêret. Deniq; circa MC. annum poſt C. N. ab Henrico tertio Imperatore qui Pontificis erat hoſtis, ſubacta bello, nempe Venetorum, Bononienſiū, & Rauennatium auxilijs, ita mox in illuſtriſsimæ Comitis Mathildis poteſtatem deuenit: à qua dein Eccleſiæ Romanæ donata, quēadmodum in Paſcale ſecundo Platina teſtatur, in eius exin poſſeſsione hæſit, donec egregia Marchionum Ateſtinorum, nempe circa MCXCV. à C. N. annum dominatum adepta eſt: ex qua primum omnium Albertatium Azonis filium ex ipſorum Ferrariæ Marchionum annalibus principatum Ferrarię tenuiſſe didicimus. Sed quò pleniorem huius rei cognitionem omnibus præbeamus, Marchionum Ateſtinorum originem & initia paulo altiùs ex Aequicola, itemque ex antiquis Chronicis repetere duximus operæpretium. Scribit itaq; Marius Aequicola in Mantuanis hiſtorijs hoc modo. Circa XCIII. poſt C. N. annum Berengario primo in Italia tyrannidem exercente cum regis ac etiam Imperatoris titulo, nam vtrumq; legitur vſurpaſſe, Sigisbertus quidam Lucenſium princeps vir ſtrenuus ex Lōgobardorum poſteritate, Parmæ Regijq; dominatum occupauit. Eum origine vetuſtiori Lōgobardum fuiſſe nec dubitari poteſt, qm̄ & Azo Ateſtinus Gottifredum Spoletinū Ducē natione Longobardum, Mathildis maritum, quarto conſanguinitatis gradu contigit, vti ſcriptum legitur. Filios Sigisbertus procreauit tres, Sigisbertum alterum, Actium, & Gerhardum: quorum duobus fato interceptis, ſolus Actius ſuperfuit, mutatione litterarum, quæ viciſsitudo temporum & linguarum eſſe ſolet, Azzo dictus. Muniuit is Canoſſam in agro Regienſi, vbi domicilium ſibi primumque naſcentis imperij ſedem conſtituerat: vnde & poſteri eius Canoſſani vocati.

vocati. Diuturnam Berengarij obſidionem pertulit: adiutusque eſt ab Otho
primo Saxone. Filios duos habuit Thedaldum natu maiorem, & Sigisbertatu
um, aui nimirum Sigisberti ſimulque patris Actij nomen obtinentem: ſed & Al-
bertatius appellatus. Eum pater in Germaniam cum Othone Imperatore mi t,
à quo & magna gratia habitus, & in Italiam reuerſo propter ſumma obſequi-
rum merita, Calme, Montem Silicis, Montanianam, Arquatum, & Ateſte cum ti
tulo Marchionis dono tulit: vxoremque in Germania notham Othonis Cæſa s
filiam Aldam duxit cum dote Frausbrukgij. Nati ex his nuptijs filij Vgo & F
co: quorum poſtremus in Germania cum matre manſit, Vgo à patre in Italiam
deductus, illi in Marchionatu ſucceſsit. Proin ab hoc Vgone domus illuſtris Ate-
ſtina quæ nunc Ferrariæ principatu potitur, originem ducit. Ex hac ſtirpe T e-
daldus vtpote primogenitus, Ferraria à Ioanne XII. Pontif. Max. impetrata (ſic
Polyhiſtor & Ricobaldus tradunt: quanquam hæc tempora confuſa Platinæ vi-
deantur) in Padi ripa caſtellum Thedaldum à ſe denominatum condidit: quod
etiamnum ita vocant: obijtque poſt C. N. anno M VII. Succeſsit Bonifaci
us filius natu maximus: habuit enim & Thedaldum Regienſem Epiſcopum,
itemque Corradum ſtirpis Canoſſanorum quæ ſupereſt auctorem. Bonifaci-
us ex vxore Beatrice Henrici Saxonis germana liberos tres ſuſtulit, mares d
quibus interceptis fato, Mathildis filia ſola, matris Auguſti Othonis nomen fe-
rens, omnium bonorum hæres ſuperfuit. Martinus & Sigisbertus Bonifacium
anno à C. N. M L I I. exceſsiſſe tradunt; filia Mathilde quinquenni relicta. B
trix vxor marito X X. annis ſuperſtes fuit, quæ filiam vnicam conſilio pru
Gottifredo Spoletino Duci nuptũ dedit: quem vnà cum Mathilde Romam
fectum, vt Alexandro ſecundo Pontifici auxilio eſſent, Pandulphus Sanpa
Martinusque Polonus cum Blondo ac alijs tradunt. Hoc vita functo Ma
Azoni Ateſtino Aldobrandini filio ſe copulat: quas nuptias Gregorius VII.
tif. Max. irritas eſſe iuſsit, quòd in quarto affinitatis gradu inuicem con
erant reperti: nec adduci vlla ratione potuit Gregorius, vt priuilegium irr
a. lib. 13. hiſt. immo per litteras vti Blondus [a] Platinaque [b] ſcribunt, omnino illis vt ſepara
tur imperauit: ſicuti etiam fecere. Pręclara hinc prudentiſsimorum illorum P
b. in uita Greg. 7. tificum conſtantia ac ſæueritas in matrimonijs graduum à ſanctis patribus con
lijsque vetitorum non permittendis, itemque ſingularis Principum in obſeru
c. lib. 2. dis patrum conciliorumque decretis religio elucet. Extát hac dore Gregori c
huc epiſtolæ in ipſius regiſtro, tam ad Mathildem, quàm ad Beatricem eius a-
d. lib. 4. c. v. trem miſſæ. Quod autem Volaterrano [d] hæc veritatem habere nõ videntur,
putatione quadam temporum ingenio ſuo facta, nos eum falli ac errare putam
quanquam enim plures Azones ſeu Actios nobiliſsimam Marchionum At
norum gentem habuiſſe reperimus, diuerſoque tempore, vt ſi rationem anno
ex illius ſententia colligamus, Azonem alterum Mathildi matrimonio iu
videri debeat: tamen Azo primus Mathildis cõiux licet irritis poſtea nupt
Obijt Mathildis anno à C. N. MCXV. vel circa, ætatis ſuæ LXIX. Paſchale e-
cundo Pontif. Henrico IIII. Imper. vt Platina, Mariusque Aequicola pe
e. lib. 23. c. v. bent: & quanquam Volaterranus alibi [e] hoc ad annum M L X X V I. alibi [f]
MCXVI. referat: tamen nos Platinam Aequicolamque ſequimur, ratione nimi-
f. lib. 5. rum permoti, quòd patrẽ Bonifacium anno MLII. deceſsiſſe conſtat, Mathilde-
tum quinquenne relicta, poſteaque LXIX. ætatis defuncta: qui ſi rectè compu
temus,

mus, in MCXV. vel XVI. à C. N. incidit: quo etiam vetuſtiſsima quædam Chronica Bononienſium mihi Ferrariæ viſa, eam exceſsiſſe, nempe Indictione nona, teſtantur. Relicta tum in Pontificum ditione Ferraria diu eſt, cum interea loci Marchiones Ateſtini ſummè potentes eſſe cœperunt: ex quibus vt eorum annales habent, principatum vrbis primus eſt nactus Azonis filius Albertatius: cui Azo alter ſucceſsit ex Vgone natus: Azoni porrò Aldobrandinus Anconæ regulus ab Innocentio III. Pontif. Max. creatus, anno à C. N. MCCXX. Poſt hunc ad dominatum peruenit Azo tertius anno à C. N. MCCXIII: nam cum eo ferè tempore Salinguerra Goramontius ope ſtudioque Actholini Romanini, & voluntate Friderici ſecundi Imper. Eccleſiæ Romanæ hoſtis Ferrariæ tyrannidem occupaſſet, eamque dein Gregorius Montelongus Innocentij tertij Pontif. legatus auxilijs Venetorum, Bononienſium, & Mantuanorum anno MCCXIII. vel vt quædam antiquiſsima Chronica perhibent, MCCXL. à C. N. in poteſtatem redegiſſet, Gregorio IX. Innocentij ſucceſſore Pontificatum gerente Azo tertius de quo diximus, in Vicariatum Ferrariæ ab Legato Pontificis inſtitutus eſt, vt Blondus[a] ac Volaterranus[b] memoriæ prodiderunt. Succeſsit illi Opizo Reinaldi filius: qui & Anconæ Mutinæque, & Regij imperium tenuit, annoque à C. N. MCCXCIII. moriens, hæredem filium Azonem quartum habuit. Eum Fliſco nothus filius carceri incluſum necauit, quòd vxorem alteram defuncta prima duxiſſet, Blondo[c] Sabellicoque[d] & Priſciano auctoribus. Cuſtodia ſepto patre circa MCCCVII. annum poſt C. N. omnia filius obnixè fecit, vt principatu vrbis potiretur: adiutusque eſt à Venetis, quibus hac de cauſa Cardinalis Pelagura Legatus Italiæ Pontificius ſacris interdixit: qui & anno MCCCVIII. à C. N. crucigerorum exercitu contracto, ac Bononienſium auxilijs nixus Ferrariam occupauit, poſteaque nomine Pontificis retinuit, occiſo per impetum populi Fliſcone fugam moliente. Dein anno XII. ſupra MCCC. Franciſcus Marchio Dalmaſius, qui præſidio vrbis præfectus erat, interemptus eſt. Anno itaque proximo ad Principatum acceſsit Opizo cum Rainaldo, Argentamque occupauit ope Paſſarini Mantuani, & Fœlicis Mutinenſium principis: aliaque multa egregiè fortiterque geſsit. Filium ille Opizonem anno MCCCXXXII. cum ornatiſsimo ſplendiſsimoque comitatu Bononiam ad Legatum Pontificium miſit, ac poſt lōgas diſceptationes Argentam Rauennati præſuli reſtituit. Ita Corius. In Ferrariæ dein & Mutinæ Argentæque imperium à Nicolao Epiſcopo Caſtellano Veneto, & Raymundo D. Nicolai litorei Abbate, Pontificis Benedicti XII. legatis inſtitutus eſt hac lege, vt Eccleſiæ Romanæ quotannis feudi nomine X. millia aureorum nummûm penderet. Quanquam verò Corius illos Clementis VI. Pōtificis legatos appellet: tamen Benedicti XII. fuiſſe nos credimus, vti cum Blondus[e], tum etiam Platina[f] Sabellicusque[g] perhibent. Ita poſtquam Opizo Ferrariæ Vicarius fuit confirmatus, Parmam quoque in ditionem ſubiunxit, Azone Corregiano concedēte: quam poſtea ſuaſu Gilberti Sanuitalij Parmenſis Luchino Vicecomiti Mediolanenſium Principi reſtituit. Excedens anno à C. N. MCCCLII. filios tres reliquit, Aldobrandinum, Nicolaum, & Albertum. Aldobrandino deinceps MCCCLXI. anno vita defuncto, Nicolaus cognomēto Claudus ſucceſsit, acerrimus Eccleſiæ Romanæ defenſor ac propugnator, & ſummè bellorum gnarus, ideoque multis ſpectabilibus victorijs ornatus, nominatim illa perinſigni de Barnabę Vicecomitis exercitu prope Montem Clarū agri Brixiani

a. lib. 17. hiſt.
b. lib. 4. c. v.
c. lib. 19. hiſt.
d. lib. 7. Ennead. 9.
e. lib. 20. hiſt.
f. in uita Benedict. 12.
g. lib. 8. Enn. 9.

ni cæſo. Fauentiam & Bagnacauallum à Ioanne Aucutho Britannorũ Duce X
mill. aureorum nummûm emit: vrbem tamen Fauentiam non potuit adipi-
Ferrariam ſplendidiſsimis operibus ac ædificijs plurimùm ornauit. Exceſſit
circa MCCCLXXXVIII. à C. N. annum ſine liberis, Albertum fratrem impe-
rij hæredem reliquit: cui item abſq; prole iuſta defuncto, Nicolaus nothus ſuc-
ceſsit, anno MCCCXC. vel vt alij XCIIII. Multum huic negotij ætate imbecil-
li adhuc Azo Ateſtinus, principatum vti ex iuſtis nuptijs procreato ſibi vendi
cans, exhibuit: cæterùm à Venetis & Florentinis & Bononienſibus defenſus eſt
Nicolaus, capto etiam Azone & in Cretam relegato. Scire oportet obiter, Co-
rij librum eſſe corruptum vbi ab Alberto hæres imperij relictus Azo nothus fi-
us ſub tutela Philippi Roberti Regienſis legitur: etenim pro Azone reponendus
omnino eſt Nicolaus: additq; etiam Corius eum ab Azone ex veris Marchioni-
bus Ateſtinis procreato infeſtatum fuiſſe. Hactenus in ordine Principum Ateſti-
norum qui Ferrariæ rerum potiti ſunt, itemque in annorum & temporum ſup-
putatione ſcriptores valdè diuerſos ac varios inuenimus, vti animaduertere quo-
que lectorem potuiſſe exiſtimamus: attamen ſumma diligentia ſtudioque ſumus
annixi, vt quàm fieri poſſet, quoniam vt voluiſſemus non licuit, exactè rem hanc
complexam, iudicioque noſtro ex plurium auctorum conuenientia ſelectam tra-
deremus. Hæc obiter. Nicolaus confirmata iam ætate Ottobonum tertium Par-
mæ Regijque Lepidi tyrannum per Sfortiam Attendolum occidit, Regiumque
ditionis fecit ſuæ. Arcem Ficaroli inſtauratam magnis operibus muniuit, vt ca-
tena per Padum hinc ad Stellatam aduerſa in ripa ſitam ducta flumen clauderet.
Splendidiſsimè in Belriguardo ædificauit. Conſilium ſub eo Ferrariæ incepit Eu-
genius IIII. Pontifex Max. ad quod Ioannes Paleologus Imperator Conſtanti-
nopolis, itemque Patriarcha, cum multorum præſulum principumque cœtu
uenerant: ſed peſtilentia coorta Florentiam tranſlatum fuit, ibique finitum. V
erat Nicolaus prudens, magnanimus, ingenioſus, vt adeo nihil in eo deſi-
præterquam litteræ viderentur. Vxores habuit diuerſis temporibus tres. Ex
ma quæ Patauini reguli filia, itemque ex ſecunda quæ gentis Malateſtarum, li
ros non ſuſcepit: ex tertia verò quæ de Marchionibus Salaſsis erat genita, filios
procreauit Herculem & Sigiſmundum: nothos autem præterea quàmplures
buit, nempe Leonellum, Meliadutium, Borſum, & Albertum: quorum Leonel-
lus & Borſus ordine illi in Principatu ſucceſſere. Deceſsit anno à C. N. MCCCC-
XL. Mediolani, poſt imperium ſumma gloria X L VII. annis geſtum. Sta
equeſtrem ex ære pro porta Curiæ in foro habuit, quæ in hunc vſque diem ibi c
ſpicitur. Poſt eum Leonellus ex Stella natus, rerum potitus eſt annis nou
humanitate, lepore, prudentia, litteris, ingenioque mirificè pollens & orna
Herculem & Sigiſmundum fratres iuſto matrimonio genitos adhuc pueros
ne notho ſibi negotium faceſſerent verebatur, Neapolim ad Alfonſum
nium primum tanquam aulicis inſtitutis imbuendos amandauit. Ferrariam
uis mœnibus quà flumine alluitur Pado, muniuit: vias refecit & ampliauit, cocto-
que ſtrauit latere: ac multa præclara ædificia condidit, inter quæ cœnobiũ ſplen-
didiſsimum Angelorum, impoſita prædicatorum obſeruãtium familia: nomen-
que dein Angelicæ hinc illa perelegans vrbis & longa lataque via tulit. Mon-
mentum ipſe hac in æde ſibi delegit. Moriens anno à C. N. MCCCCL. Cal.
Octob. filium ex Ioanna Gonzaga coniuge Nicolaum, impuberem adhuc Bo o
fratri

fratri commendauit,obteſtatus vt Principatum cum adoleuiſſet,idoneusq́; reipublicæ gerendæ foret,illi reſtitueret.Ita Borſus Nicolai filius nothus ex Seneſi quadam muliere natus poſt Leonellum annis vno & XX.imperium tenuit,mira quidem fœlicitate,quòd venuſtus,magnificus,liberalis,animoſus,ac virtutib⁹ ſummè exornatus eſſet, ob quas maxima ſemper exiſtimatione apud Italiæ regulos omnes fuit. Mox aſſumpto principatu Herculem & Sigiſmundum Neapoli reuocauit,vt vnà cum Nicolao Leonelli filio liberaliter humaniterq́ue educarentur· quos natorum ex ſe loco dilexit, mirabiliq́ue tractauit indulgentia. Dux Mutinæ & Regij Lepidi à Friderico tertio Imper. creatus eſt· poſteaq́ue à Paulo ſecundo Pontif. Max. cum Romam ad inuiſenda eius vrbis ſacrata delubra veniſſet, etiam Ferrariæ. Plurimùm ingenijs delectabatur· ideoq́ue familiariter & honorificè multos eruditos virôs in comitatu fouit, inter quos Titus Stroza Florentinus elegans poeta, Ioannes Auriſpa item bonus poeta lyricus, & Vgo excellens medicus. Facetijs & ſalibus mirificè capiebatur,ideoque perquàm familiarem habuit Gonellam,omnes eius ætatis lepidos homines feſtiuitate ſuperantem· cuius etiam ioci me puero tota Italia incredibili cum voluptate in omnium ore verſabantur. Admirator præterea fortitudinis prodigioſæ erat Bertoldi monachi ex ſodalitate Dominicana, qui tanto virium robore, corporisq́ue firmitate polluit, vt quo conſtitiſſet loco, nullius planè hominis vi ac impetu dimoueri ſe pateretur· probatè tamen & piè nihilominus viuebat. Carthuſianorum cœnobium in Circo ſplendidiſsimum mehercules ædificium condidit Borſus, vbi & ſepulcrum ſtatuit ſibi. Obijt cum totius ciuitatis luctu anno à C. N. MCCCCLXXI. Succeſsit in principatu Hercules eius frater iuſtis nuptijs editus. Eum Nicolaus Leonelli filius nonnihil impetiuit· at tandem captus, ac inſcio Hercule omnino præter eius voluntatem capite luit. Erat ille forma corporis perpulchra, venuſtus, eruditus, animoſus, itemq́ue liberalis: cuius cædem & Hercules planè contra ſuam voluntatem factam demonſtraret, auctores à quibus inſcio ſe patrata fuerat,ex vrbe Ferraria eiecit,nec vllo vnquam tempore in patriam permiſit redire: corpus etiam ingentem animi dolorem præ ſe ferens, maximis honoribus ſepulturæ tradidit. A Venetis & Sixto quarto Pontif. Max. vehementer oppugnatus vexatusq́ue eſt: aliorum tamen Italiæ Principum auxilijs & ſtudio conſtantiſsimè ſe defendit. Prudentia ſingulari,ac ingenij acumine, reiq́ue militaris vſu, item pietate Chriſtiana mirificè meruit commendari. Ferrariam Circi magna parte complexa, quam nunc vrbem nouam vocant, plurimum auxit, mœnibusq́ue firmiſsimis ac turribus ad defenſionem opportunis muniuit,& vt in toto ſpatio egregia ciues ædificia conſtruerent , effecit. Monaſterium D. Catharinæ Senenſis condidit impoſitis ex Prædicatorum ſodalitate ſacratis virginibus. Aedem D. Mariæ Angelorum à fundamentis incepit ſumptuoſiſsimam· quæ ſi eſſet abſoluta, profectò cum præcipuis Italiæ totius operibus numerari poſſet: verum nunc curante nemine paulatim dilabitur. Obijt anno à C. N. MDV. ſitusq́ue eſt in D. Mariæ Angelorum vnà cum Nicolao patre. Liberi illi ex Leonora vxore, Ferrandi Neapolitani regis filia mares quatuor, Alfonſus, Ferrandus, Hippolytus qui poſtea Cardinalis, & Sigiſmundus, fœminæ duæ, Beatrix Ludouico Sfortiæ Mediolani, & Iſabella Franciſco Gonzagæ Mantuæ Duci nuptũ data. Iulium præterea nothum habuit. In principatu ſucceſsit Alfonſus, Maximi vir ingenij non ſolum in republica gerenda, ſed etiam alijs in rebus, præci-

pueq; tormentarijs machinis ac id genus operibus efficiendis. Muſica quo polluit. Ingentes fortunæ procellas animi magnitudine ac ſolertia ſuperauit, præcipueque coniurationem ſuorum initio principatûs contra ſe initam, ac excidium à Venetis intentatum, itemque à Iulio ſecundo Pontif. Max. qui Mutinam, Regium, Ruberam, Lucum, Bagnacauallum cum alijs trans Padum oppidis cepit, omniaque cunctis viribus obnixè fecit, vt eum ditione extruderet tota, cæterùm inani conatu. Idem quanquam occultiùs Leo quoque X. Iulij ſucceſſor egit: quorum môlitiones ingenij ſummi præſtantia ſic vicit, vt ſe in veteri poſſeſſione vſque ad Adriani VI. Pontificis in Italiam aduentum tueretur, cum quo de controuerſia tranſegit. Illo poſtea defuncto, Regium, Ruberam, omniaque cætera quæ Iulius Pontif. ademerat, præter Mutinam recepit. Neç minus prudenter cauteque cum Clemente VII. agendum illi fuit, quàm cum Leone fecerat, vti nos in Ephimeridibus latinis demonſtramus. Adultimum Clemente ab exercitu Caroli V. Imp. Aug. in Hadriani mole circumſeſſo, Mutinam quoq recuperauit. Cum autem anno à C. N. MDXXX. Carolus Imperator accipiendæ coronæ gratia Bononiam veniſſet, ibi Clemens Pontif. ipſeque Alfonſus, de toto imperio quod tenebat, nempe Ferrariæ, Mutinæ, Regij, Ruberæ, Luci, Bagnacaualli & Cotignolæ Cæſarem Auguſtum ſumpſere arbitrum, permiſſa eius poteſtati tanquam apud Sequeſtrum Sponſionis ergo Mutina, donec ſententia daretur· quam anni ſequentis menſe Aprili Carolus in Flandris Gandaui hoc modo tulit. Alfonſus Pontifici CXIIII. Mill. aureorum nummûm penderet· mediu nempe totius ſummæ ad proximum feſtum D. Petri, reliquum ad eundem di anni alterius, præterea quotannis lege perpetua, millia ſeptena propter rationem feudi· obteſtante Cæſare Pontificem vt ſimul Alfonſo Ferrariæ feudum vellet firmare, ſimul præteritas iniurias condonaret· Mutina verò & Regium, & li bera, & Cotignola eodem iure apud eum relinquerentur quo erant. Huic i cio Clemens quidem noluit aſſentiri, quanquam Alfonſus arbitrio dictam mam obtuliſſet depoſuiſſetque Romæ· at Paulus III. ſucceſſor admiſit· exol taque illi pecunia ſub Hercule ſecundo Alfonſi filio. Ferrariam Alfonſus gijs operibus ita muniuit ornauitque, vt nunc expugnari propemodum n poſſe videatur, ſi defenſores idonei, cæteraque ad tutelam neceſſaria non deſint. In modica Padi iuxta vrbem inſula palatium ſplendidiſsimum ædificauit Beluederium· totamque inſulam in longum ferè quingentibus paſsibus, in latum iactu patentem muro perpetuo cinxit, importatis auium exoticarum & alio animalium quæ Italia priùs non viderat varijs generibus. Vxores habuit primam Annam Galeatij Sfortiæ Mediolani ducis filiam, inde Lucretiam Alexandri VI. Pontif. Max. ex qua liberos mares quatuor ſuſtulit, Herculem ſecundum, Hippolytum qui poſtea Cardinalis, Franciſcum, & Alexandrum· quo poſtremus anno à C. N. MDXIX. deceſsit. Tertiam deinde Lucretia mortua duxit Lauram Ferrarienſem, obſcuræ quidem originis, ſed acerrimi ingenij maxmæque prudentiæ fœminam, ex qua duos Alfonſos creauit. Demùm audita Clementis VII. Pontif. morte, cum iam priùs affecta eſſet valetudine, paucos in dies pridie Cal. Nouemb. anno à C. N. MDXXXIIII. eodem quo deceſſerat Clemens, animam efflauit, vniuerſi imperij veteris, itemque Carporum quod ipſe acquiſiuerat, Hercule ſecundo filio hærede relicto. Sepultus magna cum Pompa in virginum Corporis Chriſti æde. Sic Hercules ſolennia principatus capeſsit

cum

cum vxore Reneria Ludouici XII. Franciæ regis filia·ex qua duos adhuc filios ſuſtulit, Alfonſum ſecundum, & Aloyſium. Dotis nomine habuit Ducatum Carnotenſem & Pontem Archerium cum alijs in Francia locis. Hactenus illuſtrium Principum Ateſtinorum genealogiam vti partim ab Aequicola, partim in antiquis Chronicis perſcripta reperitur expoſuimus· deinceps autem vt à quodã non inelegante vitæ Comitis Mathildis ſcriptore, ex antiquis ipſorum principum vt ait archiui monumentis refertur, breuiſsimè perſtringemus. Tradit is filios Gaini Ponterani Comitis Galli, quos in Francia morari patre mortuo pudebat, conuaſato quantum aſportari poterat, clam inde in Italiam profectos, & iuxta Montanianam haud procul à Scorſia, quoniã locus placuerat, Patauino in agro conſediſſe, ac deinde procedente tempore fundis coemptis honeſtè egiſſe vitam, donec Carolum Craſſum Imperat. iter hàc agentem honorificè exceperunt, ſimulq́; ab eo agniti, Marchiones Scorſiæ & Ateſtis creati ſunt anno poſt C. N. DCCCLXXXI. Ab his igitur Ferrariæ Principes originẽ trahere aſſerit· quos hoc ordine recenſet. Primum Azonem Albertum nominat, qui Fulconem & Vgonem procreauit: Vgo Opizonem, poſteaque Albertum ſecundum, item Azonem ſecundum· à quo generati Aldobrandinus, & Azo tertius quem Anconæ Marchionem Innocentius III. Pontif. Max. creauit ob pulſos Celanenſes Comites Eccleſiæ Romanæ hoſtes. Ex hoc Azone natus Raynaldus, qui obſes Friderici ſecundi Imperat. fuit, & in Apulia deceſsit Guilielmo filio in cuſtodia ex amica ſuſcepto (eique à Gregorio Monte longo natalium ius integrum impetrauit· Azoniſque vel vt alij Opizonis nomen impoſuit) & Opizone ſecundo ex iuſta vxore, qui annorum XVII. patri in Principatu ſucceſsit, procreato. Ab hoc deinceps Azo quartus, Franciſcus, & Aldobrandinus ſecundus· ab Azone Franciſcus, itemque Friſco nothus geniti· à Franciſco Azo quintus, Thadeus, & Bertholdus: at hi principatu non ſunt potiti, quoniam pulſo Friſcone, qui dominatum rapuerat, Aldobrandinus imperium eſt nactus. Is Opizonem tertium genuit· Opizo filios tres, Aldobrandinum tertium, Nicolaum Claudum, & Albertum ſecundum. Alberto Nicolaus ſucceſsit· Nicolao Leonellus & Borſus nothi: quãquam & iuſtos liberos idem reliquit, Herculem atque Sigiſmundum. Leonellus Nicolaum iuſtum filium habuit. Borſum fato ereptum Nicolai filius Hercules ſecutus· quantumuis hac lege Leonellus Borſo Principatum reliquiſſet, vt eum Nicolao ſuo filio reſtitueret. Ab Hercule procreati Alfonſus, Ferrandus, Hippolytus, itemque Iulius nothus·ab Sigiſmundo Hercules & Guro nothi. Poſt Herculem Nicolai filium Alfonſus dominauit· poſt eum Hercules ſecundus filius· præter quem etiam Alfonſum & Hippolytum, & Franciſcum ex Lucretia Borgia ſuſcepit, itemque ex Laura duos Alfonſos. Ab Hercule Sigiſmundi filio iuſtus filius progenitus Sigiſmundus alter. Ita in auctoris illius monumentis traditum inuenimus, itemq́; in aliorum, ac etiam in Ludouici Arioſti Orlando Furioſo· Quanquam autem inter omnes maxima planè varietas appareat· tamen vti ſcriptis hæc prodita ſunt, omnino commemorare voluimus. Ad ipſam Ferrariam vt tandem reuertamur, eam multa præcipua edidiſſe lumina didicimus, à quibus ipſum vrbis nomen illuſtratum nobilitatumque pręſertim noſtra memoria eſt. In hoc cœtu fuit inter cæteros Antonius Beccarius Scodræus Epiſcopus ordinis Prædicatorum monachus, vir apprimè doctus vti ſcriptorum eius monumenta teſtantur, vtque nos in libris hominum illuſtrium ex ordine Prædicato-

rum cõmemorauimus. Obijt nuper Anconæ MDXLIII. poſt C.N. anno. Feli
quoq; Sãdęus Epiſcopus & ſacri palatij Romani Auditor, qui multa de Põtifici
iure pereruditè ſcripta reliq̃t, Ferrariæ genitus eſt, itemq́; Hieronym⁹ Sauonar la
p̃dicatorũ ordinis monachus, eximia vir doctrina, nec minori vitę ſanctitate inte-
gritateq́;, ſicut opera poſteritati relicta ꝓbant: quanq̃ idẽ illi acciderit quod per-
multis eueniſſe legimus egregijs hominib⁹, & optimè de repub. aliqua meritus, p̃-
ſertim Græcorũ Romanorũq́; ducibus· nimirũ vt pro ſummis p̃clarisq́; factis in
gratitudine muneraretur, in qua vna nihil non ineſt mali. Floruit circa MCCCC.
XCVII. à C.N. annũ. Frãciſcus Syluester ſummus antiſtes ſodalitatis prędicatorũ
vrbẽ quoq; hãc ortu nobilitauit: in cuius viri ꝓcreatione, queãdmodu in libris de
viris illuſtribus familię noſtræ ſcripſimus, oẽm mihi videtur facultatẽ, oẽmq́;
natũ adhibuiſſe natura, planè vt cunctis dotibus tam animi, q̃ corporis, q̃ ho
cõtingere poſſunt, eũ cumulatè exornaret. Erat quippe aſpectu inprimis pręclaro,
ſapientia, prudẽtia, affabilitate, humanitateq́; mirabili, ingenio item ad oẽs
plinas verſatili, & cũ latinis, tum etiã gręcis litteris eruditus, vti ſcriptorũ
mentis declarauit. Exceſsit ingenti cũ iactura totius ſodalitatis in Britannis vrbe
Reneſia, ætatis ſuæ anno LIIII. à C.N. MDXXVIII. XIII. Cal. Octob. Ioãnes Ma-
ria quoq; Riminaldus Ferrarienſis fuit ſummus Iureconſultus, p̃tereaq́;
vir humanitate ac prudẽtia· cuius memoriã Antonius Beccarius quẽ ſuprà no
nauimus, frequẽter & honorificè propter excellentẽ hominis doctrinã vſurpabat.
Natus hîc etiam Peregrinus Priſcianus Doctor nobilis, mirifico ſtudio ac
tia rerum & antiquitatum patriæ ſcriptor, quas nouẽ iuſtis voluminibus eſt perſe-
cutus à nobis Ferrariæ viſis: ex quibus etiam huic operi pleraq́; inſerta ſunt,
ſigillatim appellato auctore fatemur, neminẽ eñ omnino ſua fraudare laude vo-
luimus. Idẽ præter ſummã qua fuit circa res patriæ diligentiã, græcę quoq; l
cognitionẽ habuit, eãq́; fideliter & ſincerè eſt interpretatus. Obijt ſub Herc
ino Duce. Ludouicus Arioſtus Ferrarienſis, qui ſuperioribus annis de vita deceſ-
ſit, mirabilẽ planè ingenij facultatẽ in Orlando Furioſo demonſtrauit, plurimorũ
excellentiũ poetarũ inuentionibus, p̃cipueq́; Virgilij tam cõmodè ac lucul
ad inſtitutũ adhibitis, vt nõ fabulę cõfictę, ſed veræ rerũ narrationes & hiſtori
deantur. In eodẽ illorum Catalogo qui Ferrariã illuſtrarũt Cœlius Calcagn
fuit, in patria canonicus, ingenij ſplendore ſummo, & latinis græcisq́; litteri ap
primè eruditus, orator iuxta ac poëta elegantiſsimus, vt litterarũ monumen
teſtatus. Obijt anno poſt C.N. MDXL: ſepultus ad caput Bibliothecæ D. Do
nici Ferrariæ· cui loco tã græcos, q̃ latinos ſuos codices oẽs legauit. Nunc adh
vrbẽ hãc Lilius Grægorius Ziraldus nobilitat, aſsiduus ſcriptor, & græcæ linguæ
interpres ingenij acerrimi. Paucíſsimos ætate noſtra cũ eo cõparari græcarũ
narũq́; litterarũ ſcientia poſſe equidẽ absq́; adulatione cẽſemus: memoriaq́; præ
terea tam eſt tenaci, vt quod ſemel legerit, eius eum perpetuò recordari poſſe
bitrer. Ornat iam quoq; Ferrariam latinis poëmatis Ludouicus Bigus· item
gantiſsimis orationibus editis Alexander Guarinus Herculi Duci à ſecreti
rea Gaſpar Sardus eximius hiſtoricus, rerũ à Principib⁹ Ateſtinis geſtarũ, Fer
rarię multarũq́; aliarum vrbiũ imperio diu potiti ſunt, ſcriptor, nec minus in
operibus elegans. Militiæ Duces inclytos Ferraria quoq; dedit, inter quo
deus & Bertholdus Ateſtini· quorũ prior circa MCCCCXLVII. à C.N. a
ruit, alter circa MCCCCLXIII: ambo copiarũ Venetarum p̃fecturas habu t, vt

Blon-

Blõdus, Sabellicus, & Corius teſtantur. Bertholdus peregrè in Peloponneſo cum Turcis depugnãs cecidit. Orta etiã hac vrbe ingenia mechanica præclara, vti Galaſſius excellẽs pictor, qui apud Bononienſes eximia opera permulta fecit, maximè mirabilẽ Virginis matris in cœlos aſcenſum in æde D. Mariæ Montanæ ſupra Bononiã, vbi veræ expreſſæq; Beſſarionis Cardinalis Græci, itẽq; Perotti imagines cernuntur· inſup ſummo artificio proſpicuos in Sacello D. Stephani ædis Dñicanæ, parietes. Eadẽ arte Laurentius Coſta valde polluit, vti operibus cũ in fano Angelorũ Ferrariæ, tũ multis in locis Bononiæ editis oſtẽdit. Alios pterea multos excellentes homines vrbs hæc luci dedit, quos niſi longiſsima narratione cõmemorare oẽs haud poſſẽm⁹. Relicta Ferraria, deinceps à Brachij Ficarolini in ora oſtio per amnis læuã incedenti, vici pagiq; modici aliquot occurrũt· poſteaq̃ Francolinum olim nõ ſpernendũ propugnaculũ ab Ateſtinis Marchionibus ad limitũ tutelam conditũ vt Volaterranus [a] tradit. Vicus nunc eſt exilis ad iter Venetũ agentes excipiendos, nullo opere munitus: antiquũ tamẽ hic ædificiũ amplum adhuc apparet. Annis ſuperioribus à Ioanne Maria Salano nobili Equite Ferrarieſe poſſidebatur· cui ab Alfonſo Ferrariæ Duce propter ingentia merita longi fidiq; aduerſum Ateſtinã domũ obſequij donatũ erat. Hinc eadẽ fluminis ripa vſq; ad caput, quo ex magno Pado emergit, alij quoq, viculi multi pagiq; modici reperiuntur. Rurſum ab oſtio in ora ſecundũ dextrã ripam aſcendenti cõplures occurrunt pagi, inter quos Corbula, Criſpinũ, & vlteriùs Foſſa Pelaſella, quã opere factã ait Priſcianus ad aquarũ partim ex paludibus & ſtagnis quæ hîc ſunt ingẽtibus, partim etiã Atheſis amnis, exonerandas deriuandaſq;. Locũ hunc ſpectabilis Hippolyti Ateſtini Cardinalis victoria de Venetis anno poſt C.N.MDIX. valde nobilitauit· qua is ab Alegria Ludouici XII. Franciç regis Duce & Galeatio Sfortia Piſaurẽſe, Ludouicoq; Pico Mirandulano Iulij II. Pontif. equitũ præfectis, itemq; Ramaciotto Scaricalaſino eiuſdẽ Pontificis copiarũ pedeſtriũ ductore adiutus, ingentẽ illorũ claſſem aduerſo Pado ſubuectã ita tormẽtis perfregit ac diſsipauit, vt triremes XI. biremes quinq;, corbitas duas Ferrariã abduceret, quinq; itẽ triremibus cũ tribus myoparonibus, ipſi grippos vocãt, cũq; cõmeatu claſsis flumine demerſis, & cæſis militũ IIII. Millib. ſimulq; fugere coacto Angelo Triuiſano qui præfect⁹ erat claſsis. Signa ex hoſte relata LXX. in æde magna cũ roſtris triremiũ alijſq; varijs ſpolijs ſuſpendit: naues tñ captas vnà cũ alijs quæ paulo antè ex fundo tractæ erant, nõ diu pòſt Venetis reſtituit. Intra Peloſellam pulcher eſt pagus Orcanus. Dictũ ſuprà per Foſſam Peloſellam aquas in Padum è diuerſis partibus decurrere: corriuantur eñ cum ex paludibus, tum ex Atheſe, Tartaro, Menacoq; fluminibus· quorum abundatione nonnunq̃ adeo excreſcunt, vt his in locis magnum maris ſinũ vndis etiam vti in alto ſæuientibus efficere videantur. Agro hoc circumiecto multa paſsim caſtella pagiq; ſunt, quorum fere mentionem in Foſſæ Philiſtinæ deſcriptione faciemus. Continuato deinde per Padi ripã itinere, vicus inuenitur Pons lacus obſcuri, vbi fluminis traiect⁹ eſt, & vlteriùs Oculus bellus, cum alijs quibuſdã pagis. Demum ad integri Padi ripã, vbi hoc brachiũ quod hactenus percurrimus primùm à magno alueo diffluit, Ficarolum iacet, antiquis vt Priſcianus [b] auctor eſt, Vicus Aricoli dictus: quẽ collapſum Opizo Ateſtinus Ferrariæ Marchio poſt C.N.MCCCXLIX. anno, menſe Iunio inſtaurauit, poſteaq; Nicolaus ſecundus magnis operibus muniuit· quãquam nunc denuo propemodum conciderit. Deinceps quoniam trans Padum ad Ficarolum deuenimus,

[a] lib. 4. C.V.

[b] lib. 1. antiq. Ferr.

ager vniuerſus qui inter hoc Padi brachium, amneſque Mincium & Atheſim ac Adriaticum mare continetur ſupereſt dicendus. Hoc tractu olim Aſſagos incoluiſſe, deinde Gallos, nempe Cenomanos, Senones, itemque Boios, vti cæteras Tranſpadanæ Romanulæ quæ nunc ita vocatur, partes, iam antea dictum eſt.
a. lib. 1. antiquit. Ferrar. Aſſagi Plinio auctore Foſſam Philiſtinam fecere, quam Priſcianus [a] hoc modo deſcribit. Incipiebat infra Caſtelli noui arcem mill. fere paſſ. è regione Sermidi, Padumque per hæc loca trahebat vti nunc vocantur, Maſſam Serianam hodie Serianum, Trecetam, Ianiolum, Caſtellum Guilielmi, Manecium (ſiquidem illis temporibus inter hoc & Caſtellum Guilielmi foſſa recens cum Tartari Atheſiſque nouis brachijs non fuit) à Manecio ad Fanum D. Bellini, ad Caſtellinũ primum, ad Salinguerram, ad Villam Comedati, quæ nũc Fratta dicitur, ad Gauinianũ ad Villam Martianã, ad Arquate, Cornotium, Grianianũ, Borſedam, D. Apollinaré qui locus Maſſa Campiliorum priſcis dictus, ad Romanianũ, Balcarnũ, Grumulum, & Ceronianum vicos: tum in Tartarum amnem inuehebatur, indeq; per Caſalariũ, Carthaginem, Ponianũ, Petiolas, Mizane, Cicenſeſq; modicos vicos, tandem in Adrianorũ paludes, & hinc ad mare perueniebat portu Philiſtinæ creato ſic ab ipſa foſſa dicto, quem alij Tartarũ ab illo nempe flumine appellarũt vti Plinius tradit, quoniam oſtiũ hoc Philiſtinæ foſſæ & Tartaro erat cõmune, quæ res a paucis ſcriptoribus videtur animaduerſa. Foſſam itaq; Philiſtinã ab Aſſagis Thuſcis horũ locorũ priſcis incolis Plinio teſte factam, præterea q; finitimos pagos & vicos qui noſtra ætate ſunt, omnes deſcripſimus: attamẽ & medio aquarũ ab[illegible]tionis illius maximæ in paludibus Adrianis, vicus iacet Maior' vbi tanta copia [illegible]ſcium capitur, vt res ad miraculum accedat. Sequuntur hinc infrà paulo an[illegible] quæ ciuitatis Adriæ veſtigia quam Ptolemæus in Venetis ponit, Atriamque [illegible]cat, Trogus Adriam, ſimiliterque Tacitus [b] & Strabo, Liuiuſque ac Polybius [c] alijque plurimi ſcriptores. Trogus [d] à Græcis conditam ait, ab Hetruſcis [illegible] in hæc verba ſcribens. Interijt Saga oppidum Hetruſcorum vti & Atrias [illegible] mare Atriaticum, quod nunc Adriaticum. Polybius [e] Adriaticum, inquit mare ab Adria Thuſcorum colonia, quæ inter oſtia Padi condita fuit, appellatum [illegible] vnde nimirum intelligimus Adriatico mari hinc eſſe nomen quod & Plinius [illegible]firmat: prætereaque Liuius & Strabo cum Trogo perhoneſtam hanc vrbem [illegible] iſſe teſtantur, vtpote à qua mare Adriaticum ſit appellatum. Trogus, Atria inquit, Illyrico mari proxima quæ & Adriatico mari nomen dedit: & Stephanus de vrbibus ait, Atria Hetruſcorum à Diomede condita, & Ætria priùs vocata. Sed & Euſtathius Adriaticum mare hinc denominatum aſſerit. Primùm [illegible]tẽ de nominis varietate eruditiſsimus Barbarus in Plinianis caſtigationibus [illegible]ſet Atriam potiùs dicendum, & Atriaticum mare, quàm Adriam & Adriaticum; quòd in emendatis & veteribus Plinij codicibus ita ſcriptum reperiatur: [illegible]que quòd maxima ſcriptorum pars ita proferat. De conditorum diuerſitate quoniam aliquos à Græcis ædificatam itemque à Diomede quoſdam, nonnullos Hetruſcorum oppidum & coloniam dixiſſe ex ijs quæ commemorauimus apparet, non difficulter vt puto verum diſcerni poterit, cum inter ſe minimè pugnẽt, ſi primos vrbis auctores Græcos, aut Diomedem eorum ducem, coloniam verò poſtea Thuſcorum huc deductam exiſtimemus, vti Polybius diſertè approbat Adriam Thuſcorum coloniam vocans. Dubitatio longè maior in[illegible] ſuperumne mare ab hac Adria denominatum ſit Adriaticum? an ab illa Marrucino-

b. lib. 19. c. lib. 4. d. lib. 20. e. lib. 4.

rucinorum vti in loco monuimus,propter Sexti Aurelij verba huiuſmodi. Aeli-
us Adrianus ſtirpis Italicæ. Aelio Adriano Traiani Principis conſobrino Adriæ
orto genitus: quia id oppidum agri Piceni etiam mari Adriatico nomen de-
dit. Verumenimuero quòd hic ſolus contra tot ſcriptorum communem v-
namq́ue ſententiam à Marrucinorum Adria dictum Adriaticum exiſtimat, id
equidem ſic accipimus,vt haud quaquam in illius partes ab auctorum tanta fre-
quentia dignitateq́ue tranſeundum arbitremur· omninoq́ue præter vllum ſcru-
pulum ab hac Adria ſuperum mare, ſeu Venetum Sinum vti nunc vocant, Adria-
tici nomen tenere perſuaſum habeamus: qua de re quoniam in Adria Marruci-
norum quoque dictum eſt, iam hîc non erimus longiores. Etſi verò Adriam Pto-
lemæus in Venetis ponat,mirari tamen nemo debet eandem à nobis in Aſſagis
Thuſcis collocari, quoniam & illorum vti ſuprà docuimus colonia fuit, &
hanc Romanulæ Tranſpadanæ regionem Atheſi amne decreuimus finire: cum
quoque Liuius apertè doceat Senones Gallos ab Vfente flumine ad Atheſim fines
habuiſſe: in quibus vrbem hanc & nobis conſtituere viſum fuit, quanquam
ob vicinitatem à Ptolemæo detur Venetis. Hac memoria planè pauciſsima
eius veſtigia ſuperſunt: nec mirum, quòd iam tum Strabonis Catonisq́ue tem-
poribus etiam penè perierat. Non procul hinc ſitu quoque hoc oppidum ex-
titiſſe Sagam arbitramur,quod Cato nominat, amiſſumq́ue dicit: putamus au-
tem inde Aſſagos Thuſcos denominatos pro Sagis, qui vti è ſuperioribus abun-
dè intelligitur, à Plinio commemorati ſunt, & hunc tractum incoluere, donec
à Gallis Boijs, Cenomanis,itemq́ue Senonibus qui vltimi aduenarum,pulſi. Bo-
ios tamen in ora vſque ad vltimum Padi oſtium Fornaces,vti nunc vocatur, fines
habuiſſe demonſtratum eſt. Quoniam autem paulo antè diximus vaſtiſsimas
circum Adriam paludes Tartari Menaciq́ue fluminum acceſsione in tantum a-
quis expleri, vt aliquando magni pelagi inſtar habeant,breuiter originem eorum
amnium hîc deſcribere operæpretium ſumus rati fore. Naſcitur Menacus pro-
pe Magnanum Veronenſis agri vicum· indeq́ue pagos Ceretanorum & Pretel-
li perfluit. Tartarus eodem in agro tollit caput iuxta Gianum, olim Græcia-
num· procurſuq́ue læua Negarolum & Inſulam Procariam, dextra Gacium
per bellos vicos alluit· pòſt inter paludes quaſdam labens ad Turrim Culicum
& Baſtilionem peruenit· indeq́ue M D. paſſ. in brachia duo ſcinditur, quorum
læuum ad Pontem Molinum decurrit, dextrum ad Turrim Mediam· deniq; tri-
bus vltrà P.M. vno cornu per Oſtiæ foſſam vt Priſcianus ſcribit in Padum trahi-
tur. Intrat in has quoque paludes magnum ex Atheſe flumen, quod ab amne
illo ad Caſtanianum infra Liniacum & Villam Bartholomæam vti alibi oſten-
demus, diffunditur. Ita trium horum fluminum curſu dicto, qui per Veneti-
uam, hodie Taruiſinam Marchiam labuntur, finitimam Tranſpadanæ Romanu-
læ, & mox dicendam, ſupereſt nunc tantùm de hac regione Policinij Rhodigini,
ac diœceſis Adrianæ deſcriptio. Agrum hũc Sabellicus [a] ait Polyneſum, id eſt ma- a. lib. 1. Decad. 4. rerum Venet.
gnam inſulam vocatum, q́d latè admodũ pateat· literarum aũt traiectione vulgò
Poleſinũ appellari. Nomẽ Rhodigini ab oppido in eo pernobili tenet Rhodigio,
vt docti vocãt, peropulento ac affluente· ꝓ Pontif. Max. voluntate conditum tra-
dit Priſcianus. Ortu id ſuo Bartholomæus Rouerella Rauennatium Archiepiſco
pus plurimùm illuſtrauit, prudens vir & doctus atque diſertus· item Ludouicus

Cœlius

Cœlius cum latinæ, tum græcæ litteraturæ ſtudio inclytus · cui rei ſcript rum eius monumenta fidem addunt. Fato annis ſuperioribus conceſsit. hac etiam inſula ſeu Poleſino Caſtellum Venetum eſt, etiamnum id nominis ſeruans. Vlteriùs Lendenaria ſequitur & Abbatia, frequentiſsima colo oppida. Totum agrum nunc Veneti ditionē tenent, quanquam aliqua in Principum Ferrarienſium poteſtate fuerit: etenim cum de Venetis anteca- ptus eſſet, Hercules primus Ferrariæ regulus pacem cum illis iniens certis gibus eo ceſsit: itemque pòſt, cum anno à C. N. MDIX. cæſis illoru Ludouico XII. Franciæ rege copijs in Glarea Abduæ, rurſus ab Alf Ferrariæ Duce fuiſſet occupatus, deinde quoque bello receptus eſt, vt nunc in Venetorum imperio perſeueret. Ad integrum denique Padum cundum eius dextram ripam, Serauallis, Caſtellum Nouum, Maſſa, & gantinum, ſeu vt Petrarca vocat, Brigantinum, à Ferrarienſibus circa M

4. in uita CIII. poſt C. N. annum vti idem auctor⁴ eſt, conditum · vel circa MC

Innoc. VIII. vti in antiquis Chronicis inuentum fuit. Eſt hîc præterea Mel-

3. Pontif. laria: quæ oppida pagiq́ue omnes non modo colonorum frequentia, ſed etiam opum rerumq́ue copia mirificè abundant. Vlteriùs ſuccedunt Terra Firma · perq́ue Padi ripam Lombardiæ fines, & poſtea Marchiæ Taruiſinæ in propinquis agri Mellariæ Brigantimq́ue paludibus.

LOM-

LOMBARDIA CISPA-DANA, ITALIAE REGIO DECIMAQVINTA.

QVO in hac regione dicenda nihil de ordine mutemus,
quem hactenus in alijs obſeruauimus, primum nomina
quibus ex varietate commutationeq́; temporum diuersè
appellata fuit, deinde terminos, poſtremò loca ſingula
perſequemur. Partem hanc Italiæ varias appellationes
tota veterum memoria ſortitam legimus: primùm enim
Bianora dicta, pòſt Felſina, Doria, Boij, Gallia Togata,
Gallia Ciſapẽnina, Ciſpadana, Aurelia, Æmilia, Longo-
bardia nomenq́; id demum in Lombardiæ mutatũ, quod
nunc manet. Bianora principio dicta ab Ocno Bianoro Thuſcorum nobili duce,
qui tranſito Apennino agrum hũc cepit, vti ex Catone diſcimus in hæc verba ſcri
[be]nte. Gallia Ciſpadana olim Bianora à victore Ocno: Bianoræ verò partẽ vſq;
[R]auennam deinde Felſinam appellatam, idem auctor perhibet addẽs: poſtea Fel
[ſi]na dicta vſq; ad Rauennam. Sed & ſuis temporibus Galliam Aureliam, & Æmi
[li]am à Romanis ducibus appellatam ita ſubijcit: nunc Gallia Aurelia, & Æmilia
à Romanis ducibus nomen habet. Confirmat id quoq; Sempronius in Italiæ pla
næ diuiſione vt tamen amplius etiam Doriam vocatam tradat inquiens: Ciſapen
ninam Italiam flumina diuidunt, & item Tranſapẽninam. Padus amnis Galliam
Ciſalpinã primò diſcreuit: Ciſpadanam omnem miſsis colonijs tenuere Thuſci:
Doria Thuſcorũ prima familia incoluit principio ab Aſta colonia vſq; Parmã,
à qua & fluuius Doria, & regio priùs Doria, nunc Æmilia: à Parma itẽ ad Bono-
[n]iã Bianora à duce, nunc Aurelia. Sic ille. Patet igitur à Romanis ducibus quæ
nomina ſint ꝑfecta, qui has prouincias obtinuerũt, aut vias per eas muniuere, vti
Aemiliã ab Placẽtia vſq; Ariminũ, vnde Flaminia deinceps vſq; Romã percurre-
bat, ſicut initio Romanulæ docuimus: patet etiã appellationũ antiquarũ huius re
gionis varietas. Sciendũ porro eſt ijs omnibus nõ planè Lombardiã totam fuiſſe
cõplexam, ſed partes: etſi quibuſdam etiã vniuerſa deſignata ſit, vtpote Galliæ Ci-
ſpadanę ac Æmiliæ, quod etiã ſuprà diximus, & in ſequẽtibus abundè oſtẽdemus.
Ciſpadano agro ac itẽ Tranſpadano, quẽ omnẽ Ciſapenninã Italiã vocat Sẽpro-
nius, Galli Thuſcis eiectis vt Liuius[a] Polybiusq́;[b] tradũt, Ciſpadanæ Tranſpada- *a. lib. 5.*
næq́; Galliæ prębuerũt nomina: quę regiones ambę poſtea Lõgobardiæ ab Lõgo *b. lib. 2.*
bardorũ diuturno in ijs imperio ſunt adeptæ: quod his tẽporibus ob euphoniam
in Lombardiæ commutatũ efferimus. Appellationis huius occaſione in gratiã cu
rioſorũ quædam hìc de Longobardorũ gente cõmemoranda duximus. Eam non
nulli Germanicã, nempe ex inſula Germanici oceani Scandia profectã tradidere.
Ptolemæus in tabulis duas illi in Germania ſedes attribuere videtur, ad Rhenũ ſci-
licet, itẽq́; ad Albin amnes: quorũ poſtremos aliqui in Italiã veniſſe volũt. At eos
q Italiã petiere Paulus Diaconus in Longobardorũ hiſtoria, Scãdauiæ inſulæ ma
ris Germanici contra Viſtulæ fluminis oſtiũ ſitæ populos fuiſſe ſcribit. Nos vt o-
mniũ ſentẽtia cõmodè ſeruetur, ita cẽſeri poſſe putamus, Longobardorũ gentem
ad Rhe-

ad Rhenum itemq; ad Albin in Germania habuiſſe fines· populos autem illos q
in Italiam ex inſula Scādauia quemadmodum Paulus Diaconus aliiq; ſcriptor
perhibent, venêre, Longobardi à barbarum prolixitate dicti tanquam Lōgobar
bi, haudquaquam illos eſſe quos Ptolemæus commemorauit· præteraq; nec ab i
lis traxiſſe nomen· quoniam nec apud eum reperire eſt vllam in Scandia gent
Longobardorum appellatione conſediſſe. Sciendum etiam bis in Italiam ven
Longobardos, primùm à Narſete Iuſtiniani Imperatoris legato contra Totila
Oſtrogothorum regem ſtipendio conductos, iterùm, ab eodem iniuria Iuſtini
ni irritato euocatos: quando tamen ipſo viuo non venêre, ſed haud diu pòſt, cir
DLXXVIII. à C. N. annum: ex quo tempore dein Italia potiti ſunt vſque a
a. lib. 3. DCCC. poſt C. N. annum vt Volaterranus tradit, aut vt Candidus a, DCCLXX
hiſt. Aqui. IIII. vel vt Platina DCCLXXVI. quo Deſiderium eorū regem Carolus M
cepit. Itaque tyrannide Italiam tenuere CCXXXII. ferè annis. Helias tame
b. lib. 3. preolus b eorum in Italia imperium CCIIII. annis tantùm durauiſſe ſcribit, vti etia
hiſt. Brix. Platina c, ſub vno & viginti nimirum vel duobus & XX. regibus vt Candidus d
c. in Adria perhibet. Ab hac gente regio quam nunc dicere inſtituimus, vnà cum agro tr
1. Pontif. padano Longobardiæ nomen eſt ádepta, quod vt diximus, in Lombardiæ, voca
d. lib. 1. litatis gratia commutatum ætas noſtra profert. Regiones porro hæ vltra citraqu
Padum ita potiſsimùm dictæ, quòd illa gens quādiu in Italia regnauit, his in l
præcipuos & magis peculiares habuerit ſedes: nomenque Lombardiæ poſt
Carolo Magno coronam à Leone III. Pontif. auguſtalem, demum exortū vt
e. lib. 11. dus e indicat itemq; Platina, in hunc vſque diem manet. Complectemur in
hiſtor. gione partem agri Boiorum, partemque Galliæ Togatæ, ſicut initio Rom
f. in uita diximus, Ptolemæi nimirum deſcriptione inſpecta· præterea q; ex Catonis & S
Leon. 3. pronij traditione, Bianoram, Aureliam, Doriam, Aemiliam cum Liguribus
ſapenninis, Taurinisq; item ex Ptolemæi: quanquam hæc illa Taurinorum
non erit, quæ in ipſius codicibus deſignatur: etenim vti in loco docebimus
hîc corrupti ſunt· quoniam vbi Taurini deſignantur, ibi Ligures Ciſapennini,
nunc ſunt Monferratenſes, incoluere. Terminos Lombardiæ citra Padum G
g. lib. 7. gius Merula g conſtituit, Alpes, Apenninum, Atheſim, Tarum, itemq; Rh
hiſt. Vice- Bononienſium· Blondus ab exortu Scultennam ſeu Panarium fluuium, à Sep
com. trione Padum, ab Auſtro Apenninum, ab occaſu Alpes: quam rationem nos
que ſequemur, ab oriente Romanula cum Panario amne eius limite, à
Apennino cum Hetruriæ parte ac item Liguriæ tranſapenninæ, à Septen
Pado flumine, ab occidente partim eodem Pado, partim Alpibus qui G
vlteriorem à citeriore diuidunt, pro finibus cōſtitutis. Plurimum equidem
tractus deſcriptio voluptatis atque delectationis continebit, quòd tanta re
præſtantia dignitasq; ſit, vt præter vllam omnino controuerſiam inter præcipuas
atque nobiliſsimas Italiæ numerari debeat, cum ob amœnitatem & omniu re-
rum tam ad neceſsitatem vitæ mortalium, quàm etiam ad voluptates atque
tias opportunarum vbertatem, tum ob ingeniorum quæ fert, mirabilem exce
tiam. Colles habet amœniſsimos, vite, ficu, olea cæterisq; fructiferis arboribus
conueſtitos, vnde vina generoſiſsima, fructusq; omnis generis ſuauiſsimi legun-
tur· campos longè lateq; patentes, tritici, hordei, fabæ, zeæ, ac aliorum frume
generum abundantia præcipua copioſos· homines tam præſtantibus ingenijs, vt
cum ad literarū diſciplinas & humanitatē, tum ad rem militarem itemq; ad mer-

caturam

caturam ſummè ſint idonei · vrbes lautiſsimas iuxta ac permunitas · oppida, pagos, vicos, populo mirum in modum frequentes, vti abundè in proceſſu demonſtrabimus. Diutiſsimè profectò poſſemus in huius longæ nobiliſsimæ regionis laudibus commorari · niſi quãtas meretur ſimul hîc referre animus haud eſſet, nimirum quò ad particularem deſcriptionem qua ſigillatim memorabuntur ordiendam moræ nihil inijciant. Principio itaq; à Panaro amne facto, quo Romanulam finiuimus, eum Straboni [a] Plinioq; [b] Scultennam vocari ſciendum eſt. Oritur Apennino · perq; planitiem Æmiliam viam ſecans in Padum defluit. Olim in Æmilia ponte iungebatur D. Ambroſij dicto · ad quem anno poſt C. N. MCCXLIX. Bononienſes cum Mutinenſibus illa memorabili pugna conflixere, qua Mutinenſes cæſi, Entiusq; Sardiniæ rex Friderici ſecundi Imper. filius in poteſtatem Bononienſium venit, vti annales illorum perhibent. Ijdem anno poſt C. N. MCCCCV. ponte hoc capto turrim ædis quæ hîc erat, deiecerunt, Caſtellumque Nouellum cõdere cœpere. Noſtra quoque memoria propter huius amnis confiniũ inter Bononienſes & Herculem primũ Ferrariæ regulum magna difficiliſq; cõtrouerſia fuit: ideoq; à Bononienſibus in eius ripa turris extructa · quæ tamdiu permanſit donec amnis irruentis violentia ſolo circumeroſo concidit. Mentionem Scultennæ facit Liuius [c], vbi Claudium Cõſulem cum legionibus contra Ligures profectum, qui apud Scultennam conſidebant, & facto ibi in campis prælio hoſtes cæcidiſſe, captis ad XV. Mill. DCC. itemq; ſignis L. narrat. Ad hunc etiam amnem anno poſt C. N. DCCLXXX. Rotaris Longobardorum rex cum Theodoro Exarcho nominis Romani Duce, prælio decertauit, quo Romanus exercitus amiſsis ad VII. mil. hominum, cæſus, vti Paulus Diaconus [d], Sigisbertus & Blondus [e] ſcribunt. Strabo [f] lanam copioſè præcipuaq; excellentia locis circa Mutinam & Scultennam percipi tradit. De Ptolemæo ſatis mehercule nequeo mirari, nullam eum huius fluminis, vti nec aliorum inter Rubiconem & Placentiam mentionem feciſſe, cum tamen inter ea pleraq; nobilia ſint & ab cæteris ſcriptoribus commemorata. Bernardinus Corius in vernaculis hiſtorijs pugnam Rotaris cum Theodoro Exarcho narrans, amnem hunc Æmilium vocat, cognominatq; Scultennam: quam rem eum ex Paulo Diacono deſumere arbitror · verùm is non Æmilium, ſed Scultennam Æmiliæ vocat. Appellationem antiquam Scultennæ ſupra viam Aemiliam nunc quoq; retinet · infra in Panari mutauit. Ad eius in Padum introitum caſtrum eſt Ferrarienſium Principum Bondenum, quod Blondus putat vetus eſſe Bondicomagum à Plinio [g] nominatum, lingua Ligurum Bodincum vocari Padum ſcribente, quod fundo carentem ſignificet · eiq; rei argumento adeſſe oppidum iuxtà Induſtria, vetuſto nomine Bondicomagum, vbi præcipua altitudo incipit. At verò nobis hîc falli videtur Blondus, vti etiam Merula [h] cenſet · quoniam altitudo Padi maxima nequaquam circa hæc hâbet initiũ · imo potius deficit, nempe vicino loco paulò altiùs infra Stellatã, vbi in duo cornua ſcinditur, quorum vnum ad Francolinũ, alterum ad Ferrariam tendit. Quod ſi quis Plinij ſeculo Francolini brachium vti in Tranſpadana Romanula docuimus, nec fuiſſe dicat, ideoque potuiſſe tum hîc præcipuam altitudinem incipere, ne hæc quidem ratio Blondum tuetur: nihilomagis enim etſi id brachium non erat adhuc creatum, profundiſsimus hîc tum Padi alueus fuit · ſed potius ad eum locum vbi nunc Ferraria, quò tunc vti indicauimus integer amnis perueniebat: Sed nec ita Plinius de Padi altitudine loquitur, vt eam ſurſum aduerſo flumi-

a. lib. 5.
b. lib. 3. cap. 15.
c. lib. 41.
d. lib. 4. hiſt. Lõgo.
e. lib. 9. hiſtor.
f. lib. 5.
g. lib. 3. cap. 15.
h. lib. 6. hiſt. Vicecom.

neà mari accipiat·verùm econtra,quemadmodum illo loco vbi Plin) Bondicomagum extitit, commonſtrando, nos docebimus. Oppidum eſt Bondenum ſatis lautum. Id annis ſuperioribus Leonis X. Pontif. Max. cohortes occupa- rant: at poſtea M D X X I. à C. N. anno Alfonſus Ateſtinus Ferrariæ dux recepit. Caput hîc Foſſæ Phiſtorenæ cernitur, per quam aquæ ex locis ſuperioribus corriuatæ in Panarum exonerantur. Secundum dextram Panari ripam a[s]cendenti nobile Caſtellum Finale occurrit, à Mutinenſibus conditum anno po[st] C. N. MCCXIII. menſe Maio, ſicuti annalibus illorum traditur. [...] ſtra memoria Nicolaus ex ordine prædicatorum monachus excellenti doctrina nobilitauit, qui librum de varijs ac omnibus omnino verſuum generibus c[on]pſit, apud Herculem primum Ferrariæ ducem ſummè gratioſus. Viuit nunc [...]pio Balbus hac eadem patria ortus, elegans profectò poëta·quemadmadum editis lucubrationibus eſt teſtatus præcipueque Fortuna, verſibus hexametri[s] d[...]pta, item Beluederio inſula amœniſsima Principis Alfonſi heroico carm[in]e, & Encomio Bononiæ, Epithalamio Herculis ſecundi Ateſtini & Reneriæ coniugum, Itinerarioque Laureti elegis, inſuper Amoribus ſuis, ac Epigrammatis per multis, præterea que varijs epiſtolis proſa conſcriptis, quibus ſummæ prof[...] doctrinæ teſtimonia præbuit. Eodem dein itinere per Panari ripam Bonportus inuenitur, vbi Foſſa Mutinenſis Panaro ſe coniungit, ex quo ſupra Mutinam educitur. Hac ab vrbe Mutina hucuſque nauigia peraguntur·ac deinceps in Pad[u]m Panaro. Traiectus etiam hîc eſt Bononia Mirandulam euntibus. Sequitur per Foſſæ ripam ſi pergas Mutina ciuitas Æmilia in via·quæ altiori loco verſus montes olim fuit, vti adhuc veterum ædificiorum veſtigia demonſtrant. Mutina con-

a.lib.5. ſtanter à ſcriptoribus vocatur vti à Strabone*a*, Plinio in octaua regione, M[...]
b.lib.17. Tacito *b*, Appiano *c* Alexandrino, Silio *d* Italico, dicente, Certauit Mutinæ, [...]
c.lib.3.et 5. bell.ciuil. *e* item obſidionem eius commemorante, ac alijs præterea multis auctoribus [...]
d.lib.8 admodum in proceſſu apparebit. A Ptolemæo in Gallia Togata ponitur [...]
e.lib 64. uius *f* coloniam Rom. cum Piſauro Parmaq; factam prodidit. A quo primùm [...]
f.lib.39. condita, certò non reperimus: aliqui tamen Hetruſcos eius auctores d[ic]ere, [...]
Apennino tranſito, agroque omni vltra citraque Padum occupato, multas [...]
g.lib.5 vt Liuius teſtatur *g*, vrbes ædificarunt·ex quibus hanc fuiſſe cenſent, argum[ento] ad id ex Catone deſumpto, quum omnem ſub Alpibus tranſpadanum agrum [...]ſcos conuenas Thuſcos miſsis colonijs tenuiſſe, & ab ijs multa loca retinere [no]mina, item illius regionis partem Bianoram dictam ab Ocno Bianoro duce ſi[...] initio retulimus, poſteaque Gallos Alpibus tranſcenſis, ſedibus eieciſſe Th[...] ſcribit: ideoque aiunt eam in Boijs deſcriptam Gallica gente·qua demu[m] [...]li Rom. bello deuicta, illius ſit colonia facta, quemadmodum è Liuio antè commemorauimus. Ego ab hac ſententia nec prorſus puto diſcedendum, Ca[...]

h.lib.5. ſcilicet itemque Liuij *h* ac Polybij Plinijq; verbis inſpectis, quum Hetruſ[cos] poſtea Gallos Italiæ fere totius nempe Ciſalpinæ vltra citraque Padum q[uon]dam tenuiſſe imperium perhibent, excepto Venetorum angulo quema[dmodum] anteà monuimus. De Mutinæ nominis origine quidam ſatis inſulſus poe[ta] [...]gno auctore verſiculo id à mouendi verbo tractum ait· quòd ingenti aq[uarum] illuuione demerſa aliquando fuerit, inquiens: Mutina ſubuerſa fuit ol[im] [...]

i.lib.12. & 37. tis vnda. Fidem huic rei lector ingenioſus vel addet vel demet. Mutinam per ſæpe commemorat Liuius, nominatumque *i* cum omnium communem fuiſſe o[pi]nionem

nionem ſcribit Seruilij patrem à Gallis Boijs ad Mutinam cæſum: item ubi *a* à *a. lib.* 41.
Gallis expugnatam à Romanis receptam narrat: præterea cum à M. Antonio *b. lib.* 118.
D. Brutum hic obſeſſum ſcripſit, miſſoſq; ad eum legatos à Senatu de pace, parũ
ad eam componendam valuiſſe, tum populum Rom. ſaga ſumpſiſſe. Sed & ali-
bi *c* retulit quoniam aduerſus C. Cæſarem, qui poſt Hircij & Panſæ mortem ſolus *c. lib.* 119.
è tribus Ducibus ſupererat, parũ gratus fuerat Senatus, quòd D. Bruto obſidione
Mutinenſi à Cæſare liberato, honore triumphi decreto, Cæſaris militumque eius
mentionem non ſatis gratam habuerat: ea propter C. Cæſarem reconciliata per
M. Lepidum cum M. Antonio gratia, Romam cum exercitu veniſſe, Conſulem-
que creatum anno ætatis IIXX. Mentionem etiam Mutinæ facit Florus in
Spartaco bello, Spartacum in Apennino Lentuli exercitum cæcidiſſe: apud
Mutinam C. Craſsi caſtra deleuiſſe: item in Mutinenſi bello ab Antonio D. Bru-
tum in Ciſalpina Gallia Mutinæ obſeſſum, Octauij armis liberatum, Antonium
que caſtris exutum ſcribens. Sed & Cicero Mutinam in epiſtolis ad Caſsium me-
morauit, itemq; Rutilius Gallus in Itinerario *d* his verſibus: *d. lib.* 1.

Ille tamen lepidus peior ciuilibus armis,
  Qui geſsit ſocijs impia bella tribus.
Qui libertatem Mutinenſi Marte receptam
  Obruit auxilijs vrbe fauente nouis. Ea de Facius *e* quoq; ſic ſcripſit: *e. lib.* 3. *Cant.* 5.
Et illa (ſcilicet vrbs) cuius cardines alluit Secia
  Et Panarus: vbi aliqui id corpus eſſe putant.
  Quod ſuo mucrone animam fortem expulit.

Alij præterea tam multi ſcriptores Mutinæ memoriam vſurparunt, vt omnes recenſere nimis longum foret. A quo euerſa, quo tempore, qua occaſione fuerit, variè narratum inuenimus. Nonnulli peſsimè habitam tradidere poſt initam à C. Octauio, M. Antonio M. que lepido Triumuiratus ſocietatem: ac dein ita refectam vt non magnum colonorum numerum vti immunito oppido confidentem reciperet. Alij à Gothis vel à Longobardis exciſam ferunt. Ego ſumma ſolicitudine mentionem eius aliquam à Triumuiratu vſque ad Caroli Magni in Italiam aduentum quęritans, ea de re cum Ioanne Petro Ferreto viro tum doctiſsimo, tum curioſo ſermonibus habitis, ab illo fui admonitus vt octauam D. Ambroſij ad Fauſtinum epiſtolam inſpicerem, inuenturum enim multarum Æmilia in via vrbium quæ tum eius ſeculo ruinis deformatæ iacuerunt, memoriam: quapropter conſulto libro ſcriptum in hæc verba reperi. Nempe de Bononienſi veniens vrbe, à tergo Claternam, ipſam Bononiam, Mutinam, Regium derelinquebas: in dextra Brixillum: à fronte occurrebat Placentia, veterem nobilitatem ipſo adhuc nomine ſonans: ad læuam Apennini inculta miſeratus, & florentiſsimorum quondam populorum caſtella conſiderabas, atq; affectu relegebas dolenti. Tot igitur ſemirutarum vrbium cadauera, terrarumq; ſub eodem conſpectu expoſita funera. Hactenus ille: quibus perlectis verum eſſe comperi vrbem hanc ante D. Ambroſij tempora deſolatam, ac tum eius ætate ſemirutam, non verò planè deletam iacuiſſe: quemadmodum & de Bononia, Claterna, Regio, Placentia, Brixelloque dicit, quas etiam tum extitiſſe hoc argumento didicimus, quod in Bononienſium annalibus de illorum fœdere Mutinenſibus ac Regienſibus contra Claternates inito perſcriptum legitur: etenim ſi tum ea oppida plane deſerta dilapſaq; fuiſſent, nullum ex ijs ſubſidium belli Bononiẽſibus eſſe poterat. Quidam inter quos

Blondus, Mutinam ſub Triumuiratu euerſam aſſeruere hac ratione, quòd ab illo
tempore vſq; ad Exarchatus Rauennæ traditionem à Carolo Magno factam Pon
tifici Romano, nulla planè eius mentio reperiatur in qua etiam non vrbs ipſa, ſed
ager tantùm commemoretur. His ita occurrimus, D. Ambroſij verbis quæ illi
non videre, planum fieri, memoriam eius vtiq; aliquam eo temporis ſpatio ſcri-
ptis referri. Alij Mutinam à Gothis aut Longobardis euerſam tradidere cùm qui
bus & nos ſentimus, hactenus tamen, vt cum Gothicis temporibus vrbs antiqua
non prorſus adhuc perijſſet, ab eis demum incendio vaſtationeq; ſolo æquatam
cenſeamus, vti modo inſtituimus narrare. Poſt D. Ambroſij exceſſum, qui in an
num à C.N. CCCXCIII. incidit, anno CCCCVII. poſt C.N. Radagaſo duce ma-
xima Gothorum multitudo in Italiam venit vrbis Romæ oppugnandæ conſilio.
ſed eam in Apennini Pheſulanis montibus occurrens Romanorum exercitus cæ
cîdit, ipſo duce capto trucidatoque, ac vniuerſa multitudine profligata. Poſtea
cum nouis ingentibusque copijs Alaricus aduenit cui ab Honorio Imperat re
ſedes in vlteriori Gallia conceſſæ. Sed cùm eò pergentem Saul Iudæus Stil ico-
nis legatus ad Pollentiam prope Aſtam die paſchatis de improuiſo eſſet aggreſ-
ſus, indignitate rei concitati irritatiq; Gothi acerrimè armis incumbentes cum
vicere ac dein itinere ad vrbem Romam ſuſcepto, furore tanto graſſati ſunt, vt
ta via nihil non ferro incendijsque vaſtarent. Sic itaque cum alia huius regio-
nis loca permulta, tum Regium & Mutina prorſus ſubuerſa deletaque: qua
conditione manſere, donec Italia pulſi Gothi, poſteaque etiam Longobardi vt
mirum videri non debeat illorum imperijs durantibus nullam de his vrbibus
mentionem eſſe factam. At quo tempore Mutina reſtaurata ſit, itemq; quibus
ctoribus, imò vt rectiùs dicamus, quando noua planè hæc vrbs quæ nunc à
ris in Æmilia via ſitæ fundamentis, nõnihil remota extat, ædificata fundataq; fue
rit, ex annalibus eius referemus, qui ſic habent. Eiectis Italia Longobardis Car
Magni bello, eoque Romanorum Imperatore deſignato, poſtquam adem
barbaricarum incurſionum metus, nimirum Pipino Caroli filio Italorum rege
conſtituto, Mutinenſium ciuium liberi qui ob patriæ interitum alia in loca
ſe receperant, de vrbe veteri inſtauranda, vel alio in loco noua commodiore
xioreque condenda diu in æde D. Geminiani in via Claudia conſultantes,
omnibus propter ſummam vt videbatur propoſitæ rei difficultatem diuerſa ſen-
tientibus propemodum eò eſſet deuentum, vt nihil decerneretur quicquam,
dens quidam animiq; vir excelſi & eximio erga patriam ſtudio Antellanus Ma-
gnonius conſurgens, perſuaſum inquit, habeo conciues, ſi verè natalis ſoli amor
& recordatio vos tangit vti ſignificatis, non modò rem & facultates vniu
perlibenter eius gratia impenſuros, verum ipſam quoque vitam animamq;
inde nouæ omnino ciuitatis intia ponenda cenſeo: quæ res nec magnæ quidem
erit difficultatis, ſi quod ego in medium coſulam amplectimini nimirum vt
nobilioribus verisq; ciuibus præcipui quique ſuis & amicorum atque clien
ſumptibus noui oppidi ſingulas ſibi portas extruendas ſumant: vtque maiori ce-
leritate res conficiatur, in præſentia ſeptum cratitium areæ qua vrbs con
erit circumducendum iuxta quod operæ ruſticanæ foſſam egerendo vall
mul excitabũt ad loci tutelam & munitionem opportunum, donec muris æd
catis inuicem portæ connectentur. His peroratis omnibus ea ſententia pl
magnoque ſtudio mox in opus incumbi cœptum. Primùm itaque Boſcheroru

gens

gens nobilis cum clientelis portam Salicetam condidit, ſeptione hinc ad portam D Petri ducta, quam Fredorum domus cum clientibus extruxit. Iidem hinc ad Saragotiam portam ſepiuerunt. Illam Gaſloni eorumque clientes, itemque ſeptum porrò vſque ad portam Redecoccam fecere. Redecoccam Gorzani & clientes vnà cum ſeptione ad Baciovariam: hanc Saxuli & clientes excitarunt: ſpatio deinceps vſque ad portam Ciuitatis Nouæ conſepto, quam Sauiniani & eorum clientelæ condiderunt: qui quoq; deinceps ad Portam Ganacetam ſepiuere. Ganacetam genus nobile Caſalenſe Guidonis fecit, nempe Manfredi, Pedocij, & Pandelli, cum ſeptione hinc ad portam Albareti, quã progenies clara Caſalenſis Pizonis, nimirum Pici, Pij & Pappazones cum ſepto ad D. Ioannis Baptiſtæ portam extruxerũt. Eam familia Rodiana cum clientibus excitauit: ac porrò eadem vſq; ad portam Salicetam conſepiuit. Hæc vrbis nouæ nonnihil ab antiquæ veſtigijs ſeparatæ initia fuerunt: quibus paulatim muri quoq; adiecti, vt tandem habitari oppidum tutò poſſet. Quantũ verò proceſſu temporis colonorũ augebatur multitudo tantum item ædificiorum frequentia creuit. Ita cum iam Mutina dignitatem & exiſtimationem inter finitimos eſſet adepta, libertatem etiam ſub nomine tamen imperij Romani capeſsiuit: & ſæpè cum vicinis populis maximè Bononienſibus bello ac acie de finibus decertauit: vt quoque nonnunquam ſpectabiles victorias conſecuta ſit, aliquando ex viciſsitudine fortunæ cladeſpaſſa, ſicuti annales Bononiæ teſtantur, & nos in hiſtorijs ſigillatim perſcripſimus. Atenim Mutinenſes in ſua egiſſe poteſtate, Romani ſolum nominis auctoritatem ſequentes, id apertè Chronica docent, in quibus ſæpe illis aduerſus hoſtes ab Imperatoribus Aug. auxilia miſſa legimus: vti maximè de Friderico ſecundo Bononienſiũ annales alijq; plurimi ſcriptores perhibent, ab illo Entium filium Sardiniæ regẽ Mutinenſibus ſubſidio miſſum tradentes: quem etiam Bononienſes hoſtes bello victores ceperunt. Primum omnino dein vrbis dominatum tenuiſſe in Bononieſium Chronicis inuenimus Opizonem Ateſtinum Raynaldi Ferrariæ Marchionis filium: cui eam Guido Guidonius Mutinẽſium Epiſcopus, item Lanfrancus Rangonus alijq; multi ciues anno à C.N. MCCLXXXVIII. XVI. Cal. Febr. tradidère. Præterea MCCCXII. poſt C. N. anno Franciſcum Picum Mirandulanum ab Henrico VII. Imper. Vicarium Mutinæ conſtitutum reperimus: ſic tamen vt integrum vrbis ius Imperator ſibi reſeruaret. Ita Franciſcus vſq; ad MCCCXIX. annum præfuit, quo Paſſarinus & Butiro Bonacolſij Mantuæ Tyranni Guelphorũ ope ac ſtudio vrbem vt annales eius traduntinuaſere: dominatuq; exin potiti vſq; ad MCCCXXVII. à C.N. annum: tunc enim ab immani tyrannide intolerabiles eiecti ſunt. Dein anno XXXI. ſupra MCCC. Manfredus Pius cum Guidone affine Vicarius à Ioanne Boihemiæ rege inſtitutus eſt, aſſumpto primùm Capitanei nomine, demum Principis. At poſt abitum regis hi Mutinam Opizoni ſecundo Ateſtino Ferrariæ Marchioni conceſſerunt, anno nempe XXXVI. ſupra MCCC. Carporum ſibi Diuiq; Fœlicis poſſeſsione cũ alijs exceptionibus vt ait Corius *a*, ſeruatis. Opizoni poſtea XXXIX. anno Vicariatus vrbis à Benedicti XII. Põtif. legato Eccleſiæ Romanæ nomine decretus eſt, vt Blõdus, Platina *b*, Sabellicus *c*, & Volaterranus *d* tradunt. Et ex hoc tẽpore pòſt in Ateſtinæ familię ditione Mutina pſeuerauit, vſq; ad MDX. à C.N. annũ. quo Iulius II. Põtif. vrbẽ cepit, & Maximiliano Imper. Aug. ceſsit: à quo deinde MDXIIII. Leoni X. Põt. Max. Iulij ſucceſſori pro X. mill. aureorũ nũmûm pignori data eſt. Demũ anno MDXXVII.

a. parte 3. hiſtor.
b. in uita Benedic. 12
c. lib. 8. Ennead. 9.
d. lib. 5 c.v.

cũ in Hadriani mole Clemens Põtif. à Caroli V. Imper. Aug. legionibus obſide-
retur, Alfonſi Ateſtini Ferrariæ Ducis armis eſt recepta: cui à Iulio Pontif. adẽ-ta
fuerat: vnde pòſt in eius itemq; Herculis ſecundi filij ditione permanſit. Poſita eſt
Mutina nõ ꝓcul Apẽnino, Æmiliani via, ſplẽdida ſatis ædificiorũ decore, p̃cipuè
verò ab Hercule II. Ferrarię Duce munita, populo multisq; nobiliſsimis famil-s
inter quas illuſtris Rangonũ gens, aliæq; multæ, frequẽs. Excellẽtes viros qui cũ
hanc ſuã patriã, tum vniuerſam adeo Italiã plurimùm illuſtrarũt, magno numero
tulit: nominatim Herculẽ Rangonũ ob ſummas virtutes à Leone X. Põt. Cardina-
naliũ ordini allectũ, itemq; Iacobũ Sadoletũ ꝓfundiſsimæ doctrinæ, plurimarũq;
virtutũ hominẽ: quapropter à Paulo tertio Põtif. Cardinalis deſignatus eſt anno
poſt C.N. MDXXXVII. quẽadmodũ & ab eodẽ Põtifice ob ſumma merita Gre-
gorius Corteſius ex ordine Benedictinorũ, ac Thomas Badia ſodalitatis p̄dicato-
rũ: olim ſacri palatij magiſter, ambo hac vrbe orti. Et hi tres poſtremi ſola virtutũ
cõmendatione dignitatẽ illã meruere: è quibꝰ Sadoletus & Badia nuper anno poſt
C.N. MDXLVII. fatis cõceſſere, Corteſius anno inſequẽti ſubſecutꝰ eſt Romæ.
Edidit etiã Mutina Vgonẽ Rangonũ præſulẽ Regienſium, & inſigni doctrina vi-
rũ, & magno rerũ aulicarũ vſu: qui MDXL. poſt C.N. anno è vita deceſsit. Incly-
ta quoq; eſt vrbs hæc Frãciſci Mariæ Molzæ admirabili planè & ad oẽs diſcipli-
nas verſatili ingenio, qui ſuperioribꝰ annis incredibili cũ dolore litteratorũ animã
efflauit. Nũc doctrinæ gloria loẽs Frãciſcus Furniꝰ ab operũ exactiſsimè caſti-
torũ editione viget. Bellica laude Mutinã illuſtrauere Nicolaus Ragonus & Ger-
hardus, ambo cohortiũ præfecti: itẽ Annibal & Guido Nicolai filij: præcipuè ve-
rò Guido, qui militarẽ præfecturã Leonis X. Clemẽtisq; VII. Põtif. itẽ Fran-
primi Franciæ regis & Venetorũ auſpicijs geſsit: neq; ſolũ vſu bellorũ polluit ſed
etiã literis, eloquentia, liberalitate: prętereaq; doctos omni ſtudio ac gratia fo-
Venetijs anno poſt C.N. MDXXXII obijt. Claudius etiã & Ludouicus ex ea
gẽte cohortiũ præfecturas magna cõmendatione ac laude geſſerunt. Deniq; præ-
clariſsima ingenia quæ nun prætermittimus tũ dedit, tũ adhuc habet vrbs hæc tã
multa, vt niſi longiſsima cõmemoratione recẽſeri haud poſsẽt. Pictura nũc ætate
noſtra Frãciſcus Maria Caſtaldꝰ adoleſcẽs elegãtiſsimus, ſi fata vitã largiẽtur val-
de ſe hoc ſuũ natale ſolũ nobilitaturũ argumẽta ſumma iã Bononię prębuit. Ager
Mutinẽſis tritico, faba, cæterisq; frugũ generibꝰ, itẽ optimis vinis, p̃cipueq; ſ-
ſimis Tribianis abũdat. Relicta dein Æmilia via cũ agro ſuperñate verſus Ap-
nũ, quẽ poſtea dicemus, per Padi læuã ripã incedẽti, V. à Bõdeno P.M. Stellata oc-
currit, quondã perbellus vicus cũ arce à Nicolao III. Ateſtino Ferrariæ Marchio-
ne cõdita, quò hinc ad Ficaroli caſtellũ tutelę Ferrariæ gratia in aduerſa Padi r-a
conſtitutũ catena per amnẽ duceretur. Arcẽ hãc Stellatæ circa MDXI. poſt C.N.
Iulij II. Põtif. & Venetorũ legiones bello Alfonſum, Ducẽ petẽtes maiori ex p-
te deiecerũt. Vlteriùs ad locũ deuenitur periucundũ Vallis Circolæ quẽadm-
appellarũt veteres. Fuit circa hæc in Padi ripa Vlmus Formoſa, limes Rom-
a lib. 1. antiquit. Ferrar. Lõbardiæq; cõſtitutꝰ, vti ſcilicet Priſcianꝰ a ſcribit: cuius Vitalianꝰ primꝰ & A-a-
nus Põt. Rom. mentionẽ fecere, ſicuti initio Romanulæ diximus vbi de hoc te-
no noſtrã ꝓtulimꝰ ſententiã: etſi in tabulis quibuſdã à Leone Ferrarienſiu
po cõfectis in hæc verba ſcriptũ inueniatur. Ab vno latere foſſato quod eſt -s
ter Lõgobardiã & Romaniã, prope vlmũ quæ vocatur formoſa. Nũc ætate -a
veſtigiũ omnino eius vlmi, aut memoriã accolæ nullã tenent. Sequitur caſte-

Sermitu-

Sermitũ, ꝙ Blõdus in Antonini Itinerario Sernini nomine cõmemorari ait, vbi Aquileiẽſis via ad Bononiã ita deſcribitur. Ab Aquilea Bononiã M.P.CCXVI. ſic: Cõcordia M.P.XXXI: Altino M. P. XXXI. Patauis M. P. XXXII. Ateſte M. P. XXV. Aneiano M. P.XX: Vico Variano M. P.XVII: Vico Sernino M. P. XX: Mutina M.P.XXIII: Bononia M.P.XVIII. Deinceps in Padi ripa noui noĩs oppidũ Rouerũ eſt, è regione Oſtiæ ſitũ cũ primis lautũ ac ſplendidè ædificatũ. Sequitur oſtiũ amnis Seciç, quẽ Plinius [a] Gabellum vocat ex Apẽnino via Æmilia interrupta huc in Padũ defluentẽ. Tractu hoc inter Panarũ, Seciã, Padum, & Æmiliã viã oppida nõnulla ſunt, inter quæ primũ haud ꝓcul à Finali munitiſsimũ D. Fœlicis, ꝙ cũ diu in Opizonis Ateſtini Ferrariæ Marchionis poteſtate fuiſſet, à Leonardo Pio occupatũ eſt, poſteaq; rurſus à Mirãdulanis & eodẽ Opizone captũ, ac demum illi anno poſt C.N.M CCCXLVI. ceſſum, vti Corius tradit, nunc ab Hercule II. Ferrarienſium Duce tenetur: quãquam annis ſuperioribus cum Mutinam Pontifices occupauerant, in eorum quoq; ditione, & à Clemente VII. Pontif. Alberto Pio Carpenſi Comiti fuiſſet donatum. Locus item hoc ſitu eſt accolis Bocca ciuitatis dictus: vbi vrbem olim Anſam Reginam extitiſſe ferunt agro Bondenino, & etiamnum ingentium ædificiorum veſtigia cõſpiciuntur, vt Peregrinus Priſcianus ſcribit: tabulas quoq; ſibi viſas addens anno poſt C.N.MCCXXII. Decima indictione, quintodecimo die exeũte menſe Iulio (ſic enim illa tempora loquebantur) confectas, in quibus ita ſcriptum legebatur. Eodem die illi homines de Finali addiderunt terræ Bononienſium propter Curtem Trenſentulam, à robore Sancti Henrigi, quæ vadit ad Palazolum, à Palazolo vadit ad ciuitatem Anſalæ Regina, à ciuitate prædicta vadit ad Florianum, & poſtea vadit ad Palatam. Præter hæc quæ Priſcianus refert de Anſa regina vrbe nihil vſquã inuenimus. Helias tamen Capreolus [b] in Brixianis hiſtorijs Anſam Reginã Deſiderij Lõgobardorũ regis coniugem memorat, fœminam pietate Chriſtiana conſpicuam, quę ad radices collis Chineæ templum D. Iuliæ martyri nobile cum virginio condidit, & abbatiſſam ibi filiam ſuam inſtituit Anſelbergam multis ſanctorum reliquijs, præcipuæq; ipſius D. Iuliæ oſsibus in ædem collatis, ipſaq; domo cum ad virginum alimenta, tum ad inopum egeſtatem ſubleuandam maximis & opimis reditibus locupletata. Plura de hac regina non inueni, nempe ciuitatem aut ædificium vllum cum eius nomine vnquam conditum. Dein à Finali ſurſum incedenti paludes apparẽt multæ, vaſtiſsimaq; Mõtironi vallis, vt Itali nuncupãt: quæ ad dextram aggerẽ habet non latũ quidẽ, ſed lõgiſsimè ab Aemilia via vſq; in Padi fere ripã excurrentẽ: accolę dorſum vocãt, frumẽti vbertate mirabili copioſum. Vallis hęc ab occaſu lõgo illo clauditur tumulo, à Mirãdula q̃ ſupius inter auſtrũ & occaſum ſita eſt millib⁹ quinis diſtãte. Nos hãc lõgè lateq; patentẽ planitiẽ, Italis vallẽ vt diximus, appellatã Cãpos eſſe Nacros putam⁹ quos cõmemorauit Strabo, [c] vbi quotãnis forũ haberi ſolitũ ait. Eos autẽ hoc modo deſignat. Inter Placentiã inqt, & Ariminũ, ſunt Parma, Mutina, Bononia prope Rauennã. Harũ medio exigua quædã iacẽt oppida per quę iter eſt Romã, Acara, Regiũ Lepidi, Nacri Cãpi, Claterna, & q̃ ſequũtur. Quãquã autẽ Volaterran⁹ [d] hos cãpos ibi eſſe cẽſeat, vbi nũc Carpi: ego tamẽ exactè mecũ hac planitie cõſiderata, Strabonisq; verbis inſpectis, hos ipſos eſſe Nacros cãpos arbitror: idq; vt ſentiã, eqdem maxima antiqtatis veſtigia, nobiliũq; ędificiorũ opere muſiuo vt vocãt ornatorũ reliqę quę hîc vidim⁹ faciũt: vbi etiam indies numiſmata varia, pauimenta teſſellata, vetuſta vaſa, ſepulcro-

a. lib. 3. c. 15
b. lib. 5.
c. lib. 5.
d. lib. 4. c. V.

rum antiquorum ruinæ, cum inſignibus lapillis cornelijs inueniuntur: èquibus vnus excalptam Mercurij habens imaginem ſuperiori memoria Ioanni Franciſco Pico Mirandulæ Domino, Concordiæq; Comiti dono oblatus, ab eo propter elegantiam & pretium ſummũ auro incluſus in digito geſtabatur, vti ego ſæpiſsimè vidi. Fuit is quoq; vir eruditiſsimus atque nobiliſſim⁹ in eadem qua nos hac de re ſententia. Patent hi campi latiſsimè, nullis planè arboribus, herbã ferentes colore rubellam, ſapore ſalſam, accolæ porcellanam vocant, ouinæ paſtioni admodum expetitã: prætereaq; etiã magno tamẽ artificio ſalẽ hîc ex terra igne decocta conficiunt. Paſcua itaq; hæc planities peropportuna gregib⁹ ouillis præbet: è quib⁹ lana cũ præcipua excellẽtia, tũ maxima copia percipitur. Puto ego de hac Strabonem
a. lib.41 ſentire, cũ præſtantiſsimã circa Scultennã & Mutinã eſſe ſcribit. Mentionẽ Caporũ Nacrorũ etiã a Liuius facit, defectionẽ Ligurũ narrans, & prædã Mutinæ captã maximaq; detrimẽta, itẽ cædes captiuorũ, & alias clades additq; cum Q. Petilius Cõſ. per literas Claudiũ Proconſulẽ ad ſe venire in Galliã & cãpos Nacros iuſſiſſet, eum accepto nuntio mox à Liguribus mouiſſe, & cum legionibus in campis Nacris ſe iunxiſſe Conſuli. Quanquam verò Liuiani codices perperam campi Macri habeãt, tamen Nacri omnino ſcribi debet: quoniam ex ijs quæ ſuprà diximus apertè patet hos campos Mutinæ propinquos fuiſſe, vti quoque ſunt, etiam Strabonis deſcriptione inſpecta. Dein vltra dorſum de quo anteà commemorauimus, ingentia item arua ſequuntur. In ijs V. hinc milliari inter Auſtrum & occaſum perlautum ac honeſtum oppidum Mirandula ſitum eſt, temporibus Conſtantis Imperatoris, Magni Conſtantini filij conditum, vti quoque Ioannes Franciſcus Picus in vita Ioannis Pici patrui memorauit. Imperatori Aug. Conſtantino filij tres fuere, Conſtantinus alter, Conſtãtius, & Conſtans. Iis pater imperium trifariam diuiſit: Conſtantino Gallia cum tranſalpinis regionibus cederat, Conſtantio Italia Perſiaque, Conſtanti Illyricus cum Africanis. Erat autem inter Cõſtantini fortè aulicos Manfredus, & indole, & venuſtate præclarus adoleſcens. Eum Euridis Conſtantij filia mirificè deperibat, vt adeo ſummè ſe fœlicem ac beatam fore duceret, ſi nuptijs illius potiretur: nec minor erga Euridem Manfredi amor. Sermonibus conſilijsque clam collatis, magno rerum pretioſarum theſauro conuaſato fugiunt, & in Italiam delati, apud Neapolim egreſsi naue, inde Rauennam peruenere: mox in agrum Mutinenſem vbi nunc eſt Mirandula, tum temporis omnia ſyluoſis horrida ſaltibus fuere, ſe ſubducunt, ne deprehendi fortè poſſent. Eo loci diu inter paſtores qui pecuariæ rei gratia nemoribus [illegible] bant, duobus comitati ſpectata fide ſeruulis vitam agunt: & ex theſauris quos attulerant paulatim latos coëmunt fundos: quamobrem tanta inter vicinos authoritate Manfredus eſſe cœperat, vt iã pro domino ac principe coleretur. Hoc [illegible] Euridis vno partu tergeminos edit: nomina impoſita filijs, Picus, Pius, Pappa[illegible] Dein verò & alios cum mares, tũ fœminas parit: filiorum hæc nomina, Pa[illegible] Mãfredus, Pedoccus, Fantulus, & Siculus: filiarũ, Euridis, & Cõſtantia. Poſtea [illegible] in Italiã veniſſet Conſtanti⁹, maximasq; copias Aquileiã adduxiſſet, Italicæ gentes officij cauſa legationes nobiliſsimorũ hominũ ad eũ decernũt. In his propter elegantiam morũ tota regione finitima iam cognitã & perſpectã Manfredus [illegible] titur: qui cum omnib⁹ in rebus mirificã virtutis pſtantiæq; cõmẽdationẽ [illegible] prudentia ſibi cõpararet, eques ab Impatore appellatur: & mox cũ ob multa e[illegible] giè geſta ſummo ſe loco gratiæ apud illum eſſe cerneret, ortũ fugãq; ſuã pderet [illegible]

tur

tuit. Poſtulata itaque peccati in præteritum venia, tum perbenignè auditur, tum pacem veniamque accipit. Conſtantius Euridem vnà cum liberis ad ſe iubet adduci: & mirifica humanitatis beneuolentiæque ſignificatione complexus omnes, Manfredum vniuerſi tractus Pado, Panaro, Seciaque fluminibus incluſi Comitem & Marchionem creat, iugerûmque item ex eodem agro amplius XX. mill. donat, cum iure ac poteſtate villas, arces, oppidaque condendi, quorum imperium ad ipſum ac imperatores Romanos tantùm, alijs etiam prærogatiuis additis, pertineret. Sed & aquilam illi nigram pro inſigni tribuit: locumque quo edita proles, ob admirabilem eius rei caſum Mirandam iuſsit dici: quod vocabulum deinde ſyllaba addita vulgus auxit, Mirandulamque nunc profert. Poſt exceſsum Conſtantij Manfredus cum vxore ac liberis ad primum hunc domicilij locum reuertitur, munitionesque ac villas quaſdam ędificare incipit, ante omnia verò quod habitationi deligebat ſuæ, caſtellum Mirandam, ex Conſtantij voluntate nomen loco imponens. Defuncto ei ſucceſſere filij: qui tanto mox numero aucti, vt patresfamilias nobiles eſſent quadraginta, qui omnes his in locis conſidebant, nominibusque his fuere. Prendipartes, Lanfrancus, Paganellus, Manfredus tertius, Pontius, Guido, Conſtans, Actiolinus, Doſius, Aldobrandinus, Arnerius, Ioannes, Marcellus, Conſtantius, Corradus, Bonifacius, Matthæus, Oderius, Egydius, Næuus, Opizo, Robertus, Gualfredus, Capinus, Azo, Conſtantinus, Paulus, Berardus, Artuſius, Panarius, Lanzonius, & Manfredus quartus. Hos finitimi populi Milites, & patriam qua orti, Curiam quadragenorum Vocabant: quanquam errore vulgi ſyllaba addita, Curia Quarantula pro Quaranta, nimirũ à viris illis illuſtribus quadraginta, partim filijs, partim nepotibus Manfredi, poſteriori ſeculo dicta ſit. Diu olim apud finitimos hæc domus ſummo in honore magnaque exiſtimatione fuit: at vt eſt omnium rerum quæ cœli conuexitas ambit conditio nunquam ſtabilis, ſolumque hoc vſquam perpetui, volubilitas, qua nunc efferuntur & creſcunt, nunc viciſsim deprimi & proculcari cuncta ſolent, diu item humi iacuit, donec circa M C II. à C. N. annum aliquot eius alumnos ſummæ virtutis merito magnis honoribus denuo erexit Mathildis Comes, præfecturis diuerſarum vrbium oppidorumque, veluti Ferrariæ, Mutinæ, Regij, Parmæ, Fauentiæ, datis: quarum occaſione poſt obitum Mathildis ijs in vrbibus ſeminaria huius ſtirpis remanſere, vti Pappazonum, Piorum, ac item aliorum ex Manfredi poſteritate, qui à filijs Manfredi tanquam generis auctoribus proſapiæ nomina traxerunt. Sic à Pico Pici dicti, à Pio Pij, à Manfredo Manfredi, à Pedocco Pedocij, à Pappazone Pappazones: qua ex domo Baptiſta & Stephanus Maria raræ virtutis homines orti: à Pandello item Pandelli, quos vulgus perperam vocat Padellos, denominati, quorum genus ante annos amplius centum in Gerhardo expirauit. A Fantulo deſcendêre qui Fantij adhuc vocantur. Siculi poſteros, fuiſſe vllos haud reperi. Et has omnes à Manfredo fluxiſſe nobiliſsimas familias, plurimi nos codicilli ſummę vetuſtatis edocuere quos vidimus: quique diuiſiones pagorum, diœceſium, fundorum, aliorumque iuriũ olim inter eas gentes ex liberis Manfredi Curię Quarantulanę nominatas, cõmuniũ, cõtinẽt: oppidaq; ac pagos & vicos agrosq; à Pado ad Seciã, itemq; ab agro Mãtuano ad eas terras quę Ferrarię reguli ditione citra Padũ tenentur, nominatim memorãt. Horũ vni diuiſionẽ curiæ Quarantulanæ inter filios Mãfredi factã anno poſt C. N. MCCXLII. perſcriptam habuere: alij diuiſionem Villæ Foſſę anno MCCCXLVIII. initam: in quibus

quibus etiam Actiolinorum métio fit ab Actilino Mãfredi nepote deſcendentiũ.
Multa præterea de his illuſtribus familijs ex veterrimis quæ vidi tabulis comme-
morare poſſem, quibus earum ſumma nobilitas antiquitasque demonſtraretur,
ſed omnino nimia verboſitate lectori tędium eſſem allaturus ſi dicere cuncta in-
ſtituerem. Initio Mirandula caſtellum perexiguum fuit ac vti vicus, muro tamen
foſſaque munitus· quemadmodum etiam locus hac ætate Citadella dictus indi-
cat: poſt vſque ad Burgum nouum, ita quædam eius regio vocatur, auctum deni-
que Burgum ipſum quoque mœnibus complexum & oppido reliquo coniun-
ctum eſt, deiecto inſuper annis ſuperioribus, muro, foſsiſque complanatis, qui-
bus Burgum ab Citadella diuidebatur· vt ita nunc vno ambitu corporeque for-
mam & amplitudinem perhoneſti oppidi habeat, inter præcipua huius regionis
iure collocandi. Situm eſt amœniſsimo planè loco, & frumenti, vini, cæterarum-
que frugum maximè fertili, populum habens lautum, humanum, venuſtum, li-
beralem, armisque tractandis ſtrenuum, cum arce quoque munitiſsima, vt quæ
inter præcipuas Italiæ totius collocari debeat. Caſtrum item ipſum peralta la-
taque foſſa & muro duplici conſeptum eſt. Principatum eius illuſtris Picorum
gens præterq̃ paucis vicibus, in hunc vſq; ab die antiquiſsima memoria tenuit: etſi
quod temporum iniuria factum arbitramur, in literarum monumentis huius rei
priſcam mentionem haud reperimus· vti nec de Manfredi poſteris alia quàm quæ
paulò antè relata ſunt, itemq; præter id quod de Mutinæ vrbis initijs diximus, il-
lius duas portas à Manfredis, Picis, Pijs, Pappazonibus & Padellis ædificatas.
Poſt illa verò tempora de anno à C.N CXVIII. Manfredum Picum Mutinæ Præ-
torem eam laxauiſſe auxiſseq; legimus, & vnà cum Ferrarienſibus obſediſſe Ru-
beriam. Deinceps in Merulæ & Equicolæ hiſtorijs, item in annalibus Mutinæ tra
ditur illius ciuitatis Vicariũ anno à C.N.MCCCXII. ab Imperatore Aug. creatũ
Franciſcũ Picum, qui Paſſarino Bonalcoſsio Principatũ ceſsit, à quo Mirandula
ſolo æquata· idemque Franciſcus cum Prendiparte ac Thomaſino filijs occiſus
eſt. Bartholomæum inſuper ex gente Picorum cognomine Capinum inuenio
Mirandulæ appellari Dominum· qui à Paſſarino de quo diximus, obſidione
graui preſſus, omni iam auxiliorum deſtitutus ſpe, caſtelli deditionem fecit· quod
tum vti ſuprà commemorauimus, anno nempe à C.N. MCCCXXI. euerſum
eſt. Inſtauratum dein anno XXX. ſupra MCCC. menſe Auguſto, Aloyſij Gon
zagæ Mantuani Principis ope ac ſtudio· qui & gratia Picorum illi Vicarium
dedit cui familiæ nobiles Curiæ Quarantulæ perlibenter & promptè paruere.
Nicolaum etiam Franciſci Pici quem ſuprà nominauimus filium, Prætorem Re-
gienſium fuiſſe reperimus, & filios genuiſse tres, Ioannem, Franciſchinum, ac
Prendipartem: quorum poſtremnm bello illi à Mutinenſibus contra Bononien-
ſes mandato, in pugna captum anno à C. N. MCCCXC. Bononienſium an-
nales perhibent. Paulum filium maximi ingenij virum habuit· cui ſucceſſere
Franciſcus, Prendipartes, Spinetta, Thomaſinusque filij nobiles equites. Ex
Thomaſino Iacobus & Ioannes nati· quorum prior vſu armorum maximè ex-
celluit, ideoque præfecturas militares auſpicijs Florentinorum, Senenſium, &
Philippi Mariæ Mediolanenſium reguli geſsit. Franciſcus Pauli F. Ioanné & Fran
ciſcum genuit, qui primi Cócordiæ Comites à Sigiſmundo Imperatore creati, &
à Friderico tertio cõfirmati ſunt. Frãciſco Ioãnes Frãciſc⁹ & Thomaſinus ſucceſ-
ſere: è quib⁹ Thomaſinus quieto planè viuendi inſtituto capto, fratri Principatũ
& hære-

& hęreditatē omnē ceſsit. A Ioanne Frāciſco Nicolaus procreatus itēq; Brauuſus
nothus à Nicolao Ioānes ab Ioāne Ioānes Franciſcus, qui mœnibꝰ arcē muniuit,
ſub cuius Ponte lapis cum hac inſcriptione legitur. Io. Franciſcus Picus Ioannis
F. vt cæteris virtutibus, ita hac animi magnitudine facile ſuos maiores ſuperauit,
quòd arcem hanc à nullo antea ſeptam maxima impenſa ſua cocto latere cingen-
dam curauit, anno à Chriſti natali MCCCCXL. Cal. Sextilibus. Præclari huius
viri mentionem Corius in hiſtorijs facit, cum anno poſt C. N. MCCCCLXII ſub
imperio Sigiſmundi Malateſtæ equitum ordines ducentem, cum ad Senegalliam
à Federico Vrbinate Comite Pij II. Pontif. belli præfecto Sigiſmundus prælio pe-
teretur, egregiè depugnantem in hoſtium poteſtatem veniſſe ſcribens. Filios reli-
quit Galeottum, Antonium, Mariam & Ioannem: è quibus priores duo re milita
ri celebres, & apud Italiæ regulos magna auctoritate fuerunt, Ioannes prodigioſo
planeingenio ſtuporem orbi incuſsit, vti literarum ab eo relicta monumenta mō-
ſtrant. Vir omnigenæ litteraturæ fuit, & græcè, hebraicè, arabicè, caldaicè doctꝰ.
Fatis interceptus Florentiæ anno ætatis XXXIII. poſt C. N. MCCCCXCIIII. ſe-
pultusq; eſt cum habitu ſodalium prædicatorum, quem de manibus Hieronymi
Ferrarienſis in cœmeterio D. Marci ſummo cum dolore totius reipublicæ ſum-
pſit. Memoriam eius abundè Ioannes Franciſcus Picus ex fratre nepos in illius vi
ta celebrauit, præterea verò & Marſilius Ficinus, & Angelus politianus, & Iaco-
bus Antiquarius, & Baptiſta Carmelita, & Philippus Beroaldus, & Antonius Cit
tadinus, alijq; multi noſtræ memoriæ nobiles ſcriptores qui varias etiam ad illū
epiſtolas exarauere. Galeotto mortuo quoniam alij Ioannis Franciſci filij prolē
nullam ſuſcitarant, filius illi ſucceſsit Ioannes Franciſcus cui & Ludouicus atq;
Federicus fratres natu minores fuere. Diu quidem Ioannes Franciſcus & Ludoui
cus de principatus poſſeſsione inter ſe dimicarūt adeo etiam vt Ludouicus opere
ſtudioq; Herculis primi Ferrariæ ducis pulſo Ioannes Franciſco ditione poti-
retur. attamē eā Ioānes Franciſcꝰ mortuo Ludouico, Iulij II. Pōtif. auxilio recepit
anno poſt C. N. MDX. eiecta nimirū Frāciſca Ioānis Iacobi Triuultij notha filia,
Ludouici vidua, Geleottiq; ſecūdi pueri exillo nati matre. Sed mox anno MDXII
poſt Rauennatē pugnā Socialis exercitus Iulij ſecundi Pontif. & Ferdinandi. Ara-
gonij cum Ludouici XII Franciæ Regis copijs, Franciſcam filiam Ioannes Iaco-
bus Triuultius reduxit. Deinde cum Italia pulſi ab Heluetijs & Venetis opera Iu
lij II. Pontif. eſſent Galli, Ioannes Franciſcus auctoritate Cardinalis Gurcenſis,
Maximiliani Imp. legati reſtitutus eſt & principatum exin ad annum à C. N. M
XXXIII. tenuit, quū menſe Octobri. à Galeotto Ludouici filio, qui per dolū eum
armatis XL. noctu in arcē irrepſerat, ad imaginem Chriſti crucifixi prouolutus,
& nihil niſi Ieſum vti opem ferret inclamās, crudeliſsimè trucidatus eſt occiſusq;
tum etiam Albertus filius. Ioanna verò Carrafa vxor cum Paulo filio, Carlotta-
que Vrſina, Ioannis Thomæ Ioannis Franciſci & Ioannæ filij, coniuge, cum om-
nibus liberis in carcerem detruſa. Immenſam profectò iacturam in acerbiſsimo
illius viri caſu grex litteratorum fecit: etenim omnium litterarum apprimè peri-
tus, linguæque græcæ, hebręæ, caldææ, arabicæ, ac omnium humanitatis artium,
poëticæ, logicæ, philoſophiæ, theologiæq; gnarus quemadmodum editis abundè
ſcriptis eſt teſtatus. Statura ꝓcera, colore lacteo, vultu prolixiore, naſo aquilino,
nigrātibꝰ oculis fuit pręterea diſertꝰ, in iudicādo ſanctꝰ ac iuſtus, totaq; uita inte
gerrimus, in promittendo conſtans, catholicus & verus chriſtianę pietatis cultor,

animi

animi ſui motum ad diuina conſilia ſemper moderans, nec vnquã in aduerſis quæ
ribundus· quanquam grauiſsima illi tempora permulta inciderint, quæ cum gra-
tiarum actione Chriſtiana perpetuò tulit. Plurima de hoc incomparabili viro di-
ci poſſent, niſi locorum nunc quæ reſtat deſcriptio nos ad ſigna reuocaret. Ex Io-
anna coniuge liberos mares tres, fœminasq; quatuor ſuſcepit, Ioannem Thomam,
Albertum, & Paulum, Ceciliam D. Claræ virginem, Annam Antoniotti Adurnij
quondam Genuenſium Ducis vxorum, Iuliam Sigiſmundo Malateſtæ Ariminen
ſi olim Principi deſponſatam, & Beatricem quæ Paulo Taurello Comiti Montis
Cheruculi nuptum data. Arcem, Caſtellum, totumq; Mirandulæ oppidum ma-
gnis operibus muniuit, inſula quadam modica prope arcem effecta, quam multis
fructiferarum arborum generibus conſeuit. Poſt eius atrociſsimam cędem Ioan-
nes Thomas, & Paulus filij ſuperfuere, ſed excluſi principatu. Ioannes Thomas
ex Carlotta Vrſina coniuge Virginium & Hieronymum procreauit. A Ludouico
Ioannis Franciſci fratre Galeottus de quo ſuprà dictum genitus eſt, qui Mirandu
læ imperio uſque ad annum à C. N. MDXLVIII poſſeſſo, tum id acceptis viciſ-
ſim in Gallia certis reditibus vti ferebatur, Henrico Francorum regi ceſsità quo
Dominicus Ariámus Ferrarienſis magni viri ingenij inclytæq; iuſtitiæ legatus op-
pido præpoſitus eſt. Vltra Mirandulam, vt ad loca dicenda reuertamur, altero la-
pide, in dextra Seciæ ripa caſtellum ſequitur Concordia noui nominis, diuerſum-
que ab illo quod Antoninus in Itinerario memorauit· illud enim in Venetis, núc
Marchia Taruiſina, hoc in Lombardia eſt. Diu Imperium eius Pici Mirandulani
Principes habuere· maximæq; diſcordiæ, multorum malorum illa in gente cauſa
fuit: nam cum à Galeotto Ludouici filio teneretur, eum Ioannes Franciſcus infe-
ſtauit poſſeſsioné ſibi iure vendicans vti Imperatoris Aug. auctoritate ſubnixo. Tá
dem cęſo Ioanne Franciſco quemadmodum narrauimus, cum ita Galeottus Mi-
randula potiretur, ab eo exciſum eſt anno poſt C. N. MDXXXIIII, qua núc facie
iacet. Deinceps ad Æmiliã viam incedenti ſupra Mutinã per Panari dextrã ripam
octo P. M. emenſis Spilibertú occurrit lautú oppidulú olim Spinú Lãberti dictú
vti in vita Pontificis Adriani primi, qui hîc è Gallia rediens animam efflauit, anti
quiſsimo codice in Nonãtulæ cœnobio cuſtodito perſcripta, legimus. Poſsidet
hoc caſtellum illuſtris familia Rangonum Mutinenſis. Dein quarto lapide Vini-
a lib.2. ola eſt, Luitprando Leuitę Papienſi a in hiſtorijs Neuiola dicta. Sępi⁹ hic Bononi-
enſes & Mutinenſes pugna conflixere· magnæq; frequenter hinc inde editæ ſtra-
ges, ſicuti annales Bononiæ perhibent. De cætero Maranellum eſt: tum ſecundo
lapide Maranum· & in Apennini iugis XII. ferme Patianum· hinc quarto Locor-
tianum. Iuxta ſunt perãguſtæ· difficileſque fauces, per quas iter hac parte in Hetru
riam & ad Piſtorium. Inter montes Arx ſequitur. Rurſum ad viam Aemiliam ver
ſus, ſexto ab ea milliario Caſtellum Nouum iacet· cuius in dextra millium quatu-
or interuallo lautum oppidum Formiginis , ortu Andreæ cognemento à patria
Formigenæ nobilitatum ſummi architecti , quod eius opera Bononiæ vbi com-
moratur facta demonſtrant. Altiùs tum Specianum & Floranum ſunt· item in A-
pennino Folianum cum Turre Anſerina. Pòſt ipſa in Aemilia via modicum ſuc-
cedit caſtellum Marzalia, Secię fluminis lęua in ripa· per quam ſurſum procedenti
Macreda, quintoq; inde milliario D. Mariæ Saxulinæ fanum magnis miraculis
inclytum occurrit. Ab hac ſacratiſsima æde D. paſsibus Saxulum abeſt nobile ca
ſtellum, illuſtris familię Piorum olim Comitum Carpenſium poſſeſsio: nam cum

ex ea

ex ea Gilbertus ſuã portioné ditionis Carpenſis Herculi primo Ferrariȩ Duci ceſ-
ſiſſet, ab illo hoc oppidulum viciſsim tulit. Situm eſt ad Apénini radices læua Se-
ciæ ripa. Dehinc in Apennino mons Zibius· ſupra quem ex ſaxo latex prorumpit
olei cum aqua mixti ſpecie, vulneribus mirificè cóferens. Aſcēſu tum millium V.
Mons Baronzonius inuenitur· iuxtaq́; torrentis Salcinij oſtiú quo in Seciam in-
trat, Dolum· & ad eundē torrentem ſub Apennino Pelegrinum, vbi mons aſper-
rimus & præcelſus Alpium D. Pelegrini nomine: cui mons cohæret Baleſtra, per
quem difficili planè via Lunenſis ager & Hetruſcus aditur. Liuius D. Pelegrini
Alpes montē Letum· Baleſtram, montē Baliſtam nominat, in hæc verba ſcribēs. a. li.
C. Claudius Proconſul audita rebellione Ligurum, præter eas copias quas ſecum
Parmæ habebat, ſubitarijs collectis militibus, exercitum ad fines Ligurú admo-
uit. Hoſtes ſub aduentum C. Claudij, à quo duce ſe meminerant nuper ad Scultē-
nam flumen victos fugatosq́;, locorum magis præſidio aduerſus inſœliciter ex-
pertam vim, q̃ armis ſe defenſuri, duos montes Letum & Baliſtam ceperunt, mu-
roq́; inſuper amplexi, tardiùs ex agris demigrātes oppreſsi antequam ad M. |& D.
peruenirēt. Et infrà: Profecti Conſules inde in diuerſas regiones· Petilius aduer-
ſus Baliſtæ & Leti iugum quod eos montes perpetuo dorſo inter ſe iungit, caſtra
habuit. Præterea quoq; ſubijcit ea iuga Romanas cohortes occupauiſſe· vt adeo
ex Liuij verbis clarè appareat hos montes ab illo deſcribi. Citra Seciam dein pro-
pe Salcinium alius torrens inuenitur, iuxta quē Carpinetú, & altiùs Volonium à
Caſtello Nouo MD. paſsib. Deinde ſub Volonio Petra Biſoniana nominatiſsi-
mum montis iugum eſt & præcelſum, vno tantùm latere aditum habens, cum pul
chra in verticeplanitie iugeri propemodum vnius. Ager circum hunc montē per-
amœnus & fertilis eſt. Ad Buſoniã deinde caſtellum M. P. tria. Quanq̃ aút mon-
tana hæc ſint omnia, tamen & arationum opportunitaté habēt, & varios fructus,
præcipueq́; caſtaneas ferunt. Sequitur interuallo trium item milliariorú oppidú
Negonum, agro Parmenſi finitimú. Circumiecta hæc incultis montibus horrent,
feris enutriendis potiùs, q̃ vllis ad mortalium neceſsitatem alimentis producen-
dis apta. Tum vlterius caſtellum alto in colle vallis Seneræ apparet haud procul
Negono. Poſt mille paſs. exiguum oppidum Cære, Alpinum hoc latus claudit, in
Apennini itemq́; Parmenſis & Fiuiciani agri confinio ſitum. Prorumpit ex hac
Apennini parte Rialberus amnis vnus ex tribus qui Seciam creant. Piſcium hîc
optimorum captura eſt, præcipueq́; truttarum. Dein Aquarium oppidum agro
Mutinenſi propinquum inuenitur, medicatis aquis celebre. Succedit ad meridiē
verſus tertio lapide Menatium oppidum alto in montis iugo propter Apenninú:
inde ſpatij tantundem eſt ad caſtellum Piolum, quod nunc Bartholomæus Bru-
ciatus poſsidet: mille hinc paſs. Lingoncius pagus ad Apenninum· cuius latera
fluuij alluunt hinc Ozola, inde Roſſendola, piſcibus optimis & maximè truttis
quanq̃ modicis, fœcundi· qui vnà cum Rialbero Seciam amnem corriuant. Re-
gio hæc firmos & præcipuo virium robore homines generat, vt qui cum ferociſ-
ſimis depugnare poſsint vrſis· quod perſæpe exemplis conſtitit. Cœlum habet ad-
modum ſalubre· quapropter & longa incolarum vitæ curricula ac ſine morbis.
Ingenia quoq; producit eximia· nominatimq́, ſuperioribus annis ex Baccia gen-
te Ludouicum dedit ordinis Minorum diſertiſsimum concionatorem, & inclytæ
pietatis hominem, cuius tumulum ferunt argumentum ſanctiſsimæ vitæ protuliſ-
ſe flores. Nunc ex eadem gente patriam hanc Petrus excellens Iureconſultus Ro-

mæ Cardinalis Ceſij generalis procurator, ornat· itemq́; Paulus Antonius, & Io-
annes Antonius facundiſsimi cauſidici magniq́; vſus. Alios præterea multos prę-
ſtantes viros hæc regio tulit, quos alijs commemorandos relinquimus. Sequūtur
Apennini editiſsima iuga vbi tres montium ſpeculæ, Cuſina, Albaniana & Cabal
lus albus, tantæ celſitudinis ſunt, vt maximam Italiæ partem cum vtroq; mari, in-
fero ſuperoq́; ſub conſpectum dent. Hinc tum itinere deorſum ad planitiem, trā-
ſita Secia nobile oppidum in eius dextra ripa, Carpi, occurrit, vbi Volaterranus
Campos Nacros fuiſſe cenſet vti prædiximus, quos diuerſa ſententia nos alio in
loco demonſtrauimus· putamusq́; Strabonis Acaram hîc ferè extitiſſe. Diu prin-
cipatum Carporum nobilis Pia gens ex Manfredi & Euridis poſteritate quemad-
modum paulo antea demonſtratum eſt, poſſedit. Ex ea Manfredum Federici Pij
filium primum in litterarum monumentis commemorari inuenimus· quem ex-
pulſis Toſabellis (ij priùs Pios eiecerant) oppidi huius imperium occupauiſſe
anno poſt C. N. MCCCXIX. pridie feſtum Aſcenſionis dominicæ, Mutinen-
ſium annales perhibent. Vir is prudentia magnoq́ue armorum vſu polluit: quam-
obrem Mutinæ Vicarius ſimul cum Guidone Pio ex Curia Quarantula creatus
ab Imperatore Aug. eſt anno poſt C. N. MCCCXXX. magiſtratumq́ue inijt
VI. Id. Martij. Carporum illi imperium liberè condonatum fuit, itemq́; ius paſ-
cuorum Geminiolæ, Guidoni autem quoad viueret, paludium & molæ commu-
nis reditus cum præſidio Spilimberti. At hi poſt regis Boihemi abitum Mutinam
Opizoni Ateſtino Ferrariæ Marchioni ceſſerunt anno à C. N. MCCCXXXI. vel
vt Corius, XXXVI. Carpis alijsq́ue caſtellis aliquot ſibi reſeruatis. Manfredorū
a.lib.10.in etiā mentionē Blōdus in *a* hiſtorijs fecit. Deinde Galaſſus anno poſt C. N. MCCC
princip. LIIII. in principatu Carporum ſucceſsit, vir militaris rei ſummè gnarus, quamob-
rem à Bononienſibus copiarum præfecturam habuit. Eum Marſilius filius eques
ſtrenuus cum Alberto fratre ſubſecutus eſt· qui anno à C. N. MCCCLXXV. ſa-
cramentum in nomen Eccleſiæ Romanæ Cardinali Sancti Angeli Bononiæ Le-
gato præſtiterunt. Marſilio defuncto principatus ad Albertum recidit, armorum
vſu maximè excellentem· qua de cauſa belli præfecturam Ioannis Galeatij Vice-
comitis primi Mediolani Ducis anno poſt C. N. MCCCCL. itemq́ue populi Me-
diolanenſis auſpicijs poſt mortem Philippi Ducis geſsit. Noſtra memoria Gil-
bertus Pius Bononienſium exercitus imperator fuit· qui à patruelibus fratribus
Carpis extruſus, Herculi primo, Ferrariæ regulo ius ſuum ceſsit, accepto viciſ-
ſim inter cætera Saxulo. Sic tum Hercules in eius portionem imperij Carporum
ſucceſsit. Filios aliquot Gilbertus ex Leonora coniuge Ioannis ſecundi Bentiuo-
li filia procreauit, inter cæteros Hieronymū & Marcum· quorum poſtremus nu-
per anno à C. N. MDXLIIII. Ferrariæ de vita migrauit. Reliqua ditionis Car-
porum pars Alberto ſecundo ceſsit docto inprimis homini, & maximæ apud pro-
ceres orbis Chriſtiani auctoritatis: namque apud Iulium ſecundum & Leonem
X. Pontif. Rom. Maximiliani Imperatoris Aug. legatum diu egit, prætereaq́ue
apud Clementem VII. Franciſci primi Francorum regis: cum autem poſtea Ca-
rolus V. Imper. eius portionem Alfonſo Ferrarienſium Duci donauiſſet, in Gal-
liam ad Franciſcum regem conceſsit, annoq́ue tandem à C. N. MDXXXI. men-
ſe Ianuario Lutetiæ Pariſiorū animam efflauit. Erat vt diximus vir cum prudens,
tum apprimè doctus· cuius rei documenta litterarum monumētis editis præbuit.
Ita nobilis Pia gens principatu excidit Carporum, quem diu fœliciter tenuerat.

Super-

Superſtes Alberto frater Leonellus fuit, qui in Medulæ Sarcinæq; poſſeſsione nō pridem ab Leone X. Pōtif. Alberto donatæ, item in Foritruintinorū adminiſtratione illi ſuccesſit. Vir eſt Leonellus ingenij ſummi, humanitatis verò ſingularis· quãobrem diu Romanulá vniuerſam & Anconē vrbē rexit. Nuptias expertus eſt alteras: ex prima cõiuge Rodulphū & Traianū ſuſcepit· quorū anterior Fauentinus Præſul, & dein ob ſummæ virtutis merita Cardinalis à Paulo III. Pontif. anno poſt C. N. MDXXXVII. creatus. Longiſsimè laudes huius præſtãtiſsimi viri pro dignitate cõmemorare poſſem· verū qm̃ adhuc in viuis floret, adulatiõis ſuſpicionē duxi euitandã. Traian⁹ inter venandū obuio ſerpēti, qui eū erecto capite apertoq; rictu & vibrante petebat lingua, magno animo mucronē obiecit· tandēq; lōgo cū labore ceruicē prodigioſæ beſtiæ ſecuit: cui victoriæ nō diu ipſe etiã fuit ſuperſtes. Ex ſecunda vxore Leonellus adhuc Conſtantiū & Manfredū procreauit· è qbus prior ſuperioribus diebus cū ingenti nō modo propinquorū, ſed omniū paternæ ditionis gentium luctu, fatis interceptus eſt, quē propter egregiã indolem & ſummæ virtutes argumenta ſplendorē dignitatēq; maiorum ſuorū æquaturum ac ſuperaturum oēs ſpem cõceperãt. Multos ꝑterea viros claros illuſtriſsima hæc domus tulit vti relatū nobis eſt: ſed qm̃ eorum cognitionē exactam nō habuimus, ideo nunc ꝑtermittentur. A Carpis Noui ſuccedunt, olim arx munitiſsima. De rebus ad eã geſtis abundè in Ephimeridibus latinis ſcripſimus. Cū ab Alfonſo Ferrariæ Duce nō pridē expugnata fuiſſet, eã dein Leonellus quo de locuti modò ſumus recepit: demum ab Hercule ſecundo Ferrariæ regulo obſidione diuturna iterum in poteſtatē redacta, ſuperioribus annis illius imperio æquata ſolo eſt. Inter aream eius & Carpos, itēq, Seciam & Lenciam amnes Corregium iacet perlautū & honeſtū oppidū, noui nominis vt Volaterranus ait: quãq̃ nō deſint, qui Regiates eſſe à Plinio in octaua regione cõmemoratos cenſeant. Imperium eius illuſtris Corregia gens habet, olim Parmæ ꝑpotens vti in tēpore dicem⁹. Familiáne ab oppido nomen traxerit, an oppidū à gente, nō diſcerno. Noſtra memoria cū eam domum, tum ipſum caſtrū Borſus & Nicolaus maximè nobilitarunt viri magnifici, ſummæq; apud Italiæ Principes auctoritatis, & ꝑcipuè Herculē Ateſtinū primū, Ferrariæ Ducē. Nunc adhuc locū Raynaldus Corſus illuſtrat celebris Doctor, & ingenio maximè pollens· qui linguæ noſtræ vernaculæ decus ac ornamentum eſt, omibusq; humanitatis artibus apprimè inſtructus, in aliquot Victoriæ Columnę aliaq; opera doctiſsimas cõmentationes ſcripſit. Anſelm⁹ etiã Glaciarellus huius ſuæ patriæ nobilitatē ſtudioſè auget, ꝑclaris ædificijs Bononiæ extructis vbi commoratur, & elegantiſsimis characterib⁹ officina typographica erecta· quãobrem publico à Senatu Bononiēſe ſalario, & ciuitate inſuꝑ donari meruit. Eſt in hoc tractu dein vbi torrēs Cruſtulus in Foſſam Taranã illabitur exiguū caſtellū Regiolū. Cruſtulus ex Apēnino fluens per Regiū hîc ſe exonerat. Foſſa Tarana per vicū Suzariã in Padū iuxta Belfortiū pertingit. Habet etiã hic ager Gonzagam vicum, vbi ſumptuoſiſsima villa Gonzagarum Principum Mantuanorum: à qbus etiã loco eſſe nomen arbitramur. Deinde ſplendidū & pernobiîe eſt cœnobiū D. Benedicti Podolironi, à Bonifacio Mathildis Comitis patre conditū vt Aequicola prodidit, & ab ipſa Mathilde auctū maximiſq; opibus locupletatū· quanq̃ Blondus Platinaq; dicãt ædificatū à Mathilde· qua re additamentū & peropimæ dotis aſſignationē illos intelligere exiſtimamus. Notare obiter aliquorū inſignē lapſum operæpretiū eſt, qui domū hanc à Thedaldo Mathildis patre primùm inceptã, &

ab ipſa demũ abſolutã tradidere: nã erratũ id eſſe dubitari neqt, cum oẽs hiſtorici cõſtanter Mathildis patrẽ Bonifaciũ Canoſſæ Comitẽ Thedaldi filium, nõ verò
a. in Benedic. 10. Thedaldũ nuncupent, vti ex Platina a, Beneuenuti Imolani cõmentationibus in
b. lib. 1. Dantẽ, Bernardino Corio de Henrici IIII. temporibus, Æquicola b in hiſtorijs Gonzagarũ, alijſq́; multis ſcriptorib⁹ apertiſsimè liquet. Monaſteriũ hoc eſt pernobile, ſplendidũ, amplum, opulentum, & frequẽs amplius centũ viris ordini Benedictino deuotis. In templo Comes ipſa ſepulcrum habet ex marmore cum hoc epitaphio. Stirpe, opibus, forma, geſtis, & nomine quondam Inclyta Mathildis hìc iacet aſtra tenens. Obijt anno poſt C.N.MCXV. Secũdum Padum dein pergenti, poſt Traſinariæ foſſæ quam Priſcianus Taranam vocat vti ſuprà memorauimus, oſtium, Luzaria occurrit pagus: ac dein Guardiſtallum binis generalibus
c. lib. 14. hiſt. concilijs nobile, primo quod Vrbanus ſecundus, altero quod Paſchalis ſecundus Romani Pontif. habuere, quemadmodũ Blondus c Platinaq́; d monumentis pro-
d in uitis eorum. dunt aiuntq́; poſtremi decretis Epiſcopum Placentinum, Parmenſem, Regiẽſem, Mutinenſem & Bononienſem ab Rauennatis Præſulis ditione abſolutos, quoniam Eccleſia Rauennas ab auctoritate Romanæ deſciuerat: quod tamen ſeruatũ poſtea non eſt, ſed ab alijs Pontificibus abrogatũ, vti in hiſtorijs Rauennæ, itemq́; in illius Eccleſiæ Archiuo, prætereaq́; in litterarum monumentis Ioannis Petri Ferreti Mılenſis Epiſcopi, annalium Rauennæ & illius magnæ Eccleſiæ ſcriptoris legitur. Guardiſtallum olim longè frequentius honeſtiusq́; fuiſſe quàm nunc eſt, equidem per duo illa concilia veriſimile fit: aut fortaſſe vetus illud oppidum intercidit, ædificatumq́; poſt hoc nouum minori amplitudine, quemadmodum etiam Blondus ſcribit. Diu in nobilis Taurellorum familiæ ditione fuit. Vlteriùs in Padi ripa Brixillum, vt Plinius in octaua regione vocat, vt Tacitus & Ptolemæus & Antoninus Brixellum, cernere eſt. Olim ciuitas fuit, quemadmodum Eccleſiæ Rauennatis codicilli docent maximeq́; Gregorij primi Pontif. Diploma, quod mihi Ioannes Petrus Ferretus inſpiciendum præbuit. Mentionem Brixelli
e. lib. 3. & alibi. in hiſtoria Longobardica Paulus Diaconus e perſæpe facit acitem in additamento ad hiſtoriam Eutropij, vbi f ab Anthare Longobardorum rege vi captam ſcri-
f. lib. 28. bit, ſolo mœnibus æquatis, ac Docirupho Duce qui partes Imperatorum ſecutus erat, & à quo ipſa Brixellus contra Longobardos defenſa fuerat, Rauennã elapſo.
g. lib. 8. hiſt. Meminit etiam huius excidij Blondus g, inſuper cum pòſt à Longobardis munita rurſum aggeribus fuiſſet, ab Exarchi Rauennatis legionibus captam incenſamq́; & ad fundamenta planè deiectam ſcribens. Sequitur amnis oſtium in Pado Len-
h lib. 3. cap. 15. ciæ, quem Anitiam, vel vt alij codices habent Nitiam, Plinius h appellat. Ex Apẽnino viam Æmiliam ſecans vbi latericio ponte iungitur, hìc in Padum defluit. Læua Lenciæ ripa ſurſum verſus Tannetum eſt, ſic Ptolemæo, Antonino, cæteriſque ſcriptoribus dictum. Plinius etiam Tannetanos in octaua regione nominat. Mẽ-
i. lib. 21. tionem Tanneti Liuius frequentem facit nominatim i cum Triumuiros Romanos qui ad Gallicum agrum venerant aſsignandum, diffiſos Placentiæ mœnibus confugiſſe Mutinam, & legatos qui ad Boios expoſtulãdi cauſa miſsi erant, ab ijs violatos ſcribit addens, Triumuiri cum Mutinæ obſiderentur, ſimulari cœptum de pace agi, euocatoſq́; ad colloquiũ legatos & cõtra fidem quæ in id tempus data erat, contra ius gentiũ comprehenſos deinde L. Manlium Imperatorem ira accenſum, effuſum agmen ad Mutinã duxiſſe inde poſteà profectũ, in inſidias præcipitatum inter ſyluas, & amiſsis octingentis militibus ſinẽ Gallis territandi, & pauendi

pauédi Romanis fuiſſe vt ex ſaltu euaſere· inde apertis locis facilè tutantes agmen
Romanos ad Tannetum vicum propinquum Pado contendiſſe· ibi ſe munimen-
to ad tempus, cómeatibusq; fluminis & Brixianorum Gallorú auxilio tutatos do
nec Manlius cú auxilijs aduenit. Videtur tamé Cannetú ab eo locú hunc appella-
ri, nó Tannetum, ſi correctioné Eraſmianá qua Liuius anno à C. N. MDXXXI.
Baſileæ typis editus, inſpiciamus. Quod aút Volaterranus a Liuij Tannetú eo in lo- a lib. 4.
co fuiſſe dicit, qui nunc Cannetú nuncupatur, id equidé ego non intelligo: nam ſi c.v.
de Canneto quod in Cremonenſi eſt agro, loquitur, toto vt aiunt cœlo errat· quũ
is locus qué Liuius deſcribit, hîc citra Padum in Boijs eſt, illud verò Cannetú vl-
tra flumen in Cenomanis: etení tractu hoc Boij Padum nó exceſſere. Sed & nunc
adhuc vulgò Tanedi nomen durat, nó Caneti. Nónulli inter quos Blondus, Toti-
lam hic à Longobardorum auxilijs X. mill. armatorú, quæ in Italiam Narſes Iu-
ſtiniani Imp. legatus acciuerat, cæſum tradidere· prætereaq; Bucellinú Gallum,
regis Meteniiú Ducem: at profectò vehementer illi falluntur· ſiquidé ad Capuam
Bucellinú victum Agathius b, ad Calium Totilam Procopius c disertè perhibet, b.lib. 2.
queádmodum in tépore demonſtrauimus. Vnde igitur qui diuersè cótra tam lu- bell. Goth.
culentos ſcriptores tradidère illa habeant, equidé prorſus ignoro. Tanneti inter c.lib. 3.
exempla cenſus ſua memoria repertú hominé auctor Plinius ſcribit, centú vigin- bell. Goth.
ti natú annos. Oppidú ſolo æquauiſſe Ceſen Longobardorú regem, quòd oppida-
ni imperia recuſaſſent, Alboino Ticinum obſidente, Paulus Diaconus cum Bló-
do d ſcripſit. Refectum exin vici ſpecie, nunc ita manet. Diſcrimé hìc, vel vt veriùs d. lib. 8.
dicamus, ad Lenciam amné, Boiorú erat à Rubicone incipientium, ſicuti in ſupe- hiſt.
rioribus docuimus. Læua ripa Lenciæ ſurſum verſus Montecium ſequitur, & in
medio Baniolum, Nouilaria, Ad D. Martinum· item dextra Seciæ Campus Caia-
nus & Soleria. Exaduerſum Montecio Mons Ceritus vel Cheruculus eſt vt docti
vocant, lautum oppidum à Paulo Taurello poſſeſſum, qui nuper anno poſt C.N.
MDLIIII. fatis conceſsit, & Beatricem doctiſsimi viri Ioannis Franciſci Pici Mi-
randulani filiam in vxorem habuit. Dein itinere per dextram Seciæ ripam conti-
nuato, Æmilia in via munitiſsimum caſtrum inuenitur Ruberia, doctis Herberia
nuncupatú. Quod Sebaſtianus Corradus Regienſis vir litteratus in epiſtola qua-
dam ſcribit, aliquos à Boiardis códitum, nónullos à Rubrijs Parmenſibus tradi-
diſſe· nomen aút Ruberia tanquam Riperia vulgi voce dictum quoſdá exiſtimare· nó
deeſſe tamen qui à rubis deſumptú putauerint, quibus ante oppidum conditum
locus fuerit coueſtitus. Talia verò legentes ſuo ſibi iudicio permiſſa ſcient. Rube-
riam Aegydio Carilę Cardinali Hiſpano, Italiæ cum Pontificis Max. imperio Le-
gato Leonardum Boiardú anno poſt C.N. MCCCLXXI. reſtituiſſe Corius in hi
ſtorijs ſcribit. Nó inuenio quì dein ad Ferrarienſiú regulorú ditioné acceſſerit· in
qua fuit diu, donec à Iulio II. Pontif. Regio capto ſimul in Eccleſiæ Romanæ po-
teſtaté venit: eaq; dein habitú vſq; ad annú poſt C.N. MDXXIII. quo poſt Adria-
ni VI. Pótif. exceſſum ab Alfonſo Ateſtino Ferrariæ Duce receptú, & tá magnis
operibus firmatú eſt, vt nunc cú munitiſsimis Italię totius caſtellis numerari her-
cule queat. Inclytú Antonij Codri græcarú latinarúq; litterarum ſcientia eſt, vti
eius ſcriptorú monumenta cú proſa, tum verſibus edita teſtantur. Obijt nó pridé
anno ætatis ſuæ LXX. Bononiæ, ſepulcro ibi in D. Saluatoris clauſtro à ſe ipſo po
ſito códitus cum hoc epitaphio. CODRVS ERAM. Pereleganter vitam eius
ſcripſit Bartholomæus Bláchinus. Inter Herberiá & Marzaliam de qua prædixi-

 mus,

mus, amnis Secia viā Aemiliam interrumpit, cuius tranſitus antea ponte lateritio iungebatur qui nunc cōcidit, veſtigiaq; tātùm pilæ & arcus aliquot ſuperſunt. Fama eſt à Mathilde Comite factū, vti & alios permultos Aemilia in via, itemq́, in Flaminia, quos hac ætate accolarū tū auaritia, tū incuria dilapſos videmus. Aemilia deinde via procedēti, dextra Seciæ ripa quam pòſt expediemus, omiſſa, Regiū Lepidi ciuitas occurrit, Cruſtuli amnis quē ex Apennino hàc in foſſam Tarar á defluere prædiximus, læuæ appoſita. Regiū Lepidi Strabo [a] vocat, itēq; Tacitus [b] in hæc verba ſcribens. Die quo Bebriaci certabatur, auē inuſitata ſpecie apud Regium Lepidū celebri vico cōſediſſe incolę memorāt: nec deinde cœtu hominū aut circūuolatu alituū territā pulſamue, dònec Otho ſeipſum interficeret: tum ablatam ex oculis. A Cicerone quoq; hoc nomine memoratur ad Caſsiū epiſtola, qua ſic ſcribit. Præter Bononiam, Regiū Lepidi, & Parmā, totā Galliā tenebamus ſtudioſiſsimā reipub. tuos etiā clientes Tranſpadanos mirificè cōiunctos cū cauſa habebamus: erat firmiſsimus Senatus exceptis Conſulibus: ex qbus vnus L. Cæſar firmus eſt & rèctus: Ser. Sulpitij morte magnū præſidiū amiſimus. Antoninus etiā in Itinerario Regiū nominat à Brixello P. M. XI. Ptolemæus aūt Regium Lepidi coloniam dicit. Primordiū eius in diuerſum trahūt ſcriptores: qdam eñ & nominatim Blondus cū Perotto Lepidū eum qui cū Antonio & Octauio Triumuira[t]ū eſt partitus, auctorē eius aſſeruerūt: alij Brennum Gallorū regem, quē ingentes in Italiam copias duxiſſe Liuius refert: idq́; argumento ꝓbare cōtendunt portæ eiuſdā vrbis quæ Brena nuncupatur: nōnulli antiquiſsimæ originis, & ante M. Lepidū fuiſſe affirmant, at coloniam ab illo deductā, cui ſententiæ Ptolemæus aſtipulari videatur Regiū Lepidi coloniam appellans. Sunt qui aliter & diuersè prodiderint. Nos Regiū antiquitus à Thuſcis ædificatū putamus, qui Apennino ſuperato vt Liuius docet, in Ciſalpina Gallia tot vrbes cōdidere, quot in Hetruria trans Apenninū ipſius gentis capita erant: & pòſt à Gallis eiecti, tam vltra quàm citra Padum vt idem Liuius cū Polybio tradit, ijs ſuas ſedes incolendas reliquere. Muniunt hanc ſententiā verba Plinij, qui Bononiā ait Felſinā vocitatā cum princeps eſſet Hetruriæ: ꝑterea verò & Regiū in Bianora regiōe eſſe, ſic ab Ocno Bianore Thuſco denominata nō ſemel hactenus retulim⁹. Ita vrbs hæc à Thuſcis cōdita, poſteaq́; ab Gallis diu poſſeſſa qui Hetruriam pepulere: tandē & ijs populi Rom. ditione ſubactis, illius effecta colonia eſt. Id ex Liuij verbis intelligere poſſumus cum [c] M. Aemilium Lepidū, T. Ebutiū Carum, L. Quinctiū Criſpinū Treſuiros ciuiū Romanorū coloniā deduxiſſe Mutinam & Parmā ſcribit: deductaq́; item bina millia hominū in agrū qui proximè Boiorū, antè Thuſcorū fuerat: illos eñ colonos Regiū deductos credi facilè poteſt: ſiquidē id à primo ex Tribuſuiris cognominatū quoq; eſt Lepidi: qui anno quinto antè Conſul etiā Aemiliam viam ſtrauerat, anno ab V. C. DLXVII. Olympiadis CXL. ſecundo, ante C. N. CLXXX. Hæc nos de huius vrbis origine ſentimus: quā aut conditā, aut coloniam factam à M. Lepido M. Antonij & Octauij in Triumuiratu collega equidē vt credam adduci prorſus nequeo, dū ex Ciceronis ad Caſsiū verbis q̄ ſuprà relata ſunt, illis iam tēporibus Regiū extitiſſe, & Lepidi fuiſſe dictū animaduerto: prætereaq́; cum Strabonē conſidero, ſua memoria ciuitatē hanc inter ꝑcipuas totius regionis habitā ſcribentē [d]. Et qdem hac inqt, tēpeſtate eximiæ dignitatis trans Padum eſt Mediolanū ciuitas, quodāmodo Alpibus finitima: & propinqua Verona eſt ampliſsima & hæc ciuitas: his inferiores Brixia, & Mantua, & Regium, & Comum.

a. lib. 5.
b. lib. 18.
c. lib. 35.
d. lib. 5.

Quin

Quin aút de hoc Regio cómemoret, equidem dubitari neq̃t, cum vti diximus, de
Ciſalpinæ Galliæ ciuitatibus ſermoné habeat. Itaq; facile colligimus ſi Regium à
M. Lepido primùm códitum vel deducta colonia fuiſſet, tanta vſq; ad Strabonis
ætaté qui ſub Octauio Auguſto M. Lepidi in Triumuiratu collega ſcripſit, incre-
menta haberè nó potuiſſe, vt cú primis Galliç Ciſalpinç vrbib⁹ cenſeri mereretur.
Cuius dein iniuria maleficioq́; ita ſit affecta vt poſt Ciceronis Strabonisq́; monu
ménta vſq; ad pulſos Italia Lógobardos exigua planè eius métio reperiatur, nó in-
[illegible]r quáq̃ octaua D. Ambroſij epiſtola vti ſuperiùs etiá de Mutina diximus, inter
ſemirutas iá tum eius téporibus Æmilia in via vrbes cú Claterna, Bononia; Muti
na, Brixello ac Placétia referatur. Et hunc quidé D. Ambroſij locú Blódus aliiq́;
nonnulli cú Mutinæ ac Regij mentioné ab Triumuiratu ad Carolú Magnú vſq;
nullá prorſus inueniri ſcripſerút, haud vidère: nos aút & Regiéſes p̃terea cú Bono-
nienſibus circa D. Ambroſiú, itemq́; poſt eius exceſſum fœdus aliquádiu habuiſ-
ſe conſtitutú, in Bononienſiú annalibus legimus: quanq̃ vti etiá Bononienſes, tú
[illegible]rmis planè viribus Mutinenſes eſſent propter immenſas acerbiſsimasq́; p̃teri-
torú temporú calamitates, qbus Bononienſes ab Theodoſio primo Imper. attri-
tus perhibetur, & Mutinenſes quoq; & Regienſes p̃diti afflictiq́; fuere vt maximè
[illegible]ctores ignorétur. Dein aút Alaricus Gothorú rex à Saule Iudęo ad Pollentiá vti
[illegible]mus, perfidè bello laceſsitus, ob eá iniuriá ſumma cú animi indignatione ac
furore Romá petens, omia circú Æmiliam viá latè ferro ac fláma vaſtauit: ex quo
tépore oppida hæc deſerta deſolataq́; cú coloni ad tutiora cóſugiſſent loca iacu-
ere, donec Italia pulſi Longobardi ſunt, anno ferme poſt C. N. DCCC. vt porro
[illegible]ari nó debeamus, in Gothorú itemq́; Longobardorú hiſtorijs memoriá Regij
[illegible] vſurpari. Id poſt eiectos Longobardos ad ſua paulatim redeútibus colonis in-
ſtaurari tandé ita cœpit, vt anno à C. N. MCCCXIIII. mœnibus nouis conſeptú
Corius tradat. Mirum p̃fecto mihi viſum eſt lectis huius vrbis annalibus, nihil de
e[illegible]teritu ac ité inſtauratione reperiſſe. Sed de his hactenus abundè ſit dictum.
Quod Blódus ſcribit à Frontino monumétis p̃ditum, ſęueriſsimè caſtigatá legio-
ne illá q̃ Regiú Lepidi p̃ter Imperatoris voluntaté euerterat, capiteq́; ad IIII. mill.
[illegible]inú fuiſſe, qui & lugeri & ſepulturæ tradi S. C. vetiti, equidé id huic vrbi ma-
gno & euidenti lapſu attribuit, qm̃ de Rhegio Iulio Brutiorú eſt traditú, vti in lo-
co ex Liuij Polybijq́; monumentis demonſtrauimus. Incolæ Regij Lepidi Regi-
[illegible], Rhegij Iulij Rhegini appellantur. Vrbs eſt hęc perlauta, nobilis, & frequés,
omnibusq́; rebus ad mortaliú vſum affluens, agro oppidò vbere fœcundiſsimoq́;
ac tritici, fabæ, hordei, cæterarúq́; frugum & vini cum albi, tum heluoli abúdan-
te. Cœlum habet ſalubre, ac vt ita dicam regium, vnde ſcilicet nomen ipſum deri-
uatum placet Perotto. Memoratur à Facio [a] ſic: *a. lib. 3. Cant. 5.*

Supra clauſtrum tranſita Lencia
Vrbem vidimus vbi Proſper ſitus eſt,
Qui magnum ſcientiæ lumen orbi fuit.

Variam ex commutatione vi-
ciſsitudineq́; temporú reipub. formá Regiú habuiſſe annales perhibét: etení & in
ſua poteſtate aliquando egit reliquarum Italiæ ciuitatum exemplo, & Principum
aliàs imperium tulit. Primùm à libertatis & populari ſtatu, dominatione Co-
mitum Canoſſæ haberi cœptum anno poſt C. N. MCCLXXXVI. apud Co-
rium [b] legimus. Ijs dein conſpiratione nobiliorú aliquot ciuiú, opeq́; Bononien- *b. parte. 2. hiſt.*
ſium eiectis, priſtina ciuitatis forma redijt: quæ cum retineri tueriq́; non poſſe

videretur, anno poſt C.N.MCCLXXXIX. vel vt alia Chronica perhibẽt XCII. Opizoni Ateſtino Ferrariæ Marchioni ſe dedidit: ac ita tum Robertus Folianus qui ab Orlandini Canoſſani factione pulſus erat, in vrbem redijt. Deinde circa MCCCXXVI. à C.N. annum ad Pontificis Romani ditionem peruenit, in eaq; biennio ſtetit: quo tempore bini Prætores à Pontifice dati ordine interfecti· primus ob cõtumeliam factam menſe Iunio Angelus Sanlupidius à Ioanne Manfredo & Ioãne Rizolo Foliano percuſſorũ ducibus· alter Calendis Sextilib. à Marſilio Rubrio, Actio Corregio, Nicolao Manfredo, & Gilberto Foliano. Secutum eſt anno poſt C.N.MCCCXXXI. Ioãnis Boihemiæ regis imperiũ: quo poſt biennium ab Italia digreſſo, Foliana factio vrbẽ ingreſſa quoſcunq; ex Manfredorũ potuit aſſequi obtruncauit, ac tyrannidem deinceps occupauit: ad quã tuendam cum non ſatis ſibi eſſe præſidij viriumq; crederet, vrbem Maſtino Scaligero vendidit. Is priuſquam poſſeſsionẽ adipiſceretur vrbis, ab Ludouico Gonzaga præuentus in imperio rapiendo eſt· qui & anno XXXIX. arcem iuxta portam D. Nazarij extruxit. Illi anno LIX. ſupra MCCC. Feltrinus Gonzaga cũ filijs ſucceſsit inuito fratre· quamobrem ab eo gentilitijs honoribus omniq; iure familiæ Gonzagarũ eſt priuatus. Mortuo Feltrino qm̃ retinere ſe principatum nõ poſſe Guido filius arbitrabatur, anno à C.N. MCCCLXX. vrbẽ Barnabæ Vicecomiti Mediolanenſiũ regulo LX. mill. aureorũ nummûm vendidit: quæ ſic deinceps in Vicecomitum poteſtate manſit vſq; ad Ioannis Galeatij primi Mediolanenſiũ Ducis obitũ anno à C.N. MCCCCII. quo vt Blondus, D. Antoninus, Platina a, Corius, Sabellicus b, alijq; multi ſcriptores tradũt, cõplures tyranni Mediolanenſis imperij ciuitates occupauere, ſicut alibi demonſtrabimus· & nominatim Othobonus tertius Parmæ dñatum Rubrijs interfectis inuaſit, itẽq; Regij· licet qua ratione, quoq; modo id perfecerit, nõ reperiã. Eũ dein vſq; ad MCCCCIX. annũ à C. N. imperio potitũ Sfortia Contignolanus mandato Nicolai ſecundi Ateſtini Ferrariæ Marchionis occidit, vt Blondus, Platina, Corius, & Sabellicus tradũt: quo momẽto Regienſes tũ in Nicolai Ateſtini poteſtatẽ deuenere, & in eius poſteritatis deinceps vſq; ad annũ à C.N. MDXII. mãſerunt, quũ Alfonſo Ateſtino Ferrarię regulo Iulius II. Pontif. Max. cũ alia oppida plura, tum hoc etiã ademit. Itaq; Regiũ dein annis ferme XI. in Iulij II. Leonis X. & Adriani VI. Põtif. ditione fuit: intereaq; loci nẽpe anno poſt C.N. MDXVII. Ioannẽ Gozadinũ Bononienſem Protonotariũ Apoſtolicũ vrbis Prætorẽ, hominẽq; doctũ, & adminiſtrationis rerũ publicarũ ſummè gnarũ, maiori in ęde ſacris operã dantẽ ad elatiõis Euchariſtię ſignũ in populi cõſpectu Bebia factio cõfodit. Attamẽ & poſt hunc crudeliſsimũ caſum vrbs in Põtificũ imperio hæſit, donec Adriano VI. mortuo, anno à C.N. MDXXIII. Ferrariæ regulus Alfonſus de quo p̃diximus, exercitu mille peditũ, ducentorũ equitum leuis armaturæ, totidẽq; cataphractorũ, tormentarijs machinis XVI. inſtructo eã obſidere cœpit: quãobrem omĩ auxiliorũ ſpe deſtituti oppidani, dedere ſe coacti ſunt, & ab victore magna lætitia tanq̃ ſui recepti. Ita dein Regiũ in illius poteſtate, ac pòſt in Herculis ſecundi filij vſq; in hunc diem pacatè ſtetit, & nunc magna cum tranquillitate manet· conſopitis nempe ac reſtinctis partium & ciuilium odiorum exitioſiſsimis ignibus, acerbo quem habere ſolent exitu probato. Multi Regium inclyti homines quos tulit nobilitarunt· inprimis D. Maximus Epiſcopus, vir doctus & integer, cuius ſanctiſsimæ reliquiæ Venetijs aſſeruãtur. Præſul Regienſis D. Proſper ex Aquitania fuit, non minus eruditus quàm ſanctus vir. Illu-

a. in uita Boniſac. 9
b. lib. 9. Enn. 9.

Illuſtrauere pterea vrbē hanc alumni eius Guido Sugaranus, Philippus Caſolus, & Iacobus Columbus oēs ſummi Iurecōſulti, cū Carolo Ruino, qui diu in Bononienſi gymnaſio MCC aureorū nummûm ſalario ius docuit, ibidēq; vitā finiuit magno ſui apud mortales deſiderio relicto anno à C.N. MDXXX. Litterarū monumenta q̄ poſteritati dedit inſignia mehercule & aperta pclaræ eius eruditionis documēta ſunt. Filiū ſuperſtitē habuit Antonium, pbatis moribus & eleganti ingenio adoleſcentē· qui nefario latrocinio cæſus, vnà cū patre in D. Ioannis Montani Bononiæ ſitus eſt. Iunguntur his Ioannes Frāciſcus Belius maximus Doctor, Antonius Carrafa vir eruditiſsimus, itē Bartholomæus Crott9 egregius poëta, excellentiq; apud Paulū III. Pontif. Max. gratia. Nūc Regiū decorant Iulius Scarlanitus homo prudens & apprimè litteratus, neq; ſolū iuris cōſultiſsimus, ſed alijs quoq; varijs diſciplinis inſtructus· qui cūprimis inter V. viros Rotæ à Senatu Bononienſe lectus, tū in iure dicundo, tum in Poteſtatis munere magnā perpetuò cōmendationē meruit. De Sebaſtiano Corrado hac ipſa vrbe orto qd tandem dixerim ſatis? morū decus & ornamentū vnicum latinæ græcæq; litteraturæ eſt. Scholam publico ſtipendio nunc apud nos habet Bononię, mirabili ſtudioſorū cōcurſu frequentē: quanq̄ annis quoq; ſuperioribus publico in patria ſalario docuerit. Scriptorū eius monumenta, nominatim in Ciceronis ad Atticū epiſtolas cōmentaria doctrinā hominis inſignē abundè teſtantur. Alios pterea viros illuſtres permultos Regiū tulit, nobis nō intimè cognitos· quos ea propter alijs celebrandos dimus. Ad regionis enarrandæ inſtitutum vt reuertamur, ſupra viā Aemiliam ad amnis Seciæ dextrā eſt Lora, Baiſiumq;, & ſub Apēnino Caſtellum Nouū, interq; colles tribus à Secia P. M. Caſtellaranū, item vltrà Carponetū, Baliſtæ monti quo de paulo antè diximus propinquū, & pterea Toanum. Rurſus tum ad viā Aemiliā verſus ab Herberia tribus P. M. per planitiē incedēdo à Secia nō procul Saluaterra· pòſt in Apennino tribus ſupra Caſtellaranum millibus Caſtellum D. Valentini, iuxtaq; Seciam ad primos Apennini colles Dinantianū, & vlteriùs Caſale Magnum. Secundū collem dein procedenti Turricella occurrit & ad radices eiuſdem montis Scandianū per lautum oppidū à Matthæo Maria Boiardo ciue nobili Regienſe, Loci Dn̄o illuſtratum, homine muſis perq̄ familiari· cuius ingeniū & eruditionē ſummam opera in publicū edita ſatis apertè teſtantur. Ornat hunc quoq; locum nunc Iulius Ioannis F. Matthæi Marię cognatus cū ſummo ingenio ac doctrina, tū magnificentia liberalitateq;· cuius exemplū illuſtre nuper edidit Paulo III. Pontif. Max. totoq; eius Comitatu hoſpitio ſplēdidè excepto. Sequitur altiùs in montibus Caranum, Cianumq;. Fama regionē tenet hoc ſitu Nuceriam extitiſſe, cuius mentionē facit Volaterranus a: ſolent enim hîc numiſmata reperiri multa cum alijs antiquitatis reliquijs, q̄ vetus aliquot oppidū hoc fuiſſe loco produt· argumentoq; ad id pterea eſt aquula quam nunc accolæ Riuum Luxeriæ vocant. Decætero Leucianū, Sarzanum, & Caſtellum Nouū ſunt. Rurſus ab Aemilia via ſurſum Læua fluminis Lenciæ Paludes inueniuntur, & ppe amnē ipſum, Borzanū, Ad D. Pauli, Albinea, Mozadella, altiusq; Geſſum à Scandiano mille paſs. Iuxtà ſunt Arundinaria, Rhaſſena, propiusq; ad amnē Canoſſa, munitiſsimo ſitu caſtellū, vbi Mathildis Comes Gregoriū VII. Pōtif. Rom. abdidit inſidijs & vi Henrici IIII. Imper. Eccleſiæ Romanæ hoſtis petitū: q dein criminis pœnitēs huc capite pedibusq; denudatis ſumma hyeme per niues & glaciem impetrandæ veniæ cauſa ad Pōtificem graſſatus, ab eo perhumaniter admiſſus & in gratiā acceptus eſt, vti

a lib. 6. c. V.

Blondus

a. lib. 13. hiſt. Blondus a Platinaq; b memoriæ ꝓdiderunt. Circumiecto hoc agro quatuor Apẽnini in collibus totidem oppidula cernuntur à Mathilde Comite fundata, queadmodum ex lapidis cuiuſdã inſcriptione intelligitur. Primũ eſt Bibianellum, in cuius porta elogium huiuſmodi legitur: Caſtrum Bibianelli Comitiſſæ Mathildis opus. Memoriam huius loci Corius in hiſtorijs refert, cum Henricum V. Imper. poſt ſumptam à Pontifice Max. coronam ad Mathildem Comitem diuertiſſe, triduoq; permagnificè hoſpitio habitum ſcribit anno poſt C.N. MCXIII. Alterum oppidum Caſtellum Vitreum eſt, vnde Mutinenſem familiã quæ ab Caſtello Vitreo cognominatur ortam aliqui cenſent: tertium Mons Ianus, poſtremum Mõs Lucius appellatur. Imperium eorum illuſtris gens Comitũ Canoſſæ tenet, ex qua permulti clari viri prodiere, cũ armorũ gloria, tum litterarum etiã & ſapientię celebres, qui nõ ſolum ipſum eorum principatũ, ſed alienas quoq; reſpublicas ſumma famæ cõmendatione rexerunt. Id ex plurium ciuitatum annalibus cognoſcere eſt, nominatimq; Bononienſium, in q̃bus Guidonẽ Canoſſanum anno à C.N. MCLXV. primum Bononiæ Prætorem creatum legimus. In Apennino dein altiùs fons amnis Lenciæ Boiorũ limitis, qui ab Rubicone ad hunc fluuium vſq;, vel ad Tannetum illi propinquum vti ſuprà demonſtratum eſt pertingunt quapropter & Boios deinceps non commemorabimus. In Padi læua ripa poſt Lenciæ oſtium Parmæ fluminis caput quo in Padum intrat ſequitur. Ex Apennino hoc ſupra Bel uederium oriens, inde interrupta via Æmilia, Parmaq; vrbe ab ſuburbijs diuiſa, huc in Padum defluit. Mirorà nemine veterum eſſe nominatum, cum tñ & antiquum, & memoratu inprimis dignum ſit. Attamen nec Lenciæ Seciæq; memoriã vllus retulit p̃ter Plinium, qui Anitiam vnum, Gabellum alterum vocat vti prædiximus. Tranſito Parmę oſtio Tari ſuccedit amnis, etiam à Plinio c tãtum ex antiquis & hoc q̃dem nomine cõmemoratum. Oritur Apennino iuxta Zaze, ac interuallo P.M.V. ab vrbe Parma fluens, hîc in Padum ſe exonerat. Padi ripa dicta, nũc ager interior tribus his amnibus Lencia, Parma, Taro concluſus reſtat. Infra viam Æmiliam nihil eſt memoria dignum præter Colurnum haud inhoneſtum oppidum in dextra Parmę fluminis à Pado ſurſum verſus ſitum. Nomen à torrente Lurno qui hic in Parmam exit, traxiſſe nõnulli arbitrantur, dictumq; tanquam Caput Lurni. Ditionis eſt illuſtris familiæ Sanſeuerinorum ex qua nunc Ioannes Franciſcus eo potitur. Nobilitatum Ioannis Colurnini fama Venetarum pedeſtrium cohortium præfecti bello Ludouici XII. Franciæ regis, aut potius ſociali procerum Chriſtiani orbis contra Venetos coniuratorum. Hoc tempore Fœlix ex prædicatorum ſodalitate adoleſcẽs perpoliti ingenij Colurninus, ſummæ eruditionis ſpem oſtendit, ſi fata vitã largientur. Ad Aemiliam deinde viam olim ab vrbe Parma haud ꝓcul amphitheatrum extitit ſpectaculorum ludorumq; gratia cõſtitutum vt Agathius d refert: in ipſa verò via peruetuſta ciuitas Parma iacet, ita Catoni, Sempronio in Italiæ planę diuiſiõe, Liuio, Ciceroni ad Caſsium epiſtola, Straboni e, Plinio in octaua regione, Agathio f, Antonino, Ptolemæo, cæteriſq; veteribus dicta. Coloniam Romanorum effectam vnà cum Mutina Liuius g in hæc verba tradit. Eodem anno Mutina & Parma coloniæ Romanorum ciuium ſunt deductæ: bina millia hominum in agrum qui pꝛoximè Boiorum, antè Thuſcorum fuerat deducta: octona iugera Parmæ, quina Mutinæ acceperunt. Deduxerunt Triumuiri M. Aemilius Lepidus, T. Ebutius Carus, L. Quinctius Criſpinus. A quo primùm ædificata fuerit, variè tradiderunt ſcriptores.

b. in uita Greg. 7.

c. lib. 3. cap. 15.

d lib. 1. bell. Goth.

e. lib. 5.

f lib. 1. bell. Goth.

g. lib. 39.

Sicardus

Sicardus Cremonenſis à Chryſo Troiano Pallantis comite Iudicum Iſraëlis tempore conditam,& ab ipſius auctoris nomine Chryſopolim dictam ſcribit,id eſt, ciuitatem auream. Hieronymus Albertutius ex ſodalitate prędicatorum,in libro de vrbibus Italiæ Chryſum illum Placentinum fuiſſe vult, & militem Gallorum qui primùm in Italiã per Alpes irrupere· dictamq́; ab illo priùs vrbẽ hanc Chryſopolim,at poſtea Iuliam à Iulio Cæſare Dictatore· confirmare aũt iſta tali argumento nititur ꝙ lapidem pro fano Burgi D. Donini Aemilia in via videnit cũ hac perueruſta inſcriptione. Iulia ciuitas Chryſopolis diſtat à corpore Beati Donini per X V. milliaria. Ioannes Annius Viterbinus ex eadẽ prædicatorũ familia,in cõmentationibus ad Sempronij planæ Italiæ diuiſionẽ aliter, Parmam inquit exiſtimo conditã à Bianore ſicut & Mantuam,quia vocabulũ Hetruſcũ & ſyncopatum eſt Parma,quaſi Paraman: ſicut enĩ Mantuã à nomine matris in Tranſpadana regione metropolim ſtatuit· ita in Bianora metropolim Paraman cõſtituit, dictam à principatu coloniarũ: para enim à par,quod haſtã vel principatũ,& man, quod municipiũ Aramæa lingua ſignificat,deductũ. Sic Annius. Nõ deſunt qui ob formam ſcuto veterũ ſimilẽ quod parma vocabatur· præterea qui ab amne intercurrente Parma,denominatã prodiderint. Ego Thuſcos eius auctores in tanta ſcriptorũ varietate & cõſtantia cenſerem· cũ hic Chryſum Troianũ, ille Placentinũ dicat,vrbẽq́; priùs Chryſopolim,poſtea Iuliam appellatam: quorũ nominũ memoriam equidẽ à nemine adhuc ex antiquis vſurpatã comperi, Parmæ ab omibus celebrato,queẽadmodum è Liuio cõſtat,coloniam cum Mutina deductã referẽte, quod in annũ tertiũ Olympiadis CXLIX. recidit,ab V.C.DLXXI. nempe in M. Claudij Marcelli alterũ,& Q. Fabij Labeonis Conſulatũ. Iuliam quoq; dictã fuiſſe nunq̃ eo minus veriſimile mihi videtur,ꝙ à Catone, Sempronio, Strabone, & Liuio Iulij Cæſaris æqualibus,item Plinio, qui ſub Tito ſcripſit,& Ptolemæo Antoninoq́;, quorũ vnus ſub Marco Antonino,alter ſub Conſtantino Magno fuit, eodem perpetuò nomine Parma nuncupetur,nec vllo planè alio·quod illos ſi extitiſſet,profectò nõ debuiſſe præterire arbitramur: vti de cæteris vrbibus aperta dedere documẽta,nominatimq́; de Bononia,quã Liui⁹ Pliniusq́; diſertè priùs Felſinam dictã memoriæ prodiderũt. Parmam itaq; nos primùm à Thuſcis,que gens vna alias nec ſemel à Liuio,Plinio,Polybioq́; ſcribi diximus, hãc regionẽ diu poſſedit,cõditam,& à principatu coloniarũ ſicuti cenſet Annius, denominatam arbitramur. Quod aũt Albertutius de vetuſta lapidis inſcriptione adfert, eam nos pro ficta recẽtiq́; iudicamus: qua etſi quis pertinaciter auctoritatẽ illi aſtruere velit, planũ quoq; nõ fit,magis Parmam Iulię nomẽ vel Chryſopolis habuiſſe,q̃ aliã aliquam vrbẽ propinquã. Hæc tñ eruditus lector ingenio dijudicabit ſuo. Situ eſt Parma in Aemilia via plano,quinis ab Apẽnino P.M. ſuburbijs quę ad occaſum conuerſa ſunt,ab ipſa ciuitate flumine Parma diuiſis,cuius tranſitus ponte lateritio iungitur. Aedificijs ſplendida cũprimis eſt·incolæ venuſti, nobiles,animoſi,ingenioq́, nõ ſolum ad reipub.moderationẽ,ſed etiã ad litteras & rem militarẽ aptiſſimi. Rebus ad vſum mortaliũ inprimis abundat. Agrum habet optimũ amœniſſimumq́; ac fœcundũ,tritici,fabæ,cæterarumq́; frugum,itemq́, nobiliũ fructuum & vini omnigeni,dulcis,acuti,albi,vermiculi,fertilem. Nec caret medicatis aquis ad multa ſalubribus: vndiq; campi circa longè lateq́; ſternuntur paſcuis lætiſſimis fœlices,ſumma opportunitate pecuariæ rei·vnde in tantũ mirabili abundãtia lac,caſeo figurando percipitur,vt copia fidẽ excedat ni videris: obtinetq́; ſummũ

tota

tota Italia commendationis gradum caſeus Parmenſis cum Placentino ac Lau-
denſe. Præterea quoq; greges ouilli ampliſsimi hîc aluntur, nobilitate vellerũ in-
primis laudati· de quibus Martialis: Tondet & innumeros Gallica Parma gre-
ges: item cenſuram lanarum Italicarum faciens, ſic: Velleribus primis Appulia,
Parma ſecundis Nobilis, Altinum tertia laudat ouis. Ciuitas ipſa tam ſalubri cœ
lo eſt, vt Plinius inter exempla cenſus quem ſuis temporibus Impp. Cæſs. Veſpa-
ſiani pater filiusq́; Cenſores egerunt, Parmenſes centum viginti natos annos tres,
a lib. 3. centum triginta binos ediδiſſe memoriæ prodiderit. De Parma Facius a in hanc
Cant. 5. ſententiam.

Tranſito Taro quà præcipuæ magnitudinis eſt,
Etiam inter eos fuimus
Qui ad Parmam magnis honoribus
Interdum tauro ſolennem agunt diem.

De reipublicæ eius forma nihil
ex veteri memoria quicq̃ reperio: quamobrem arbitror vti cæteras Italiæ vrbes in
auctoritate nominis Romani Parmenſes ſtetiſſe, quamdiu maieſtatem illius Im-
peratores Cæſares vel eorum Legati & item Exarchi tutati ſunt: qua collapſa con
tritaq́; libertatem exemplo reliquarũ ciuitatum capeſsiuere· & nunc Imperato-
ribus, nunc Pontificibus Romanis adhæſerũt, in curru quem carrotium appella-
bãt, vexillo reipub. erecto pro temporũ ratiõe populis amicis auxilia bellica mit-
tentes, vti in Bononienſiũ annalibus reperio, ſæpe mutuam vt res cedebãt, inter il-
los & hos opem interceſsiſſe teſtantibus. Semper aũt Bononienſibus ferè coniun-
ctiſsima Parma fuit· & quoq; ſe cum opus eſſet, ad Romani Pontificis cauſam ad-
iunxit, præſertim contra Fridericum ſecundũ· cuius ea propter obſidionẽ grauiſ-
ſimam toto ferè biennio tulit circa MCCXLVIII. à C.N. annũ. Decreuerat tum
pertinaciſsimè Fridericus niſi capta deletaq́; prorſus vrbe nõ abſcedere: quamob-
rem etiã propinquo loco nouũ oppidum Victoriam cõdidit, longitudine canna-
rum (ea menſuræ ſpecies vlnis nouẽ par erat) DCCC. latitudine DC. cum octo-
nis portis, latisq́, & altis per ambitũ foſsis, aqua etiã immiſſa quã à Parma auer-
terat. Intus habitationes, areas, fora, tabernas, omĩaq́; cætera quæ ad ciuitatis for-
mã attinẽt extruxerat, cũ templo D. Victori vti vrbis patrono dicato. Nummûm
b.lib. 4. quoq; percuſsit Victoriati appellatione, quemadmodũ Pandulphus b Collenu-
tius in hiſtoria regni Neapolitanĩ prodidit. His aũt omnibus certæ victoriæ ſpe,
ac omine potiundæ delendæq́; Parmæ geſtis vti diximus, contractis in vnum co-
pijs Parmenſes, Mediolanenſesq́; & Placentini, & Mutinenſes, & Regienſes, &
Bononienſes, & Ferrarienſes, itemq́; Pontificiæ cohortes duce Pontificis Legato
Octauiano Cardinale, tanto impetu ardoreq́; Friderici legiones inuaſere, planè vt
perrumperẽt, ipſiq́; cũ parua equitũ manu elabendi facultatẽ vix relinquerẽt, im-
pedimentis regiaq́; ſupellectile vniuerſa direpta, vt & corona imperiali cæterisq́;
ipſius Auguſti ornamentis potirentur, quę pòſt Henrico VII. Imper. Brixiani ob-
ſidenti Gilbertus Corregius Parmenſiũ reipub. nomine dono obtulit, quẽadmo-
c.lib. 8. hiſt. dum à Blondo c, Platina d, Merula e, Sabellico, prætereaq́; Bononienſiũ annali-
bus perſcriptũ legitur. Poſt eã ſpectabilem de Friderico victoriã, Gilbertus Cor-
d. in uita Innoc. 4. regius Parmæ dominatũ occupauit· at retinere diu nõ potuit: etenim à Matthæo
e lib. 4. Vicecomite Mediolani regulo pulſus eſt cõſilio Ioãnis Quirici Sanuitalij & Or-
f. lib. 10. landi Rubrij vt Merula ſcribit f· etſi quod idẽ auctor adijcit, ab Henrico Impera-
tore propter auguſtalẽ coronam vti paulo antè diximus illi reſtitutam, Vicarius
huius

huius vrbis Vaſtallæq́; Dominus fuiſſet appellatus. Deinde verò Parmam Canis maior Scaliger Veronenſium Princeps ditionis effecit ſuæ, ac vſq; ad annum à C.N.MCCCXXIX.quo mortuus,tenuit: cui ſuccedente Maſtino cū vrbs ſe poteſtati Eccleſiæ Romanæ dedidiſſet,ac in ea quinquennio fermè ſtetiſſet, Guido, Simon,Azo,Ioannesq́; Corregij ſtudio ac ope Philippini Gonzagæ, itemq́; Regienſiū ſubnixi,armis ſumptis Pontificios præfectos cū Rubrijs eiecerūt, rempublicāq́; ipſi capeſsiuere. Poſt hæc Azo Guidone fratre pulſo vrbē Opizoni Ateſtino Ferrariæ regulo LXX.mill.aureorū nūmûm vendidit,anno à C.N.MCCCXLIIII. vt Corius perhibet· verùm is tueri imperiū poſſe deſperans, anno ſecūdo ius ſuū Luchino Vicecomiti Mediolanenſiū Principi LX.mill. aureorū nūmûm ceſsit.Itaq; deinceps in Vicecomitū ditione Parma cōſtitit vſq; ad Ioānis Galeatij primi Mediolanenſiū ducis exceſſum,anno à C.N.MCCCCV.tunc enī Othoboni tertij Rubrijs eiectis tyrannide occupata: quē cum deinde Sfortia Attendolus Cotignolanus interemiſſet,in Nicolai ſecundi Ateſtini Ferrariæ Marchionis poteſtatē venit. Ab eo porrò non ſatis ad retinendū dominatū pſidij ſe habere putante,circa MCCCCXX.à C.N.annū, Philippo Mariæ Vicecomiti Mediolanēſiū Duci eſſe cōceſſam Corius alijq́; ſcriptores tradūt, quē tota reliqua vita Principem habuit: trāſlato aūt poſt eius mortē ad Franciſcū Sfortiam Mediolani imperio,ſimul etiā in Sfortiarū ditionē Mediolani Ducum cōmeauit, inea q́; ad annū vſq; MCCCCXCIX.à C.N.hæſit,quo Ludouicus XII.Francorū rex Ludouico Sfortia Duce Mediolanenſis principatus poſſeſsione deiecto, huius etiā vrbis imperiū adeptus eſt.Sic Galli rerū potiti vſq; ad MDXII.à C.N.annū: tunc enī opera Iulij ſecundi Pontificis ac Venetorū armis Helueticis Italia pulſi, & Maximilianus Sfortia Ludouici filius in Mediolani principatū reſtitutus: eaq́; occaſione Iulius ſecundus Pontif. vrbē hanc cum Placentia ſibi attribuit· quæ dein ſub Eccleſiæ Romanæ poteſtate fuere vſq; ad MDXV.à C.N.annū, & ad Franciſci primi Franciæ regis cum ingentibus copijs in Italiā aduentū: etenī cum cæſis ab illo ad Malinianū Heluetijs auxilio Bartholomæi Alueani Venetarū legionū Imperatoris, Maximilianus Sfortia caſtellū Portæ Iouiæ Mediolanenſe vnaq́; ſeipſum victori dedidiſſet,à quo & in Frāciā ablegatus eſt, Leo X. Pontif. Max. Parmā etiā & Placentiā eidem permiſit. Conſecutū deinde fœdus Caroli V.Imper.& Leonis X.Pontif.anno à C.N.MDXXI.quo bellū ſociale contra Gallos Proſpero Columnæ viro cū prudentiſsimo, tum maximi rei militaris vſus mandatū: à quo captis direptisq́; Parmæ ſuburbijs omnino parū abfuit,quin ipſa quoq; ciuitate potiretur,ſed noluit· quanq̄ Federicus Bozolinus inſignis ſtrenuusq́; pfectus cum lectis cohortibus intra muros pſidij cauſa ageret. Equidē abſq; dubitatione tum ſi ita viſum fuiſſet, Proſper vrbē obtinere poterat· quanq̄ non mediocri ſuorū ſtrage omnino ſtetiſſet euentus. Mediolano aūt pòſt ab eodē capto,pulſisq́; Italia Gallis ſtatim Parma Placentiaq́; ad imperiū Pontificiū reuerſæ ſunt: qua cōditione deinceps ad annū vſq; MDXLV.à C.N.perſeuerarūt. Tum Dux earum inſtitutus à Pontifice Max. Petrus Aloyſius Farneſius, Pauli III. Pontif.filius: eoq́; intra biennium à cōiuratis qbuſdam ex nobilitate crudeliter apud Placentiam trucidato, ad Octauij filij ditionē Parma deuenit. Vrbs hæc celebres homines & cū litterarū,tū aliarū virtutū armorūq́; gloria claros abundè tulit: in quo catalogo Caſsius poëta,item Macrobius qui in Somniū Scipionis à Cicerone deſcriptū elegantiſsimè cōmentatus eſt,ptereaq́; Saturnalia ſcripſit· quanq̄ nō deſint qui negent eū Parmę

 genitum.

genitum. Iunguntur his Blaſius Pelacanus excellens philoſophus & aſtrologus,
Albertus Galeottus Iureconſultus, qui multa litterarũ monumenta reliquit, no-
minatimq́; Margaritam quæſtionũ, Bernardus Parmenſis, canonicus in D. Petri
Bononiæ vbi & ſepultus, qui Apparatum ad Decretales concinnauit, Gulielmus
Aremundus iuriſperitiſsimus, qui circa MCCCXXXVI. à C. N. annum floruit,
vt Corius auctor eſt, Iacobus Arenanus qui in Codicẽ, multaq́; alia doctè ſcripſit,
Ioannes olim Generalis miniſter ordinis Minorum, cum alio item Ioanne ex ſo-
dalitate prædicatorum ambo ſummi theologi, vti editis ſcriptis probauere, Gre-
gorius Anſelmus optimus medicus & philoſophus, Antonius Camaldulẽſis græ
cæ latinæq́; litteraturæ ſummè gnarus, cuius rei in Conſtantienſi concilio docu-
menta dedit ampliſsima, Franciſcus Marius Grapaldus qui de partibus ædiũ Le-
xicon, itemq́; Syluam collegit, Thadeus Vgolettus, Nicolaus Brucius qui Bono-
niam libro edito celebrauit, Franciſcus Carpeſanus qui peruenuſtè noſtrorũ tem
porum hiſtoriã conſcripſit. Nunc Thomæ prædicatorũ ordinis monachi Parmẽ-
ſis in concionando facundiam tota Italia miratur. aliaq́; item ingenia ſumma hac
vrbe orta noſtrũ habet ſeculum, quæ alijs memoranda relinquemus, præter Ber-
nardũ Bergontium Iuriſcõſultiſsimũ, qui inter primos Rotæ Bononiẽſis V. viros,
ac deinde Poteſtas fuit, p̃cipuamq́; ſemper & eruditionis & iuſtitiæ cõmendatio-
nem meruit, in præſentia verò Legati Bononienſis agit Auditorem. Nati etiã Par-
mæ multi Eccleſiarũ Præſules qui virtutũ ſuarum ſplendore patriã illuſtrarũt: in-
primis Gerhardus Blancus Eccl. Rom. Cardinalis fuit circa MCCLXXX. à C.
a. parte. 2. N. annũ vt Corius a tradit. itẽ noſtra memoria Guidantonius Arcimboldus Me-
diolani Archiepiſcopus, & ob ſummam virtutẽ Cardinalis creatus, Hieronymus
Palauicinus Laudenſis antiſtes, integerrimus & ſanctus vir, qui collegiũ canoni-
corum cũ Præſulatu in æde Monticelli inſtituit, opimisq́; reditibus dotauit locũ,
vt ſacrorũ perpetuus ibi ac diligens cultus exerceatur, ipſo etiã fano pretioſa ve-
ſte multa locupletato. Bernardus quoq; Rubrius Taruiſinus epiſcopus homo ma
gni vſus & adminiſtrandi imperij gnarus ex Parma originẽ traxit. Eadẽ vrbs inſi-
gnes etiã viros belli gloria permultos tulit, inter quos priſca memoria Caſsius cẽ-
turio, itẽ circa MCCCXXV. à C. N. annũ Orlãdus Rubrius, qui & patriæ domi-
b. parte 2. natũ occupauit vt Corius b auctor eſt, & pòſt in exiliũ actus belli p̃fecturã à Vene-
tis cõtra Maſtinũ Scaligerũ habuit. vti etiã Petrus Rubrius circa MCCCXXXVI.
à C. N. annũ vir ſingulari fortitudine, magnoq́; rei militaris vſu, quanq̃ annũ ætа-
tis ſextũ & XXX. haud exceſsit. quẽ ictu ſagittæ apud Montẽ ſilicis interemptum
c. lib. 2. Sabellicus c ꝓdidit. Filium etiã ille ſucceſſorẽ in militari à Venetis p̃fectura nulla
Dec. 2. parte inferiorẽ ſibi habuit, vt tradit Corius. Noſtra tẽpora Petrũ Mariam ex eadẽ
nobili Rubriorũ familia virum prudentẽ & ſtrenuũ videre, qui VII. & XX. agri
Parmẽſis caſtella poſſedit, & filios Guidonẽ atq; Beltrandũ ꝓcreauit. è qbus Gui
do cum à Ioanne Galeatio Sfortia Mediolani Duce principatu fuiſſet eiectus, Ve-
netarum legionũ ob ſummã virtutẽ Imperator creatus eſt, magnaq́; gloria ſemper
& ſtrenuè munus illud geſsit. Nec minori ſapientia q̃ moderatiõe ac fortitudine
animi à fortuna ſe multatũ tulit. Filios reliqt Bernardũ & Philippũ. Alij p̃clari viri
cõplures ex hac nobili gẽte ꝓdiere quos nunc p̃termittimus. Æquè Palauicinorũ
domus Parmam nobilitauit, inprimis Vbertino inclyta, qui ſummo ingenio Cre
monæ, Brixiæ, multorũq́; p̃terea locorũ imperiũ ſibi peperit, vt Blondus, Platina,
Merula, Sabellicus, & Corius memoriæ ꝓdiderũt. Multa quoq; Manfredinus eius
filius

filius egregiè geſsit, itemq; Nicolaus Manfredini filius. Nicolao Orlandus ſucceſsit, Orlando Palauicinus, qui liberos mares excellenti gloria illuſtres quinq; genuit, Antonium Mariam, Galeatium, Octauianum, Chriſtophorū, & Hieronymum: è quibus primi duo præſtantiſsimi militiæ Duces, tantaq; apud Italiæ proceres exiſtimatione fuerūt, vt adeò bellum abſq; illorum opera cōficeretur nullū. Nihil aūt quicquā non cum inſigni virtutis & honoris cōmendatione geſsêre. Filium ſuſcepit Antonius Maria Palauicinū alterum: Galeottus ſine liberis deceſſit: Chriſtophorus item quoſdā habuit. Ex hac eadē nobili gente fuere Orlandus ſecundus Curiæ maioris Dn̄s, Orlandinus Arcis candidæ, & Māfredus adoleſcēs iuxtà fortis ac animoſus, Italicęq; libertatis ſummus propugnator, at infœliciſsimus obitu, propterea ꝙ à Gallis miſerè laceratus atq; diſcerptus eſt. Pręterea verò & multos illuſtres viros hæc gens dedit, quos alijs celebrandos relinquimus. Plurima quoq; Sanuitaliorū & Corregiorum ꝑclaræ familiæ Parmenſes lumina tulisse accepimus, quorum tn̄ plenā notitiā minimè habemus, & memoriā ideo melioribus referendā auctoribus dam⁹. Dubitari iam mehercule nō poteſt quin hæc antiquiſsima ſit ciuitas vti diximus, omnibusq; omniū ſeculorū ætatibus nobiliū & egregiorū ciuium flore, vti nūc quoq;, maximo fuerit. Hæc hactenus: locorum deinceps cōmemoratio peragenda eſt. Supra viā Aemiliam læua fluminis Lenciæ procedenti Guardaſanū occurrit, & altiùs in Apennino iuxta fontē amnis Beluederium. Rurſus hinc ad Æmiliā verſus dextra in ripa torrentis oſtium apparet Baganti æ, qui ex Apennino huc defluens, amnē Parmam adeo perſæpe auget, vt plurimū in ſubiectis cāpis detrimenti cōſequatur. Altiùs inter hunc torrentē & Parmam fluuiū Zizanū eſt, & ad Parmæ principia Berzū. Iterum dein ab Aemilia via ſurſum, in læua Tari amnis Carona iacet· vlteriùs Forū Nouū, cui torrentis Spurcanæ Tari incolæ ex Apennino iacti oſtiū propinquū eſt. Altiùs per dextram Baganti æ ripam incedenti Caſecum offertur, & in Tari læua, editiore loco Petra Maliana: tum porrò Belfortium· ac in Apennino Caſale: demum iuxtà Tari fontem vti diximus, caſtellum Zizæ. Sic itaque iam ad terminum Bianoræ Aureliæque regionum, quæ vnà cum agro Parmenſe finiuntur· itemque ad initia Doriæ, quæ vltra Tarum ſequitur prouecti ſumus.

DORIA.

TRactum hunc oēm inter Parmam amnem & Ligu[illegible] Montanorum Alpes Doriam Sempronij temporibus appellatam ac item Aemiliam, ſuprà in Lōbardiæ exordio diximus· vbi etiam nominis origo & cauſa demōſtrata. Ioannes Annius in hac regione Æmilia coloniā Aſtam, Dertonam, & Placētiam eſſe ſcribit. Primùm aūt hic vt inſtituto ordine pergamus, à Tari oſtio læua Padi in ripa caſtellum eſt Arx alba· dein Regaciola· tum ad Lardæ fluminis ex Apennino in Padum decurrentis oſtiū, Poleſeum· moxq; Caput Vrſi, Nuræq; amnis ex Apennino item in Padū confluens. Agrū igitur hunc Taro & Nura fluminibus incluſum deinceps expediemus. Dextra ripa Tari ſurſum D. Secundi caſtrū inuenitur à Rubrijs nō pridem muro conſeptū, cum arce munitiſsima. Sanſecūdanos, qui in Aegydiola cū Sorania, Nuceto, alijsq; finitimis oppidis ſunt, anno poſt C. N. MCCLXVI. à Mediolanenſibus ad Parmenſes defeciſſe, Corius a memoriæ prodidit. *a. parte. 2.* Altiùs Grunium & Naſetū apparent. Sequitur Leciæ torrentis in Tarū ad Pōtolum introitus· ſupraq; Borbū, Copianū, Mons Arſinus, & in montibus, Alpes, cū oppido D. Mariæ. Per dextrā Conij amnis dein aduerſo itinere ad D. Andream

deuenitur: interq́; Conium ipſum & Seſtropium flumina Fontanellatum illuſtris familię Sanuitaliorũ. Iuxtà Arx Lanzona. Decætero Aemilia via tranſita modico interuallo Caſtellum Guelfum ſequitur, ita dictũ vti quidã putant à Guelfis con ditoribus: tum octauo lapide ſurſum verſus Sepioniũ Salſum, à fontibus aquę ſalſæ qui hìc ſunt, ex qua ſalem etiã conficiunt, denominatũ. Ipſa in Aemilia via Burgum Sancti Donini pernobile caſtrũ, antè Palauicinorũ ditionis: ꝓpe quod olim ſplendidum D. Columbæ cœnobium extitit, à Friderico ſecundo poſt cladem ad
a. lib. 27. hiſt. Parmam acceptã vt Blondus [a] perhibet, exciſum. Infrà dein ad Padum verſus Turricula nõ inhoneſtum oppidũ eſt. Tum rurſus ſupra viã Aemiliam Mons Lanzonis, & altiùs Varanum Melagrorũ, vltraq́;, Viani, Apecium: hinc inter altos mõtes Landeſium & Coparinũ, vbi in Conium amnẽ torrens Occa defluit: item altiùs Bardi. Quondam hi editiſsimi montes Bardoni Alpes vocabantur, in quibus Luitprandum Longobardorum regem Berceti monaſterium fundauiſſe Paulus
b. lib. 6. hiſt. Diaconus [b] ſcribit. Superiore ſitu Teium & Tamucola ſunt· iuxtaq́; Conij fontẽ Caſaletium· item Ruinum, ſub quo Cariſcium. Infra viam Æmiliam in planitie dextra ripa Seſtroni Sorania Marchionatus titulo nobilis perlautũ oppidũ, quod nunc Ioannes Paulus Lupus Parmenſis poſsidet, vir prudens & virtutibus ornatus, ingeniorũq́; vti alter Mecænas· cum quo Marius Quernus Maluetius Banioninus homo apprimè doctus & rarus, quẽadmodum in Baniono dictũ eſt, vitam agit. Ad ipſam viam Aemiliam ꝓcedendo inter Seſtronũ & Lõgenam torrentem Caſtellum Nouũ iacet, & ſub via Gibellum õppidũ olim Principũ Palauicinorũ· qđ à Gibelinis denominatũ, & ad Caſtelli Guelfi, quo de ꝓdiximus æmulationẽ conditũ nos putamus: quanq̃ nõ deſint, qui à loci amœnitate ac pulchritudine ſic nuncupatũ cenſeãt tanq̃ ſitus bellus, vt ex Italicis vocib⁹, Gio bello, vocabulũ ſit conflatũ. Pugna hìc ingenti Mediolanenſes cũ Cremonẽſibus decertauiſſe, quum
c. parte. 2. Regienſes ipſum locũ præſidio tenerẽt, anno poſt C. N. MCCXVIII. Corius [c] auctor eſt. Hinc tũ rurſus ad Æmiliã incedenti altero lapide Buxetũ nobile oppidũ Palauicinorũ occurrit, quod anno à C. N. MDXX. Galli diripuerũt, Chriſtophoro Palauicino Marchione ac Dño perbonæ exiſtimationis viro capto· cui nefariè & vt ferebatur iniquè, ac potiùs inſano quodã furore, q̃ alia vlla de cauſa Mediolani caput abſtulere. Filios aliquot reliquit qui poſt exceſſum ab Italia Gallorum paternis bonis potiti ſunt. Plurimũ nup anno à C. N. MDXLIII. menſe Iunio locum hunc Pauli III. Põtif· Max. & Caroli V. Imper. Aug. colloquiũ tridui ferme, illuſtrauit· ꝓtereaq́; Matthæus cognomento Buxetinus ortu nobilitauit ſuo, non minori ingenio ac vſu reipub. gerẽdę vir, q̃ doctrina peritiaq́; iuris: qui cũ illi hortatu Maximiliani Imperatoris Aug. à Maximiliano Sfortia Duce ius gladij toto Mediolanenſi imperio cõmiſſum fuiſſet, tãta prudentia, iuſtitia, ſęueritateq́; cõtra malos fuit, vt principatũ illum qui per iniuriã temporũ cèu ſentina q̃dam latronũ & ſicariorum effectus erat, breui penitus expurgaret, paceq́; ac ſecuritate ſumma ſtabiliret. Tã erat flagitioſis terribilis, vt ad ſolam eius nominis mentionẽ quanta poſſent celeritate fugam capeſſerent. Decętero eſt ad D. Columbanũ, vltraq́; torrens Gratarolus, & in Aemilia via nobile oppidũ Firẽzola, Ptolemæo Fidẽtia dictum, itẽq́; Antonino. Plinius etiã Fidentinos in octaua regione nominat. Sed &
d. lib. 88. Liuius huius loci meminit, quum [d] à Sylla Carbonẽ Italia deturbatum cęſis illius ad Cluſium, ad Fauentiã & ad Fidentiã copijs ſcripſit. Ditionis eſt Firenzola celebris viri Sfortię Palauicini, magni planè ingenij & fortitudinis ad rem militarem homi-

hominis,qui nunc equitatus.Pauli III. Pontif.Max. præfecturam gerit. Sequitur haud procul Apenino Viſolengũ.Dein Æmilia via procedenti Larda fluuius quẽ paulo antè memorauimus occurrit,ipſam viã ſecans,ponte hìc annexã.Læua tum viæ primis in collibus Apennini caſtellum iacet Arquatum,finitima regione tota propter ſuauitatẽ vini nominatiſsimũ,quod annis ſuperioribus Conſtantia Pauli III.Pontif.filia ſingularis prudentiæ ac humanitatis fœmina,Boſij Sforziæ Sanflorij olim coniux poſſedit.Mille hinc paſs. Lucanianũ pulcher vicus abeſt.Dein ſub Aemilia via caſtrum iacet Curia Maior,Palauicinorũ,vltraq; Gutta torrens, ita dictus ſupra viam· at infra Clauena.Tribus exiguis quos defert riuis augetur. Spatio dehinc P.M.X.modicũ inuenitur oppidũ Pontinurũ, ſic appellatum qm̃ ab occaſu Nura flumine cui pons impoſitus, alluitur. Per ripam dein eius amnis ſecundã ad Monticelliũ haud inhoneſtũ oppidũ Palauicinorũ deuenitur. Rurſus per aduerſam ſurſum Aemilia via tranſita prope radices Apẽnini Roncouerium, Roueniũ,& ad fontẽ amnis inter montes Nucetũ,Torciaria,Felinumq; reperiũtur.Deinde ſecundùm Padũ ab oſtio Nuræ peruetuſta nobiliſq; ciuitas Placentia ſequitur,vniuerſæ antiquitati ſic dicta,nẽpe Straboni *a*, Plinio in octaua regione, *a lib. 5.* Appiano *b* Alexandrino,Cornelio *c* Tacito,Liuio multis in locis, Antonino in *b. lib. 1. 2.* Itinerario, Plutarcho *d*, Ptolemæoq;.Varias admodũ ac diuerſas ſcriptorũ ſentẽ- *c. lib. 15. 17. 18.* tias de eius primordio reperimus· quarũ aliquas ita referemus vt lectori dijudi- *& alibi* candæ ꝓponãtur.Obiter aũt hìc admonemus legentes,cõmemorandis circa prin *d. in uita* cipia vrbiũ opinionibus,frequenter etiã talia nos referre, q̃ fabulas meraq; men- *Scipion.* dacia credimus,quò nimirũ lecta cõpertaq; nobis tãtùm doceamus,neq; vel de in *& Annib.* ſcitia , vel incuria, vel malignitate criminemur· poſtq̃ tãta plerumq; cupiditate mortales antiquarũ originũ opinionẽ captare ſolẽt,vt cõfictis etiã narrationibus ſummã fidẽ cum delectatione adhibeãt,& ſcriptores qui iſtiuſmodi ꝑtermittunt, vt imperitos aut negligentes,aut inuidos taxent.Itaq; iam mihi cãdidæ eruditęq; mẽtes veniã hìc dabũt cũ fabuloſa recenſeo: quanq̃ & abundè poſsit intelligi,qua talia ſint apud me fide,quũ eruditorũ & prudentiũ iudiciũ appello.Sed hęc hactenus.Iam primùm Bentius Alexandrinus vrbẽ hanc à Placẽtulo Troiano conditã perhibet,quo tẽpore gentis Iſraeliticæ Deborah Iudex fuit. Hieronymꝰ Albertutius Bononienſis in libro de ciuitatibus Italiæ Peucentiũ Belouefi ducis Gallorũ qui primi omniũ in Italiam perrupere equitẽ,Placentiæ auctorẽ ſcribit, vrbemq; primùm ab illo Peucentiã denominatã,quod etiã peruetuſta vt vidẽtur Mediolani Laudæq; Chronica q̃ nobis ad manus peruenere cõprobant· etſi Peucinũ hunc equitẽ vocent,perperã fortaſsis,vt Peucentius legi debeat quẽadmodum ſcribit Albertutius.Idẽ vnà cum annalibus illis addit Auguſtam pòſt ab Cæſare Auguſto nuncupatã,argumentoq; eſſe fontẽ vrbis,qui adhuc cũ Auguſti nomine ſuperſit. Alij Placentiã ab initio ſtatim dictã ſcripſere qdem,ſed auctorẽ non ꝓdunt nominis.Bentius tñ etiã ſubijcit à Plaçentulo cõditore primũ denominatã Placentiam, at pòſt à Peucentio inſtauratore Peucentiã.Nec defuere qui à placendo,ꝙ amœniſsimo in loco ſita ſit,appellatã Placentiã crediderint.Alij aliter,quorũ narratio nes momenti nullius atq; adeo ridiculas ne tædio ſimus,alijs cõmemorandas damus.Eorũ verò q̃ retulimus qdam nobis exiguũ omnino veritatis colorẽ habere videntur: cedo em̃ quì poteſt credi vrbẽ hãc nobiliſsimã Auguſtæ nomẽ tenuiſſe, dein aũt Placentiæ,ſi ex Liuij monumentis intelligimus Placentiã nominatã initio ſecundi belli Punici,quo cũ Annibale ad Trebiam Pub. Cornelius Scipio de-

pugnauit, ante Auguſti Cæſaris tēpora CC. ferè annis· quod certa ratione planū ex Liuio faciemus. Pub. Cornelius Scipio Conſul fuit anno quarto Olympiadis CXL. ab V.C. DXXXVI. at C. Cæſar Octauianus Auguſtus tertio Olympiadis CLXXXIIII. ab V. C: DCCXI. imperare cœpit: vnde manifeſtò cōſequitur vrbem hanc priùs dici Auguſtam, deinde Placentiam nullo modo potuiſſe. Sed & Placentiæ nomen apud oēs claſsicos auctores vnum perpetuò reperias. De fonte Auguſto firmum ſanè argumentum planè ſumi nequit· an enim ab aquarū nobilitate, vel alia quauis de cauſa quæ nos lateat, ita dici haud potuit? Vtcunq; tñ hoc ſe habeat, Placentiæ nomen omnes vti diximus ſcriptores claſsici vſurpāt, interq́; cæteros Liuius permultis locis, nominatim in malæ pugnæ Romanorū cū Anni-
a lib. 21. bale ad Trebiā factæ narratione a: & pòſt cùm capto hoc de Gallis agro colonias
b. lib. 27. ciuium Romanorū deductas Placentiam & Cremonā ſcribit: item vbi b Placentinos inter eas IIXX. colonias, quæ populo Rom. Punicis armis vexato ſubſidia belli cōtulere, numerat: nec multo pòſt ait· Aſdrubalem quod celeritate aduentus in Italiam profectum erat, id mora ad Placentiā dum fruſtra obſidet magis q̄ op-
c. lib. 28. pugnat corrupiſſe. Præterea & alibi c Placētinis & Cremonenſibus in Senatu cōquerentibus de iniurijs Gallorum finitima tenentium, qui agros eorū infeſtabāt, negotium hoc Manlio Prætori datū ſcribit, iuſſosq́; ciues Placentinos & Cremo-
d. lib. 31. neuſes ad ſuas quoſq, colonias reuerti. Super hæc etiā d alio loco narrat Inſubres, Cenomanos, & Boios excitis Salyis Iluatibusq́; & cæteris Liguſtinis populis Hamilcare Pœno duce, qui in ijs locis de Aſdrubalis exercitu ſubſtiterat, Placentiā inuaſiſſe· ac direpta vrbe & per iram magna ex parte incenſa, vix duobus millibus hominum inter incendia ruinasq́; relictis, traiecto Pado ad Cremonam diripiendam perrexiſſe. Sæpiſsimè inſuper Liuius vrbem hanc nominauit, vt breuiter re-
e. in orat. ferri planè haud poſſet. Eadem & Aſconius e Pædianus memorat, coloniam de-
contra L. ductam ſcribens ordine quinquageſimam tertiam· deduxiſſe Treſuiros P. Mſo-
Piſon. nem Aſinam, Cn. Pompeium Strabonem, P. Cornelium Scipionem: ſena millia hominum nouos colonos deductos· in ijsq́, deducendi equites cauſam ſuiſſe vt opponerentur Gallis, qui eam partē Italiæ tenebant. Tacitus etiam Placentię mē-
f. lib. 15. tionem non ſemel facit· nominatim cum f ſub Nerone in agro Placentino viam
g. lib. 18. propter, natum vitulum ſcribit, cui caput in crure eſſet: item quum g à Spurina Othonis legato Placentiam acriter defenſam aduerſus Cæcinam Vitellianarum legionū ducē· eoq́; certamine pulcherrimū amphitheatri opus extra muros ſitū
h. lib. 8. cōflagraſſe narrat. A Silio h quoq; memoratur in bello Punico ſecūdo ita: Quaſſata Placentia bello. Inſuper Trebellius Pollio de Aureliano Imperatore ſcribit, eū omnibus copijs apud Placentiā cum Marcomannis ꝑlio inito tā inſigni clade cæſum, vt illa pugna propemodū vniuerſi imperij Romani vires deleretur. Plinius etiā inter exempla cenſus quē ſuis tēporibus Impp. Cæſares Veſpaſiani pater & filius egerūt, hominē Placentię delatū qui annos eſſet natus CXXXI. tradit. Pro-
i. lib. 3. copius i ſua memoria Placentiā omniū Æmiliæ ciuitatū lōgè ſplendidiſsimā ſcri-
bell. Goth. bit fuiſſe iuxta Padū, nomini Romano addictā· copijsq́; Gothicis à Totila miſsis grauiter obſeſſam nō potuiſſe ad deditionē cōpelli, quandiu facultas vlla rei annonariæ ſuppetebat· adeo etiā vt humanis carnibus in ſumma fame oppidani veſcerentur. Alij ꝓterea multi ſcriptores clari Placentię mentionē fecere quos breuitatis cauſa ꝓtermittimus. Vrbs eſt etiā hoc tempore admodum magnifica nobilitate ciuiū· inter quos claræ Landorū, Scotorū, Anguiſciolorū & Fontanorum fa-

milıæ,

miliæ,quæ propter aurā popularem in magna ſæpe diſcrimina patriā̃m adduxêre.
Iacet periucūdo loco iuxta Padum,ab Auſtro cāpis amœniſsimis cincta,fructife-
risq́; collibus. Agrum habet omniū rerum ad vſum mortalium fertilem: ex cāpis
enim frumenti mirabilis abundantia percipitur,ex collibus generoſiſsimū vinū,
fructusq́; nobiles,& oleum: plana verò non tam aruis & arationibus, q̃ pratis &
paſcuis ſunt beata,viciniſq́; ex fluminibus opere factis riuis paſsim irrigua, ſic vt
opportunitatem ampliſsimæ rei pecuariæ præſtent, cuius hîc ſummum ſtudium
vberrimos etiam quæſtus reddit admirabili abundantia caſei,qui tanta copia tā-
tæq; bonitatis hinc exportatur,vt omnibus Europæ partibus in maxima admira-
tione ac pretio ſit: quamobrem & qui ſummum commendationis gradum caſeo
quærunt,Placētinum vel illi ſimilem ſolent appellare. Ob præcipuam verò lactis
affluentiā,quæ à magnitudine paſtionis huius agri proficiſcitur,tam magnis ple-
runq́; formis caſeus hîc figuratur, vt latitudine duos pedes & ſemiſſem, craſsitu-
dine tres amplius vncias cōtineant, pondoq́; communia CC. Equidē non poteſt
abſq; magna admiratione cogitari, vt queat tanta concreti lactis copia ſimul in
mactra tractari,ac ea ſumma bonitate perfici. Maioribus tñ formis apud Laudē-
ſes fit,quanq̃ res fidē excedere videatur,vti in tempore dicemus. Habet etiam ager
Placentinus aquæ ſalſæ fontes, ex quorum liquore ſal candidiſsimus ignis opera
conficitur: habet & ferri fodinas,iјs nimirum in locis qui Ferrariæ dicuntur vulgo:
deniq; ſaltibus quoq; venatui ferarū aptiſsimis haud quaq̃ caret. In Romani no-
minis fide quandiu maieſtas illius cōſtitit, itemq́; dignitatē ſuā Exarchi Rauen-
nates tutati ſunt, Placētia ſemp̃ hæſit: poſtea verò cōmuni reliquarū Italiæ ciuita-
tū fortuna Gothicū atq; Longobardicū accepit iugū. At debellatis à Carolo Ma-
gno Longobardis,captoq́; illorū rege Deſiderio, primùm ad Italiæ regum quos
Carolus inſtituerat,pòſt in aliorū qui ex cōmutatione varietateq́; temporū in Ita-
lia tyrannidē exercuere,poteſtatē deuenit,donec iterū Imperatores Cęſares aucto
rit. tē dignitatemq́; ſuā poſteriori ætate vindicarūt & tueri potuere: qua dein af-
fecta rurſus atq; deminuta,reliquarū Italiæ vrbiū exemplo ſub Imperij nomine li
bertatē capeſsiuit. Sed & in hoc ſtatu perſæpe ſuorū ciuiū tyrannidē experta eſt,
ſicut Merula Coriusq́; ꝓdiderunt: & item externorū dñatu eſt oppreſſa. Primùm
aūt qui Placentiā externus ſubegerit, Vbertinū Palauicinū reperimus anno à C.
N.MCCLIX. vt Blondus[a] Coriusq́; tradūt: qui Capitanei titulo cū huius vrbis, *a. lib. 18. hiſt.*
tū Cremonæ imperiū tenuit. At eo dein ope ſtudioq́; Philippi Fontani Ferrariēſis,
Archiepiſcopi Rauennatis,& Eccleſiæ Romanæ Legati,cuius fortuna ſecūdisq́;
rebus Placentini capiebantur,cuiq́; Patauini,Brixiēſes, & Ticinēſes fœdere iun-
ctierāt,eiecto,libertatē recuperauit: in qua & perſtitit,donec Alberti Scoti potē-
tia tantū incrementi ſumpſiſſet,vt is ſolus nutu rēpub. gerere ſuo tanq̃ iuſtus prin
ceps videretur,ad annū nēpe poſt C.N.MCCCXVII.vſq;,ſicuti Merula[b] cū Co- *b. lib. 8.*
rio ſcripſit: qui cum non ſatis ad tuendum dñatū præſidij ſibi adeſſe animaduer- *hiſt.*
teret, Guidonem Turrianū Mediolani tyrannum tanq̃ dñm vrbis effecit,quò il-
lius gratia coniunctioneq́; potiretur. Sed hac ratione poſtq̃ menſes XV. tenuiſ-
ſet imperium,ab Vbertino Lādo partiū aduerſarū duce pulſus eſt: illū tñ ipſe vi-
ciſsim mox eiecit,priſtinumq́; rapuit dominatū. Dein Placentiæ principē Hen-
ricus IIII. Imper. Galeatiū Matthæi Vicecomitis filium cōſtituiſſe Merula[c] ſcri- *c. lib. 8.*
bit: quanquam idem auctor etiam alibi[d] perpetuam Galeatio Procurationem *hiſt.*
cum huius vrbis, tum Cremonæ Cremæq́; ab Ludouico Bauaro datam prodat. *d. lib. 9.*

Prӕterea circa MCCCXXXV.à C.N. annű Placentiӕ dñatű occupauiſſe Franciſcű Scotum Landis eiectis,apud Corium legimus· eundéq; ſequenti anno cum multis alijs ciuibus vrbē Actio Vicecomiti vendidiſſe: quӕ deinceps in Vicecomitű Mediolani Principű ditione manſit vti traditű memoriӕ reperimus, vſq; ad initium imperij Ducis Philippi· tunc enim eius tyrannidem Philippus Arcellus· Placentinus propter odium aduerſus Philippum Ducem ſuſceptum inuaſit. Hűc tamen non diu pòſt Franciſcus Carmaniola Philippi Ducis copiarum prȩfectus pepulit,vrbéq; priſtino domino reſtituit anno à C.N. MCCCCXVIII. vti à Corio pſcriptű eſt. Poſt Philippi Ducis exceſſum anno à C.N. MCCCCXLVII.cű Mediolanenſes ſuum ſibi ius arripuiſſent, Placentini ab illis ad Venetos defecere: quãobrem Mediolanenſes tum Franciſco Sfortiӕ bellű aduerſus illos mandauerunt· à quo vi expugnata vrbs ac direpta· quanq̃ à Thadeo Ateſtino duce ſtrenuo cum equitibus bis mille,totidéq; peditibus quos Veneti pſidiorum cauſa miſerãt, itéq; ab tota ciuiű multitudine,q cű externo milite numerű armatorű in vniuerſum ferè XX.milliű explebat,defenderetur.Capti etiã eo certamine Thadeus cű Gerhardo Dandalo patritio Veneto,belli legato,ac multis egregijs cohortiű pfectis. Vrbs tã miſerè vaſtata, tãtaq; calamitate afflicta eſt,quantã ne ſumma qdem Turcarű immanitas importare potuiſſet:nec eñ parcitű vel imbelli oñino hominum generi pueris ac ſenibus,nő mulieribus,nő ſacratiſsimis ſancta religione tectis atq; delubris,vt Blondus,Sabellicus,Simoneta,Platina,Coriusq; tradiderűt. Erant in exercitu Sfortiӕ celeberrimi duces Frãciſcus Picininus,Guidatius Mãfredus,Ludouic9 Vermius,Carolus Gonzaga,multiq; alij nobiles pfecti:copiarű numerus in vniuerſum equitű peditűq; ad XV.millia. Poſt hanc cladē in Sfortiarum imperio Placentia cőquieuit,nēpe ſub Franciſco,Galeatio,Ioãne Galeatio, & Ludouico Ducibus vſq; ad Ludouicű XII. Francorű regem· qui anno à C. N. MCCCCXCIX. Ludouico Sfortia principatu Mediolani deturbato,hãc etiã vrbem voluntaria deditione ciuiű in poteſtatē accepit,& tãdiu tenuit, donec opera Iulij II.Pontif. Venetorű,ac Heluetiorű bello pulſis ab Italia Gallis ad Eccleſiӕ Rom.ditionē vnà cű Parma peruenit anno poſt C. N.MDXII. Durauit hoc ſtatu vſq; ad Frãciſci primi Franciȩ regis Ludouici ſucceſſoris aduentű· cui poſtq̃ Heluetios ad Malignanű deuicerat auxilio nimirű Bartholomӕi Alueani Venetarű legionű ducis, Medioianiq; receperat imperiű, à Leone X. Pontif. Iulij ſucceſſore reſtituta cű Parma eſt.Illi deinceps annis ferè nouē paruit, donec Proſper Columna ſocialis belli Leonis X. Pontif. & Caroli V.Imper.Dux Mediolanum expugnauit,Galloſq; ab Italia pepulit: tunc enim in Eccleſiӕ Romanӕ ius reuerſa, ſic ad annű MDXLV. à C.N.pdurauit,quo Paulus III. Pontif. Max.Petrű Aloyſium filium Ducem eius vnaq; Parmӕ fecit. At eo altero anno pòſt ciuium quorundam ex nobilibus coniuratione trucidato,in Caroli V. Imper.fidem poteſtatemq; conceſsit. Hac tempeſtate vehementer cum populo,tum opibus floret:cűq. priùs infirmis planè eſſet conſepta mœnibus,nunc firmiſsimos habet· indieſq; cű à principibus,tum ab ipſis ciuibus tam ſtudioſè munitur,caſtello etiã incepto per inſigni,quod opus ſimul quotidie pfertur,vt inter tutiſsimas Italiӕ ciuitates collocari rectè queat. Omniű quoq; diſciplinarű habet gymnaſiű. Nobiles & claros homines qui celebri nomine patriã illuſtrauere multos tulit· veluti ex priſca memoria T.Tincam hominē facetiſsimű, cuius in Bruto M.Tullius meminit,itē L. Piſonis patrē,& Murēnã C.Iulij Cӕſaris ſocerű,qui prӕfectus armis fabricandis

tempore

tempore belli Marſici fuit· ex poſteriori verò Gregorium X. Pōtif. Rom. qui cō-
cilium Lugduni in Gallia peregit, & in Hetruſcis Aretij efflauit animā, vbi etiam
ſepultus magnis miraculis claruit. Placentini quoque fuere Gulielmus excellens
medicus, qui de vniuerſali medicina ſcripſit, itēq; de Chirurgia librum, Raphael
Fulgoſus Iureconſ. qui in Codicē & Digeſtū vetus cōmentaria, multaq; Conſilia
edidit, Patauij in magna D. Antonij æde ſitus, Americus olim ſummus antiſtes or
dinis p̄dicatorum egregius Theologus in D. Dñici Bononiæ ſepultus, Georgius
Valla qui noſtris tēporibus floruit, græcè latineq; vir doctiſsimus, vti opera tā ab
ipſo cōſcripta, q̄ de græco in latinum verſa teſtantur, Vincentius Baraterius ex p̄-
dicatorum ſodalitate, qui nos logicæ ac philoſophiæ p̄ceptis informauit, nec ſo-
lum latinis, verumetiā græcis litteris & Philoſophia Theologiaq; pereruditꝰ fuit,
quēadmodū eius opera poſteritati edita demonſtrāt· cui viro ob ſummā erga me
beneuolentiā, & in inſtruendo docendoq; humanitatē plurimum equidē debere
me agnoſco, Ioannes Caſtronus latinæ literaturæ gnarus, græcæ peritiſsimus, qui
Lexicon græcum reformauit, Antonius Cornacianus latinis & vernaculis carmi
nibus excellens, Nicolaus Fontana, qui proſa carmineq; latino polluit, cum Tho
ma Radino ex familia p̄dicatorū nō malo theologo, ſed meliore oratore & poeta,
q Calypſichiā & Abiſſum cōpoſuit, Romæq; deceſsit anno à C. N. MDXXVII.
cum eā Caroli V. Imper. exercitus vaſtaret. Alia p̄ter hęc ingenia multa Placentię
orta ſunt, nobis haud ſatis cognita, quorum ideo mentionē p̄termittimus. Extra
Placentiā nō procul Annibalis tēporibus Vicumuias Emporium extitiſſe docet
Liuius in hæc verba de Annibale ſcribens [a]. Paucorū inde dierum quiete ſumpta, *a. lib. 21.*
& vixdū ſatis percurato vulnere, ad Vicumuias ire pergit oppugnādas. Id empo-
rium a Romanis Gallico bello fuerat munitum: inde locū frequentauerāt acco-
læ mixti vndiq; ex finitimis populis· & tunc populationum terror eò pleroſq; ex
agris cōpulerat. Defenſum etiā eius loci p̄ſidium egregiè refert, & Annibalē de-
uictis poſteà finitimis ad populationes ſe conuertiſſe. Paulum ſupra Placentiā ad
amnē Trebiā locus ille eſt, Cāpus mortuus, inſigni Romana clade inclytus, qua
Semproniū Conſulem Annibal cæcìdit, vti Liuius [b] & Plutarchus [c] tradūt. A Pla *b. lib. 21.*
centia dein ſecundum læuā Padi ripā procedenti, Trebiæ Padiq; cōfluens occur- *c. in uita*
rit. Eum amnē illa Romanorum ſtrages ab Annibale edita de qua cōmemoraui- *Annib. & *
mus, plurimùm illuſtrauit· Trebiāq, ſcriptores nomināt, inprimis Liuius, Strabo, *Scipion.*
Plinius [d], itemq; Silius [e] de bello Punico ſecundo loquēs hoc modo: Et noſtrum *d. lib. 3.*
Trebiā, & Traſumeni littora Thuſcis: ac alibi [f]: Nulla eſſent Trebiæ & Traſume- *cap. 15.*
ni nomina nulli. dixeratq; priùs [g]: Planitiē metuēs, Trebiam colleſq; premebat. *e. lib. 6.*
Initium fluminis iuxta montem Brunum in Apennino prope cœnobium ſanda- *f. lib. 7.*
ligerulorū inſtituti D. Auguſtini tres aquulæ duplices creant, & D. ferè paſs. pro- *g. lib. 4.*
lapſæ corriuant· vnde pòſt amnis à Bobio in agrum Placentinum deſcendens, vti
quoq, Strabo ſcribit, vltra Placentiā Aemiliam viā ſecat, vbi ponte lateritio iun-
gitur, ac porrò ſic in Padū ſe exonerat, quēadmodum etiā tradit Plinius. Læua ei-
us ripa ſurſum Riualgare, Ponitia, Aruia, Ripaq; ſunt· & altiùs Auanti torrentis
oſtium, quo in Trebiā pręcipitat. Secundū eum dein Reſsiuane & Apeplanū, por-
roq; inter montes Cela eſt. Per læuam autem Trebiæ viam pergenti, ſupra Auanti
oſtium in montibus Crux: dein Borianum & mons Brunus circa fluminis prin-
cipia, iuxtaq; Sauinium, apparent. Via hic qua ex Lombardia tranſitus in Liguriā
& ad Genuam eſt. Amnem hunc ſupra Placentiam Galliæ Togatæ limitem con-
ſtituimus,

ſtituimus, etſi illam Rubicone & Placentia Ptolemæus finiat· nos enim hic antiquorum geographorum & chorographorũ itemq́; topographorum peculiarem morem ac inſtitutum obſeruabimus, qui prouincias, regiones, & agros plerumq́; fluminibus ſolent diſterminare, ſicut etiam facit Ptolemæus aliàs·quanq́ Togatę Galliæ limitem nõ ſtatuat Trebiam, quia fortaſſe cognitionem eius non habuit,
a. lib. 4. ideoq́; nec nominauit. Volaterrano a autem qui Galliam Togatam Rauenna &
c. v. Claſtidio quod in dextro Trebiæ latere eſt, ita concludit, vt partem in ea viæ Flaminiæ, partem Aemiliæ comprehendat, Ptolemæum anteponemus.

DORIA, LIGVRES CISAPENNINI, AEMILIA.

Enimuerò quoniam Liuius tradidit Placentia finiri viam Aemiliam, quam vti inito Romanulæ diximus, ab Arimino ad Placentiam M. Aemilius Cõſul à quo denominata, muniuit, arbitrabitur fortaſſe quiſquam Aemiliæ mentionem in reliqua Lombardiæ parte fieri haud oportere: nobis tamen perpenſo Strabonis loco, vbi in hanc ſententiam ſcribit: Scaurus per Piſas & Lunam vſque ad Sabbatios viam ſtrauit Aemiliam, & hinc per Darthonem: alia verò Aemilia quę Flaminiam excipit: eodem enim in Conſulatu M. Lepidus & C. Flaminius collegæ fuerunt· victores autem Ligurum ſtrauere: iſta inquam narratione inſpecta, quod de hac regione ſupereſt, Aemiliam quoque vocare viſum fuit· nimirum ab illa via, cuius etiam in hodiernum vſque diem paſsim veſtigia reperiuntur, vti ſi-
b. lib. 6. gillatim ipſis in locis demonſtrabimus· & Georgius b Merula quoque atteſtatur.
hiſt. Vic. Eandem Lombardiæ reliquam partem Ligures Ciſapenninos vocabimus, exemplo veterrimorum auctorum præcipueq́; Sempronij, cui nec Ptolemæus diſcrepare videtur cum in Liguria quæ ſub Apennino eſt, Sabbata, Pollentiam, Aſtam coloniam, Albam Pompeiam & Libarnum ponit: nominabimus etiam Ligures
c. lib. 3. Ciſalpinos cum Plinio c, qui agrum omnem ab Trebia ad Alpes Ciſpadanum Li-
cap. 5. guriæ attribuit·quod item multis in locis facere videtur Liuius, quum Ligures
d. lib. 29. Ciſalpinos à Romanis debellatos memorat· nominatim eo d loco vbi in hæc verba ſcribit. Subactis cis Apenninum omnibus, tum tranſmontanos adortus: in his & Friſinates Ligures erant, quos non adierat C. Flaminius: omnes Aemilius ſubegit, armaq́; ademit & de montibus in campos multitudinẽ deduxit. Pacatis Liguribus in agrum Gallicum exercitum duxit, viamq́; ab Placentia vt Flaminiæ committeret, Ariminum perduxit. His itaq́; nominibus Lombardiæ reliquam partem appellabimus· in qua primùm intus dextra Trebiæ Ronconetum inuenitur, & in Apennini iugo ciuitas Bobium, vbi nobile D. Galli Abbatis monaſterium à D. Columbano de Gothica ſtirpe nato Longobardorum ope conditum· à quibus ad plurimorum monachorum alimenta qui ſacrorum cultui præeſſent,
e. lib. 4. multis fundis locupletatum eſt vti Paulus Diaconus e memoriæ prodidit, addens
hiſt. Long. inſuper ciuitatem hanc factam poſt eius ſacræ domus ædificationem, dictamque
f. lib. 1. Bobium in Alpibus Coctijs ſitum, quod etiam Georgius f Merula cõfirmat. Sunt
hiſt. Vic. qui geminum eſſe Bobium ſcripſerint, vnum in Alpibus Coctijs, alterum inter Placentiam & Genuam in Apennino: ſed profectò maximè falluntur· nec enim aliud præter hoc Bobium eſt vſquam: erroris autem occaſionem inde traxère, quòd id aliqui auctorès in Alpibus Coctijs, nonnulli in Apennino deſcripſerunt· vtrique rectè, quippe quoniam in Apennini iugo ſitum eſt, quod Alpibus Coctijs adhæret, imo pars illorum eſt: nam vti in fine Lombardiæ tranſpadanæ de Alpibus Coctijs ſcripturi demonſtrabimus, contra illorum omnino

opinionem

opinionem qui diuerſum ex Ammiani Marcellini auctoritate,cum tamen eum potiùs aduerſantem habeant,aſtruere conantur,ad hunc vſq; locum eæ pertinent. Imperium Bobij gens Malaſpinarum diu quondam tenuit· poſtea verò Bobium vnà cum Vicoiriæ Philippus Vicecomes Mediolani Dux Petro Vermio Veronenſi ſtrenuo duci copiarum donauit: qui dein eo tota vita potitus, etiam liberos in principatu ſucceſſores habuit,donec Ludouicus XII.Francorum rex pulſo Ludouico Sfortia Mediolani Ducatū cepit,& Sfortiarū cum Vermijs amicitia coniunctioneq; intellecta,illis ditione horum locorum ſpoliatis, ea Galeatio Sanſeuerino ſummo ſuo armigero dedit.Rediere tamen in veterem poſſeſsionem Vermij,Gallis pòſt Heluetiorum armis ab Italia depulſis. In cœnobio Bobij anno à C.N. MCCCCXCIII. multa peruetuſta ſunt reperta volumina· inter quæ pars Itinerarij Rutilij Numantij Galli.Bobiū Vmbertus excellens Iureconſultus ortu illuſtrauit,qui Summam de ordine iudiciorum multasq; iuris quæſtiones ſcripſit circa MCCXL. poſt C.N.annum,quo tempore floruit. Ex Vermia domo qui ꝓdiere viros illuſtres in Verona vnde genti origo fuit commemorabimus. A Bobio ſurſum Auanti torrentis in Trebiam introitus: iuxtà eſt Organaſtum, & altiùs Ottunum cum Ioueno. Auanti in dextra vbi torrentis Algretiæ confluens honeſtum iacet oppidum D.Ioannis,quod annoà C.N.MCCCXXII. Placentinos leg[illegible]ato Pontificio tradidiſſe Corius *a* ſcribit,& annis ſuperioribus Clemēs VII.Pontif. Laurentio Saluiato cū raræ humanitatis viro,tum græcis latinisq; litteris erudito donauit,qui nuper anno à C.N.MDXL.interceptus eſt fatis. Ad Apēninum dehinc Taiuolum eſt,rurſusq; in Padi ripa oſtium Vtidoni torrentis,qui propter oppidum D.Ioannis Æmilia in via,cuius iam antè mētio facta,fluit. Vlteriùs Boſenaſcum,infraq; Albianum & Stella: mox ad Copis torrentis caput Bricollanū, dextraq; Copis peruetuſtum oppidum Claſtidium ſic Straboni, Liuio, Polybio, Plutarchoq; nominatum· quod vti cellam & horreum altero bello contra Romanos habuiſſe Pœnum,& hoc modo ab Annibale ſubactū memorat Liuius *b*. Scipio locum qui propter flumen Trebiam tutiſsimus ſtatiuis eſt viſus delectum communiuerat: nec procul inde Annibal cum conſediſſet, quantū victoria equeſtri elatus,tantum anxius inopia,quæ per hoſtium agros euntem nuſquam præparatis commeatibus maior indies excipiebat,ad Claſtidium vicum quò magnum frumenti numerum congeſſerant Romani mittit.Ibi cum vim pararent, ſpes factaproditionis· nec ſanè magno pretio,nūmis aureis CCCC.datis, P.Brunduſino præfecto præſidij corrupto traditur Annibali Claſtidium.Id horreū fuit Pœnis ſedentibus ad Trebiam.Sic Liuius. Idem etiam alibi *c* docet Claſtidium illo tempore ad Ligurum nomen pertinuiſſe cum ſic ait: Q.Minutius in læua Italiæ ad inferum mare flexit iter,Genuamq; exercitu adducto ab Liguribus orſus eſt bellum.Oppida Claſtidium & Litubium vtrumq; Ligurum, & duæ gentis eiuſdē ciuitates Celelates Cerdiciatesq; ſeſe dediderūt. Et iā omnia trans Padum præter Gallorum Boios, Iluates Ligurum ſub ditione erant. Paulopòſt addit Minutio poſtquam dilapſi eſſent Boij,populationibus Gallorum agros infeſtante, tecta vrente,vicos expugnante,per eoſdem dies Claſtidiū incenſum.Altiùs inde Truncon aria,propeq; torrentis Vtidoni principiū, Turris in ripa Padi,rurſus Staforæ torrentis oſtiū,vbi Albianum· ſupraq; Pancaranū, Nazanū,& Vorcū. Dextra tū eius torrentis opulentū ac lautū oppidū Vogheria,quod Vicheriā Merula *d* vocat, antiquis,noīatum Antonino in Itinerario Vicus Irię dictus: nūc ab Aloyſio Marci Antonij

a. parte 3. hiſt.

b. lib. 21.

c. lib. 32.

d. lib. 6. hiſt.

Antonij Vermij filio maximi ingenij viro poſsidetur. Suprà dein eſt Ripa, Seſsimaq́;. Sequitur Curo torrens, à quo nomẽ habet oppidum Pontis Curonis Æmilia in via, quinis à Dertona millibus ſitum, ꝙ ibi pons cuius etiamnum veſtigia ſuperſunt, eius tranſitum coniungeret. Delabitur ex Apẽnino vti etiam teſtatur Me-
a. lib. 6. hiſt. rula a. Sunt ad eum vltra citraq́; caſtella quędam, inter cætera lautum opulentũq́; Caſellæ, veteribus Caſsium appellatum· quod cum annis ſuperioribus cohortes Caroli V. Imper. Aug. muniuiſſent ſepſiſſentq́; operibus, maximum contra Gallos, Venetos, & Franciſcum Sfortiam ſecundum Mediolani regulum fœdere aduerſus Carolum iunctos propugnaculum præſidiumq́; fuit. Suprà dein ſunt Muleta, Caſtellatium, Taurica, & Ad D. Caſsianum: mox flumen ex Apennino prorumpens, Scriuia, quod ingenti cum fragore per montes præcipitat, eosq́; magna
b. lib. 16. ad hiſtor. Eutrop. vi dirumpit. Hiriam Paulus b Diaconus vocauit, Maiorianum ad eum haud procul à Tertrionenſi ciuitate peremptum ſcribens. Iuxta caput eius Caſtellum Nouum eſt opulentum oppidum, à Gothis cum Dertonam tenerent, conditum, tam quò belli temporibus hoc vterentur propugnaculo, q̃ vt horreum rei frumentarię haberent, ſicuti ex Caſsiodoro tradidit Merula. Noſtra id memoria Vincentius Bandellus ſodalitatis p̃dicatorum magiſter ſumma doctrina, morumq́; grauitate maximopere decorauit· de cuius excellenti eruditione ex voluminibus quæ conſcripſit, iudicium facere eſt, quemadmodũ nos in libris de viris illuſtribus ordinis p̃dicatorum cõmemoramus. Ornat eundẽ locũ nunc latinis vernaculisq́; ſcriptis elegantiſsimis Matthæus Vincentij nepos, ex familia quoq; p̃dicatorum monachus. Iuxta Caſtellum Nouum Sale eſt, non inhoneſtum etiã oppidũ, à Gothis illa ipſa de cauſa qua ſuperius, ædificatũ. Ambo rerum copia maximè abundant· ſitaq́; ſunt inter Æmiliam viam & Padum in agri Placentini confinio, quamobrem & Merulæ terminum hoc latere Ligurię faciunt· nam is agro Placentino Li-
c. lib. 3. cap. 5. gures Ciſapenninos claudit. Hinc in Apennini flectentis ſe iugi cubito Dertona ciuitas apparet, ita Plinio c qui coloniam nuncupat in Liguribus Ciſapenninis, item Antonino Ptolemæoq́; dicta, ſed Straboni Darthona. De primis eius initijs ſcriptores variant: aliqui enim tradidere à Liguribus ortam· ſed Hieronymus Albertutius quoſdam velle à Gallis conditam, appellatamq́; primùm ab illis Anti-
d. lib. 6. hiſt. Vic. liam ſcribit. Merula d reliquias Antiliæ ſupra Serauallẽ qua de paulo inferiùs dicetur, inueniri, ideoq́; ſe putare ait, quoniam Ptolemæus Iriam vrbem haud procul Dertona ponat, eo ipſo in loco extitiſſe Antiliam ſeu Antiriam, ab ἀντι græca præpoſitione, & voce iria denominatam· quippe quia vetus arx ſummo impoſita colli fluentes amnes in Apennini flexu tanquam cubito, ſpectet, vbi Dertonam eſſe diximus. Alij Tertonam appellatam prodiderunt tanquam tergonam, quòd in Apennini dorſo ſeu tergo ſita ſit· nonnulli priùs Antiliam, dein Terdonam à tribus donis quæ habebat vt refert Albertutius, quorum primum erat ſaxum in loco Paena copioſè oleum emittens, alterum fons prope Garbanianum quotannis feſto natalis D. Ioannis Baptiſtæ largiſsimè fluens, tertium, quòd paulo antè quàm nobiles aliqui viri mortẽ erant oppetituri iuxta Petram Biſſariam panis ſectus ſanguinẽ ſtillauerat· quaproptér & vrbis ſigillum hanc teneat inſcriptionẽ: Pro tribus donis ſimilis Terdona leonis. Ita nos de Dertonæ initijs ſcriptũ repe-rimus. In colle q vrbis arcẽ habet, ædes eſt peruetuſta D. Virginis Matris. Dertonã
e. lib. 6. hiſt. Vic. anno à C.N. MCLXXIII. iuſſu Friderici Ænobarbi Imperat. ad Ticinenſiũ poſtulationẽ euerſam, Blondus, Merula e, Corius, itemq́; Laudenſiũ annales perhibent·

eodem

eodem verò anno à Mediolanenſibus ad pedem collis in planitie refectam Merula ſcribit, quamobrem deſerta tum vrbs in colle ſuperior, quum ſublectam Mediolanenſis incolere colonia cœpiſſet. Hac porrò memoria non ſolum oppidum ſupremum, ſed etiam infimum prope deſolatum eſt, cum ob accerrimas contentiones ciuiles, tum propter bellorum & famis & peſtilentiæ ſuperiorum annorũ ingentes calamitates, quibus tota propemodum confecta periere. Imperium eius ex Vicecomitibus primum adeptum Matthæum tradit Merula: poſteaq́; in Vicecomitum fide conſtanter hæſit vſque ad Philippum ex ea gente poſtremum Mediolani regulum: ab eius autem morte in Sfortiarũ, deinde Franciç regum quoties illi Mediolano potiti ſunt, vltimò in Caroli V. Imp. Aug. poteſtatem deuenit. Agrum habet bonum & fœcundum, tritici, hordei, cæterarumq́; frugum, optimi item vini & glaſti ac aliarum rerum plurimarum ad mortalium vſum fertilem. Nobilitauit Dertonam D. Martianus eius Epiſcopus, qui poſt multas ærumnas in tetrum detruſus carcerem, tandem pro aſſertione fidei in Chriſtum mortem oppetens, cum martyrij corona de hac mortali ad æternam vitam demigrauit. Corpus eius in æde cathedrali Diuæ Apolloniæ virginis & martyris veneratur, & ob ſumma merita Deo largiente magnis miraculis claret· quamobrem & frequenti fidelium concurſu viſitur. Priuſquam hinc digrediamur, breuiſsimè quædam contra Ptolemæum dicenda putauimus· de quo plurimùm equidem vnà cum Merula [a] miramur, quòd Auguſtam Batienorum & Dertonam in Taurinis qui pars Salaſſorum, ponat: apparet enim meridiana luce clariùs id verum eſſe haud poſſe, quando Lombardiæ regiones vt nunc vocantur, Ciſpadanam & Tranſpadanam Padus dirimat· vnde manifeſtò intelligitur, Salaſſos ab Apennini initijs primoq́; flexu vbi Auguſta Batienorum & Dertona ſunt, quàm longiſsimè abeſſe· vtpote cum vltra Padum vti in Lombardia Tranſpadana demonſtrabimus, illæ autem vrbes citra ſint. Sed & alius quemadmodum Merula notat, in Ptolemæo non minus inſignis error deprehenditur circa Padi originem & principium ita ſcribente Fluuij Padi caput, quod iuxta Larij paludem: idq́; à paucis omnino fuit animaduerſum· nominatim autem ab illo docto homine declaratum, qui Ptolemæum noſtra vernacula lingua reddidit, ſeq́; Abduam ibi pro Pado vt ſanè oportet, accipere ſcripſit. Poſt Dertonã in montis iugo dextra Scriuiæ fluminis oppidum eſt Serauallis, ita dictum quòd anguſtas hîc montium vallisq́; fauces in planitiem ſe pandentes tanquam ſera claudat. Id Philippum Vicecomitem Mediolani Ducem Blaſio Aſſareto ex Genua præſtantiſsimo claſsium præfecto in laborum præmium dediſſe auctor eſt Blõdus. Supra Serauallem Merula tradit Iriæ vrbis à Ptolemæo Antoninoq́; memoratæ veſtigia reperiri, quæ fortaſsis Antilia fuit vti prædiximus· licet Iriam alij Sartiranam dicant aperto tamen errore, quoniam cis Padum Ptolemæus & Antoninus Iriam deſcribunt, at vltra Sartirana eſt. Altius· dein Biſſuta Inſula, & ad Apenninum Totila cernitur. Rurſus ad Padi ripam iuxta Scriuiæ vel Scrimiæ fluminis in Padum introitum, olim Caſtellum fuit Gibelinũ, à Matthæo Vicecomite Mediolani regulo conditũ anno poſt C.N. MCCCXIII. apellatumq́; Gibelinum in Gibelinæ factionis gratiam vt ea locũ frequentaret, & alacriùs atq́; libentiùs contra Ticinenſes hoſtes tueretur. Quanquam autem Padi violentia ſubuerſum fuerit, ab ipſo tamẽ auctore Matthæo refectum inſtauratumq́; Corius [b] & Merula [c] prodiderunt. Sequitur ab Scriuiæ, Tanari amnis oſtium, ita Straboni Plinioq́; dicti [d], ſed Ioanni Simonetæ [e], Tanagrus· cuius diuerſi

a. lib. 6. hiſt. Vicecom.
b. parte 2.
c. lib. 3.
d. lib. 3. cap. 15.
e. lib. 10. hiſt. Sfort.

tatis ego mehercule cauſam ac rationem haud teneo, cũ & antiquis ſcriptoribus, & reliquo gregi recentiorum Blondo, Merulæ, Platinæ, Sabellico, ac alijs Tanarus conſtanter nuncupetur. Plinius ex Apennino iaci, D. Brutus & Strabo è Ligurum alpibus tradunt proficiſci, nulla planè differentia, nam vtrunq; eſſe verum poteſt, quoniã ab ijs Alpibus Apenninus incipit, & amnis modica in valle medio Apennini & alpium tollit caput, fonte copioſo, tribus primùm riuis dimanante, qui iactus ſagittæ ſpatio prolapſi, ad conuallis exitum coëunt, & flumen creant vnum. Id deinde per arctas altasq; montiũ rupes præcipitans ad Vlmeã caſtellum bis mille paſſ. à fonte ſitũ, hinc per anguſtas item fauces milliũ ferè VII. curſu ad Pontẽ Villæ Gareſij accedit, vbi inſigni ponte lapideo à quo nomẽ loco eſt, tranſitur. Incipit hîc dextra fluminis peramœna vallis, circa cuius principiũ amne relicto nobile oppidũ Gareſium, olim Monſiardinus dictum, Marchionatus titulo inſigne, quem diu Ceuarũ illuſtris familia poſſedit, ſed nuper anno à C. N. MDXXXIX. Benedictę Spinolæ pro dodrante pretio XXX. mill. aureorũ nummûm vendidit vt quadrantem tantùm nũc Petrus Marchio Ceua teneat, rara omnino prudentia vir ac humanitate adeo perornatus, vt à ſuis mirabilem in modũ ametur, & diuinis propemodũ colatur honoribus. Vallis hæc in longũ M. P. VII. patens amœniſsima, frumentiq; ac vini, item aliarũ quæ ad humanũ vſum vtiles ac opportunæ ſunt rerũ fertilis eſt. Dextro eius latere mille paſſ. ab Gareſio præcelſo in colle rupes ad Gareſium conuerſa cernitur, natura ſic creata tanquam arte ac ferro eſſet facta. Petram Dignam accolæ nominant veſtigiaq; habet veteris ciſternæ quædam vnde fama regionẽ tenet Aleramum hîc cum coniuge Othonis Imper. Aug. filia profugũ habitauiſſe. Viam iuxta flumen quod inter editiſsima montium iuga ſe proruit carpenti, trãſito Petriolæ caſtello, Vallis Baniaſci offertur ab oppido Baniaſco quod habet dicta. Spatio deinde P. M. VII. per anguſtas montiũ fauces ad Ceuam nobile caſtrum claræ gentis Marchionũ Ceuarum, qui imperiũ Gareſij quoque tenuerunt vti prædiximus, amnis decurrit, & hinc in planitiem effuſus, XII. (quanq̃ XXX. ſcripſerit Sabellicus [a]) torrentes colligẽs, quatuor ex læua parte iactos, octo à dextra, tandẽ in Padũ influit. Aurũ in eius inuenitur ramentis, quo conflatũ torquẽ maximi pretij Volaterranus [b] ſe vidiſſe ſcribit ab Antonio Trotto Alexandrino equite aurato geſtari. Incipit hoc amne peramœna fœcundaq; regio nunc Montisferrati dicta, quæ Ciſapenninæ Liguriæ pars eſt.

a. lib. 4. Ennead. 6.
b. lib. 4. C. V.

MONSFERRATVS.

NOminis huius originẽ & cauſam apud claſsicũ auctorem inuenire omnino potui neminẽ, nec etiam in Merulæ voluminibus, qui tamẽ omni ſtudio diligentiaq; ſigillatim regione deſcribere conatus [c] eſt. Sed nec à Blondo aut Volaterrano, quanq̃ exactè illi rara curioſaq; omnia perquiſiuerint, vlla eius mentio eſt facta. Noſtrã igitur hac de re ſententiã in medium ita proponemus, vt meliori aliorum iudicio ſubijciatur. Tractum hunc Montem ferratum exiſtimo dictum à modicorũ quos habet colliũ fertilitate, qui mirabili copia fructus omnigenos ad humanæ vitæ neceſsitatem fundunt: initio quippe hinc montem feracem appellatum puto cuius nominis læuiſsima planè mutatio Montisferrati creauerit. Hoc ſi curioſis non ſatisfaciet ingenijs, aliter etiam dici poterit agrum hunc Montem Ferratum à ferro appellari ſimilitudine quadam, quòd vti ferrum cætera metalla vi ac duritie vincit, ita ille finitimos vbertate cum aliorum fructuum eorumq; nobilitate ſuauitate, tũ verò vini lõgè ſuperet. A Merula [d] deſcribitur ac hoc modo.

c. lib. 6. hiſt. Vicecom.
d. lib. 6. antiquit. Vice.

Mons

Mons eſt perpetuis expanſus iugis, totus amœnus & fructifer, omniumq́; rerum ad vitam vtilium fertilis, & colonis admodum frequens. Incipit diurno ferè itinere ab Alpibus, planitieq́; ſeparatur quæ inter hos colles ac Alpes intercedit. Nihil hîc incultum quicquam, propter ſummam ſoli bonitatem opportunitatemq́;. Læuam Tanarus, dextram Padus alluit, nec vllius alueum regio egreditur. Quanto magis autem ab amnibus abſcedũt colles, tanto maiores amœnioresq́; campi inter eos panduntur, quos haud malè Meſopotamiam queas dicere, quippe quòd amnibus vtrinq; ſint concluſi. De monte Ferrato Facius a hac ſententia cecinit. a.lib.3. Can.5

Duriam, Sturam, Goniam, & Moram
    Quærebamus, perq́; Montẽ Ferratũ ibamus,
    Vbi Marchio liberalis & ſtrenuus habitat.
Salutium, Cannabinum, & Principatum
    Inuenimus, Albamq́; & Aſtam vidimus
    Quam Tanarus alluit tangitq́; vno latere.
Quanquam muri ſint veteres & corrupti,
    Tamen non eſt ideo ſpernenda,
    Propter Picum à quo condita cum Themeis caſtis:
Et etiam propter balnea quibus decoratur
    Salubria & bona, licet hoc tempore
    Non videãtur à domino qui poſsidet curari.

Poſt Tanarum ad eius oſtiũ quo immiſcetur Pado, vbi collis de quo prædiximus, incipit, haud procul Baſsiniana cernitur, à Plinio Auguſta Vacienorũ, à Ptolemæo Bacienorũ dicta, nulla propemodũ differentia, quoniã B. literã non ſolũ Græci fere, ſed etiã latini frequenter per V exprimunt. A Ptolemæo tamẽ in Taurinis qui ad Salaſſos vti diximus ſuprà, pertinent, quanq̃ in hac Ciſapennina Liguria citra Padum ſit, annumeratur: cuius etiã errorẽ pleriq́; ſcriptores ignari locorũ ſunt ſecuti. Pons olim ligneus Baſsinianæ Tanarũ iungebat, de quo Blondus & Merula mentionem fecere. Cùm hàc tranſmitteret Padũ Ioannes Medices Florẽtinus, Cardinalis & Bononiæ Legatus, poſteà Leo X. Põtif. qui in illa cruenta Gallorũ & ſocialis exercitus ad Rauẽnam anno à C.N. MDXII. pugna captus, in Franciã trahebatur, ex Gallorũ poteſtate ereptus eſt, & Bononiã ad legationis ſedem reductus, vti nos in Ephimeridibus latinis cõmemoramus. Circa hęc loca Bondicomagũ olim ad Padũ extitit, à Plinio b in Padi deſcriptione nominatũ, & ita dictũ vt b. lib. 2. tradit, quòd hîc poſt exceptos vtrinq́; plurimos amnes ac torrentes Padi altitudo cap. 15. pcipua inciperet, nam ipſum amnẽ Ligures ſua lingua Bondincũ, quod fundo carentẽ ſignificaret appellabant. Confirmare hanc ſententiã idẽ auctor c in Ligurum c. lib. 3. Ciſapenninorũ cõmemoratione videtur, vbi ante Pollentiã oppidũ Induſtriã re- cap. 5. cenſet, poſtea Bondicomagũ, quod ita vocatũ iam diximus ab Padi altitudine maxima, quę ad id incipiebat. Idẽ probat Merula d Blondũ reprehẽdens, in ſua Italia d. lib. 6. Illuſtrata Bondicomagũ vetuſtũ hodie Bondenum eſſe ſcribentẽ, quoniã id in Li hiſt. Vicec. guria Ciſapennina Plinius manifeſtò deſignauerit, non aũt in Boijs vbi Bondenũ. Argumento inſuper ad hanc rem eſt marmor quoddã peruetus, quod in Odolengo Montisferrati pago iuxta Padũ inuentũ, & nũc in æde D. Michaëlis pro abbacoaræ poſitũ eſt, inſcriptionẽ hanc habẽs: T. Lollius T. Lollij maſculus IIII. vir Bondicomagenſis hîc propter viã poſitus, vt dicãt prætereuntes, Lolli Aue: quod epithaphiũ nobis Andreas Alciatus ſummus Iureconſ. nec minus curioſus, quàm

doctus vir cómunicauit. Omnino igitur exiſtimamus ad Padú circa hęc loca Bódicomagú extitiſſe, quicquid ſit quod ſentiunt alij. Puto quoq; finitimã, in mediterraneo tamẽ, Induſtriã fuiſſe, quã idẽ Plinius nominat. Antiquú dein oppidum Valentia ſequitur, Plinio Valentiú, Forumq; Fuluij dictú. Colli dein Pomarium inſidet, vbi arx tam loci natura, q̃ opere munitiſsima. Iuxtà eſt Fraxinetú, item Caſale D. Euaſij à Sixto IIII. Pontif. Gulielmo Paleologo Montiſferrati Marchione poſtulãte anno à C. N. MCCCCLXXIIII. ciuitas effecta, Bernardino Petri Romani, is fuit eiuſdem oppidi ciuis, filio, maximi ingenij & vſus viro loci Epiſcopo deſignato. Vrbs eſt admodú frequens & ſplẽdidis ornata ędificijs fuitq; Marchionú Montisferrati ſedes, qui & arcem hîc munitiſsimã extruxere. Diu imperiú eius itemq; præcipuæ Mótisferrati partis tenuit clara nobiliſq; poſteritas Alerami Saxonú Ducis filij, & Alteſiæ Alerami cõiugis, quæ filia fuit Othonis II. Imper. Aug. Vixerunt hi circa CMLXXXVI. à C. N. annú vt Volaterranus tradit: illo eñ tẽpore à parentibus in Italiã profugêre & cú aliquandiu iuxta Gareſiú vt eſt fama, latuiſſent, tandẽ ab Imperatore agniti, & multorú locorú præcipueq; Montisferrati ditione ab illo donati ſunt. Liberos mares ſeptẽ genuere, quibus ſingulis Imperator Marchionatú attribuit, nimirú Guilielmo natu maximo Montisferrati, alteri Ceuæ, tertio Poncioni, quarto Boſchi, quinto Salutij, ſexto Sauonæ, poſtremo Finarij. Guilielmus Bonifacium genuit, magni ingenij virú: Bonifacio Gulielmus alter cognomẽto ſenex ſucceſsit, qui Conradú Imper. Aug. ſocerú, [illegible] m[illegible]lq; Philippú Francorú regem comitatus in Aſiam eſt expeditione Hieroſolymitana, mirabilemq; tum à rebus præclarè geſtis cõmendationem meruit, vt Blondus & Platina tradiderunt. Filios tres, Guilielmum tertium ab enſis quo vtebatur pro[illegible]xitate Longaſpatam cognominatú, item Rayneriú & Bonifaciú ſecundú, aliqu[illegible] etiam quartum addunt Fridericú, filias duas habuit, Agnetem, & Iordanã quæ [illegible]i zantino Imperatori nupſit. Longaſpata propter ſummã prudentiã & fortitudinẽ Imperator in Aſia copiarú nominis Chriſtiani à Balduino IIII. Hieroſolymarum rege in leprę morbú delapſo conſtitutus eſt, accepta etiam in vxorẽ eius filia Siby[illegible]la regniq; ſcriptus hęres: & poſt multa præclarè cõtra Saladinú geſta deceſ[illegible]t, [illegible]l duino filio vnico & puero ſucceſſore relicto, quẽ poſtea Regẽ Hieroſolym[illegible]rú Balduinus patruus declarauit. Primus hîc ex Alerami progenie regni illius coronã geſsit nec diu imperio potitú rapuere fata. Poſt húc Raynerius Lógæſpatæ frater, cui Cirimaria Cõſtãtinopolitani Imperatoris Emanuelis filia cum do[illegible]e regni Theſſaliæ matrimonio iũcta erat, adminiſtrationẽ regni capeſsiuit: quo tẽpore cú Bonifacius Longęſpatę Raynerijq; frater Montisferrati Marchio, de fratris obitu deq; Soldani expeditione contra nepotẽ ad Hieroſolymas ſuſcepta nunciú accepiſſet, exercitu conſcripto nepoti auxilio ꝓfectus eſt: delatus aút in Syriã, & ſimul morte nepotis intellecta, ſimul nuptijs matris cú Guidone Luſiniano ſecundis, oppugnandorú Saracenorú conſiliú haudquaq̃ depoſuit ſed Guidoni auxilio ꝓfectus cùm egregiè diu cõtra Saracenos depugnaſſet, tandẽ vnà cú Guidone in illorú poteſtatẽ deuenit, & Damaſcú eſt perductus. Id poſtquã Corradus Raynerij filius audiuiſſet, copijs in Italia maximis collectis, primùm ad Conſtantinopolim traiecit cú Venetis, & Imperatorẽ ibi à Saracenorú obſidione liberauit, dein Hieroſolymas ꝓfectus, in Soldanú qui iã totú ferè Chriſtianorú ijs in partib⁹ imperiú receperat, tanta vi & alacritate irrupit, vt hoſtẽ ſterneret, Guidonemq; regẽ cum Bonifacio patruo recuperaret: ob quæ nobiliſsima facinora nuptú illi data Sibyllæ Reginæ

læ Reginæ ſoror Iſabella·ex qua filiã tantùm vnicã ſuſcepit. A duobus Saracenis
crudeliter ex inſidijs in foro Tyri confoſſus oppetijt. In Theſſaliæ regno Bonifaci⁹
de quo dictũ eſt ſucceſsit·illi in Mõtisferrati Marchionatu Bonifacius alter Guili
elmi fratris Corradi, q ex Raynerio nat⁹ erat, filius, prudẽtia, audacia, corporisq;
vigore ſummo vir. Hunc filius eſt ſecutus Bonifacius tertius, ex Sabaudię Comitis
filia ꝓcreatus·qui Vercellas, Eporediã, aliaq; Pedemontani agri loca cẽpit. Libe
ros ille ex Beatrice cõiuge, regis Hiſpani filia marẽ vnum Ioannẽ, fœminas tres ſu
ſcepit. Cum Ioanne genus Alerami nobile perijt: quamobrẽ illo extincto Mõfer-
ratini Bizantiũ ad Andronicũ Paleologũ Imperatorẽ, qui Iolantẽ Bonifacij tertij
filiã in vxorẽ habuerat, legatione miſſa, tanq̃ ad eũ per coniugẽ imperiũ Montiſ-
ferrati iure ꝑtineret, id illi obtulere. Miſit itaq; tum is Theodorũ filium natu maxi
mũ, q ſuſceptũ principatũ ſingulari humanitate ac prudẽtia geſsit, Aſtamq; ditio-
nis effecit ſuæ, & Vicecomitibus Mediolani regulis cõiunctiſsimus fuit·quos etiã
armis in imperio tuendo retinẽdoq; iuuiſſe multis in locis teſtatur Merula. Paleo
logorum in Mõteferrato principatus ab eximio hoc viro cœpit·cui Ioẽs ſucceſsit
filius ingenio manuq; ſtrenuus, q Gulielmũ et Theodorũ ſecundũ genuit. Volater
ranus a tamẽ hũc ex Iacobi Maioricenſiũ regis ſorore liberos ſuſcepiſſe tradit qua a.lib.4.
tuor, Othonẽ, Theodorũ, Gulielmũ, & Margaritã, Othoneq; mortuo, ac Guliel- c.v.
mo ad Neapolim in pugna cæſo Theodorũ adhuc puerũ in imperio ſucceſsiſſe, q
pòſt in virũ excellentẽ & piũ euaſit, monaſteriaq; multa vel cõdidit, vel fundis ac
reditib⁹ ꝑpetui cultus ſacrorũ gratia locupletauit. Sororẽ Sophiã Imperatori Cõ-
ſtantinopolis ſanguine ſibi iũcto, priuilegiũ vt fas eſſet ꝓrrogãte Põt. Rom. nuptũ de
dit: ac tandẽ cũ inſigni laudatæ vitæ cõmendatione moriẽs, filiũ vnicũ hęredẽ reli
quit Iacobũ. Is & armorũ vſu ꝓcipuè polluit, & virtutib⁹ ipſe exornatus earũ etiã
ſectatores dilexit·quamobrẽ meritò Præſes totius Italiæ ſummus ab Sigiſmundo
Imper. Aug. creatus eſt. Alexandriã Philippo Mariæ Vicecomiti Mediolanenſiũ
Duci reſtituit·eumq; recuperãdo imperio, ꝙ à morte Ioannis Galeatij primi, Du-
cis, illius patris, tyrãni paſsim occupauerãt, obnixè iuuit. Ex Amadei primi Sabau
dię Ducis ſorore Ioãna liberos mares quatuor, Ioẽm ſecundũ, Gulielmũ ſecundũ,
Bonifaciũ, & Theodorũ tertiũ, fœminas duas ꝓcreauit, Amadeã & Iſabellã. Ioẽs
& corpore venuſt⁹, & eloquẽs ac liberalis, multiſq; virtutib⁹ ornatus fuit·qui ſine
liberis decedẽs ſucceſſorẽ habuit Gulielmũ frẽm excellẽti itẽ virtute virũ, præci-
pueq; magno armorũ vſu præſtantẽ, quapropter à ſcriptorib⁹ in primis Italię toti⁹
illorũ tẽporũ belli ducib⁹ annumeratur. Cõfecta iã ætate quietẽ capeſſens, animũ
ad religionẽ & ſanctitatẽ cõuertit, multaſq; pias domus cõdidit, inter cæteras mo
naſteriũ fratrũ ꝓdicatorũ Caſalis, ſplendidiſsimũ meherculeopus·ſimulq; à Sixto
Põt. Max. vt illud oppidũ Eccleſiæ Romanæ more ac inſtituto ciuitas efficeretur,
& Epiſcopũ acciperet, impetrauit. Plurimũ vrbẽ hãc auxit, mœnibuſq; firmis cõ-
ſepſit, multis ꝓterea toto Montisferrati agro ꝓpugnaculis & arcib⁹ extructis. Suc
ceſſorẽ moriens cũ totius populi luctu abſq; liberis, fratrẽ habuit Bonifaciũ iã ſe-
nẽ, nulla parte ſibi prudẽtia, humanitate, liberalitate, ac armorũ vſu inferiorẽ: qua
ꝓpter mutatũ adeo Principẽ Monferratini nõ putauẽre tũ·quanq̃ imago ac ſpeci
es hominis alia ſubijſſe videretur. Quartus frater Theodor⁹ ob excellentẽ virtutẽ
Eccleſiæ Rom. Cardinalis à Paulo III. Põtif. creatus eſt. Ex Bonifacio nati Guliel
mus tertius & Sãgeorgius, quos mater Maria Seruiæ Deſpotis filia pueros educa-
uit, donec ꝑ ætatẽ Gulielmus imperiũ poſſet gerere·ꝙ ea cõfirmata ſuſcepit. Orna

tus ille cum animi, tum corporis dotib⁹ ꝑcipuis fuit: etenim & ſapiẽtia benignita te, magnificẽtiaq́; polluit, ac itẽ mirifico corporis vigore, armiſq́; tractandis agili tate: cuius rei ſpectabilia documenta tã in Italia, q̃ Francia dedit, ludis equeſtri bus ꝑpetuò victor. Obijt ſummo cũ dolore populariũ ætate florẽtiſsima M D X-VIII. poſt C. N. anno, liberis ex Anna Ducis Lãzonis Galli ſorore relictis Bonifa cio ſecũdo filio hęrede, filiabusq́; duab⁹. At quia puer adhuc erat Bonifaci⁹, admo dũ ſapiẽter & trãquillè imperiũ rexit Anna mater, prudẽs, religioſa, piaq́; mehercu le fœmina, donec fili⁹ vixit: quanq̃ nõ diu vixerit: etenim anno à C. N. MDXXX. mẽſe Iunio per ludũ equeſtri certamine cũ alio cõcurrens, acerbiſsimo fato, miſer rimoq́; planè caſu inuicẽ impingẽtib⁹ eqs, et magna vi lapſis, animal ingenti mole ſuperincidẽs ꝑcordia iuueni rupit: q ſic animã efflauit ꝓtinus. Erat formę decore venuſt⁹, affabilis, ſplẽdid⁹, liberalis, mirifica virtutis indole ac ſpe, ꝑſertim aũt mi-litaris. Poſt eius interitũ Sãgeorgius patru⁹ ſacerdotio abdicato, ſiquidẽ Abbas e-rat quanq̃ nullo ſacro ordine inauguratus, principatũ ſuſcepit: cui cũ Carolus V. Imper. Aug. Iuliã Friderici Aragonij Neapolitani olim regis filiã deſpõdiſſet, eaq́; magna populi lætitia Caſale deducta, pariq́; ab viro tũ ex morbo decũbente fuiſ-ſet accepta, nõ diu pòſt, anno à C. N. MDXXXIIII. diẽ ille ſupremũ explẽs innu-ptã mulierẽ reliqt, cũ qua matrimonij cõmerciũ adhuc nullũ habuerat. Ita Paleo logorũ in Sangeorgio ſtirps, quæ Mõtisferrati imperio aliquandiu magna cũ lau-de potita eſt, intercidit: poſt cuius exceſſum Carol⁹ V. Imp. Aug. præſidẽ d[illegible]s cõſtituit, donec de principatus ſucceſsione cognoſceretur. Sorores Bonifacio ſe-cundo duæ ſuperſtites fuere: prior non diu poſt fratrẽ deceſſerat: altera Federico Gonzagæ primo Mantuæ Duci nupſerat: huic & liberis poſt lõgas multiplic[illegible]q́; controuerſias inter regulos cõplures qui ad Montisferrati imperiũ aſpirabant, au dito & exactè penſato ſingulorũ iure, Carolus Imper. hæreditatem adiudicauit, vt ita nunc Mantuanus princeps hîc potiatur rerũ. Ciuitas eſt Caſale vt ad eam reuer tamur, perhoneſta, multiſq́; nobilibus & magnificis familijs ſplendida, cũprimis autem Comitũ Sangeorgiorũ & Blandratiũ. Maximam anno à C. N. MDXXX. calamitatem ab Imp. Caroli V. copijs accepit: nam quia Federici Gonzagæ [illegible] præfecturã recuſabat, direpta eſt. Agrum bonum & amœnum habet tam c[illegible], quàm planum, frumenti, vini, cæterarumq́; frugum fertilem. Viros illuſtres plu-rimos dedit, nominatim Othonem ex Alerami nobiliſsima progenie Cardinale Eccleſiæ Romanæ, ac legatũ à Gregorio IX. Pontif. MCCXL. poſt C. N. anno in

a.lib.17. hiſt. Angliã miſſum vt Blondus a prodidit: item Theodorum Paleologum quem Pau-lus II. Pontif. Cardinaliũ ordini propter virtutem allegit: præterea Bernardinum Romanum ipſius vrbis Epiſcopũ primum. Orti etiã hic Georgius Cacatoxicus ex ſodalitate prædicatorũ ſummus theologus & philoſophus, græcè, latinè, he-braicè caldaiceq́; doctus, ingenio mehercule ad omnẽ literaturam nato: quapro-pter in eruditiſsimorũ hominũ noſtræ memoriæ cœtu meritò numeratur. Debe-m⁹ illi nos ꝓpter inſtitutionẽ & diſciplinã theologię, q̃ ab eo ꝑcepimus plurimũ. Caſalẽſes etiã fuere viri clari Petrus Roman⁹, prudentia ſummoq́; ciuitatũ admi-niſtrandarũ vſu pollens: quẽ Bononienſiũ fuiſſe Poteſtatẽ, & eũ magiſtratũ cũ mi rifica iuſtitiæ ſapiẽtiæq́; cõmendatione geſsiſſe memoria tenem⁹: itẽ Facin⁹ Canis manu armiſq́; ſtrenu⁹, q ſua tẽpeſtate famã & exiſtimationẽ egregij ducis habuit vt Blõdus, Sabellic⁹, & Cori⁹ in hiſtorijs tradũt. Hæc de Caſali. Dehinc Tanari in dextra ripa Burgetũ eſt. Poſt Auguſtã Vacienorũ mediterranei colles vndiq́; nitẽt

oppi-

[illegible] inter quæ Mons Caſtelli, Pauonũ, & itinere per montis dorſum incedẽdo [illegible] D. Saluatorẽ, vbi arx munitiſsima: item Gerella, Suitianũ, Caſtelletũ, Lugum, Mons magn⁹, aliaq́; plurima. De cætero Tanari appoſita ripę Arx Tanari eſt. Rurſus à Caſali per Padi ripã ſi pergas, haud ꝓcul duo apparẽt colles inſtar brachiorũ [illegible] quẽ mõs diducitur inter ſe diuiſi et flumine circũdati, multaq́; paſsim hoc ſitutã [illegible] s, quam cõuallib⁹ honeſta oppida pagiq́;, nominatim ad Padum Põs Sturę, [illegible] b amne Stura quo alluitur appellat⁹. Arx hîc tutiſsima, in quã Ludouicus Sfor[illegible] Mediolani Dux ab Heluetijs ad Nouariam Gallis proditus venditúſq́; primũ [illegible] ductus fuit. vbi cum vnius tantùm famuli ſibi facultatem relictã videret, in hãc [illegible] onẽ prorupiſſe gemẽs fertur. O vagam volubilemq́; fortunã, quò me iam lo[illegible] atutum video? X X. amplius hominũ millibus heri imperia dabã: nunc iã vix [illegible] pueri reſtat poteſtas, itemq́; captiu⁹ ſeruor. Spectabile profectò hunc fortunæ [illegible] vocãt incertę ac volubilis exemplũ ſumere licet. In colle dein ſecundũ Padi ri[illegible] Caminũ, mox Gabianũ, ita nunc dictũ pro Gabienũ, nempe quod à Ligurib⁹ [illegible] ienis vel conditũ, vel denominatum ſit vt ſcribit Merula a. Plinius b etiam his [illegible] cis Ligures Gabienos prodere videtur cum inquit: Padus è gremio Veſuli [illegible] s celſiſsimũ in cacumen Alpiũ elati finibus Ligurũ Gabienorũ Viſendo fon[illegible] ens. vnde nimirũ intelligi poteſt oppidũ hoc ab illa gente vel ædificatũ, vel [illegible]. Sequitur Verruca, Villaq́; Noua nõnihil à Pado diſtans. Intus ſupra Caſa [illegible] ad D. Georgiũ, item Occimianũ honeſtũ & frequẽs caſtrũ, vbi vetuſta Mõ[illegible]ferrati Marchionũ habitatio ſedesq́; fuit. Conueniſſe huc diuerſorũ populorũ [illegible] os ad Fridericũ Ænobarbũ Imperatorem Aug. vt excidium Mediolani ſua[illegible] auctor eſt Merula c. Situ hoc quoq́; finitimo Burgum D. Martini, Mons cal[illegible] Gallianum, aliaq́; oppida cõplura. Sunt hæc loca licet plura quoq́; paſsim in [illegible] bus vallibusq́; reperiantur, quorũ nos cognitionẽ non habuim⁹, Tanaro Pa[illegible] fluminibus & Aſta vrbe concluſa, quæ Montiſſerrati agro poſſunt dari: qua[illegible] ter ad ſiniſtrã deinceps Tanari ripam & ad oſtiũ amnis Bormiæ reuertemur. [illegible] retrorſum ad Tanarũ vbi illius Bormiæq́; ex Apennino labentis confluens, [illegible] enti, Alexandria occurrit à palea cognominata, quòd vt aliqui tradidere, [illegible] neam hîc coronam Imperatores deſignati quondam accipere ſolerẽt. Id ta[illegible] o fabuloſum reor: quippe quoniam de tali coronationis ritu nullam apud [illegible] s auctores mentionẽ inueni. Vtut autem huius ſe rei veritas habeat, paleæ co[illegible] ẽtũ vrbem tenere certũ eſt. Circa primã eius ædificationẽ tota cohors ſcri[illegible] conuenit, nẽpe Blond⁹, d Merula, e Volaterran⁹, f Platina, g Cori⁹, h Borſelli⁹, [illegible] Mediolani & Laudæ auctores, alijq́; prẽterea multi: quorum omniũ vna [illegible] anno à C. N. MCLXXVIII. menſe Maio conditã, nimirũ à Mediolanẽſib⁹, [illegible] acẽtinis, & Cremonẽſib⁹, vt reliquarũ ciuitatũ voluntati pareret, quæ cõtra Fri[illegible] Imp. poſt exciſum Mediolanũ in Germaniã reuerſum, & Ticinẽſes, Derto[illegible], atq́; Mõferratinos Cæſaris ſocios, fœdere coiuerãt. Amplex⁹ autẽ & auct⁹ [illegible] vic⁹ Roueret⁹ ab Statielorũ oppido P. M. VIII. nec ꝓcul ab Æmilia via diſtãs [illegible] Tanarũ amnẽ: primũq́; loco nomẽ Cęſareę datũ: vti apertè cũ ex Alexãdrino [illegible] annalib⁹, tũ etiã è Sixti Põt. dedicatiõe diſcitur, in qua Alexãdrini Cęſariẽſes ap[illegible]llati ſunt vt ait Volaterran⁹. Coiuêre primũ huc ex vicinis locis vtpote Marico[illegible], Gãdoforo, Bergolio, Huride, Seleſteq́; finitimis Statielorũ oppido pagis coloni [illegible] X V. mil. tãtaq́; alacritate ſimul habitationes excitatę, ſimul vrbs vallo, ꝓpugna[illegible] is, altisq́; foſsis cincta eſt, vt ſummã res admirationẽ haberet. Incidũt hæc in

CCc 4 annum

a. lib. 6. hiſt. Vicec. com.
b. li. 3. c. 15.
c. lib. 6. hiſt. Vicc.
d. li. 15. hiſt.
e. lib. 3.
f. lib. 4. c. V.
g. in uita Alex. 3. Pontif.
h. in hiſt. uernac.

annum IX. Pontificatus Alexandri tertij, quintumdecimũ imperij Friderici Cæſaris, & ſextum poſt ſupremũ Mediolani excidium. Septimo dein conditæ Cæſareę anno quum Fridericus Imper. in Italiã reuerſus eã obſidere cœpiſſet, euertendi planè ac ſolo æquãdi conſilio ſicut Blõdus Merulaq; tradunt, nec iam totius ſemeſtri oppugnatione quicq̃ ſe ꝓfeciſſe, p̃tereaq; maximũ oppidanorũ animũ q frequẽtibus eruptionibus & detrimẽti plurimũ dabãt, & tũ ẽdi loci ſpẽ opinionẽq; ꝑtinaciſſimè tenebãt, animaduertẽs, mutato inſtituto obſidionẽ vrbis reliquiſſet, Alexãder Pontifex Eccleſiæ Romanæ more ciuitatem eam Epiſcopo dato effecit: ampliuſque vt perpetuam ab ſe gratiam cõmeruiſſe declararet inſignẽ illam populi contra Fridericum audaciam ac virtutem, primũ Cæſareæ nomen in Alexandriæ cõmutauit. Ita ſcriptores quos modo recenſuimus omnes cum Petrarca narrãt. Eſt itaque tur vt diximus vrbs hæc inter duos amnes poſita, Tanaro ſuburbia diuellẽte. Iacet amœniſsimo planè loco, viroſque generat animoſos & excelſis ingenijs quare o brẽ ſigilli inſcriptionẽ huiuſmodi habet: Deprimit elatos, leuat Alexãdria ſtratos. Enimuero ꝓpter maximũ ingeniorũ quæ ꝓducit feruorẽ, inteſtinis ac ciuilibus bellis frequenter adeo laborauit, vt hoc tẽpore veterẽ illã & ſummã apud finitimos opinionẽ dignitatẽq; amiſerit. Diu in Vicecomitum Mediolani Ducum potẽſtate fuit, pòſt in Sfortiarũ, & item Franciæ regum quamdiu illi Mediolano potiti ſunt: nunc Caroli V. Imper. Aug. ditione habetur. Calamitatẽ ingentẽ à Franciſci Sfortiæ II. Mediolanenſiũ Ducis cohortibus eſt paſſa: nam Ioanne Saxatello Foroc neliẽſe pręfecto, qui in pręſidijs hîc locatus erat cõtra Gallos, quos Proſper Colũna ſocialis exercitus Leonis X. ac pòſt. Adriani VI. Põtif. & Caroli V. Imper, Dux Italia tum pellere nitebatur, quòd Gallico nomini fauere viſa fuiſſet, direpta eſt, anno a C. N. MDXXII. Plurimũ eã noſtra memoria Georgij Merulæ viri doctiortus illuſtrauit, à quo multa ſcriptorũ monumẽta poſteritati relicta, nominatim hiſtoria Ducũ Mediolanẽſium ſeu Antiquitates Vicecomitũ. Obijt anno à C. N. MCCCCXCIIII. Trans Tanarũ eſt Borgoliũ ipſa Alexãdriæ ſuburbia, ſic à vico Borgolio quẽ ante Alexandria condita inauratores habitabãt dicta, ſi Merulæ a credimus. Tranſitus amnis ex ciuitate in ſuburbia ponte iungitur. Inde Bormia

[a. lib.10. hiſt. Vicecom.] flumine tranſmiſſo ſurſum læua eius in ripa Boſcum eſt ad viam Æmiliam oppidum non inhoneſtum, quanquã Marchionatus vetuſtum titulum amiſerit. Gallos ad id Bartholomæus Bergomas exercitus Mediolanenſium ductor fudit, vt Sa

[b. lib.5. Enn.10.] bellicus b & Corius perhibẽt. Habuit hunc locum Corradus Mãlius Iuriſperitiſſimus, qui apud Ticinenſes, Patauinos, & poſtremò Romæ publicè iura docuit, Auditorq; Rotæ & Epiſcopus Bagnareanus fuit. Altiùs inter Burmiã & Burdam, qui amnis etiam ex Apennino decurrit, Inciſa eſt, vbi quondam vti Merula cẽſet, Ptolemæi Libarnum extitit. Rurſum altero ab Alexandria lapide Maricorum, vt docti vocant: cuius oppiduli colonos Alexandriam olim migrauiſſe prædiximus. Pagus item alius propter Tanarum eſt Forum, infrequens adeoq; deſertus ferè vnà cum Maricoro: quæ frequentiſsima quondam caſtella cum primùm Alexandria conderetur fuere. Superſunt hîc in hodiernũ vſq; diem templorum ruinæ cũ pauimentis lapidum precioſorũ teſſellatis, itemq; ſilices elaborati, ac marmora cum inſcriptis epigrãmatis: ſed & præterea vetuſtatẽ coloni horũ locorũ quamq̃ pauci in lingua retinẽt & ritibus: etenim antiquo Romanorũ more vocabula multa ꝓferunt, vti ſtrenã, togam, proſam, amolã, macrã, & alia, quemadmodũ Merula ſcripſit. Imperiũ ſui per pagos diſtributũ ipſi gerũt, & inprimis diuinorũ cultui

ſtudent

ſt[illegible]dent. Supra Alexandiam eſt Nicæa, paleæ cognominata, cũ Fœlicino nõ inho-
neſto oppido circa cõfinium Alexandrinorũ & Aſtanorũ· deinde Morum. Hinc ſe
m[illegible]ns ſurſum verſus nonnihil cõtrahit, vt ad pedem cãpi pandãtur & latior aliquã
t[illegible]nities· vbi caſtella duo, Soleriũ & Quadringentũ· quorũ poſtremũ à XL fa-
[illegible]s habere nomẽ vti quoq; Merula ſcribit, affinitas vocis indicare videtur: ad-
ditq; Merula, etiamnũ hac ætate colonis horũ locorũ quandã ineſſe animorũ ela-
t[illegible]onẽ, qua genus ſuũ ad priſcos Romanos referũt· vt non difficulter credi queat,
o[illegible]m omnia fere populo Romano hic tenente, familias hoc loco quadraginta cõ
ſediſſe, à quib⁹ Italicũ nomẽ Quadringẽti ſit profectũ. Alexãdrino itinere ꝙ Aſtã
ducit, ad Tanarcũ verſ⁹ deorſumſe flectere mõs cernitur· in cui⁹ ſumis iugis vno la
tere munitiſsima iacet arx Annonis, vulgò Noni dicta, altero Arx Araſsi. Dehinc
M[illegible]ro amne ſupato q ex Apẽnino defluit Aſta ciuitas puet⁹ ſoccurrit, colonia Sẽ-
[illegible]io ac Plinio a Ptolemæoq; nũcupata· de cui⁹ originẽ ac initijs nihil ꝓditũ monu a.li.3c.ep.5.
n[illegible]etis inuenimus. Vrbs eſt nobilis, lauta, diues, frequẽs, ſplẽdideq; ædificata, bono
& fœcũdo agro, frumẽtiq; ac vini, cæterarũq, rerũ ad vſum mortaliũ opportuna-
r[illegible] ferti. Patronũ habet ex cœlitib⁹ D. Secundũ· ideoq; ſigilli inſcriptione vtitur
[illegible]iuſmodi: Aſta nitet mũdo ſancto cuſtode Secundo. Primũ in Vicecomitũ pote
[illegible]atẽ Luchini tẽporib⁹ anno à C. N. MCCCXLVIII. deuenit: & pòſt in illorũ Me
[illegible]ni quoq; Principũ ditione manſit, donec à Ioãne Galeatio primo Mediolanẽ
[illegible] Duce nomine dotis Valẽtinæ filiæ Duci Aureliano Gallo nuptæ data eſt. Itaq;
[illegible]nde penes Gallos ſtetit vſq; ad annũ à C. N. MDXXIX. quo per conditiones
[illegible]s Cameraci factæ ab Frãciſco primo Gallorũ rege Carolo V. Imper. Aug. tra
[illegible] eſt, q eã Sabaudiæ Duci ſanguine ſibi iũctæ donec viueret, póſtq; cũ illa deceſsiſ
ſe[illegible], Emanueli Philiberto filio ex Carolo Duce, cõdonauit. Calãitates maximas ex
c[illegible]ẽtionib⁹ odijsq; ciuilib⁹ eſt paſſa. Multos etiã excellẽtes edidit homines, à qui-
[illegible]s ornamẽti fameq; plurimũ accepit· nominatim Corradũ ſodalitatis ꝑdicatorũ
[illegible]giſtrũ nõ modo prudẽtia ſingulari, verumetiã inſigni theologię ſciẽtia pollẽtẽ,
[illegible]ibris cõſcriptis eſt teſtat⁹, q in dominicana hui⁹ vrbis bibliotheca ſeruãtur, &
n[illegible]s ſunt viſi. Cõmemoram⁹ de eo abũdè in primo libro Virorũ illuſtriũ ex ordi
[illegible] dicatorũ. Aſta quẽadmodũ in exordio Lõbardiæ Sẽproniũ tradere ſcripſim⁹,
[illegible]a regio finitur. Haud procul ea Riuulus Frãcorũ eſt, ſic propter inſignem eius
[illegible]ntis ſtragem hic à Grimoaldo Lõgobardorũ rege editã appellat⁹, vt Paulus Dia
c[illegible] b memoriæ ꝓdidit, De cætero Guarnæũ, Mõticellus, Ad D. Victoriã, & alti⁹ b.lib.5.
P[illegible]lentia, ſic Plinio ac Ptolemæo dicta, itemq; Liuio coloniã cum Piſauro, Mu hiſt.lõgob.
tina, Placentia, Parmaq; deductam, inſuper alibi, aquã ad eam adduxiſſe Fuluiũ c.li.3.ca.5.
[illegible]ccum Conſulem ſcribente. Nobilitata ſpectabilib⁹ prælijs, vno quo Cn. Plan
cum Conſulem M. Antonius fudit occiditq; ſicut à Blondo & Volaterrano tradi
tũ eſt, altero quo Stilliconis legiones infœliciter pugnauerũt cum Viſigothis Ala-
rico rege· qui tũ relicto in Galliã quod erat ingreſſus, itinere, Romã indignabũd⁹
petijt, vrbẽq; dolo captã diripuit, parte etiã incenſa: quo ex tempore Romani im-
perij maieſtas fortunaq; labi & inclinare cœpit · nempe ſub Honorio Imperato-
[illegible]e, quemadmodum diſertè Blondus d Sabellicuſq; docet. Blond⁹ tamen ad Polen d.lib.1.hiſt.
[illegible] ꝓpe Forũ Truintinorũ in Aemilia Viſigothos oppugnatos ſcripſit, errore qui e.lib.9.
dẽ manifeſto· nã id hic cõtigiſſe tũ illo in loco Romanulæ demõſtrauim⁹, tũ etiam Enn. 7.
indicat Claudianus inquiens: Nec plus Pollentia rebus Contulit Auſonijs, aut
[illegible]mœnia vindicis Aſtæ: quib⁹ profectò verbis apertiſsimè Pollentiã hanc Aſtæ pro-
pinquam

pinquam deſignat. Blondus tamen vti in alijs erroribus, ſic in hoc quoque ſectato
res habuit. Apparent etiamnum veteris Pollentiæ veſtigia, quę ſic à præſtantia na-
tiui coloris vellerum dicta, vel vt alij volunt, à potentia, quòd ad læuam Tanarũ
a. lib.4. hiſto. haberet ſtadijs L X X X. ab Aſta fluentem, vt ſcribit Corius a. Lanæ Pollentinæ
nigrę maximum pretium tribuit Plinius: eandemq; Martialis hoc diſticho lau-
dat: Non eſt lana mihi mendax, nec mutor alieno: Si placeant Tyriæ me mea tin
b.lib.8. xit ouis: & Silius b ait: Fuſciq; ferax Pollentia villi: qui auctores ad primam de
nominis origine ſententiã accedere videntur. Altiùs dein honeſtum oppidum eſt
Ceua, quod etiam ſic Plinio dictum aſſerit Volaterranus, & nos antea memora-
uimus. Itinere hinc ad Albam verſus M D. ab ea paſſ. Rodum cernitur Picorum
Mirãdulæ caſtellum, quod Ioanna Carrafa Ioannis Franciſci Pici litteratorum
phenicis coniux ab Anna Marchione Motisferrati emit, & poſt nefariam mariti
cædem tota reliqua vita inhabitauit, defuncta tãdem anno à C.N. MDXXXVI.
Sequitur ad læuam Tanari ciuitas Alba, Plinio Pompeia cognominata, cuius ap-
pellationis cauſam equidem non reperi, quanquam nonnulli à Pompeio eſſe qui
inſtaurauerit, dicant. Bentius Alexandrinus de Albæ nomine fabellam narrat
euidenter commentitiã, qua vrbis originem demonſtrare nititur, aitq́ue primùm
dictam Troiam, nempe ab Troilo Troiano conditore, poſteà cum à Friderico
Aenobarbo Cæſare cui Ticinenſes aderant, expugnata primo diluculo fuiſſet,
quod Albam Itali vocant, eum vt Alba deinceps nuncuparetur voluiſſe. Sed ni-
mis profectò hoc eſt apertè nugari, ſiquidem plurimis ante Fridericum ſeculis
Albam Plinius, Dio, itemq́ue Ptolemæus nominarunt. Vrbs eſt honeſta, per-
bono ac fertili agro, flumineq; Tanaro alluitur. Incolas eius Albeſanos appella-
re poſſumus ad differentiã Albanorum qui ab Alba Longa, item Albenſium qui
ab Alba Marſorum ſic dicuntur, quemadmodum ijs in locis monuimus. Diu
Montisferrati Marchionibus paruit, & nunc in Mantuanæ Ducis ex gente Paleo-
logorum vltimæ ditionem peruenit. Haud procul ab Alba principium eſt pera-
mœnorum apricorumq́ue collium Apennini, aſcenſu planè lenium faciliũq;, qui
deinde paulatim inter ſe diuidi cernuntur, & campos infrà iucundiſsimos ac fer-
c.lib.3.c.5. tiliſsimos relinquere. Ciuitas hîc Aquæ Statielorum Plinio c in Liguribus nomi-
d.lib.5. nata, cuius mentionem quoque facit Strabo d ita: Habet & tractus ille Claſtidium
atque Darthonam & Aquas, diſtanti puſillum in tranſitu: ſed perperam hoc loco
e.lib.6. hiſt. Vicecom. eſt verſus, vti non ſolum Merula, e verum etiãm Barbarus in Plinianis caſtigatio-
nibus docet: eſt enim hoc modo interpretandus. Haud longè à via (id eſt Aemi-
f. lib.4. c.V. lia) Aquæ ſunt Statielorum: idque inſuper confirmat Volaterranus f. Conditam
vrbem à Statielis Alpina gente ex Plinio colligimus. D. Brutus tamen ad Cice-
ronem epiſtola, de Statilienſium finibus non Statielorum memorauit, nimirum
Antonij fugam, & per quæ loca, quibusq́ue copijs ipſe latronem illum in Gal-
liam elabentem inſequeretur, ſcribens. Aquas vrbem à fontibus qui hîc ſunt ca-
lidis & medicatis appellatam prodidere nonnulli: Corius primùm Syluestram,
pòſt Aquas dictam ſcribit: ſed Statielorum eũ dicere velle vti nos hactenus, exi-
ſtimo. Propter ſummam autem ſalubritatem non ſolum latini, verum etiam grę-
ci ſcriptores plurimùm has aquas celebrauere. Statielorum in cuius gentis agro
vrbẽ eſſe diximus, etiã apud Liuiũ multis in locis memoria reperitur, maximè v-
g.lib.42. bi in hæc verba ſcribit g: In Liguribꝰ in agro Statelati pugnatũ eſt ad oppidũ Cari-
ſtũ, eò ſe magnꝰ exercitus Ligurũ cõtulerat: ac deinceps narrata Roman. victoria
de Ligu-

de Liguribus, quorum ſupra X. mill. cæſi erant, DCC. capti, ſignaq; in poteſtatẽ
redacta ferè LXXX. ſic ſubijcit: Statelates qui vni ex Ligurum gẽte non tuliſſent
arma aduerſus Romanos· & quæ ſequuntur. Sunt in hoc oppido thermæ publicæ
cum menſis lapideis & gradibus, eorũ qui lauari volunt opportunitati diſpoſitæ.
Memorabile quoq; eſt quod tradidit Burſellius, aquis hîc feruentibus innaſci her
bam & vigere. Quondam pernobilis admodum & frequens vrbs fuit, vti annales
eius docent: nec minus diuitijs floruit, omnium rerum ad humanum vſum vtiliũ
abundantia copiaq; beata· ſed nunc pernitioſiſsimis ciuium diſsidijs ad ſummam
calamitatem & miſeriam deuenit· quamobrem ab ingenioſo quodam eius alum-
no rectè dictũ legitur, concham eſſe auream nepis plenam. Inſcriptionẽ ſigilli in
quo eſt aquila leporẽ vnguibus ſtringens hanc habet. Lector Aquis dignum com
munis reſpice ſignum. Antiquitatẽ vrbis præcipuam vetuſta docent mœnia, item
dioeceſis olim ampliſsima· complectebatur enim cũctos circũiectos pagos, vti ex
Pontificum Romanorum diplomatis intelligimus, in quibus omniũ pene popu-
lorum mentio fit, qui ad Roueretum in prima Ceſareæ nunc Alexandriæ ædifica-
tione conuenerunt, & ad Aquenſium Epiſcopi ius pertinere dicuntur. Hac etiam
ratione Georgiꝰ Merula vetuſtũ patriæ nomen inſtaurare volens, Statielatẽ ſe nũ-
cupauit, vti cum ipſe a teſtatur, tũ quoq; Barbarus in Plinio cõfirmat. Dehinc per a. lib. 9.
latam planitiẽ via diſcurrit Æmilia, quã vti prædiximus Æmiliꝰ Scaurus deuictis hiſt. Vice-
Liguribꝰ ſtrauit, & à Placentia porrò vſq; Ariminũ ad Flaminiam perduxit. Sunt com.
qui fortaſſe non ſatis diligenter inueſtigatis locis, nec vbi veterũ auctorũ ſcriptis
deſignetur animaduerſo, nulla nunc eius veſtigia ſupereſſe prodiderint: ſed profe-
ctò falluntur· nec difficulter ſi exactè indagent, lapſum erroréq; ipſi agnoſcẽt ſuũ.
Hac via pergenti ad Burmiæ Tanariq; confluentia, dextrà Caſtellatium occurrit,
antiquis Gamũdium appellatum· cuius colonos Alexandriam in eius prima ædi-
ficatione habitatum migrauiſſe prædiximꝰ. Tantis tamen incrementis iterũ mox
creuit, ut berui de tota multitudine vix quenquã emiſiſſe videretur. Supra Aquas
Peſtanium, Crutimilium, & Carni oppida ſunt: altiusq; Mons Regalis non inho-
neſta ciuitas Sabaudiæ reguli. Iacet in monte, cũ natura loci, tum mœnibꝰ firmis
tuta. Finitimus Apennini tractus plurimis inter Orã Genuenſem & Aquas vrbẽ
caſtellis nitet. Infrà tum Borbus torrens· cuius in læua Dianum, & ad fontẽ quo
naſcitur, Canacium. Hinc deorſum Mõs Calerius ſequitur, oppidum pernobile ac
beatũ, multis Italię ciuitatibꝰ haud cedens. Deinde lautiſsimum & affluentiſsimũ
eſt caſtrum Cherium, quondam admodum frequens, ſed bello Caroli V. Imper.
Aug. contra Franciſcũ primũ Francorum regem maximè cõfectum afflictũq;, ni-
mirũ eadẽ planè fortuna, qua tractꝰ huius pagi, oppida, caſtellaq; omnia tantas ca
lamitates ſuſtinuere, propemodum vt deſolata iaceãt, & nunc in domicilia militũ
abierint. Iſti nimirũ præclari fructus cõſequũtur bella. Sunt etiã hîc Villa Noua,
Puerinũ, Rouiliaſcum, & ſpatio millium aliquot Carmaniola ſplendidum oppi-
dum, vnde Franciſcꝰ Buxonius illuſtris copiarũ ductor ortus, qui ab obſcuris pla
nè natalibꝰ ingenij ſummi fortunæq; benignæ munere tãtã apud Italiæ ꝓceres opi
nionẽ collegit, vt ad quãcunq; partẽ belli inclinaſſet, victoriã vnà ſecũ trahere cer
ta putaretur, ſicut Blõdus, Platina D. Antoninꝰ, Corius, cęteriq; ſcriptores illorũ
tẽporũ oẽs ꝓdiderũt. Aura tamẽ illa ſummę ꝓſperitatis vno momẽto nouercę po
ſtremò fortunę in exitũ ſe miſerabilẽ conuertit: nã Imꝑator exercitꝰ Veneti, ꝓditi
onis & ꝑfidiæ reus Venetijs inter D. Marci colũnas ſecuri percuſſus eſt. Iuxta ſunt
intus

intus Carmania,mox Foſſanũ,& Ad D. Morum,nec procul à Pado Caſale Craſſum,Polóciaria,Reconicium,Moreta, Rana,ac vlterius agro item interiore Sauilianum perlautum oppidum & opulentum ante bella,de quibus ſuprà cõmemorauimus.Sequitur porrò Laniaſcum,Centale,& ad Padum Carede,vbi pòs amnis tranſitum iungit.Hinc ſurſum verſus,Salutium,ciuitas à Iulio II.Pontif.Rom.facta,qui Epiſcopum primus dedit Bartholomæi Roborei filium. Vrbs eſt perlauta,frequens, omnibusq́; rebus abundans. Imperium eius diu cum titulo Marchio natus gens illuſtris ab Aleramo vt fertur orta tenuit,ex qua plurimùm eam noſtra memoria nobilitauit Aloyſius Marchio vir maximæ prudentiæ ſummiq́; adminiſtrandi vſus· quapropter à Carolo octauo Francorum rege,cum is Neapolitano regno potiretur,prorex cõſtitutus eſt,ſummaq́; virtutis commendatione prouinciam geſsit.Decedens filios quatuor ex Margarita Vaſcone coniuge reliquit,Michaëlem,Ludouicum,Franciſcum,& Gabrielem.In principatu ſucceſsit patri Michaël,qui auſpicijs Franciſci primi Francorum regis ſub Odetto Lotrechio Prorege ordines ducens in Neapolitana expeditione cõtra Principem Auraniç Caroli V.Imper.Aug.legatum,multis præclarè geſtis,MDXXVIII.poſt C. N.anno diem ſupremum expleuit, ſummo planè ſuorum propter inſignem & ſpectatam eius indolẽ dolore.Hoc defuncto populus alterũ fratrem Ludouicũ toto iã triennio matris iuſſu imperioq́; captiuum è carceribus traxit,ſimulq́; Principem conſalutauit: qui ſtatim intempeſta nocte ad tetricam matrem omnium rerum ignaram profectus cum enſe nudo, mucrone tamen in terram conuerſo ſe ante pedes eius proiecit,& vti veniam in præteritum daret, filijq́; ſe obſequentis deinceps haberet loco,ac principatum vti antea ſuo ſibi relictum arbitrio putaret,orauit. Prętulit tum vultu gratiã mater, & hilaritatis benignè vſa ſignis eſt:ſed haud diu pòſt in Galliam vnà cum filio profecta, eum ipſa poſtulante Franciſcus primus Rex cuſtodia tradi iuſsit. Ita mater in Italiam reuerſa Franciſco filio tertio imperium permiſit:attamen ſuperioribus nondum ſatiata dein apud regem obtinuit vti & is in Galliam citaretur: quò cum ipſa quoque ſubſecuta coram à rege audito vtroq́; in morbum incidiſſet, ex quo poſt in caſtro quodam Delphinatus,quod ipſius in dominio erat,deceſsit,nempe MDXXII.à C.N.anno,ſic tum Principatus abſque controuerſia Franciſco remanſit.Hic poſtquam in Caroli V.Imper.Aug.fidẽ cõceſsiſſet,ab eoq́; copijs aduerſus Gallos præfectus Carmaniolam oppugnaret, quam illi cum præſidio tenebant,glande traiectus cecidit anno à C.N.MDXXXVII.Ita Gabrieli poſtremo fratri aditus ad imperium factus,qui ſuperioribus annis Taurini mortuus eſt. Vrbs Salutium nuper ingentem à Franciſci primi Francorum regis legionibus calamitatem pertulit:nam cum illæ hîc in hybernis agere decreuiſſent,oppidani autem per regis decretum recuſarẽt, ciuitatem vi ingreſſus miles diripuit anno poſt C.N.MDXLII.Viros celebres quorum fama nomineq́; fuit illuſtrata multos edidit, inter quos Franciſcus Cauacia vir pereruditus & vſu rerum publicarum pollens,item Franciſcus Vacca cum iuriſperitiſsimus, tum etiam adminiſtrandi imperia gnarus, qui Senator Mediolanenſis fuit.Nunc Epiſcopatum Salutij Philippus Archintus ex Mediolano doctus,prudens, & expertꝰ homo tenet.In lęua Salutij Verculũ, Coſtilioliũ Buſcheq́ue eſt,ac deinceps inter altos mõtes ad viã qua Gallia vlterior aditur,oppidũ D. Petri,& altiùs eodem itinere Caſtellum Delphinum. Exin item ſupra Salutium dextrà per cõuallem duorũ montiũ præcelſorũ,vulgus nunc Vallonẽ Veſi nũcupat, amnis Bronda magno cum

cum impetu ex illis iugorum faucibus præcipitat. Hinc tum Mons Veſus altiſsi-
mus, Padi pater, omnibus antiquis Mons Veſulus apellatus, vti in proceſſu oſten-
detur, cacumine pinnato conſpicuus, quod procul intuenti turriú arcis inſtar ha-
bet. Totus ſterilis eſt & ſaxis horridus, cum modica in vertice area perdifficili
omnino ac periculoſo ex propinquis iugis aditu, quòd vndique tam anguſta præ-
ruptaq; ſint omnia, ſummum vt metum & horroré accedentibus incutiant· quem
admodum adoleſcentes quidam mihi narrauere, qui ſibi cacumen ipſum perſcru
tatum ſpeculatumq; profitebantur, & perarduum inprimis ac laborioſum aſcen-
ſum, longè verò difficiliorem & magis horribilem reditú dicebant, propter ſum-
mum caſus ex anguſtis & præruptis vndique crepidinibus periculum ac diſcri-
men: quapropter & ſe per tetricas illas rupes manibus pedibusque repſiſſe ſuper
aſperrimo iugi dorſo prouolutos aſſerebant, nempe cum perpetuo metu ne in hia
tus montium vtrinque immenſa altitudine patentium deciderent. Planitiem
ſummitatis exiguam reperiſſe fatebantur, in eaque duos interuallo non magno
fontes exilire, quorum vnus binos amnes creat, Daruncium, qui occidentali late
re per horridas & ſaxoſas rupes ad plana delabens Rhodano infertur, itemque
Duriam, quæ ad Septentrionem verſus per Salaſſos & Gallicanas Alpes in Padum
fluit vti oſtendemus. Alter fons Plinio Viſendus appellatus, paulo inferior Padi
initia conſtituit, vti etiam teſtatur Strabo[a]. Ex hoc itaque fonte riuus aquæ claræ a.lib.4.
profluens, per anguſtas confragoſaſque rupes, & arctas ſcopuloſi montis conual
les præcipitat, vlnisq; tandem à ſolo quadraginta ferè velut ibi primùm naſcere-
tur, tam largè, tantaque vi prorumpit, vt ſummam habeat admirationem. In ſaxa
quibus vndique montis ex cuius rupibus perpetuò cadunt, radices, finitimaq; cir
cûm horrent delabens, fragore ſtrepituque maximo reſonat. Mons eſt vt diximus
in totum inanis· nec aut herbas, aut aliud quicquam fert præter piceam arborem
quę picem manat. Supra eum locum vbi ex móte amnis erumpit, haud procul cry
pta intimis viſceribus montis ad alterum vſque latus perforatis opere cauata cer-
nitur, qua ferunt aditum in vlteriorem Galliam ad Brigantium eſſe. Padus in pla-
nitiem effuſus aquæ copia quæ verſanda frumentaria mola ſufficere poſſet teme-
re lateq; non vllo certo alueo per ſaxeta diſcurrit ſpatio trium ferè millium vſque
ad Paiſanam· vbi ſolo ita abſorbetur, vt exigua planè ſupra terram veſtigia relin-
quat: poſt alterum verò milliarium rurſus exoritur ad Paracolum, ſub quo riuú
Brondæ quem ex Valle magna Veſuli decurrere paulo antè diximus, excipit. In-
frà dein caſtella duo ſunt, Vncinum dextra, Critium læua· vnde profluens Padus
aquulas, torrentes, amneſq; varios colligit· quibus tandé mirum in modum auge
tur, vti cum omnes geographi hiſtoriciq; ſcribunt, tum maximè Polybius[b] in hãc b.lib.2.
ſententiam, vti à Peregrino Priſciano de verbo ad verbum eſt verſus, quò mens au-
ctoris intelligatur penitiùs, orationis ſpecioſitate neglecta. Padus fluuius à Poë-
tis Eridanus diuulgatus, habet quidem fontes ab Alpibus, ſicut ad veritaté magis
prædictæ figuræ · defertur aút ad planitiem, faciens flexú veluti verſus meridiem:
perueniens autem ad plana loca, declinãs cum fluxu ad orienté, fertur per ea. Facit
autem ingreſſum cum duobus oſtijs qui ſunt ad Adriam· ſinus autem maior ab-
ſcinditur. Pars planæ regionis ad Alpes & ad Adriaticum receſſum: ducit autem
multitudiné aquarum nihil minorem eorum qui ſunt in Italia fluuiorú· quia flu-
xus ad planitiem declinantes ab Alpibus & ab Apenninis montibus in hunc pla-
cidiorem, omnes & vndecunq; maximo autem & pulcherrimo fluxu deferuntur.

Circa caniculæ ortum augumẽtatus multitudine liquefactarũ niuium à prædictis montibus. Nauigatur aũt ex mari apud oſtiũ vocatũ Olana, ferè ad duo millia ſtadiorũ. Primùm ex fontib⁹ habet fluxũ ſimplicẽ: diuiditur aũt in duas partes apud vocatos Trigabolos. Horum aũt quidẽ alterum os vocatur Paduſa, & alterũ Olana. Iacet aũt ſuper hoc portus, nullo eorũ prope Adriam minorẽ præbens ſecuritatem his qui in eo firmantur. Apud quidem habitantes propè fluuius vocatur Bodiſcus. Hactenus Polybius vti à Priſciano eſt conuerſus: nam ab alijs quibuſdã interpretibus fideliter omnino redditus haud eſt: deficitq́; nominatim Perotti verſio, fortaſſe mendoſo codice græco vſi: nam pro Paduſa Paduam ſcripſit, pro Bodiſco Bondincum, etſi noſtra ſententia rectiùs id videatur, quòd ita quoq; dicat Plinius, Trigabolorum aũt mentionẽ nullã fecit: qua de re cum in Romanula tranſpa-

a. lib. 3. cap. 15. dana ſcriptum abundè ſit, longiores hìc non erimus. De Padi origine Plinius [a] in hæc verba cõmemorat. Padus è gremio Veſuli montis in celſiſsimum cacumẽ elati finibus Ligurum Gabienorum Viſendo fonte profluens, condensq́; ſeſe cuniculo, & in Forouibienſium agro iterum exoriens, nulli amnium claritate inferior, à græcis dictus ἠρίδανος, ac pœna Phaëtontis illuſtratus. Hęc ille: ſubijcitq; mox de

b. lib. 2. cap. 106. aquarũ incremẽtis à canis ortu aliaq́; multa. Sed et alibi [b] fontẽ eius medijs dieb⁹ æſtiuis velut interquieſcentẽ ait arere. Strabo Ligurib⁹ alijsq́; populis cõmemoratis in hãc ſententiã pergit. Poſt Vocuntios Siconij ſunt & Tricorij, deinde Medualli in pręcelſis montium iugis, quorũ altiſsimum cacumen aſcenſu ſtadiorũ centũ efferri tradũt, & hinc item in Italiæ fines eſſe deſcenſum. Supra verò locis quibuſdam admodum concauis ingens eſt lucus, & fontes duo non procul inter ſe diſsiti, quorũ vnus amnes effundit, Daruentium per cõfragoſa præcipitantem in Rhodanum, & Duriam ex diuerſa parte per Salaſſos & Alpes Galliæ Pado illabentẽ, alter lõgè humilior Padum creat, qui per hæc loca multus & rapidus ſe proripit, at auctior longè proceſſu molliorq́; redditur amnĩũ multorum incrementis accedentibus: præcipuè verò cũ in plana peruenit dilatatur: ac ita diffuſus obliquis flexibus curſum lentũ facit, tãdemq́; ampliſsimũ in Adriaticũ irrũpit mare, omnes Europæ fluuios præterq̃ Iſtrum magnitudine ſuperans. Ita Strabo: nec diuersè omni-

c. lib. 3. no Mela [c], cum Solino [d], qui triginta Padum flumina capere addit. Amnem hunc

d. cap. 7. initio dictum Eridanum & Plinius [e], & Polybius cum Solino alijq́; multi ſcripto-

e. lib. 3. & lib. 37. cap. 3. res prodiderunt. Nomen id poëtæ & græci à Solis vt ſcribit Seruius, filio ſumpſerunt, qui impetratum à patre currũ gubernare non potuit, & cum eius errore mundus arderet, fulminatus in hunc decidit fluuium, ac dein à luce ardoris ſui Phaëtõ appellatus, priſtinum nomen amni dedit: cuius etiam ſorores poſtea flendo in populos arbores conuerſę. Fabulam hanc ſi quis intelligere penitus velit, Beroſus in antiquitatibus, & ad eum Annius commentator abundè ſatisfaciet. Plinius autẽ à græcis Eridanum dictum ait vti alij præterea multi ſcriptores, ſed cauſam appellationis nemo præter Catonem profert. Is ab duce coloniarum hoc nomẽ eſſe tradit: à profunditate verò amnem eundem Hetruſcis Botigon, Liguribus Botigum addit vocatum: in Plinio tamẽ legitur Bodincum, quod ſignificet fundo carentẽ. Padi nomen vt Cato itemq́; Plinius ex Metrodoro Sceptio tradit, ab arbore circa fontem picea tractum, quæ Gallicè pades vocabatur, vti etiam à nobis ſuprà commemoratum eſt. Itaq; Padũ conſtanter vno nomine ſcriptores omnes nuncupãt, vti tum hactenus abundè oſtenſum, tum in proceſſu planiûs adhuc fiet. Mentionẽ

f. lib. 1. Georg. eius perſæpe facit Liuius, item Cornelius Tacitus, & Virgilius, alibi [f] Eridanum

fluuiorum

fluuiorum regem,alibi a Padum nuncupans. De eo ſic Lucanus b. a.lib.9. Aeneid.
Quoq; magis nullum tellus ſe ſoluit in amnem b.lib.2.
Eridanus fractas deuoluit in æquora ſyluas,
Heſperiamq́; exhaurit aquis · hunc fabula primùm
Populea fluuium ripas vmbraſſe corona·
Cumq́; diem pronum tranſuerſo limite ducens
Succendit Phaeton flagrantibus æthera loris,
Gurgitibus raptis penitus tellure peruſta
Hunc habuiſſe pares Phœbæis ignibus vndas.
Non minor hic Nilo, ſi non per plana iacentis
Ægypti, Lybicas Nilus ſtagnaret arenas.
Nõ minor hic Iſtro, niſi quòd dum permeat orbem
Iſter caſuros in quælibet æquora fontes
Accipit, & Schyticas exit non ſolus in vndas. Ouidius etiam in Faſtis
c Padum memorat: Et Vibius Sequeſter, Padus inquit, qui & Eridanus. Alij præ c.lib.4.
terea tam multi ſcriptores cum Ptolemęo memoriam eius vſurparunt, vti niſi lon
giſsimè referri haud poſſet. Amnes magnos in eum ſeſe exonerantes triginta capit
quemadmodum tradere Solinum prædiximus, ac item confirmat Plinius: ex qui-
bus Apennini latere iacti nobiliores ſunt Tanarus, Trebia, Parma, Tarus, Len-
ia, Secia, Panarus, & Bononienſium Rhenus, Alpium verò Stura, Morgus, Du-
riæ duæ, Seſsites, Ticinus, Lambrus, Abdua, Ollius, & Mincius. Nec alius flumi-
num tam breui ſpatio maioris incrementi eſt. Mediam Lombardiam & Romanu
læ partē percurrens, amnes, torrentes, fontes, & aquas omnes cõlligit, ac in Adria
cum defert oſtijs prægrandibus ſeptenis, quemadmodum in Romanula dictum
eſt. A Facio d in hanc ſententiam deſcribitur. d.lib 3. Cant.11.
Draco maximus quem hæc terra habeat
Eridanus eſt, tam in ſublimi naſcens,
Vt cum XXX. filijs in mare ſe ingerat.
Ingreditur tanquam cuniculus latenter
Suum iter, & cum rurſus exoritur,
Turbidus currit vſq; ad locum vbi quieſcit.
Sub Geminis & Cancro ſemper augetur:
Alueum eius pulchrum auri nonnihil ornat,
Quanquam id expendiſſe hominem tædeat. Sic Facius. Enimue-
ro quoniam Padus aquarum mole mirum in modum vrgetur, & in profundum
agitur, quanquam diductus in flumina foſſasq́;, tamen quia largiùs vomit, ſeptem
maria dictus efficere inquit Plinius. Sciendum obiter eſt quod Volaterranus e ſcri e.lib 4.
bit, hac memoria nautas ſena tantùm eius oſtia notare· à dextra, inquit, Primariũ, c.v.
olim Vatrenum à flumine appellatum· ab læua Volanæ. Inter hoc & Primarium
Comaclina ſtagna oſtium habent, imo portum potius quem magnum vocant: ſed
ęſtuaria illa maris ſunt, quod ex ſalis cõcretione dignoſcitur. Ex ea item parte vbi
Adriam abluit, duobus oſtijs elabitur in mare. Id quod Volanæ propinquum eſt
Albatum dicitur, reliquum verò Gorium. Maioris autem huius fluminis oſtium,
quod Adriæ ſiniſtram attingit, Fornaces accolæ vocant. Hactenus Volaterranus.
Nos quoniam de his Padi oſtijs in Romanula Tranſpadana ſatis ſuperq́; dictum
eſt, hic iam longiores nõ erimus. Noſtro ſeculo Padum inuſitatis planè videmus

incrementis ſubinde abundare·ſiquidem pauci admodum anni intercurrunt vt non effluat, & immenſos agros ſumma iactura finitimorum inundet vaſtetq́·· velut anno à C.N.MDXXII. contigit, quo ſuper alueum egreſſus agrum Mantuanum & Ferrarienſem adeo demerſit, vt plurimis in aruis haud aliter ac in ipſo flumine ducerentur nauigia, perq; vrbem Ferrariam vſq; ad Francolinum tanquam ꝑpetuo ſtagno nauigaretur. Intumuit alluuie ſimili anno poſt C. N. MDXXXI. ſuperatis apud Sacchetā aggeribus: quo momēto deſtructa tum funditus illa aruorum eo ſitu vniuerſa æquora. Nobis inter cauſas huius rei videtur eſſe pręgrauans nunc hominum in Italia numerus: tanta quippe multitudine genus humanū hic auctum atq; locupletatum cernimus, vt plana cāpeſtriaq́; porrigendis mortalium alimentis haud ſufficiant·ideoq́; montium etiam præcelſa iuga priùs intacta, coli nunc & arari cœperunt: quo nimirum fit vt aquæ pluuię in rupta prociſſaq́; culmina decidētes, ex ijs impetu ſuo deorſum turbidę ſupra modū in amnes torrenteſq́; ferantur·qui cum in Padum ſe cuncti exonerent, eius alueum adeo expleant exaugeantq́; neceſſe eſt, vt accedentibus incrementis paulo maioribus, aggeres alueiq́; ſui crepidines flumen excedat, perq; agros latè effundatur·qđ ſuperiori memoria quum aquæ ſolo adhuc montium integro ſolidoq́, per herbas & virgulta puræ delabebantur haud euenit. Sed & alia poteſt inundationum ratio notari·nempe ꝙ extumeſcente priùs amne moles aquarum in paludes ſeſe paſsim exonerabat, quales inter flumen ipſum & Veronam itemq́; Vicentiam erant vaſtiſsimæ· quapropter molliore longè fluxione minoriq́; vi tū ad inferiora ferebatur: ſed nunc exiccatis maxima parte paludibus, & intercluſo munitionibus aquę acceſſu, conſtrictus amnis totus ingenti cum impetu & abundatione ad ima compellitur, aggereſq́; ſi quos humiliores aut infirmos reperit, vel ſuperat, vel erodit·moxq́; per cāpos longè lateq́; diffunditur. Poſſent inſuper & aliæ diluuiorum cauſæ memorari, veluti imbrium ab anno à C.N.MDXXIIII. vſq; ad M D X L IIII. magnitudo frequētiaq́;·nec ſolum in Italia, ſed alijs quoq; mundi partibus vbi demerſas hauſtasq́; terras conſtat, vti in extrema Batauorum ora nominatim & euidenter accidit: ſed hactenus opinionem noſtram retuliſſe habemus ſatis. Nec tamen omittendum putauimus quod Boccatius in libro fluminum de Pado allucinatus eſt, eum propter Imolam fluere ſcribens, indigno mehercule tanto viro lapſu, quo ſe nimis apertè fluminis huius ignarum prodidit. Ad fontem itaq; Padi Lombardiæ Ciſpadanæ limitem delati, Trāſpadanam regionem conſequenter annectemus.

LOMBARDIA TRANSPADANA, REGIO ITALIAE DECIMASEXTA.

QVanquam in exordio Romanulæ cur vniuerſus inter Ru
biconem & Alpes quæ Galliam vlteriorem ab Italia di-
uidunt,tractus,Gallia Ciſalpina dictus ſit,item ex parte
Gallia Tranſpadana,non obſcurè tradiderimus· tamen
haud ab re fore ſumus arbitrati,nunc in Galliæ tranſpada
næ principijs quædam de nominis eius cauſa repetere.Sci
endum igitur eſt olim hanc regionem omnem Hetru-
ſcis tenentibus,qui & ciuitates aliquot ipſi nouas condi-
derant,vti Liuium,Pliniumq; ac Polybium tradere priùs
commemorauimns,Gallos ſuperatis Alpibus in Italiam irrupiſſe,pulſaq; ſedibus
Hetruria,firmo fixoq; domicilio,fundatis etiam oppidis ac vrbibus diu partē hāc
incoluiſſe,quæ propterea Galliæ Ciſalpinæ nomen ad differentiam vlterioris vn-
de coloni ipſi venerant trans montes,eſt adepta.Eius aūt regionis totius duas ap-
pellationes Padus intercurrens genuit·nimirum vt in Galliam Ciſpadanā de qua
iam antè tractauimus,& Tranſpadanam cuius deſcriptionem aggredimur,diui-
deretur·idq; Cato pleniùs his verbis tradit.Omnia ſub Alpibus tranſpadana loca
priſci conuenæ Thuſci miſsis colonijs tenuere,ab ijsq; multa loca nomina reti-
nent,plura deleuerunt Galli,qui primi Arunte Cluſino duce Alpes tranſcende-
runt,& ſenſim ab omni Gallia Ciſalpina Hetruriam pepulere·ab ijsq; nomen ſor
tita retinet Gallia Ciſalpina,qua Mantua ſuo conditore Ocno Bianoro Thuſco-
rum rege illuſtris.Penetrauere trans Alpes Boij,Senones,Inſubres,& aliæ Galliæ
tranſalpinæ gentes.Hactenus Cato:nec diuersè Liuius *a* in Italiam veniſſe Gallos *a.lib.5.*
dicit illectos dulcedine vini ab Arunte Cluſino in vltionem ſtupratæ à Lucumo-
ne tum potente vxoris,anno ante crematam Romā ducenteſimo, Tarquinij Pri-
ſci tēporibus,& poſt aureum ſæculum paulo minus mille quingentis annis. Itaq;
propter vnius mulierculæ ſtuprum Hetruſci tranſpadanis ſedibus eiecti, ac dein
etiam Ciſpadanis ſub Rheto rege, qui cedere Gallorum armis & potentiæ coa-
ctus,colonias Thuſcas in agrum qui poſtea Rheticus appellatus traduxit, vti to-
tus veterum hiſtoricorum cœtus conſentit,ac etiam Annius in Catonis origini-
bus refert.Enimuero quòd Liuius *b* in Gallorum aduentu & victoria de Thuſcis *b.lib.5.*
commemoranda, per Taurinos & alpis Iuliæ ſaltus eos in Italiam tranſcendiſſe
ſcribit,hoc loco non integros eius codices arbitramur,ſicut etiā Ægydius Tſchu
dus Glaronenſis in libro *c* de gentibus Alpinis notauit.Gallos non per Iulias al- *c.cap.28.*
pes ſed per Coctias & Graias in Italiam penetrauiſſe ſcribens.Rhetum Hetruſcos
que à Gallis pulſos etiam Trogus *d* perhibet.Hactenus itaque cauſam appellatio *d.lib.20.*
nis Galliæ Tranſpadanæ demonſtratam abundè putamus,nimirum ipſam Gallo
rum gentem·quæ cum hanc Italiæ partem diu tenuerit,nomen illi ad Ciſpadanæ
diſcrimen Galliæ Tranſpadanæ peperit·quam ita nos vtpote citra Padum conſti
ti nominabimus, quemadmodum alterā è conuerſo diximus Ciſpadanam.Lō-
bardiæ nomen ynde poſtea fluxerit,ſuperiùs quidem non obſcurè docuimus: ſed

& hîc ea de re pauca repetere cēſemus operæpretium. Carolo Magno Imperatore
Romanorū ab Leone III. Pōtifice dicto, quoniā hac Italiæ regione tā vltra, q̄ citra
Padū diu Longobardi cōſederant, eā Pōtifex vnaq́; Carolus Auguſtus Longobar
diā nuncupari voluerūt: q̄ vox deinde gratia vocalitatis in Lōbardiæ contracta. Fi
nes Tranſpadanæ Lōbardiæ cōſtituemus oſtiū Mincij fluminis in Pado: hinc per
eius ripā dextrā ad Benaci lacū, & vlteriùs eodem latere Mincij ad amnē Sarcā &
eius fontē: tū in occidentē verſus per Alpes vbi iuga Rhetica ſeu Mons Bralius, Di
uorūq; Gothardi ac Bernardi mōtes ſunt· dein ad Auſtrum ea linea quā Ptolemæ⁹
deſcribit vſq; ad Vari fluminis oſtiū: et poſtea flexu verſus exortum ad fontē Padi,
ac deinceps ſecūdo Pado vſq; ad Mincij caput: vt ab oriēte Mincius, dextra lacus
Benaci ora, fluuiuſq́; Sarca ſit, à Septentrione Alpes & ex cōmemoratis mōtibus
aliqui, ab occaſu itē Alpes q Italiā à Gallia diuidūt vſq; ad Varū· à meridie magna
Padi pars fines claudat: etenim à fonte vſq, ad Clauaſiū ferè, vel finitima illa loca
magis orientali latere allabitur Padus. Erūt igitur hi Lōbardiæ trāſpadanæ termi
ni: quanq̄ em̄ Sēpronius ab exortu flumē Atheſim & Venetos cōſtituat, nos tamē
alios auctores eo modo quo cōſtituimus ſequemur. Et plurimæ quidē hoc tractu
cōtinentur gētes, vti ex Strabone, Plinio, Sēpronio, Ptolemæoq́, liquet. Cenoma-
ni ſunt, & Inſubres, & Becuni, & Lybici, & Rheti, Meſauciq́; & Lepōtij, & Salaſsi
Tauriniq́; cū alijs Alpinis, quarū nūc omnino ſedes inueſtigari nequeunt· quanq̄
aliquas tn̄ nos q̄ exactiſsimè fieri poterit ſuis deſcribere finib⁹ enitemur. Lōgiſsi-
ma porrò vt huius eximię regionis deſcriptio ſit neceſſe eſt, cū ꝓpter vrbiū, caſtel-
lorū, amniū, lacuū & cæterorū in ea memorabiliū multitudinē atq; copiā, tū ob
rerū hîc geſtarū claritatē magnitudinēq;, & viros itē innumeros quorum inſigni
gloria fuit illuſtrata. Naturæ luculētiſsimis dotib⁹ locupleta variè eſt: cāpos quip
pe latiſsimos, & tritici frumētiq́; cæteri, itē nobilis vini, aliarūq́; frugū abūdantia
beatos habet, lac⁹ inſuper immēſos & altos, inſignia flumina tam piſciū capturæ,
q̄ nauigationi opportuna: fœlix etiā mirè eſt ingeniorū excellētia, q̄ cū ad litteras
& arma, tum ad mercaturā prōptiſsima generat, quēadmodū in tēpore ſigillatim
dicēdis locis oſtēdemus. Et hæc iā in vniuerſum de laudib⁹ ei⁹ dicta ſint ſatis, quò
citiùs ad ipſas accedere partes liceat. Initiū à Cenomanis faciem⁹, quorū fines ab
agri Brigātinatis et Mellariani paludibus vbi Romanulā finiuim⁹ tranſpadanā, ſur
ſum iuxta Atheſim vſq; Veronā & Tridētū, hinc flexu ſecūdū Alpes quà toti⁹ regio
nis lineā anteà duximus ad lacum Lariū, perq́; ripā eius ad Abduā porroq́; ad Ab-
duæ in Pado caput, deniq; ſecūdo Pado vſq; exaduerſum Brigātini Mellariæq́; pa
ludibus fuere, hoc modo. Ab ſolis exortu pars earū paludiū itē Atheſis vſq; Tri-
dentū· à Septētrione Alpes quæ Germaniā ab Italia ſeparāt· ab occaſu Lari⁹ & Ad
dua flumē· à meridie Padus. Omnē tranſpadanā regionē Thuſcos habuiſſe Sēpro-
ni⁹ inter oēs auctores cōuenire ſcribit· manētq; inquit, veſtigia, vrbs Mantua, itē la
c⁹ Hetruſca origine dictus Larius, ꝙ à patrib⁹ Vulturrenis omnia ea loca principio
poſſeſſa fuerint vſq; Veronā. De gēte Cenomanorū varia admodū tradunt ſcripto
res. Aliq auctorē eius ꝓdidere Cydnū, quē Beroſus hoc modo cōmemorat. Anno
XX. Armatritis q non⁹ Aſſyriorū rex fuit, Ligur miſit Cydnū & Eridanū cū colo-
nijs, cū fratrib⁹ & nepotib⁹, & occupauerūt Italiæ tractū vſq; ad Iſtrū. Hūc aiūt Ce
nomanos voce Schytica & Cednomanos, ſiue ꝑ ſyncreſin Cenomanos, cōdidiſſe,
Cydnū porro variarū gentiū more diuersè ꝓferri, Babylonios em̄ Cednū dicere,
Schytas Cydnū, Græcos Cycnū, Latinos Cignū, Hetruſcos aūt ſua cōſuetudine ſy-
neresin

ηǽreſin in cópoſitione facere,d, vel c, aut g, cóſonátib⁹ abiectis:ideoq; ꝙ integrú Cygnomanos vel Cycnomanos, aut Cydnomanos & Cednomanos, ꝑ ſynæreſin illos efferre Cenomanos & Cynomanos. Proinde Beroſi argumẽto innixi Cydnú hi Liguris filiú in hęc loca vbi Bergomú, Brixia, Cremona, aliaq; oppida vetuſtis nominib⁹ Schyticis appellata, veniſſe aſſerút nẽpe poſt orbẽ conditú anno MM CLVII. ab vniuerſali inundatione DI. ante Chriſti Seruatoris Natalẽ MDCCC. Auctores hui⁹ ſententiæ ſunt Ioánes Anni⁹, Ioánesq; Chryſoſtom⁹ Bergomas canonic⁹ in libro de Orobiorú & Cenomanorú originib⁹: qb⁹ ſi fides eſſe debet, ꝑci pua hercule, Cenomanorú his ſedib⁹ antiqtas intelligitur. At Polybi⁹ a diuersè ꝓdidit, eá gentẽ huc ex Gallia Thuſcis eiectis immigrauiſſe ꝙ & Liuius ꝓbat, itẽq; Trog⁹ Cenomanos hac regione multas etiá vrbes nouas cõdidiſſe referẽs, nominatimq; Bergomú Brixiá, & Tridentú vti oſtendetur. Polybi⁹ in hác ſententiá ſcribit. Cápos omnes quos Apẽnino atq; Adriatico ęquore terminari dixim⁹, olim habitauere Tyrrheni, quo tẽpore Phlegræos etiá cápos qui circa Capuá & Nolá ſunt tenebát. Cú ijs ob vicinitatẽ loci frequẽter Galli cõuerſabantur. Hi ſpecie ac fœcúditate regionis pellecti, exiguá quandam nacti occaſionẽ exercitú cóparát, factoq; in Tyrrhenos impetu finib⁹ eos expellunt. Cápos deinceps ipſi tenẽtes inter Padú atq; Alpes habitát. Laij, mox Lebetij, dehinc ingẽs Inſubrú natio, pòſt nõlõ gẽ à ripa fluminis Cenomani: loca verò mari Adriatico vicina, antiquú ex Paphlagonia gen⁹ alũt hi Veneti appellati, neq; morib. neq; ornatu corporis, ſed tãtũmodo lingua à Gallis differũt. Inter Apẽninũ rurſus & Padú primò Ananes, pòſt Boij, inde Egones, poſtremò Senones, q iuxta mare Adriaticú extremi omniú Gallorú incoluerũt. Ita Polijbi⁹. Quod apud Liuiú in cõmemoratione aduẽtus Gallorú legitur, poſt Bellouesum qui ꝑ Taurinos, ſaltusq; Iuliæ Alpis tráſcẽdit, acieq; fudit Thuſcos haud ꝓcul Ticino flumine, aliá ſubinde manũ Germanorú Elitouio duce veſtigia priorú ſecutá eodẽ ſaltu, fauẽte Bellouesõ cũ tráſcẽdiſſet Alpes, vbi nũc Brixia & Verona vrbes ſunt locos tenuiſſe, id inſigni eſſe mẽdo corruptú ſcire oportet: ꝓ Germanis enim omnino Cenomani debẽt ſcribi, queádmodú etiá Hẽric⁹ Glareanus in Liuianis caſtigationib⁹ annotauit. De Cenomanis autẽ ſcribẽs Liui⁹ cú Polybio cõuenit, itẽq; Trogo, a qui Mediolanú, Comú, Bergomú, Brixiá, Veroná, Tridentú, & Vicentiá vrbes à Gallis poſt agrũ de Thuſcis captú cõditas ꝑhibet. Iá ſi hęc à Gallis oppida cõdita, vel vti nos in tẽpore docebim⁹, inſtaurata fuere, Hetruſciq; pulſi queádmodú illi auctores cõſentiũt, qb⁹ cedo argumẽtis Cenomanos Cydni gen⁹ ea poſſediſſe credem⁹? Ego Cenomanos Gallicá fuiſse gẽtẽ cẽſeo, ſicut et Liui⁹ b diſertè ꝓbat in hæc verba ſcribẽs. Duodeuiginti millia Rõ. ſociorú nominis Latini XX. auxilia pꝛterea Cenomanorú (ea ſola in fide máſerat Gallica gẽs) his copijs cõcurſú eſt. Diu itaq; hos fines tenuiſſe Cenomanos arbitror, vti cũ è Liuij locis plurimis alijs, tum euidẽti maximè quodá diſcim⁹, c vbi Cenomanos diſertè quoq; Gallis annummerat. Hactenus de Cenomanorum origine dictum ſit ſatis: quorum limites quanquá ab oriẽte tráſ Mincium ponátur, nobis tamen nunc citeriorẽ agrum amplecti tantùm eſt viſum, ac vlteriorẽ poſtea Taruiſinæ Marchiæ cum Verona dare. Principiú itaq; particularis deſcriptionis flumen ſit Minci⁹, quod ita Strabo d, Plini⁹, e Vibiuſq; Sequeſter nominant. Effunditur ex lacu Benaco præcipua claritate, meminitq; eius etiam Virgilius, et ad Mãtuá decurrẽs eá vrbẽ inſigni ſtagno circũfundit tumq; hinc eadẽ claritate pgẽs in Padú euoluitur vti dixim⁹. In lęua oſtij caſtellú eſt Guberniú. Iuxta id Leo prim⁹

a lib. 20.
b lib. 21.
c lib. 30.
e. lib. 5.
d. lib. 3.
cap. 8.

Pontif. Rom. vir ſanctus cũ Athila Hunnorũ rege cõgreſſus eſt, vetãs ne porrò ire pergeret, iubẽſq; vtiter inſtitutũ cõuerteret aliò, qui tum imperij auctoritate per-
a.lib.15.ad hiſt.Eutro. culſus, retro vnde venerat flexit viã, vt Paulus a Diacon⁹, Blõdus, Platina, Sabellicus, alijq; multi ſcriptores tradiderũt. Suprà dein ademerſ⁹ amnis è Mãtuano lacu
b.lib.5. Formicoſia eſt mox ipſa medio ſtagni puetuſta ciuitas Mãtua, ſic à Strabone, b Pli-
c.lib.8. nioq; in decima regione, Sẽpronio, Liuio, Ptolemæoq; dicta, itẽq; Silio c cũ inqt:

Mantua mittenda certauit pube Cræmonæ.
Mantua Muſarum domus, atq; ad ſidera cantu
Euecta Andino, & Smyrnæis æmula plectris.

Primordium eius in diuerſum trahunt auctores: nonnulli ſiquidem ad Thebanos id referunt, vt Manto Tireſiæ vatis filia vrbem condiderit, quę poſt excidium Thebarum in Italiam profecta, oppidoq; hîc ædificato Mantuæ illi indiderit nomen, quò à Dijs manibus defenderetur. Quidã Agnellũ Mantus filiũ cõditorẽ tradunt, vrbemq; ab eius matre appellatam Mantuam. Alij prodiderunt oppidum hic ab Ocno Tiberini regis Thuſcorum & Mantus filio, quod Thuſci Venetiq; pariter incolebãt, primùm mœnibus conſeptum ac in aliam formam redactum, ſimulq; à matris nomine Mantuam dictum: quam ſententiã Cato confirmat, omnẽ trãſpadanum agrum ſub Alpibus antea Thuſcas habuiſſe colonias ſcribens, ab ijſq; multa loca retinere nomẽ, vti Mantua ſuo conditore Ocno Bianoro Thuſcorum
d.lib.10. Aen. rege illuſtris. Idem quoq; ſentit Sempronius, itemq; Virgilius d his verſibus.

Ille etiam patrijs agmen ciet Ocnus ab oris
Fatidicæ Mantus & Thuſci filius amnis,
Qui muros matriſq; dedit tibi Mantua nomen.
Mantua diues auis, ſed non genus omnibus vnum.
Gens illi triplex populi ſub gente quaterni.
Ipſa caput, populis Thuſcò de ſanguine vires.

Diuerſam porro his explanationẽ adhibent interpretes. Et prę cæteris ſcribit Seruius Ocnum quem etiam Bianorem poëta vocat in Bucolicis, Tiberini Thuſci regis & Mantus quæ Tireſiæ vatis Thebani filia poſt interitum patris in has terras venit, filium, vrbem hanc condidiſſe, ſimulque à matris nomine dixiſſe Mantuã eaque propter eam auis diuitem Virgilio dici: præterea his verbis, Sed non genus omnibus vnum, nihil ſignificari aliud poëtæ, quàm Mantuanos etiam à Thebanis & Venetis originem ducere quoniam ex tribus diuerſis tribubus conſtarent, quarum ſingulæ in quaternas erant diuiſæ curias, quibus ſinguli Lucumones præerant in vniuerſum duodeni nimirum communis imperij Thuſcorum exemplo: proinde XII. partibus tanquam præfecturis Mantuam fuiſſe diuiſam, quibus omnibus ſimul vnus princeps imperia dabat vt ſic ipſa Mantua Thuſcorum his in locis caput ac princeps haberetur, vtpote Thuſco de ſanguine profecta. Sic ferè Seruius, cum quo Donatus etiam & Landinus conueniunt. Sed Marius Æquicola Aluetinus hiſtoriæ Mantuanæ lingua vernacula ſcriptor, hos verſus enarrans in hanc ſententiam pergit. Intelligimus ſanè Virgilium poëtico more patriæ laudes cõdidiſſe, facta ad hiſtoriam alluſione, ac eã vti eſt ingenioſus poëta, feſtiua fabula deornaſſe, quum Ocnum ait fatidicæ Mantus & Thuſci amnis nempe Tiberis filiũ, muros nomenq; matris dediſſe Mãtuę, diuiti auis, hoc eſt pernobili ſed nõ omnib⁹ vnũ eſſe genus, triplicẽ enim gentẽ cõtinere. Sũt hę, Thebana (Põponi⁹ Mela Mãto Tireſiæ vatis filiã Thebarũ victores fugiſſe ſcribit: Diodorus Siculus

Manto

Manto filiam Iphianiæ & Anaxagoræ Megapentei filij nominat) item ex eadem
regione Veneta, præterea verò ab Ocni patre Thuſca. Sub his ſingulis populos fui
ſſe quatuor accipimus, id eſt quaternas colonias, omnium autẽ in totum XII. Mã
tuam caput habitam, potentiam & vires à Thuſco ſanguine ducentem, propter co
lonias duodenas ab Hetruſcis huc cis Apenninũ miſſas: quæ non ſolum ciſalpinæ
regionis partẽ trãſpadanã, ſed etiã Alpes Rheticas imperio tenebant, vti Iuſtinus
perhibet. Interpretes autem Virgilij Mantuã ſcribunt in tribus diuiſam fuiſſe ter-
nas: earum quamq; Curias habuiſſe quatuor, quibus ſingulis vnus Lucumo præ
erat, nos præſidem dicimus, vt horũ numerus in totum eſſet duodecim. Ego à Ser-
uio cæteriſq́; quæro cuius ex auctoritate hęc de Mantua tradant, aut vbinam repe-
terint pro gente tribum intelligi, pro populo curiam? Virgilius equidem cum res
ita tulit & tribum & gentem potuit dicere. Sic Aequicolaꝰ ſubditq́; dehinc Epiſto
la Leonardi Aretini viri doctiſsimi ad Ioãnẽ Frãciſcũ Gonzagã de Mãtuæ vrbis
gine ſcriptã, quæ nobis quoq; ne quiſq̃ ſua laude fruſtretur, omittẽda haud eſt
. Eius pars hac ferè ſententiã perſcripta eſt. Iã primũ conſtat Thuſcos diu ante
Troianũ è Lydia profectos eam Italiæ partẽ tenuiſſe, quæ inter Apẽninũ &
erũ mare eſt, amnibusq́; Tiberiꝰ & Macra cõcluditur. Regioni nomẽ Tyrrhenię
tu ab gentis rege Tyrrheno. Ea populis erat diuiſa duodenis, quia ſub totidem
bꝰ è Lydia coloni emigrauerãt: quamobrẽ & à Græcis Dodecapoli, à Latinis
odeni populi dicti Hetruſci. Regia poteſtate aliquandiu habiti, cum deinde re-
gnum videri graue cœpit, eò deuentũ eſt vt gentes ſingulę ſingulos Lucumones,
id agiſtratꝰ erat nomẽ, crearẽt, q̧ conſilio cõmuni omnẽ Hetruriã regerẽt. His ex
uni populorũ voluntate rẽpublicã gerẽtibꝰ, in tantũ Hetruſci opibus ac potẽ
a multitudineq́; creuerũt, vt mox intra ſuos fines ſe nõ continuerint. Effuſi itaq́;
o cis Apenninũ per inferiorẽ Italiæ partẽ vſq; ad mare Siculũ: dein trãs Apen
i quoq; iuga vſq; ad Alpes tenuere. Seq̃tur hinc Tyrrhenos à ſacrifico ritu ſua
ngua Thuſcos vocatos, colonias trãs Apenninũ XII. miſiſſe, quarũ ſola Plinij æ-
te Mãtua ſuperfuit: ideoq́; ambigi haud oportere, quin à Thuſcis cõdita illa ſit.
mat id quoq; Seruiꝰ, Mãtuanorũ originẽ ad Thuſcos referẽs. Sed auctorẽ Mã
& quo tẽpore cõdita vrbs ſit ſolus tradit Virgiliꝰ: quẽ luculentiſsimũ vtiq; te-
ic accipimꝰ dũ poëtã eſſe recordemur. Nec tamẽ ambigitur vrbis primordia
tis ad minꝰ annis Roma eſſe antiqora, Mediolano ampliꝰ CCCCL. Cremo-
Placẽtiaq́; plus DCCC: quę duę vrbes à Romanis poſt bellũ Punicũ ſecũdũ æ-
catę. Princeps & caput ędificandæ Mãtuę vir diuinarũ rerũ ſciẽtia lõge clariſ-
mus fuit Ocnus, quem more poëtico Virgilius amnis Thuſci & fatidicæ Mãtus
canit. Aeneã etiã cũ Turni ac Rutilorũ p̃meretur bello, ab Thuſcis auxilia pe
ſe, tũq; Mãtuã vti ex illis ortã, auxiliũ ei miſiſſe dicẽs. Similiter & Ocnũ vrbi no
mẽ murosq́; dediſſe fictio eſt, vti filiũ eũ amnis Thuſci eſſe: & Mantꝰ fatidicę filiũ
vocat ob diuinationis ſciẽtiã: diuinationẽ enim Græci μαντείαν dicũt: q̃ artẽ in He
ria p̃cipuè viguiſſe Marcꝰ Tulliꝰ & Lucanꝰ teſtes ſunt. Itaq; præſtantẽ hac diſci
plina Ocnũ Mantus filiũ poëtarũ more maximꝰ poëta facit: aitq́; à matre, hoc eſt
a ſciẽtia, vrbẽ denominaſſe. Muros & nomen dare nil aliud eſt quàm vrbẽ conde-
re. Primos cõditores nõ vno fuiſſe genere, ſed triplici ait, id eſt gentẽ triplicẽ: gẽtes
deinde ſingulas in populos quaternos diuidit: ij tribꝰ ſunt, vt ex duodenis tribub.
vrbs cõſtaret tota, quas ſuo more Virgiliꝰ appellat populos. Omniũ caput erat ip-
Mãtua. Qui Thuſcos vnà cum Gallis & Venetis primos fuiſſe colonos dicunt,
haud

haud ſanè mihi ſatisfaciunt, quoniã eo tempore quod à Virgilio memoratur, Galli adhuc in Italiam nondum venerant. Vtcunq; ſit, Mantuam cõdidere Thuſci: nec repugnat quiſquã præter Dantem, idque magis eo miror, quòd cum Thuſcus ipſe ſit, æmulusq; Virgilij, nec tamen legerit aut annotauerit ſaltem Mantuanorũ ſuorũ originem à Thuſcis deducere Virgilium, ſed tanquã ignarus omnium aliã originẽ aſsignet. Haud ignoro quid de Tireſia ſcriptores prodiderint: ſed iſta puerorũ deliramẽta non quæro, nec an ſatis pudica ſint ſcio. A Dante Manto nominatur virgo, à Virgilio mater. Ineptum mihi videtur credere mulierẽ fuiſſe Mãto & cũ ſeruis in paludes diſceſsiſſe, ab omni humano conſortio remotã. Sic ferè Aretinus, ac deinceps ad ſuæ gentis Hetruſcę laudes digrediens, ijs epiſtolã claudit, datam Florentiæ VI. Cal. Iunij MCCCCXVIII. poſt C.N. anno. Subnectit Æquicola Dantis verſus tali ſententia.

Iter hác agens virginem crudam
  Vidi, vrbem medio in cœno poſitam
  Sine colonis, habitatoribus vaſtatam.
Ibi congreſſus humani planè vitandi cauſa
  Reſtitit cum ſeruis, artes ſuas colens;
  Et vixit, & corpus exanime reliquit:
Populi dein qui circumiectos agros tenebant
  In eum locum confluxere munitum
  Propter circumfuſum vndique cœnum.
Quodque vrbs oſsibus illis defunctorũ inſideat,
  Et propter eam quẽ prima ſibi locum delegit,
  Mantua dicta, nec aliud primordium fuit.

Beneuenutus Imolanus Comœdiarũ Dãtis vetuſtus interpres, Thebanum bellũ à Papinio Statio deſcriptum hîc memorat: quo cum Manto Tireſiæ filia patriæ cladem maximã vidiſſet inductã, in Italiã profugerit. Sed huic rei quoniã ad inſtitutũ non pertinet noſtrũ, cõtradicere iã haud libet, quanq; ex auctoritate Pauſaniæ rectè poſſemus. Eo magis autẽ hîc taceo, quòd idem alij quoq; ſcripſere crederemq; cũ hoc interprete, nimirũ Dantẽ Mantuã appellare virginẽ crudam, veluti marito ac hominũ cõſortio carentẽ. Planè ſi quis multiiugæ ſcriptione nunq̃ erret, eum in Dijs habẽdum equidem putaremus. Ioãnes Boccatius ſcriptor copioſiſsimus in
a.lib.7. cap.51. Genealogijs,a Ceteon ait filium fuiſſe Mãtus: at hoc apertè allucinatꝰ eſt: quippe quod Virgilius duabus vocibus, Ciet Ocnus, dixit, ille coniunctim Ceteon legit. Hactenus Æquicola, cũ aliorũ vti apparuit, tũ Aretini auctoritate ſubnixus. Mihi Virgilianos verſus ex Annij lucubrationibꝰ explanare magis placet: cauſam tamẽ profectionis Mantus filię Tireſiæ vatis à Thebis, breuiter præmittendã ratus ſum. Statiꝰ prodit Eteocle ac Polynice filijs Oedipi Thebanorũ regis de imperij poſſeſſione armis inter ſe certãtibus, Achæos copijs ad Thebas adductis, vrbem diu obſeſſam tandemq; captam excidiſſe, ante bellum Troianum annis fere LX. quamobrẽ Manto vatẽ ab euerſa patria profugã in Italiam veniſſe, cumq; Tiberino rege Thuſcorũ congreſsã illi filiũ peperiſſe Ocnũ: quocirca Virgiliꝰ ait: Ille etiã patrijs agmẽ ciet Ocnꝰ ab oris, Fatidicæ Mãtꝰ & Thuſci filiꝰ annis. Demõſtrat porro hoc tanquã cõmento poëta, quum amnis Thuſci qui Tiberis, filium Ocnum dicit, eius patrem Tiberinum Thuſcum. Ocnus autem poſtea Larthes prægrauãte hominũ multitudine Hetruriam exonerandã cenſens, trans Apenninũ & Padum ingentes

copias ſuorũ alioſq́;vnà populos ad nouas ſedes quærẽdas eduxit,ac ciuitates ali-
quot condidit, inter cæteras Mantuam à nomine matris nuncupatã. Et ſcriptores
omnes præter Aretinũ in hoc didicimꝰ cõſentire, Mantuã ab Tireſię vatis filia de-
nominatã,quę Manto vt diximus. Ocnus igitur ædificata Mantua,reipublicę for
mã in ea exemplo cõmunis imperij Thuſcorũ,ipſamq́; cæterarũ huius regionis vr
biũ caput & principẽ inſtituit,quòd nõ ſolũ opibꝰ præſtaret,ſed etiã auctorũ nobi
litate,qui à Thebanis & Hetruſcis regibꝰ originẽ habuere·quamobrem ait Virgi
lius: Mantua diues auis. Eminuero diſsimilitudo inter Mantuanã rempub.& He-
truſcorum regnum hæc erat,quòd Mantua quanquam ab nobiliſsimis auctoribꝰ
orta, nẽpe Thebanis, Venetis,& Thuſcis, qui primi fuere coloni vt Seruius alijq́;
ſcriptores tradunt, tamen ex gentes diuerſarũ nationum fuerint: Thebani quippe
ab alijs oriundi erant·ſic & Veneti, nimirũ à Paphlagonibꝰ, aut vt aliqui volunt, à
Phaetonte, vel etiam à Troianis, vti in tempore docebimus, Thuſci autẽ ex Iano
ſicut in Hetruria dictum eſt: qua de cauſa dixit Virgilius : Sed non genus omnibꝰ
vnũ. At quemadmodũ Hetruſci in tres gẽtes erant diuiſi, maritimã, tranſcyminã,
ciſcyminã, vti in eorũ regione docuimꝰ·& ex vnaquaq́; populi quaterni in vniuer
ſum duodeni in Vulturnæ ſano Hetruriæ gubernaculis præſidebãt,ſinguliſq; po-
pulis rex Lucumo, illis omnibꝰ numero duodenis vnus Larthes velut antiſtes prę
erat, ſic Mantua tres etiam habebat gentes, Hetruſcam, Venetam,& priſcam indi-
genam· eæq́; ſingulæ in tribus quaternas tanquam populos erant diſtributæ, vt in
totum tribus duodenæ eſſent, ex quibus vna princeps in Curia tanquam Larthes
pręſidebat ex ſolis Thuſcis, quoniam ut Acron auctor eſt, Hetruſcorũ ea lex & cõ
ſuetudo fuit, vt ad imperij præfecturã aſpirare nemo poſſet, niſi ab Hetruſca, vel vt
Fabius adijcit, ex eorũ vernili ſtirpe fuiſſet natus. Hæc nimirũ ſentit Virgilius cũ
loquit: Gens illi triplex, populi ſub gente quaterni, Ipſa caput populis, Thuſco de
ſanguine vires. Quemadmodum autem ciuitas Etruria metropolis & caput om-
nium Thuſcorum fuit, ſic curia Mãtuani Senatus ad rationem totius vrbis caput
ac princeps habebatur. Ita demum nobis Virgiliani verſus videntur explanati. De
tempore conditæ Mantuæ ſcriptores variãt. Aretinus in epiſtola quã ſuprà retuli-
mus, ante Romã vt minimũ trecentis annis ędificatam ait, ante Mediolanum plus
CCCC. ante Cremonam & Placentiam amplius DCCC. poſtremaſq́; has vrbes
duas à Romanis poſt bellum Punicum ſecundum dicit conditas. At vt hoc obiter
inferamus cõmemorationi temporũ, equidẽ haud ſatis de tanto viro mirari poſ-
ſimus eũ Placentiã & Cremonã vrbes à Romanis poſt bellũ Punicum alterũ con
ditas tradere, cũ permultis in locis earũ mentionẽ Liuius vti antiquiorẽ Anniba-
lis in Italiam aduentu faciat, maximè colonias deductas perhibẽs agro de Gallis
capto, & quidẽ de Boijs, vti idẽ alibi *a* ſignificat. Scripſit autẽ in hãc ſententiã, quẽ *a.lib. 21.*
admodũ Florꝰ refert in Epitomatis. *b* Colonię deductę ſunt in agro à Gallis capto *b.lib. 20.*
Placẽtia & Cremona. Itẽ alio *c* in loco narrationẽ facit talẽ. Interim nihil vltra q̃ *c.lib.21.*
Iberũ tranſiſſe Annibalẽ à Maſsiliẽſium legatis perlatũ erat Romã, cum ꝑinde ac
si Alpes iã trãſiſſet, Boij ſolicitatis Inſubribꝰ defecerũt: neq́; tã ob veteres imperij
iras, quã quòd nuper circa Padũ Placẽtiã Cremonãq́; colonias in agrũ Gallicũ de
ductas ægrè patiebãtur. Itaq́; armis repẽte arreptis in eũ ipſum agrũ impetu facto
tantũ terroris ac tumultus fecerunt, vt non agreſtis modo multitudo, ſed ipſi Tri-
umuiri Romani, qui ad agrũ venerãt aſsignandũ, diffiſi Placẽtiæ mœnibꝰ Mutinã
cõfugerint. Sæpe ꝑterea libro eodẽ Placentiã memorat Liuiꝰ, maximè poſt clades
Romano-

Romanorum ab Annibale acceptas ad Ticinum & Trebiā ac alibi· inſuper cum obſeſſam ab Annibale refert. Quibus argumentis Aretinus in errore verſari deprehenditur, cum Placentiam & Cremonam poſt bellum Punicum ſecundum ædificatas ſcribit: nec enim illis tēporib. vel conditæ vel etiā coloniæ deductæ fuerunt, vti ex Liuio clarè diſcimus. Hæc hactenus. De Mātuæ principio vt ab diuerticulo redeamus ad rem, nos hæc adferimus. Vrbem ante bellū Troianum annis LX conditam reperio, temporum huiuſmodi ſupputatione. Thebis Oedipus regnauit quo tēpore Hieroſolymis Abimelechus Iudex. Troia euerſa eſt quarto anno regni Abdonis Iudicis: & inter vltimum Abimelechi annum vſque ad Abdonis tertium, medij fuere LX. Iam Troiæ excidium vrbem Romam annis CCCC XXXI. anteceſsit, vti D. Hieronymus teſtatur: Romam conditam à Romulo DC CLII. ante Chriſti Seruatoris natalem auctor eſt Oroſius: itaq; non comprehenſo eo tempore, quod ab interitu Thebarum quo Mantua recentior, vſq; ad excidiū Troiæ interfluxit, exactè ſumma collecta Mantuam ante C.N. annis MCLXXX III. conditam apparebit. In Mileti tamen Chroniciſ traditur ædificatam poſt natū Abrahamum annis DXXX. qui ante vrbem Romam conditam ferè D CLXX ſunt: Abrahamum autem vrbe Roma MCC annis ſuperiorem fuiſſe D. Augustinus a perhibet: ex qua ſumma ſi DXXX. demamus, qui natalē Abrahami nimirum & initia Mantuæ interceſſere, dein DCLXX. ſumamus, quibus Mantua Romæ antiquior, additis DCCLII. qui ab vrbe Roma condita vſq; ad Chriſti N. vt Oroſius tradit, medij fuere, Mantuam antè C.N. annis MCCCCXXII. ædificatā cōſequetur. Et quidē extra cōtrouerſiā eſt quin antiquiſsima nobiliſsimaq; origo Mantuæ ſit, vtpote quæ ab Ocno condita ſicuti prædictū. Itaq; ab initio Thuſci qui auctores fuerant, rerum in ea potiti ſunt: ab his autem ad imperium Gallorum deuenit, quum illi in Italiā ab Arunte Cluſino acciti in vltionem ſtupratæ ab Lucumone vxoris, circa Tarquiniū Priſcū CC. ante Romā crematā annis, poſt ætatem auream paulo minus MD. Hetruſcos ſenſim tranſpadana primùm regione, poſt etiam Ciſpadana pepulere· ex qua tum Rhetus gentem reliquam Thuſcorum vltra Padum in agrum Rheticum qui nunc vocatur, eduxit, vt Cato, Polybiusq́, alijq́ue ſcriptores perhibent. Itaque poſt Hetruriam Galli hîc dominati ſunt à quibus Tranſpadanæ Ciſpadanæq; Galliæ nomina: quia verò Cenomani ex vltimis Galliæ tranſalpinæ finibus profecti, has erant ſortiti ſedes, Cenomanorum nomen hîc remanſit. De Gallis dein agrum hūc cepere Romani· de ijs inclinata re Romana Gothi atque Longobardi: ſed his expulſis Imperatorum Cęſarum poteſtas redijt: qua rurſum labāte, cum totius Italiæ ciuitates ſub nomine Romani imperij pro liberis ſe gererent, eodē Reipub. ſtatu Mantua fuit, donec ab Othone II. Imper. Thedaldo Comiti Canoſſano propter officia patris eius Actij erga Romanum imperium ſingularia donaretur. Succeſsit in dominatu Thedaldo Bonifacius filius· qui cū abſq; liberis maribus obijſſet, Beatrix vxor præfuit· ac poſtea Mathildis filia perilluſtris mulier. Illi imperium huius vrbis Henricū III. Imper. Aug. eripuiſſe ſcribit Aequicola: ſed in Germaniā reuerſo Imperatore cum ſuā ſibi poteſtatē Mantuani rurſum arripuiſſent, ea tandiu potiti ſunt, donec à Mathilde Comite vehemēter & perarctè obſeſsi reb· ſuis diffidētes volūtariā deditionē fecerūt, pridie Cal. Nouemb. anno à C. N. MCXIIII. poſt vſurpatā libertatē XXIIII. Mathilde tamen anno ſe quēti intercepta fatis, ſub nomine Romani imperij viciſsim in ſuo eſſe iure cœperūt. Ea ciuitatis forma dein ad annū à C.N. MCCXX. durauit vt Vola-

a lib. 18. de ciuit. Dei.

vt Volaterranus a & Æquicola perhibent: tum enim dominatum occupauit Sordellus ex Vicecometibus Goitinis vir ſtrenuus & prudens, qui primus omnium poſt Mathildem Comitem Mantuæ princeps fuit. Nihil de eo reperimus aliud, q̃ quòd Actiolino Romanino crudeli tyrranno vrbis imperium affectanti armis impigre reſtiterit, quanquã eidem ſanguine eſſet iunctus. Defuncto Sordello poſt C. N. MCCLXXIIII. anno quemadmodũ Æquicola ſcribit, ex primoribus duo tanquam Tribuni plebis creati, Pinamontes Bonacolſius & Othonellus Zenacallus vir bonus ac prudens, quem prior occupandæ tyrannidis conſilio tollendum curauit. Ita Pinamontes dominatum magno populi fauore duodeuiginti annis exercuit, animoq́; iam tum etiam longè maiora complexus, fatis interceptus eſt anno à C.N. MCCLXXXIX. Succeſsit illi Bardelonus Bonacolſius omnium omnino virtutum expers homo, inſolens, amens, imperitus, arrogans, animi abiectiſſimi, ſuſpicioſus, adulationibus patens. Amariſsimum vocat Platina, crudelem Aliprandus. Tulit hanc beſtiam vrbs annum vnum vt Æquicola ſcribit, vt Platina quinq;, populuſq; Botigellæ Bonacolſij viri magnanimi armis tyrrannide deturbatum cum Thoma fratre fugientem conuicijs & clamore inſecutus eſt. Extremum itaq́; diem exul Patauij finiuit, Thomas frater Ferrariæ. Principatum inde Botigella vir ingenio manuq́; promptus, & virtutibus clarus ſumma ciuitatis voluntate gratiaq́; retinuit: qui & ædificia nobilia permulta condidit, & maximam armorum vſu gloriã eſt cõſecutus. Moriens anno poſt C.N. MCCCVIII. Paſſarinum fratrem ſummi animi virum ſucceſſorem habuit. Is Mantuano imperio non contentus, oppida complura ditioni ſuæ ſubiunxit cum vrbe Mutina, quam illi Franciſchinum Picum Mirandulanum anno à C.N. MCCCXIX. conceſsiſſe dictum ſuprà eſt. Occiſus tandem poſt multa præclarè geſta medio in foro à Ludouico Gonzaga, vel vt alij ſcribunt, à militibus Guidonis & Feltrini Gonzagarum Ludouici filiorum, captuſq́; Franciſcus filius cum liberis, itemq; Butironus frater Paſſarini in carcerem coniectus, & poſtea Nicolao Pico Franciſchini filio deditus: à quo in vltionem paternæ cædis à Paſſarino fratre perpetratæ crudeliter peremptus eſt vt Corius & Aequicola prodiderunt. Itaq́; Bonacolſiorum tyrannis Mantuæ LV. ferme anno concidit. Paſſarinus modica planè corporis ſtatura, cæterùm ingenio vir callidiſsimo fuit: poſt cuius exceſſum ad reipub. gubernationem populi volũtate Ludouicus Gonzaga Guidonis filius acceſsit, anno à C. N. MCCCXXVIII. Multis autem ſeculis antè nobilis hæc gens Mantuæ conſederat, vt Volaterranus & item Aequicola ſcribit, auctorẽ habuiſſe Germanum quendam circa Longobardorum in Italia regnum Gonzagam perhibens: quem tamẽ Volaterranus Ludouicum nominat: idq; fortaſſe nomen fuit viri, cognomẽ Gonzaga. Sed vtcũq; hoc ſe habeat, Ludouicus Guidonis filius egregijs virtutibus polluit, liberalis, animoſus, & rerum geſtarum gloria nobilis. Tertiam vxorem duxit. Ex prima Guidonem, Philippum & Feltrinum, ex altera Corradum, Albertũ & Federicum, totidẽ ex vltima quæ Malaſpinæ gentis erat, nempe Azonem, Iacobum & Iannem filios procreauit. Decedens anno ætatis ſupra XC. à C.N. MCCCLX. XIX. Cal. Febr. Guidonẽ in Principatu hæredem reliquit vt Volaterranus & Aequicola tradunt, quanquam Philippinum alij dicant. Guido quietis ſtudioſus, modeſtus, religioſus, & mirificè fidus fuit: diem ſupremum expleuit anno à C. N. MCCCLXIX. trium filiorum pater, quorum maximum natu Vgolinum ipſo adhuc viuo, quòd vnà Rempu. gereret, minores Franciſcus & Ludouicus interfecere.

a. lib. 4. c. v.

EE e

terfecere. Sed & Franciſcus ante patrẽ ſine liberis deceſsit·ideoq́; Ludouicus poſt illum Mantuæ Capitaneus dominusq́;, & Vicarius Imperij Romani perpetuus annis XII. fuit·defunctus fatis à C.N. MCCCLXXXII. anno. Succeſsit Ludouico Franciſcus filius annos natus XIII. Is ab armorum ſtudio ſummam commendationem atq; gloriam conſecutus eſt, & Principatum ſibi egregiè contra Ioannẽ Galeatiũ Vicecomitem primùm Mediolani Ducem conſeruauit. Huius tempore Galeatius Gonzaga virtutis, animorum, & fortitudinis Italicæ gẽtis inſigne documentum Gallis præbuit, Bucicaldo Gallo Genuenſium Prorege ingentis ac immodicæ ſtaturę viriũq́; prodigioſæ firmitatis homine per ſingulare certamen ſuperato, quemadmodum Blondus, Sabellicus & Aequicola prodiderunt. Exceſsit Franciſcus anno ætatis X L I. à C.N. MCCCCVII. Id. Martij. Poggius ſapientẽ virum & inclyta auctoritate, peritiſsimum hiſtoriarum, doctorum & ingeniorũ amantem, priſcæ gloriæ admiratorem, in congreſsibus ſuauem, facetum, liberalẽ, in honoribus ſplendidiſsimum ſcribit fuiſſe. Succeſſorem habuit Ioannem Franciſcum filium annos natum XII. quem Sigiſmundus Imperator Auguſtus Marchionem dixit, vti inſcriptio turris Horologij Curiæ verſus plateã patens indicat, vbi marmor hac ſententia legitur. XIX. Cal. Septemb. Mantuæ principatum fortiſsimè cepit Ludouicus Gonzaga abauus illuſtris Marchionis Franciſci Gonzagæ, qui in principatu ſucceſsit die VII. Id. Martij. anno poſt C.N. MCCCCVII. natus annos XI. Men. IX. Dies IX. Hũc X. Cal. Octob. MCCCCXXXIII. à C.N. anno Sereniſsimus Sigiſmundus quartus ſuis manibus & ore Marchionem Mantuæ deſignauit in magnificentiſsimo tribunali, in foro D. Petri Mantuæ, conceſsis inſignibus aquilæ nigræ albo in campo cum rubente cruce. Vxorem habuit lectiſsimam fœminam, religione, ſapientia, pudicitia, literisq́; decoratam Paulam Malateſtam, ab omnibus illorum temporum ſcriptoribus ob ſingulares virtutes mirificè laudatam. Obijt rerum geſtarum clarus IX. Cal. Octob. anno poſt C. N. MCCCCXLIIII. ætatis ſuæ LIIII. mẽſe tertio. die XXIII. principatu quatuor filijs ſuperſtitibus diuiſo: nam Ludouico maximo natu Mãtuam, Marcheriam, Goitum, omniaq́; ad Veronam verſus ſita tribuit, Carolo Regiolum, Gonzagam, Luzariã Inſulam, Ripariolum, Bozolum, Sanmartinum, Sabulonetam, Gaciolum, Viadanam, Suzariam & palatium vrbis in foro D. Petri vbi turris, Alexandro domum ei palatio contiguam, Canetum, Rodondiſcum, Marcanam, Caſtellum Ziphræũ, Medolas, Caſtilionem Stiuerorum, & Oſtianum, Ioanni Lucido in Eccleſiaſtica dignitate locato Rhodigium, Voltam, Caprianam, Cereſariam, Plubecam, & Caſtellarium. Aequicola ſcribit Alexandrum à Platina ſanctum vocari· & Volaterranum qui monachum dixerit, errare, quoniam vxorem habuiſſe Comitis Vrbinatis filiá legatur. Poſſet Aequicolæ reſponderi, quin primò maritus fuerit, ac vxore mortua religioni ſeſe dediderit vetare nihil. Poſt Ioannem Franciſcum Ludouicus principatum geſsit annis XXXII. multaq́; pereximiè fecit. Diu cum fratre dimicauit Carolo, ad extremum tamen victor. Fato conceſsit apud Goitum ſumma cum laude actæ vitæ, natus annos LX. poſt C. N. MCCCCLXXVIII. prid. Id. Iunij. Vir fuit illuſtri gratia, liberalis, affabilis, & vt homo militaris, eloquẽtiſsimus atque religioſiſsimus. Aedificauit in vrbe multa magnificè, & ædis D. Sebaſtiani iecit fundamenta, itemque ſumptuoſiſsimi templi D. Andreæ: horologium abſoluit artificioſiſsimum· inſuper & foſſam à Goito ad Mapellum perduxit, qua Mincij pars in prata trahitur irrigua. Fridericum III. Imper. Aug. vnaque Daciæ regem

hoſpitio

hoſpitio ſplendidiſsimè habuit. Liberos ex Barbara vxore quinque reliquit,
inter quatuor minores hoc modo diſtributo principatu. Franciſco Cardinali &
Ioanni Franciſco ſimul inuicem ſibi ſubſtitutis ex agro Cremonenſi Viadanam,
Sabulonetam, Ripariolum, Bozolum, Sammartinum, Gaciolum, Doſiolum &
Inſulam dedit, Rudulpho & Ludouico item inter ſe mutuo ſubſtitutis Canetum,
Oſtianum Caſtellum, Ziphræum, Caſtilionem Stiuerorum, Rodondiſcum &
Sulphurinũ: cuius poſtremi arcem in Federici poteſtate eſſe voluit, cui vtpote natu
maximo Principatus Mantuæ obuenit. Is & bello & pace multa ſapienter egre-
gieq́; geſsit. Tanta in ſuos ciues beneuolẽtia fuit, vt re ſua familiari pecuniaq́; mu
tua præter vllam compendij fructuſue ſpem eos iuuaret, qui modo naui homines
& ad mercaturam apti viderentur. Plurimas in vrbe artes opificiaq́; cupiebat exer
ceri: deſidiam & otium ante omnia deteſtabatur. Ingenia ſuorum temporũ huma
nitate, liberalitate, gratiaq́; magna fouit: hoſpites præcipuis honorib9 habuit. O-
mnium conſiliorum arbitrũ Franciſcũ Siccum fecit: negotijs ciuilibus Euſebius
Malateſta præerat, Franciſcus militaribus. In actionibus priuatis intimum Mala-
teſtam, in publicis adminiſtratorem Siccũ habebat. Malateſtã amore, Siccũ hono
ribus proſequebatur: quamobrẽ inter eos odia ſimultatesq́; verſabantur. Obijt tã
eximius princeps anno poſt C.N. MCCCCLXXXIIII. III. Id. Iulij, liberis marib9
ex Margarita vxore Bauariæ Ducis filia tribus relictis, Franciſco, Sigiſmundo qui
poſtea Cardinalis, & Ioanne: quorum prior Franciſcus annos natus IIXX. defun
cto patri ſucceſsit, principat9 inſignib9 captis anno à C.N. MCCCCLXXXIIII.
IX. Cal. Aug. Solẽnia hæc fuere. Matutino tempore in foro pro caſtello in ciuium
adſtãtium præſentia virgam ab Magiſtro populus ſumebat, quam manu gerens, in
de ad D. Petri ſacris adfuturus incedebat. Decorem illi vultus atq; dignitatem cũ
grauitate ſerena, maieſtateq́; gratioſa, magnos oculos & hilaritatis indices tribue
rat natura. Primus omniũ Italię regulorũ barbam perpetuò aluit. Diſciplinæ mi-
litari ſtudioſiſsimè vacauit: quamobrem non ſolum apud Italiæ magnates ſum-
mum exiſtimationis gradum tenuit, ſed etiam apud Maximilianum Imp. Aug. &
Ludouicum XII. Francorum regem itemq́; Venetos. Et profectò niſi longiſsimè
fortitudinem viri, dexteritatemq́; & peritiam armorum, item liberalitatem erga
ſuos ciues ac milites, erga hoſpites magnificentiam, amorem erga ciuitatem com-
memorare haud poſſemus. Vxorem duxit Iſabellam Herculis primi Ateſtini Fer-
rarienſium ſecundi Ducis filiam, maximi profectò ingenij mulierem: ex qua libe
ros mares tres, fœminas totidẽ ſuſcepit: filij fuere Federicus, Hercules qui poſtea
Cardinalis, & Ferdinandus: filiæ Eleonora, pudicitia, prudentia fideq́; ſingulari
mulier, Franciſco Mariæ Roboreo Præfecto vrbis Romæ ac Duci Vrbinati Do-
minoque Piſauri nuptum data, Hippolyta virgo D. Catharinæ prædicatorum in-
ſtituti, & Paula virgo D. Claræ ſodalitatis Minorum, ambæ rara caſtitate ac pru-
dentia. Poſt inſignem rerum egregiè bello geſtarum gloriam ſupremum diem fini
uit anno à C.N. MDXIX. IIII. Cal. Apr. Eximias eius animi corporisq́; dotes Ba-
ptiſta Carmelita Mantuanus, poëta ſummus abundè perſcripſit, itemq́; Matthæus
Bandellus ordinis prędicatorum monachus orator eximius, in oratione quam co
ram Federico filio totaque ciuitate in iuſtis anniuerſarijs habuit. Filius Federicus
ſucceſsit anno ætatis IIXX. menſe X. qui III. Non. Apr. canditatus tota ciuium
multitudine cum inſigni habitu comitante, ſolenni ritu ſceptrum imperij ſum-
pſit in porta templi cathedralis, vbi tum plurimis equitibus creatis vrbem inde

obiuit·moxq; ſimul veſte mutata lugubrem ſumpſit, ſimul patri magnificentiſsimas inſtituit exequias. Nulla re patri inferior commendatione militaris virtutis fuit·quamobrem Eccleſiæ Romanæ copiarum præfecturam à Leone X. Pontif. ætate adhuc prima habuit, itemq; à Florentinis: ſemper autem inſignem militaris fortitudinis ac ſcientiæ laudem tulit. Carolum V. Imper. Aug. poſtquam is auguſtalem coronam ab Clemente VII. Pontif. Bononiæ ceperat, ſplendidiſsimè habuit hoſpitio: à quo Dux Mantuanus anno pòſt C.N. MDXXX. dictus, cum anno inſequēti Margarita Gulielmi Paleologi Montisferrati Marchionis filiam duxit vxorem cum dote illius Marchionatus. Obijt anno ætatis XL. à C. N. MDXL. menſe Iunio, relictis tribus filijs, vna filia, prægnanteq; coniuge. Filij fuere Franciſcus, Gulielmus ſacris inauguratus, Ludouicus, & Fridericus poſthumus. Aedificauit quædam permagnificè, præcipueque nobiliſsimam ac ornatiſsimam villam Team, ſuburbanam. Eo defuncto Franciſcus filius puer annorum VII. vel circiter ſolennia principatus cepit, deductus per vrbem à populi Magiſtro ac ipſa ciuium multitudine Ducali ornatus habitu·ſceptrumq; manu ferens·ſub quo nūc Mantua quieſcit, Rempublicam gerente Hercule patruo Cardinale viro cum prudente, tum erudito ac inclytæ religionis. Hæc Mantuanorum Principum vſq; in præſens ſeries: quod ſi cui ampliora de rebus geſtis illorum cognoſcere libebit, abundè Blondus, Sabellicus, Corius, Aequicola, Carmelita, Franciſci Vigilij ac Bandelli funebres laudationes Franciſci Marchionis, aliæq; multæ orationes recitatæ & ſcriptæ edita Mantuanorum de Gonzagis, ſatisfacient. Vrbs vt ad eam reuertamur, in medio paludium poſita eſt, quas Mincius amnis creat·vt adeo munitiſsimum ſi vlla Italiæ ciuitas, obtineat ſitum. Ampla ſplendideq; ædificata eſt, & multis ſumptuoſiſsimus ædibus ornata, inter quas eximiū prætorium Andreæ Mantegnæ nobiliſsimis picturis decoratum: vbi ſeptem non modicæ tabulæ cernuntur, quibus triumphus Cæſaris tam excellenti arte eſt expreſſus, vt inter celeberrima præclariſsimaq; ſummorum pictorū opera meritò cenſeri queant. Splendidiſsima in Curia Senatus pernobilis ille locus eſt quem Cryptam vocant, rebus pretioſiſsimis confertus expletusq; ab Iſabella Franciſci Marchionis vltimi vxore. Multa hic antiquitatis monumenta ſingularia, multa ſigna mirabilia cernere eſt. Inter cætera duo Cupidines ſunt, vetuſtus vnus, alter recens: hunc ſi priùs videas, opus admirabile iudicaueris·ſi cum primo conferas, tantùm differre videbitur, quantum ab viuo animal exanime. Cum maximo etiam gemmarum & pretioſiſsimorum vaſorum ex auro argentoq; numero cornu inſigne cernitur monocerotis præcipua proceritate mirabile, paulum tamen ad extremum caput arroſum. Sunt etiam in hac regia ſingulari artificio noſtris temporibus organa facta ſolido ex alabaſtro, peringenti ſumptu, quibus ego cani aptiſsimè ac ſuauiſsimè audiui. Præterea quoque multę ſunt vrbe tota permagnificæ domus, ædesq; ſacræ viri cum ad literas, tum ad arma, mercaturam, aliaque negotia prompti aptique. Ciuitas omnibus rebus ad vſum humanæ vitæ cumprimis affluit. Memoriam eius plurimi hiſtorici ac poetæ celebrant, nominatim Ouidius, Statius, Martialis, Silius. Maximam ſub Triumuiratu cladem tulit, Cremona victoribus diripienda conceſſa. propter cuius vicinitatem vnà magnam agri ſui partem amiſit: quamobrem inquit Virgilius: Mantua veh miſeræ nimium vicina Cremonæ. Blondus etiam direptam tradit ab Athila, item ab Gothis & Longobardis, nimirum ab Agilpho vt Paulus a Diaconus ſcripſit. Alij peſsimè habitam à Cancano Bauarorum rege ac

a lib. 4. hiſt. Lōgo.

rege ac Vandalis & Alanis perhibent. Aequicola mirum ſibi de Athila videri dicit, quòd nec in hiſtorijs, nec alibi Blondus id tradiderit: neque nos eum abſque ratione moueri putamus, quandoquidem Athilam ad Gouernum iuxta Mintij oſtium ab Leone primo Pontif. Max. conuentum non vltrà proceſsiſſe, ſed in Pannoniam retro flexiſſe iter legitur vti prædiximus. Nec dirutam à Cancano Mantuam credi poſſe videtur, quum is agrum Foriiulij non exceſserit vti poſtea demonſtrabimus: quanquam Agilulphus Sclauorum auxilijs quæ Cancanus Bauarorum rex miſerat, eam vaſtauerit vti dictum eſt. Conuentum hic Pius II. Pontif. Max. legationum Chriſtiani orbis Principum habuit, quo contra Turcas expeditio decreta. Sub Iulio II. quoque Pontif. legati orbis Chriſtianæ hîc coiuerunt, vt de totius Chriſtianæ reipublicæ ſumma deliberarent. Mantuam Facius [a] hac ſententia commemorauit. a. lib. 3. Cant.

Fuimus in vrbe quam ſi conſideres
Condidiſſe Manto dicitur, Virgilius illuſtrat,
Clauſa Pado, Mintio, plurimisq; riuis.
Longini hîc corpus ſitum eſt
In D. Andreæ, magnisq; honoribus
Feſtum eius agitur, & adoratur,
Dignitatem & amplitudinem & potentiam
Ciuitatis Gonzaga tenet:
Tres fratres vno animo ſunt.
Pulchra vrbs admodum & magna & amœna,
Portusq; eius inſignis pacis temporibus
Vectigal quod ſoluitur magnum habet.

Sic Facius. Edidit vrbs hæc illuſtres, ſtrenuos, ac eruditos homines quamplurimos, quorum eximijs virtutibus non ſolum patria, ſed vniuerſa Italia decorata illuſtrataq; eſt. Fuit ex horum numero diuinus ille poëta Virgilius, in vico Andis qui nunc Petola dicitur, altero ab vrbe lapide natus: quamobrem ſcilicet Dantes [b] ait in purgatorio, b. Can. 18.
Et illa vmbra nobilis ob quam nominatur Petola magis vllo Mantuani agri vico: Virgilium intelligens, quem etiam Silius [c] ita demonſtrat: Mantua Muſarum domus, atq; ad ſidera cantu Euecta Andino, & Smyrnæis æmula plectris. c. lib. 8.
Ortt etiam Mantuæ Matthæus Syluaticus ſummus philoſophus, Baptiſta Hiſpanus Carmelitarum ſodalitatis antiſtes maximus, eximius theologus & excellens poëta Virgilij æmulus, vt eius editæ lucubrationes docent. Nunc Mantuam illuſtrāt Marcus Guacius qui lingua vernacula diligentiſsimè mundi hiſtoriam ab anno à C.N. MDXXIIII. vſq; in hunc diem condidit, multaq; præterea tam proſa, quàm verſibus conſcripſit: item Marcus Antonius Antimachus latinis græcisq; literis eruditiſsimus, qui diu ſalario Principum Ferrarienſium in eius vrbis gymnaſio docuit, vti etiamnum facit. Spes quoq; eſt eximia de Camillo ex nobili & illuſtri gente Comitum à Balneis adoleſcente, propter egregia primæ adhuc ætatis ſigna talem eum in virum euaſurum qui iure cum doctiſsimis ac celeberrimis huius vrbis alumnis conferri mereatur. Eccleſiæ præſules ornatiſsimos Mantua permultos dedit, ex quorum numero Franciſcus Gonzaga Cardinalis à Pio II. Pontif. creatus, item Sigiſmundus Franciſci vltimi Marchionis frater à Iulio II. Pyrrhus frater Ludouici cum Hercule Federici primi Ducis fratre Cardinaliū ordini ambo allecti

bo allecti ab Clemente VII. Multa de hoc poſtremo pereximio ac religioſo præſule commemorari poſſent, nempe de ſumma viri prudentia, magnanimitate, affabilitate, liberalitate, doctrina, pietate, ni calumniam adulationis à maledicis metueremus: quanquam mehercule præter omnem adulationem illa prædicare liceat, cum viri perilluſtris virtus nemini planè non cognita ſpectataque ſit. Quatuor hos eximios Cardinales vna domus peperit Gonzagarum, quæ multos etiam præterea laudatiſsimos dedit præſules. Mantuanus item fuit Georgius Andriaſſus Epiſcopus Regij Lepidi, homo ſapiens prudensque & eruditus, qui propter virtutes egregiosq; mores apud Paulum III. Pontificem maximè erat gratioſus, annisque ſuperioribus de vita deceſsit. Vrbem hanc etiam ſtrenui copiarum præfecti, ac militari virtute clari fortiſsimique viri illuſtrarunt: è quibus præter iam commemoratos Galeatius fuit, qui gygantem illum ſtrauit Gallum Genuæ, item Carolus qui Mediolanenſium exercitus poſt Ducis Philippi Vicecomitis obitum præfectus multa præclarè geſsit, Rodulphus legionum Venetarum Dux qui cũ Carolo VIII. Francorum rege ſpectabili certamine depugnans ad Tarum, in acie cecidit, relictis Ioanne Franciſco & Ludouico filijs, vtroq; non ignobili cohortium præfecto. Ludouicus eiuſdem nominis filium genuit, qui ab ſumma fortitudine Rodomontes cognominatus vſu militari maximo itemque doctrina pollens, & exercitus Clementis VII. Pontificis præfectus ictu globi tormentarij perijt ad Vicum Varrum. Fratrem habuit is Ioannem Franciſcum Cagninum præſtantem quoque cohortium præfectum. Militari inſuper gloria claruit Federicus cognomine Bozolinus, vti in latinis Ephimeridibus à nobis eſt perſcriptum. Omnes hi nobiles belli duces gente vna Gonzagarum orti: ex qua nunc Ferrandus viuit Ducis Federici frater, qui ob ſingularem virtutem à Carolo V. Imperat. Auguſt. Siciliæ Prorex creatus & item Mediolani Præſes: qua in vrbe nunc agit, prouinciam maxima commendatione dexteritatis & iuſtitiæ gerens, militari virtute rebus præclarè pro Carolo Imperat. geſtis ætate adhuc prima clarus. Laudes tanti viri melioribus condendas ſcriptoribus relinquemus. Alij præterea tam multi Mantuam inclyta virtutum fama nobilitarunt, vt omnes referre longiſsimum foret: nec ſolum eiuſcemodi laudibus vti prædictum, ſed etiam ſanctitate vitæ clari, quemadmodum fuere B. Ioannes Bonus ex Eremitarum ordine, ſanctaque illa mulier Oſanna Andriaſſa tertij ordinis Dominicani, cuius vitam Franciſcus Syluester Ferrarienſis monachus poſtea Magiſter ſodalitatis prædicatorum & item Ioannes Antonius Flaminius elegans ſcriptor condidit. Mantuanus etiam fuit B. Matthæus Carrarius ex familia prædicatorum vir ſanctiſsimus,
a. lib. 5. vti in libris *a* hominum illuſtrium ordinis illius legitur, ad cuius preces Deus Opt. Max. plurima miracula edidit. Extra vrbem Mantuam alta lataque foſſa cernitur cum valido aggere millia ferè XXX. colligens, & agri Mantuani partem concludens quam Seralium vocant, triquetra figura quem-
b. lib. 5. c. V. admodum Volaterranus *b* ſcribit. Foſſam hanc ad vrbis tutelam & munitionem Mantuani anno poſt C. N. MCCXI. incepêre, MCCXLIX. ab-
c. lib. 1. hiſt. Mãt. ſoluerunt vt perhibet Aequicola *c*. Sunt in ijs ſeptis circa ripam ſtagni cum hortis amœniſsimis & cultiſsimis ac nitidis aruis quæ & vitium perpulchros habent ordines, ædificia ſplendida permulta, religioſæque domus, inter quas mona-

monaſterium Angelorum familiæ prædicatorum habitatio. Tranſito lacu præclara mox apparet villa Marmiroli à Federico primo Marchione magno planè artificio maioriq́ue ſumptu ædificata. Multitudinem opportunitatemque conclauium habet tantam, vt Principe vel Rege quouis excipiendo pro tempore ſufficiat. Locus hîc arte mirabili factus magiſtri voluntate tam repente per abditos quoſdam fonticulos vndique prorumpentium aquarum copia perfunditur, vt qui intus ſint, euadere prorſus nequeant quin perluantur: opus mehercule ſummi artificij, nec minoris voluptatis, præcipuè menſibus æſtiuis, quum ad refrigeria maximè conuenit. Cingunt villam peramœni ac nitentes horti fructiferarum arborum varijs generibus ornati, cum pergulis vitium elegantiſsimis, quas autumnali tempore racemis vuæ variæ nobilis grauatas ſpectare eſt. Secundum Mintium hinc aduerſo itinere Vallecium occurrit oppidum, vbi pons amnis tranſitum iungit. Altiùs dein ad emerſus fluminis è lacu munitiſsimum oppidum eſt Piſcheria cum ponte, à Scaligeris olim Veronæ principibus conditum, quod Facius commemorat inquiens *a*. Vidi Piſcheriam eiuſque lacum pulchrum & ripas. Incipit hîc lacus Benaci quemadmodum antiqui nominarunt, Plinius *b*, Strabo *c*, Ptolemæus, Virgiliusq́ue multis in locis, nimirum ab oppido Benaco quod olim vbi nunc Thuſculanus vicus, extitit, & alluuie ſtagni ſubuerſum veſtigijs etiam nunc & ædificiorum ruinis circa ripam, veterem oppidi ſitum indicantibus interijt. Allucinatus videtur Marcus Antonius *d* Sabellicus Benacum dictum tanquam penes Nacum, quod agri Tridentini oppidulum eſt, vnde fluuius prima lacus initia conſtituens prodiuit. Hac ætate lacum Gardæ appellamus ab caſtro Garda quod iuxta eſt vt Helias *e* Capreolus perhibet: in quo diu à Berengario tertio carcere attentam Adheidam, quæ Lotharij Imperat. Aug. vxor fuerat, Blondus in hiſtorijs ſcripſit. Strabo lacum hunc in longum D. ſtadijs, in latum C C C. patere tradidit, Blondus longitudinem habere P. M. ferè X X X. latitudinem multo minorem: attamen ex Iulij Iulij Canobij Iureconſ. viri ingenioſi curioſiq́ue ac item Georgij Iodoci Bergani monachi in D. Zenonis Veronæ docti hominis & elegantis poëtæ deſcriptionibus tam verſu, quàm proſa picturaque editis, inter oppida Piſcheriam & Riuam quæ ad extrema ſunt capita, illud à meridie, hoc à Septentrione longitudo P. M. XXXV. per directum inuenitur: quanquam à Ripaltella quæ item auſtrali in parte eſt vſq; Riuam duorum & XXX ſit tantum: latitudo verò rectà ab Salidio quod in occidentali ripa vſq; ad Gardā aut Lagiſum, quæ in orientali ſunt, vnde plerumq́; terreno itinere Verona ſolet adiri, milliariorū cenſetur X V. aut vno minus. Tanta varietate recentiores ab Strabone differunt: ſed eum aut nō rectè credimus ſtagni menſurā edoctū, aut iam corruptum à librarijs, quemadmodū multis in locis apertiſsimè deprehēditur, & nos alibi quoq; diximus. Locorū circa lacū enarrationem ex deſcriptione picturaq; diligentiſsima Georgij Iodoci monachi peragemus. Iam primū omnium ſcire oportet trāſmiſſu quandoq; valde eſſe periculoſum, quòd ingentibus inſtar commoti maris fluctibus æſtuet: procellas quippe ſæuiſsimas incluſi montiū circumiectorū vallo venti creāt, cū exitus illis vndiq; ſit cōcluſus: quamobrē aquas tanta vi concitāt, vt vndæ propemodū ad altitudinem montiū tumidæ mox horribiliq́; reciprocantes impetu cum ſummo diſcrimine nauigia iactent, niſi magiſtros expertes prudētesq́; & animoſos nacta

a. lib. 3. Cant. 3.
b lib. 3. cap. 18.
c. lib. 5.
d. lib. 3. Decad. 3. rerū Venet.
e. lib. 5. hiſt. Brix.

 ſint,

ſint, vti nos ingenti cum pauore ac periculo ipſi didicimus: quod etiam ſignificauit hoc verſu Virgilius [a]: Fluctibus & fremitu aſſurgens Benace marino. Copia piſcium optimorum abundat, inprimis truttarum, itemq; Carpionũ qui vti ferunt, auro veſcuntur: nec alibi piſcis huius ſpeciem inueniri creditur prætérquam in Poſtano lacu prope Soram Aprutij, magnitudine tamen huic inferiorem vti in tempore diximus. Nullam adhuc apud antiquiores eius piſcis mentionem inuenimus: & profectò miramur, quippe cum Plinius [b] anguillarum Benaci memoriam nominatim celebrauerit his verbis. Lacus eſt Italiæ Benacus in Veronenſi agro Mintium amnem tranſmittens, ad cuius emerſus annuo tempore, Octobri ferè menſe, autumnali ſidere vt palam eſt hyemato lacu, fluctibus glomeratæ voluuntur (de anguillis agit) in tantum mirabili multitudine, vt in excipulis eius fluminis ob hoc ipſum fabricatis ſingulorum millium globi reperiantur. Hæc ille. Facius [c] de Benaco quoq; commemorat tali ferè ſententia.

a. lib. 2. Georg.
b lib. 9. cap 22.

Vidi Piſcheriam & eius pulchrum lacum cum ripis,
Qui ſupra cæteros omnes Italiæ laudatur.
Propter amœnum ſitum, & carpiones quos alit.
O lector vti ego hæc ſcribo tu notato,
Marchia Taruiſina nomen amittit,
Illic vbi Arponi pars anterior aquis alluitur.

Hactenus ſitu naturaq; lacus tradita, conſequens eſt vt ad locorum quæ circà ſunt enarrationem conuertamur, quam nos ex Georgij Iodoci monachi deſcriptione peracturos diximus. Initio igitur à Piſcheria per dextram ripam ducto, poſt eam tertio lapide Parencum, hinc altero Lagiſum, inde M D. paſſ. Ciſanum, pariq; mox interuallo Bardolinum ſequitur, vbi ſumptuoſiſsimum palatium gentis Ciariorum. Vlteriùs ſecundo milliari in ſinu quem lacus creat, oppidum Garda, de quo nomen ſtagnum habere prædictum eſt. A Garda bis mille quingentis paſſ. ad D. Vigilium peruenitur, ante quem ſcopulus Stellam vocant: tum altero lapide circa principium ripæ prominentis nonnihil, Turris: hinc item II. M. P. Paium: inde pari ſpatio Caſtelletum: pauloque deinceps maiori Brenzonium: mox Portus, poſt quem Fons frigidus & Caſonum cum Valle Soni, Fuit hîc vicus Sonus olim, cuius in hodiernum vſq; diem veſtigia ſuperſunt. A Caſono ad Maſeſinum millia quatuor. inde totidem ad Nauenum: ac propemodum hinc idem ſpatium ad Cornu bonum: nec maius dein ad Turbulum, à quo mille paſſ. amnis in lacum Sarca defluit ex montibus Tridentinis. Iuxta vicum hunc Veneti aliquot triremes aliasque naues per aſpera horridaq; iuga terrenis itineribus adductas in lacum immiſere bello Philippi Vicecomitis Mediolani Ducis, cum is Brixiam repeteret: eaque res plurimum habuit admirationis tantas moles per tam ardua difficiliaque loca deportatas, vt Blondus alijque ſcriptores plurimi commemorant. Dextra Sarcæ fluminis ripa ſurſum caſtella pagique multi reperiuntur, nominatim Arcus, Drenna, Madrucium: pòſt ad exigui lacus inter montes dextram Vocianum, ac altiùs in valle Poncionum, & circa fontem amnis Ad D. Mariam. Rurſum ab vrbe Mantua per læuam Mincij ripam X. lapide Goitum oppidum, inde quinto Volta, Caprianaque. Dehinc per læuam Benaci à Piſcheria P. M. VIII. ripa lacus adeo prominere cernitur, vt peninſulam ferè creet, ubi Sirmium ab Antonino nominatum nobile caſtrum.

Sunt

Sunt qui ſic dictum à Sirmio Dalmatiæ ſcripſerint, vnde exules aliquot profe-
cti hoc oppidum condiderint. Nobilitatum ortu Catulli celebris poëtæ Vola-
terranus auctor eſt itemq; Perottus [a] in Cornucopię. Sequitur quarto ferè lapide *a. ſuper 90*
per ripam Ripaltella · mox primo Deſencianum · & vlteriùs Cornu ſpinæ: de *Epigr.*
hinc altero milliario Padengæum · pauloque ſupra mille paſſ. exin Monica: mox *Mart. in*
Duſæum, Arx Minerbæa, Pons Duſanus, & vlterius in lacus præcipuæ latitudinis *uerbo Ve-*
angulo pernobile oppidum Salodium vt docti vocant, aut longa Salona, quòd in *rona.*
longum maximè ſit extentum, mercibus abundans, & inſigni templo quale vel
maximæ ciuitati ſufficeret, decoratum. Incipit hîc ille iucundus & amœnus
tractus Riperia Salodij vt vulgò vocant, qua de paulo inferiùs ſcribemus. Haud
procul Barbaranus amnis ſequitur, & ab eo milliari quarto alius, Bornicus,
pauloque altiùs Madernum: poſtea fluuius eſt Thuſculanus qui poteſt reli-
gioſus interpretari: eoque tranſito vicus Thuſculanus inuenitur, vbi oppidum
Benacum à quo priſcum lacus nomen retinemus, olim extitit, inundatione nunc
ſubuerſum, vti ex Helia Capreolo paulo antè commemorauimus. Sequitur
Viauetrum amœnus ſeceſſus · mox Boiacum, & Villa, & Germanum à Thu-
ſculano P. M. IIII. Dominici monachi ex ordine prædicatorum ſummi theo-
logi facundiſsimique concionatoris qui noſtra memoria claruit, & hæretico-
rum Inquiſitor Mantuæ de vita deceſsit, ortu illuſtratum. Non procul hinc
fons Fredderius ſeu Frigellus ab rupe delabitur, moxque in lacum admodum
[illegible]dus præcipitat. Deinde per ripam ab Garniano itinere millium V. ad
[illegible]atum famis deuenitur, vbi tres Epiſcopi manibus ſeſe ex ſuarum Diœce-
[illegible] finibus apprehendere poſſunt. A Salodio hucuſque omnis circa la-
[illegible]m ager amœniſsimus, perpulcher & fructuoſus eſt, arboribus fructiferis,
[illegible]ica, limonia, citria, olea, ficu, alijsque nobilium generum adeo confer-
[illegible], vt inter nitidiſsimas & iucundiſsimas & fertiliſsimas Italiæ totius regiones
c[illegible]ſeri meritò queat · vulgò Salodij Riperiam vocant. Orientem & Auſtrum
[illegible]ectat: à Septentrione verò præcelſis rupibus aſperisque montium iugis ita mu-
[illegible], vt à ventorum ac alia quauis cœli iniuria tutiſsimi ſint fructus, aëris
perpetua ſalubritate durante. Quæſtum ingentem coloni faciunt ex fructi-
bus, qui per totam Lombardiam, & Bononiam, & Venetias exportantur. A
Pr[illegible]to famis fluuius ſequitur Campio, officinis aliquot ferri & chalybis ſerui-
e[illegible]s dein amnis Broſa rapidiſsimus · decætero Limon, & fluuius Ponalis in Le-
u[illegible]rorum valle naſcens, & per montium rupes tandem in lacum illabens: demum
nobil[illegible]ſsimum eſt caſtrum Riua, circa lacus exitum, ad Tridentini Epiſcopi diœ-
c[illegible]n pertinens · quod ita dictum Blondus tradit propter ingentem Gallorum
qu[illegible] per Alpes Tridentinas huc in Italiam perruperant ſtragem ab Grimoal-
do rege Longobardorum editam: etenim à ſanguinis ex illo conflictu in la-
c[illegible]m permanantis riuo nomen id loco remanſiſſe. Altera in ripa ſeu portus la-
tere Turbulum eſt. In lacu ſcopuli tres exaduerſum Caſono Vallique Soni
cernuntur iuxta terram · & è regione propemodum Salodij latere altero mo-
[illegible]ca inſula monaſterium ſodalium minorum habens. Ita Benaco dicto rurſus ad
Padum commeabimus. Iuxta eum poſt oſtium Mintij Burgum forte ſitum eſt, à
Mantuanis ædificatum anno poſt C.N. MCXI. ſicut Æquicola [b] perhibet. Olim *b. lib. 11*
[illegible]nc ad aliud caſtellum in vlteriori fluminis ripa poſitum catena ducta Pa- *hiſt. Mãt.*
dus claudi poterat. Sequitur introitus in Padum Ollij, quem amnem ita Plinius [c] *c. lib. 3.*
appellat *cap. 18.*

appellat, ex Sebino lacu qui nunc Iſæus vti oſtendetur, reddi ſcribens. Itinere ſecundum Ollium aduerſo, dextrà nõ inhoneſtum occurrit oppidum Marcheria· tum Aqua Nigra· dein Cliſij fluminis Ollij incolæ oſtium. Effunditur id ex Iſæo lacu. Priuſquam hinc porrò pergamus, loca inter Mincium & Cliſium dicenda· non tamen quæ in læua Mincij ripa ſunt, quippe iam priùs relata fuere· ſed mediterranea tantùm, Cliſijque dextrum latus. Supra Marcheriam ſunt Ad D. Martinum, & Rodondiſcum mercimonijs frequens oppidum ob panni textrinas: dein Caſaletium, Caſtellum Vgonis, Caſalmorum, Rodecum, Gazoletum, Caſtellum Ziphræum Ludouici Gonzagæ viri docti & armorum ac adminiſtrationis rerumpub. in primis gnari expertiq; · cuius rei apud Venetos & Anglorum regem documenta dedit illuſtria. Sequuntur Nugularia, Cereſaria, & vlteriùs Publica, lautumq; oppidum Medole, pauloque ſuperiùs Volta cum Sulphurino. Rurſus ab oſtio Cliſij per dextram eius ſurſum poſt Aquam Nigram Martana eſt, & altiùs Aſola caſtellum quod Helias Capreolus[a] anno à C. N. MCXXV. Brixiani ſolo æquauiſſe perhibet. Dein Aqua frigida, Carpinetulum, Ad D. Georgium, pauloque pòſt modico in colle Mons clarus à Friderico II. Imper. Aug. ſubuerſus vt Blondus[b] Capreolusque[c] tradiderunt. Vaſtatus etiam à Flandriæ Comite, qui Carolum Francum Siciliæ regem ſequebatur, anno poſt C. N. MCCLXVI. vt Corius[d] auctor eſt. Illuſtratus noſtra memoria plurimùm doctrina ſanctaq; vita Calimeri ordinis prædicatorum monachi, qui ſuperioribus annis cum inſigni patientiæ ac humilitatis exemplo Laudæ animam reddidit, vbi pro ſummis eius meritis Deus Opt. Max. plurima mortalibus beneficia largiendo qui per illum patronum quicquam orarent, quantis honoribus coli debeat ſatis equidem indicauit. Sub hoc oppido lati ſternuntur campi quos Montis clari nominant. Deinde Caſtilio Stiuerorum eſt eiuſdem Principis Ludouici Gonzagæ, cum arce munitiſsima· item Calcinates, magiſque in mediterraneo Lonatum oppidum affluens, olim Mantuanorum principum, at à Franciſco Sfortia Venetis per initæ pacis conditiones traditum, Ludouico Gonzaga Mantuæ Marchione nequicquam intercedente, vt Volaterranus & Aequicola ſcribunt. Interiùs in mediterraneo Poponacium eſt, altiuſque Poceum, & Caualcaceſium, & Caualceſium, & Muſculonium, & ad oſtium lacus Idrini, Ripa: mox in dextra lacus Idrum oppidum vnde ſtagno nomen· quanquam id nonnulli Hydrum dictum voluerint ab Hydra, quam Hercules ex Ioue & Alcmena natus hìc peremerit. Eum porrò errorem cum Helias[e] Capreolus damnat, Hydram ab Hercule confectam in Lerna palude Argiuorum rectè tradens, ipſe tamen non minus allucinatur addens lacum hunc ab ὕδωρ græca voce quæ latinis aquam ſignificat, habere nomen· quoniam cum Italia quondam Magna Græcia diceretur, retinuiſſe hunc lacum id appellationis græcæ, tanquã lacus aquæ diceretur. Verumenimuero nimis euidenter hic labitur, tam quòd Italiam Magnæ Græciæ nomẽ tenuiſſe ſcribit, ſiquide id nulla planè memoria fert, illamq; Italiæ partem extremã ita ſolum dictã conſtat quæ circa ſinum Tarentinum, vti nos in tempore docuimus· quàm quòd ab ὕδ- appellationem huius lacus deducere nititur: iſta enim ratione nihil vetaret quin omnia ſtagna reliqua, tantoque magis quanto maiora forent, idem hoc nominis poſſent habere. Sed & inſuper ignarum ſe eorum quæ de Magna Græcia monumentis ſunt tradita declarauit. Nos vti diximus, ab Idro caſtello lacum nuncupatum arbitramur Idrinum. De cætero ab Ollij ripa quæ in læua

[a] lib. 5. hiſt. Brix.
[b] lib. 17. hiſt.
[c] lib. 6. hiſt. Brix.
[d] parte 2. hiſt.
[e] lib. 1. hiſt. Brix.

Læua Cliſij ſunt vſque ad alterius amnis Mellæ dextram, itemq; mediterranea lo-
ca dicemus. Poſt confluentem in Ollio Cliſij mox Canetum cernitur, vnde Cane
dulorum nobilem olim & honoratam gentem Bononienſem, quod eius vrbis an
nales perhibent, nonnulli oriundam tradidere. Sequuntur altiùs Caſtellum Go-
fredi & Volonium, dein riui cuiuſdam caput incolæ Cliſij, quo tranſito Flos inue-
nitur. Læua tum Cliſij ſurſum poſt Nauilium qui in Cliſium præcipitat, Monaſte
rium, Romandellum infimum, Caſalmorum, Romandellum ſupernum, Caluiſa
num ab nonnullis Forum Caluiſij dictum, quoniam vti aiunt, hic cum imperio fu
erit locoq; nomen dederit Q. Caluiſius, cuius mentionem Cæſar facit in commẽ-
tarijs. Altiùs inter Cliſium & Nauilium Malpaga, Mõtronum, Caſtanietulum,
Burgum Saiolum, Pauonium, & vltrà Guidatiolum, altiusq; Gauardum ſuauiſsi-
mo vino quod vernatium vocant nobile. Iuxta fontẽ Nauilij Sabium eſt, porroq;
Muntia, Vaſiumq;. Profluunt ex hoc latere tres in Cliſium torrentes, Touerus,
Degnus, & Biocolus. Demum in Idrinum lacum amnis Caffarus illabitur ſub Lu
drone oppido altiſsimis in iugis montium ſito, nobili gente Comitum Ludronio
rum inclytum, ex qua multi prudentes & ſtrenui copiarum præfecti prodierunt,
tumque hac memoria clarent· nominatim verò inter eos qui ſingulari virtutis
commendatione ac fama locum hunc ipſamq; gẽtem illuſtrarunt, Paris fuit equi
tum Præfectus auſpicijs Venetorum contra Philippum Vicecomitem Mediolani
Ducem· cuius memoriam cum honore vſurpat Volaterranus a. Rurſum ab Ollio a.lib.3.
Mellæque fluminis in eo confluente, dextrà eius amnis intus ſurſum verſus oppi- c.V.
dum Gambara· dein Pratum Alboini, Ad D. Geruaſium, Ciuolum, Paunum, Ot-
tolengum, Bedęum, Lenum, Inſulella, Macianellum, Poncianum, Baniolum, Pan
cerata, Clauiniæ, Felurum, tranſitoq; dein aquæ riuo, Vercianum, & Turris D.
Geneſij. Tum ad montis radices honeſtiſsima eſt ciuitas Brixia, ſic ab antiquis no
minata, Strabone b, Plinio c in Cenomanis mediterraneis gentibus decimę regio- b.lib.5.
nis, Ptolemæo item in Cenomanis, ac alijs præterea multis ſcriptoribus vti in pro c.lib.3.
greſſu apparebit, Varia de primis eius initijs tradita reperiuntur ſcriptis, vti etiam cap.18.
Helias d Capreolus memorat. Fuere qui conditam ab Hercule Iouis & Alcmenæ
filio poſt confectam ad Hydrinum lacum hydram tradiderint· ſed quoniam illius d.lib.1.
rei paulo antè deſtructa eſt fides, haud aliud quã fabulam & ſomnium hoc quo-
que eſſe dicemus. Quidam auctorem eius Brinomem produnt, vti etiam vetuſta
chronica auctoris tamen incerti, quæ nobis in manus venêre comprobant: &
primùm aiunt ad lacum ædificatam cum nomine Brinomiæ, dein huc tranſlatam
appellari Brixiam cœpiſſe. Nonnulli originem eius ad Troianos qui in Itali-
am cum Aenea venêre, referunt, qui poſt deuictum Turnum in has profecti par-
tes, captique loci amœnitate vrbem condiderint, Altiliamque primò tan-
quam alterum dixerint Ilium. Liuius cum alijs· quibuſdam claſsicis ſcri-
ptoribus vti oſtendemus, Brixiam perhibet à Cenomanis (quanquam cor-
rupti libri Germanos habeant vt prædictum eſt) conditam, qui per Tau-
rinos, & alpis Iuliæ ſaltus fauente Belloueſo, nam is priùs tranſcenderat,
ex Gallia in Italiam Elitouio duce venerunt. Alij Thracem Troianum
circa Gedeonis tempora Brixiam ædificaſſe, dictamque vrbem priùs ab
illo Thraciam ſcribunt · inter quos eſt Helias Capreolus · addens in-
ſuper à Gallis Senonibus inſtauratam, qui Brenno duce in Italiam venê-
re · tumque nomen Thraciæ tanquam horridum nimis, in Brixiæ com-
muta-

mutatum. Calepinus in Dictionario Brixiam Ciconij opus ait, nec amplius: au-
a. lib. 4. c. V. ctorem etiam eius rei non nominat. Volaterranus a autem conditores Cenomanos qui poſt Inſubres in Italiam venere prodit, ſimulq; id ex Liuio Polybioq; cófirmat. Nos in tanta varietate primùm à Brinome, vel vt Capreolus vult Thrace Brixiam ædificatam cenſemus, ac pòſt à Cenomanis vel auctam, vel inſtauratam aliter ac Capreolus, qui à Gallis Senonibus refectam ait, Trogi b fortaſſe verbis de-
b. lib. 20. ceptus, illos cum in Italiam veniſſent ſedibus expuliſſe Thuſcos, & Mediolanum, Comum, Brixiam, Veronam, Bergomum, Tridentum, Vicentiam condidiſſe ſcri-
c. lib. 5. bentis. Sed nos ex Liuio c didicimus Gallos Senonos in Italia per Alpes profectos inter amnes Vfentem & Atheſim fines habuiſſe, quod & antè commemoratú eſt,
d. lib. 2. & Polybius d apertè teſtatur, inter Apéninum & Padum primò Ananes, pòſt Boios, dein Egones, poſtremo Senones iuxta mare Adriaticum extremos omnium Gallorum incoluiſſe perhibens. Itaq; ſi ab Vfente vſq; ad Atheſim, id eſt vſq; ad eius amnis in Adria oſtium, ſic enim Liuij verba nos intelligimus, ſeu vt Polybius ait, inter Apenninum & Padum in ora vbi Senegalliam condiderunt, incoluere Senones, cedo Brixiam vt inſtaurare potuerint in hac regione, quam nec ſedibus tenuerunt, nec etiam tranſitu fortaſsis attigere? Cenomanos autem quoniam hic cóſediſſe pluſquam manifeſtum eſt, nos ab ijs vrbem hanc inſtauratam & auctã exiſtimamus, etſi conditam à Gallis expreſsè dicat Trogus: ſæpiùs enim iam admonuimus, inſtaurandi, augendi, condendiq; verbis indiſcriminatim ſcriptores vti. Planè à Cenomanis inſtauratam auctamue Brixiam cum alij, tum maximè Ptolemæus, Pliniusq; ac Liuius indicant, Brixiam illi genti diſertè attribuentes. Id multis in locis facit Liuius, nominatim verò cum à Boijs obſeſſa Mutina L. Manlium
e. lib. 21. Imperatorem agmen códuxiſſe ſcribit e: inde inexploratò profectum in inſidias præcipitatum inter ſyluas, octingétos milites, ſigna ſex amiſiſſe: finem & territandi Gallis, & pauendi Romanis fuiſſe vt ex ſaltu euaſere: inde apertis locis facile tutantes agmen Romanos ad Tannetum vicum propinquum Pado contendiſſe: ibi ſe munimento ad tempus commeatibusq́ne fluminis & Brixianorum Gallo-
f. lib. 32. rum auxilio contra hoſtes tutatos. Alibi f quoq; ſic inquit. Boijs in agrum ſuum tutandum profectis Inſubres cum Cenomanis ſuper amnis Mincij ripas conſederunt. Infra eum locum V. P. M. & Conſul Cornelius eidem flumini caſtra applicuit: inde mittendo in vicos Cenomanorum & Brixiam quod caput gentis erat, vt ſatis comperit non ex auctoritate ſeniorum iuuentutem in armis eſſe, moliri cœpit vt deficerent ab Inſubribus Cenomani: vnde iam manifectò liquet Brixiam eſſe Cenomanorum. Subijcit poſtea Capreolus, meritò Brixiam vrbem hanc dictam, nimirum ἀπὸ τοῦ βρίθειν, tãquam ab arboribus fructu grauidis & fœtu gaudẽtibus. Nec profectò negari poteſt quin vrbs perhoneſta, diues, affluensq; ſit, cú Patauio ſimul ſub ſcorpione poſita, pulchra ædificijs & magnifica, lautisq; ac nobilibus colonis decorata. Fidem populi Romani conſtantiſsimè quondam coluit, præcipuè verò difficilimis belli Punici temporibus poſt cladem ad Trebiam ab Annibale acceptam, quamobrem tunc ſubſidia rei Romanę prę ſtitit. Dein ſub Imperatoribus Cæſaribus quieuit, donec Romani nominis maieſtas auctoritaſque conſtitit. Euangelium Chiſti ſuſcepit ab D. Apollinare Rauennatium præſule ac martyre, D. Petri Apoſtoli diſcipulo, anno poſt C. N. CXIX. quod exin fideliſsimè coluit. Poſt labantem Romani nominis auctoritatem ac fortunam Gothis Italiam vaſtantibus ab Radagaſo illorum rege tunc Romam petente cremata eſt

ta eſt anno poſt C.N.CCCCXII.præſidijs etiam hîc relictis. Ab Athila quoque ſubuerſam, ac dein refectam anno à C.N.CCCCLII. imperante Martiano Paulus Diaconus *a* ſcribit. Demum in Alboini Longobardorum regis venit poteſtatem ac deinceps in imperio gentis illius vſque ad captum à Carolo Magno Deſideri um regem manſit, ſub præfectis primo Alcuino quem Alboinus inſtituit, poſt a- lijs à ſuccedentibus regibus datis: inter quos Alabi à Comperto rege filio Perte- rit vt Paulus Diaconus *b* memorat, item Guidealdus cuius idem auctor mentio- nem fecit, nominantur. Extincto Longobardorum imperio ſucceſsit Francicum: quapropter adhuc agri Brixiani pars vbi illa gens potiſsimè cõſedit, Franciæ Cur tæ nomen retinet. Capreolus *c* tamen eius appellationis cauſam aliter ex quibuſ- dam ſcriptoribus tradit, enatam nimirum multis poſt Deſiderium Longobardũ ſæculis tempore Caroli fratris Ludouici Francorum regis, qui Capreolum muni tum huius agri oppidum euertit. Aiunt autem Carolo his in locis cum exercitu agente, qui primum D. Dionyſij feſtum in Francia ſe peracturum iurauerat, cum res ac tempora incidiſſent eiuſmodi, vt pro voti fide bellum qua putarat celerita- te conficere haud poſſet, nec id tamen in perfectum velle relinquere, Franciã Cur tam appellari tum illam iuſsiſſe agri Brixiani partem vbi ſedebat, modicaq; ibi- dem æde iuxta oppidum Rodengum D. Dionyſio conſtituta, feſtum eius eo lo- co celebrauiſſe, tanquam hac ratione ſacramento poſſet defungi. Nos iſtorum fidem apud auctores eſſe volumus. Carolus Magnus deuictis Longobardis ca- ptoque Deſiderio rege cum Imperator Cæſar Aug. ab Romano Pontifice dictus in Franciam rediret, adminiſtrationi Brixiæ Naimonem Bauariæ Ducem præfe- cit. Is vrbem inſtaurare ac augere cœpit ad Septentrionem & occidentem ver- ſus, templo D. Fauſtini & Iouitæ complexo vſque ad Turris longæ portam au- ſtrali in parte ſitam, anno poſt C.N.DCCCXLIII.VII.Id. Martij. Poſt Caroli & Naimonis exceſſum Bernardonus Caroli nepos in imperium Brixiæ ſucceſsit illi Ludouicus Imperator, Ludouico Berengarij Italiæ tyranni: maximamque ac multiplicem adeo ſtatus variationem vrbs hæc ab Ludouico III. Imper. vſque ad Othonem ſentijt, vt illo ſpatio quod annorum ferè IIXXX. fuit, ſepties imperia diuerſorum inuitiſsimè tamen experiretur. Quibus mutationibus affecti offen- ſique Brixiani ab Othone Aug. ſuam ſibi poteſtatem atque gubernationem ſub imperij Romani nomine ac auctoritate impetrarunt anno à C.N.XCXXXVI. annuo tempore pro iure feudi cenſum Imperatoribus pẽdentes vt auctor eſt Ca- preolus *d*. Itaq; liberi dein vt aliæ ciuitates Italiæ fuere curruque publico quem- admodum cæteræ gentes in bellis vſi. Poſtea circa MCCXII. vt Corius, vel MCCLX: vt Capreolus ſcribit à C.N. annum terræmotuum violentia calamita- tem ingentem vrbs paſſa eſt: dein etiam ab Henrico VI. Imp. Aug. tam grauiter obſeſſam Merula prodidit, Capreolusq; cum Blondo confirmat, vt ad deditio- nem compelleretur: quo tempore muris nudata, multiſque ſpoliata immunitati- bus eſt. Denique cum pernicioſiſsimis partibus Gibellinorum & Guelforum quæ mutuis inter ſe cædibus, incendijs & expulſionibus crudeliſsimè ſæuiebant fluctuaret, occaſionem inuadendi ſui Maſtino Scaligero Veronæ nobili tyranno præbuit à quo Guelforum opera capta ac in poteſtatem redacta eſt. Formam ho- rum temporum vti à Capreolo narratur equidem non queas abſque horrore le- gere, tam ingentes ac miſerabiles ciuium clades cædeſque ac proſcriptiones & exilia, direptioneſque ædium & vrbis vaſtationes continet. Exemplum planè ha-

a. lib. 15. de reb. ge. Rom.
b. lib. 5.
c. lib. 5.
e. lib. 5.

FFf bere

bere videntur Syllanarum Marianarumque ac Triumuiralium proſcriptionum & latrociniorum, quæ ab Appiano Alexandrino commemorantur. Nec ſolum iſtæ calamitates intra muros vrbis conſtitere, verumetiam omnem eius peruaſerunt agrum. Non diu tamen dominatum tenere Maſtinus potuit: pulſus enim Azonis Vicecomitis Mediolanenſium tyranni bello· qui ſic ipſe vrbis imperio potitus, decedens Luchinum Matthæi Vicecomitis filium ſucceſſorem habuit· Luchinus Ioannem fratrem Mediolani Archiepiſcopum· quem deinceps Barnabas & Galeatius Stephani Vicecomitis filij ſecuti anno à C. N. MCCCLVII. Barnabam inde Ioannes Galeatius in carcerem incluſit, imperiumq; ad ſe totum tranſtulit, ac dein Mediolani Dux creatus, moriens anno à C.N.MCCCCII. ſucceſſorem principatus habuit Ioannem Mariam filium. Hoc interfecto Catharina mater gubernacula capeſsiuit: ſub qua cum ob contemptum muliebris imperij partes hîc iterum ſurrexiſſetn, magnæ cædes calamitatesq; incidêre: quamobrem illa tum Pandulphum Malateſtam legatum cum lectis cohortibus ad componenda ciuium diſsidia miſit. Pandulphus tum ſtudio factionis Guelfæ ſibi ipſi dominatum comparauit vrbis, anno poſt C.N.MCCCCIIII. Poſtea tamen Philippo Maria Mediolani Duce creato, quoniam tueri imperium & Carmaniolæ Philippi Mariæ legato cum inſtructis copijs aduentanti, viribus ſe parem eſſe nō poſſe cognoſcebat, certis conditionibus illi vrbem ceſsit anno à C.N. MCCCCXXI. Quinto inde anno pòſt cum Philippus Maria duriſsimo imperio Brixianos haberet· nec per frequentes eorum legationes ad imperium molliendum commoueri ſe fineret, indignatione percita ciuitas Aduocatis ex factione Guelfa ſuadentibus ad Venetos defecit: nec à Philippo Maria recipi vllo vnquam conatu potuit vt Blondus, Corius, Simoneta, Sabellicus, Platina cum Capreolo memoriæ prodiderunt, qui ſummam Brixianorum ijs bellis patientiam & Venetorum potentiam celebrant. Ita deinde Veneti Brixia potiti vſq; ad MDIX. à C.N. annū, quo cæſis eorum ad Ripaltam Siccam in Abduæ Glarea copijs bello Ludouici XII. Frācorum regis, hortatu Aloyſij Aduocati partium Guelfarum principis, & præfecti equitum Venetorum Brixiani ſe Ludouico regi dediderunt· quanquam & munita ſatis vrbs, & omnibus rebus ad defenſionem abundè eſſet inſtructa. Ludouicus eam dein Imperatori Maximiliano Aug. condonauit· is nepoti ſuo Carolo Hiſpanorum regi· Carolus rurſum Franciſco primo Francorum, à quo tandem anno poſt C.N.MDXVII. Venetis eſt reſtituta, quorum imperio nunc tranquillè fruitur. Cladem ingentē ſub Ludouico rege pertulit, quum ab eo ad Venetos deficere pararet, Aloyſio Aduocato quem ſuprà nominauimus, in, id obnixè ſuā operam impendente anno à C.N.MDXII. tum enim Gaſto Foiſſeius Ludouici Regis legatus per arcem plurimis armatorum cohortibus in vrbem introductis omnia diripuit, cæſis etiam oppidanorum quàm plurimis, & Aloyſio Aduocato cum alijs ex nobilitate permultis in carcerem coniecto. Poſt hæc cum rurſus ad Venetam ditionem eſt reditum vt diximus, ita ſe refecit, ita denuo creuit opibus, ac ſi nulla vnquam calamitate fuiſſet afflicta. De Brixia Facius a in hanc ſententiam ſcribit.

a lib.3. can.3

Itinere illo quo directiùs itur,
Tranſito Ciento Brixiam iuimus,
Quæ ferè tota pedi montis appoſita eſt.
Audaces ſunt & quicquid tentant ſuccedit,
Aiunt ſe portare fidem

Quam

Quam nemo Princeps non colere videtur.
Auctor vrbis vti creditur
Idem qui Veronæ fuit Brennus,
Qui nomen quod nunc habet impoſuit. Sic Facius. Ciuitas eſt Brixia nobilis vt diximus & frequens, populo ſolertis ingenij, rebus ad mortalium neceſsitatem vtilibus affluens, vberrimo agro, ac tritici, milei, frumentiq; reliquorum generũ, item vini omnigeni, olei, cæterorũq; fructuum fertile. Nec caret metallorum fœcunditate, nimirum ferri & æris, vnde maximus & inſignis quæſtus colonis. Capreolus *a* agrum Brixianum admodum longè lateq; patere ſcribit, etenim latitudine ſtadia ferè DCCC. ſeu P.M.C. continere, nimirum à Moſo quod Mantua millibus XV. abeſt, vſq; ad Dialengum extremo in Vallis Camuniæ capite ſitum, longitudine ſtadia CCCC. vel P.M.L. inter Limonẽ Benaci vicum et Orcios nouos. Sũt hoc tractu lacus aliquot, nominatim Iſæus & Idrinus, item colles monteſq; & conualles, omnia pulchris vicis, pagis, oppidiſq; colonis induſtrijs frequentibus nitentia, quemadmodum exhinc dicere ſigillatim inſtituimus, & aliqua etiam ex parte hactenus oſtenſum fuit. Tantus autem hoc agro caſtellorum, pagorum, & vicorum numerus inuenitur, vt paucos omnino aliarum ciuitatum æquè eſſe frequentes haud ambigatur. Vrbs pernobiles & fundatas familias habet quamplurimas, vtpote Gambararum, Martinengorum, Madiorum, Aduocatorum, Aueroldorum, Luzagorum, & Aemiliorum quæ gens poſtrema originẽ ab Romana illa trahit vt affirmat Capreolus, & vt aliqui tradiderunt exactiùs, ab Aemilio quodam legato ac duce cohortiũ quas Cornelium Conſulẽ in Cenomanos & Brixianum agrum hybernandi cauſa diſtribuiſſe Liuius ſcribit à quo et oppidum Meianum Latinis Aemilianum, nomen adhuc retineat. Sed & ab alijs traditum reperimus, auctorem huius familiæ Aemiliani Romani ex regione Vici Patricij filium Aurelianum Aemilium fuiſſe, qui bello Germanico Domitiani Imper. Aug. auſpicijs ſtipendia cum feciſſet, fratremq; germanũ Cletum, qui primus eius nominis Pontif. Max. fuit, graui Chriſtianorum afflictione Romæ propter fidem in Chriſtum crudeliſsimis tormentis accepiſſet enecatum, militia depoſita Brixiam conceſſerit, ibiq; hanc reliquerit poſteritatem ex qua proceſſu tẽporum plurimi nulla parte auctore ſuo deteriores orti, nominatimq; duo quondã equites, Ioãnes & Daniel, qui cum DD. Fauſtino Iouitaq; martyrio Brixiæ coronati iuſſu Aelij Adriani Imp. Aug. Sed hac tam priſca temporum memoria relicta, recentiori circa Ioannem Galeatium Vicecomitem Comitem Virtutis Philippinus quidam Aemilius ex hac gente floruit, qui apud illum principem exiſtimatione commendationeq; tanta fuit, vt vniuerſæ ditionis præſes cum ampliſsima planè ac perilluſtri auctoritate conſtitueretur, nimirum vt à decretis & ſententijs eius tam in pecuniarijs quàm in capitalibus iudicijs prouocatio haud eſſet: qui niſi partium aduerſarum vltioni nimis aliquando dediſſet ex occaſione ſummę poteſtatis, equidem longè maiorem laudis & glorię cumulum ſibi comparaſſet. Dominus erat Pontiſpoſſeri in agro Veronenſi, itemque Gabiani opulenti oppidi in Brixiano, quod nunc Hieronymus Martinengus eques tota Venetorum ditione præſtantiſsimus poſsidet. Fratrem Philippinus habuit Ioannẽ, qui cum Franciſco Gonzaga Mantuæ principe in ſumma dignitate vixit, ab eoq; teſtamenti procurator & ſequeſter ſcriptus eſt, itemq; tutor Ioannis Franciſci filij pupilli, quidem primus Marchio Mantuæ creatus. Filium reliquit Ioannes Carolum

a lib. 1. hiſt. Brix.

lum,equitem ſtrenuum,& item familiaritate conuictuq; Marchionis illius clarũ, qui Romanus etiã Senator ſub Martino V. Pontif.fuit. Alios præterea nobiles homines permultos egregia hæc domus edidit, quos breuitatis cauſa nunc omittimus,eoq; magis quoniã ad eiuſdem gentis commemoratioñe apud Veronã, quo iam antè CL.ferè annos aliqui ex ea cõmigrarunt,redeundũ nobis ſcimus. Pręter enumeratas autem paulo antè familias alię quoq; nobiliſsimę Brixię ſunt,quæ viros celebres & pręclaros genuere multos. Capreolus vrbis ſplendorem atq; dignitatem longiſsimè perſequitur. In reliquorum hominũ illuſtrium quos edidit catalogo Albertus Mandugaſinus fuit circa Ludouicũ IIII. Imper. Aug. anno à C. N. MCCCXL.clarus,apprimè ſacrarũ literarũ peritus, & item iuris Cæſarei Pontificijq; conſultus, concionator facundiſsimus, nec minori ſanctitate q̃ doctrina, vtpote quem viuum adhuc edidiſſe miracula credatur. Summã caſuum vt vocant conſcientiæ ſcripſit,præterea librum variorum ſermonũ aliaq; nonnulla quemadmodum Abbas Trittenheimius in Catalogo ſcriptorum Eccleſiaſticorũ perhibet. Fuit etiam Iacobus presbyter,ſeuerus hæreticorum inquiſitor, vir præſtãs,ex eodem quo Mandugaſinus prædicatorum ordine monachus. Præterea Brixiã ortu illuſtrauit Laurentius Calcaneus ſummus Iureconſ.& eques,qui volumẽ Conſiliorum ingens edidit,quorum omniũ primo peracriter & eruditè collegium Aduocatorum Brixianum aduerſus Andreæ Barbatiæ Siculi celeberrimi illa tempeſtate iureconſulti reſponſum defendit illumq; tanquam contra ſpeciem legis cenſuiſſet in ſimulat. Alia quoq; monumenta literarũ edidit, librum de cõmendatione ſtudiorum, item de ſeptẽ peccatis mortalibus, & de cõceptione D. Mariæ. Diẽ ſupremum expleuit anno pòſt C.N.MCCCCLXXVIII. Sixto IIII. Pontif. Max. circa Fridericum III. Imper. ſicut etiã Abbas Trittenheimius in ſuo catalogo prodidit. Noſtra ętas Paulum Orianũ ex Brixia iuriſperitiſsimũ vidit circa MDXX. à C. N. annum florentẽ, qui admodum adoleſcens Ticini ſcholã publicã habuit. Antiquis temporibus circa Gregorium IX. Pontif. Fridericum II. Imper. anno à C.N.MCCXL. Bartholomęus cognomento Brixianus ſummus & pręcipuus Iureconſultus floruit,qui opera litteraria non pauca perutilia reliquit in iure Pontificio, nempe Repertorium Decreti, libris tribus digeſtum, Diſputationes decretalium, lib. V. Quæſtiones Dominicales & Veneriales vnã & XC. quæ ſuperioribus annis opera laudatiſsimi præſulis Matthiæ Hugonis Epiſcopi Amocuſtani & Iuriſperiti Brixiani in lucem prodiere. Orti etiam hac vrbe Lanfrancus Orianus celeberrimus Iureconſ.qui commentationes de iure Pontif. quaſdam reliquit ad vſum fori illius in primis vtiles, item Stephanus Federicus opinione commendatione q; iuris ſcientiæ clarus, cuius de legum explanatione cõmentaria quædã nos vidiſſe, præcipueq; à doctis hominibus eius literaturæ cõmendari audiuiſſe memoria tenemus, præterea Bernardinus Gadolus Camaldulenſis Abbas, qui in omnes Bibliorum libros commentaria ſcripſit, De fugiendo ſeculo & amplexanda religione tractatum, contra Superbiã & Ambitionẽ librum, opera D. Hieronymi in ordinẽ redegit, Sermones varios & Epiſtolas plurimas quæ extant cõſcripſit. Fuit etiã Andreas cognomẽto Brixianus qui doctiſsimũ vtiliſsimumq; tractatũ de Cãbijs poſteritati reliquit. Nec omittendum arbitror Antonium quendã Brixianũ, cuius pereruditos & vtiles quoſdam ſermones vidimus, argumenta ſummæ viri ſanctitatis & doctrinæ præclara, qnanquã ampliorem hominis notitiã habere nõ licuerit. Accedunt horũ gregi Conradus VVengerus, qui de bello inter Sigiſmundum

dum

dum archiſtrategum Auſtriæ & Venetos libellũ edidit anno à C.N.MDXLIIII. Baſileæ cum hiſtoria Coriolani Cepionis impreſſum typis, itẽ Franciſcus Caballus, qui de numero ordineq; partiũ & librorũ phyſicæ doctrinæ Ariſtotelis libros duos ſcripſit excuſos Venetijs, item de animali paſtillos theriacos & theriacam ingrediente librum ſingularẽ ibidem impreſſum, præterea Lucas Bernardus qui piè doctéq; Chryſoſtomi Homilias LXXX. vertit. Sed ne ſcripta eruditorũ hominum Brixianorum omnia ſigillatim cõmemoremus, quibus in immenſum hercule excreſceret opus, breuiter vrbs hæc viros celebres genuit Gratianũ & Franciſcũ Sampſones ordinis minorũ monachos, quorũ etiã poſtremus eius ſodalitatis Magiſter generalis fuit, Calphurniũ græcis latinisq; literis eruditiſsimũm, Bonifaciũ Bembum, Petrum Lazarinũ cum Ioanne Britannico Perſij & Iuuenalis interprete, Iacobũ Armanum, Carolum Valgulium qui Cleomedẽ de inſpectione excelſarum vrbiũ & Ariſtidem & Dionem de Concordia & Plutarchi nuptialia præcepta cum alijs multaq; præterea conuertit, item Theophilum cognomento Bonũ, monachum, qui verſibus de vita ciuili & ſolitaria ſcripſit, Pyladem & Ioãnem Taberium viros doctiſsimos, Antonium Locatellũ ornatum & fructuoſum concionatorem ex ordine prædicatorũ, Lauram Ceretem quæ librum perelegantiũ epiſtolarum ſcripſit, & Iacobum cognomine Brixianum familiæ prędicatorũ monachum, qui ad meliorem formã & inſtituti obſeruationem canonicorũ regulariũ ſodalitatẽ in agro Lucenſi redegit, vt Capreolus alijq; multi hiſtorici tradũt. Nec minori numero Brixia præſules eccleſiarũ laudatiſsimos dedit, quorũ commendatione prudentiæ ſanctaq; vita plurimùm illuſtrata fuit. In horũ cœtu fuit Vbertus Gambara nobilis Comes, à Paulo Põtif. qui nunc viuit, ob excellentẽ virtutem in Cardinaliũ collegiũ adoptatus, nec ſolũ apprimè doctus, ſed etiã maximorũ negotiorũ expertus, tantaq; memorię tenacitate prędictus, vt quod vnquam edidiciſſet, perpetuò tanquã recentiſsimè lectũ retineret. In rebus Eccleſiæ gerendis Clementi VII. Pauloq; III. Pontificibus cum per Italiã, tum in externis regonibus vſui maximo fuit ne legationẽ Bononienſem cõmemoremus, quam tanta laude atq; commendatione geſsit, vt omnibus incredibili planè eſſet deſiderio. Literatorũ etiam Mœcenas habitus eſt, quoniã & ipſe diſciplinis liberalibus egregiè fuit imbutus: fit enim vt per ſe quiſq; coniunctionẽ & conſuetudinẽ maximè ſui ſimilium expetat. Præterea vir ſummè liberalis, affabilis, & magnificus erat ob quas virtutes ab omnibus ingenijs hercule meritò colebatur. Fato conceſsit hoc anno à C. N. MDXLIX. Romæ, magno totius litterarij gregis luctu delatusq; Brixiã ibi ſepulturæ eſt traditus. Genuit inſuper vrbs hæc multos religionis antiſtites alios qui in numero Diuorũ venerantur, & ferè pro Chriſti Euangelio martyrij coronã tulere quemadmodũ oſtẽdit Capreolus. Fuit etiã Brixianus, Gatila, ipſius vrbis Epiſcopus ex ordine prædicatorũ, q D. Dominicum à Chriſto virgineq; matre ſurſum inter duas ſcalas in cœlũ trahi vidit, itẽ Gerhardus Madius & ipſe patriæ Epiſcopus, vir clarus, inſuper Altobellus Aueroldus antiſtes Polanus, magni profectò ingenij homo, q noſtra memoria Prolegatus Bononiẽſis tertiũ fuit. Præterea Colocerũ presbyterũ ex Brixia martyrẽ Chriſtianæ fidei legimus. Patrũ noſtrorũ memoria Corradinus Donatus Brixianus ex ſodalitate pdicatorũ vir ſanctus claruit, anno à C.N.MCCCCXXIX. Bononiæ mortuus, & in Dominicana domo ſitus cuius ſanctiſsima vita in libris hominũ illuſtriũ ordinis pdicatorũ legitur. Sebaſtianus etiã Madius Brixianus ex eodẽ ordine monachus opinione ſanctitatis haud vulgari fuit,

Corteſium, Boldenicium, Pons caſtelli, Logradum, Turbulum, Traualia, Coca
lium, Carabum, Rociatellum, Hoſpitaletum, Mandola, Monaſterium, Roatum
frequẽtiſsimũ ſi vllum agri Brixiani oppidum, Caſtaniarium, Caladuciũ, Paſſera-
nũ, Guſacũ, altiusq́; Laiatiũ. Nunc in dextra Ollij quæ ſunt oppida, pagi, viciq́; vt
dicamus conſequẽs eſt, enumeratis nimirũ ijs quæ ab Mela hucuſq; reperiuntur.
Primùm itaq; Senega, Flanellum & Pons Vicus lautum oppidum, inde Monticu
lus & Quintianum patria Ioannis Franciſci Stoæ nobilis poëtę doctiſsimiq́; viri,
vt editis literarum monumentis eſt teſtatus, præcipuè libris ſenis Epographiæ de
ratione ſyllabarũ, itemq́; Dominici Phœnicis, Ioannis Frãciſci fratris docti etiam
hominis. Sequitur hinc Cauda longa, Plebs, Verola vetus. Dextra Ollij Villa Cla
ra eſt Bartholemæi Martinengi Brixiani ornatiſsimi viri & ingeniorũ patroni, nec
minꝰ literarũ diſciplinis, quã armorũ vſu ſcientiaq́; pollentis dominatu inclyta.
Deinde Mottella, Villa Grana, Gabianũ, Hogica, Barcheum, iuxtaq́;, Olliũ Orci
Noui lautũ & opulentũ oppidũ à Venetis egregiè munitũ, antea D. Georgij dictũ.
In cuiꝰ arcis fundamẽta primũ lapidẽ poſuiſſe Ioannẽ Flumicellũ Brixianũ & eius
vrbis epiſcopũ anno poſt C. N. MCXXXIIII. memorat Capreolus [a]. Qua occaſi *a.lib.6.*
one poſtea nomen antiquũ in Orciorũ Nouorũ mutauerit, non reperio: nouos ta *hiſt.brix.*
mẽ dictos cõſtat ꝓpter Orcios veteres qui haud procul ſunt. Apparẽt dein Podia
num, Campiciũ, Paternellũ, Farfengum, Barbarica, Capriolum, Gierola, Fauãci
anũ, Rudianũ, Vracum, Ludrianum, Caſtrociacum, Clariũ ad Ollij ripã nobile
oppidũ ab aquarũ claritate dictũ, frequẽs & amœnum. Ædẽ magnificã & ingen-
tem habet collegialẽ, quæ cathedrali vix cedat, cũ magno ſacerdotũ cœtu & Præ-
ſulatu. Dein hoc ſitu Pons Ollij caſtellũ ſic appellatũ ab Ollij vicino ponte. Mox
ipſa in Ollij ripa paulo altiꝰ Palatiolum lautũ caſtrum & frequẽs, vbi pons etiam
amnis trãſitum iũgit, Cernũtur hîc in flumine magno numero excipuli ſeu locu
li cõſepti fabricatiq́; viminibꝰ, in quos annuo certo tempore deferentibꝰ aquis an
guillæ glomeratæ cadunt, quæ mirabili numero extractę ſaliũtur. Hinc aduerſo ꝑ
ripã itinere locis editis Capreolum & Sarnecum inueniũtur, moxq́; fauces Iſei la-
cus Olliũ effundentis· vbi caſtrum Iſeũ cum æde collegiali, vlteriusq́; Sili. Plinius
lacum hunc Sebinum vocat· nunc Iſeꝰ ab oppido quod in ripa ſitum Iſeo, denomi
natur. Dextra ripa ſurſum ad Ollij qui lacum ingreditur, finem, caſtellũ eſt Piſo-
nium· & altiꝰ oſtium in Ollio Griniæ torrẽtis, vbi Buenum, deinde Ciuitas, & Bre
nũ. Ollij principium ortumq́; inueſtigare difficile eſt, quanq̃ duo modici riui ex
lacu Frigidulpho qui inter Alpes eſt ꝓfluant, quorũ vnꝰ ad dextrã nomẽ Frigidul
phi retinet, Ollioq́; tandẽ iungitur· alter ad læuam in alium amnẽ ꝑcipitat quem
accolæ ferunt Ollij initia conſtituere. Sed & ṕterea fluuius prope Poggium oppi-
dum naſcitur· in duo ſe brachia diuidens, ex quibꝰ vnũ læuorſum per Dialengũ &
D. Bartholomæi caſtellum fluens Armilũ habet & Septa· porroq́; Vallem ſolis per
currit, alterũ dextrorſum in Ollium deſinit, qui deinde Vallem Camuniã emeti-
tur. Itaq́; difficulter admodũ initia fluminis Ollij vera diſcerni poſse apparet, cũ à
tot amnibꝰ tãq́; diuerſis in locis æquè creari videatur. In Iſeũ lacũ influit vt ſcrip-
ſimꝰ vbi Piſoniũ oppidulũ, redditurq́; poſtea ſicut oſtendemꝰ. Per Vallẽ fluere Ca
muniã diximꝰ. Eius incolas Pliniꝰ Camunos, Strabo [b] Camulos oppellat inter Le *b.lib.4.*
põtios, Vindelicos, Noricos & Rhetos. Olliꝰ amnis piſciũ bonorũ fertilis effuſus
ex Iſeo lacu in planitiẽ paſsim deriuatiõibꝰ exhauritur qbꝰ irrigua Brixiani & Cre
monenſis agri ſic adaquantur, vt ex ieiunis atq; calculoſis opima benignaq́; fiant.

Aquarum Ollij perpetua claritas,nec ullo vnq̃ tempore deficiens. Brixianum a-
grum à Cremonenſe & Bergomate Ollius hac parte diuidit. Hactenus agro Brixi-
ano inter Ollium deſcripto, reuertemur nunc ad Padum Ollijq́; fauces,vbi ripã
Padi inter Ollium & Cliſium reliquimus,per mediterranea ad fontem Ollij pro
greſsi.Itaq; ab Ollij in Pado capite loca inter Padum & Ollij læuã dicemus vſq;
ad Nauilium qui ex eo amne ſupra Calceum diffunditur: ſed & vltra Nauiliũ ꝓ-
cedem⁹, totumq́; tractum inter Nauilium, Ollium, Padum, Abduæq́; partem &
Serium ab oſtio vſq; ad fontem ſcilicet,perſequemur.Nec à priſtino noſtri ordi-
nis inſtituto,nempe antea per amnium ripas, deinde per mediterranea diſcurren-
di latum vnguem diſcedemus : ideoq́; nemo mirabitur ſi vicinorũ inter ſe locorũ
mentionem aliquando non cõnectemus· etenim id ob diſcrimem intercurrentiũ
fluminum quorum ripas totas ſigillatim & ordine perſequimur , eueniet. Iuxta Pa
dum ab Olli oſtijs primò Doſiolum eſt oppidum:per Ollij verò læuam ripã ſur-
ſum incedenti Bozolum occurrit oppidum item nobile,præſertim tamen à Fede-
rico Gonzaga cognométo Bozolino illuſtratũ viro armis inclyto,præſtãteq́; co-
hortiũ præfecto,qui ſuperiorib⁹ annis magno ſui apud homines deſiderio relicto
ſupremũ expleuit diem.Sequitur inſula Diareſi,ſupraq́; confluentem Cliſij,quod
flumen è regione in Ollium dehnit, Platina·de cuius oppidi origine Baptiſta Plati
a. in Conone. na ſcribit a in vitis Pontificum his ferè verbis. Theodoro Exarcho Rauennate in
magiſtratu mortuo Ioãnes Platina ſucceſsit. Hunc ego crediderim dediſſe nomẽ
meo natali ſolo quod Platina vocatur, in agro Cremonenſi poſitum:nam cum in
ter Exarchos & Longobardorũ reges frequentia bella cõmitterentur,haud diſſo
num verò fit cum ille locus prope medius inter Rauennam & Papiam ſit,quarum
altera Longobardorũ, altera Exarchi ſedes haberetur, ibidem aliquando vel pu-
gnatum eſſe,vel caſtra habita·quib⁹ ex reb⁹ locis ipſis plerumq́; nomina indita le-
gimus. Hæc ille: cuius viri eloquentia doctrinaq́; ſingularis quam monumẽtis li-
terarum eſt teſtatus, præcipueq́; Pontificum vitis,locum hũc egregiè nobilitauit.
Diem obijt ſupremum ætate noſtra natus annos LX. Sequitur in Ollij læua ripa
poſt Platinam Oſtianum,dein Labina, quod aliqui Biberiacum oppidum fuiſſe
b. in uitis Othonis et Vitell. Imp. putant vbi victum à Vitellianis Othonem Tranquillus b prodidit itemq́; Tacit⁹,
c locum in agro Cremonenſi ad Veronam itinere deſcribens. Vlteriùs Sabulone-
ta, nobilis familię Comitum Perſicorum Cremonenſium origine clara, quemad-
c. lib. 17. modũ tradit Blondus. Natus hîc Vitalianus Vitaliani ex Ciuitate Forijulij Phi-
lippi Mediolanenſium Ducis copiarũ præfecti nepos , qui ſuperiorib⁹ annis equi
tum ꝑſidiariorum Bononiæ ꝑfectus fuit, inclytus militari virtute homo. Altiùs de
inde Socianellum iacet: tum Robeccum, Scãdoleria, Bordola, Caſtellum Viceco
mitum, Caſa Balborum, Romenengum, Ianellum, Trigolum, Caſalotium,& exi-
mium oppidum Soncinum tam frequẽs populoq́; confertum, vt multitudine co-
lonorũ plurimis Italiæ ciuitatib⁹ haudquaq̃ cedat. Euerſum à Friderico Ænobar
bo copias ad Cremonã ducẽte legim⁹ anno à C.N. MCXXIIII. rurſumq́; cũ inſtau
ratũ fuiſſet, anno MCXCII. incẽſum à Mediolanenſib⁹, Corio d auctore. Iterũ ta-
d. part. 2. mẽ poſtea refectũ eſt. Diẽ ſuꝑmũ Actiolin⁹ Rõ. inclyta crudelitate tyrãn⁹ hic finiit,
quũ ad Caſſanũ captùs vulnerat⁹q́; fuiſſet. Diu Soncinũ ſub Mediolani ditione ſte
tit·cũ qua etiã ad Frãcorũ reges aliquãdo trãſijt: ſed & in Venetorũ fuit: demũ autẽ
cũ Mediolano ad Carolũ V. Imp. Au. ꝑuenit·à quo poſt Frãciſci Sfortiæ II. Medio
lanẽſium Ducis exceſſum Maximiliano Stampæ patritio Mediolanẽſi cum titulo
Marchio-

Marchionatus cȏdonatum eſt ob ſingularẽ operã & fidem in tuendo cȏſeruãdoq;
portæ Iouiæ Mediolani caſtello anno à C.N. MDXXXV.quapropter nunc eius
prudentis & magnifici viri imperio gubernatur, Ornauere Soncinũ Paulus Bar-
bus ex ordine ꝑdicatorũ homo doctiſsim⁹ vti editis ſcriptis cȏprobauit, præcipuè
verò quæſtionib⁹ ad Ariſtotelis Metaphyſica, & in Epitomen operũ Capreoli in
D.Thomã, Bernardus item Couus vir eruditiſsimus, & Guido Zappa diſert⁹ ora-
tor ac poëta, qui omnes memoria noſtra floruere, cum Ambroſino ordinis ꝑdica-
torũ cȏuerſo tam bono ac ſancto viro, quàm ſummo feneſtrarũ vitrearũ artifice· q
licet cȏuerſus eſſet, tamen B.Iacobi ex Alamania vitã compoſuit, cuius ipſe diſci-
pulus fuerat. Sequũtur Galinianũ, Villa Noua, Pumenengũ, & alti⁹ Calce· ſupra
quod ex Ollio Nauilius effluit in Padũ ſe exonerãs. Rurſum ad Padi ripã ab Ol-
lij oſtio poſt Doſiolũ Viadana, doctis Vitelliana dicta, perlautũ, frequẽs & opulẽ
tũ oppidũ. Id Blond⁹ Platinaq; ſic ab Imperatore Vitellio tradũt appellatũ, q hìc
cum exercitu cȏiuratiſq; nuntiũ cædis Othonis expectãs cȏſtiterit, eoq; accepto
locũ muniri & inhabitari iuſſerit, indito à ſe nomine. Succedit eadẽ in Padi læua
ripa Caſale maius, non inhoneſtum oppidũ, ingenti clade afflictum ſub Philippo
Vicecomite Mediolani Duce, quũ à Franciſco Carmaniola Veneti exercitus præ
fecto vi captũ eſt, vt Blondus, Simoneta, Cori⁹, itemq; Capreolus *a* memoriæ pro *a. lib. 9.*
diderũt. Infeſtatur etiam Pado vehemẽter, adeo vt magna parte ſubuerſum nunc
aquis appareat. Dein eadẽ in ripa porrò Turricella: tum intus Caſtellum Poncio
norũ & Corteſium. Rurſus in ripa Padi oſtium Nauilij quẽ ex Ollio profluere di-
ximus. Hoc trãſito Cremonã deuenitur nobilem coloniã Romanã vnà cum Pla-
centia deductã vt Liuius *b* auctor perhibet, noſq; prius in Placentia cȏmemoraui *b. lib. 20.*
mus. Cremonã quoq; Strabo, *c* Tacit⁹, *d* Plinius *e* in decima regione, ac Ptolemæ *c. lib. 5.*
us in Genomanis nominãt. De primis eius initijs certi nihil reperimus: chronica *d. li. 17. 19.*
tamẽ peruetuſta quædã vidim⁹ conditam dictamq; priùs Troiã ab Hercule Iaſo- *e. li. 3. ca. 18.*
nis comite tradentia, qui per Italiã cũ magno Græcorũ comitatu in Hiſpaniã iter
agẽs plurima fortitudinis admirabilis opera paſsim ediderit, maximè verò iuxta
Padũ & hæc loca deuicto ſtratoq; terribili gygãte pilam æreã pȏdo CCC. gerẽte,
quam maxima facilitate quoquo vellet de manu iaciebat. Poſt hanc itaq; victoriã
memoriæ rei cauſa oppidum hoc condidiſſe Herculẽ illa ꝓhibent Chronica, pri-
moq; Climenã à matris nomine dixiſſe. q poſtea Cremona ſit vocata· colonos au-
tem ex finitimis inter Padum & Adduam populis contraxiſſe· deniq; ſtatuam
gygantis victi pilam manu tenentem erectam, quam memoriæ cauſa quotãnis
Cremonenſes viſere fuerint ſoliti. Hæc nimirum illis in Chronicis perſcripta
ſunt· legentes fidem vel addent, vel adiment. Cremonæ mẽtionem Liuius facit per
ſępe, nominatim verò quum *f* Cremonenſes inter illas IIXX. colonias recenſet, *f. lib. 27.*
quarum ſubſidio belli Punici alterius tempore rem populi Rom. ſtetiſſe dicit.
Ingentem ſub Triumuiratu calamitatem pertulit militibus direptioni cȏceſſa:
qua de re Virgilius ait: Mantua veh miſeræ nimium vicina Cremonæ: fuit enim
illa tam enormis & ampla clades, vt etiam Mantuanos iniuria contingeret. Bel-
lis quoque Veſpaſiani et Vitellij miſerrimè affectã Cremonam quum ab Antonio
Veſpaſiani legato capta eſt, Tacitus *g* in hæc verba ſcribit. Per quatriduũ Cremo- *g. lib. 19.*
na ſuffecit, cũ omnia ſacra profanaq; in igne cȏſiderent. Solũ Memphitis tẽplum
ſtetit ante mœnia loco ſeu numine defenſum. Hic exitus Cremonam habuit anno
CCLXXXVI. à primordio ſui. Condita erat T. Sempronio, P. Cornelio Coſſ. in

gruente

gruente in Italiã Annibale, propugnaculũ aduerſus Gallos trans Padũ agentes, &
ſi qua alia vis per Alpes irrueret. Igitur numero colonorũ, opportunitate fluminũ,
vbere agri, annexu cõnubijsq́; gentiũ adoleuit floruitq́; bellis externis intacta, ci-
uilibus infœlix. Hæc Tacitus, ſigillatim præterea maximas Cremonenſiũ calami
tates referẽs. Notari verò debet cum vrbem cõditam irruente in Italiam Anniba
le ſcribit, hoc de tempore quo colonia deducta, cuius mentionẽ facit Liuius, acci-
piendum: ſiquidẽ vti iam ſæpiſsimè repetitum eſt, in vſu ſcriptores habent cõditas
vrbes dicere, quũ vel colonię deductę fuere, vel auctę. Miſerè quoq; Cremonã Go
a. lib. 3. thi vt tradit Sabellicus *a* vaſtarũt, poſteáq; Giſulphus Longobardorũ rex & Sclaui
Enn. 7. illius auſpicijs conducti: euerſamq́; demũ totã DCXXX à C. N. anno mẽſe Se-
b. lib. 4. hiſt. Lõgo. ptemb. Paulus Diaconꝰ *b*, Blondus *c*, Coriusq́; *d* tradiderũt: Blondus autẽ exin an
c. li. 9. hiſt. no fere DC, rurſum mœnibꝰ nudatã ac direptã à Friderico Ænobarbo, coloniſq́;
d. parte 1. vaſtatã addit. Inſtaurata dein & aucta plurimũ anno à C. N. MCCLXXXIIII. ſi-
mulq́; tũ illa turris præclara cõdita quę nulli totius Europę poſtponi rectè queat.
Apud Corium itẽ & in Bononienſiũ annalibus Cremonã anno poſt C. N. MCCC
XI. peſsimè habitã, & cum ingenti ciuium occidione muris ſpoliatã ab Henrico
IIII. Imper. Aug. legitur: quod tamen ad Henricum VII. Imper: ego referendũ cẽ-
ſeo qui temporibus illis, rerũ potitus eſt: cum Henricꝰ IIII. circa MLVIII. à C. N.
annum & ferè centeſimũ ante Friderici Ænobarbi ſeculum fuerit. Ex his omnibꝰ
immenſis calamitatibus ita tamen vrbs emerſit, vt nũc ſplendidis omnino ac ma-
gnificis ædificijs tã rei diuinæ, quã hominum habitationi dicatis niteat: ex quibus
ædes cathedralis eſt, item D. Dominici, cui cœnobiũ adhæret ſumptuoſiſsimũ, inſu
per arx permunita cum primis Italiæ propugnaculis cenſenda, multæq́; ſplendi-
diſsimæ priuatorum domus. In fide nominis Romani quamdiu maieſtas eius &
auctoritas conſtitit, firmiſsimè Cremonenſes hæſere: paruerunt enim etiam Exar-
chis donec illi ſe cõtra Longobardos tutari potuerunt: Exarchorũ viribus extin-
ctis Longobardicę ditionis effecti in ea vſq; ad Carolum Magnum permanſere.
Dein erepti Longobardis à Carolo, ſic poſt eum ad Italiæ regum poteſtatem re-
dierunt. Tandem verò ciuitatibus Italię ſuam ſibi poteſtatẽ ſub Imperatorũ Cæſa-
rũ nomine vſurpãtibꝰ, idẽ Cremona fecit, curru publico aliarũ exẽplo, quẽ Carro
e. lib. 4. tiũ vocabant fabricato, & Bertacioli ſuperimpoſita ſtatua quẽadmodũ Merula *e*
hiſt. Vicec. ꝓdidit. Hæc forma ciuitatis cũ pace trãquillitateq́; ſtetit, donec enatis in Italia ꝑ-
nicioſiſsimis Guelforũ & Gibellinorũ partibꝰ, ijs quoq; Cremonẽſes laborare ac
diſtrahi cœperũt: quarũ inteſtinis bellis & graſſatiõibꝰ in ſummã calamitatẽ ſunt
perducti. Sic itaq́; libertatẽ, ſic ſplendorẽ amiſere: nã cũ mutuò ſe factiones pelle-
rẽt, ex ea quæ ſuperior extiterat tyrãnidẽ aliquis inuadẽs, in eiectorũ facultates ſo
lebat inuolare, domos ęquare, flãmis omnia miſcere: q̄ exẽplũ reuerſi ꝑ vim exules
in aduerſarios viciſsim eiectos exercebãt: vt ſic vnà cũ libertate dignitas & opes
f. lib. 5. vrbis immanibꝰ ſæpe cædibꝰ fœdatæ interirẽt, quẽadmodũ à Merula *f* Corioq́; per
ſcriptũ legimꝰ. Primꝰ Cremonæ dominatũ occupauit Vbertꝰ Palauicinꝰ, qui Præ-
turã in tyrãnidẽ cõuertit: deinde circa MCCL. à C. N. annũ Boſiꝰ Douerianus vt
g. lib. 6. hiſt. Merula *g* Coriusq́; *h* ſcripſere. Eiectis poſtea Douerianis cũ Gibellina factione à
h. parte 2. Guelfis, principatum Gulielmus Caualcabos inuaſit & aliquamdiu tenuit: cũ
autem interea Gibellini Soncinum ingreſsi magnam Guelforum ſtragem edi-
diſſent, reliquos profugere coẽgiſſent, eaq́; propter Gulielmus vt ſociorum iniuri
am vlciſceretur cum lectis armatorum cohortibus eò profectus eſſet, in foro con
tra Gibel-

tra Gibellinos acerrimè dimicans poſt longum certamen circumuentus, & cum CCCC. ſuorum cæſus eſt. Ita Guelfi tum planè pulſi, Venturino quoque Fondulo inter fugiendum ab Imperatoris Cæſaris Legato cum tribus filijs capto, ac dein de ſupra tormentorum grauiſsimas pœnas ſecuri percuſſo anno poſt C. N. MCCCXIII. Succeſsit in Cremonæ dominatu Gulielmo Iacobus Caualcabos, nomine deſumpto Principis & Defenſoris, anno à C. N. MCCCXVI. quemadmodum à Corio a traditur. Hoc dein quinto anno pòſt in exercitu Galeatij Vicecomitis primi occiſo, quod perhibet Corius, b Galeatius eueſtigio copijs omnibus ad Cremonam adductis vrbem deditione cœpit, anno à C. N. MCCCXXII. Sic in Vicecomitum redacta poteſtatem illis annos ferè XII. paruit, donec Ponzon Ponzonius occupata tyrannide Vicarius Cremonæ dictus eſt ab Ioanne Boihemorum rege: poſt cuius tamen ex Italia deceſſum Azonis Vicecomitis bello ac oppugnatione compulſi Cremonenſes, Vicecomitum denuo imperium ſuſcepere vt ſcribit Corius c. Id dein vſq; ad annum MCCCCII. a C. N. ſtetit, quo fatis intercepto Ioanne Galeatio, primo Mediolani Duce, maiorum ſuæ gentis dominatum animo voluens Vgolinus Caualcabos, opera ſtudioq; Ponzoniorum tyrannidem occupauit, & à Ioanne Maria ſecundo Mediolani Duce defecit. Hic cum non diu pòſt ſpretis Ponzonijs vt dominatum maioribus præſidijs firmaret, legatum ſibi Gabrinum Fondulum Soncinatem hominem vafrum, audacem, & armorum expertiſsimum acciuiſſet, is vt erat animi magni de tyrannide ſibi ipſi comparanda ſtatim conſilium cepit & tempus ad rem tentandam opportunum tandem nactus III. Id. Iulij, anno quarto dominatus Vgolini, eum Lauda ſecum redeuntem, magnoq; ſuorum gentilium numero ſtipatum, ad Macaſtormam altero ab Cremona lapide cum toto fratrum, cognatorum, & amicorum comitatu trucidauit, celerrimoq; præuectus curſu priuſquam fama rei deferretur, in vrbem & arcem ſe recepit, nulloq; ſic negotio tyrãnide potitus eſt. Tenuit eam annis aliquot cum magna commendatione prudentiæ: ſed Philippo Maria Mediolani Duce facto, cum is ductu Franciſci Carmaniolæ firmiſsimum exercitum ad expugnandã obſidẽdamq; Cremonam miſiſset, illi vrbem reſtituit, quoniam tueri ſe poſſe diffidebat, accepto viciſsim Caſtilione, ac inſuper certa pecuniæ ſumma. Contigit hoc anno à C. N. MCCCCXXII. nimirum centeſimo pòſt quàm à Galeatio Vicecomite primùm vrbs ſubacta fuiſſet vt ſcribit Corius. Proditione dein captus Gabrinus ab Oldrado Lamponiano ad Nicum agri Cremonenſis oppidum, & Mediolanum pertractus, poſt acerrima tormenta ſententiam ferente Duce medio in foro capite luit ob nefaria facinora. Talis nempe fuit Gabrini exitus, qui dominũ necauerat ſuũ. Anno dein à C. N. MCCCCXLI. Philippus Maria nomine dotis Blancę Mariæ filię Cremonam viro eius Franciſco Sfortiæ tradidit: quamobrem exin eam Sfortiæ poſſederunt vſque ad Ludouici XII. Francorum regis in Italiam aduentũ contra Ludouicum Sfortiã anno à C. N. MCCCCXCIX. quo per cõditiones fœderis inter regem & Venetos initi, cum tota Adduæ Glarea Venetis ceſsit. Illorum hîc imperium decennè propemodum fuit, donec ad Ripaltam ſiccam ab eodem Ludouico rege cæſi ſunt: tum enim Cremona ſub Mediolani Ducatum redijt cuius rex potiebatur, Frãcicum deinde nomen viguit vſque ad MDXII. à C. N. annum, quo Galli Heluetiorum armis auxilioque Venetorum opera Iulij II. Pontif. Rom ab Italia pulſi, & Maximilianus Sfortia Ludouici filius in principatum paternum reſtitutus eſt: ad cuius ditionem vti aliæ ciuiutates

ita tum

a. parte 2.
b. parte 3.
c. parte. 3.

ita tum hæc quoq; rediјt. Vix tamen ille vltra biennium durauit: ſuperatis enim auxilio Bartholomæi Alueani Venetarum copiarum ducis ad Malignanum Hel uetijs à Franciſco primo Francorum rege, cum ille victor Mediolanenſium potitus eſſet, eandem fortunam Cremona habuit. Tandem à Leone X. Pontif. & Carolo V. Imper Aug. ſociali bello contra Franciſcum regem ſuſcepto, quod Proſpe ro Columnæ Romano mandauerant, Cremona fœderatis ſededidit, ab ijſq; Frãciſco Sfortiæ Ludouici Ducis filio tradita eſt: quem etiam Carolus Imper. Medio lani Ducem deſignauit. Ita ſub Sfortiæ Franciſci imperio dein vrbs manſit ad annum à C.N. MDXXV. vſq;: tum enim ab exercitu Caroli V. Cæſ. capta, ſequenti verò à Franciſco Maria Roboreo Duce Vrbinate qui Venetarũ legionum præfectus erat recepta, moxq; Franciſco Sfortiæ reſtituta eſt. Ad extremũ poſt eius anno à C.N. M D X X XVI. obitum cum toto Mediolanenſium Ducatu ad Carolũ V. Imper. deuenit, ſub cuius ditione nunc permanet. Ripæ appoſita Padi eſt, reb⁹ ad vitam mortalium opportunis affluens. Ager eius vberrimus, tritici, milij, cæterorúmq; frumẽti generum ac vini fertilis, totus campeſter & pulcherrimis ordini bus arborũ cũ vitibus nitens. Vrbs tam vicina Pado eſt, vt ſuperioribus annis ma ximam ab aquis iniuriam ſummaq́ue detrimenta ceperit. Inclyta ingenia magno numero procreauit quorum virtutibus & ſplendore claret. Præcipuorum ex grege eſt Franciſcus Sfondratus in Cardinalium Collegium à Paulo III. Pontif. lectus anno à C. N. MDXLIIII. propter ſingularem eruditionem prudentiamq; & in negotijs magnis gerendis vſum atq; dexteritatem: quamobrem cum Mediolanenſis eſſet Senator, à Carolo V. Cæſare ad gubernationem Senenſium reipub. dein ad Pontificem Rom. miſſus, ab eo primùm Amalphitanus Epiſcopus, tandem verò Cardinalis deſignatus eſt. Cremonenſes fuere M. Furius Bibaculus & Quintilius elegantes poëtę, quorum poſtremus cum Horatio Virgilioq; perquàm familiariter vixit, fuit item Euſebius D. Hieronymi diſcipulus qui laudata quędã eccleſiaſtica reliquit ſcripta, inſuper Apollinaris cognomento Cremonenſis, Ioannes & Martinus Boſiani, Gerhardus Sabuloneta ſummus philoſophus & medic⁹, arabicæ, grecæ, latinæq́; linguæ perit⁹, vti libris ex Auicenna, Rhaſe, & Albengneſit conuerſis, itemq́; ab ipſo cõpoſitis eſt teſtatus, Ioannes Baliſtarius Blondi præceptor latinè doctiſsimus, Nicolaus Epiſcopus olim Placentinus, & Vincentius eius frater Amidani, viri eloquentiſsimi. Preterea Cremonam ortu nobilitauit Gulielmus ſodalitatis Eremitarum Magiſter & Epiſcopus Nauarrę, vir cum doctrinæ ſummæ, tum vitæ ſanctiſsimæ, qui circa M CCCLII. à C. N. annum floruit, itẽ Franciſcus Regatius ex ordine Minorum Epiſcopus Bergomi homo doctiſsim⁹ qui MCCCCXVII. à C.N. anno apud Bergomates diem extremum finijt, et Moneta prædicatorum ordinis vir doctus, ſapiẽs, & bonus, de quo licet in illuſtrium hominum ordinis prædicatorum vitis agamus copioſè, tamen quia iucundã omnino commemorationem fore cenſemus, hîc etiam aliqua referenda ſunt viſa. Cũ ob egregiam doctrinam & iuris ſcientiam apud Bononienſes publico ſalario doceret ius, accidit vt D. Stephani feſto die ſtudioſorum adoleſcentum caterua ſtipatus in ædem D. Dominici ingrederetur, concionãte B. Iordano viro ſancto ac facũ do, magnaq; voce tũ fortè verba Stephani proclamante Ecce video cęlos apertos: addito, ecquid mortales moramini quin ad ingreſſum vos comparetis? quæ tam illo in viro fuerunt efficacia, tantum in eius mente deſiderium & ardorem excitarunt, vt domum reuerſus cœlos patentes cogitans, eos intrare ſibi enitendũ omni opera

opera cogitaret: eoq; conſilio firmiſsimè ſuſcepto, monachorũ prædicatorũ veſte ſumpta, religioni ſe totum dederet. Itaq; ſacrarũ literarũ ſtudijs vacãs, acerrimè cum hæreticis & præcipuè Valdenſibus qui illa tempeſtate fidem Chriſtianã turbamẽtis inquinabant, depugnauit, editis etiam aduerſus eos ſcriptis, vti etiamnũ in Bibliotheca D. Dominici Bononiæ videre eſt. Summam quoq; caſuum vt vocant conſcientiæ quam Monetanam dicunt edidit. Ornamento inſuper Cremonæ maximo fuerunt Orlandus etiam ex ſodalitate prædicatorũ vir doctus & ſanctæ vitæ, item Richardus Malumbra cũ Hieronymo Ponzonio iuriſperitiſsimi, quiq; ſuperioribus annis de vita deceſſerunt Sigiſmũdus & Andreas Borgi, omni laude cumulatiſsimi ambo, maximiſq; naturę dotibꝰ ornati, aſpectu, p̃claro humanitate, facundia, doctrina, meritoq; propter eximias virtutes apud multos Principes ſummè gratioſi. Lõgiſsimè poſſent eorũ laudes recẽſeri, niſi breuitatẽ haberemus propoſitam. Ex Cremona quoque fuere Petrus Somentius, & Daniel Caietanus vtriuſque linguæ doctiſsimus, vt eius literarum monumenta perhibent. Alij prætereà multi inclyti viri hac vrbe orti, quorum enumeratio longiſsima hercule foret. Ad locorum deſcriptionem recurrendum eſt, eorum videlicet qui inter Nauilium, Ollium & Serium amnes includuntur. Primùm itaq; læuam Nauilij, dein Serij dextram deſumemus. A Cremona ſecundum Nauilij & mox Ollij ripam ſurſum verſus hæc ſunt, Brãcanigra, Grunium, Tortum, Padimũ, Farfericum, Caſale Botranum, Caſale Moranum, interiuſq; paulo Fleſcum, Curia Caualcaboũ, Salueriola, Soreſina, Triuoli, Ripalta, Fontanella, Iſſa, Antinianũ, Barbarũ. Vlteriùs ſupra Nauilij caput quo ex Ollio emergit Turris Paſſerũ & Paloſcũ: mox amnis Cherij confluens Ollij incolæ: ſupra quem Telgatum, & in montibus Calepium, Luereum, Ciolum, Gurlacum, Calcinates, Laminellani, Crumellini, & iuxta fontẽ Cherij Spinum. Dein Vallis Calepia. Rurſum in Padi ripa fluminis oſtium Adduæ, cuius dextra ſurſum incedenti Crypta: mox vltra fauces quibus amnis Leciusorcus in Adduam ſe exonerat, Piceleo lautum, opulentum, & frequens oppidum occurrit, vbi munitiſsimam arcem Philippus Maria Vicecomes Mediolani Dux condidit, inter præcipua Lombardiæ propugnacula cenſendam vt ait Corius. Ædificatum hoc oppidum & muris cinctum anno à C.N. MCXX. poſteaq; rurſus à Philippo Maria refectum, mœnibuſq; conſeptum firmiſsimis vti nunc manet. In altera fluminis Adduæ ripa è regione arx modica iacet. Ad caſtrum Piceleonis Franciſcum primum Francorum regem in Ticinenſi prælio captum anno à C.N. MDXXV. die feſto D. Matthiæ Carolus Lanoius deduxit: qui hic regiè habitus, dein Genuã & in Hiſpaniam ad Carolum V. Imper: miſſus eſt. Decętero à Formicaria Serij fluminis oſtium ſuccedit. Oritur hoc in montibus ſupra Bergomũ, et per Serianã uſq; infra id fluit, hybernis autẽ mẽſibus quibuſdam cuniculis ſe condens, rurſuſque iuxta Cremam exoriẽs copioſè, demum huc in Adduam illabitur. Æſtate tamen liqueſcentibus ardore ſolis montium niuibus adeo ſolet augeri & abundare, vt non ſolum meatus ſubterraneos impleat, ſed etiam alueo ſupra terrã fluat perpetuo. In eius dextra ſurſum Viciaca Ripaltellaq; ſunt, item Caſtilio, quod oppidum Cremonenſes anno à C. N. MCXCVI. condidiſſe aduerſus Cremenſes auctor eſt Corius a. Sequũtur Margerates, Iciani, Ottonengum, Camiſanum, Turris Coffia, Romanum, Monaſterium, Martinengum nobile oppidum & frequens, Chiſalbani, Malpagani à Bartholomæo Coleonio inſtaurati. Aliꝰ dein Chabernacum, & ad montes Patrenũ, Baſtia, Scancium, Coſtani,

a. parte. 2.

Gandinum,'vltràq; fons Serij. Rurſus ab oſtio Serij quo in Adduam in fluit, læ-
uam primùm, exinde dextram Adduæ ripam perſequemur vſq; ad amnis Brem-
bi confluentem · vnde porro per illius dextram ad fontem quo naſcitur incede-
a.li.6.8. mus. Sciendum eſt tractum hunc omnem his amnibus concluſum vſq; ad Bergo-
matium montes, Adduæ Glaream appellari, & à Merula a Inſulam Fulcheriam.
Æquore camporũ latiſsimè patentiũ & inſigni cultura nitet, mirificè colonis fre
quens, ideoq; vicis, pagis, caſtellis vndiq; abundans vti ſigillatim oſtendetur. Ab-
b.lib.10. duam amnem ſic Plinius Tacituſque b nominant · Strabo tamen & Polybius Ad-
duam. Redditus è lacu Lario cui° aquas ſupermeat vti poſtea dicem°, per planiti
em in Padum tendit, vnaq; Serium defert. Ad eius læuam ſurſum ab oſtio Serij pri
mùm eſt Mons Dodonus, dein Abbatia Ceretis & Ripalta, moxq; nobiliſsimum
c.lib.2. oppidum Crema, quo loco Forum Diuguntiorum à Ptolemæo memoratum exti
tit, vti etiam probat Capreolus c. Sunt qui conditam Cremam tradiderint à catho
licis ciuibus vrbis Parrhaſij, qui poſt deletam ab Archiepiſcopo Mediolani quòd
in hæreſim plebs delapſa eſſet, patriã, circa C M I. à C. N. annum ſuperfuere fuiſſe
autem eius populi tam inſulſum & amentem errorem, vt Deum habere membra
dictitaret contra ſacræ ſcripturæ notiſsimum elogium: Spiritus ſanctus Deus eſt,
incorporeus eſt · nec enim membris diſtinguitur · nec corporis mole cenſetur:
itaq; condito oppido nomen eos indidiſſe Cremæ, quò memoriam patriæ crema-
tæ retineret · diœceſin etiam vrbis euerſæ diuiſam inter Mediolanenſem Archiepi-
ſcopum, & Placentinum atque Cremonenſem Epiſcopos · vt primo Triuiliũ, Vai
lates, cum Inſula Fulcheria, Cremonenſi Carauagium, Placentino reliquũ obue-
niret. Supereſt etiamnum hìc Præſulatus vrbis illius deletæ, ius conferendi bene-
ficia quædam ſeruans. Alij ciuitatem illam ſub Henrico IIII. Imper. deletam, non-
nulli à Parrhaſio Troiano conditam quoque prodiderunt. Præterea nullam ego
de primordio eius oppidi memoriam reperio · quod vtut ſe habeat, prima Cremæ
mentio quam inuenimus, in Friderici Ænobarbi tempora recidit, à quo grauiter
obſeſſam ac etiam expugnatam legimus: quapropter emigrare tum oppidani co-
acti, ſedeſq; militibus cedere, qui mox omnia ferme vaſtauere flammis, muroſque
d.parte.1. ſolo æquarunt, Cremonenſium ſcilicet atq; Laudenſium, hi namq; Cremanorum
hoſtes erant, auxilio adiuti anno à C. N. MCLX. quemadmodũ tradidit Corius d.
e.lib.24. hiſt. Dein autem cum idem Fridericus Cremonam euertiſſet, in contumeliam Cremo
f.parte 2. nenſium Cremam inſtaurauit: hoc Blondus e ſcribit: Cremamq; poſtea Cremonẽ-
ſibus Henricum Imper. Friderici filium attribuiſſe anno à C. N. MCXCI. Corius f
g.lib.4. auctor eſt. Demum oppidi huius dominatum vti & Cremonæ Placentiæq; Vber
hiſt. Vice. tum Palauicinũ occupauiſſe ſcribit Merula g, Venturinũ quoq; Benzonum h alibi
h.lib.7.8. Cremæ tyrannum perhibens: itemq; i Cremam incenſam ab Caſſone Turriano
i.lib.6. Mediolani dominatu eiecto poſt MCCIIII. à C. N. annum vnà cum Corio prodi-
dit. Ea deinde refecta paulatim vires & conditionem ſub Boſio Doueriano Cre-
k.lib.10. monæ tyranno circa M C C X. à C. N. annum reparare cœpit: tandem verò ditio-
nis Mediolanenſium regulorũ effecta, primùmq; à Galeatio Vicecomite Mathæi
filio ſubacta, qui & Cremonam in imperium ſubiunxit vt Merula k teſtatur. Vice-
comitũ imperiũ Cremæ poſtea viguit vſq; ad MCCCCV. à C. N. annum, quo ſub
Ioãnne Maria Duce Mediolani Benzonus hìc tyrannidem occupauit. Eum tamen
Philippus Maria Dux poſtquam imperium eſt adeptus, dominatu mox pepulit. At
cum ab illo Brixiani ad Venetos defeciſſent, idem exemplũ ſecuta Crema eſt · quæ

ſic in

ſic in Venetorum ditione pòſt etiam per conditiones pacis inter illos & Franciſ-
cum Sfortiam initæ remanſit, vti Blondus cõmemorat. Veneti Crema potiti uſq;
ad MDIX, à C.N. annũ, quo cladẽ ingentem ab Ludouico XII. Francorũ rege ac
ceperunt, cui ſe tum ſuadente Socino Bẽzono primario ciue & equitũ Veneti no
mine is præfecto Cremani dedidere: demum in Maximiliani Sfortiæ Mediolani Du
cis poteſtatẽ, & poſt eum tandẽ ad Venetorũ reuerſi, ſub ijs trãquillitate paceq;
iam fruũtur: & ædificijs ſplẽdoreq; ac frequẽtia colonorũ adeo creuit oppidũ vt
inter nobiliſsima Italiæ totius vulgò decantetur, quæ nimirũ eſſe ꝓhibẽt, Apuliæ
Barulũ, Heturiæ Pratum, Marchiæ Fabrianum & Lõbardiæ Cremã, eorũ præ cæ-
teris amplitudinẽ, elegantiã ac diuitias quibus antecellunt cunctis, denotantes. Sę
pe Veneti Cremanos ut ciuitatis ſibi nomẽ & ius Italico more compararẽt inci-
tauẽre: ſed reluctati ſemꝑ ſunt cum multis alijs de cauſis, tũ eo maximè prætextu
quòd nunc inter oppida præcipua celebrentur: at inter ciuitates nõ modo gradum
nobilitatis vllum, ſed nec mediocrẽ fortaſſe locum forent habituri. Sita eſt Crema
in iucunda pulchraq; planitie, ſpatijs ampla, firmiſsima mœnibus, abundans opũ
copia, lauto populo frequens, ædificijs priuatorũ ſplendida, rebꝰ ad vitã mortaliũ
vtilibus affluens. Agrum habet optimum, fertilem, excultũ, & ordinibꝰ arborũ vi
tibus maritarũ ex quibus nobilia vina fructusq; boni percipiuntur, nitentẽ. Aqua
rum riui clariſsimi multi ſunt piſcium optimoũ captura fœcundi, ꝑcipueq; mu-
ſtelarum & capitati cuiuſdam generis, accolę Marſonos vocant, capite reliquam
partem duplici ferè magnitudine ſuperante, gratiſsimi planè guſtus. Claros & no
biles homines Crema multos edidit quorũ eſt illuſtrata virtutibus. Horum è nu-
mero fuere Benzonus itemq; Soncinꝰ Benzoni paulo antè cõmemorati, gloria mi-
litari inſignes. Noſtra memoria Daniel Blancus ſodalitati prędicatorũ addictus
adoleſcens ex Crema tantos in literis proceſſus fecit, vt ſpem ampliſsimam ꝓbeat
excellẽtis ingenij munere ſummũ inter celebres viros ſe locum adepturum. Iuxta
Cremam intus in mediterraneo Vailates, Mazanica flumini propinqua, mox Bari
anum ꝙ Ioannes Chryſoſtomus [a] Bergomas in libris de Orobiorũ origine Bar- a.li. ult.
ram eſſe Plinio [b] nominatam ait, vnde Bergomates nomen traxerint vti inferiùs b.lib.3.
dicetur. Succedunt Morencum, Colonium, Orgnanũ, & D. Marię Baſellanę nobi cap.16.
lis ædes cum ſplendido ſodalium prędicatorum cœnobio, quod partim à Bartho
lomęo Coleonio, partim ab Alexandro Martinengo cõditũ. Cauſa fani huiꝰ ędi
ficãdi medio cãporũ in læua Serij parte ſiti hæc fuit. Cęlorũ Regina Virgo Maria
cũ puellæ cuidã agreſti apparens hìc circa vaſtæ quercus radices terrã effodi iuſſiſ
ſet, crucíſq; ſignum eximium inuentum iri monuiſſet, quod exoſculandũ religio-
sè temploq; in quo ſeruaretur extructo foret honorandum, puella rẽ ad parentes
detulit: illi crucem ꝓfoſſo loco reperère: tum filiola deſuauiandã clamitãs, verna-
cula regionis voce, baſela, quæ id iubet, ingeminata ſæpius, ibi mox erecto templo
D. Mariæ Baſellanæ peperit nomen, cui dein Bartholomæꝰ Coleonius poſt inſtau-
ratam Malpagã vltra Seriũ, monaſterium cum religionis, tum cõmoditatis ſuæ
gratia cœpit adijcere, ꝑdicatoribꝰ impoſitis, & domo prouentibꝰ dotata: quã vt
nunc eſt, Alexãder Martinẽgus poſtea laxiore pulchrioreq; forma perfecit. Hinc
ſurſum verſus Campaniolum & Seriatum ſequuntur. Per dextrã Abduæ ripam
aduerſo itinere Spinum Pandinumq; occurrunt, item Ripalta, quam Merula [c] Ri- c.lib.6.
pam altam nominat, Veneta clade nobilis: ad eam enim Ludouicus XII. Franco-
rum rex anno à C.N. MDIX. pridie Id. Maij Venetorum copias ſpectabili pugna

ſuperauit, earum duce Nicolao Vrſino Romano Pitiliani Comite cũ exercitus parte dilabi coacto, peditatu autem conciſo, cuius etiam pfectus Bartholomæus Alucan⁹ in hoſtium poteſtatem venit, De cætero Aquadellũ, Galuattianum, Cæſarianũ, Triuiliũ, & Carauagium victoria Franciſci Sfortiæ Mediolanenſium exercit⁹ pfecti nobilitatũ, qua Venetos cæcidit, illorũ copias equitũ II. mill. peditũ XIIII. mill. Micheletto Attẽdulo ducente, quemadmodũ Blondus, Simonetta, Platina, Cori⁹, vnaq; Sabellic⁹ memoriæ pdiderunt. Circa hæc Brembus ex alpibus ſupra D. Ioannẽ montib⁹ oriens in Abduã defluit. Ab ea per dextra Brembi ripam ſurſum incedenti hęc occurrũt, Arcenum, Bolcetũ, Cęſarianum, Verdellũ maius, Spirates, Verdellũ minus, Comum nouũ, Steciani, Seiates, Oſsium, Oſsium ſuper num, Coloniũ, Dalmetes, Albigna, Trebolũ, dein ciuitas in iugo mõtis Bergomũ.

a.lib. 3. cap. 16. Eam ita Cato, Plini⁹, Ptolemęus, alijq; veteres appellant, Plinius a his verbis commemorat. Orobiorũ ſtirpis eſſe Comũ atq; Bergomũ & Lycini forum & aliquos circà populos auctor eſt Cato, ſed originẽ gentis ignorare ſe fatetur, quam docet Cornelius Alexander à Græcia ortam interptatione etiam nominis vitam in mõtibus degentium. In hoc ſitu interijt oppidum Orobiorum Barra, vnde Bergomates Cato dixit ortos etiamnũ prodentes ſe, alti⁹ quàm fortunatiùs ſiti. Sic ille: quæ Ioannes Annius explanãs in cõmentationib⁹ ad Catonem, cum ait Orobiorũ gentis originem incertam eſſe ſcribere propter argumẽtum vocabuli Orobiós, quod vel Græcum, vel Hetruſcum cenſeri poſsit: nam cum Gręcis quidem ὄρος montem, βίος vitam ſignificet, vt Orobij dici queant monticolę, cuiuſmodi ſunt Comenſes & Bergomates, eamq; nominis interpretationem Cornelius Alexander ſecutus fuerit, modeſtiùs tamen Catonem locutum cum originem Orobiorũ incertam ſcripſit, quoniam Orobium etiam nomen Sagum Aramæum ſit, qua lingua Sagi Ianigenæ quondam vtebãtur: Arameis enim & Hebræis Talmudicis, oros etiam idem quod mons, bit, quod filius vel filia eſſe: hinc Orobios montium filios vel incolas ſignificare. Pergit dein Bergomates, Comenſes, alioſq; populos à montanis ortos dicere, quia Thuſci prius Alpes, deinde ſubiectam ijs regionẽ habitauerint, proindeq; reclamari Alexandro Cornelio rectè poſſe, qui græci nominis interpretatione nititur: quanq̃ enim ea valida ſit argumentandi in hiſtoria ratio, tamẽ hic non iuuare, quoniam Cato diſertè tradat Orobiorũ nominis originem incertam eſſe, nempe vel Græcam, vel Aramęam. Addit mox regulam, quod vbi nomen barbarũ ſuperſit ibi primordiũ à barbaris fuiſſe, licet ea vox in linguã latinã vel græcam poſtea ſit recepta: nec etiam mirum Græcos à barbaris vocabula ſumpſiſſe multa, quemadmodũ in Græciæ deſcriptione docet Strabo, quoniam barbari primùm illam regionem inhabitauerint linguamq; barbarorum vetuſtiorem græca latinaq; eſſe conſtet. Cõcludit itaq; cũ Orobiũ potius Hetruſca vox quã Gręca ſit, & certis etiã hiſtoriarũ monumẽtis tradatur, Alpinã itemq; trãſpadanã priſcã gentẽ vniuerſam Hetruſcorũ fuiſſe colonos, non autem Græcos aduenas, cõſequẽter Orobios Alpiũ incolas Thuſcos eſſe credi poſſe quamobrẽ & Sempronius, & Cato Comẽſes originis regiæ Vulturrenæ pdiderint, argumẽtis certiſsimis lacus eorũ Larij, Vallisq; Vulturrenæ ſic adhuc apud eos dictæ. In hanc ferè ſententiam Annius. Sed & Ioãnes Chryſoſtom⁹ Bergomas patriæ vetuſtatẽ plurimis affirmare cõtendit, etiã ex ipſi⁹ nominis Bergomi varijs etymologiæ tã ab græcis, quàm ab hebręis deriuatæ rationib⁹ tandemq; concludens, Bergomũ inquit, hebraica origine vocis latinè ſignificare clipeatã inundatorũ ciuitatẽ, vel Gallorũ regiam vrbẽ,

quæ

quæ à Græcis Archipolis, à recentioribꝰ autē latinis tum Princeps, tum Ducalis
ciuitas appellari ſoleat. Et paulo pòſt. Igitur Bergomū regalē veterum Gallorū vr
bem extitiſſe nomen ipſum manifeſtiſsimè docet. Alia præter hæc multa Chryſo-
ſtomꝰ de patriæ vetuſtate ac primordio pro affectu erga eā ſuo partim ferè ex Ca-
tone Sempronioq́;, partim ex Annio cōquiſiuit, q̄ breuitatis cauſa non referimus.
Et quidē cōmemorata hactenus omnia doctiorū iudicio permiſſa, ac tanq̄ in me-
diū propoſita ſunto. Nec tamē de ſumma Bergomi vetuſtate ambigiturꝰ vrbemq́;
ego cū plurimis ſcriptoribꝰ antiquiſsimis ab Hetruſcis primò cōditā, dein à Gal-
lis Cenomanis inſtauratā auctamq́; pulſis Thuſcis omnino cenſeo: quod Trogus
apertè docet, quanq̄ conditā à Gallis dicat, quoniā id de inſtauratione vel auctu
intelligendū ꝑſæpe iam diximꝰ. Pergamū efferri debere nōnulli voluerunt, tanq̄
ortū ab Aſiæ nobili vrbe Pergamo habuerit, fabulis quibuſdā adductis id probare
nitentes, quas tamē prorſus ineptas inſulſasq́; Chryſoſtomꝰ apertè cōuicit tū mul
tis rationibꝰ alijs, tū maximè vetuſtiſsimis quibuſdā elogijs hic repertis, ex quibꝰ
eſt marmoris in ſacello D. Petri Apoſtoli ædis D. Alexādri talis inſcriptio. C. Cor
nel. C. F. Vot. Minciano Præf. Con. Prim. Damaſc. Trib. mil. legionis III. Au. Pręf.
Fabr. Curatori Reip. Oteſinorū IIII. Viro. L. D. Pontif. Flamini Diui Claudij Ber
gomi Patrono Flamini Diui Traiani Mediolani Plebs Vrba. Itē eſt lapis antiquꝰ
Brixiæ in quo ſic legitur. P. Clodio. P. F. Fa. Suræ. Q. Flamini Diui Traiani Pont.
II. Vir. Quinq;. Trib. Leg. II. Diutri. piæ. fid. curat. Rei. Bergom. dato ab Imp. Tra
iano. Curat. Reip. Comens. dato ab Imp. Hadriano collegia Fab. & Cent. Præte-
rea Bergomi nomē peruetuſta quædā ipſa in vrbe numiſmata quibꝰ inſcriptū eſt,
Lupus Dux Bergomi, item omnis antiquorū ſcriptorū cohors, Cato, Pliniꝰ, Tro-
gus, Ptolemæus, Paulus Diaconꝰ, alijq́; nobiles auctores multi probant ac vſur-
pant. Vrbs eſt in latere poſita montis, cuius radices latiſsima ſuburbia ciuitati an
nexa tenent. Splendidis ædificijs tam rei diuinæ, quàm ciuium habitationi dicatis
vbiq́; nitet. Iuxta forū ædes eſt D. Marię vbi magnificum ex marmore ſepulcrum
Bartholomæi Coleonij ſtrenui olim militiæ cum Venetorum, tum aliorū Princi-
pum ducis. In cœnobij ꝑdicatorū templo nobiliſsimum apparet pręsbyteriū ope
re ſegmentato factum ex ligno tam excellenti & mirabili arte, magis vt depictum
quàm è ligno conſertum iunctumq́; videatur. Auctor Damianꝰ ordinis prædicato
rum cōuerſus. In eodem etiā monaſterio Bibliotheca ſplendida eſt ab Alexandro
Martinengo Malpagæ domino cōdita, cum præcipuis Europę meritò numerāda.
Incolæ vrbis lautiꝰ & quanq̄ ruſticano admodū ſermone vtantur, attamē ingenio
peracri atq; ſolerte et cum ad literas, tū ad mercaturā aptiſsimo pollēt. Diſciplinis
omnibꝰ adeo ꝑcellunt, vt planè nec medicis, nec iuriſperitis, cauſarūne patronis,
aut tabularijs, minusq́; grāmaticis externis opus habeant, ipſi apud ſe peritiſsimis
cūctarū artiū hominibꝰ abundēt. Agrū colūt ſatis fertilē ꝑterq̄ ad Septētrionem,
qua parte totꝰ aſper, montoſus, rigidꝰ, & in totū ſterilis eſt, niſi quod Pliniꝰ a tradit *a. lib. 34.*
lapidē Cadmiā ex quo æs fit, ſed & ꝑterea cotarias habet. Valles ſunt paſsim mul *cap. 1.*
tę, quarū aliquæ vinū oleumq́; ſuauiſsimū ferunt, nōnullę propemodū inanes fer-
ro tamē abundant, cæteræ quòd ſolo vitibus ponēdis & arationibus idoneo non
ſint, vellera ſuppeditant, ex quibus cōfecta textilia per totam fermè Italiam expor
tantur. Quale poſt collapſam nominis Romani fortunam imperium Bergomi fue
rit, non planè cognouimus. Paulus Diaconus b vrbem ab Athila vaſtatam prodit *b. lib. 15.*
à Longobardis quoq; ſubactā legimus, diuq́; poſſeſſam ſub præſidibus qui Ducis *ad Eutrop.*

a.lib.6. gomates appellabantur. Itaq; Longobardorũ Ducib9 paruit, ex quib9 Rotariũ
hiſt.long. Paulus a Diaconus, Merula, b Blondusq; c cõmemorant: itemq; Gaidulphus, &
b.lib.1. pòſt Aripertus, dein alij fuere qui Bergomo potiti ſunt, vt Paulus Diaconus & Blõ
hiſt.Vicec. dus d perhibent. Capto inde ac deuicto Caroli Magni armis vltimo eius gentis re
c.li.9. ge Deſiderio, Bergomum in Caroli ditionẽ, pòſt in Italię regum ab illo inſtituto
hiſt. rum perueniſse cenſeo: demum exemplo cæterarum Italiæ ciuitatum ſub nomine
d.li.10. Romano libertatem ac ius ſibi arripuiſſe ſuum, quippe quoniam Bergomatium
hiſt. cum finitimis populis aduerſus hoſtes fœdera ſæpe legimus. Ea reipub. forma
e.lib.5. durauit vſq; ad Philippum Turrianum, quem hîc dominare cœpiſſe Merula e ſcri
hiſt.Vicec. bit anno à C.N. MCCLXIIII. Poſtea MCCCCII. Ioannis Boihemorũ regis temporibus cui Imperatoris Cæſaris nomine Bergomum parebat, Luchinum Vicecomitem id occupauiſſe auctor eſt Corius f. Succeſsit Maſtini Scaligeri dominatus:
f.part.3. qui deinde per cõditiones pacis cum Venetis & ſocijs factæ vrbẽ hanc vnaq; Brixiam Luchino ac Azoni eius nepoti reſtituit. Ita Vicecomites exin Bergomo potiti vſq; ad Ioannis Galeatij primi Mediolani Ducis exceſſum: tunc enim tyrãnidem inuaſere Suardi, quanq̃ tenere nõ diu potuerint, eiecti mox à Coleonijs, quos tamen viciſsim poſt varium certamen Franciſcus Suardus vicit. Sed & is in principatu nõ diu vixit, apud Cremonã cum Vgolino Caualcaboue dimicans occiſus. Exin ad Maſtinum Barnabæ Vicecomitis filium cum Ioannis Mariæ ſecundi Mediolani Ducis voluntate Bergomi dominatus venit. Huic intra tempus anni mortuo Ioãnes Picininus ex Carolo, Barnabæ Vicecomitis nepos ſucceſsit anno à C. N. MCCCCVII. nec vltra biennium imperio potitus ob flagitiorũ immanitatẽ p̃cipueq; libidinem indomitam aduerſus alienas coniuges iam intolerabilis cum tota familia populi concurſu pulſus eſt. Dictator tum creat9 Ioannes Ruggerius Suardus, quem, cum id munus vrbiſq; libertatẽ diu ſe tueri haud poſſe cognoſceret, anno ſequenti ciuitatẽ Pandulpho Malateſtę tũ Brixiæ tyrãno XXX. millibus
g.lib.9. aureorũ nummũ vendidiſſe ſcribit Capreolus g. Deinde cũ & Brixiã & Bergomũ
hiſt. Brix. Malateſtæ Philippus Maria Vicecomes Dux Mediolani per Franciſcum Carmaniolam legatum anno à C.N. MCCCCXIX. eripuiſſet, nono ferè anno pòſt Bergomates ab illo ad Venetos defecerunt, vt Simoneta, Corius, Æquicola cum Capreolo tradunt. In Venetorum ditione fideq; ſtetere vſque ad Ripaltanam cladem à Ludouico XII. Francorum rege acceptam, de qua iam ſępè memorauimus: tum enim in Gallicum imperium cõceſſere. Durauit hoc ad annum à C. N. MDXII. quò pulſis Italia Francis Maximilianus Sfortia Mediolani Dux Bergomo quoq; potitus eſt. Ab eo cum ob iniquum nimis dominatum rurſus ad Venetos Bergomates tranſijſſent, Rentiumq; Ceretem peditatus Veneti præfectum præſidij cauſa cum cohortibus acciuiſſent, obſeſsi dein maximis copijs ab Raymũdo Cardona Neapolis Prorege ſocialis belli duce, ac vehementer oppugnati, re deſperata denuo in Maximiliani Sfortiæ poteſtate ſe futuros recepere, XL. millibus aureorum nummûm pœnæ nomine ſolutis ne diriperentur, cum priùs dena dare millia recuſaſſent. Id cum anno à C. N. MDXIIII. accidiſſet, ad extremũ altero pòſt anno in Venetorum imperium ac ditionem redierunt, ſub quibus nunc pace tran-
h.lib.3. quillitateq; fruuntur. De Bergomo Facius h in hanc ſententiam commemorat.
cant.3.

Tranſito Serio, Lama, & Brembo
Bergomum inuenimus in latere montis
Quod rudi ſermone vtitur, ſed ingenio eſt acre.

Hæc vrbs tam commndè poſita
Munito in loco, decus & nomen habet
Quo nonnunq̃ Mediolano haud fuit inferior. Edidit Bergomũ viros celebres permultos, quorum ſplendor patriã maximè illuſtrauit. Ex his Gulielmus Lõga familia fuit (quæ gens priùs Alexandrorum dicebatur) in Cardinaliũ collegium ob inſignẽ eruditionẽ à Cœleſtino V. Pont. adoptatus, itẽ Gerhardus Sauonenſis Epiſcopus ex Eremitarũ ordine vir doctus, Thomas Cataneus Epiſcopus Ceruiæ, monachus prædicator, memoria noſtra fatis interceptus, Veturinus eiuſdẽ ordinis homo literatus & ſanctæ vitæ, qui vehemẽtiſsimis admonitionib⁹ vniuerſam ꝓpemodũ Italiã ad delictorũ pœnitentiã cõmouit, plurimos etiã in expeditionẽ ꝓ ſacroſancto Chriſti ſepulcro recipiẽdo nomẽ dare coẽgit, vti Ioẽs Antoni⁹ Flaminius in eius vita ꝓſcripſit: Pagan⁹ quoq; Bergomas eiuſdẽ ſodalitatis prædicatorũ inſignẽ fortitudinis cõmendationẽ meruit ab hæreticis martyrio pro fide Chriſti affect⁹. Doctiſsimos viros vrbs hæc genuit Matthæũ Foreſtũ & Ioẽm Suardũ inſignes Iurecõſultos, itẽ Albericũ Roſatẽ grauiſsimũ Doctorẽ, q Dictionariũ iuris & in leges Cæſareas ſcripſit circa MCCCCL. à C.N: annũ. Bergomates etiã fuere Bartholomæus Oſſanus, q variã hiſtoriã vſq; ad Ioãnis XXII. Pontif. tẽpora cõdidit, Bonifacius Cluſonius, Guido Carrarianus cũ Michaële filio Ioãneq; Auguſtino Turrio peritiſsimi medici, Gaſparinus Bargizza cum latinæ, tũ græcæ linguæ doctiſsimus ut edita eius literarũ monumenta teſtantur, Petrus Almaduran⁹, Ioẽs Cereſolas ambo monachi ꝓdicatores eximij theologi, quorũ prior indicem in Thomæ Aquinatis opera confecit, & anno à C.N. MCCCCLXXXII. Placentiæ clauſit vitã vbi miraculis claret, Iacobus etiã Philippus qui ſupplementũ Chronicorũ confecit, & Ambroſius Calepinus qui Dictionariũ, ambo monachi ſodalitatis Eremitarũ noſtra memoria floruere. Nec minus ijs qui ſuprà memorati ſunt Bergomũ ortu nobilitauit Gabriel Alexãder celebris iurecõſultus luculẽtiſsimis ſcriptis editis, vti eſt Epitoma iuris Cæſarei & Põtificij, quã ingenioſè per alphabeticũ digeſsit ordinẽ, & doctis ſcholijs illuſtrauit, cuiuſmodi etiam ad Inſtitutiones Iuſtiniani explanatis legũ multarũ difficultatibus conſcripſit. Maiora moliẽs ætatis adhuc florẽtis anno XL. fatis interceptus Gabrielẽ filiũ reliquit ingenij acumine patri haud diſsimilẽ, qui Prædicatorũ inſtituto deuotus admodũ etiamnũ adoleſcẽs inſignẽ operã theologiæ nauat, talesq; hactenus flores attulit, quos amplißimos atq; iucundiſsimos fructus conſecuturos egregia planè ſpes eſt. Damian⁹ monachus cõuerſus ordinis ꝓdicatorũ Bergomas in cõponendis ex ligno ſegmẽtis tãti ingenij fuit, quãti poſt hominũ memoriã nemo ſcitur: etenim tã excellẽti et mirabili artificio vermiculata emblemata perfecit, vt picturã penicillo elaboratã dicas. Cernũtur eius opera præcipuã planè artẽ teſtãtia tũ hîc in patria, nempe D. Dominici in æde, tũ Bononiæ, varijsq; partib⁹ orbis Chriſtiani ad quas ob raritatẽ deportata ſunt. Perilluſtre eſt apud Bononiẽſes presbyteriũ cũ ſacelli in quo ſacroſanctũ Patriarchæ D. Dominici corpus ſitũ tectorio, ꝙ Clemens VII. Pont: Max. & Carolus V. Imp. Aug. cũ Bononiæ coronã is ab Clemente ſumeret anno à C.N. MDXXX. nõ ſolũ diligentiſsimè ſpectauere, ſed etiã ſummopere cõmendarũt, idemq; Cardinalium, Regulorum ac Procerum reliqua caterua fecit. Alia verò permulta quoq; opera Damian⁹ ꝓfecit q̃ in varias regiones delata ſummis ingenijs ob mirabilẽ planè tenuiſsimorũ ſegminũ commiſſurã admirationi maximæ ſunt interq; cætera eſt ædicula cũ anconibus aræ Henrici ſecũdi Francorũ regis,

item ancones Paulo tertio Pontifici qui nunc viuit facti, prætereaq́; tam multa, breuiter vt omnia commemorari haud poſſent. Anno à C.N.MDXLIX.III.Cal. Septemb. abſoluto iam propemodum choragio quod in ædem D.Dominici Bononiæ locari debebat, ſpiritum ſupremum maximo omnium dolore edidit. Ornat adhuc Bergomum Paulus eius alumnus ex ordine prædicatorum muſicus & organicus ſummus, vti vniuerſus muſicorum Italiæ chorus fatetur, qui nunc Bononiæ magna cum laude & exiſtimatione viuit. Tulit etiam Bergomum inclytos adminiſtrandarum vrbium prudentia viros quamplurimos, veluti fuere Foreſtinus Foreſtius qui ob eximium ingenium apud Ioannem Vicecomitem Mediolani Archiepiſcopum Dominumq́; ſublimem exiſtimationis & honoris gradum tenuit, Iacobus Suardus qui Senenſium Rempub. pro Mediolani Duce geſsit, Petrus Coleonius qui Trecij ſibi comparauit dominatū, Bartholomæus Coleonius militari gloria pernobilis, qui tum propter ingenij mirificam dexteritatem, tū propter audaciam & fortitudinem multorum Italiæ procerum exercitus ductauit, præcipueq́; Venetorum, & à Corio, Sabellico, plurimiſq́; præterea ſcriptoribus literarum monumentis celebratur. Statuam illi ex ære perinſignem virtutis ac fidei ſingularis ergò Veneti pro DD. Ioannis & Pauli æde poſuerunt. Sed & alios præterea tam multos illuſtres homines vrbs hæc edidit, vt omnes referre nimis profectò longum foret. Supra Bergomū Capella ſe prodit, munitiſsimo quondam ſitu propter montis in quo poſita cacumen, & muros firmiſsimos: nunc autem deſerta iacet ac ferè ſemiruta, quòd reipſa compertum ſit præſidium in ea minimum vrbis temporibus eſſe. Primùm hic fundamenta monaſterij Dominicani iacta, ſacellumq́; conditum vnde loco nomen remanſit Capellæ: tum munitus poſtea fuit: ſimulq́; D.Stephani parochia viciſsim conceſſa monachis, qui domum mox egregiam in attributo ſibi loco ædificarunt. Altiùs deinde Becuni in Alpibus incipiunt à Ptolemæo deſcripti, quorum nunc Vaunia, Carraca, Bretena, Anaunium ab illo nominata nuſquam hîc inueniuntur: ſed regionis pars admodū colonis frequens Vallis Seriana nominatur, quòd amnis eam Serius interfluat, cuius ferè læuam ripam tenet. Sunt in ea primò Seriacum, Gorleum, & ſupra Bergomum Alzanum, dein porrò Nembretes, Albi, Deſenciates, Gazanicates, Berlum. Hinc ex montibus deorſum ad Brembi oſtium quo in Abduam illabitur incedenti, ſupra id Brembana vallis occurrit, à flumine cuius in dextra ripa eſt, id nominis tenens. Inter hos montes vici caſtellaq́; reperiuntur quædam, veluti ad D. Petrum & Menium. Sequitur Vallis D.Martini, quæ Pōtidam, Ceſanum, Caurinū, Callotium, Roſinum, & Laurentinum habet. Tum Mancana Vallis apud D.Peregrinū incipit, vbi Villa D.Peregrini, Ad.D.Ioannem, Platiates, Roncolatesq́;. Rurſum ab oſtio Brēbi in Addua itinere inter amnes Caueriatū inuenitur. Læua Brēbi ripa ſurſum Bramates, Ad D. Geruaſiū, Ronceū, & Cauriates, altiusq́; Filacum, Bonaretes cognomēto infernates, & qui ſupernates, Tenū, altiusq́; Caſtelletū. Rurſus per dextrā Abduæ ſurſum verſus Ad D.Seruatium eſt, & Cretum, & Putanengum & Medolacū, & Cerinianum, & Colciates, & Turris Cæſarea, ſupraq́; Calepium, & vlteriùs munitiſsimum oppidum Leucum, vbi pons Abduæ tranſitum iungit. Caſtrum hoc eſt nobile ac frequens in Mediolanenſium principum ditione: nam cum anno à C.N.MDXXXII. ab Antonio Leua Neapolis Prorege, qui tum Caroli V.Imperat. legatus erat, Ioanni Medici Mediolanenſi præmio laborum fuiſſet donatum, is Franciſco Sfortiæ II. Mediolani Duci ius ſuum

reſtituit

reſtituit,qui nequicquā antea diu validis copijs oppidum obſederat. Cōditiones aut huiuſmodi interceſſere,vt præter alia quædā Melignani Marchio crearetur ab Sfortia Medices.Itaq; nunc ſub imperio Mediolanenſi Leucum manet.Incipit hîc aquarum abundantia præcipua, quam Larius cum Abdua reddit. Lacum Leuci vocant ab illo nimirum oppido vicino. Profluit hinc vſq; in Padum vti oſtendimus Addua,quo flumine Larijq; dextra ripa Cenomanos hoc latere finire iam an certè conſtituimus.Secundum Leuci lacum dextra vſq; ad Larium incedenti, Abbatia, Madellomq; occurrunt,et Lierna, Varrena, Bellanumq; nobile oppidū ſplendidis ædificijs ornatum, maximeq; templo ab Azone & Ioanne Vicecomitibus olim Mediolani regulis condito.Pontem etiam in lacu habet inſignem ex lapide quadrato.Principatum eius ac item locorum hoc ſitu plurium aliorum Ioannes Franciſcus Sfondratus Cremonenſis tenet,cum egregia doctrina vir, tum ſumma prudentia,nunc Cardinalis.Deinde Correnum & Prona ſunt:mox ſtagnum exiguum amplitudine paſſ.mill.duorū,quod creat Larius,effuſis per hiantium iugorum fauces aquis.Supra id Collum eſt.Finiuntur hîc Cenomani,incipiuntq; Rheti,nempe circa hoc ſupremum Larij caput vbi Abduam excipit.

RHETI, VENONETES.

RHetica gēs fuit à Rheto condita Lydorum rege vt Cato ſcribit,vt Trogus,[a] duce Thuſcorum,cum quibus ex latis & fertilibus regionis tranſpadanæ [illegible]s vbi priùs incolebant,aſpera iuga mōtium & Alpes occupauit, ijsq; nomē [illegible]heticarum dedit vt docet Plinius,ſupra Comum ad Alpium radices Rhetos & Venonetes ad orientem habitare tradens,itemq; confirmat Strabo[b] hac ſententia. Rheti ad Italiam vſq; pertinent quæ ſupra Veronā & Comū. Antiquitùs tota gens in duas Curias,hoc eſt in primam & ſecundā Rhetiam diuiſa fuit,vt Plinius ſignificare videtur, itemq; Blondus aſſerit.Prima Curia Vallem Clauennā vti oſtēditur,ſecunda Vulturrenā habebat,de quibus ante omnia nūc agere inſtituimus. Rhetorum fines deſcribi haud poſſe arbitramur verè,ꝙ inter altiſsimos & multiplices montes etiam intra Germaniā variè omnino terminentur·partem verò eorum quæ ad Italiam pertinet tantum perſequemur.Itaq; cū ad Abduæ fauces quibus Lario illabitur, peruētū ſit hactenus,dextrā porrò eius amnis ripā vſq; ad fontem percurremus. Incolas huius tractus Voltulinæ vulgò nominant pro Vallis Telinæ,vel rectiùs pro Vallis Turrenæ ſeu Volturrenæ,ſic à patribus Volturrenis Hetruſcis ex fano Volturnæ, dictæ, qui huc auitis ſedib⁹ à Gallis pulſi cū Rheto commigrarunt. Ægydius Tſchudus Glaronenſis[c] in Alpinarū gentiū deſcriptione Venonetes à Plinio nominatos poſtea fortaſſe Ventoninos dictos & nūc Ventolinos ſcribit·vt adeo Pliniū[d] huius vallis populos appellauiſſe Venonetes exiſtimare videatur, quib⁹ ab oriente Vennotes,à meridie Camunos nūc vallis Camonicæ gentē,ab occidente Triūpilinos ſeu lacum Lariū annectit. Vallis hæc eſt per amœna,frequēs,pagis viciſq; cōferta,mediā interfluēte Addua. Primùm ad Abduæ caput in Lario Volonium eſt,dein ab Lario millibus octo nobile oppidum Morbinium,quod Paul⁹ Iouius in Larij deſcriptione Morboniū appellandū ſcribit propter cœli grauitātē ex paludiū vicinitate prouenientē. Infra hoc oppidum prope lacus ripā vallis de qua dixim⁹ initia ſunt.Mediū Morbiniū amnis interfluit [illegible],è dextra montium parte iactus.Secundum hoc aduerſo itinere,Saccum,Raſura, Podeſianum, Albares·, Gerola. Rurſum Abduæ ripa dextra ſurſum pulcher vicus Talamona bis mille paſſ. à Morbinio: mox Colorina, Torum, Fuſinæ,Ce-

a lib.20.
b lib.4
c cap.24.
d lib.3. cap.19.

næ, Cedrarcum, Caiolum, Boſſagia vel vt docti vocant Alboſagia, Plateda, Buffe-
tum, Pons in Abdua D. Iacobi. Dein aſcenſus admodum difficilis ad præcipites
Ciapellorum Auricæ rupes eſt, quà vallis aditur Camunia. Secundum Abduæ dex
tram ripam iter pergenti Staciona, Tiranum, Louerdum nobile lautumq; ac fre
quens & opulentum oppidum, item Touum & Madiú occurrút. Spatio inde mil
lium XV. inter aſperrimas iugorum rupes Groſium, Lopiæ, Capinaque vici re-
periuntur. Tum flumen ab Tridento profluens, prope cuius fauces quibus in
Abduam intrat iuxta pontem Abduæ Bormium caſtrum populo ac diuitijs abun
dans, quod alluit Abdua. Secundo abhinc lapide Balnea D. Martini ſunt, & vltrà
mille paſſ. Adduę fons in altiſsimi montis Braulij gremio. Plinius & Strabo mon
tes hos iuga Rhetica nominant. Aquarum D. Martini dextra, breuis & compen-
dioſa maximeq; frequẽs tum mercatoribus, tum alijs ex Italia præſertim à Medio
lano ad Danubium & in Auſtriam commeantibus via panditur. Montium horũ
a.lib.17. mentionem facit Tacitus a, iuga monteſq; Rheticos appellans. Adduæ fons ad
quem peruenimus, Curiæ Rhetorum primæ terminus eſt dextro latere: quamobrẽ
nunc deinceps eiuſdem amnis læuam ripam ediſſeremus. Itaq; ab Adduæ in Lario
capite læua ripa ſurſum verſus Martellum & Traona reperiuntur, ſupra quam in
monte Caſpanum nobile ac opulentum oppidum: pòſt Ardenum, Buium, Barbe
num, Caſtilio, & mox amnis Malengus vbi Malenga incipit vallis, meritò ſic ap-
pellatá, quippe cum deſerta tota præcelſiſq; rupibus & abruptis horridiſq; culmi
nibus nulla prorſus arbore vel herba viridicatorum montium, includatur. Mediá
intercurrit Malengus, vnde nomen tenet. Lapidem habet ex quo vaſa coquendo-
rum eſculentorum vſui vtilia fiunt, quæ per omnẽ Italiá exportantur. Ad finem a-
mnis Sondriú lautum ac frequens caſtrú ipſo flumine alluitur. Vlteriùs dein Pen-
dulaſcú, Treſiuú, & Pons, infra quem Cluriú & Glera, & in monte Teglium: ad e-
ius radices Bouiale, Bianzonium, & Villa. Supra hunc vicum fluuius Piſclauo ab
lacu in Adduam tendens: quo tranſito ſplendidiſsimum in altera ripa fanum Vir-
ginis Matris eſt quod Tirani nominatur. Tum in Adduæ ripa læua Verſiú, Groſ-
ſutum, Groſſum, Sondolum: mox Burmium de quo prædiximus ſequitur, vbi ſe
cunda Rhetorum Curia finit. Ad primam itaq; redeúdum eſt, in qua per Larij dex
tram ripam incedemus ad oſtium in eo Meiræ fluminis, quod à valle Bergalia
profluens amnem Liram defert. Is è regione Rheni in valle Gampolſchinorú ex
Adulæ montis radicibus oriens, & in Meiram euolutus, cú ea propter Clauenná
Lariú in lacum pergit. Errauiſſe nobis Strabo videtur Adduam ex Adula monte
naſci ſcribens: quoniá vti iá núc demonſtratum eſt, Braulius Adduæ pater, Adula
verò Liræ. Iuxta caput in Lario Meiræ, Turris Volonij fuit, annis ſuperioribus à
Griſonibus exciſa. Vallis hîc incipit Clauennæ, ſic ab Clauenna iuxta Meirá milli
bus ab Lario XVI. nobili oppido dicta. Inter Voloniú & Clauenná Nouates. To
ta Clauennatiú vallis prima Rhetorú Curia cẽſebatur. Dextra Clauẽnæ, dextraq;
fluminis Meiræ ſurſum, Coſtiſana, Stãpa, Mõs cú Valle Bregalia, deinde fons am-
nis in mõte Perninne. Rurſum p læuá ripá à Clauẽna procedenti Pluriú occurit q
b.lib.38. amnis ſecat. Lapis etiam hîc eſt fabricandis vaſis cibarijs aptus: quæ res à Plinio b
cap.22. quoq; memoratur his verbis. In Siphno lapis eſt qui cauatur tornaturq; in vaſa co
quendis cibis vtilia vel ad eſculentorum vſus: quod & in Comenſi Italiæ accidere
ſcimus. Vlteriùs Veſpranum eſt. Iterú ab Clauẽna Liræ læua ſurſum Tauretiú eſt,
dein amnis in Adula caput vti prędiximus, exaduerſum Rheni fluminis fonti. Rhe
tis qua-

tis quatenus ad Italiam hoc latere pertinent dictis, ad Padum deinceps & oſtium
Abduæ quo Cenomani finiuntur, incipiunt Inſubres, commeabimus.

INSVBRES.

INſubres Gallorum prolem qui cum Boijs, Senonibus, alijsq́; tranſalpinis po-
pulis in Italiam venêre, ſedesq́; Thuſcorũ ijs eiectis ſortiti ſunt, Cato, Liuius, cæ
teriq́; ſcriptores perhibent, vti in exordio regionis huius dictum eſt. Mentionem
Inſubrum Strabo, Polybiusq́; & Plinius & Trogus & Ptolemæus faciunt, itemq́;
Liuius in bellis eorũ cum populo Romano referendis, nominatim *a* quum eo bel *a lib. 20.*
lo quo Galli tranſalpini cum in Italiam irrupiſſent cæſi, popoulusq́; Rom. ſocio-
rum Latiniq́; nominis trecenta millia armatorũ habuiſſe dicitur, exercitibus Ro
manis tum primùm trans Padum ductis, Gallos Inſubres aliquot prælijs in ditio
nem redactos ſcripſit, & M. Claudiũ Marcellũ Conſulem occiſo Inſubriũ Gallo-
rũ duce Viridomaro opima retuliſſe ſpolia: quam rem & Polybius & Plutarchus
in Marcelli vita, prætereaq́; L. Florus in Gallico bello tradit. Inſubres etiam alibi
b Liuius magna ſtrage cæſos à L. Furio Conſule perhibet, quũ Hamilcare Pœno *b. lib. 31.*
duce defeciſſent, occiſis captisq́; amplius V. & XXX. millibus hominũ, Hamilca
req; ipſo cum tribus Imperatoribus Gallorum interfecto. Præterea victos quoq;
ſcribit aliàs *c* ab Cornelio Conſule: ac varijs *d* inſuper in locis res aduerſus eos à *c. lib. 32.*
Romanis fœliciter geſtas cõmemorat. Inſubres etiã Tacitus appellauit, alijq́; pręe *d. li. 33. 34.*
terea nobiles ſcriptores permulti vti breuiter omnino referri haud poſſet. Termi-
nos gentis ſtatuemus ab exortu Adduam flumen cum Lario, nimirum inter Co-
mũ & oſtium Meiræ læuum ſtagni latus, ad meridiẽ Padum, ab occaſu Ticinũ am
nem, à Septentrione Rhetos. Adduam à cuius in Pado confluente exordiemur ita
veteres nominant. E lacu Leuci vt diximus effluens, per planitiẽ in Padũ ſe exone-
rat. De principijs eius in Rhetis paulo antè ſatis multa ſunt ſcripta, quapropter hîc
plura dicere operæpretium non eſt. Tractũ inter eam & Lambrum vſq; Comũ, &
vlteriùs ad amnẽ Meiram ordine iam perſequemur. Itaq́; lęua ſurſum Abduæ ripa
primùm iuxta oſtiũ eius Caſtellum Nouũ oſtij Abduæ cognominatũ inuenitur, à
Mediolanenſibus & Placentinis olim anno à C. N. MCLXXXIX ſubuerſum, ac
dein à Parmẽſibus in gratiam Cremonenſiũ inſtauratũ vt auctor perhibet Corius.
Munitum etiam magnis operibus à Barnaba Vicecomite legitur anno poſt C. N.
MCCCLXX. Dein eſt oppidum Maccaſtorma, vbi Gabrinũ Fundulum Caualca
boues mactauiſſe prædiximus. De cætero Camarracũ, & interiùs Cotoneum, Ca
ſtellonumq́; ſunt: mox in Abduæ ripa ciuitas Lauda, nõ procul eo nunc loco, vbi
Lauda vetus extitit, à Plinio *e* in nona regione Lauda Põpeia nominata. De prin- *e. lib 3. cap. 16.*
cipijs antiquæ Laudæ Mediolanenſiũ Chronicis ita perſcriptũ legi. Sigoueſus Bel
loueſi filius, Gallorum his in locis rex, cum Laudum Mediolanẽſem hominẽ ſedi
tioſum ſuperbũ ob flagitioſos mores intollerabilẽ Mediolano exegiſſet, eum huc
profectum vrbem cõdere cœpiſſe, & à ſe Laudam nominauiſſe, colonis vnà dedu
ctis temerariorum, contumaciũ, atq; factioſorũ ſibi ſimilium turba: proindeq́; po
ſteros eorũ vrbis huius incolas perpetuò innata quadã peruicacia cum ſuis Princi
pibus maximeq́; Mediolanenſibus ac itẽ imperio Romano luctatos: quanq̃ in pa
triã redire poſtea Laudo p:rmiſsũ fuerit: demũ anno ab vrbe Roma cõdita DCC-
LXXI piratarũ duces quos Magnus Pompeius bello deuicerat, huc ab illo dedu-
ctos, tũ vt Laudenſes proteruitate ſuperbiaq́; feroces domarẽt, tũ vt ipſi faciliùs ſi
quid flagitiorũ auderent, à vicinis populis cõprimerẽtur, medio inter Placentiam

Cremo-

Cremonam, Ticinum & Mediolanum loco incluſi. Ita nimirum illa perhibent
a. lib. 3. hiſt. Vicec. Chronica, refertq; haud diuersè Merula a, quanquam eum ex illis ipſis annalibus hauſiſſe arbitremur ſua. Verumenimuero nobis vti etiam Blondo fabuloſa hæc vi dentur, quando neminem ſcripſiſſe conſtat (de claſsicis auctoribus loquor) à Pompeio duces piratarum hanc in vrbem deductos: quibus econtra ſedes illum & agri partem in Calabris & Magna Græcia conceſsiſſe Seruius apud Virgilium notauit. Laudæ Pompeiæ nomen à Pompeio Strabone Magni Pompeij patre putamus ortum, qui vel colonos huc deduxerit, vel vrbem refecerit, quanquam auctorem eius idoneum habeamus neminem. Plinius Boios trans Alpes profectos Laudam Pompeiam ſcribit condidiſſe quidem, ſed nominis originem & rationẽ non prodit. De Polybio, Strabone, ac Trogo plurimùm miramur, quòd cum vrbium à Gallis conditarum memoriam referant, huius non meminerint, quamtamen ædificaſſe Boios Plinius diſertè teſtatur. Primam omnino mentionem eius poſt Plinium in hiſtoria Blondi de Romani imperij inclinatione reperimus: vbi Odoacris Herulorum regis in Italiam aduentus, Oreſtemque patritium Auguſtuli patrem ab illo ſuperatum pugna, Ticinum ſupra Laudam fugiſſe narratur. Aliud ex veteri memoria de Lauda ſcriptum nihil inueni præterquam in Chronicis quibuſdam incerti auctoris. Euerſam à Mediolanenſibus ob
b. lib. 3. odia ciuilia quibus laborabat anno poſt C.N. MCLVIII. Merula b Coriusq; teſtantur, ac item Mediolanenſes & Laudenſes annales qui nobis ad manus peruenere, quos Corium & Merulam ſecutos etiam arbitramur. Addit Merula non ſolum Mediolanenſes Laudam expulſo populo nudauiſſe mœnibus, ſed etiam ciues in villas ſeparatim relegaſſe, ne rurſus coëundi patriæq; reſtaurandæ haberent facultatem: interdixiſſe illis quoq; mercaturam & connubia ſine præſidis Mediolani auctoritate: ſi ſecus facerent, facultatibus & patrimonio ſpoliatis alium locum habitandi circumſcribere ſolitos: parem eorum qui definito ſpatio vel noctu, vel interdiu excederent fuiſſe pœnam. Hanc miſeriam & calamitatem annis fere quadraginta nouẽ ait durauiſſe vſq; ad Friderici Aenobarbi Mediolanenſium hoſtis in Italiam aduentũ, qui Laudenſium partibus & cauſa ſuſcepta, locum illis vbi nũc eſt Lauda tertio lapide ab vrbis antiquæ ruinis oppido nouo condendo tribuerit, ipſeq; cum tota procerum caterua primis initijs adfuerit præſens, Eraſmo Morena, Arcibaldo Summaripenſe, Lothario q; Habonio Conſulibus Laudenſium deſignatis, agroq; conceſſo tractus huius vniuerſo, limites inſuper vrbis nouæ definitos hoc modo: ab regione D. Vincentij apud Adduam vſque ad initium foſſati portę imperialis iuxta paludem: hinc per foſſam vſq, ad paludem quę verſus ſyluã Græcam eſt ſupra paludis eiuſdem latus: tum inde ſecundũ ipſum id foſſati latus ad Adduam vſq;, perq; foſſatum ab regione prætorij Imperialis vſq; ad Abduã in orientẽ verſus. Sic vrbs noua ſummis auſpicijs & gloria condita, moxq; tum ædificijs, tum opibus & populo creſcens diu libera ſuam ipſa poteſtatem ſub imperij Romani tamẽ nomine tenuit: demum verò pernitioſis Gibellinorum & Guelforum in Italia partibus exortis cum inter ſe ciuilibus armis dimicarete, communi tandem conſenſu anno à C.N. MCCL. reſpublica decennali magiſtratu Veſtari-
c. lib 4. no commiſſa eſt vt Merula c tradit. Poſtea circa MCCLXIIII. à C.N. annum Philippus Turrianus Mediolani tyrannus Laudam quoq; ditioni ſuæ ſubiunxit, cu-
d. lib. 5. ius idem auctor eſt Merula d. Dein anno MCCCXXI. populi cõſenſu principem appellatum Baſſanum Veſtarinum, cui Ioannes Iacobus & Succius Veſtarini ſucceſſerun

ceſſerunt à Petro Tenacollo ipſorum famulo ſingularis ingenij ac audaciæ homi
ne carceribus incluſi fameq; necati, quam illi pœnam in alios exercere ſoliti erát,
ipſumq; tyrannoctonum ita ſibi dominatum vrbis comparauiſſe Corius [a] memo *a. parte.3.*
riæ prodidit. Hinc Vicecomitum Mediolani regulorum imperium ſecutum eſt, cú
id anno à C.N.MCCCXXXV. voluntate populi totius Azo nactus eſſet vt Co-
rius ſcribit: quo duráte circa MCCCLXX. annum Barnabas Vicecomes arcem
hic condidit. Poſt exceſſum autem Ioannis Galeatij primi Mediolanenſium Du-
cis circa MCCCCV. à C.N. annum Ioannes Vineatus dominatú occupauit ſub
Ioanne Maria Duce Ioannis Galeatij filio. Sed cum eo cæſo Ducatus ad Philippú
Mariam fratrem deueniſſet, is per Carmaniolam legatum vrbem recepit, capto
Vineato cum duobus filijs, ac dein occiſo. Corius tamen Ioannem Vineatú Me-
diolani in carcerem traditum, ac tum Carmaniolam ad Laudam miſſum eius fi-
lium Ludouicum cepiſſe, Mediolanumq; pertraxiſſe ſcribit. Philippo Mariæ Du-
ci mortuo Franciſcus Sfortia ſucceſsit· illi poſteri Sfortiæ Mediolani Duces vſq;
ad Ludouici XII. Francorum regis in Italiam aduentum· à quo tamẽ Lauda quo-
que rurſus ad Maximilianum Sfortiam redijt, vti poſtremùm etiam à Franciſco
primo rege cui ſe dediderat, ad Franciſcum Sfortiam ſecundum, cui in principa-
tu defuncto Carolus V. Imper. Aug. vltimò ſucceſsit. Status hic imperij Lauden-
ſium in hunc vſq; diem fuit: quamuis enim ad Venetorum ditionem nonnunq̃
aſpirauerint, tamen haud diu illa potuere frui. Ciuitas eſt Lauda perhoneſta, di-
ues, lauta, rebus omnibus quæ ſunt ad vitam vtiles abundans. Populum alit non
minus in armis quàm mercatura parandiſq; diuitijs ſolertem. Ingentia ſuperiori-
bus annis detrimenta tulit ex bellis inter Carolum V. Imper. Franciſcum primú
Franciæ regem, Venetoſq; & Franciſcum Sfortiam ſecundum, itemq; Florẽtinos
geſtis: nunc autem inter principes illos pace tam anno à C. N. MDXXIX. Bo-
noniæ, quàm MDXXXVIII. inter Imperatorem Carolum & Franciſcum Fran-
ciæ regem apud Aquam mortuam conſtituta, demum tranquillitate fruitur.
Agrum habet admodum amœnum & fertilem copia tritici, ſiliginis, milij, cæte-
riq; frumenti, item vini aliorumq; fructuum. Campis latiſsimis & pratis ad rem
pecuariam ſummè opportunis fœlix eſt· ideoq; caſei tantam copiam ſuppeditat,
quantam Italiæ pars nulla. Semper hìc recentes herbæ propter aquarum abundá-
tiam quibus vniuerſus ſitus eſt irriguus: vndiq; riui diſcurrunt· alueis omnia ple-
na· nec raro ternos quaternóſue canales alios alijs ſuperinductos vti locorum
vel editior, vel depreſsior eſt conditio, videas, mirabili planè arte ſummoq; cum
fructu· quamobrem euenit vt tertiùm quartumq; fœnum his pratis ſecetur, non-
nunquam etiam quintùm, vti anno à C.N.MDXXII. contigit. Hinc tanta la-
ctis vbertas caſeo faciendo conſequitur, vt tam amplis & ingentibus cum moli-
bus figurẽt, quantis haud credere queas ni videris. Exemplum adeſt compertum·
Ioannes Franciſcus Comes Somalienus anno à C.N.MDXXXI. caſeos quatuor
tam inſigni & immenſa forma confici curauit, vt ſinguli pondo D. complerent.
Summa profectò admiratione dignum eſt eam lactis coagulati molem in vaſis ad
figurandum neceſſarijs opportunè commodeq; tractari poſſe. Viros nobiles Lau
da multos edidit, inter quos D. Baſſianus eius Epiſcopus & patronus, qui circa
CCCCXV. à C.N. annum floruit, Raymundus item Summaripenſis eius anti-
ſtes, & Iacobus Arrigoneus ambo ſodalitatis prædicatorum monachi, viri docti
virtutibusq; decorati, vt in libris [b] hominum illuſtrium eius ordinis perſcriptum *b. lib. 3.*

HHh legitur,

legitur, Ambroſius Vineatus ſumma doctrina præditus, & Matthæus Vegius, ex
cuius litterarũ monumentis q̃ latinæ græcæq; linguæ peritus, quamq́; poeticæ ac
eloquentiæ ſummis dotibus ornatus fuerit, apertè cognoſcitur. Alij p̃terea multi
inclyti viri vrbe hac orti, quos breuiter enumerare haud poſſemus. Locorum de-
ſcriptionẽ inter Adduam & Ticinum flumen ſigillatim deinceps perſecuturi, quã
fieri poterit exactè ſeruatũ hactenus ordinẽ tenebimus, nimirum vt per aduerſas
primùm ripas amnium diſcurramus. Itaq; nunc læua fluminis Abduæ ſurſum in-
cedentes loca tum in ipſa ripa, tum intus ſita cõmemorabimus vſq; ad Pontẽ Le[illegible]-
ci: dein aũt rurſus à Pado Lambriq; oſtio per eius amnis dextram vſq; ad lacum
Puſcianum ex quo profluit, etiam mediterranea priùs omiſſa perſtringemus: tum
ſuccedet Comum. Sciendum etiam eſt hoc tractu multas clarium aquarũ latas al-
taſq́; foſſas, accolæ rozas & nauilios appellant paſsim cum irrigãdi in agros, tum
nauicularum ducendarum gratia quibus regionis fruges hàc illac deportãtur, ex
Addua Lambroq; ac alijs fontibus trahi, quarum mentionem facere nõ inſtitui-
mus, niſi ſi quæ ſunt paulo maiores, ne tædium multiplici narratione pareamus.
Primùm à Lauda ſurſum verſus Turricula, Comora, Galganium, Villa, Migneũ,
Buſna, Mutianum, Zolobenum, Perſicum, Pau, Merlinum, Corratium Cornelia-
numq́; ſunt. Dein eſt Mutia riuus ingens ex Abdua, ponte apud Pau iunctus. Poſt
Mutiam Irocatianum, & Cabalionium ſequuntur. Dein ad dextram Melgolæ ri-
pam (ea riuus aquæ eſt ex Brigantinis montibus in Mutiam paulò ſupra pontem
de quo commemorauimus defluens) Septaria· læuaq, Mutiæ Albinianum· & me-
dio horum fluminum Melci, quod aliqui Melpum putant oppidum olim opu-
lentia præcipuum, ab Inſubribus & Boijs & Senonibus deletũ eo die, quo Camil-
lus Veios cepit. Imperium huius nobiliſsimi caſtri Firmus Triuultius vir cũ alijs
virtutibus, tum humanitate præſtans habet. Dehinc Belinciacũ & Petiolum ſunt,
& ad læuam Adduæ ripam Caſſanum, olim frequens oppidum & arce munitiſsi-
matutum, ſed iniuria bellorum Caroli V. Imper. & Franciſci primi Franciæ re-
gis Franciſciq; Sfortiæ ſecundi ac Venetorum, vti finitima cætera peſsimè affecti-
quanquam poſt initam pacem ſatis ſe refecerit hactenus. Victum hîc Actiolinum
Romaninum nobilem tyrannum anno ætatis octuageſimo, vulneratũq; & ca-
ptum, nec diu pòſt ad Soncinum quò deductus, calamitoſum vt promeruerat ex-
ceſſum habuiſſe Petrus Gerhardus Patauinus in illius hiſtoria perhibet, itẽq; Me-
a. lib. 4. rula a & Blondus b, ſcriptoreſq; alij. Altiùs porro Cropellum: mox Nauilius Mar
b. lib. 18. teſanæ ſuccedit ex Addua deriuatus, & ſubter Gorgongiolam vbi ponte iungitur
hiſt. ad Mediolanum accedens. Hoc riuo trãſito, iuxta Melgolam Vetena, & Gorgon-
giola, Fornaxq́;, & Inciacum. Conſpiciuntur hîc montium Brigantinorm iuga.
Sunt qui Brigantiam tractum hunc dictum putent à græca voce βριάω, quod extol-
lo ſignificat, propter elata montium cacumina, vel ob populorum fortitudinem.
Alij id nominis huic inter Abduam & Mutiam plagæ milites Friderici Aenobar-
bi dediſſe volunt, qui in ea diu cum Mediolanenſibus bellantes conſedere, à viti-
feris collibus quibus agro circa lacum Brigantium quem nunc Conſtantienſem
vocant, maximè ſimilis eſt. Frequens om̃ino colonis pagiſq́; plena eſt. Decętero
c. lib. 6. Maſſa, Vauarumq́; non inhoneſtũ oppidũ, quod Merula c Vapriũ, Ligurinus poe-
hiſt. Vic. ta Vauire nominat. E regione iacet oſtio fluminis Brembi, quod in Abduã dextra
ripa defluit. Intus ſunt Baſſanũ, Æſia, Caſtellatium, Cambiacum, Homates, Ca-
uernacũ, & altiùs Quiriacum, Moiratum, Ornacum, Roncellum, Monaſteriũq́;.

Tum

Tum vlteriùs ad Abduam munitiſsimum oppidum Tretium à Barnaba Viceco- mite conditũ anno poſt C.N. MCCCLXX. vnà cum Abduæ ponte ſicut Corius prodidit. Altiùs adhuc Arx Cuſani, Buſnaca, Beluſcum, Oldenicum, Miciacum, Cantonium, Ruſnellum, & Colnacium. Dein propter Abduam ſurſum Perteſi- num, intusq; Oſnacum, Hidrum infernum, & quod ſupernum, Caurci, Paternũ, Nouatum, Ceriuſculum, Robia, Imberſacum, & ſecundum Adduæ ripam Briuiũ, latinis Bripia dictum. Dein Arx Aironi, Oglina, Roueca, & altiùs Galbia. Mox Vallis Macrena. Longiùs per Abduæ ripã procedenti pons in ea Leuci occurrit. Rurſum in Padi ripa poſt Adduæ confluentia Guardamelium, Somaſia, Hoſpi- taletum, Ori. Dein fluminis oſtium Lambri, pariter à Plinio nominati, quod ab Eupili lacu redditum infra Larium huc in Padum defluit, aquarum perpetua cla- ritate nitens, copiaq; piſcium optimorum abundans. Itaq; iam ex lacu Lugano haudquaq̃ effundi Lambrũ patet, quanq̃ id Blondus [a] ſcripſerit. Ad dextrã Lam- *a. lib. 21.*
bri ſurſum in mediterraneo Lauda vetus apparet, de qua paulo antè dictũ eſt. De- cætero Biſſoneum, Motta, Tauacionum, Caſale Puſterulencum frequens & pul- cher vicus à Mediolanenſi clara gente Puſterularum ſic dictus vti perhibet Cori- us [b]: tum Mulatianum, Ceruinianum, iuxtaq; ripam Lambri, Medi, Agelus Fori *b. parte. 4*
magni, Linatum, Piſcaria, Gãciacum, Panacia, Lucinum, Rodenum, Lunidium, Rugaceſa, Ad D. Petrinum, Lambratum, Segratum, Vonia, Leſcatũ, Vimildro- num, Plotellum, Caſsina alba, Caſsinaq; Piciorũ. Diuidit hunc tractum Nauili- us Marteſanæ Mediolanum petens, cuius mẽtionem anteà fecimus. Hoc tranſito Colonia reperitur mox Cernuſculum, Buſerum, Membrucium, Caponacum, & in Brigantinis montibus Piſſonium, Canucatum, Monſcucus Caſabaſtonia, Im- baratia, Piſcariola, Concoregium ſuperioribus annis artificibus accuum frequẽs, Vicus Mercatus lautiſsimus pagus, quẽ tamẽ aliqui Vicũ Martlum appellari de- bere volunt, tum propter lapidem hîc in D. Stephani æde poſitum peruetuſtum cũ hac inſcriptione: Herc. in Vic. Vot. Martius Luſor Albucius L. D. D. D. tum ꝙ ager Marteſanæ nomen adhuc à Marte retineat, quem Deum gentes huius ſitus co lere ſint ſoliti. Apparent dein Orenum, Paſsica, Arconium, Ad D. Martinũ, Le- ſinum, Villa Vſina, Bernaregium, iuxtaq; Lambrum Canonica. Intus Cãpus Flo- rentius, Tricaſium, Mons Aia, Cacenũ, Beſſona, Caſale, Miſericordia, Lomania, Mons Segius, Turricella, Caſſacum, Cremella, Rouaniatum, Hoe, & altius Ano- num, Ogionum, Giſulpha, Ellum, Saratesq;. Lacus hîc eſt modicus exigua foſſa ſe in Adduam exonerans ſupra Pontem Leuci. Læuam eius lacus Chiua tenet. Per dextrã Lambri ripam iter pergenti, caput amnis quo ex Puſciano lacu reddi- tur, occurrit. Hunc lacum Plinius [c] Eupilem vocat nunc Puſcianus à vico ſuper- *c. lib. 3.*
poſito Puſciano dicitur. Lamber igitur ex Eupili ſub Comenſibus iugis, item Cer *cap. 18.*
uiano, Segrenoq; lacubus, qui foſsis & oſtijs Eupili cõiuncti ſunt, effluit, & ſic ab Eupili in quem alij cõfluunt effuſus, tandẽ in Padum ſe exonerat vti eſt oſtenſum. Ad dextram Eupilis Puſcianum eſſe vicum diximus. Sequitur vltra lacum vallis nomẽ ab Aſsi pago tenens Aſsina, infra Comũ Brigantinis propinqua montibus. Cantium habet, & altiùs Oſſum, & Ad D. Agatham, & Caſsilinum, & Scarrenã. Rurſus in Padi ripa poſt Lambri oſtium Chiniolum eſt, moxq; Ad D. Iacobum, Vena, Belgioſium opulentum & lautum caſtrum in ditione nobilis familiæ Co- mitum Barbianorum, quæ eſt poſteritas Alberici Cuniatis celeberrimi ducis, de quo in Æmiliæ Cunio copioſè ſcripſimus. Caſtellum hoc à Ioanne Galeatio Vi-

cecomite primo, Mediolani Duce cõditum aliqui tradiderunt. Agrum habet admodum fertilem, ꝗ vndiq; ſit irriguus. Sequuntur hinc Mettona, Sagiarella, iuxtaq; Lambrum D. Columbani oppidum MCLXIIII. poſt C.N. anno Indictione X. conditũ à Friderico Ænobarbo vtilitati & commodo Imperatorũ vt ait Corius. Nunc Carthuſianorũ Ticinenſium dominij eſt. Ingentibus detrimentis & cladibus affectum annis ſuperioribus iniuria bellorum quæ inter Carolũ V. Imper. & Franciſcũ primum Franciæ regẽ Franciſci Sfortiæ II. Mediolani Ducis cauſa geſta. Peramœni hîc vitiferiq; colles vbere nobilis ſucci fructuũq; ſuauiſsimorũ fœcundi. Per ripam Lambri ſurſum incedenti Vilantũ occurrit, & nobile D. Angeli caſtellum à Regina Scaligera Barnabæ Vicecomitis vxore MCCCLXXXI. à C.N. anno ſumptu C. mill. aureorum nummûm ædificatũ vt Corius auctor eſt. Poſsidetur nunc ab eximia gente Bologninorũ, ſic à Matthæo patria Bononienſe auctore, cui Frãciſcus Sfortia primus, Mediolani Dux locum hunc virtutis cauſa donauit, appellata. Deinde ſecundũ riuũ ſeu nauiliũ qui Ticinellus vocatur, Turris eſt Tertia. Tranſito Ticinello Landrianũ & Grenianum inueniuntur. Hinc vltrà D. Angeli riuum, Caſellæ, ſummi Iureconſulti Andreæ Alciati villa eſt, moxq; propter aquã Arceniacum, Cignianũ, Pizagragia, verſusq; Lambrum Riuotium, Balgapeum, Carpionium, Cornareum, & ad Lambrũ Melignianum nobile oppidum à Mediolanenſibus anno poſt C.N. MCCXLIII. muris cinctũ vt Corius ꝓdidit. Haud procul hinc Franciſcus primus Francorum rex auxilio Bartholomæi Aluiani Veneti exercitus ꝑfecti Heluetios ꝑlio fudit anno à C.N. MDXV. Animam hîc edidit Blanca Maria prudentiſsima ſanctiſsimaq; fœmina Philippi Vicecomitis Mediolani Ducis filia, Franciſciq; Sfortiæ primi, item Mediolani Ducis vxor, anno poſt C.N. MCCCCLXVIII. quẽadmodum perhibet Corius. Nũc Melignianum cum Marchionis titulo Ioannes Iacobus Medices è Mediolano ditione tenet vti ſuprà cõmemorauimus. Sequuntur dein aquæ riuo quodã tranſito Arx, Viboldonium, Locatum, Opera, Pons Sextius, Ad D. Iulianũ, iuxtaq; Lambrum Cultronium, Ceuida, Ad D. Donatũ, Clarauallis, Ronchetum, Ad D. Mariam Raſanam, Caſtellatium, Viglinũ, altiusq; Ad D. Martinum prope Lambrũ, Biſtigeria, Triuultium, Morſentia, Monlorũ. Dein haud procul Mediolano Caſinellum, Blanchetta, Cimianum, Caſſencum, Tura, transq; nauilium Marteſanę, Brocum, Præcentana circa dextràm aluei ripam Sueſæ Breſsiq;. Tum in meditullio Bicocca Gallorum clade nobilitata, quos hîc anno à C.N. MDXXII. Proſper Columna debellauit: mox Præcetum, Turricula, Sextium, Peluca, Ad D. Rochum, & in mediterraneo Balſamum, Cinoſellum, iuxtaq; Sueſas Cuſanum inueniuntur. Rurſus ad Lambrum pernobile oppidum eſt Moncia, veteribus maximeq; Paulo Diacono [a] Modoëtia nominatum quanquam recentiores aliqui Moguntiam vocent præter vllam antiquitatis auctoritatem. Id Lamber medium interfluit. Auctum nobilitatumq; plurimum à Theodorico primo Gothorum rege Paulus Diaconus ſcribit & poſtea muris vaſtatum Azo Vicecomes anno à C.N. MCCXXXV. refecit vt auctor eſt Corius. Baſilicam hîc ædificaſſe ſplendidiſſimam Theodoricum regem, itemq; magnificum D. Ioannis fanum Theodolinã reginam, idq; maximis ornauiſſe donis Blondus [b] memorię prodidit. Eorũ munerum etiamnum aliqua ſuperſunt, gallina cũ pullis ex auro, pretioſaq; vaſa plurima. Regiam quoq; hîc eandem reginam condidiſſe ſumptuoſam tradit Paulus Diaconus [c], vbi diu ſedes ac domicilium reges Longobardorum habuere. Modoëtiam

a. lib. 4. hiſt. Long.

b. lib. 8. hiſt.

c. lib. 4. hiſt. Long.

doetiam temporibus Galeatij Vicecomitis primi maximas calamitates pertuliſſe ſcribit Corius a. Diu mos Imperatoribus Romanis fuit, vt poſtquam Cæſares electi coronam apud Aquiſgranum primam ſumpſiſſent, alteram hoc in loco acciperent quæ ferrea dicebatur. Aliqui tamen exemplum poſteriori ætate ſecuti nō ſunt certis quibuſdam de cauſis, ſed illa ſolennia Mediolani cepere, quemadmodum à quibuſdam hiſtoricis & Alciato quoq; doctiſsimo Iureconſuto traditum eſt. Cum anno à C. N. MDXXX. Carolus V. Imper. Bononiā veniſſet, quò à Clemente VII. Pontif. coronam illic acciperet, eumq; Modoetini coronam offerentes, & vt illam ex veteri conſuetudine à ſe vellet ſumere orantes adijſſent, ſummè quidem collaudatis gratiæ tum actæ, vetusq; prærogatiua confirmata, ſed à Pontifice coronam Imperator in Curia Bononieſium magna ſolennitate cepit. Imperium huius oppidi diu ad Mediolanenſes regulos pertinuit: at ſuperioribus ann. à Carolo V. Imper. donatū Antonio Leuæ Hiſpano fortiſsimo Duci præmio meritorum eſt: cui mortuo filius in imperio ſucceſsit. Modoetiam Facius b hac ſententia commemorat. a. parte 3. b. lib. 3. cant 3.

Iuxta terram illam firmaui veſtigia
Quam peiùs morte leproſi omnes oderunt,
Sebaſtianum vocant, & ſic ego ſcripſi.
Inde mox ſoluimus abſq; longiori mora,
Lambrum traiecimus ad Mediolanum verſus,
Sed in via haudquaquam latuere
Caſſanum, Modoetia, & Marinianum.

Iuxta Modoetiam Nouates: dein Maſſacum, mox Deſium, Vedonium, Blaſinum, Liſonium, Macij, Serenia, Senenſesq;: tum in ripa Lambri Suicum, Albi, Carariū, Ciancates, Medates, Mocarellini, Marlianū, antiquis Marianū ſeu Manlianum vt qdam volunt, dictū. Decætero Veranum, Incinū, vbi parochialis ædes, plebem vocant Incini. Sunt qui Lycini forum hic extitiſſe putēt cuius memoriam vſurpat Plinius c inquiens: Orobiorum ſtirpis eſſe Comum atq; Bergomū & Lycini forum & aliquos circà populos auctor eſt Cato. Sequūtur Canacum, Carenna, Monſūlarium, Ficinum, Aroſum, & in collibus Inuericum, iuxtaq; Seueſam Canturium vt recentiores vocanr, item Brena, Cernacū, Cloracum, Noblæum, Fabrica, Alciatum ſic latinè dictum à quibuſdā veluti Alſiatum. Andreas tamen Alciatus vir in omni diſciplinarū genere præſtans Alciatū dici perhibet ab Alciato Parthaonis Ætoliæ regis filio, qui magnū in hæc loca colonorū numerum deduxit: & cuius manes cū ab Oenomao necatus eſſet, ꝙ inter procos eius filię Hippodamiæ fuerit, circa ſepulcrū habitantes, iter hac agentes infeſtabāt, quo de d Pauſanias cōmemorauit. Genitus hîc Virginius Rufus vt Cœcilius Plinius auctor eſt, Alſiā nominans locū. Sequitur Inſimanū, & Mons Orfanus, & Parauicinū, & Mogutium à Merula Corioq; Mogūtium dictū: quapropter errare mihi videntur Monciam latinè Moguntiū appellātes, qm̄ hoc caſtellum ſit Moguntium vti Merula demonſtrat. Alciatus tn̄ Mogutium ſibi videri ſcribit Montem Acutum potiùs vocandū. Iuxta lacum Eupilē eſt vnà cum Cuiſamo. Supra modicū Serij lacū Erba Creuenaq; ſunt. Dein Pons in Lambro qui lacui illabitur: altiusq; Lambri in Eupilem influentis fons ſub montibus vti dictum eſt, Larij. Tandem in læua Lambri nonnihil ab eo diſtās Comum eſt ciuitas, propter quam amnis Britia defluit in Larium. Circa Britiæ principia Morbiū, Canoſſum & Vacallum. Rurſus à ponte Leuci per læuā ripā Leuci c. lib. 3. cap. 16. d. lib. 5.

lacus (ſic illam aquarum abundantiam vocant, quam Larius vnà cum Abdua flexo ad Leucum verſus cornu, ex quo demum Addua redditur, effundit) ſurſum incedenti, primùm Mulgrato, mox circa Larium tanquam in peninſula Belaſium occurrit· hinc deorſum ad Comum verſus per ripam Larij pergenti Neſsium, & Carenum· mox Pliniana. Fons ille eſt à Plinio ſic dictus vti accolæ ferunt, qui hìc habitauerit, ſingulis horis perpetuò intumeſcens, ſimulque reſidens quod ipſe Plinius *a* tradidit. In huius ripa ſurſum Tornus, olim frequentiſsimus vicus, ſed peſsimè ſuperioribus annis à Comenſibus inimicis habitus. Pace demum inter Carolum V. Imper. & Franciſcum Sfortiam II. Mediolani ducem facta quieſcere cœpit· vt nunc coloni paulatim ad ſua negotia ſtudiaque priſtina redierint. Sequitur Parlaſca vicus ab Hieronymo cognomine à patria Parlaſca, prædicatorum ordinis viro docto ac prudente nobilitatus, qui memoria patrum noſtrorum apud Bononienſes hæreticorum Inquiſitor fuit. Iuxtà ciuitas eſt Comum, Lario appoſita, quam ita Strabo *b*, Plinius *c* in nona regione, Trogus *d*, Cato, Ptolemæus, Ammianus *e*, alijque multi ſcriptores nominant. Trogus à Gallis conditum prodidit cum Mediolano, Bergomo, Brixia, Tridento, Verona, Vicentia: ſed Cato itemque Plinius aliter ab Orobijs Alpium incolis ortum tradunt, quemadmodum & Bergomum, & Lycini forum, vti de Bergomo commemorauimus. Catonis verba ſunt. Alpes omnes Italiæ, colonias fuiſſe Thuſcorum incolæ aſſerunt· & ab ipſis vel ducibus, vel capitibus originum nomina gentibus & locis indita vt Rhetij à Rheto rege Lydorum, & Veronenſes à Vera colonia Thuſca, Comenſes à fani regijs Turrenis, à quibus Vallis Volturena, & Oſci à quibus Oſcella. Sic Cato. Nos Comum initio Thuſcos ædificaſſe, ac inter illorum ciuitates XII. tranſapenninas fuiſſe quarum Liuius Polybiusq; & Plinius mentionem faciunt, dein autem à Gallis qui Thuſcos his ſedibus eiecère, quemadmodum ſæpiſsimè iam diximus, vel inſtauratum, vel auctum cum Mediolano ac cæteris illis vrbibus, vt Liuius Trogusq; ſcripſerunt, exiſtimamus· quanquam verbo condendi Liuius itemq; Trogus vtatur: etenim quod hactenus repetitum ſæpe eſt, id reficiendi, vel augendi, vel etiam colonos nouos deducendi ſignificatione veteres frequenter vſurpant. Noſtra hæc eſt ſententia, qua tamen aliorum arbitrio præiudicium fieri nolumus. Strabo ſcribit Comum mediocrem coloniam fuiſſe· ſed Pompeium Strabonem Pompeij Magni patrem colonos in eam reſtituiſſe quam incumbentes Rheti vaſtauerant, inde Cor. Scipionem tria hominum millia inſuper adieciſſe, poſtea quoque Cæſarem quina deduxiſſe inquilinorum, quingentos ex ijs nobiliſsimos fuiſſe Græcos, hos etiam ciuitate donatos, & in habitatorum numero deſcriptos tamē domicilium hìc nō habuiſſe, ſed oppido nomen relinquentes Noui Comi, colonis eius Nouocomenſium appellationem peperiſſe. Mentionem Comi Liuius *f* quoq; facit cum Boijs finitimorum agros populationibus vexantibus Marcellum extemplo legiones trans Padum in Comentium agrum duxiſſe narrat, vbi Inſubres armati Comenſibus iuncti conſidebant· additq; mox inſignem de Gallis Marcelli victoriam, qua cum ingenti hoſtium cæde, caſtris etiam eorum direptis, adepta, mox ad ipſius Comi obſidionē profectus, haud multos poſt dies eo potitus eſt. Ita dein vrbē hàc in imperio Romano cōquieuiſſe, quandiu maieſtas eius auctoritasq; cōſtitit, arbitramur, poſteaq; Gothorū & Longobardorū nomen ſecutā, donec à Carolo Magno deuictis Longobardis & eorū rege Deſiderio capto in illius ditionē, mox

in

a lib. 2. cap. 106.
b. lib. 4. 5.
c. lib. 3.
d. lib. 20.
e lib. 15.
f lib. 37.

in Italiæ regis quē ipſe conſtituerat ac in eius ſucceſſorū, deniq; ſic ad Imperatorū Cæſarū ex Germania, deuenit· ſub quibus etiā vti Italiæ ciuitates reliquæ ſuā ipſa tenuit poteſtatē: ad extremū in Mediolanenſium imperiū recidit vt Merula Coriusq; tradiderunt. Exciſum vetus oppidū aiunt ab Anſelmo Puſterula Mediolanēſi Archiepiſcopo, qui cum Nouocomenſes antiſtitem ſecundum eius arbitriū & voluntatē accipere abnuiſſent, poſt longas cōtentiones exercitum vrbi admouerit, eamq; tandē deditione ceperit, vti in libro ciuitatū Italiæ Burſellius perhibet. Itaq; ſic Comi potitus Anſelmus excedere vti narratur, colonos iuſsit, aliasq; ſedes vbi vellent etiam in circumiectis agris capere· qui tum dolentes aris focisq; relictis finitimas occupauere valles, domiciliaque ſibi ædificare noua cœperunt: Anſelmus autem vrbem veterem edito in loco poſitam funditus deleuit. Eı occaſione Vetus Colonia Romana hunc in locum vbi nunc Comum tranſlata eſt, nouisque dein ædificijs quæ hic condita fuerant ciuitatis acceſsit forma, nimirum vt nunc apparet, Cancri ſpecie. Murum qua parte Mediolanum ſpectat Ioannes Vicecomes Archiepiſcopus & Princeps Mediolani dedit anno à C. N. MCCCLIIII. qui caſtellum inſuper Turris Rotundæ condidit. Primus omnino ex ipſius ciuibus quantum è Corij monumentis haurire nobis licuit, dominatum vrbis inuaſit Lucterius Ruſca poſt C. N. anno MCCLXXXIIII. vel vt Merula a ſcribit LXXXVIII. Sed eo Vitanis deinde ſe opponentibus auxilio Martini Turriani Mediolanenſium Dictatoris exacto, Martinus ipſe rem Comenſem ditionis effecit ſuæ. Non diu poſt reuerſis Ruſcis principatum ex ijs Iordanus ſumpſit· quo Vitanorum etiam ope pulſo Philippus Turrianus anno à C. N. MCCLXIII. Comenſium potitus eſt. Maximam auctorum varietatem circa hæc tempora reperio· quippe aliter ea Corius, aliter Merula prodit, vt an in codicibus eorum errores ſint, an ipſi diuersè ſcriptum repererint, ignoremus. Vtcunque ſe habeat, rem alijs diligentiùs examinandam relinquimus. Præterea Frāciſcum Ruſcam anno à C. N. MCCCXXVII. Comenſium Reipub. principatum adeptum reperio· cui nono ferè anno pòſt Franchinus ſucceſsit vt Corius b auctor eſt. Is MCCCXXXVIII. anno Comum Azoni Vicecomiti tradidit: ex quo tempore Vicecomites hìc regnarunt vſque ad Ioannis Galeatij primi Mediolanenſium Ducis exceſſum: tunc namq; Ruſcana factio conſurgens Vitanos pepulit cum magna hinc inde cæde· perierunt enim eo conflictu ferè DCCC. inter quos Balthaſar Ruſca ſuæ factionis princeps· Adeoq; ſic ciuitas ſemiruta cū ſuburbijs tum relicta. Sub Vicecomitum exin imperiū redijt Philippo Maria Duce Mediolani facto· cui Franciſcus Sfortia ſucceſsit· quem Galeatius & item Ioannes Galeatius in principatu ſecuti vſq; ad Ludonici XII. Francorū regis in Italiam aduentum, qui Mediolanum cepit. Sic poſtea ſimilem Mediolano fortunam habuit, ſeu illo Francorū reges, ſeu Sfortiæ, ſeu Carolus V. Imper. Aug. potiretur: vnaq; cum Mediolano nunc ſub Carolo manet. Ingentem anno à C.N. MDXX. calamitatem à Cæſarianis legionibus accepit, ꝙ fuſos acie Gallos intra mœnia receperat: nam cū illi ſe munitionibus hìc ſepſiſſent, eiecti mox à victoribus, vrbis diripiendæ cauſam præbuere. Vrbs eſt Comū nobilis ac opulenta, rebusq; neceſſarijs ad vſum hominū affluens. Colonos in re facienda ſolertes admodū & induſtrios, agrū à meridie peramœnū & fertilem, ab altera parte lacum Larium habet de quo poſtea ſcribemus. Illuſtres & doctos viros quorum fama nobilitatum eſt plurimos edidit, nominatim Cæciliū poetā de quo Catullus hoc Epigrammate.

a. lib. 4. hiſt. Vic.

b. parte 3.

 Poetæ

Poetæ tenero meo ſodali
Velim Cæcilio papyre dicas
Veronam veniat Noui relinquens
Comi mœnia Lariumq; littus:
Nam quaſdam volo cogitationes
Amici accipiat ſui meiq;.
Quare ſi ſapiet viam vorabit.

Sed & Cæcilium illum ex Como fuiſſe marmor annis ſuperioribus hic inuentum probat, in quo ſic ſcriptum legitur. L. Cæcilius L. F. Clio, IIII. Vir A. P. Qui teſtamento ſuo Ijs XXXX. municipibus Comenſibus legauit, quorum reditu quotannis per Neptunalia oleum in Campo & in Thermis & Balineis, omnibusq; qui ſunt Comi, populo præberetur, T. F. I. Plinius etiam ſecundus qui opus illud ingens Hiſtoriæ naturalis cōdidit, hac ex vrbe ortus erat vt Suetonius in libro de viris illuſtribus auctor eſt: quanq̃ non deſint qui Veronenſem fuiſſe contendant, cuius rei iudicium nos alijs permittimus. Illuſtrauit etiam Comum ſummè Benedictus Iouius vtriuſq; linguæ peritiſſimus, qui non pridem magno cum totius vrbis luctu ſpiritum ſupremum edidit. Nūc eius frater viuit floretq; Paulus Iouius Epiſcopus Nucerinus inclytus hiſtoricus, qui vitas XII. Vicecomitum Mediolani Principum, item Magni Sfortiæ, Conſalui Ferrandi, Ferdinandi Marchionis Piſcariæ, Leonis X. Clementiſq; VII. Pontif. Max. Pompeij Columnę Cardinalis; Elogia multorum illuſtrium virorū, De rebus Turcicis, De piſcibus Romanis, & Hiſtoriam ſuorum temporum conſcripſit. Como Larium annectendum putamus in cuius ripa ſitum eſt. Eum Antoninus lacum Comacenum, Strabo *a*, Cato, Sempronius, Plinius *b*, Virgilius *c*, Ptolemæusq; Larium vocant: cuius nominis rationem Cato Semproniusq; tradunt, quòd illa voce princeps Hetruſca lingua ſignificetur: & Larius hic tanq̃ princeps & rex cæterorū lacuum ſit dictus: ait enim Cato Thuſcos Laronem & Larunem & Arunem nobilem appellare principem: indeq; in tranſpadana Larium lacum, in Thuſcia Larones amnes, & Arunes colonias, & viros Arunes, quos Græci Latiniq; Aruntes efferunt appellatos. Sempronius inſuper, Tranſpadanam inquit, omnem regionem Thuſcorum prolem fuiſſe inter omnes auctores conuenit: manentq; veſtigia vrbs Mantua, Lacus Hetruſca origine dictus Larius, quòd à patribus Vulturrenis omnia ea loca principio poſſeſſa fuerunt vſq; Veronā. Hinc circa Larium lacum à principibus dicta Vallis Volturrena. Ioannes Annius hunc locum explanans, in tranſpadana regione lacus Larius inquit, id eſt maior vel princeps per interpretationem dictus, non à maioritate (ſic enim loquitur) quantitatis, ſed nobilitatis, quoniam ibi Volturreni conſederunt, à quibus adhuc nomen Volturrena vallis tenet, nunc Voltolina. Supra eam in montibus oppidum quoq; Volturniam extitiſſe ſcribit Blondus *d*, vnde Vallis denominata ſit. Paulus Diaconus *e* Volturniam oppidum ſe Longobardis Agiulpho regnante dediſſe perhibet. Situs & forma lacus huiuſcemodi eſt. A Septentrione primùm in ortū ſolis hybernum diffunditur, ac dein cornua duo facit, quorum vnum inter Auſtrum & occaſum ad Comum verſus ſe pandit, alterum quod Abduam vomit in orientem porrigitur vbi Leucum. Longitudinem Larij Strabo ſtadiorum eſſe CCC. ſcribit, latitudinem XXX. Flumen Adduam accipit è iugis Rheticis vti prædiximus, quod lacui inuehitur ſupermeans, vt & Plinius auctor eſt, & oculis cernere licet: ac dein è Leuci redditum Pado illabitur. Eo de ſic Facius *f*.

a. lib. 4. *b. lib. 2. 3.* *c. lib. 2. Georg.* *d. lib. 8. hiſt.* *e. lib. 4. hiſt. Long.* *f. lib. 3. Cant. 5.*

Cogni

Cognitionem acceperamus regionis eius
Vbi Addua lacum ſuum facit· & fuimus Comi
Quò qui it, ad ipſum lacum ire videtur. Larium Angelus Mediolanẽſis vt Iulius Iulius Canobinus eximius Iureconſultus & ſummè rerum ſingulariũ curioſus nobis retulit, hoc modo deſcripſit· nẽpe longitudinẽ habere paſs. mill. LX. quæ ferè duplex Strabonis menſura eſt. Sed Angelus à Como quod in anguli lacus capite Mediolanum verſus porrecto ſitum eſt, ad Belaſij caput incedit: hoc enim ſpatium M. P. X X. colligit. E regione Comi quinto ferè lapide Tornum eſt. Deinde lacus in fine nonnihil effertur: tum illud quod apparet caput extremitatis trianguli figura protenditur· moxque ſe conſtringit, ac tandem ſenſim diffuſus ad Leucum finitur vbi Abduam reddit. Vallis directò ad Porletiam quæ circa exitum lacus Lugani poſita exaduerſum capiti Belaſio eſt, diſcurrens cernitur paulo altiùs læua in parte· quo interuallo ſi Comum verſus oculos dirigas, Abbatia Aquæ Frigidæ proſpectui ſubijcitur tanquam in peninſula ſita. E regione item Lugani directò iuxta Comum vallis apparet per quam ad Claſium & Portum itur. Supraq; Montem Muſsium alia vallis ad Belincionam rectà patens. Tum magno ſpatio lacus adeo ſe contrahit, vt fluminis potiùs quàm lacus ſpeciem obtinere videatur· ideoq; nec vlteriùs abhinc nauigari poteſt ob ſaxa in aquis ingentia frequentiaq;. In dextra quoque rupes altiſsimæ. Dein eodem dextro latere ſubter Vallis eſt Volturrena, per quam vti prædiximus, Abdua defluit. Hoc ſitu veſtigia quædam in planitie reperiuntur vrbis deletæ, haud procul ponte Leuci. Hauſit eam inundatio: nonnulli Forum Lycini fuiſſe putant quod Plinius memorat· quanquam id vbi Plebs Incini eſt, deſignetur ab alijs, de quo iam non quærimus. Sic Angelus Larium deſcripſit, haud parum à Strabone diſcrepans: quanquam ſi cuiuſque rationem menſuræ rectè inſpiciamus, haud magna differentia fuerit· nam Strabo lacum tantùm non illud anguſtum cornu quod nauigari nequit, & Angelus vnà complexus eſt, metitur. Larium etiam Paulus Iouius tum ſcripto, tum in tabula peringenioſè expreſsit. Loca deinceps ad eius læuam hæc ſunt. A Como læuorſum per lacus ripam ſurſum verſus incedenti Preſa fluuius occurrit· deinde Cernobium, & paulò altiùs Multrauaſium, Vrium, Cartalalium, Brienum, Arcenium, Galbianum, amnis Perlana, Laua, Turris promontorium, Turris, Lenum, & in monte paulo ſuperiùs Abbatia aquæ frigidæ, Griantum nobile generoſo vino, Menaſium & Nobiale. Incipit hìc aſcenſus aſperrimus & peranguſtus, haud iniuria Saxum rancidum dictus· iuxta quem torrens quidam in lacum ſe exonerat. Vlteriùs Aqua Seria· mox Arcionicum, Cremia, Planellum, vbi molarium optimorum lapicidinæ. Tum præcelſo difficilique in monte Muſſum apparet, noſtra memoria Ioannis Iacobi Medicis è Mediolano rebus geſtis inclytum, qui cum hìc in præſidio locatus tutelæ lacus cauſa fuiſſet à Franciſco II. Sfortia Mediolani Duce, ſibi imperium oppidi comparauit· cuius dein ab Antonio Leua Caroli V. Imperat. copiarum duce, Mediolaniq; præſide Marchio nominatus eſt: quanquam pace pòſt inter Carolum & Sfortiam inita, cum illo ipſe quoque in gratiam redierit, Muſſo Leucoq; quemadmodum antea diximus, reſtituto. Lapicidinæ ſunt hic candidi marmoris. Sequitur in ripa Dungum, & torrentis in lacu oſtium· dein Crauidona, Domaſum, Gleria, Surgumq;. Conſtringit hìc ſe lacus, & porrò anguſtus inter altiſsimas rupes ad octo ferè paſs. millia procurrit vſque ad amnis

Meiræ

Meiræ præcelſis ex Adulæ iugis vti p̃dictum eſt, defluentis oſtiũ. Ad id priùs Turrem Volonij fuiſſe quã Griſones annis ſuperiorib⁹ euertêre, antea retulimus. Incipit hìc vallis Clauennæ, cuius in Rhetis mentio priùs facta. In ipſo lacu millibus à Como XVI. è regione Balbiani inſula Comacena cernitur, quã Paulus Dia-
a lib. 3. conus a nominat, vbi principes ducesq́; multos cum familijs & theſauris in pro-
4. & 6. pugnaculo quod hìc erat ſe cõtinuiſſe dicit. Fuit ex ijs Gãdulphus Bergomi Dux,
hiſt. Long. Longobardus, item Francilio Romani nominis copiarũ vti idem Paulus Diaco-
b. lib. 4. 8. nus itemq́; Blondus b tradidit, p̃fectus, qui cum vxore ac liberis & maximis opi-
hiſt. bus in hanc arcẽ ſe receperat, & ab Antare Longobardorũ rege ſemeſtri obſidione preſſus, ob inopiam annonæ deditionẽ hac lege fecit, vt cum vxore ac liberis excedendi haberet facultatem· quamobrem ita Rauennam conceſsit relictis Antari theſauris om̃ibus, quos ex vniuerſa Gallia Ciſalpina ab Addua, Pado, ac Alpibus vſq; Narniam, huc cõportauerat. Idem exemplum ſeruandarum opũ hac in arce vti inuicta reges Longobardorum quoq; ſecuti ſunt: quam tamẽ cum poſteriori tempore rex eorum Aripertus vi cepiſſet, euertit, vt Paulus Diaconus, vnaq́;
c. lib. 10. Blondus c auctor eſt. Piſcium optimorum Larius eſt fertilis· maximeq́; truttis eximijs & grandibus abundat. Tranſpadanam Italiam Plinius ſcribit iuxta Alpes & lacum Larium habere amœnum arbuſto agrum ad quem ciconiæ non tranſmeent, ſicuti nec octauum circà lapidem ab eo. Relicto lacu rurſus in Padi ripa poſt Lambri oſtium, Ticini ſequitur quo in Padũ & is influit, hoc latere finis Inſubriũ,
d. lib. 4. 5. & Lybicorum vti oſtendetur initium. Strabo d, Plinius e, Ptolemæus, Siliusq́; f Ti-
e. lib. 3. cinum vocant, itemq́; Liuius plurimis in locis· nominatim verò cum g non pro-
cap 15. 18. cul eo Hetruſcos à Gallis Belloueſo duce fuſos, item vbi pontem in Ticino Ro-
f. lib. 6. 7. manos oppugnandi Annibalis cauſa ſtruxiſſe, præliumq́; iuxta eum commiſſum
g. lib. 5. ſcribit, quo pater Scipionis, eius qui pòſt Africani cognomẽ accepit, vulneratus, & à filio cædi ereptus eſt. Plutarchus etiam in Scipionis vita Ticinum nominat. Oritur ex ſummis Alpibus vel monte Summano, qui nunc D. Gothardi nuncupatur· ex quo Rhodanus etiam & Rhenus & Athiſo fluuij diuerſis tamen partibus, & in diuerſum fluentes vt Dominicus Machaneus in deſcriptione Verbani lacus & Aegydius Tſchudus in libro gentium Alpinarum perhibẽt. Ticinus igitur ex illo monte per Lepontios in Auſtrum inter præcipites rupes ad Belincionã munitiſsimum oppidum de quo poſtea dicemus fertur· inde copioſus acceſsione plurimorum amnium ac torrentium in Verbanum euoluitur lacum, quem ſuper-
h. lib. 2. meat, vt Plinius h auctor eſt· ac tandem redditus, per planitiem aquarum præci-
cap. 106. pua claritate Pado influit, quanquam non illa quam ex lacu trahit, abundantia, quoniam deriuationibus & foſsis in irrigua paſsim exhauritur. Tam eſt aquis perlucidis, vt quiduis etiam minimum imo in fundo luculenrè monſtret. Aurum quoque & argentum ex eius arena percipitur. Piſcium nobilitate eſt inclytus, nominatim laudatiſsimo thymallo. De Blondo non ſatis hercule mirari poſſum quòd in Italia ſua ſcribat Ticinum ex Alpibus vbi naſcitur effluentem, priùs lacui Sebino qui nunc Iſeus, dein Verbano illabi: nam id verum eſſe maximum Sebino Verbanoque intercurrens interuallum, item Ollius ex Sebino profluens haudquaq̃ patitur. Supra Ticini oſtiũ quarto lapide ciuitas eſt Papia, ve-
i lib. 5. teribus, Straboni i, Plinio in nona regione q̃ Tranſpadanæ Italiæ, Cornelio Ta-
K. lib. 3. 17 cito K, Ptolemęoq́; dicta Ticinũ. Circa primordiũ eius variãt ſcriptores. Aliq cõditã à Gallis Boijs & Cenomanis Ticini amnis accolis tradũt, prodigioſis, ſi cre-

dere

dere oportet, initijs· nam fundamenta primùm iacta, poſtridie reuulſa diſiectaq́;
incerto planè auctore viſa: quãobrem conditoribus turbatis, inimicorũ qui trans
Padum habitabãt, ac ſi nouæ ciuitatis auſpicijs illi inuiderent, iniuria id factũ pu-
tãtibus, Ticino prudenti laudatoq́; viro quendã apparuiſſe veneranda ſpecie, qui
tabellam oſtenderit tribus litteris inſcriptã N.N.N. repenteq́; extra conſpectum
diſceſſerit. Ticino rẽ mox in vulgus prodẽte, poſt varias diuerſorũ cõiecturas tã-
dem hanc interpretationẽ litteris datã, ac ſi prima Nidũ, altera Nidorũ, tertia Nõ
ædificatũ iri ſignificaret· ideoq́; deſperato condendæ vrbis cõſilio cũ omittere rẽ
cogitarẽt, id aliũ quendã huiuſmodi expoſitione diſſuaſiſſe· primùm N. Niniuen
inclytam vrbẽ, ſecundum Nidũ, vltimum Nidorũ demonſtrare, vt malũ ſimul illi
cuius vi ſubigeretur portenderet. Sic Burſellius in Chronicis qbuſdam Ticinenſiũ
ſe ſcriptum reperiſſe tradit. Alij Boijs & Cenomanis Mediolani tam valde auctis
vt illius vrbis ſpatijs contineri haud poſſent, prægrauantẽ multitudinem hunc in
locum emiſſam Ticinum ædificaſſe tradũt, & à flumine cui impoſitũ denominaſ-
ſe, poſt inſtauratum Mediolanum anno LX. vel vt alij X. Eutropius Ticinum ab
Inſubribus & Boijs conditũ prodere videtur· Burſellius aũt illius verba ſic accipi
poſſe dicit, quòd cũ eæ gentes cõiunctim habitarent, eo factũ ſit vt vrbem hãc vnà
ſimulq́; fundauerint. Miletus etiã auctores eius Boios Gallos appellat, Paulus
Diaconus Gallos, quos item Mediolani, Bergomi, Brixiæ· nec de certa nationis
gente perhibet. Sed & alia de Ticinenſium origine multa inſuper referri poſſent
quæ omittimus, qm̃ auctoritatis aut momenti eſſe nullius videntur. Plinius a Le- a lib. 3.
uos & Maricos Ticinum condidiſſe non procul Pado ſcribit. Eas gentes Vola- cap. 16.
terranus b magna contentione Gallicas aſſerit· attamen Liguſticæ ſtirpis hercule b. lib. 5.
fuiſſe patebit ſi Plinij verba diligenter inſpicias quæ ſunt huiuſmodi. Nouaria ex c. V.
Vertamacoris Vocontionum, hodieq́; pagus non vt Cato exiſtimat Ligurum, ex
quibus Leui & Marici condidere Ticinum non procul a Pado. Sed & Liuius in-
dicat Liguſticam gentem fuiſſe Leuos in hæc verba ſcribens c. Alia ſubinde ma- c. lib. 5.
nus Cenomanorum (ſic enim legendum eſt, non Germanorum vt corrupti libri
habent) Elitouio duce veſtigia priorum ſecuta, eodem ſaltu fauente Belloueſo
cum tranſcendiſſet Alpes, vbi nũc Brixia ac Verona vrbes ſunt (locos tenuere Li-
bui) conſidunt· poſt hos Salyi, qui prope antiquam gentem Leuos Ligures inco-
lentes circa Ticinũ amnẽ petiere. Sic Liuius. Itaq; iam nobis Ticinum vt Plinius
tradit à Leuis & Maricis Liguribus conditũ placet· fortaſſeq́; pòſt à Gallis Boijs
& Inſubrib⁹, ꝙ Paulus Diaconus & Eutropius volũt, inſtauratũ vel auctũ fuit. Pa
piæ nomẽ vnde profectũ ſit æquè magna varietate traditur. Luitprãdus hiſtoricus
id a Papæ ſignificationis admirandi vocula factũ ſcribit, ꝙ vrbs ſit mirabili copia
rerum ómniũ ad vitam hominũ vtilium abundãs & affluens. Alij Papiam ex Pa-
ti pia conflatam etymologiæ quibuſdam rationibus demonſtrare conantur. Sed
& a Papyrio regis Francorum nepote dictam, qui circa DCCIIII. à C. N. annũ in
Italiam venerit, & huius vrbis ſibi pepererit imperium, ac propter egregias virtu-
tes memoriæ ſui cauſa nomen id vrbi tribuendi colonis occaſionem præbuerit
quidam allucinati ſunt, ſpecie vel argumento veritatis equidem planè nullo,
quod etſi de cæteris ſententijs iudicium permittamus alijs, diſsimulare tamen
haudquaquam potuimus, cum apertiſsimè Paulus Diaconus alijq́ue ſcripto-
res doceant circa DCCIIII. à C. N. annum Longobardos Galliæ Tranſpa-
danæ regnum, & adeo totius propemodum Italiæ tenuiſſe, ſedemq́ue regni
illorum

illorum ac domicilium hac ipſa in vrbe fuiſſe vſq; ad DCCC. & amplius à C. N. annum, donec à Carolo Magno Deſiderius eorum rex vltimus hìc captus eſt. Sed neq, ſi numerum annorum exiſtimemus deprauatũ in hoc quod de Papyrio Gallo traditum eſt, eo magis auctores defunduntur, quoniam à Carolo Magno Legatum vllum in Italiam miſſum nomine Papyrij nuſquam reperitur: quanquam Pipinum filium Italiæ regem dixerit, poſteaq; Bernardonũ nepotem vti legitur. Blondus Ticinum belli Punici ſecundi temporibus nondum extitiſſe ſibi dicit videri, quoniam à Liuio commemoratum non ſit in narratione pugnæ ad Ticinum amnem factæ, qua Cornelius Scipio vulneratus, pater eius qui poſtea dictus eſt Africanus: additq; dein, quòd ſi tum extitiſſet, pontem amni Romanos haud fuiſſe indituros, caſtellumq; ad pontis tutelam excitaturos, ſiquidem vrbis ipſius præſidio potiùs voluiſſent vti. Sic Blondus. Ego reſpondeo, non quia Liuius Ticini mentionem fecerit nullam, ideo tum non extitiſſe probari, quando plurimarum vrbium & locorum hoc ſitu quoq; memoriam non vſurpauerit, quòd vel ad inſtitutum minimè pertinerẽt, vel memorabile ibi contigiſſet nihil. De põte dicimus, aut illis temporibus nullum iuxta Ticinum in amne pontem fuiſſe, vel rerum haud conueniſſe opportunitati. Et plurimas quidem vrbes amnibus appoſitas pontes non habere planum eſt, vti Placentia, Cremona, præteraq; multæ circa Padum. Sed & ſæpe pontes amnium in omnes partes iter commodum non præbent. Caſtelli quoq; rationem fuiſſe cẽſemus, quòd fortè tam longè ab vrbe pons aberat, vt propugnaculo tuẽdus eſſet. Nec quidquam facit hoc, vrbis præſidio ſi extitiſſet vſuros fuiſſe Romanos: quoniam fortaſsis è re fore non putabant tot loca præſidijs tenere, contenti tum Annibalem vlteriùs progredi vetare. Quid tamen ſi Ticinum inſuper illo tempore modicum & parui momenti oppidulum, vel ſemirutum ac deſolatum fuiſſe arbitremur: quapropter Romanis præſtabilius atq; conuenientius eſſet pontem cum caſtello conſtruere, quàm Ticino operibus ſepiendo, rebuſq; neceſſarijs & prçſidijs muniendo tempus operamq; dare? Diximus opinionem noſtram: aliorum meliores expectamus. De Ticino nihil ex veteri memoria reperimus aliud vſq; ad Hunnorum regem Athilam, à quo direptum Paulus Diaconus [a] & Platina [b] ſcripſere. Dein autem adeo refectum ac munitum eſt, vt Oreſtes patritius Auguſtuli pater huc ſe reciperet: quem Odoacer rex Herulorum obſeſſum expugnata vi vrbe ac direpta cremataque muris etiam complanatis vnà cum tota ciuium multitudine trucidauit, ſicuti à Blondo [c] traditur. Simili fato deſtinatũ fuiſſe CXX. anno pòſt, cum Alboinus Longobardorum rex quòd in obſidione triennio hæſerat, vrbis excindendæ votum feciſſet: at in vrbis ingreſſu ſubter equum delapſus, quia luctando nulla ratione poterat erigi, donec ſuggerente quodam ex ducibus id diſſoluiſſet, ac ita poſt crudelitatis depoſitum conſilium equo conſurgente ciuitatem ſine cædibus & maleficio ingreſſus eſt, Paulus Diaconus [d] itemq; Blondus memoriæ prodidit. Exin autem vſque ad captum à Carolo Magno Deſiderium regem Longobardis paruit, qui hìc ſedem ac domicilium regni habuerunt, multáque præclara ædificia ſicuti apertè Paulus [e] Diaconus perhibet, extruxere. Fuit ex ijs D. Claræ monaſterium à Perterit conditum: à Theodolina regina D. Mariæ Perticalis ædes: à Luitprando rege D. Petri cœli aurei cœnobium, in quo D. Auguſtini corpus huc ab illo ex Sardinia deportatum ſeruatur, itemq; D. Anaſtaſij martyris domus: à Regina Condiberta D. Ioannis Baptiſtę fanum: & à Petro Epiſcopo Luitprandi conſobrino D.

a. lib. 15. hiſt. Long.
b. in uita Leonis 1. Pontif.
c. lib. 2. hiſt.
d. lib. 2. hiſt. Long.
e. lib. 4. hiſt. Long.

Sabinæ templum. Alia præter hæc opera nobilia tam multa Papiæ Longobardi
ſecerunt, vt breuiter omnia commemorari haud poſſent· quorum mentionẽ Pau
lus Diaconus, Corius [a] in annalibus Mediolanenſium, itemq́; Iacobus Gualla Ti *a. parte.1.*
cinenſium antiquitatum ſcriptor facit. Gothorum quoq; reges ante Longobar-
dos hac in vrbe conſediſſe propter ſalubritatem amœnitatẽq; loci legimus. De-
uictis à Carolo Magno Longobardis, ſimulq́; Deſiderio gentis rege capto, Tici-
num in Italiæ regum imperio fuit vſq; ad Stephani ſeptimi Põtif. Rom. tempora·
ſub quo cum Italiæ dominatum Rodulphus Burgundio teneret, in eam Hungari
Salardo Duce irruperunt, vrbemq́; hanc fortiſsimè ſe tuentibus oppidanis ne-
quicquam obſidere· quanq̃ alligatis ad tela facibus iaculati in tecta, quoniam ex
materia tum ædificia conſtabant, ita cõcepto igne deflagrauerit, quemadmodum
Luitprandus [b] Leuita ſcripſit. Alij tamen vi tum expugnatum captumq́; Ticinum *b. lib. 3. hiſt.*
ac direptum mactata plebe, dixerunt, quod Luitprãdus negat. Dein Hugoni Are-
latenſi, Berengarijs Adalbertoq́; regibus Italiæ paruit vſq; ad Othonem primum
Imper. Aug. qui ab Italicis populis tyrannidem Berengariorum Adalbertiq́; de-
trectantibus accerſitus, exercitum è Germania L. mill. armatorum in Italiam ad-
duxit· pulſoq́; Berengario ac Adalberto, Adlheidam (vti Luitprandus & Iacobus
Wimphelingus in hiſtorijs tradunt) quondam Lothario Hugonis Arelatenſis de
quo prædiximus, filio nuptam, cui Ticini principatus iure debebatur, carceribus
extraxit & in vxorem accepit. Itaq. tum dein Italia ſe reficere nonnihil a maximis
calamitatibus tyrannorum dominatu paſsis cœpit· vrbsq́; hæc ſub imperij Ro-
mani auctoritate & nomine cæterarũ exemplo ſuam ipſa poteſtatẽ tenuit, quum
interea loci nonnunq̃ per ſpeciem vindicandæ libertatis regnum ex ipſis ciuibus
etiam affectarunt aliqui. Tandem verò libertatis tuendæ gratia Philippo Rauen-
nati Archiepiſcopo Romanæ Eccleſię Legato Ticinenſes ſe dediderunt, anno ni-
mirum à C. N. MCCLIX. vt Blondus [c] auctor eſt. Poſtea MCCLXXIIII. anno *c. lib. 18.*
circa Napum Turrianum Mediolani tyrannum Ticini patriæ ſuæ dominatũ oc- *hiſt.*
cupauiſſe perhibet Merula [d] Gotifredum Languſcum· quem tamẽ Corius Guiſ- *d. lib. 5.*
cardũ nominat. Huic in pugna Napi Turriani iuſſu capto moxq́, trucidato Phi- *hiſt. vic.*
lipponum Languſcum in tyrannide ſucceſsiſſe Merula [e] quoq; ſcribit. Dein anno *e. lib. 6.*
à C. N. MCCCIII. Philipponum populus exegit, Ioannemq́; Beccariam princi- *hiſt. vic.*
pem appellauit· cui Manfredus ſucceſsit, & anno MCCCXLIII. Caſtellinus Bec
caria popularium votis electus. Ita Corius [f]. Redijt poſtea Philipponus Languſ- *f. parte 3.*
cus, & dominatum vt Merula [g] teſtatur, tãdiu tenuit, donec ad Placentiam ex pu- *g. lib. 8.*
gna in Galeatij Vicecomitis Matthæi filij poteſtatem venit. Eo capto Ludouicus *hiſt. vic.*
& Stephanus Vicecomites Ticinum obſidere cœperunt, Philipponi filio Riciar-
dino vrbem defendente: quo tamen demum cum multis alijs ex primoribus ci-
uium occiſo, captisq́; Antonio & Guidetto Guidonis filijs, Matthæo Vicecomi-
ti ſe ciuitas dedidit vt auctor eſt Merula [h]. Sic exinde Vicecomites potiti Ticino *h. lib. 9.*
ſunt· quanq̃ aliquando à Galeatio ſecundo defecerit: etenim haud diu pòſt anno *hiſt. vic.*
à C. N. MCCCLIX. in eiuſdem imperium ac poteſtatem redijſſe perhibet Cori-
us [i]: arcemq́; tum hic erexit Galeatius, & ponte Ticinũ iunxit amnem, cuius par- *i. parte 3.*
tem etiam ad Mediolanum foſſa traxit. Poſt mortem Galeatij Barnabas Viceco
mes Ticinum Ioanni Galeatio cũ titulo Comitis donauit. Plurimùm ab eo ſplen
didis ædificijs exornatum eſt, imperioq́; Mediolanenſi coniunctum, Barnaba pa-
truo carceribus incluſo: quo ex tempore deinceps in Vicecomitum itemq́; Sfor-

 tiarum

tiarum & Franciæ regum poteſtate fuit vſq; ad Franciſci Sfortię alterius Mediolani Ducis exceſſum: tunc em̃ vnà cum imperio Mediolani ad Carolum V.Imper. Aug. pertranſijt. Franciſcũ primum Frãcorum regẽ apud Ticinum in pugna cum equo lapſum Carolus Lanoius Neapolis Prorex & copiarũ Caroli V.Imp. præfectus cepit, anno à C.N.MDXXV. die D.Mathiæ feſto: queq; fors etiã regis Nauarræ, maximæq; partis Principũ fuit, quos in comitatu Franciſcus rex habebat vrbẽ hanc obſidẽs, ab Antonio Leua Hiſpano fortiſsimè tũ defenſam. Enimuero cũ pôſt anno à C.N.MDXXVII. Frãciſci regis eiuſdẽ legatus Odettus Lotrechius expugnatũ Ticinum vltionis cauſa diripuiſſet, magnaq; parte vaſtauiſſet, Antonius aũt Leua receptũ protinus nõnihil inſtaurаſſet, Comes Sanpaulius in Italiam à Franciſco rege cum iuſto exercitu miſſus anno ſequẽti, denuo vrbẽ obſedit, & vi captã direptamq; magna etiam ex parte ſubuertit, vti nos vidimus cum è Britannia reduces iter hàc ageremus. Deſolatam propemodũ & colonorũ paucitate vaſtam, tectorumq; ruinis & ſtragibus lacerã miſerabili modo conſpeximus: ſed inter Carolum V.Imper. & Franciſcum Sfortiã ſecundum pace dein Bononię facta recreari ac refici nõnihil cœpit: & nunc ciuium illorum qui ex tantis calamitatibus ſuperſtites fuere perpetuo ſtudio reſtauratur. Caſtellum à Ioanne Galeatio Vicecomite factum in quo pernobilis erat bibliotheca, ſemirutũ adhuc iacet. Sepulcrum hîc cernitur ex marmore mirabili inceptũ arte, quo D. Auguſtini reliquiæ condi debent, ſed abſolutum non eſt: præterea celebris illa ſtatua Regiſolis

a. parte 1. vt vulgus vocat, equeſtris ex ære, qua de Corius *a* in hanc ſentẽtiam ſcribit. Anno à C.N.DV. temporibus Anaſtaſij Imper. Aug. cum Theodoricus Odoacre prorſus debellato cæſoq; totius Italiæ regno potiretur, ſedem ac domicilium Rauennæ conſtituit vbi magicis artibus eum in columna ſtatuam equeſtrem æreã ſe referentem fabricari curauiſſe reperimus, & Regem Solis nuncupaſſe. Hãc Carolus Magnus deuictis Longobardis Italiaq; perdomita ſecum in vlteriorem Galliam auferre cogitans Ticinum deportauit: at illic in morbum delapſus reliquit, vt ſic in hodiernum vſq; diem ibi maneat, corrupto dein nomine Regiſolis vulgò dicta.

b. lib. 9. hiſt. Vic. Sic ferè Corius. Aliter aũt Merula *b* ſtatuam hanc peruetuſtam Antoninum Pium exprimere ſcribit, quod ex vultus lineamentis, naſi, oris, barbæq; forma, militari item habitu, omnibus ad imagines eius & ſigna quæ in numiſmatis antiquis cernuntur, aptè reſpondentibus deprehendatur. Addit etiam quibuſdã in Chronicis inueniſſe ſimulacrum hoc Odoacris eſſe Gothorum regis, quod pôſt in memoriã

c. in uita Greg. 2. ſubactæ Rauennæ ſpoliorum loco Ticinum inde ſit auectũ, vti etiam Platina *c* teſtatur. Verumenimuero nos lapſum Merulam putamus cum Odoacrem Gothorum regem traditum ſe dicit inueniſſe: nec em̃ Odoacer Gothus, ſed Herulorũ regnator fuit: ideoq; Theodoricũ eum dicere velle ſuſpicamur. Statuã hanc anno à C.N.MDXXVIII. Coſmus Magnanus Rauennas ſtrenuus manu vir, q̃ Gallicas partes ſecutus erat, primusq; in Ticinũ per muros cum expugnaretur vti diximus, euaſerat, tanq̃ patriæ ſuæ priùs ablatam illi reddere cogitãs, iam naui impoſuerat qua Ticino Padoq; Rauennam deferretur, cum eam Franciſcus Sfortia II. Pado vectam cepit, & in arcem Cremonenſem pertractam, deinde Ticinenſibus reſtituit, apud quos in hunc vſq; diem cernitur. Gymnaſium omnium diſciplinarũ Ticino Carolum IIII. Imper. Aug. anno à C.N.MCCCLXI. dediſſe, Galeatio ſecundo Barnabaq; Vicecomitibus Mediolani regulis poſtulantibus auctor eſt Corius. Ager Ticinenſis opimus omniumq; rerum quæ ad vſum humanum vtiles & oppor-

opportunæ ſunt, mirificè fertilis eſt· nempe tritici frumentiq́; cæteri, vini ac reli-
quorum fructuum· tantæq́; planè eſt vbertatis, vt vulgò Mediolani hortus nun-
cupetur: copiam enim illi non ſolum neceſſariarum rerum, ſed etiam delitiarum,
& compigenæ propemodum ferinæ, auium, piſciumq́; nobilium, & aliorum quæ
perinde mortalium vſui ſunt opportuna, nec recenſeri poſſunt omnia, ſuppeditat.
De hac vrbe Facius *a* ſic:

Sed hic ad iter noſtrum reuertimur, *a. lib. 3. Cant. 5.*
Vt illo die Ticinum peruenimus,
Vbi Boetius & Auguſtinus ſiti ſunt.

Claros homines Ticinum pluri-
mos edidit, è quorũ numero Ioannes IIXX. Pōtif. Rom. vir ſingulari virtute fuit,
vt Blondus Platinaq́; teſtātur· item Theſaurius Beccaria Vallis vmbroſę Abbas,
quem martyrem Chriſti Florentiæ coronatum Volaterranus *b* perhibet· Enodius *b. lib. 21. c. v.*
excellens poeta cum Antonio Gaynero præſtante medico Luitprandoq́; Leuita
ſuorum temporũ hiſtorico· præterea Cato Saccus, Syllanus Niger & Lanfrancus
omnes ſummi Iurecōſulti, cum Iacobo Gualla Iureconſulto ac item antiquitatũ
Ticini ſcriptore. Sed & alios illuſtres homines vrbs hæc nobilis genuit, qui niſi lō-
giſsimè recenſeri haud poſſent oēs. Supra Ticinũ Mirabellum eſt & Carthuſiana
domus eximiũ mehercules opus, nec minoris ſumptus quàm artificij: cōdidit Io-
annes Galeatius Vicecomes primus Mediolani Dux, cuius & in hac æde auguſta
ſepulcrum, & viui imago nobilis ex marmore ſcalpta. Cernitur etiã hic ingens le-
porarium· murus paſs. mill. XX. ambitu quadrato circumductus: qbus ſeptis ar-
ua, ſyluæ, prataq́; complectuntur feris animalibus enutriendis dicata, veluti lepo-
ribus, capreolis, ceruis, damis, & id genus alijs ad venatum opportunis. Et huius
etiam operis auctor idem Ioannes Galeatius fuit: nunc paſsim lacer murus iacet,
multoq́; minor animalium intus ac olim eſt copia. Poſt leporarium Mandrinũ,
Vidigulphiq́; & Ticinellus· læua ripa Metunum ſequitur. Vltra Ticinellum Ca-
uaneria, Sicianum, Campus mortuus, Baſilium, Ficeuaſcum, Ferraboum, Biſſo-
nium, Moiracum, Caſsinum, Aſſacum, Bacianellum, Benarcianum. Deinde rur-
ſus ad Ticinellum incedenti dextra eius occurrit Clarella, moxq́; Binaſcum ho-
neſtum & frequens caſtellum, Ad Bacinas latinè dictum Alciato, quibuſdam Bi-
næ· vbi magnificam Alciatus habet villam. Decætero Ad D. Nouum, Caitianum,
Sportanum, Ad D. Iacobum, Interciſum & Rouidum. Rurſus ad Ticinellum Ro
ſa, Benda, Vinianũ, Vermetium. Dein itinere ſecundum nauilium ſeu riuum qui
ab Abia Craſſa Mediolanum tendit, foſſa quadam aquæ tranſita Celum, Cadum,
Gacianum, vbi pons nauilij tranſitum coniungit, tum Boniriola, Tertianum &
Corſicum inueniuntur· mox ampliſsima ciuitas Mediolanum, ita Straboni, Cato-
ni, Polybio, Liuio, Trogo, Tacito *c*, Ammiano *d* Marcellino, Antonino, Plutar- *c. lib. 17.*
cho *e*, Procopio *f*, multiſq́; præterea luculentis ſcriptoribus dicta. Primordium *d. lib. 15.*
eius in diuerſum trahunt ſcriptores. Quidam vt in tribus antiquiſsimis Chroni- *e. in uita*
cis huius vrbis itemq́; Laudæ reperimus, poſt magnum Diluuium in hunc conti- *Marcelli.*
nentem qui nunc Italia vocatur, ex Schytia veniſſe perhibent Tubalem Iapheti fi- *f. lib. 2.*
lium Noeq́; nepotem, & regionem omnem quæ inter Padum ac Tarentum patet *hiſt. Goth.*
cum ac amœna pulchraq́, dextro Padi latere planitie vſq́; ad Ligonis & Veſsio-
nis Alpes occupauiſſe: ſedibus in his annos CXCVII. vixiſſe, liberis XC. pro-
creatis, inſuperq́; nepotes ab illis vidiſſe genitos XIII. mill. DCC. Iſs agros vni-
uerſæ regionis diuiſiſſe, ſed campeſtris huius ſitus qui poſtea Tranſpadana Gal-

lia, nunc Lombardia Tranſpadana dictus eſt, amœnitate captum, domicilia quædam & caſas frequentiores excitare hîc vici forma cœpiſſe, locumq́; dixiſſe Subriam: Tubali mortuo nepotem ſucceſsiſſe Meſſapum, qui pagum hunc plurimùm auxerit additis mœnibus, nomineq́; Subriæ mutato, à ſe Meſſapiá vocari iuſſerit: cæterùm adeo haud potuiſſe veterem appellationem obliterari, quin indies magis etiam inualeſceret. Hæc quanq̃ Merula a veritatis exiguo fundamento niti dicat, tamen ſi cum ijs exactè conferantur quæ veteres ſcriptores claſsici tradidere, profectò aliqua ſaltē ex parte probanda videbuntur, & item ex aliqua reijciēda, queadmodum pauló inferiùs oſtendemus. Additur in Chronicis amplius: auctis iam hac in regione gentibus poſt multū temporis Hetruſcos ſe trans Apenninum effudiſſe, totúq́; ciſalpinum agrum ditionis effeciſſe ſuæ præter Subriā: hanc tn̄ ad extremum quoq, magnis bellis fatigatam vi cœpiſſe cæſis om̃ibus colonis, & direptum inſuper incendio vaſtauiſſe locū. Iam quod trans Apenninū itemq́; Padum Thuſci peruaſerint, ciſalpinaq́; regionem oēm occupauerint, id hactenus perſæpè dictū, ſimulq́; ex Catone, Sempronio, Strabone, Polybio, Plinio, Liuio, Trogo demonſtratū eſt: quod hîc diu habitauerint vſq; ad Belloueſi nepotis Ambigati Celtarū regis in Italiā aduētum, & ab eo pulſos ſedibus, nec procul flumine Ticinio acie fuſos, quū Galli in quo cōſederant agrū, Inſubriū appellari audiſſent cognominē Inſubribus pago Heduorum, ibi omen ſequētes loci Mediolanū condiderunt vrbē, apertè tradit Liuius b. Itaq; non planè Chronicorū fidem circa vicum Subriam & Hetruſcorū trans Apenninum profectionē, eorumq́; ciſalpinum imperium à Liuio cæteriſq́; luculentis auctoribus diſcrepare videmus. De nomine Mediolani nimirum vnde fluxerit, variè quoq; proditum eſt. Quidam Mediolanum dictū putauere ꝙ inter duos amnes, ipſi lames vocāt, vrbs poſita ſit, Adduā ſcilicet & Ticinum. Alij vocem hāc condidiſſe Belloueſum ſcribunt, quum oraculo iuſſuq́; Deorum eo loco ciuitatem condere fuiſſet monitus vbi ſuem media parte candidam, altera nigram, humeriſq́; lanam ferentē inueniret: etenī ea cùm hîc fortè apparuiſſet, vrbi ſubinde conditæ nomen illum indidiſſe Mediolani, tāquam ab lanato media parte animali. Cato priùs Olanum ait dictam à Thuſcorū duce qui cum Orobijs colonijs hîc primùm conſederit, dein ab Inſubrium principe Medo adauctam nomen accepiſſe Mediolani. Doctiſsimus vir Andreas Alciatus aliter perhibet, auctores huius vrbis vt Liuius tradidit, Bituriges Heduoſq́; fuiſſe, quorum ſignis horum veruece, illorum ſue collatis, vnum lanatæ porcæ factū: eaq; propter vrbem Mediolanum dictam: ſed & eiuſdem nominis aliam etymologiam eſſe, ꝙ priſca Celtarum lingua, Medel, virginem, lant, agrum ſeu regionem ſignificet, vnde Mediolanum tanquam virginis terra nuncupata ſit, nempe Mineruæ quondam hîc præcipua religione cultæ, quod etiam Polybius tradidit: cuius templum inducto dein Chriſti Euangelio dirutum, & in D. Teclæ conuerſatum eſt, quæ temporibus illis inter ſanctas virgines in ſumma veneratione fuit, vti & in Euſebij Chronicis ſcribit Hieronymus. Hanc quam retulimus Alciati de Mediolani nomine ſententiam, ipſe in Emblematis hoc Epigrammate protulit.

a. lib. 1. hiſt. Vic.

b. lib. 5.

Bituricis veruex, Heduis dat ſucula ſignum:
    His populis patriæ debita origo meæ eſt.
Quam Mediolanum ſacram dixere puellæ
    Terram, nam vetus hoc Gallica lingua ſonat.
Culta Minerua fuit nunc eſt vbi numine Tecla

Mutato

Mutato, matris virginis ante domum.

Lanigeræ huic ſignum ſuis eſt, animalq́; biforme,

Acribus hinc ſetis, lanitio inde leui. Præterea ſunt & aliæ de Mediolani nominis origine ſcriptorum opiniones, quæ paucis commemorari haud poſſent, quapropter à nobis omittuntur, cum etiam non magnæ auctoritatis eſſe, multoq́; minorem veritatis habere colorẽ videantur. Ego Mediolani appellationem à Gallis conditam puto, ſeu id Deorũ iuſſu, ſeu occaſione inſignium populorum euenerit. Claudianus ſimile quid ſentire videtur inquiens:

Continuò ſublime volans ad mœnia Gallis
Condita lanigeræ ſuis oſtentantia pellem
Peruenit, aduentu Veneris ſpiſſata recedunt
Nubila, rareſcunt puris aquilonibus Alpes.

Ante Belloueſum pagus hoc loco erat vti oſtendimus Subria dictus· quod non ſolum ex Liuio percipitur, ſed etiam è Strabone *a* in hanc ſententiam ſcribente. Inſubres hac ætate ſunt qui Mediolanũ metropolim habent. Ea ſanè pridem vicus erat, omnes enim vicatim habitabant, hac verò tempeſtate eximiæ dignitatis trans Padum ciuitas eſt, quodammodo Alpibus finitima. Sic Strabo. Belloueſus igitur in Italiam trans Alpes profectus eiectis Hetruſcis pagũ hũc auxit, Mediolanũq́; nominauit vti diximus· qua ratione Liuius & Trogus Mediolanũ à Gallis conditũ ſcribunt, in ampliorẽ formam redactum indicantes· q̃m vt perſæpè iam repetiuimus, condendi verbum apud ſcriptores inſtaurandi vel augẽdi ſignificatiõe ſolet vſurpari. Iam priùs vrbem hanc fuiſſe vicum ex Strabone ſatis euidenter comprobauimus. In Chronicis quorum ſuprà mentionẽ fecimus, ſigillatim operis Belloueſi ratio modusq́; perſcribitur huiuſmodi. Ciuitatis ſpatium muro craſſo ped. XXIIII. alto LXIIII. circundedit, interpoſitis turribus CXXX. craſsitudinis altitudinisq́; præcipuæ: ſenas ex ijs portas effeciſſe vrbis. Primordij huius tempus in annum CCLXX. ante Brenni Sueuorum & Vngarorum regis in Italiam aduentum incurrere teſtatur Merula *b*. In Chronicis dein multa præterea cõmemorantur opera Belloueſi, quę nos alijs deſcribenda damus. Additur, vrbe hac ita condita Belloueſum regis nomine ſumpto annis XL. imperio potitum· quo ſpatio Galli ab illo in Italiam deducti cũ hoc ſitu, tum alijs partibus vrbes plurimas inſtaurarint. Belloueſo mortuo Sigoueſum ſucceſsiſſe filium, virum armis exercitum anno ferè DCC. ante C. N. vnis in annalibus ſcriptum eſt· in alteris annorum numerus ponitur DCXLIIII. Hunc porro non ſolum Mediolanenſis agri, ſed totius Galliæ ciſalpinæ imperio annis IILX. geſto fatis ereptum, regni ſucceſſorem habuiſſe proditur Bruneſedum ſeu Brunieſuidum, qui Mediolani ac vniuerſæ Galliæ ciſalpinæ vno & L. vel vt alij LXX. annis imperium tenuit. Eius rebus florentibus Brennus Sueuorum & Vngarorum rex maximas in Italiam copias adduxit· verùm à Bruneſedo longa pugna debellatus, domumq́; mox reuerſus multò maiore exercitu reparato XL. hominum millium, eo in Italiam & ad Mediolanum agmine rurſum adducto Bruneſedum occidit· deinde profectus Romam ibi aduerſo prçlio deuictus eſt, quod à Liuio quoque traditur, anno ſcilicet ante C. N. DXVI. Poſt Brenni tempora Mediolanum adeo tum opibus, tum numero colonorũ excreuiſſe, vt metropolis regionis totius haberetur, etiam Polybius *c*, Strabo ac Plutarchus *d* auctores ſunt. Et hæc ſanè quæ ex Chronicis retulimus, non omnino à veritate cenſeri debent aliena: nam & Liuius Polybiusq́ue perſæpe de bellis po-

a. lib. 5.
b. lib. 1. hiſt. Vic.
c. lib. 2.
d. in vita Marcelli.

puli Rom. cum Gallis Inſubribus qui tum in Italię magna parte rerum potiebantur geſtis, mentionem faciunt: quapropter veriſimile fit etiam illis priſcis temporibus Principes Ducesq́; ac Reges ſuos habuiſſe gentes, à qbus regerentur: vt non planè fabuloſa regum illa nomina quæ recenſuimus putare oporteat: quod hîc diſertè monere voluimus eorum cauſa, qui Chronicorum iſtorum fidē omnino derident. Inſubres vt ad inſtitutum reuertamur, cum Mediolanū Magnamq́; Gallię tranſpadanæ partem ſub rege Viridomaro tenerent, bellūq́; aduerſus eos M. Marcello, Cn. Cornelio Coſs. populus Rom. mandauiſſet, Marcellus Viridomarum fudit, opimaq́; ſpolia Ioui Feretrio ſuſpendit etiam ſubacto Mediolano, quod gētis erat caput, vti Polybius [a], Liuiusq́; [b] ac Plutarchus [c] ſcribūt. In Chronicis multa præterea de Mediolano cōmentitia narrantur, nimirum vrbē ab Annibale ſubuerſam, cum is tamen huc nunq̃ acceſſerit: item à Marcello refectam, qui plurimis inſuper ædificijs locum ornauerit, & domicilium hîc diu habuerit, ſupremū ediderit ſpiritum, ſepultus demum etiam ſit: omnia meræ fabulæ: ſatis enim conſtat Marcellum Mediolano capto Romam mox reuerſum de Inſubribus triumphaſſe, Iouiq́; Feretrio ſpolia opima conſecrauiſſe, deniq; in Siciliā cū imperio ꝓfectum, & poſt cladē Cannenſem bello aduerſus Annibalem tertium Conſulatū cum Fabio Max. quintum etiam in quo poſt multas victorias ab Annibalis militibus circumuentus apud Apulos perijt, cum T. Quinctio Criſpino collega geſſiſſe, ſicut Liuius & Plutarchus memoriæ prodiderunt. Ita porro Mediolanū auſpicijs Marcelli primùm ditionis Romanæ effectum in ea multis ſeculis ſtetit, maximisq́; cum populi, tum opum incrementis florens creuit, præcipuè verò ſub Imperatoribus, quorum multos loci conditione captos ac item opportunitate hinc contra Gallos & Germanos bellandi ductos, hîc conſediſſe legimus. Sæpiùs enim Mediolani Cæſar conſtitit, frequenter Nerua: tam valde Traiano placuit locus vt regiam hîc ædificaret, quod nūc Palatium dicitur. Habitauit etiam hîc Adrianus: item Maximus Herculeus ædem Herculi poſuit vbi nunc D. Laurentij, iuxta quam columnis XVI. marmoreis domum ſumptuoſiſsimā Imperatorum vſui inædificauit, quam incendio perijſſe ſcribit Merula [d], vt ſolæ columnæ ſint relictæ. Philippus etiam Imperator Chriſtianus hac in vrbe conſedit, & poſt eum Conſtantinus, Conſtantiusq́; vt Ammianus Marcellinus prodidit, item Iouinianus, Valens, Valentinianus, & Theodoſius vti etiā Blondus teſtatur. Theodoſius Imper. Mediolanēſibus clauum ex ijs vnū quibus in cruce Seruator fixus fuit, vnaq́; ſerpentem æreum in deſertis à Moiſe fabricatū donauit: quæ munera D. Ambroſius Eccleſiæ glorioſus Doctor, nam is illa tempeſtate floruit, vrbis huius Præſul in ædem D. Saluatoris quæ nunc D. Teclæ eſt, & in Diuorùm Geruaſij Protaſijq́; quæ nunc Ambroſiana, repoſuit. Et D. Ambroſius ad æternam beatitudinem ex Mediolano demigrauit anno poſt C. N. CCCXCIII. pridie Non. Apr. Theodoſio mortuo, deuectoq́; Conſtantinopolim eius cadauere, Mediolanēſes tanq̃ vnà cum illo Imperij amiſiſſent ſedem, mœrentes à Theodoſio iuniore ex Bizātio pręſidem acceperunt Iacobū, ad Inſubrium, Cenomanorū, aliarumq́; gentium tranſpadanæ regionis gubernationem miſſum: quanq̃ illa quæ pauloantè commemorauimus Chronica Mediolanenſes eum ad præfecturam regionis ipſos legiſſe dicant: quod veriſimile quidem non videtur, cum Imperatoribus tota tum Italia pareret: attamen fieri potuit, vti alibi de hoc viro diximus. Circa hæc tēpora CCCCXL. à C. N. anno Regem Hunnorū Athilam poſt exciſā Aquileiam Mediolanum diripuiſſe,

[a] lib. 2.
[b] lib. 20.
[c] in uita Marcelli.
[d] lib. 1. hiſt. Vic.

diripuiſſe,præſulatũ vrbis gerente B.Eugenio Paulus Diaconus a, Volaterranus a. lib. 15.
& Platina b memoriæ prodiderunt. Iacobo in præfectura cũ huius vrbis, tum Ita- addit. ad
liæ reliquæ Theodocius Ricimerem patritium hominem circumſpectum & pru- hiſt. Eu-
dentem ſuffecit. Is vt erat animi magni, regem Alanorum Biorgorẽ, qui cum in- trop.
gentibus copijs in Italiam venerat, Bergomumq́; iam ceperat, acie fudit, Italiaq́; b. in uita
ſummouit tota: deinde Romam profectus Anthemium & Bellimerem Gothum Leonis 1.
exercitus aduerſarum partium duces pugna ſuperauit occiditq́;, vt Paulus Dia- Pontif.
conus c memorat, itemq́, Platina d Richimerem Gothum, & regem Biorgũ Ala- c. lib. 16
manorum nuncupans· prætereaq́; Volaterranus e regem eundem Biorgen nomi- ad hiſt. E
nat. Addit Blõdus Ricimerem inter Bergomum & lacum Benaci regẽ hunc Ala- trop.
norum deuiciſſe, poſteaq́; Romam Anthemio ſocero perempto cepiſſe: ſed cum d. in uita
non vltra tertium menſem expugnatæ Romæ ſuperuixiſſet, occidentalis Imperij Hilarij Põ-
gubernacula populus Rom. Olimbrio dedit: Olimbrio Licerius ſucceſsit· dein tif.
Auguſtulus, cuius patrẽ Oreſtem patritiũ quum Odoacer Herulorũ & Turtilin- e. lib. 33.
gorum rex Ticini cepiſſet, Placẽtiæq́; mactauiſſet, Romã progreſſus Italiæ regnũ c. v.
ſumpſit, vti Paulus Diaconus f, Blondus g, & Volaterranus h ſcribũt. Chronica tñ f. lib. 16.
illa Mediolani priſca Ricimere mortuo regẽ Italiæ creatũ Diocletianũ Mediola- ad Eutrop.
nenſem, & à Theodoro vrbis Archiepiſcopo in ęde D. Ambroſij ſolennia imperij g. lib. 2.
ſumpſiſſe, multisq́; pugnis Gallos & Germanos in Italiã tranſcenſis Alpibus ir- & 3. hiſt.
ruentes ſuperauiſſe perhibent· huic ſucceſsiſſe Maximianũ ex Comitibus Caſtel- h. lib. 23.
li Separij regem etiã ab eodem Theodoro præſule deſignatum, fudiſſeq́; Alexium c. v.
Vngariæ regem, qui cũ exercitu in Italiam irruperat. Ego ſanè non intelligo qua
poteſtate, quoue iure Præſul Mediolanenſis iſtos Italię reges dicere potuerit, cum
nuſq̃ proditũ inuenerim eã Mediolani Epiſcopis auctoritatẽ ab vllo conceſſam
cui id facere ius eſſet. Attamen exiſtimari poteſt tẽporibus illis turbulentiſsimis
quũ Italia totius orbis gentibus & nationibus ad ꝓdam rapinãq́; propoſita vide-
batur, quẽadmodũ oſtendemus, adeo tum labefactatis affectisq́; Romanorũ Im-
peratorũ viribus, vt ab ingruentiũ vndiq; barbarorũ armis auctoritatẽ ſuã vindi-
care haudquaq̃ poſſent, om̃ibus modis q̃bus vellent tyrannos regnũ ſibi aſſerere
rapereq́, conatos· & hac fortaſſe ratione Mediolani Archiepiſcopos qui tũ in Ita-
lia primatũ tenere videbantur, vtpote Romano Pontifici nondũ ſubditi ꝙ demõ-
ſtrabitur, auctoritatẽ ſibi regum Italiæ deſignandorũ quos Mediolanenſes elegiſ-
ſent deſumpſiſſe. Sic ego ſi modo fides hac in re Chronicis vlla tribuẽda eſt, cẽſeo.
Sed vt ad id quod propoſitũ eſt reuertamur, Maximiano fatis intercepto Theodo
ricus Oſtrogothorũ rex vt Blondus i perhibet (quanq̃ in annalibus de q̃bus locuti i. lib. 3.
ſum⁹, is Enderic⁹ Rutenorũ rex dicatur, qua in re parũ om̃ino eſt momẽti) in Italiã hiſt.
venit ab Imperatore Cõſtantinopolis miſſus, & Odoacre cæſo q Italiæ regnũ oc-
cupauerat, id ad ſe trãſtulit. Midiolanũ quoq; ꝓfectus eſt vbi ferreã coronã ſum-
pſit, quod erat inſigne, ſi quis Italię regnũ capeſcere vellet, ꝓcipueq́; Mediolani, id
armis & ferro fieri oportere. Sic in Chronicis ſcriptũ reperimus· additurq́; primũ
oĩm fuiſſe hũc, qui regibus Italiæ coronã ex ferro Mediolani ponendã decreuerit.
Merula K tñ & Corius l poſt comemoratas de ferreę coronæ conſtitutione varias K. lib. 1.
ſentẽtias, eã primùm poſt Lõgobardos in Italia deuictos captũq́; Deſideriũ inuẽ- hiſt.
ta à Carolo Magno cõcludunt, qui hac ratione Lõgobardiæ populos ſecũ apud ſe l. parte. 1.
reges habere ſolitos deuincire lenireq́; cogitauerit, vt Imperatoribus trãs Alpes
cõmorantib⁹ aliquã Italia ꝓrogatiuã habere ſibi videretur, quapropter eã meritò

Ili 4 illi

illi ſuſpicerent· acitem ad memoriam imperij veteris Italiæ, cuius tam Gothorũ, quàm Longobardorum temporibus auctoritas penes ipſam fuerat. Conſequenti deinde ſeculo corona hæc Modoëtiam tranſlata· ſic tamen vt Imperatoribus ab Archiepiſcopo Mediolanenſi magna cum ſolennitate poni oportere cõſtitutum ſit.

a lib. 13. hiſt. Aliter Blondus a ſe reperiſſe ſcribit Gregoriũ V. Pontif. Romanũ, vel Othonem primũ Imper. aut illos proceres qbus primùm ius auctoritasq; data fuit Imperatoris Romani legendi, cõſtituiſſe, vt qui nominatus ab ijs eſſet, Romam petens ad obtinendã Põtificis Max. auctoritatẽ in itinere binas coronas ſumeret, ſtramineam Modoetiæ, ferreã Mediolani ab Archiepiſcopo. Sic Blondus. Mihi plus veritatis habere videtur id quod ex Chronicis primò retulimus, qm̃ Theodorici quoque ſucceſſores inſignia regni Italici coronam ferream Mediolani ab Archiepiſcopo recepiſſe ſcriptorum monumenta teſtantur. Itaq; Theodorico ſucceſsiſſe legimus Alaricum nepotem, eiq; coronam ex ferro Mediolani præſulem B. Datiũ in Ambroſiana baſilica poſuiſſe, tertioq; regni anno perempto Guidettum ſuffe-

b. lib. 4. hiſt. ctum, quem Blondus b Vitigem nominat, & Belliſarius captiuum Iuſtiniano Cæſari Cõſtantinopolim adduxit, vt Procopius, itẽq; Blondus ſcribit. Vitiges antea quũ Gothici imperij tædere Mediolanenſes cœpiſſet, ideoq; Romam illi Datiũ antiſtitem ſuum ad Belliſariũ miſiſſent, poſtulãtes vti legatum aliquem virũ fortem ad ſecum lectis cohortibus iuberet ire, ciuitatem enim in eius poteſtate proiecto Gothorum imperio futuram, vti etiam accidit Mundilla viro fortiſsimo profecto, de his certior factus Vraiam nepotem cum exercitu X. mill. Burgundionum auxilio ſibi ab Theodoberto rege Franciæ miſſorum ad Mediolanum iuſſerat mouere· quod tam graui obſidione tum preſſum eſt, vt inopia rei annonariæ cõpulſum deditione caperetur. Itaq, ſic vrbe Vraia potitus, ſpreta conditionũ fide XXX. ampliùs hominũ millia peremit, omniaq; cædibus, direptioni, ac prædæ Burgundionibus conceſsit, vt quidem nec imbelli hominũ generi mulieribus parceretur· mox etiã ædificia dirui mœniaq; ciuitatis æquari iuſsit, quemadmodũ

c. lib. 2. Procopius c & Merula d teſtantur: quanq̃ Blondus e aliter argumentis ſanè haud

d lib. 1. hiſt. Vic. ſatis validis, & quibus reſponderi facilimè queat, tum non euerſum Mediolanum

e. lib. 5. hiſt. aſſeueret. Ego ſanè multo potiorem hac de re Procopium auctorem cenſeo, qui bellis illis omnibus interfuit. Præterea quoque ſcribitur in Chronicis Mediolanum à Theodoberto vaſtatum· eumq; dein ab Azone Ilduini Mediolanenſium Ducis filio cæſum, aliaq; multa quæ nos ijs legẽda relinquimus, qui codices ipſos habent, vt hîc tantùm referantur quæ à claſsicis auctoribus ſunt tradita. Vitige

f. lib. 5. hiſt. debellato captoq; regnum Italiæ ſeu Gothicum Ildebrandus, vel vt Blondus f, Ildouardus arripuit, coronãq; ferream Mediolani ſumpſit. Huic obtruncato à Bouilla cubiculario filius ſucceſsit Berterus, quem Ataricum Blondus vocat. Is in imperio ſextum vix menſem vixit, cæſus anno à C. N. D L X I I I. Suffectus Totilas cognomento Baldouilla, nepos Ildouardi· qui coronam quoque ferream regni ſolennia Mediolani cepit, & inclytus rerũ pręclarè geſtarum vrbisq; Romę bis captæ gloria, tãdem in pugna cum Narſete Iuſtiniani Imperatoris legato cæ-

g. lib. 5. de bell. Goth. ſus eſt ad Caliũ, vti apertè Procopius g perhibet, quanq̃ Blondus & Sabellicus ad Brixellum dicant, inſigni quemadmodum alibi demonſtrauimus, errore. Gothis deuictis peremptoq; Totila quieſcere nonnihil Mediolanum & Italia tota cœpit ſub Narſetis præfectura, cum imperium Gothicum annis L X X I I. pertuliſſet, nimirum ab aduentu Theodorici regis primi vſq, ad vltimi Totilæ mortem.

Deinde

Deinde Longobardi poſt Narſetis exceſſum in Italiam per Foroiulienſem agrum
Alboino duce penetrarunt· ſubactaq; tota Venetia Mediolanum profecti, id gra-
uiter & diu circumſeſſum deditione ceperũt· quapropter ex veteri inſtituto coro-
nam ferream Alboinus hìc a Frontino p̃ſule ſumpſit. Merula tñ Alboinum intra
mœnia receptũ Honorati antiſtitis ſuaſione ſcribit, & cõtra fidem datam vrbẽ di-
ripuiſſe. Blondus a introductũ quidem Alboinũ ad Honorati ſuaſionẽ tradit, cæ- a. lib. 8.
terùm direptionis non meminit· imo alibi diſertè negat vllum eã ab Alboino de-
trimentum accepiſſe. Poſt Alboinum vt Paulus Diaconus auctor eſt, imperio Lõ-
gobardorũ præfuit Alboini nepos Clephis vel Dafrit, vt Corius vocat, qui coro-
na quoq; ferrea Mediolani fuit inſignitus. Gothis vt diximus ꝓfligatis, occupa-
taq; iam à Longobardis hac regione, Iuſtinianus Imper. Longinũ Exarchum ad-
uerſus eos miſit, cuius p̃fecturæ maxima Italiæ pars ceſsit. Eũ Merula b ſcribit ſe- b. lib. 1.
dem ac domicilium conſtituiſſe Mediolani, qm̃ Alboinus Veronam tenebat· idq; hiſt. Vic.
demonſtrare marmor apud Mediolanenſes repertũ in quo ſic legatur. D. M. Au-
relio Ianuario ſigni· ex numer. Dalmat. Fort· & Aurelio Valentiniano Exarcho
poſuit Aurelius pater. Ianuarius vixit annos XXXII. menſes III. dies VI. Valenti-
nianus vixit annos XXXII. mẽſes III. dies VI. quæritq; dein ſi Valentinianus Ex-
archus Mediolanũ non rexit, & ibidem nõ conſedit, quì ſepeliri potuerit? p̃terea ſi
excedere Rauenna nõ poterat & Mediolani ius reddere, quì igitur ſitus hìc ſit? ni-
ſi nomen Exarchi magiſtratũ deſignet, quẽ ſe putare ait Mediolani tanq̃ oppor-
tuno adminiſtrandæ totius Galliæ ciſalpinæ loco habuiſſe ſedem. Ita ferè Meru-
la, quẽ hercule ſatis mirari haud poſſumus vtpote ſingularis ac raræ doctrinę virũ
Exarchos ab Imperatoribus in Italiam miſſos hac in vrbe conſediſſe per talẽ lapi-
dis inſcriptionẽ contendere, cum oẽs illorum temporũ ſcriptores conſtanter af-
firment Rauennam Exarchorũ ſedem ac domicilium pace belloq; fuiſſe. Quod
ad Epitaphium attinet optimè reſpondetur, ex toto ſcriptorum grege Valentinia-
nũ Exarchum memorauiſſe neminẽ· id eñ ex eorum omnium nominibus à nobis
cũ Rauenna deſcriptis manifeſtò intelligitur. Itaq; varietate ſignificationis voca-
buli Exarchi Merula videtur allucinatus, quippe cũ id nomẽ ſenum etiã militum
præfecturam non modo illum ſummũ à Iuſtiniano cõditum magiſtratum ſignifi-
cet. Cõuincere hoc puto quòd in elogio poſt Aurelium Ianuarium ſigniferum ex
numero fortium Dalmatarum Exarchus Valentinianus collocetur· qui ſi maxi-
mus ille magiſtratus fuiſſet, haudquaq̃ ſignifero poſtponi vel conferri debebat
propter ſummã & p̃cipuam auctoritatẽ dignitatẽq;. Parui itaq; momenti & im-
becilla omnino Merulæ argumenta cenſeo, q̃bus Exarchos habitauiſſe Mediola-
ni probare nititur. Imo vrbẽ hanc in poteſtate Longobardorũ ab Alboino vſq; ad
Deſideriũ vltimum eorũ regem fuiſſe ſemper, habeo perſuaſum. Rationes ad id ar
gumentaq; ſunt in promptu maxima, quòd Longobardorũ vrbs regia Ticinum,
itemq; Modoëtia paſs. mill. à Mediolano X. quẽadmodũ in loco diximus, fuerit·
vnde cõſequi rectè videtur etiã eos tam propinquo Mediolano potitos, cũ magnæ
partis Italiæ, nominatimq; regionis huius q nunc Lombardia dicitur, imperiũ te-
nerẽt. Sed & ipſum Merulam hìc teſtẽ appellabimus, qui paulo poſt Agiulphi re-
gis, pace cũ Exarcho cõſtituta, iter ad Romã narrãs, eum poſtq̃ vrbe Roma potiri
non potuerat Mediolanum rediiſſe ſcribit: vltraq; etiam Aripertum Gondoal-
di Theodolinæ reginæ fratris filium cum decederet Ticinum Gundiperto, Me-
diolanum Perteri filijs ſuis teſtamento reliquiſſe tradit. Corius etiam narrat
inſigni-

inſignibus imperij Lōgobardici donatum Adoaldum Agiulphi filiū Mediolani in Hippodromo pſente patre: quáobrem mihi nunc planè videtur, Longobardorum reges qui tēporibus Exarchorū Rauennatium in Italia rerū potiti ſunt, Mediolani imperiū vti finitimorū etiam locorū tenuiſſe, nō Exarchos. Nōnulli paulo diuerſa ratione Merulā errauiſſe diſputant: nimirū Exarchi nomē reuera quidē ſenarij numeri pſecturam nō ſignificare, qm̄ aſpirationē in principio non habeat, quæ talem ad rem exprimendā requireretur: ſed tenui ſpiritu ꝓlatum principē aut rectorem deſignare: nec etiam aduerſa ratione aliud ex elogio marmoris intelligi poſſe, q̄ Aurelium illum Valentinianū ſimplicem pſecturam vel ab Imperatore, vel ab eius legatis ſenū commilitonū habuiſſe: porro magnam om̄ino eſſe diuerſitatem inter hoc munus & Exarchi magiſtratū illius, qui Rauennæ conſidebat, a quo Rauennas Exarchatus fuit dictus. Sic alij. Poſt occiſum à ſuis, anno imperij ſecundo Clephen, vt ad Mediolanenſium ac maioris Italiæ partis regum hiſtoriā reuertamur, Longobardos regio nomine ſublato Duces XXX. ſibi delegiſſe Paulus Diaconus auctor eſt: ex quibus præcipui habebantur quatuor. Romanus erat & Narnienſis, & Spoletinus, & Beneuentanus vt Merula *a* ſcribit. Itaq; Mediolanenſes Ducem ſortitos Perideū perhibet Corius, vel vt Paulus Diaconus *b* Alonem, queex XXX Ducum à Longobardis creatorū numero ait fuiſſe. Dein anno X. pōſt cum in Italiam Smaragdus Exarchus appuliſſet, oppidumq; Claſſem iuxta Rauennam fuſis Longobardis cepiſſet, illorū Duces triceni indicto concilio regem nominarunt Antarem Clephis filium, cognomine ob dignitatem illi addito Flauij, quod exin oēs Longobardorum reges vſurpauiſſe teſtatur Paulus *c* Diaconus. Antari fatis interçepto ſucceſsit Agiulphus, à Theodolina regina maritus & rex communi Ducum voluntate poſtulatus: quē imperij ſolennia Mediolani cepiſſe Paulus Diaconus *d* etiā auctor eſt. Agiulphus ſucceſſorem habuit Adoaldū filium, Adoaldus Arioaldum, Arioaldus Rotarem, Rotaris Radoaldum filium, cui occiſo Aripertus Gundoaldi Theodolinæ reginæ fratris filius ſuffectus eſt. Is decedens imperium inter filios diuiſit, Gundiperto Ticinū cum vna parte regni, Perteri Mediolanum cum altera. Mortuo Ariperto Grimoaldus Beneuenti Dux regnū affectans, per inſidias Gundipertū ſuſtulit: quáobrem cum Perteris adhuc puer Mediolano profugiſſet, fatis intercepto Grimoaldo rex appellatus eſt. Hūc Chriſtiana pietate enituiſſe Paulus Diaconus perhibet. Conſortem imperij fecit Gundipertum filiū adhuc puerū: quē cum decedens ſub curatore Aſprando reliquiſſet, iratus Ragnupertus Taurini Dux bello Aſprandū petijt, vnaq; cū Rotare Bergomi Duce prælio apud Nouariā cæcidit, moxq; regni ſolēnia ipſe cepit. Huic deinde filius ſucceſsit Aripertus, à quo etiā pugna fuſus Aſprandus, itemq; Rotaris qui coronā Laudæ ſumpſerat, & in contumeliā iuſſu Ariperti tonſus, poſteaq; cū Luitiperto filio necatus in carcere eſt. Aſprādus qm̄ in inſulæ Comacenæ propugnaculum cōfugerat, eam Aripertus quoq; vi cepit, & arcem ipſam excidit, vti in Larij lacus deſcriptione memorauimus. Prius tamen iam tum Aſprandus per Vallem Clauennatem in Bauariam erat elapſus, vnde mox copijs maximis comparatis in Italiam reuerſus haud procul ab amne Ticino Aripertū acie fudit: qui fugiens in Ticino perijt. Ita tum votis Ducum & Procerum gentis Longobardicę rex deſignatus Aſprādus, qui dein Luitprādo filio inſignibus imperij traditis animā edidit. Luitprādo mortuo cū indictis comitijs vt Irprādo illius filio diadema poneretur ex veteri more gentis, & in eius haſta cuculus forte auis inſidere fuiſſet viſus

a lib. 1. hiſt. Vic.
b lib. 2. hiſt. Long.
c lib. 3. hiſt. Long.
d lib. 3. hiſt. Long.

viſus, reguli magnatesq́; qui ad ſolennia peragenda cōuenerant omine malo territi regem deſignare abnuentes, eius loco Racheſium Forijulij Ducem inſigni regio euinxerūt. Is ſuſcepta cogitatione ſalutis aliquantò pòſt imperium Aiſtulpho fratri ceſsit, Romamq́; cum vxore ac liberis profectus ſeculo ſpreto monaſticum ſumpſit habitū vt tranquillè Deo inſeruire poſſet. Multa geſsit Aiſtulphus· & tandem in venatione ferarum ab apro percuſſus perijt. Sic Merula· Blondus[a] tñ eum apoplexia deceſsiſſe ſcribit. Aiſtulpho ſucceſsit Deſiderius, quē rebus geſtis inclytum vltimò Carolus Magnus Ticini cepit, & in Franciā exulatū duxit. Poſtremus ille regum Longobardorū in Italia fuit· quorū imperiū annis CCXXXII. hîc viguiſſe Paulus Diaconus, itḗq, Blondus[b] exitū eius narrans, probat. Sedem ac domiciliū Ticini Modoetiæq́; habuerūt. Sæpe Mediolani inſignia regia cepere quēadmodū oſtendimus. Tota propemodū Italia potiebantur· attamē cis Apenninū vltra citraq́; Padum, q̄ regio Lōbardię nomē ab ijs adhuc ſeruat vti priùs demonſtratū eſt, potiſsimè habitarunt. Horū itaq; dominatu ꝓfligato ſublatoq́; Carolus Magnus Italiæ regē impoſuit Pipinū filiū· quo fatis intercepto, nepos Caroli Bernardonus ſucceſsit. Poſt Carolum Magnū Ludouicus Pius filius Imperator Aug. fuit. Is Bernardonū Italiæ regē cōiurationis contra ſe reū iuſsit occidi, Lothariūq́; filiū Italiæ præfecit, qui dein hæres in imperio Romano extitit patri. Lotharium Ludouicus ſecūdus qui Mediolani diē ſupremū imperio Rom. annis vno & XX. geſto finiuit, Ludouico Carolus ſecundus cognomento Caluus Ludouici Pij filius ſucceſsit· cui ſexto imperij anno mortuo Ludouicus III. cognomēto Balbus ſucceſſor fuit. Is cū Carolo III. qui Craſſus dicebatur, adminiſtrationē communicauit· nec diu pòſt fatis interceptus Carolo ſoli imperiū reliq̄t· cui X. annis eo geſto iam mēte capto ac vti fatuo Carolomani ex Ludouico Balbo geniti filius Arnulphus collega datus eſt, annisq́; XII. præfuit. Cū Arnulpho Caroli Magni progenies imperij Rom. poſſeſsionē amiſit, quā annis ferè centū retinuerat, vt Blondus, Platina, Sabellicus, Volaterranus, itemq́. Rupertus Gaguinus ediſſerūt. Poſt Arnulphum quanq̄ Galli filiū eius Ludouicū nominaſſent Imperatorem, qui ſex annis apud eos Imperatoris dignitate functus eſt· tñ hunc Pontifex Max. corona non inſigniuit ex more, nec Romani ſuſceperunt· qui Berengariū Fori Iulij regulum ex proſapia Longobardorū, Imperatorem appellauerant, opibus tum & armis florentem: quapropter cū exercitū in Italiam adduxiſſet Ludouicus, fuſo prima pugna Berengario, viciſsim ab illo copijs inſtauratis ad Veronam victus captusq́; eſt, & vt quidā tradunt auctores, effoſsis etiā oculis necatus. Quarto dein anno regni Berengarius decedens ſucceſſorem in imperio Berengariū ſecundū habuit. Hunc anno tertio Rodulphus Burgundionū rex Italiæ finibus exegit· illum viciſsim anno tertio imperij Hugo Arelatēſis. Potitus Hugo Italia eſt annis decē, & filiū Lothariū mortem obiens ſucceſſorē habuit· qui biennio pòſt exceſsit fato, Adlheida cōiuge Ticini Principe relicta. Hac occaſione Berēgarius tertius primi ex filia nepos, in Italiam cum Adalberto filio reuerſus dominatū arripuit, & annis XI. tenuit, Adlheida Ticinenſi regina carceribus incluſa, pulſoq́; ex Italia Henrico Bauariæ Duce. Tyrannidem huius cum ferre Romani non poſſent, auxilijs ab Othone Henrici Saxoniæ Ducis filio petitis, vt is in Italiam cum inſtructis copijs armatorum XL. mill. veniret effecere· à quo Berengarius haud procul Foroiulio debellatus eſt, & agri demum partem in ciſalpina Gallia trans Padum accepit. Verùm ea non contentus cùm Othone in Germaniam reuerſo

copias

[a] lib. 11. hiſt.

[b] lib. 11. hiſt.

copias ad recuperãdum dominatum comparaſſet, Otho re cognita exercitum in Italiam iterum deduxit, & victum eum cum Adalberto filio cepit, vnoq́; Conſtantinopolim relegato, altero ſecum abducto reginam Adlheidam vxorem accepit, ex qua filius Otho ſecundus genitus hæres Imperij, cum id pater annis XXX. tenuiſſet. Othoni altero qui XVII. regni anno diem ſupremum expleuit, filius ſucceſsit Otho tertius, præfuit annis XIX. ſub quo Gregorius V. Pontif. Rom. conſtitutionem de Cæſarum Electoribus promulgauit: nimirum vt is demum Imperator Romanus habeatur, qui ritè nominatus ſit Procerũ votis. Archiepiſcopi ſunt hi Agrippinę Coloniæ, Treuirorumq́; & Moguntinus, item Dux Saxonũ & Marchio Brandenburgus, Comesq́; Palatinus, quibus rex Boihemorum ſeptimus additus, quoniam vt ſententijs variaretur euenire poterat: quæ in hunc vſq́; diem cõſtitutio viguit. Othoni fatis erepto procerum quibus eligendi ius tributũ erat, calculis Imperator ſuffectus eſt Henricus Bauariæ Dux: quo tempore nomen Imperatoris in Italia rapuit Ardoinus Marchio Ireæ, ſubnixus Epiſcoporum & potẽtiorum ex Lombardiæ finitimis vrbibus, votis. Id cum Henrico eſſet renuntiatũ, is exercitu in Italiam ducto primùm ab Ardoino pugna ſuperatus eſt, dein autem hortatu antiſtitis Mediolanenſium, copijs refectis iterum in Italiam redijt, & Ardoino longa pugna debellato grauiter in eos animaduertit, qui defectionis auctores extiterant. Ita tum Mediolani receptus coronam ibi ex ferro pro veteri laudataq́; conſuetudine ſumpſit, & anno dein imperij octauo piè animã edidit, vti Merula *a* cũ Volaterrano teſtatur. Creatus ſubinde Cæſar Conradus Sueuus, qui maximis in Italiam copijs adductis Mediolanum nequicquã oppugnauit, acriter id defendentibus oppidanis: quamobrem in Germaniam infecta re eſt reuerſus. Merula Blondusq́; ſcribunt vrbem illi obſidenti D. Ambroſium apparuiſſe, mortẽq́; ni deſiſteret eſſe minatum. Hactenus ordinem atq; ſucceſsionem regum & Imperatorũ diximus, vti nempe poſt amiſſam in Caroli Magni ſtirpe Romani imperij poſſeſsionem fuit: quoniã vt Merula perhibet, Mediolano Berengarij, tres Othones, & Henricus Imperator potiti ſunt: quanq̃ autem vrbs in Imperatorum poteſtate eſſet, tamen rempublicam magiſtratus à populo creati moderabãtur, primatum Archiepiſcopo tenente quem populus quoq; nominabat: vt ſi plures aliquãdo renuntiari contingeret, is potior haberetur cui ſuam auctoritatem conſultus Imperator addidiſſet. Bellante in Lõbardia Conrado, Italicæ gentes animos ſumere & armis operam dare cœperunt: quapropter vt in expeditionibus aduerſus hoſtes rationem aliquam & inſtitutum militiæ certum ſequerentur, currũ ſingulæ ciuitates fabricauêre tum, quod Carrotium appellabant. Eius hæc erat cõditio ac forma, quemadmodum à Merula *b* Corioq́; deſcribitur. Carrum vulgarem altitudine ſuperabat, rubenti velatum tegumento: longã in medio ſuſtinebat haſtam erectam, ex cuius ſummitate plurimos funes promiſſos magna hominum caterua trahebat. Impoſita erat haſtæ crux aurea perpulchra cum velo candido cruce rubenti inſignito. Ducebant currum binæ boum quadrigæ candidis ornatæ ſtragulis item rubenti cruce pictis. Corius tamẽ boues dextra in parte candido, læua rubenti velamento tectos fuiſſe dicit. Curam operis cuſtodiáq́; ſtrenuus aliquis fortisq́; gerebat eques, cui honoris cauſa loricã & enſem publicè præſtabat ciuitas. Currũ ipſum perpetuo ſacerdos comitabatur, qui miſſæ operaretur ſacris, & exigente re ſacramenta miniſtraret. Sequebantur æneatores octo publicis ſtipendijs merẽtes. Vbicunq; conſtitiſſet, ſignũ erat ibi agmen cõmoraturum: eò ſe cohortes fuſæ

a. lib. 2. hiſt. Vic.

b. lib. 2. hiſt. Vic.

fuſæ recipiebãt·inde reparato impetu in aciem redibant. Amiſſo carrotio qui perdidiſſent, victi cenſebantur. His inſtitutis cũ Italiæ ciuitates ſuã ipſę poteſtatẽ ſub Imperij Romani nomine exercerent, Conradus diem ſupremum finiens anno imperij XV. ſucceſſorem habuit Henricum ſecundum filium. Hoc tempore Mediolanenſis Eccleſia quæ ducentis amplius annis eiuſmodi erat vſa cõſuetudine, vel potius ambitioſa licentia, quoniam à Romani Pontificis ditione ſe ſubduxerat, vt Archiepiſcopum arbitrio ſuo præter vllam alterius auctoritatẽ crearet, ad Romani Pontif. ius & poteſtatem agnito ſuperiorum temporum, errore redijt, eumq́; vti militantis Eccleſiæ caput amplexa eſt, quemadmodũ Merula prodit. Exemplum ſecutæ ſunt totius propemodum occidentis Eccleſiæ. Miſſus ad hanc rem cõficiendam Mediolanũ erat vir doctiſsimus Petrus Damianus Rauenãs, Epiſcopus Oſtienſis & Eccleſiæ Romanæ Cardinalis, qui in literarum monumentis ipſe teſtatur Eccleſiam ſe Mediolanenſem Eccleſiæ Romanæ veteri obedientiæ reſtituiſſe. Circa hæc tempora maximę diſſentiones turbæq́; Mediolani inter nobiles & plebem exortæ ſunt, ciuitate ſuam ipſa poteſtatem tenente· ſæpiusq́; cõcurſum ad arma ciuilia·tandem etiam Gotifredus antiſtes patritiorum princeps ab Erembalaſo plebis duce exactus. In Gotifredi deinde locum Archiepiſcopus ſucceſsit Thealdus Caſtilionius, qui ſumma prudentia & ingenij dexteritate plebem cum patritijs in gratiam reduxit. Fatis intercepto Henrico ſecundo ſuffectus eſt Electorum votis eius filius Henricus tertius hoſtis Eccleſiæ Romanæ. Vixitis in imperio XLIX. annis, & filium ſucceſſorẽ habuit Henricum IIII. ipſo non minus Eccleſiæ Romanæ inimicum· circa quem maxima pars Mediolani incendio deflagrauit vti Merula ſe ſcriptum reperiſſe teſtatur, addens etiam nec difficulter id credi poſſe, quoniam tum temporis ædificiorũ parietes cratitij fuerint, vtpote qui poſt varias quẽadmodũ p̃diximus, vaſtationes vrbis et ſtrages tectorũ, ex materia repente inſtaurati erãt, ideoq̃ facile tota ciuitas vno in loco ſuccenſa ventis flammam deferentibus cremari poſſet. Hæc etiam ratione ſtatutum olim fuit ne ventis ſæuientibus ignem habere licẽret vel cibi parandi, vel alia quauis de cauſa · vnde conſequebatur nõnunq́; vt perſeuerantibus diu flatibus ob ignis vſum vetitum, panis ac reliquorum eſculentorũ humanæ vitæ competentiũ difficultate ſumma laboraretur. Archiepiſcopatũ circa hæc tenuit Iordanus Cliuius. Pacato ciuitatis ſtatu cum Brixiani contra Nouocomẽſes auxilia petiſſent à Mediolanẽſibus, & obtinuiſſent etiã, illi re pro ſocijs egregiè primũ geſta dein & ipſi Laudã veterẽ expugnarũt, muriſq́; nudauere, colonis exactis & in villas pagoſq; miſerabili modo relegatis. Ea calamitate Laudenſes annis XL. ſæuiſsimè à Mediolanenſibus afflictos, & tam dura tyrãnide p̃ſſos vt adeo ferreus eſſe queat nemo, qn ſi intelligat, illacrymari cogatur, nõ ſolũ Merula a, ſed etiã Laudenſiũ ac Mediolanenſiũ annales p̃hibent. Henricus quartus annis XV. imperio geſto diẽ obijt: mox Lothariũ Saxoniæ Ducẽ proceres elegere·cui ferreã coronã Mediolani Anſelmus Puſterula Archiepiſcopus dedit, is qui reuerſo in Germaniã Imperatore Nouum Comũ excidit. Sub hæc tempora Pont. Rom. Epiſcopum Genuatẽ Archiepiſcopi titulo auxit, additis illi ſuffragatorijs Bobiano Epiſcopo cum tribus alijs ex Corſica Mediolanenſi diœceſi adẽptis. Anſelmus etiam Ticinẽſes debellauit, aliaq́; multa p̃clarè geſsit. Hac tempeſtate cœnobium Claræ vallis conditũ D. Bernado procurante. Lothario annis XI. Imperio functo fatis erepto Cõradus ſecundus Sueuus Bauariæ Dux Henrici quarti Imperatoris nepos ſucceſsit. Huius temporibus Guelforũ & Gibellinorũ partes

a. lib. 3.

ſurrexiſſe Merula tradit ex alijs quibuſdã auctorib⁹: & in Syria Martin⁹ Turrian⁹ cognomẽto ab inſigni fortitudine Gygas, ꝓ fide in Chriſtum oppetijt. Conradus imperij anno XV. quanq̃ coronã non acceperit decedẽs, ſucceſſorẽ nactus eſt Fridericũ Ænobarbum fratrẽ vt Merula ꝓhibet. Is ad imperiũ acceſsit potius nõ reclamãtib⁹ Electorib⁹, quã ſuffragijs eorum ſubleuat⁹. Mox Italia petita vi Aſtam coloniã cepit, in gratiam Ticinenſiũ Dertonã excidit, tum Mediolanum profect⁹ ibi coronã ex ferro mirifica populi gratulatione ſumpſit ab Vberto Præſule, dein imperij ſolẽnibus Romæ captis in Germanã reuerſus eſt. Poſtea cum Mediolanẽſes Dertonam inſtauraſſent, belloq; finitimos infeſtarẽt Ticinenſes, ijs de rebus certior factus Imperator iterũ Italiam petijt hoſtili aduerſus hanc vrbẽ animo, nõ ſolũ ob Dertonã inſtauratã, Ticinẽſeſq; ac Nouocomenſes & Laudenſes magnis iniurijs affectos, verumetiã quia Romani Pontif. Alexandri auctoritatẽ vrbs ſequebatur ipſi infenſo inimicoq;. Copijs igitur inſtructiſsimis obſeſsi aliquandiu Mediolani iamq; annona graui conflictati ꝑ proditionem improborũ aliquot ciuium potitus eſt: moxq; vrbis mœnia cõplanare iuſsit eos populos qui Mediolanenſiũ armis vexati fuerant, nempe Ticinẽſes, Laudenſes, Bergomates, Nouocomenſes & Nouariẽſes. Triũ Magorũ corpora quę in æde D. Euſtorgij ſeruabãtur, hinc in Agrippinã coloniã trãſtulit. Agrum Mediolanẽſem in Comitatus ſenos eſt partit⁹, nẽpe Marteſanæ, Leuci, Patracij, Burgariæ, Barciani, Seprij: quib⁹ Germanos Comites ſingulos impoſuit, omnib⁹ ſimul vno Prȩſide dato cuius ſedes ac domicilium Mediolani eſſe. Tũ Cataneos & Valuaſores ſuos inſtituit miniſtros, qui inſignia ferrẽt Auguſti. Comites Anglerianos inſectat⁹ adeo eſt vt parceret nemini, ſolusq; Viuianus mortẽ euaderet, qui Bononiã ꝓfugerat. Tantam his temporib⁹ Germani crudelitatẽ in Mediolanẽſes exercuere, tantis eos iniurijs & calamitatibus afflixere ſi qua fides annalib⁹, vt amplius Turcarũ immanitas & truculentia ſęuire haud potuiſſet: quanq̃ putem id iuſtiſsimũ arbitrũ Deum in eos ſtatuiſſe, quod ſummis et ingentib⁹ ipſi cõtumelijs atq; cladib⁹ Laudenſes, Ticinenſes, Nouocomẽſeſq; priùs affecerãt. Dein anno à C. N. MCLXVII. cũ Frideric⁹ Vicentiã & Veronã adijſſet, plurimæ ſubinde ciuitates Lõbardiæ ſpirit⁹ hoſtiles aduerſus eum cœperũt ſumere, & de Mediolano communi opera reficiendo decernere, deſignato tum poſt Vberti Pirouani ſęuam mortem Archiepiſcopo Galdino Salano. Fœderati itaq; populi fuere tum Cremonenſes, Placentini, Veronenſes, alijq; nõ nulli vt Blondus a ſcribit, qui Mediolanum inſtaurare cœperũt, anno ſcilicet à C. N. MCLXVII. Id. Apr. Fridericus Romã profect⁹ cõtra Pont. Alexandrũ, quoniã eum apprehendere nõ potuerat, vtpote Beneuentũ fuga elapſum, ira doloreq; percitus in Lombardiam redijt: quã cũ in armis eſſe totam reperiſſet, non ſatis confidens ijs quas tum paratas habebat copijs, in Germaniã nec tentata belli fortuna diſceſsit, exercituq; collecto in Italiam ad vindicandas Mediolanenſiũ, Brixianorum, Veronẽſium, Nouarienſiũ & Vercellenſium inimicitias iter ſuſcepit. Hac de re certiores redditæ fœderatæ gentes, collatis auxilijs, productoq; carrotio cũ inſtructo agmine obuiam Imperatori profectæ, ad Barillanum (id in via quæ Mediolano Comum ducit poſitum eſt) caſtra caſtris contulerunt. Tantis vtrinque concurſum animis, impetu, ira diu, vt incerto marte varia fortuna pugnaretur: demum inſtantibus acerrimè Germanis ad carrotium Mediolanenſes repelluntur. Hic belli exitum & ſummam ob oculos ponentes, potiùs oppetendam glorioſè mortem, quàm ſeruiendum conſtituere, mutuò ſe præclaris vocibus erigere, tanta virtute

a lib. 15. hiſt.

virtute pugnam redintegrare, vt qua iam potitus videbatur Fridericus, victoriam
illi tandem extorquerent ſpectabilem, quanquam peringenti ſuorum cum occi-
dione detrimentoq́; longè tamen hoſtium maiori, cæſo aquilæ Auguſtalis ſignife
ro, ac item Friderici equo ſtrato, cum iam ipſum etiam occubuiſſe putaretur. Ma-
ximæ Germanorum ſtrages fuere, maiores tamen Nouocomenſium & Ticinen-
ſium Friderici ſociorum vt Merula,[a] Blondus[b] Coriuſq; perhibent. Ita cum Fri- a. lib. 3.
dericus malè pugnauiſſet, pacem cum Mediolanenſibus fecit. Primus in his reg- hiſt. Vicec.
ninib⁹ imperij Vicarios vt tum dicebantur inſtituito & Poteſtates vrbium, quorũ b. lib. 15.
munus erat curam ciuitatum pace belloq́; gerere, leges & iudicia adminiſtrare, hiſt.
delectus habere, copiasq́; in prælium educere quemadmodum populi Rom. Con
ſules ſolebant. Sic ex alijs auctoribus refert Merula. Ciuitates autem inſuper an-
nua prouincia Conſules aliquot creabant qui Prætoris lateri hærerent, & in ad-
miniſtratione Reipub. conſilia ſuggererent, penes quos et belli auctoritas. Medio
lani quoq; Conſulibus attributi erant Conſiliarij, quos Sapientes Credentiæ hoc
eſt ꝓcognitores à ſecretis nominabãt. Archiepiſcopus legatum habebat qui Vi-
cecomes dicebatur, & populo ius dicebat, crimina quoq; puniens. Quæſtores in-
ſuper erant ærarij qui rationes vectigalium procurabãt nec ad id munus aſpirare
quiſquam poterat niſi Conſularis: præterea Tribuni quos Capitaneos vocabant
plebis, & Valuaſores illorũ ſeu famuli, ac alij qui dicebantur Motani plebeculã
infimam à potẽtiorum iniurijs tuebantur, & inopia preſſos adiuuandi erigẽdiq́;
curam gerebant. Hæc illis temporibus Mediolanenſiũ reipub. forma fuit. Frideri
cus anno imperij XXXVII. in expeditionem ad Hieroſolyma profect⁹, in flumi-
ne quod lauandi cauſa erat ingreſſus perijt, haud procul Iconio, quemadmodum
Blondus & Merula cæteriq́; ſcriptores tradunt. Proceres Imperatorem dixere fi-
lium Henricum V. ſub quo Mediolani plebs magiſtratum Credentiæ D. Anbro-
ſij, ſic enim appellabant, creauit vt auctor eſt Merula[c]. Diem apud Panormũ fun c. lib. 4.
cto Henrico ſentẽtijs Electorum Philippus frater ſuffectus eſt. Hunc anno impe- hiſt. Vicec.
rij nono Palatinus Comes interfecit: electusq́; mox Imperator Otho quartus, Sa-
xoniæ Dux, qui antiquo more coronam ferreã Mediolani ſumpſit, & anno quar-
to è vita conceſsit. Ita tum creatus Imperator Fridericus ſecundus Henrici V. fili-
us. Is Mediolanenſes ad Ollium acie fudit, Petro Theupolo Veneto illorũ Præto
re, & Hẽrico Modoëtiano belli pręfecto captis, vt ſimul etiam carrotio potiretur:
de qua victoria Veronæ triumphauit. Tum Mediolanenſes reparatis copijs Ber-
gomates Friderico iunctos diripuerunt, agrumq́; Cremonenſem inſuper vbi tum
ſedebat Imperator, nec erumpere auſus quem etiam poſtea moximo exercitu col
lecto Mediolani agrum infeſtantem Othone Mandello duce maximis animis oc
currentes longa difficiliq́; pugna ſuperarunt, quum ipſis Mediolanum victoria
lætis redeuntibus Imperator in Apuliam conceſsit. Poſt hæc Prætorem delegere
Paganum Turrianum, qui ex illa gente prim⁹ omniũ hac in vrbe magiſtratum geſ-
ſit vt ꝓhibet Merula[d]. Maiores eius ex Valle Saxina Comenſis agri Mediolanũ ve- d. lib. 5.
nerãt, & opum ingentiũ magnitudine totius ſibi populi animos deuinxerãt. Paga
nus deſignatus Prætor eſt quoniam ſummè popularis erat & comis, affabiliſq; ac
liberalis, maximiq́; vir ingenij. Genealogiam eius domus haud puto ingratam co
gnitu fore, quapropter hîc breuiter cõmemorabim⁹. Poſtq̃ ex Valle Saxina Medio
lanũ Turriani primùm venêre, diuitijs & pecunia ꝓbeati affluẽtesq́;, duæ Comitis
Tatij filię duob⁹ adoleſcentib⁹ Turrianis collocatæ primùm ſunt quibus nuptijs

Martinꝰ & Philippꝰ ꝓcreati. Martinus Iacobũ, Iacobꝰ Paganũ, Paganus Herman-
ũn, Napũ, Frãciſcũ, Cauernã, Paganũ ſecũdũ & Raymũdũ Aqleiæ patriarchã gen
uit, Hermãnus Mãfredũ Archipſbyterũ Modoëtianũ & Gotifredũ filios habuit,
quorũ poſtremꝰ Iciolinũ & Andreottũ Henſediſij patrẽ, Iacobũ ſecũdũ, Henricũ
Lõbardumq́; ꝓcreauit, Lõbardus Raymundũ ſecundũ & Lõbardũ ſecundũ Ver-
cellenſiũ antiſtitẽ. Ex Napo Muſca & Caſſonus, ex Muſca Caſſonus ſecundꝰ, Pa-
ganꝰ tertius, Eduardꝰ Muſchinꝰ, & Naxinꝰ, ex Caſſone Martinꝰ ſecũdꝰ, Aquilinus,
& Claudinꝰ nati. Franciſcus Pagani primi tertius filius Guidonẽ, ille Franciſcũ ſe
cũdũ, Simonẽ, Nandinũ, Lamoratũ & Guidonẽ genuit. Ex Cauerna Paganꝰ quar
tꝰ Aquileiæ patriarcha, Zonfredꝰ, & Ioãnes ꝓpagati. Paganini, ita Paganꝰ alter di
cebatur, Galera, Paganinꝰ, & Caſſonꝰ tertiꝰ filij fuere. Raymundus Pagani filiꝰ na-
tu minimꝰ ꝓlem nõ habuit, quòd erat inauguratus ſacris. Ita Corius Turrianorũ
ꝓgeniem recenſet. Pagano, vt eo reuertamur vnde ſumꝰ digreſsi, Prætore Medio-
lani creato, plebis & nobiliũ odia magis magisq́; gliſcebãt indies, Archiepiſcopo
Leone Perego à nobilitatis partibꝰ ſtante. Cũ hîc ſtatus ciuitatis eſſet, & Fridericꝰ
Imperator magno cũ exercitu redijſſet, eũ Mediolanẽſes eruptione facta fuderũt,
capto etiã eius filio non ꝓcul Addua flumine, ac per inſignem triumphũ in vrbẽ
deducto: quẽ tamẽ poſtea comiter & honorificè dimiſerũt. Exceſsit deinde Fride
ricus hoſtis Eccleſiæ Romanæ, implicatus interdictione cõmunionis, & ab Impe-
rio depoſitꝰ à Pont. Max. XXXII. anno poſt capta ſolennia, IIXXX. poſt notam.
Succeſsit Cõradꝰ filius à quibuſdã Electoribꝰ tantùm nominatꝰ, quẽ veneno Mã-
fredꝰ ſuſtulit. Eo anno quo Fridericus cõceſsit fato, Matthæꝰ Vicecomes natꝰ eſt,
Magnus poſtea cognominatꝰ ob rerũ geſtarũ amplitudinẽ. Deinde cõmunibꝰ Ele
ctorũ ſententijs Imperator dictꝰ Rudolphus Comes Aldeburgius. Interea Medio-
lani creſcentibus inter plebẽ & patritios vt diximus odijs, ad voluntatẽ Archie-
piſcopi Prætor à Capitaneis & Valuaſoribus deſignatꝰ eſt Paulꝰ Soreſina, dux no
biliũ aduerſus plebẽ eiusq́; magiſtratus: quapropter & plebs Martinũ Turrianũ
Ecdicũ ſibi ac defenſorẽ aduerſus iniuriã nobilitatis creauit. Attamẽ recõciliatis
dein ordinibꝰ cõmuni ſentẽtia magiſtratu abire iuſsi ambo, Prætorq́; delectus ex
ternus. Quies hæc ciuitatis cũ nõ multo tẽpore durare potuiſſet, plebs armis arrep
tis Leonẽ Archiepiſcopum omnemq́; nobilitatẽ exegit Martino Turriano duce,
qui ſe dein Principem Credentiæ, ſic plebeium magiſtratũ fuiſſe dictum antea do
cuimꝰ, appellari voluit, & mox impetu armisq́; patritiorũ viciſsim vrbe pulſus, ac
iterũ plebis ſtudio reductus, lõgè ſibi maiorẽ quàm priùs habuiſſet, auctoritate in
duit, totius ferè ciuitatis dominatu populari gratia cõparato. In Leonis p̃ſulis de-
functi locũ Vrbanus Pont. max. Othonẽ Vicecomitẽ impoſuit. Deinde Martinꝰ
Turrianꝰ Mediolani princeps animã edit anno à C. N. MCCLXIII. ſepultꝰ in fa-
no Claræ vallis. Vir fuit admodum prudens, mãſuetus, ſingulari clementia & hu-
manitate, inprimis ab omni crudilitate alienus. Neminẽ à ſe necari oportere dicti
tabat, quia genuiſſet neminẽ: ſteriles enim nuptias ſortitus eſt. Succeſſorẽ in domi
natu Philippũ fratrẽ habuit maximæ fiduciæ virũ. Is Bergomũ, Nouariã, Laudáq́;
ſubegit, & multa geſsit p̃clarè, plura editurus ſi fata vitã cõceſsiſſent: erat enim p̃-
ter animi magnitudinẽ benignitate quadã & comitate ſingulari, qua homines in
amorẽ ſui ſummũ cõpellebat. Obijt anno poſt C. N. MCCLXXIII. Tum Napus
Philippi nepos principatũ vrbis arripuit, qui cũ maximis trans Olliũ copijs ꝓfe-
ctꝰ, Palatiolum agri Brixiani oppidum aliaq́; nõnulla ditioni ſuæ ſubiunxit. Hoc

tempore

tempore cenſus actus Mediolani, repertaq́; hominũ qui arma ferre poſſent mill.
XXX. Napus etiã Laudenſium & Vigeuanorũ potitus eſt, Succiumq́; Veſtarinũ
cum duobus filijs Laudæ tyrãnos à Petro Tenacolo captiuos habuit, quos etiam
poſt in carceribus necauit. Fiſiragas Laudẽſes & Veſtarinæ factionis aduerſarios
omni ſtudio fouit, Gotifredũ quoq; Languſcũ Ticini tyrãnũ cũ exulib⁹ Medio-
lanẽſib⁹ ad Guaſsiram amnem haud procul Angleria ſuperauit, ipſo Gotifredo ac
Theobaldo Vicecomite Othonis Archiepiſcopi fratre, Matthæiq́; & Vberti pa-
tre cum magno exulũ aliorũ numero captis & ſecuri percuſsis. Ad extremũ poſt
cæſas ſępe Mediolanẽſiũ exulũ cohortes anno à C.N. MCCLXXVII. cũ Otho-
ne Vicecomite Archiepiſcopo, cuius exercitus Dux erat Richardus Languſcus,
dimicans, in Richardi poteſtatẽ venit, amiſſo iam Pontio Amato Cremonẽſe, Frã
ciſcoq́; Turriano fratre patruele: quamobrẽ etiam Mediolano tum exactus eſt
Caſſon⁹ filius qui Parmã confugit. Ita tum Otho antiſtes ingenti triumpho ciui-
tatẽ ingreſſus eſt cũ Marcellis Mirabellis, & Caſtilionijs, quos omnes deinde Ca
taneos creauit vt Merula teſtatur· & aliquãdiu principatu integrè potitus eſt, quã-
quã Caſſonis Turriani Raymũdiq́; patruelis ei⁹ Aquileiæ patriarchę, p̃terea Gu-
lielmi Montisferrati Marchionis bello turbatus vexatusq́; nõnunq̃ fuerit. Anno
poſt C.N. MCCLXXXIII. Matthæum nepotem vrbis gubernaculis p̃fęcit, addi-
tis illi in conſilium nobilioribus aliquot & prudẽtibus ciuibus, inter quos nomi
natim Henricus Modoẽtinus, Othoq́; Mãdellus erãt. Sic cum dein quotãnis duo
nobiles, ſapientes, grauesq́; ciues Matthæo attribuerentur, vt tranqllus vrbis ſta-
tus omni ratione conſeruaretur, ille tanta cõmendatione virtutis cum in repub.
gerẽda, tum in bellis adminiſtrãdis fuit, vt meritò cognomentũ Magni ſit adeptus.
Genealogiã Vicecomitũ vti à Merula *a* Volaterranoq́; *b* deſcribitur hîc referre o- *a lib.5.*
peræptium gratumq́; inſuper ſtudioſis hominibus fore duximus. Tradũt igitur *hiſt. Vicec.*
illi nobiliſsimã hanc gentem auctoribus ab regia Longobardorũ ſtirpe oriundis *b. lib. 4.*
cenſeri, qui capto Deſiderio loca illa cum mulieribus & liberis inſederint, quæ re *c. V.*
ges Longobardorũ ditione tenere erãt ſoliti. Et quanq̃ poſt Caroli Magni tempo-
ra reges ab eo vel eius ſucceſſoribus inſtituti, aut ipſi Imperatores, vel Auguſtales
Vicarij ſeu Procuratores Italiã adminiſtrarent, tamẽ ex veteri longaq́; cõſuetu-
dine Comitib⁹ Angleriæ Longobardici ſanguinis ius fuiſſe Archiepiſcopo Medio
lanenſi p̃miniſtrandi, & coronam ferream Cæſaribus ponendi · ſeruatumq; morẽ
hunc vſq; ad Fridericũ Ænobarbum, qui capto ſubuerſoq́; Mediolano tam graui-
ter Angleriæ Comites eſt perſecutus vt vnus tantum ex tota familia ſe neci potue-
rit eripere Viuianus, fuga Bononiam elapſus. Eius poſteri vel ob tenuitatẽ angu-
ſtiasq́; patrimonij, vel inſcitia metuuè nomẽ auorũ ita cõmutarunt, vt p̱ imminu-
tionem ſe ꝓ Comitibus Vicecomites appellarẽt. Hactenus de Viuiani maioribus
tantũ cõmemorat Merula, Volaterranus autẽ p̃terea ſcribit circa MCCL. à C.N.
annum ex Vberto & Berta natum Othonẽ Mediolani Archiepiſcopũ, Vbertũ Al
bintimilienſem epiſcopum, Iacobũ & Gaſparum· ex Iacobo genitũ Theodaldũ,
ex Theodaldo Matthæum Magnum & Vbertũ tertium ex eorũ poſtremo Ioannẽ
Vercellinum, & Othonẽ ſecundũ. Dorius multo exactiùs Heriprando qui Baue-
rium Cõradi Imperat· nepotem occidit, fatis erepto ſub annũ à C.N. MLXXV.
Othonẽ ſuperfuiſſe tradit, qui cum Gotifredo Bolionio ad ſacrũ bellum in Syriã
profectus Volucẽ Saracenorũ Ducẽ ſingulari certamine ſuperauit · eiq́; ſpolium
opimũ detraxit viperã ingentẽ ſeptemplici lapſu minaciter à cono caſsidis erectã,

 & puerum

& puerum manibus paſsis deuorantem quo pòſt ipſe inſigni vſus eſt. Is ex Lucretia vxore ſtirpis regiæ Francorũ Andreã & Othonẽ ſecundũ procreauit, horũ poſtrem⁹ Vbertũ & Ioannẽ Franciſcũ. Patri in principatu Andreas ſucceſsit, q Galuaniũ ex Comitis Sabaudiani filia ſuſcepit. Secut⁹ eſt Viuianus qui Bononiã fugit: huic Andreottus, Andreotto deinde Theobaldus ſucceſsit. Ab Theobaldo Matthæus Magnus Inuorio in pago apud Verbanũ lacũ natus, item Opizo, Azo, & Otho procreati, quorũ poſtrem⁹ antiſtes Mediolani fuit. Petrus Theobaldi frater Leodriſium & Gaſparũ genuit. Matthæo Magno nati Galeatius, Marcus, Luchinus, Ioannes, & Stephanus Matthæi ſecundi Galeatijq́; ſecundi & Barnabæ pater. Ita Corius. In Rodulphi Imperat. vt ad inſtitutũ reuertamur, anno imperij XIX defuncti locum Electores principes Adulphum Comitem Naſſauium, quẽ Merula vocat Arnulphũ, ſublegere. Potitus ille eſt imperio annis ſex, pugna occiſus ab Alberto Rodulphi Imperat. filio. Matthæum Vicecomitẽ Auguſtalẽ Vicariũ Mediolani Lõbardiæq́; totius inſtituit vt Cori⁹ auctor eſt, addita eius inſignibus aquila: quamobrẽ circa MCCXCIIII. à C. N. annũ Matthęus nomen Auguſtalis Vicarij pferre cœpit, Comumq́; ditioni ſubiunxit ſuæ, & in Montisferrati agro Trinum, Põtem Sturæ, Montẽ Caluũ, aliaq; multa oppida cepit, impoſito vectigali libellarũ Aſtenſium III. Mill. Anno ſequenti Otho antiſtes apud cœnobiũ Claræ Vallis de vita deceſsit, annos natus IIX C. Præditũ eum ſingulari prudentia, ſa-
a. lib. 6. hiſt. Vicec. pietiaq; ac humanitate Merula a perhibet itemq́; Corius. Sub Othone Mediolanũ maxima nobilitatis & opum incrementa habuit, adeo vt ferè tum in vrbe Iureconſulti centum, ciues ad XV. mill. cenſerentur. Ex his mirabili virtute inclyti extitere duo, Vbertus Crucius, & Gulielmus Puſterula prior tantæ fortitudinis fuit, vt citatum equũ manu prehendens ſiſteret, iumentum etiam onuſtũ frumento tolleret in humeros & baiularet, quo cõſtitiſſet loco dimoueri nulli⁹ hominis vi poſſet inuitus alteri tam fœlix & ſtupendum ingenium natura dederat, quo nõ vllis literarũ diſciplinis præterquã grãmaticæ rudimentis imbuto tam exactè periteq́; ius de quaq; re conſtituebat, vt ſententijs eius nemo vel doctiſsimus Iurecõſultus aut adimere quicquam poſſet aut addere. Itaq; cum apud Bononienſes Prætura fungeretur, in iuredicundo tam ſingulari acumine, prudentia, perſpicacia fuit, vt vrbis totius iuriſperitos admiratione prorſus obſtupefaceret. Poſt Othonis exceſſum Matthæus Nouariã in ditionem redegit impoſito Prætore Galeatio filio. Diẽ Adulpho Imperatore functo Albertus ſucceſsit Auſtriæ Dux, cuius bello cæſus erat Adulphus. Is quoq; Matthæũ Auguſtalẽ Vicariũ Mediolani Lõbardiæq́; nominauit qui mox filio Galeatio Mediolani adminiſtrationẽ tradidit, vxoremq́ue Beatricem Azonis Ateſtini Ferrariæ Marchionis filiã copulauit. Deinde cum Albertus Scotus Placentinus vrbis ſuæ princeps, Philippinus Lãguſcus Ticinenſiũ tyrannus, Conradus Ruſca Nouocomenſis, Antonius Fiſiraga Laudenſis, Simõ Aduocat⁹ Vercellin⁹, Gulielm⁹ Bruciatus Nouarian⁹, multiq́; pterea Lombardiæ tyrãni cõiuratione facta maximũ & validiſsimũ exercitũ in agrũ Mediolanenſem contra Matthæum ducerent, is bello diffidens Alberto Scoto nomen & auctoritatem Auguſtalis Vicarij ceſsit, Placentiamq́; ſe cõtulit anno à C. N. MCCCII. Sic tum in vrbẽ reuerſi Turriani, qui iam annis amplius XXV. vitã in exilio degerãt. Muſca fuit & Guidett⁹, et Franciſcus, & Simoncinus, cæteraq́; domus omnis. Muſca ſtatim Mediolanũ ingreſſus ordinem nobilitatis expulit, Prætorem Gulielmũ Bruciatum dixit ipſeq́; mox inuaſit dominatum, quo tamen haud diu potitus eſt.

Filios

Filios reliq̄t Caſſonũ, Paganũ, Raynaldũ, Odoardũ, Napũ & Muſchinũ. In domi
natu ſucceſſorẽ habuit fratrẽ Guidettũ humanitatis comitatisq́; laude multò cla-
riorẽ. Placentiã biẽno tenuit Alberti Scoti ope, Prætore vrbi impoſito Paſſarino
Turriano. Deinde poſt mẽſem XV. Albertꝰ Scotꝰ ipſe dominatũ inuaſit, Temano
Palauicino Prætore quẽ Guidettꝰ dederat, exacto. Tũ Mediolani antiſtite defun-
cto Caſſonus Turrianus ſublectus. Albertũ Cæſarẽ imperio decẽ annis potitũ in
Rheni amnis trãſmiſſu Ioãnes ex fratre nepos interfecit, Proceres Henricũ Sextũ
ſuffecere Lucelburgẽſem Ducẽ anno à C.N. MCCCVIII. Venitis in Italiã ad Me
diolanũ altero anno pòſt, adducto vnà Matthæo Vicecomite, pacẽq́; cõſtituit in-
ter partes, Turrianos Vicecomitesq́;. Solẽnia cepit coronã ex ferro de manu Caſ-
ſoni antiſtitis in Ambroſiano templo, ſimulq́; rex Longobardorũ ſalutatus, dona
tuſq́; ſceptro ac aureo pomo, Aſiæ, Europæ, Africæq́; deſcriptione ſupraq́; cruce
aurea deornato. Propter aſsidebat Imperatrix capillo poſt humeros flauẽti nito-
re paſſo, coronaq́; p̃diuiti ex auro et gẽmis incincto. Peractis ſolẽnibus Imperator
equites ex aſtante nobilium hominum cœtu deſignauit octoginta, primosq́; om
nium Matthæum Vicecomitem & Gulielmum Puſterulam, enſeq́; ſingulos ipſe
præcinxit et muneribus quibuſdam ornauit. Modoetinis antiquam conſuetudinẽ
qua reges Cæſaresq; coronam ferream apud ſe in D. Ioannis Baptiſtæ fano cape-
re ſolebant, intermiſſam conquærẽtibus, verbis humanitate plenis ſatisfecit, vete
remq́; prærogatiuã acceptis aureorũ nummûm V. mill. confirmauit. Deinde Tur
rianos à Mediolano relegat. In plebis gratiã Conciliũ Credentiæ D. Ambroſij re-
ſtituit, itemq́; Concilium Auguſtale cuius & auctoritas eſſet eos cõpeſcendi, qui
Cæſari obloquerentur, condidit. Vexillum luteũ cum aquila nigra nobiliũ ordi-
ni tribuit. Matthæum quoq; Vicecomitẽ in Aſtam coloniã, Galeatiũ filiũ ad Tar
uiſinos relegauit: tandem aũt vtroq́; reuocato Genuã pergens, Vicariũ reliquit Me
diolani totiusq́; Lombardiæ Guernerũ Aſpurgiũ, qui collegam ſibi Matthæũ in
adminiſtratione ſumpſit. Præterea Galeatiũ etiam Henricus Prætorem dedit Pla
centinis, fratrẽ eius Luchinum Bergomatibus. Henrico poſt annũ imperij quintũ
defuncto, ſententijs inter Principes Electores variatũ eſt: pars enim Ludouicũ Ba
uarum, pars Fridericũ Auſtriæ Ducẽ nominauit, qui deinde bello grauiſsimè cer-
tarunt annis octo continuis, quũ ad extremũ bis victo Friderico Ludouicus in Ita
liã venit, imperijq́; cepit ſolennia, Mediolani coronam ex more ferreã, Romæ au
reã à Stephano Colũna Cardinale inuito Pont. Max. Perpetuò inimicus Pontifici
fuit, qui cum illi ſacris interdixiſſet, imperiumq́; ac omnem honorem abrogaſſet,
ipſe ſpreta cenſura & auctoritate eius Petrum Corbarienſem cœnobio Minorum
eductum Pontificem dixit, hominẽ temerariũ vt Blondus, Platina, D. Antoninus,
Sabellicus, Volaterranus, totaq́; ſcriptorũ illius ſeculi cohors perhibet. Hoc rerũ
ſtatu Galeatius rẽ Placẽtinã ditionis ſuæ fecit pulſo Alberto Scoto, Procuratorq́;
perpetuus tũ huius vrbis, tum etiam Cremonæ Cremæq́; nuncupatus eſt ab Ludo
uico. Philipponũ Languſcum Ticinenſium tyrannum bello captum Mediolani
carceribus ſeruauit: nec diu pòſt etiam Dertonam in poteſtatem ſubiunxit. Tan-
tis ſucceſsibus iam fortuna Vicecomitum florente Matthæus Caſtellum Gibelli-
nũ ad Iriæ fluminis in Pado oſtiũ condidit vt hoſtes cõmeatibꝰ intercluderet. Idẽ
quoq; Turrianos aliosq́; plurimos hoſtes & Mediolani exules deuicit. Zonfredũ
Patauinum Epiſcopũ Pagani, Odoardum Muſcæ fratrem, Amuratem & Guidet
tũ Guidonis filio ẽs Turrianos cũ octoginta nobilibꝰ è Mediolano viris cepit,

Riciardúq; Philipponi Languſci filium occidit. Auctoritatē eius ſecuti ſunt Ticinenſes, quibus Luchinum filium Prætorē dedit, ædificata tum ea in vrbe arce, prętèrea quoq; Alexandrini quibus Marcum filiū Prætorem tribuit, & item Valentiani Antonio Fiſiraga priùs Laudæ tyranno, cum enim captiuum habebāt, tradito. quē ipſe abductum Mediolani in carcere tenuit, vbi diē ſupremū finiuit. Hoc tēpore frater eius Vbertinus maximi vir ingenij, ſummęq; militaris virtutis è vita cōceſsit, & in æde D. Euſtorgij perhonorificè eſt ſepult⁹. Aedificauit Matthæus Prætorium in foro Mercatorum vbi XII. viri iudicandis negotiatorū controuerſijs, rerumq; venaliū pretij præpoſiti conſiderent. Dein anno MCCCXIII. à C. N. cum Caſſonus Turrianus Præſulatū Mediolani contrariā ſuis partibus fortunā cernēs ſecuritatē deinceps & otiū animo complexus Pont. Max. renunciaſſet, accepto viciſsim Aquileiæ Patriarchatu, Mediolanenſe collegiū ſacerdotum mox in eius locum ſublegit Ioannē Matthæi filium. Sed cum iam priùs eam prouinciā Pontifex Aicardo prudētia doctrinaq; pręſtāti viro ex ordine prędicatorū decreuiſſet, iſq; ſacerdotiū initurus adueniens iuſſu Matthæi prohibitus fuiſſet vrbe, Pontifex ira concepta Matthæum diris deuouit, vſumq; ſacrorū ciuitati interdixit. Hac de cauſa Matthæus ne ſuo conſilio prohibitum Aicardum putaretur, ſponte Vicarij titulū depoſuit, Capitanei populi ſeu Tribuni, Defenſoriſq; libertatis ſumpto. Ditione omnino tenuit Mediolanū, Cremonā, Bergomū, Laudā, Ticinū, Placentiā, Nouariā, Vercellas, Aquas Statielorū, Alexandriam & Dertonā. Cōiunctiſsimos habuit Ioannē Quiricum Sanuitaliū & Orlandū Rubriū præcipuæ auctoritats homines Parmæ, qꝫ eos in eijciendo Gilberto Corregio modis omnibus adiuuerat. Admodum etia familiariter amicitia Canis Scaligeri Veronæ principis vſus eſt. Et ob tam amplā multiplicemq; rerū præclarè geſtarū cōmendationē Magni cognomen quo ab omnibus cōpellabatur eſt nactus. Galeatius etiā filius patre viuo multas ſpectabiles de Turrianis victorias retulit, Cremā in ditionem ſubiunxit, Cremona Caluaca boues expulit. Matthæus annorū LXXII. ſenex fato functus magnitudine rerū geſtarū illuſtris, apud Creſcentiacū monaſterium ſepultus eſt. Vir fuit hilaritate multa, viriū ſuarū maximus æſtimator, voce terribili, quāobrē & Brulia dictus, nimirum à prægrandi tonāteq; loquela, moribus cōmodiſsimis, ideoq; meritò popularibus charus, prudentia fiduciaq; tanta in reipub. negotijs gerendis, fœlicitate in explicandis bellorū cōſilijs, vt adeo ad imperiū planè videretur natus. Nec defuit catholicæ religionis ſenſus & inſigne pietatis ſtudium, adeo quidē vt haudquaq̃ indignū auctoritate putaret ſua ſacerdoti accingendo ad miſſæ ſacrū ſe paranti operā manibus præſtare. Filios reliquit, Galeatiū, qui id nominis à multo gallorū cantu cum puer ederetur nactus eſt, item Marcū, Luchinū, Ioannē Archiepiſcopū & Stephanū. In principatu Galeatius ſucceſsit. Hucuſq, ſuam hiſtoriā perduxit Merula. Galeatius aſſumpto dominatu à patre relicto, cum mox eo deiectus vnà cum fratribus fuiſſet, nō diu pòſt eodē anno à C. N. MCCCXXII. quo cum fratribus redijt, iterū potitus eſt rerū. Deinde lōgo bello contra Legatū Pontificis Max. geſto, victoriaq; patrata, in contentionē cum Marco fratre venit, quando Ludouicus Bauarus anno pòſt C. N. MCCCXXVII. ad Mediolanum acceſſerat, à quo tandem ſimul cum Actio filio, Luchinoq; & Ioanne fratribus in arcis Modoëtinæ carcerem ab ipſo non pridē fabricatum conditus eſt, tanquā venenum Cæſari parauiſſent. Exorta erat hæc ſuſpicio tali occaſione quòd Stephanus eorū frater Ludouico ad mēſam præminiſtrans vino prægustato

repente

repente morbum cōceperat exceſſeratq́;. Ita cum carceri traditis Vicecomitibus, Ludouicus XXIIII. viros ex ciuibus legit qui vrbi præeſſent, Gulielmum verò Comitem Monfortium Lombardiæ Vicarium conſtituit. Anno ſequenti cum emiſſi cuſtodia Vicecomites eſſent, protinus ad Ludouicum in Hetruria tunc agentem contendere: nec diu pòſt Galeatius Piſciæ diem ſupremum expleuit, annos natus LI. Fuit is vt Corius a perhibet, bellica virtute præſtantiſsimus & fortiſsimus Princeps, ſtatura mediocri, habitu vberi, colore candido multoq́; rubore ſuffuſo, facie rotunda, liberalitate nulli hominum ſecūdus, in muneribus conuiuijsq́; magnificus, in aduerſis animo forti, conſilio ſummo, verborū parcus ſed diſertus. Eo fatis erepto Bauarus Actium filiū Mediolani Præſidē conſtituit anno à C. N. MCCCXXIX. qui ſic magna cum gratulatione reuerſus in vrbē eſt. Dein anno MCCCXXXIIII. Ioannes Actij patruus Mediolani fit Archiepiſcopus. Actius Cremonam ſubegit, Placentiam à Franciſco Scoto multisq́; præterea ciuibus emit anno MCCCXXXVI. Brixianorum etiam & Nouocomenſiū potitus eſt. Poſt multa præclarè geſta fato conceſsit anno ætatis XXXVIII. à C.N. MCCCXXXIX. XIX. Cal. Sept. absq́; iuſtis liberis. Statura fuit communi, vultu rotundo ac hilari, ſubcriſpa cęſarie, aſpectu iucundo, comi, & humano, ſummè liberalis, ac ſingulari prudentia, quamobrem plurimum rem Mediolanenſem auxit. Eo defuncto communi totius ciuitatis populiq́; conſilio principatus ad Ioannem Archiepiſcopū et Luchinum fratrem delatus eſt. Ioannes tamen integram poteſtatem ciuilium negotiorum permiſit Luchino, qui rempub. mirifica dexteritate prudentiaq́; geſſit. Anno pòſt C.N. MCCCXLVI. Carolus IIII. Ioannis Boihemiæ regis filius Imperat. Cæſar appellatus eſt. Luchinus vita conceſsit anno MCCCXLIX. X. Calē. Febr. vir ſingularis prudētiæ, maximi animi, æquitatis beneuolentiæq́; raræ. Ditione tenuit Mediolanū, Brixiam, Cremonā, Placentiā, Parmā, Laudā, Aſtā, Alexandriā, Albā, Vercellas, Nouariā, Bobiū, Bergomū & Cremā. Bergomi arcē ædificauit in culmine montis, quæ Capella dicitur. Succeſſorem habuit Ioannem antiſtitem fratrē, qui aſſumpto ſtatim imperio nihil habuit potiùs, quàm nepotes Barnabam & Galeatium ſecundum quos Luchinus relegauerat, ab exilio reuocare. Multa ille præclarè geſſit, Bononia quoque ac Genua ditioni ſuæ ſubiuncta circa MCCCLIII. à C.N. annum. Magnis ingentibusq́; factis inclytus ſpiritum ſupremū edidit anno poſt C.N. MCCCLIIII. III. Non. Octob. hora XIIII. principatu inter nepotes ex Stephano fratre Matthæum, Barnabam, & Galeatium ſecundum teſtamento diuiſo, vt Matthæus Bononiam, Laudam, Placentiam, Lucum, Maſſam, Bobium, Pontem tremulum, Burgumq́; ſancti Donini, Barnabas Cremonā, Cremam, Soncinum, Bergomum, Brixiam, Vallem Camuniam, Lunium Ripam lacus Benaci, Ripaltam, Carauatium & Pontem Vauarum, Galeatius Comum, Nouariam, Vercellas, Aſtam, Albam, Alexandriam, Dertonam, Caſtellum Nouum, Baſsinianum, Vigeuanum, Pontem Ticini, oppidum D. Angeli, Montem bonum, & Mairanum haberet, Genua communis omniū ditionis eſſet cum Mediolano. Diē eo functo fratres paribus ſentētijs Prætorē Mediolano pfecere, anno poſt C.N. MCCCLV. Vicarij Mediolani, Genuæ, Sabatiæ, Albintimelij, & Albinganni, oræq́; totius orietalis & occidētalis inter Cornū & Monœcū itēq́; Locarni, nominati ſunt à Carolo Imperatore, cui muneris loco L. mill. aureorum nummûm & equos duodenos ſericis ſtragulis vario pelliū colere ſubſuto deornatos obtulere. Matthęus dein anno ſequēti vita cōceſsit, cuius imperij portionē ſuperſtites fratres

a. parte 3.

diœceſibus,inſuper Veronã, Vicentiã, Feltriũ,Bellunũ, Baſſanũ cum territorijs, Sarzanã, Lauentinũ, Carrariã, D. Stephani caſtrũ, et arces, oppida, pagosq́; diœceſis Lunanæ omnes. Pòſt etiã anno MCCCXCVII. Comes Ticini Angleriæq́; ac omniũ oppidorũ Verbani lacus ab eodẽ Imperatore appellat⁹ eſt: quẽ titulũ maximi natu Mediolanenſiũ Ducũ liberi poſtea ſibi vendicarũt, priusq̃ ipſius Ducatus poſſeſsionẽ nanciſcerẽtur. Præterea quoq; Ioãnes Galeatius Marcariã, Caſaticũ, D. Michaëlis oppidũ, & Campadellũ Mãtuano Marchioni ademit, annoq́; MCCCXCIX. Piſas à Gerhardo Apiano cõparauit. Hoc anno Principes Electores VVẽceſlaũ Cæſarẽ ab Imperio deponũt, vti indignũ ea ꝓuincia hominẽ, ſuffecto illi Roberto Bauaro, Comite Palatino Rheni. Dein anno poſt C. N. MCCCCII. Ioẽs Galeatiũs Bononienſiũ potitus eſt, & Florẽtinos inſtructiſsimis copijs cœpit obſidere: adeo quidẽ vt breui omnino videretur expugnaturus ni fata vitam ꝓripuiſſent: etenim mox cõcepto morbo, Septẽbri mẽſe ſupremũ ſpiritũ edidit in arce Melẽniani anno ætatis LV. principatu filijs Ioãni Mariæ, Philippoq́, Mariæ relicto. Diuiſerat tamẽ eũ his partib⁹ vt Ioãni Mariæ Anglo maiori natu Mediolani Ducat⁹, Bononia, Cremona, Lauda, Comũ, Placẽtia, Parma, Regiũ, Bergomũ, & Brixia cũ agro vſq; ad Mintiũ vniuerſo cederet, Philippo verò Mariæ Anglo minori natu Ticinũ, Comitatusq́; Nouariæ, Vercellæ, Dertona, Alexãdria, Verona, Vicẽtia, Feltriũ, Bellunũ, Baſſanũ, Ripaq́; Tridẽtina vſq; ad Mintiũ, Gabrieli Anglo notho Piſæ & Crema. Vir fuit Ioẽs Galeati⁹ prudẽtia calliditateq́; ſumma, vitæ ꝓpemodũ ſolitariꝫ, laborũ quanto poſſet opere fugiens, in aduerſis timidus, in ꝓſperis audaciſsimus, magna ſimulãdi cõſuetudine, ſumptuoſus, nõ tam largus q̃ auri prodigus, in ꝓmittendo longè facilior q̃ in prꝫſtãdo, nominis auidiſsimus, et q vniuerſo orbi innoteſcere cuperet. Omnesq omnino principes fœlicitate rerũq́; ſucceſſu antecelluit. Tãtus itaq; vir apud Melennianũ expirauit, vbi iã regiorũ ornamentorũ apparatũ inſtruxerat, quo breui diadema regiũ aſſumpturus decreuerat vti. Succeſſorẽ in Mediolani principatu filiũ habuit Ioẽm Mariã Anglum, ſub quo maximæ cõmutationes et turbæ in rẽ Mediolanẽſem inciderũt, omnibus propemodũ imperij paterni ciuitatibus defectione & occupatione Tyrannorũ alienatis. Ioẽs Suardus Bergoni dominatũ inuaſit, Capoleonij Tritij, Georgius Benzonus Cremæ, Ioẽs Vineatus Laudæ, Gabrinus Fũdulus Cremonæ, Othobonus tertius Parmæ & Regij, Bononiẽſes in Pontificiã ditionẽ rediere, Gabriel Vicecomes Piſas Florẽtinis vẽdidit, Sena libertatẽ priſtinã arripuit, Peruſini & Aſsiſiates Eccleſiæ Romanæ reſtituti, Verona Vicẽtiaq́; ſe Venetis dedidere, breuiter totius adeo imperij ſtatus ſubuerſus turbatusq́; fluctuauit. Fuit Ioẽs Maria moribus efferis & immanibus, adeo quidem vt noctu canibus homines agitaret, vti venatione feræ beſtiæ ſolẽt: ideoq́; propter intollerandã feritatẽ coniuratione ciuiũ truci datus eſt ad miſſæ ſacrũ in D. Gothardi templũ deſcendẽs anno poſt C. N. MCCCCXII. Succeſsit frater Philippus Maria Anglus Ticini Comes. Hoc tẽpore cum Rupertus Imper. è vita deceſsiſſet, proceres Electores Sigiſmundum ex Lucelburgenſi ſtirpe Caroli IIII. filium Boihemiæ Vngariæq́; Regẽ ſublegerũt cum Ioãnis XXIII. Põtif. volũtate. Philippus Maria Dux paternã ditionẽ in Lõbardia ferè totã, itẽq́; Genuã ſub Ioãne Maria fratre amiſſam auſpicijs & ductu Frãciſci Carmaniolæ legati recuperauit, vt Blondus, Sabellicus, Corius, alijq́; multi ſcriptores prodidere. Poſtea quũ Carmaniola iuſtas ob cauſas illi iratus ad Venetos ſe cõtuliſſet, ad eos etiã Bergomates & Brixiani defecerũt. Anno dein à C. N. MCCCC-

XXXI.

XXXI.Sigiſmundus Imperator Mediolanum venit,cui priſco more coronam ferream antiſtes poſuit Bartholomæus Capra,ſolitaq; cum cæremonia dextræ manus annulari digito nobiliſsimũ indidit annulum,enſe inſuper nudo maximi pretij ac ſceptro pomoq; aureo tradito. Poſt huius exceſſum Cæſar appellatus eſt Albertus Auſtriæ Dux, Sigiſmundi Imperat.gener, cui intra biennium defuncto Fridericum III. Auſtriæ Ducem proceres ſuffecere. Circa hæc tempora Philippus Maria Dux Blancam Mariam nec iuſtam filiam Franciſco Sfortiæ Cotignolano nuptum dedit cum dote imperij Cremonæ Pontisq; Tremuli. Multa Philippus ingentia bella geſsit, maximamq; partem Mediolanenſis Ducatus à tyrannis varijs occupatam vti diximus, recepit tandem amiſsis Bergomo Brixiaq; ac omnibus recuperandi vijs nequicq̃ tẽtatis, ereptoq; fatis Nicolao Picinino in cuius viri virtute ſpem omnem locauerat, iam ætate confectus, grauatusq; morbis animam edidit ſenex, anno à C. N. MCCCCXLIIII. Statura fuit p̃clara, venerãdoq; aſpectu, munificus, liberalis, acuti ingenij, multæq; calliditatis, in puniendo facilis, in audiendo difficilis, ſermone iucundus & manſuetus, cultu corporis minimè accurato, præcipueq; venationis ſtudioſus. Quietis planè erat expers ob immodicum imperij deſiderium quamobrem omnes Italiæ principes diligenter euigilare coëgit, ipſeq; viciſsim omnium conſilia magna cura ſpectare neceſſe habuit. Leuiſsimis quibusq; momẽtis & pacem ſequebatur, & bella ſuſcipiebat. Simulandi pene mirabilis artifex ac item diſsimulandi fuit. Erga milites indulgentior longè q̃ erga ciues erat. In publicum perrarò procedebat. Aures delatoribus dabat effuſiſsimè, vſq; adeo quidem vt ob minimas ſuſpiciones vel fidiſsimos amicos dimitteret. Nihil illi quicq̃ odioſius eſſe poterat commemoratione mortis fulgura tonitruaq; ſupra modum pauebat. Nemo quiſquã eius ſeculo vir princeps extitit, in quo magis euidenter fortuna ludum exercuerit ſuum: puerum enim ditione prorſus exuit, adoleſcentem reſtituit & fouit, ſenem ſuſtulit. Genuates accepit in poteſtatẽ duorum regum multorumq; principum potitus eſt. Sæpe cum Venetis & Florentinis decertauit etiam non rarò victor. Ferociſsimam gentem domuit Heluetios. Bononiam Forumq; Liuij & Forum Cornelij cepit, ac dein Eccleſię Romanę reſtituit. Eugenium Pontificem non ſolum exagitauit maximè, ſed etiam Roma pellendũ curauit. In Italia tanquã nauis gubernator ad clauum ſedere videbatur, eamq; pro arbitrio volũtateq; ſua moderari poterat vt diximus. Prima ætate adhuc & quoq; iam confirmata ſecũdos fortunæ flatus eſt expertus, quæ poſtremũ ſeni duriſsimã ſe præbuit ex benigna altrice nouercam: tum enim Genuam amiſit, Bergomum Brixiaq; ab imperio defecere, militum inimicorum voces Mediolani auribus hauſit, aciem oculorum perdidit, morbis conflictatus eſt, & ſub earum calamitatum mole vitam etiam demum poſuit, vnaq; gentis ſuæ proſapiam cũ imperio Mediolani quo tã diu illa fœliciſsimè potita erat, finiunt. Defuncto eo libertatẽ Mediolanenſes arripuere: quanquã enim Carolus Aurelianorum Dux Gallus iure ad ſe principatus hæreditatem redire contenderet, vtpote qui ex Valentina Ioannis Galeatij primi filia eſſet natus, Fridericus etiam III. Cæſar ad Imperij Romani nomẽ poteſtatemq; Ducatũ Mediolani recidiſſe arbitraretur ex conceſsionis tabulis ac lege, quoniam virile genus Vicecomitũ in Philippo perijſſet, nihiloq; ſecius Franciſcus Sfortia ſucceſsionem Philippi ſoceri per Blancã vxorẽ, eius filiã, ſibi vẽdicaret, populi tamen furor tum præualuit, electiq; ſunt XII. viri libertatis qui Conſeruatores dicti, moxq; teſtamentũ Philippi Ducis dilaceratum, & Franciſco Sfortię

bellum

bellū aduerſus hoſtes patriæ demandatum eſt. Is dux belli captus ſtatim Placentiam & Laudam, quas ciuitates præſidia Venetorum à populis accita occupauerant, recepit: dein exercitum quoq; Venetum cæcidit ad Carauacium, qua fortuna viam ſibi ad Ducatum Mediolani ſtrauit: etenim Dux tandem totius populi cōſenſu nominatus anno à C.N. MCCCCL. dieq; q ſolēnitate nuntij Angelici D. Virgini Matri feſtus agitur, vrbem cū maximis honoribus & gratulatione popularium ingreſſus eſt, ac inſignia mox imperij ſolita cæremonia deſumpſit, Galeatio filio natu maiore Ticini Comite creato. Pacē cum Venetis fecit. A Genuatibus & Sauonēſibus Princeps etiam appellatus eſt. Portæ Iouiæ caſtellū quod Mediolanenſes poſt obitū Philippi Ducis exciderant, longè meliori forma refecit, & tam egregiè muniuit vt cum paucis admodū Europæ totius cōferri mereatur. Deceſsit vita præclarè acta magno cū dolore populariū anno poſt C.N. MCCCCLXIIII. liberis maribus ex Blanca Maria cōiuge relictis, Galeatio, Ludouico, Aſcanio qui Cardinalis poſtea factus, Philippo, Octauiano, & Hippolyta Maria filia. Staturæ fuit pceræ, vultu honeſto, flagrantib9 oculis, latis humeris, extanteq; pectore, caluus, ac toto corporis habitu exactè conſtitutus, oratione facundus & copioſus, ingenio peracuto & in magnas ſublimesq; res ſpectāte. In negotijs gerendis perſpicacia erat ſumma, in laboribus infatigabili patiētia, cūctis in actionibus prudentia maxima, callidus in vincendis inimicis, aſtutus in eludēdis eorum cōſilijs. Rarò planè hoſtē ex improuiſo petebat: longè potius habebat tēpore moraq; q̃ acie ſuperare. Pedeſtribus copijs numeroſiſsimis delectabatur ſummè, quibus ingenij præſtantiā & itē viriū magnitudinē optimè ſe poſſe explicare cenſebat: præterea milites ſuos cupiebat auro argentoq; nitere. In conſilijs exequendis celeritatem ſemper adhibuit, omnibus vitæ actionibus laborum patientiā animiq; præſtantiā ſingularē exprimens. Succeſsit illi in principatu Galeatius filius, ſolenniaq; ex more cepit. Is bellator maximus fuit, & à ſuis ciuibus occiſus ob indomitā importunamq; libidinē anno à C.N. MCCCCLXXVIII. filijs ex Bona cōiuge Sabaudiæ reguli filia relictis Ioanne Galeatio & Hermete, magnaq; præterea nothorū caterua, quemadmodū in Cotignola ſcripſimus, vbi Sfortiarū genealogiā perſequimur. Habitu corporis Galeatius admodū ſpecioſo fuit, itēq; forti ac robuſto, in pugna terribilis, ingenio peracuto, ſumma circa labores tolerantia, in iudicijs inclyta iuſtitia ſæuitateq;, fideliſsimus in promiſsis, intemperāter nimiū venereis voluptatib9 addictus, quas tamē ab vlla muliere nunq̃ vi exegit. Eo cæſo filius natu maior Ioannes Galeatius adhuc puer ſub tutela matris Bonæ Franciſciq; Calabri excellentis ingenij & integritatis raræ viri agens inſignibus imperij exornatus eſt. Hoc tempore Fridericus tertius Imper. fatis cōceſsit anno imperij XLVII. à C. N. MCCCCLXXXVI. cui Maximilianus filius iam antea Cæſar electus ſucceſsit. Ioannes Galeatius principatu potitus eſt vſq; ad MCCCCXCIIII. a C. N. annum, quo diem obijt, XIII. Cal Nouemb. filio Frāciſco II. ex Iſabella vxore Alfonſi II. Arragonij Neapolis regis filia quadrimulo relicto. Fuit Ioēs Galeatius admodū hebetis & obtuſi ingenij: & quanq̃ eſſet eximia decoraq; corporis ſpecie, tamē animi dotibus omnino caruit: nunq̃ enī adminiſtrationē imperij ſumpſit, verùm in poteſtate gubernationeq; matris aut Ludouici patrui ſemper ſtetit. Defuncto eo Franciſcoq, filio admodū adhuc puero, quū Italiæ ſtatus ob Caroli VIII. Francorū regis expeditionē aduerſus Alfonſum Arragoniū Neapolis regē ſuſceptam totus fluctuaret, magnates imperij Mediolanenſis expertū aliquē & prudentem ho-

minem illis ſummis ac difficilimis tẽporibus adminiſtrationi rerũ publicarũ eſſe præficiendũ cenſuerunt: ideoq; mox ad Ludouicũ Sfortiã cognomẽto Maurũ, q nõ modo Mediolanẽſis imperij gubernacula tutor Ioãnis Galeatij, ſed etiã Italiæ propemodũ vniuerſę rexerat, Ducatus prouinciã deferũt. Is poſtq̃ à Maximiliano Imperatore noui ptincipat⁹ auctoritatẽ obtinuiſſet, magna cũ ſolẽnitate totiusq; ciuitatis gratulatione Ducatus inſignia cepit, die qui D. Theodoro martyri feſtus habetur, anno à C.N. MCCCCXCV. Primus ex Sfortia gente Mediolanẽſis Ducatus titulũ ac dignitatẽ iure nactus eſt, quoniam anteriores auctoritatẽ principatus ab Sacro Imperio Romano hactenus impetrare nõ potuerãt. Fuit aũt in formula Ludouici nõ ſolũ de filijs iuſtis vt inuicẽ ſibi ſuccedendi ius haberẽt, cõprehenſum, ſed etiã de nothis, vti ego vidi, ſi iuſtos non extare cõtingeret. Rerũ potitus eſt vſq; ad MCCCCXCIX. à C.N. annũ, quo cum Ioẽs Iacobus Triuultius Ludouici XII. Francorũ regis, qui priùs Aurelianus Dux fuerat, & Mediolanẽſem Principatũ ex auia ſua Valentina Ioannis Galeatij Vicecomitis, primi Mediolani Ducis filia vendicabat, legatus in Italiã maximo cũ exercitu veniſſet, Ludouicus in Germaniã profugit, vt ſic vniuerſum imperiũ Triuultius occuparet præter Cremonã & Abduæ Glareã, quæ Venetis attributa p fœderis inter eos & Gallũ cõtra Sfortiã initi cõditiones. Sic itaq; tũ Mediolani Dux à populo Frãcię rex appellatus eſt: & cũ Sfortia ſequẽti anno validiſsimis Heluetiorũ copijs adductis reuerſus, totã penè ditionẽ excepto Iouię portæ caſtello ac Nouaria recepiſſet, Triuultiũ exercitus Frãcici ducẽ apud Nouariã obſidens, ab Heluetijs iam priùs ad id certa mercede propoſita corruptis, hoſti eſt proditus, et mox in vlteriorẽ Galliã pertractus Auarici Biturigũ animã edidit anno poſt C.N. MDVIII. duob⁹ filijs iuſtis ſuperſtitib⁹ Maximiliano & Frãciſco ſecũdo, itẽq; Ioãne Paulo notho. Vir fuit habitu corporis admodũ decoro et venerabili, ac p̄humanus, benignus, comis, ingeniorũ admirator, quæ liberaliſsimè fouebat, maximi ingenij, cautus aſtutusq;, ſummè aũt regnandi cupidus. In iudicijs iuſtus, paucisq; verbis lites maximas & inæſtimabiles dirimebat. Conſilijs tã egregiè polluit, vt non ſolũ Italiã, ſed Europã omnẽ moderari, totiusq; Chriſtiani orbis arbiter videretur. Pietate quoq; ac religione præcelluit. Exitũ tamẽ infauſtũ fortunæ ludibrio conſecutus, quũ ab Heluetijs venditus & captiuus in Franciã abductus eſt vti diximus, filijs quos memorauim⁹ iuſtis ex cõiuge Beatrice Herculis Ateſtini primi, Ferrariæ Ducis filia relictis. Mauri cognomẽ à colore fuſco quòd is Maurorũ ſit, accepit. Ablegato igitur in vlteriorem Galliã Sfortia, Francorũ rex Ludouicus XII. Mediolani Dux appellatur, q deinde Mediolanũ profectus ſolẽnia quoq; principatus ibidẽ cepit. Hunc cũ multis reb⁹ in Italia prę clarè geſtis opera Iulij II. Pont. Heluetij Venetiq; tandẽ ab Italia depuliſſent, anno à C.N. MDXII. Maximilianus Sfortia Ludouici filius in imperium Mediolani paternũ reſtitutus eſt, auctoritateq; Maximiliani Imperat. Aug. cõfirmatus. Deinde fatis erepto Ludouico rege cũ Frãciſcus Angolemenſiũ Dux, qui poſt Ludouicũ Frãciæ rex erat deſignatus, Mediolani principatũ armis repetere decreuiſſet, ac in Italiã ducto exercitu ad Malinianũ Heluetios longa pugna deuiciſſet, auxilio nimirũ Bartholomęi Alueani Venetarũ legionũ ducis, q tũ prę lio ſuperuenerat, Maximilianus Sfortia caſtellũ portæ Iouiæ quod tenebat, diffidens iam defenſioni, certis quibuſdã pactis Franciſco regi tradidit, qui ſic inſignia Mediolanẽſis Ducatus cepit Maximiliano in vlteriorẽ Galliã vbi vitã deinde finiuit, abeunte. Circa hæc tẽpora Maximilianus Imper. Aug. fato cõceſsit anno imperij XXXIII.

XXXIII.à C.N.MDXIX.ſublectusq; mox procerum ſententijs Carolus V. Phi
lippi filius, Rex Hiſpaniæ, Sardiniæ, Siciliæ, Neapolis, Archidux Auſtriæ, Comes
Flandriæ, ac Noui orbis vt vocant, Dominus. Poſtea ſociali bello Leonis X. Pon
tif. Caroli V. Imperat. & Florentinorũ, q̃ Proſpero Columnæ mandatũ erat, pul-
ſo ab Italia Franciſco Galliæ rege, Frãciſcus Sfortia ſecundus, Ludouici filius &
Maximiliani frater in principatum Mediolani reſtitutus eſt, decretũ quoq; ſuum
Carolo Imperat. in Adriani VI. Pontif. & Florentinorum gratiam interponente.
Vixit is in imperio dein vſq; ad MDXXXV. à C.N. annũ, quẽ fatalẽ habuit: quan
quam vexatus oppugnatusq; Franciſci regis armis interea ſit vti etiam Caroli Cæ
ſaris à quo tamẽ anno MDXXX. Bononiæ diadema ſumente cum in gratiã eſſet
receptus, exin tranquillo rerũ ſtatu vſus eſt. Intercidit cum eo Sfortiarũ Mediola-
ni principũ clara progenies. Homo fuit ſpecie corporis inelegãti ac parua, gibber
nonnihil, aſtutus & acuti ingenij, ſimplicitatis ſimulator, nec eloquens. Succeſsit
illi in imperio Carolus Cæſar Aug. ſub quo Mediolanũ in hũc vſq; diẽ permanet.
Is Pręſidem imperij primùm conſtituit Alfonſum Dualum Marchionem Vaſtiũ,
virum mehercule veteribus illis inclytis Romanorũ ducibus nulla parte inferio-
rem cuius laudes in aliũ locum nunc reijcimus. Huic diem functo MDXLVI. à
C.N. anno Carolus Ferrandum Gonzagã ſuffecit, prudẽtiæ, iuſtitiæ, ac humanita
tis ſummæ virũ, q̃uouis vel ampliſsimo maximoq; regno adminiſtrando nequaq̃
imparem. De hoc pernobili principe tum alibi cõmemorauimus, tum etiã in pro
ceſſu locis quibuſdam adhuc dicemus. Vrbs eſt Mediolanum opportuno admo-
dũ ſitu quò præter agri ipſius vberrimas fruges, è Gallia Ciſalpina res omnes tam
ad vſum humanæ vitæ, q̃ ad delitias vtiles comportari queãt. Spatium cõplectitur
ampliſsimũ, vſq; adeo quidẽ vt inter maximas Europæ totius vrbes cẽſeatur. Sub-
urbia longa lataq; admodũ habet quibus plurimum augetur, plerisq; tam ingen-
tibus vt cum magnis Italiæ ciuitatibus certent. Superioribus tamen annis ſtrages
vaſtas pertulere ob perpetuorũ inter Carolũ V. Cæſarẽ & Gallos ac Venetos bel-
lorũ incendia, quibus propemodũ maiori ex parte ſubuerſa dirutaq; ſunt quanq̃
nunc cõtinuo ſtudio reficiantur. Vrbẽ ipſaq; ſuburbia latæ aquarũ foſſæ cingũt, p
quas vndiq; nauigijs annonę copia defertur tam magna, nihil vt nõ vili hîc pretio
ſit. Summã mehercules admirationẽ habet omniũ rerũ quę ſunt ad vſum mortaliũ
vtiles huiꝰ vrbis inſignis abundãtia copiaq;. Tam multa hic & tã diuerſa artificũ
genera, tantaq; frequentia, planè vt referri niſi difficilimè haud poſſet vnde & vul
gi natum verbum celebre, qui Italiam reficere totam velit, eum deſtruere Mediola
nũ debere nimirũ quò ex his ſedibus artificũ examina per oẽs Italiæ partes ſpar-
gãtur. Habet vrbs ędificia mirè ſplẽdida magnificaq;, nominatim ædẽ perauguſtã
ampliſsimãq;, Domũ vocãt, immẽſo ſumptu actã admirabili arte factã, vt paucis
omnino orbis terrarũ vniuerſi tẽplis cõferri poſsit, ſiue magnitudinẽ & artificiũ,
ſiue pretia marmorũ & opera ſpectes: etenim non ſolũ vndiq; foris intusq; cruſtis
niuei marmoris intecta nitet, verumetiã mirabilibus ex marmore ſtatuis arte ſum
ma elaboratis eſt ornata. Præterea ſunt nobilia fana permulta, inter quæ Gratiarũ
ædes, ſodalitatis prædicatorũ è regione munitiſsimi caſtelli Portæ Iouiæ ſita, ſum
ptuoſum inprimis hemiſphærium à Ludouico Sfortia factum habens, ſub quo cũ
vxore poni ipſe volebat, ſepulcro ibi ex marmore nobili conſtituto cum ipſius ac
itẽ Beatricis cõiugis expreſſa imagine ꝑfecto elaboratoq;. Fefellit tamẽ hominis
conſiliũ fortuna, quũ in vltiorẽ Galliã deductus, ibi fato conceſsit: quamobrem

imperfectum opus monumenti nunc iacet,vti nos vidimus. Cœnobium huic fano inſigne cohæret Prædicatorum,cum præclara Bibliotheca celeberrimis Italiæ totius addenda,cumq; nobili triclino,cœnæ Chriſti & Apoſtolorum admirabili pictura decorato·quod eſt Laurentij Vincij Florentini opus,ſummam artem auctoris omnium picturæ peritorum cenſura probans.In ſacrario quoq; fani multę tum aureæ,tum argenteæ veſtes ſacræ conſeruantur ad rei diuinæ miniſterium à Ludouico Sfortia paratę·rara mehercule munera.Priuatorum in vrbe domus amplißimæ permultæ conſpiciuntur.Eſt & arx Portæ Iouiæ,munitißimum præcipuumque totius Europæ propugnaculum,quod vlla profectò vi capi nunquam potuit,quanquam perannonę rerumq; neceſſariarũ inopiam id aliquando contigerit,vti in noſtris Ephimeridibus latinis demonſtramus.Inſuper eſt Curia vetus, vbi modicum D.Gothardi fanum,nobilibus aliquot Vicecomitum ſepulcris decoratum. Sed & alia præter hæc ædificia præclara multa Mediolanum habet,quæ breuitatis cauſa præterimus.A Facio in hanc[a] ſententiam memoratur.

a.lib.3. Cant.4.

Ita cum Mediolanum deuenißemus videre volui
 Aedem D.Ambroſij,vbi corona inſignitur
 Is qui rex eſt Germaniæ ſi viribus polleat,
Herculem vidi quo de perhibent
 Donec vt nunc ſitus eſt iacebit,
 Imperium nemo vi conſtringere poſſe.
Dehinc in D.Laurentij fui ſupra horæ ſpacium,
 Delectatus illo opere tam ingenti ac pulchro,
 Quoniam verſari mihi Romæ tum videbar.
Videre quoq; volui monumentum illud eximium,
 In quo Geruaſius & Protaſius ſiti ſunt,
 Qui tanquam fratres Diuo Ambroſio fuere,
Præterea etiam in quo congreßi ſunt
 Ambroſius & Auguſtinus antiquum locum
 De trino & vno diſputandi gratia.

Sic Facius. Vrbs eſt hæc admodum frequẽs,populo mirificè nauo ac induſtrio,multisq; nobilißimis & fundatis familijs conſtante·ex quibus plurimi inclyti homines orti, qui ſplendidore ſuo non modo maximè hoc eorum natale ſolum,ſed vniuerſam etiam Italiam illuſtrarunt.Horum è numero fuere nominatim Alexander II.Pontif.Rom.ex gente Badatiorũ,Vrbanus III.ex Cribelliorum,&Cæleſtinus V.ex Caſtilionea,quem admodum Merula[b] perhibet.Mediolano etiam oriundi fuiſſe traduntur Didius Iulianus Imper.itemq; Maximianus Herculeus,qui Thermas Herculeas fecit,& hac in vrbe Imperium abdicauit.Eadem Cardinalis edidit Simonẽ Borſenum & Ioannem Antonium Sangeorgium cognomento Cardinalis Alexandrini, doctißimos homines,cum Brando Caſtilioneo item Cardinale,ſummoq; Iureconſ. quem circa MCCCCXL.à C.N.annum floruiſſe Corius[c] auctor eſt, præterea Scaramuciam & Auguſtinum Triuultios à Leone X. Cardinalium ordini allectos,item Iacobum Simonetam à Paulo III.qui & Ioannẽ Moronum in id collegium adoptauit ob excellẽtem virtutem,eumqui nunc viuit, Bononiæq; Legationem magna prudentia ac integritate triennio geßit·quanquam planè omnium animis ingenijsq; ſatisfacere præter Opt.Max.q; Deum poßit nemo. Sed & anno poſt C.N.MDXLIX.recenter idem Paulus III.Pontif.Ioannem Angelum Medicem è

b.lib.2.4. hiſt.Vicec.

c.parte.4.

etiã è Mediolane Raguſianum antiſtitem ob egregias virtutes Cardinalem appellauit, virum quippe prudentia doctrinaq; præſtantem, ac litteratorum eximium Mecænatem. Archiepiſcopos Mediolanum homines celebres permultos habuit, ex quibus Barnabas, Anatelonius, Caius, Calocerus, Datius, Caſtritianus, Calimerus, Monas, Mirocles, Protaſius, Maternus, Euſtorgius, Dionyſius, Auxentius, Arrianus, Ambroſius, Simplicianus, aliiq; multi præſules quorũ memoriam non æquè celebratam reperimus. Litterarum diſciplinis eruditiſsimos homines etiam vrbs hæc edidit magna copia, Iureconſultos nominatim Saluium Iulianum Didij Iuliani Imper. paternum auum, item Obertum Ortinum qui de feudorum uſu ſcripſit, & Gerhardum Catapiſtum Pontificij iuris peritos, Vincẽtium Gloſsatorem, Paulum Eleazarum, & Ioannem Lignanum qui luculento ſalario à Bononienſibus accitus, ea in vrbe manſit, gentemq; Lignanorum ibi nobilem condidit. Præterea celebres è Mediolano Iureconſulti fuere Pileus Modicenſis, Sigiſmundus Homodeus, Chriſtophorus & Guernerus Caſtilionij, Iaſon Maynus, Philippus Decius, aliiq; multi. Patria quoq; hac orti M. Valerius Maximus, hiſtoricus & aſtrologus vti è marmore diſcitur, quod hic adhuc extat huiuſmodi. M. Valerius Maximus Sacerdos D. S. I. M. Stud. Aſtrologiæ ſibi & Seueriæ Apr. vxori H. M. H. N. S. item Cœcilius Comicus, inſuper Ioãnes Iacobus & Camillus Gilini, Triſtanus Calcus, Galeatius Capella, Ioannes Stephanus Cotta, Platinus Plato, Lancinus Curtius, & Andreas Bilius ex Eremitana familia monachus. Bellatores quoq; præclaros Mediolanum plurimos genuit, inter alios Virginiũ Rufum, qui tertiùm Conſul fuit, & legionum ad Rhenum præfecturam geſsit, Alſia in villa ſitus vbi hoc Epitaphium legitur. Hic ſitus eſt Rufus pulſo qui Vindice quondam Imperium aſſeruit non ſibi ſed patriæ. Memoriã eius viri Cœcilius Plinius in Epiſtolis a & Plutarchus cum Dione Græci auctores referunt. Senex de Rhetorica ſcripſit, quos libros Fabius Quintilianus præcipuè laudat. De rebus ab illo geſtis copiosè quoq; Cornelius Tacitus memorat. Additur eximius dux belli Datius Mandellus contra Fridericum Aenobarbum, item Aliprandus ſub Actio Vicecomite, Opizo Alciatus ſub Ioãne Galeatio primo Mediolani Duce, Antonellus & Thomaſius Cribellij ſub Philippo Maria Anglo Duce, Ambroſius Longinanus ſub Galeatio Sfortia, Ioannes Iacobus, Renatus & Theodorus Triuultij ſub Ludouico Sfortia Ludouicoq; XII. Francorum rege: præcipuè vèro Ioannes Iacobus excelluit, qui noſtra memoria maximum per Italiam Franciamq; totam ſibi comparauit nomen. Nunc Mediolanum uniuerſa Europa reddit inclytum Andreas Alciatus in omni diſciplinarum genere vir præcellens, qui maximis ſtipendijs in vlteriore Gallia, item Bononiæ Ferrariæq; ius profeſſus eſt, & nobiliſsima nunc in vrbe Ticini ſtudioſorũ adoleſcentum mirabili planè concurſu docet: quippe cum ad eum ex omnibus Europæ partibus tanquam ad oraculum Apollinis confluant. Ingenium viri ſingulare, peritiam græcę latinæq; linguæ ac iuris Ciuilis aliarumq; diſciplinarum, item antiquitatis, cuius hoc ſęculo pauci admodum gnari reperiuntur, præterea candorem & ornatum orationis eius ſolutæ, facilitatem ac elegantiã carminis equidem nullo queam opere vel oratione ſatis explicare. Nimis etiam me herclè forem longus, ſi quas excellentiſsimum eius ingenium & affabilitas meretur laudes, nunc referre velim. Pluribus hæc alibi perſequemur, quanquam virtus doctrinaq; tanti viri præclara cunctis iampridem Europæ gẽtibus cognita teſtataq; ſit abundè voluminibus in lucem editis. Bona-

a. lib. 2. 6.

uentura quoq; Caſtilionius Mediolanenſis qui de Gallorum Inſubriũ antiquis ſedibus eruditè ſcripſit, patriæ nomen hac tempeſtate plurimùm ornat, vti etiã Saba Caſtilionius nobilis eques Hierpſolymitanus, Fauentiæ, cum integerrimæ vitæ vir, tum ingenij maximi ſummeque circa vetuſtatis monumenta curioſi, quod & edita eius ſcripta probant, & item præclaræ antiquitates quas apud ſe habet. Præterea quoq; multos illuſtres homines tulit Mediolanum quorum notitiam non planè nos habemus, & memoriam ea propter alijs damus celebrandam. Itaq; nũc ad loca dicenda redeundum eſt, quæ ſupra Mediolanum porro aggrediemur, nimirum vt agrum inter Seueſam foſſam & Oronam complexum prius percurramus. Dextra Mediolani in parte quæ læua Seueſæ eſt primùm apparet Mirabellum, dein Verganum, Quartum, Friſiana, Brucianum, Vialba, Bolasium, Nouateſque & Noiates, Cormatium, Caſsina matta, Garbania, Sinacum, Caſtelletum, Cæſates, Soleria, Limiates, Boijſium, Ceruanum, iuxtaque flumen Luram in eius dextra Cadiſatia, Dalmaſium, Mons bellus, Cæſates, Meſnitæum, Parlaſina D. Petri Martyris ex ordine prædicatorum ab hæreticis occiſi cæde nominata, Canacum, Laciateum, Rouellaſca, Biracũ, Lenta, Cribellium, Bricola: tum altiùs claſsis & Mandruſium. Rurſus à Mediolano læua eius parte, ſed Oronæ dextra ſurſum Cagnola, item domus Carthuſiana, Miſocum, Roſæum, Caſsina cognomento Pyri, Hoſpitale, Paltanellum, Reotium, Matium, Turricula, Ad D. Mariæ Rubræ, Caronum, Leina, Polianum, Zaconia, Horutium, Ad D. Laurentium, Ad D. Victorem, Lignanum vbi pons Oronæ tranſitum iungit: De cætero Cerrotium, Ad D. Mariam, Serona læua in parte Luræ fluminis: poſtea Germanum, Rouellum, Aipium, Olonia, Martiates, Caſtellacum, Metiacum, Proſplanium, Carbonates, Gorlates, Lorotium, Rouelaſca, Venianum, Senigrates, Abiaguatium, Lunacipinũ, Tradates, Somallæum, & in montibus Caſtilio, Venegonum, infernum, & quod ſupernum, Canoſcum, Bellagatium, Apianum, Giuentium, Lomates, Burgorium, Solerona. Dein altiùs Sulbiates, Arx, Caniotium, Monellum, Planaſca. Tum ad Oronæ dextram ripam Pons Vidonus, Vedanotium, Rouera, Binacum, Mocania, Malnotium, Lagurnotium, Lignetum, Cacianum, Roderetum, Biſucium, Imbruſatium, Viglaui, Salnotium, Mons, Arſotes, & vltrà lacus Luganus dequo dicemus alibi. Deorſum ad Papiam verſus inter leporarium & foſſam Belriguardi Piſtura Caſtorateque cernuntur, & inferiùs trans foſſam, Belriguardum, Celata, Motta· ſuperiusque Beſſatium, Farangia, Ocenotes, & altiùs porrò in ripa foſſæ quæ ex Ticino rectà hinc ad Mediolanum trahitur, Abia Craſſa, quod oppidum Albiate vocat

a.lib.5. Merula a. Olim opulentum, frequens, & nobile caſtrum fuit, quippe quia ſitu eſt opportuno tam ad oppugnandum, quàm ad defendendum Mediolanum· ſed annis ſuperioribus ingentes calamitates ex diuturnis bellis inter Carolum V. Imperat. Franciſcumque II. Sfortiam, & Gallos geſtis accepit. In foſſæ læua ſupra Albiate Robeccum eſt, vbi pons riuum iungit· altiuſque dein Brena. Rurſus quoniam loca inter Oronam & hanc qua de iam nunc diximus foſſam, quæ ex Ticino Mediolanum trahitur, perſequenda ſunt, ab Albiate ſiniſtra foſſæ ripa Mediolanum verſus incedemus· tum læuam Oronæ cum mediterraneorum parte percurremus· dein iterum ab Albiate per dextram foſſæ ripam vſque ad eius in Ticino caput, ac vlteriùs etiam ſurſum verſus progrediemur. Itaque ab Albiate læua foſſæ mox Bruſates Roſateſque &

Tertia-

Tertiacum & Ceſanum,& Ad D. Chriſtophorum ſequuntur: poſtea ſupra Mediolanum Oronæ læua, Magdalena, Lamponianum, Fagnanum, Populetum, Trenotes.Intus Bacium,Moijranum,Cuſacum,Barecium,AdD.Petri vlmũ,Caſſina,Quintium,Caſaquartana, Luſernates, Arſanotes, Venaciacum, Pregnanũ, Ad D.Stephanum,Neruianum,Parablaceum, Caſoretium,Buſtum minus, Caſa nigra,Ad D.Georgium,Villa Corteſia,Buſtum maius,Sylualonga,Caſtellatium, vbi pons Oronę trãſitum iungit.Deinde ſunt Olgiates,Sulbiatesq; & Fagnanum, & ad foſſæ dextram Arna,Caſſanum.Rurſus in Oronæ fluminis læua Caſtellatiũ, Burgorium,Boladellum,Charatium, Piperacia, Subianũ, Carnacum, Trauainũ, Carengi,Mortecio,Schianum,Gornates, Caronum, Liciates, Biocetũ, Buſti-vtraq; Vareſcium,quod aliqui Vicum Varronis, nonnulli Varſiſium, alij Valleſiũ tanq̃ à ſitu vallium,quidam Varſium dixere.Sequitur Induinum, & Ad D. Ambroſium. Tum rurſus ab Albiate per dextram eiuſdem foſſæ qua partim,itemque partim per Ticinum ſpatio ferè CLX.ſtadiorũ ex Verbano lacu ad Mediolanum nauigia peraguntur,incedenti Caſtelletum occurrit,& in meditullio Fagnanũ, Peſtanium,Albairatium,Corbeta,latinè Curia picta quemadmodum ait Alciatus, Cerianum,Ciſſianum,Sidrianum, ſic pro Deſideriano nominatum, quòd à Deſiderio Longobardorum rege conditum fuerit vt aliqui volunt, Vittone quod Vicum Tadonis vocat Alciatus,Maxenta ſeu Maxitia,nomen à Maximiliano Imperatore tenens ſi creditur qbuſdã, vel à Maxentio tyranno ſi alijs,Oſſonia,Buſaloria,Meſerotes,Bugio,Terbinium,Mala Talia,Caſtanum,Magnacum,Biena,iuxtaq; foſſæ caput in Ticino Tinella,Lonates,Pecioldum,Fernates, Samarates,Caſa Vergaria,Arnatium, Carlanum, Galeratum quod aliqui Gallorum aream dicunt, altiusque Betolinũ, & Albiciates cognomēto Longi, Arnates, Alabociates, Albeciacũ,Cardates,Villa,Foitum:mox in præcelſo monte fanũ auguſtũ D.Mariæ Montanæ,quod perpetuò gentium concurſu frequentatur,quæ cauſa obtinendi alicuius à Deo muneris per Virginis Matris cælorum reginæ patrocinium,huc accedunt. Ædes ſacrarum virginum multarum miniſterio gubernatur. Vlteriùs dein exiguus eſt lacus Brinci. Tum rurſus à Ticino ſurſum verſus Galla Sicca cernitur, & altiùs Sextium ad Ticini fluminis è Verbano emerſus,quod Sexto Calendas aliqui nominandum aſſerunt,quoniam eò cuiuſque menſis die quondam huc ad nundinas vel ſacra finitimorum agrorum coloni conuenire ſolerent, vnde nomen enatum loco putant:id verò ædem quæ hîc ſit vetuſtiſsimis quibuſdam literis docere, quibus apertè ſignificetur, olim agreſtem huius ſitus multitudinem Herculi, Mercurio, Syluano, ac item Pantheo ſacrificaſſe. Interiora tenent Somates,Ceſorates,Metianates,Arſacum,quod aliqui interpretantur Aram Cęſaris,Beſnates,& altiùs Vergiates. A Pado rurſus & oſtio Ticini per eius fluminis lęuam ripam ſurſum tertio lapide exaduerſum Papiæ caput eſt Graualoniæ foſſæ, quæ ex amne Ticino duob⁹ ſupra millib⁹ extracta hoc in eum oſtio redit, inſulam efficiens modicam propemodum è regione Papiæ. Sequitur vlteriùs magnifica villa cum amœniſsimo iucundiſsimoque prædio Sfortiacæ: ſic enim à Ludouico Sfortia Mediolani Duce ſuæ gentis voce denominata eſt,poſito hîc tali carmine.

Vilis gleba fui nunc ſum ditiſsima tellus,
Cur? quia Sfortiadum me pia dextra colit.
Mutata eſt facies mutataq; nomina vilis

 Dicebar,

Dicebar, dicor nunc ego Sfortiaca.
Litauicus agros tulit hos, nec pœnitet, eſſe
Auctorem pacis conuenit agricolam.

Cernuntur hîc nitidiſsimi ornatiſsimiq; campi multa moro arbore cõſiti, cui frondes ſericariorũ vermium alimēta pſtant. Duas hucidem Ludouicus adaquationis cauſa foſſas deriuaiat magnas, vnam ex Gonia Nouarienſis agri flumine, alterā è Ticino. Iuxtà eſt in meditullio Gambolate, quod aliqui duas columnas ab
a.lib.15. Ammiano Marcellino vocari putāt, cũ in hæc verba ſcribit[a]. Deinde diebus paucis ex Helena Conſtantij ſorore eidē Cæſari coniugali fœdere copulata, paratis vniuerſis quę maturitas proficiſcendi poſcebat, comitatu paruo ſuſcepto, Cal. Decembribus egreſſus, deductuſq; ab Auguſto vſq; ad locum duabus Columnis inſignem qui Lacmellum interiacet & Ticinum, itinerib⁹ rectis Taurinum peruenit. Pagus eſt Gambolate vti Gropetum quoq; propinquũ lautus ac pulcher. Sequitur ad Ticinũ amnē Vigeuanum, à Clemēte VII. Pont. cum anno MDXXX. Bononiæ diadema Carolo V. Imperatori poneret, in gratiā Franciſci Sfortiæ ſecũdi, Mediolanenſium Ducis ciuitas effecta. Quidam Vicum Veneris nuncupant, inter
b.lib.5. quos Corius auctorē Carinũ citans[b] alij quēadmodũ in hiſtorijs Merula, Simo
hiſt.Vicec. netaq; in Sfortiadib⁹ Vigeuanũ, Volaterranus[c] Vegiuanũ, Dominic⁹ Machane⁹
c.lib.4. in Verbani deſcriptione Vigliuenũ, incolaſq; Vigliuenſes, alij Vergeminũ: nunc
c.V. vulgò Vigeuanum dicimus, ob quā varietatem nominũ vrbē puto nouam eſſe, cũ nec antiquā eius memoriam inueniamus[d] nam quod Carinus ſcripſit temporib⁹ Marcelli conditā poſt Viridomari Gallorũ Inſubrium regis cædem, ac dein Vicum Veneris dictam, id mihi fabuloſum ſanè videtur, quippe quia nullius teſtimo
d.lib.4. nio iuuatur. Nec tamen Volaterrani ſententiā probamus, qui Vegiuani auctores
c.V. ait eſſe Mediolanenſiũ Duces[e] quoniā ante Vicecomitum Ducũ imperij primordia Beltramũ Chriſtianum Ticinenſem Conſulem anno à C. N. MCCCXCVII. cenſuiſſe legimus, Vigeuanum agri Ticinenſis oppidum eſſe quemadmodũ ſcribit Corius[f] apud quē etiam traditur, anno poſt C. N. MCCLXIX Mediolanenſes Vigiuanum nudauiſſe mœnibus. Arbitror itaq; Volaterranum vrbē hanc à Mediolanenſib⁹ Ducibus inſtauratā & auctā fortè ſentire[g] verũ enim id eſt, quoniā ab illis decorem quo iam nitet, adepta eſt, maximeq; à Galeatio & Ludouico Sfortia, qui tum alia ædificia pclara, tum arcem ſumptuoſiſsimam adiecerunt, & habitare frequēter hîc erāt ſoliti. Fuit in Mediolanenſiũ Principũ ditione Vigeuanũ vſq; eò quũ Ludouic⁹ XII. Francorũ rex Mediolanũ cepit: etenim ab illo tũ Ioāni Iacobo Triuultio cũ Marchionis titulo cõdonatũ eſt. Eiectis dein ab Italia Gallis, & Maximiliano Sfortia in paternũ principatũ reſtituto, is vrbē Sedunenſi Cardinali tradidit. Poſtea cũ Frãciſcus rex Mediolani Ducatũ recepiſſet, in eius quoq; poteſtatē cõmeauit[h] à quo dein ad Franciſcũ Sfortiā ſecundũ redijt, cui poſtremò Carolus V. Cæſar in vniuerſum Mediolani imperiũ ſucceſsit. Maximas & ingētes ſuperiorũ temporũ bellis inter Carolũ V. Imperatorē, Franciſcum Sfortiā, Franciſcumq; Francorũ regem geſtis, & item famis ac peſtilentiæ cladibus calamitates pertulit, adeo quidem vt pene deſolaretur: ſed pace demum inter eos Principes conſtituta Bononiæ M D X X X. poſt C. N. anno, refici ac inſtaurari exin cœpit, Franciſco etiam Sfortia hîc commorante, ſic vt ſatis honeſtæ formæ iam ſit reſtitutũ. Ciuitas eſt honeſta lautaque, copia rerum ad vitam vtilium affluēs, agro perbono ac vbere, frumenti, vini cæterarumque frugum fertili, nauis & induſtrijs

colonis

colonis præſertim negotiatione textiliũ ex lana, q̃ mirifica hîc copia fiũt. Viros eti
am illuſtres Vigeuanum multos edidit inter cæteros Petrum Candidum græcè
latineque doctiſsimum, qui Plutarchi Parallela cum Appiano Alexandrino
ac alijs operibus latina fecit, item Hieronymum Fantonum ordinis p̃dicatorum
excellentẽ theologum, qui multa perutilia laborioſaq́; ſcriptorũ monumẽta reli-
quit ingeniũ viri ſummũ teſtantia. Fato conceſsit anno MDXXXII. poſt C.N. æ-
tatis ſuę ꝓpemodũ LXX. Ferrariæ in Angelorũ cœnobio. Sequitur in læua Tici-
ni ripa Vallis Plumbana, Burgum Ticini, & vlteriùs exaduerſum ferè Sextio Ca-
ſtelletum. Incipit hîc p̃cipua Ticini abundantia è lacu paulo ſuperiore profluens.
Rurſus à Pado inter amnes Ticinum & Goniã intus lautum oppidũ eſt Mortaria,
quondã Sylua bella dictum, quod nomen ob inſignẽ Lõgobardorũ ſtragẽ à Caro
lo Magno editã cum eorũ rege Deſiderio hîc acie cõgreſſo, circa DCCLXXXV
I. à C.N. annũ, in Mortariæ cõmutatum auctor eſt Corius [a]. Merula [b] Mortarium *a. parte 1.*
vocat. Subuerſum à Mediolanenſib⁹ anno poſt C.N. MCCXIII. ac iterum MCC *b. lib. 4.*
XCIX. legitur apud Corium [c]. Inſtauratum tamẽ etiam denuo, in hunc vſq; diem *hiſt. vicec.*
manet. Orti Mortaria Dominicus ex p̃dicatorum ſodalitate vir doctiſsimus, qui *c. part. 2.*
ſcripta quędam reliquit egregiam eius eruditionem euidenter probantia, mortẽq́;
obijt Bononiæ MDII. à C.N. anno, p̃terea Bartholomæ⁹ ex eodẽ ordine latinæ lite
raturæ ac theologiæ peritiſsim⁹, qui Maſsiliæ cum eò Clemens VII. Pont. & Fran
ciſcus Francorũ rex ad colloquium veniſſent fato cõceſsit. Oppidum hoc Facius
etiam memorat [d] ita. *d. lib. 3.*

> Cum ad Mortariam venimus ibi plenè vidimus *cant. 5.*
> Nomen eam à multis mortibus accepiſſe
> Quum duo illi ſocij intercidêre.

Sequitur altius Burgum Lauetium, quod aliqui Forum Lebuoni ſiue Libetiorũ
aut Lebetiorum vocant, ſic à vetribus nuncupatum ſcribentes. Ego non memini
apud vllum luculentum auctorem legere nomen Fori Lebetiorum hunc habuiſ-
ſe locum. Dextrà eſt Barbarica medioq; hoc ſpatio Laumellum ſic à Ptolemęo di
ctum, quanq̃ corrupti codices Gaumellum habeant. Laumellũ etiam Antoninus
in Itinerario nominat à Vercellis P. M. XXV. itemq́; Paulus Diaconus [e] in hi- *e. lib. 3.*
ſtoria Lõgobardica, iucũdã illã de Theodolina regina quæ Taurini Ducẽ Agiul-
phum maritum accepit, regemq́; Longobardorum effecit, narrationem peragẽs.
Ammianus Marcellinus tamen Lacmellum dixit. Olim amplum nobileq́; oppi-
dum fuit, & nomen agri Laumellini (vulgò Laumellina vocatur) vniuerſo inter
amnes Ticinum & Goniam tractui dedit. Hac memoria minimè frequens ædifi-
cijs eſt, at peropimũ opulẽtumq́;. Corius [f] à Mediolanẽſib⁹ euerſum ſcribit anno *f. parte 2.*
poſt C.N. MCCXV. Plurimis ager Laumellin⁹ pagis viciſq́; nitet. Lini copia p̃ci
puæ, quod etiam Plinius teſtatur, bonitatis abundat. Dein ciuitas eſt hoc ipſo in
agro Nouaria, ſic à Plinio, Catone, Procopio, [g] Tacito, [h] Ptolemæoq́; in Inſubri- *g. lib. 2.*
bus trãſpadana regione nominata. De primordijs eius variè tradiderũt ſcriptores: *hiſt. long.*
quidam enim ab Eltio Troiano Veneris filio conditam aiunt qui mõtem in quo *h. lib. 17.*
poſita eſt, Eltiũ à ſe dixerit, ipſam verò vrbẽ Nouariã, veluti Nouam aram, quòd
hic cũ Venere matre ſacrificiũ feciſſet eãq́; dein ab Inſubrib⁹ auctã, & ea ꝓpter il-
lis à Ptolemæo attributã fuiſſe. Sic iſti. Nos Venerẽ Troianã memorari haud vſq̃
ſcim⁹. Plini⁹ [i] Nouariã ex Vertamacoris Vocõtiorũ ortã, & pagũ ꝓhibet, nõ aũt Li *i. lib. 3.*
gurũ vt exiſtimauit Cato, apud quẽ in fragmẽtis legitur Nouariã antè ab Herculis *cap. 16.*

Ægijptij nomine Lybiam,& à cognomine Ariam, Ægyptio vocabulo Leoninam ſed à Liguribus inſtauratã deinde Nouariam eſſe dictam: quẽ locum explanans Annius, Vercellas Nouariamq́; primùm à Thuſcis Alpium incolis conditas ſe putare dicit, quoniam illa gens Alpes omnium prima tenuerit, dein autem à Lybico Hercule Ægyptio adauctas, poſtremùm à Liguribꝰ inſtauratas, & Nouariam ſic vti Nouam Ariam, id eſt Leoninã vel Herculeam nouam nũcupatã. Hęc illi. Nos arbitrium tantæ varietatis apud doctos eſſe volumus. Vrbs eſt Nouaria modico in colle ſita, partim plano agro amœno ac fertili, partim montoſo ſteriliq́;. Diu ſub Mediolanenſium principum ditione fuit, primùm Turrianorum deinde Vicecomitum, poſtea Sfortiarum itemq́; Frãciæ regum, vti ipſum imperij caput Mediolanum. Ad Nouariã Ludouicus Sfortia Dux ab Heluetijs proditꝰ venditusq́; Gallis eſt anno à C.N.MD. poſteaq́; MDXIII. Galli cum Maximilianum Sfortiã Ludouici filium Ioãne Iacobo Triuultio ſtrenuo militiæ pfecto, itemq́; Paliſſano Principe ducibus obſiderent, ab eadem gente iam tum ſuperioris temporis aduerſus Ludouicum iniuriam & labem ſarcire ac eluere cupiẽte, tantis animis tantaq́; vi pugna ad Riotam haud procul ipſa vrbe petiti, vt planè funderentur fugarẽturq́;, ac obſidio Maximilianus ſolueretur. Pernobiles aliquot hac in vrbe familiæ ſunt, nempe Torniellorũ, Caballatiorũ, & Bruſatorũ, quæ patriæ maximas pſæpe clades inuexere, pſertim autem anno à C. N. MCCCIII. ſicut à Merula Corioq́; traditur. Illuſtrauere Nouariam inclyti homines permulti quos genuit nominatim Albutiꝰ Silo magnus orator Auguſti temporibus, item Petrus Lombardꝰ Lugdunẽſis Epiſcopus vir doctiſsimus, qui ſanctorũ patrum dicta quatuor libris collegit, Sententias vocãt, opus hercule præclarum. Nouarienſem quoq́; faciũt aliqui Petrum Comeſtorem Eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſcriptorem. Superioribus annis fato conceſsit Ioannes Maria Cataneus hac vrbe ortus excellens poëta, qui præter alia literarum monumenta verſu heroico Chriſtianorum expeditionem ad bellum ſacrum panxit. Egregios etiam bellatores Nouaria dedit, cum ex alijs, tum è Bruſatorum & Torniellorum familijs, vti hiſtoriæ paſsim teſtantur. Hac tempeſtate Philippus Torniellus armorũ laude claret, equitum alæ Caroli V. Imper. pfectus. Sequitur in mõtanis porrò MonsBoſus moxq́; iugum cacumine tam celſo elatum, vt omnes Italiæ mõtes excedere videatur quapropter nec vllo vnq̃ tempore vertex eius adiri poteſt cum ob aſperitatem, tum ob niues quibus perpetuò conueſtitur. Iuxtà iugum eſt aliud pene pari altitudine, Mons Gaciaronus, ſcelere Dulcini hæretici nominatiſsimus, qui cum quingentis amplius æquè veſanis hominibus huc ſe receperat, & aduerſus vim quancunque muniuerat: attamẽ tam frigoris vehementia, quàm annonæ difficultate poſtea conflictatus vſque adeo vt plerique perirent, ipſe cum perditiſsima vxore Margarita cumque reliqua maleficorum cohorte captus, & ſæuera morte quam meruerat affectus eſt, quemadmodum Blondus, alijque plurimi ſcriptores tradunt. Conſtituta dein eo in loco quem Dulcinus occupauerat, modica eſt ædes D. Bernardo ſacra. Aduerſo ab latere montis huius circa radices Triuerium, Cociola, Crepacorium agri Vercellenſis oppida ſunt. Ad Padum poſt Ticini confluentia mox aliquot amnium Padi incolarum oſtia ſuccedunt. Dein flumen eſt Gonia, quod iuxta Coſtium è montibus effluit, inque Ticinum ad D. Marthæ, & ad Nebuloſam ſe exonerat. Secundum Padi dextram exin incedenti Senciæ fluminis oſtium occurrit, vbi caſtellum Bremidum eſt, & Inſubres claudit amnis. Ad eius dextram ripam

ſurſum

ſurſum Paleſtrium, moxq; Romanianum, victoria populi Romani à quo nomen retinet, auſpicijs C. Marij, Q. q; Catuli de Cimbris relata, nobilitatum, vti paulo pòſt docebimus. Eſt etiam hoc ſitu Camarianum oppidum ita perperam pro Caſtris Marianis dictum vt aſſerit Alciatus, aut vt alij pro Arcu Mariano, cuius hîc in memoriam C. Marij poſiti veſtigia etiamnũ extant. Abſolutis nunc Inſubribus priuſquã ad Lybicos accingamur, Verbanum aliosq; finitimos lacus, item populos ac loca quæ circà ſunt, enarranda ſumus arbitrati. Deſcriptionem igitur hanc q̃ inſtituimus Verbani & aliorũ lacuum circumpoſitorum ſupra Sextiũ exordiemur, vbi Ticinum Verbanus reddit: abhinc enim modico ſurſum verſus per medi tullium vſq; ad Vergiam, ac porro vſq; ad lacum Monatium interuallo primùm incipiemus. Lacus Monatius ab oppido nomen tenet in ripa ſito Monatio. Foſſa quadam in lacum Gauiratium ſe exonerat. Altiùs dein lacus Trinatius, quem alij latinè Ternati, vel Terlacum vocant. Sequitur alius ab oppido denominatus quod iuxtà eſt in læua ripa, Trinatius, cum Comabio: cuius dextra Corcinum & Varranũ, à quibus etiã Corcini Varraniq; lacus idem appellatur. Patet in lõgum ſtadijs XVI. in latũ VIII. abeſt ab Sextio millib⁹ XXXII. ab Gauiratio lacu VIII. vbi ſe exonerat quadã ꝓpter Blendroniũ exiguũ oppidũ foſſa, ſeu potius ſtagno D. paſſ. tantũ à Gauiratio lacu vicenũ quinũ interuallo: colliguntur enim hic aquæ p abditos meatus è lacu manantes. Interiùs ſunt Cruces, & Ad D. Pancratiũ. Rurſus ab eo ſtagno de quo diximus, ſurſum quarto ferè ſtadio Blendronium iacet, tum Barbia, mox lacus Gauiratius latitudinis paſſ. mille, longitudinis ad ſena millia. Incola Verbani eſt, in quem iuxta Botiam vti oſtendemus, ſupra Iſpratium foſſa P. M. V. ſe exonerat. Leuam eius ripam Gauiratium oppidum tenet à quo cognominatur. Dein Cellanum eſt, & in extremitate Caput Lacus: alio verò latere Actiatum, & vlteriùs Ad D. Franciſcum. Itinere Gauiratio Angleriam planities emetitur peramœna, quam Gauiratiam accolæ vocant. Sequitur Ad D. Mariam Montanam, qui locus in Inſubribus antea nobis eſt dictus. Ad Verbanum incedenti tum valles occurrunt Cluria Traualiaq;. Sed & præterea montes inter altiſsimos qui annectũtur, aliquot etiam modicæ valles ſunt, cum ijs quæ Maioris Minoriſque conſilij nuncupantur. At à Valle Traualia Verbanum petens, amnem Treſſam inuenit è Lugano lacu profluentem. Eius dextra ripa ſurſum, etenim inter præcelſa iuga paſſ. mill. VIII. fertur, incedenti pons apparet Treſſæ dictus, amnis tranſitum iungens. Initium hîc Lugani lacus quem aliqui Lucanum vocant latinè. Admodum eſt tortuoſus, præcipuis tribus ramis. Figuram eius quanquam mehercule nõ queat niſi difficilimè cõprehẽdi, tamen quàm fieri poterit exactè exprimere conabimur. Primùm à Ponte Treſſæ diffundi incipit directo ſatis tractu paſſ. MD. vſque ad Lauenam: ibi continens inſtar hemiſphærij creſcit, vt itinere per excurrentem redeuntemque ſenſim ripam P. M. duorum ad Bruſinum planum deueniatur: hinc vaſtiùs ſe ſpargens lacus receſſum quendam inflexum humani digiti ſpecie creat, circaque medium eius Morcotium eſt à Bruſino millibus duobus, & in exitu ſinus pari abhinc interuallo Portus. Tum ab extremitate digiti huius ad lacum redeunti Bruſinum Ciſſum occurrit ſtadio XX. Dein iterum continens ſpatio quodam procurrit, moxque digitum alium intimo receſſu facit, priore tamen longè latiorem: in cuius fine Ripa caſtellum eſt à Bruſino P. M. IIII. Caputque Lacus à Ripa mille paſſ. Sunt hæc ad ſinum oppida vtrinque. Redit hinc continens ad Lacus
manum

manum nempe poſt effectum vt prædiximus digitum· qui licet finiri circa Caput Lacus oppidum videatur, tamē vlteriùs partim ſinuoſo tractu, partim recto inter exortum ſolis & Auſtrum diffuſus, brachium lōgiſsimum creat vſque Porl etiam vti oſtendemus. A Capite Lacus per ripam ſinus ad ipſum lacum reuertenti ſecundo lapide Marotium offertur· ac dein eodem ſpatio Biſſonium· hinc mille ferè paſſ. circa fauces receſſus è lacu, Campilium. At à Capite Lac9 oppido ſurſum ad octauum milliarium circa illius brachij quod inter orientem & meridiem extendi diximus finem, Hoſtenum eſt: inde tertio milliari Cima ſeu Cacumen Lac9. Hinc ſi per alteram huius brachij ripam pergas, mille paſſ. à Cima lacus ad extremum angulum Porletia cta eſt. Interiùs autē hoc latere Lichime Valſoldumq́;. Nomen id huius eſt agri cum circa ripā, tum per continentē ornatiſsimis pagis viciſq́; plurimis ornati. In colle quoque ſtadijs à lacu octo veſtigia ſunt caſtelli Valſoldi, quondam munitiſsimæ arcis, quam annis ſuperioribus Ioānes Iacobus Medices Mediolanenſis deiecit. Eſt etiam hoc ſitu Gandrium, & interiùs paulo Sonuicum. Rurſus ſecundum eum digitum quem poſtremò deſcripſimus ad lacum redeunti latiſsimus apparet ſinus, qui digitum ipſum emittit, vbi nobile oppidum & opulentum eſt Luganum, a quo nomen lacus habet. A Campilio quod aduerſam ripā ad poſterioris digiti fauces inſidet, tribus millibus abeſſe cenſetur. Olim munitiſsima Lugani arx erat, ſed exciſa eſt. Poſt hoc oppidum excurrens ripa peninſulam format, in cuius capite Mili. tribus à Lugano millibus · vltraq́; pari abhinc ſpatio in altero peninſulæ capite ſimili illi quod Mili, habet, Murcotiū. Arx etiam hîc in colle munitiſsima quondam extitit, quam annis ſuperioribus Heluetij cum hunc agrum cepiſſent diruère. Deinde flecti incipit lacus · & mox ſe non nihil efferens ramulum emittere videtur inter orientem & Septentrionem, circa cuius medium tribus à Murcotio P. M. Caſorum, porroq́; duobus millibus Agnotium ad exitum: hinc rurſus totidē ad fauces in lacu rami Caſſanum eſt. Sinus hîc vaſt9 inter hoc cornu & Murcotiū· ſed altero latere peranguſtus inter Lauenā, vbi ſe ſtagni ripæ tam arctè contrahūt, vt trium ſtadiorum oſtium quo vix naues duæ mediocres commeare poſsint, tantùm relinquatur· dein autem latiùs abſcedunt hoc latere præſertim, & ingenti receſſu magnum ſinum creant propemodum vſq́; ad Pontē Treſſæ, qui à Caſſano P. M. duobus abeſt, ad initiū foſſæ ſit9 qua tractu ferè millium octo per altiſsimos aſperrimosq́; montes lacum hunc in Verbanum exonerari diximus. Nominatur hîc locus Pons Treſſę, nimirum à ponte quo foſſa iungitur. Amplitudo lacus enauigatur his ſpatijs. A Ponte Murcotium vſque ſena millia paſſ. à ponte Agnotium per ſinus quem Lacus hîc efficit, flexū, quina: tum à Murcotio ad Bruſinum planū quod in alia eſt ripa· ſimul hinc ad Morū paſſ. mille: ad Portum duo millia: ad Bruſinum ciſſum mille: de cętero vſq́; ad Caput Lacus quina millia: inde Biſſonium quaterna. Secundum alteram ripam à Capite Lacus nauiganti è regione Campilij Luganum iacet· interuallum millia tria: inter Luganum autem & Caput Lacus quod aliam tenet ripam, ſena: à Lugano Biſſonium quod eandem ripam inſidet in qua Caput Lacus, tria. Magnitudo hęc & ambitus eſt Lugani lacus. Interiùs vndiq́; montium altiſsima iuga ſunt, & Vallis Lugani, montanaq́; omnia vſque ad Ticini planitiem, quæ per Montem Cineris ſupra Magadinum tranſuerſo itinere mille ferè paſſ. prope Catenatium, aditur. At inter Ticinū & hos montes quinque ferè millium campi confiniuntur vſque ad Subiaſcā, vbi latere dextero Vallis inuenitur Morobia, quæ X. M. P. ad Larium lacū

verſus

verſus,rectaq́; ad Muſſum iam antè nominatum panditur. Et hinc altiùs primo la pide Belinzona munitiſsimum eſt oppidum in planitie ſitum inter præcelſum dex tra parte montem,& læua collem,quo de paulo inferiùs dicemus. A Sextio rurſum vbi Ticinus è Verbano exit,illiusq́; lacus initium eſt, vnde digreſsi modo ſumus,dextram Verbani deinceps perſequemur,finitimum tractum vnaq́; lacus amplitudinem dictum. Inſubrium porrò limitem hæc nobis ripa conſtituet. Plinius lacum hunc Verbanum nominat [a],pariterq́; Strabo varijs in locis,præcipuè tamẽ flumen Adduam è Verbano reddi ſcribens [b], quanq; id è Lario ſeu Comenſi quẽadmodum anteà demonſtrabimus,effluat. Nos hunc Strabonis locum quoniam interpretũ lapſu luxatum putabamus anxiè cum exemplari græco collarum,in eo quoque mendoſum planè eſſe comperimus,auctoris ipſius vrbis edocti,qui paulo poſt eodem libro,prætereaq́; ſequenti etiam flumen Adduam è Lario lacu diffundi diſertè ſcribit hac ſententia. Non longè à fontibus Rhodani, Rheni fontes, & Mons Adualla,ex quo in Septentrionem Rhenus decurrit & diuerſa ex parte Adua in lacum Larium iuxta Comum intrans.Item alibi [c] ſic. Nouo Como finitimus lacus Larius eſt,quem Adua fluuius auget inde in amnem Padum ingrediẽs fontem verò in Adua monte habet vbi Rhenus. Hactenus Strabo. Verumenimuero mendum in voce Adualla,ac item Adua nobis eſſe videtur,& Adulam montem ſcribendum,vt reliqua ſcriptorum cohors cum Ptolemæo vocat aut ſanè Adua, que madmodum poſtremus habet locus. Errorem hunc in Strabone de fluminis Adduæ in Verbanum ingreſſu Dominicus Machanæus vir doctus etiam notauit in Verbani deſcriptione nec tamen alios Strabonis locos vti nos animaduertit. De Fonte Abduæ ſatis multa iam antè dicta ſunt,quamobrem hîc pluribus agere operæpretium haud eſt. Ordinem circa Verbanum tenebimus,vt primùm de priſco Verbani nomine,tum de recenti Maioris,deinde formam lacus,poſtremò circumiectum continentem enarremus. Quidam Verbanum putant à diuerſis verbis,hoc eſt,varietate ſermonis dictum qua lacus accolæ vtũtur alij à verborũ multitudine,quibus inter ſe gentes ad lacum finitimæ conferre ſoleant indies propter negotiorum frequentiam nonnulli ab herba verbena ſacra,de Capitolij ſacro loco ſumpta,quemadmodum ait Seruius,qua coronabãtur fœciales & pater patratus fœdera facturi,vel bella indicturi proinde quoniam ex herba verbena coronę illæ fiebant,ideo Verbanum euphoniæ gratia vnius literæ commutatione nominatum hoc ſtagnum,quod inter alia harum partium plurima dignitate tanquam corona præcellat. Non deſunt qui cenſeant appellationem hanc à verna temperie natam,quæ circa ripam lacus perpetuò ſit,ceu veris noui tẽporibus vbiq; coman te virenteq́; ſolo. Hæc iſti,quę nos eruditorum iudicio proponere voluimus,quippe quia nullũ prætetea claſsicum auctorẽ de Verbani nominis etymo habemus vti nec de Maioris quo nunc vtitur Italia quanquam id quidam è re ſumptum arbitrentur,quòd Verbanus aliorum hoc tractu lacuum ſex omnium maximus ſit, nempe Monatij, Trinatij, Gauiratij, Lugani, D. Iulij, Margotijq́;:iuxta quos tamen & alij propinquos inter mõtes, ſed perexigui,ac nullius pene momenti ſunt. Addunt inſuper aliam coniecturam,lacum hunc Maiorem fortaſsis ab inſigni & maxima opportunitate dictum,quam accolis præbet,nauigijs eo quiduis in omnes mundi partes exportandi,quoniam hinc Ticino Padoq́; fluminibus in ſinum Adriaticum enauigari poſsit,eoq́; mox in Tyrrhenum mare,tum per fretum Gaditanum in Magnum Oceanum vſq;. Sunt hæ quas Iulius Iulius Canobius excel-

a. lib. 3. cap. 18.
b. lib. 4. in fine.
c. lib. 5.

lens Iureconſ.rariq́; & curioſi ingenij vir aliorum ſententias refert. Situm lacus habet vt Machaneus exprimit, limacis ſpecie cum bifurcis cornibus inſtar lunæ cauæ. Nonnulli partes eius aliquas trianguli forma pingunt: at ex ea quam nobis Canobius impertiuit imagine, media ſuperiori parte delphinum, inferiore altera quernum folium ſeu tri ngulum paſsim ſinuoſum & cum crenis referre videtur quam figuram nunc ſequi inſtituimus. Primùm igitur à Magadino ſurſum, nonnihil dein exiguo flexu vſq; Locarnum, hoc ſinu delphini roſtrum ferè creatur: poſtea deorſum flexu ad Aſconam vſq; piſcis curuatura: tum à vertice capitis qui vſque Briſacum eſt, dein ad Canobium deſcenſu gibbus: hinc vaſto flexu ac deinde ceu repentina quadam elatione circa finem ad Canerum, extremitas latæ caudæ vſq; ad Viſatium. Hæc pars delphini ſuperior venter à Magadino deſcenſu figuratur, vbi primùm curuaturæ quædàm inſtar infimæ partis faucium & gulæ, mox ventris totius ad extremam vſq; caudam quæ circa Lauenum eſſe videtur è regione Viſatij, vbi piſcis abſoluitur ſpecies, & quernū ſe folium annectit, quod inter Viſatium Intratiumq́; panditur. Incipit igitur hic inflexio lacus in modum crenarum querni folij procurrit primùm ad Palantiam, folijq́ue dentati pinnam hanc vſq; ad oſtium fluminis Athiſonis extendit tum ad Streſſam reuertitur mox flexu rurſus Bugiram pertingit, vbi hæc inciſura finitur. Deindepaulatim excurrens curuansq́; ſe ripa tanquam in mucronem deſinit à Ciconiolo Sextium, vbi Ticinus emergit, & apex eſſe folij videtur. Hoc primum latus: alterum eodem modo tum receſſu redituq;, tum inflexione lacus dentatum eſt à Laueno Liſantiam, ac porrò Sextium. Pars etiam lacus trianguli obtinere formam videtur. Baſem ſtatuimus inter Viſatium & amnis Athiſonis oſtia: dextrum hinc latus ad Ciconiolum vſq; læuum à Laueno Liſantiam, & vlteriùs ad Sextium. Longitudinem Verbani Strabo CCC. ſtadiorum eſſe ſcribit, Machaneus CCCLXIII. Canobius recta linea non amplius CCCXX. latitudinem maximam Strabo ſtadiorum XXX. ſed Machaneus XXXIII. Canobius autem LVI. ferè, videlicet à crepidine inter illius foſſæ qua ſe Margotius lacus in hunc exonerat, fauces, & oſtium Athiſonis fluminis complexa vſq; ad oppoſitam directa linea ripam inter Cerrum & D. Chatharinæ: nam hoc curſu latitudo maxima ſtagni enauigatur alijs enim partibus non vltra duo vel tria P. M. ſe fundit quibuſdam quoque locis adeo continens vtrinque prominet, vt vix mille paſſ. fauces relinquantur. Altitudo pleriſq́; locis tam eſt vaſta, ſolidum vt inueſtigari fundum nequeat quemadmodum oſtendemus. Nonnunquam adeo tranquillè conſiſtit, vt etiam nauigationis imperiti ſine periculo tranſmittant: interdum tanta procellarū vi turbatur agitaturq́;, quanta maxima Benacus, aut ipſum fluctuoſum mare: frequēter ex placido ſæuiſsimis vndis repente ſæuit, ventis incumbētibus, præſertim auſtrali flatu quem accolæ Liuernam vocant. Fremitu ſtrepituq; cum iratus eſt ingenti remugit, quem in ſcopuloſas cauasq́; ripas adactę violentia ſpirituum vndę reddunt. Piſces perbonos laudatosq́; generat, nominatim truttas præcipua magnitudine admirabiles, at longè iucundiſsimi ſaporis, item lucios inſignes & chalcides vel aquones, phoxinos vel veronos, percaſq́; nobile genus aurei coloris. Cœlum habet gratiſsima temperie beatum, & colles circà vndiq; peramœnos, cum fertilibus campis herbidisq; pratis ad rem pecuariam vtilibus, nemora fœlicia tam materię compendio, quàm venationis opportunitate, fontes nitidiſsimos, oraq; fluuiorum & torrentium qui in eum ſe exonerant, permulta. Gentes accolæ ſolertes maximeq́; nauæ ſunt in negotiando

tiando & re facienda. Paſsim omnia iuxtà lautis & honeſtis nitent oppidis, quæ tam opulentia, quàm ciuilitate multis Italiæ ciuitatibus haud cedunt. Initium lacus ad Sextium eſſe diximus vbi Ticinus effluit: hinc enim perpetuo tractu creſcit, nunc ſe diffundens, nunc contrahens vſq; ad Magadinum, iuxta quod Ticinus illabitur, quem inuectum ſupermeare Verbano Plinius[a] etiam auctor eſt. De hoc lacu Facius[b] ſic.

[a] lib.2. cap.106.
[b] lib.3. Cant 5.

Inueſtigatis paſsim locis omnibus ad ſummum fui
Lacus Maioris, quem efficit Ticinus.
A Marcotio, inquam, vſq; ad ſummum

Reſtat nunc continens, quem primùm per Inſubrium latus expediemus vſq; ad Ticini fluminis introitum. Itaq; poſt Sextium vbi ſe pandere ſtagnum incipit, Liſantia· mox tanquam in peninſula quam procurrens nonnihil ripa creat, antiqua ciuitas Angleria, ſic dicta ſi quibuſdam creditur, quòd ad glaream Verbani ſita ſit. Olim in amœna pulchraq; planitie mille paſſ. ab lacu aberat· nunc inſidet crepidini. Cernitur etiam arx in monte munitiſsima, cui priùs vrbs propinqua fuit ſubiectis in campis, vbi iam vicus. Deletam à Gothis legitur. Inſtaurata deinde non eodẽ loco, nec pari vt priùs amplitudine. De primis eius initijs variæ ſunt auctorum ſententiæ. Quidam ab Anglo Troiano conditam, alij ab Anglo Aſcanij filio perhibent. Nos Angli Troiani nomen apud auctorẽ luculentum inuenimus neminem, vti nec Angli cuiuſquam Aſcanij filij. Nonnulli primos Angleriæ dicunt auctores Anglos & Saxones, qui cum Longobardis in Italiam venerint: at ſi prior illa ſententia Gothos vrbem deleuiſſe veritatem habet, ſanè primùm ab Anglis & Saxonibus qui cum Longobardis in Italiam profecti ſint, ædificata haudquaquam fuit, ſed inſtaurata fortaſsis, & in hunc locum vbi nunc apparet, tranſlata dici poteſt, quoniam antè tempora Longobardorum vti iam ſæpe docuimus, Italiam tenuere Gothi. Sentiunt igitur iſti gentem Anglorum & Saxonum hanc condidiſſe vrbem iuxta lacum, & Angleriam tanquam Anglorum opus dixiſſe. Vtcunq; hoc ſe habeat nil moramur. Originem Vicecomitum ex hac vrbe tradũt Mediolanenſia Chronica, quæ vetuſtiſsimam eius familiæ genealogiam à multis Regibus Ducibusq; & Comitibus repetũt in hũc ferè vt breuiſsimè dicatur, modum. Auctorem primum ponunt Anglum Aſcanij filium: ab eo ad annum à C. N. CCCLXXXIIII. tranſeunt, ex quo ſeculo nominant Vbertum Vicecomitem, Maximianum Regem, Alionemq; Comitem, & poſtremi tres filios, Galuanium, Coſmum, Andream. Galuanio ſucceſsiſſe Perideum filium perhibent. Alij poſt Alionem Angleriæ principatum tenuiſſe dicunt Milonem · illi Orlandum, huic Milonem ſecundum, ei Galuanium ſucceſsiſſe, deinde Coſmum, Andream, Perideum qui rex Mediolani creatus fuerit aduerſus Theodoricum Gothorum. Addunt hi quoq; poſtea ſecutum Aiſtulphum Longobardorum regem, itemq; Deſiderium eius gentis vltimum· dein Bernardum Angleriæ Comitem Italiæ regnum habuiſſe, poſtea Guidonem, Actium, Berengarium, qui nomen Imperatoris in Italia prætulit, item Hugonem, Fulconẽ, Opizonem, Facium & Hirprandum omnes Angleriæ Comites. Diuersè verò in Chronicis traditur Anglum primum Angleriæ regem genuiſſe Abidum, qui illi ſucceſſerit, hũc porrò Phiſocum, ſecutos Philonem, Punetium, Elimacum, Albanicum, Semebundum, Albanicum ſecundum, Aſcaniũ, Galeremundum qui Hetruriam in ditionem redegerit, Elimacum ſecundum, Rachinum, Belloueſum qui totam propemodum Italiam imperio ſuo ſub-

iunxerit, Briginum, Bruneſedum, Felaranandum, Bridomacum & Lucium in quo regnum Angleriæ Mediolaniq; finiuerit. Præterea poſt multos annos Vbertinum tradunt editum eum qui draconem confecerit, [& Mediolani principatum deinde cepiſſe Maximum·ei ſucceſsiſſe Milonem & Rolandum, qui munitiſsimã Angleriæ condiderit arcem cum ſummo puteo quem in hunc vſq; diem Orlandi nũcupant. Poſt hunc Comitum Angleriæ principatum intercidiſſe perhibent vſque ad Galuanium, qui potens eſſe Mediolani cœperit poſt Friderici Ænobarbi tempora. Sic iſti produnt annales, attamen iudicium horum prudentibus & eruditis ingenijs permittimus: commemorata quippe ſunt hîc tantum ea de cauſa, ne non eſſe nobis cognita quis putet·nam hoc conſilio pleraq; referimus, non vt alijs ea probari velimus, ſed quò bonorum auctorum hiſtoriæ rudibus os claudatur, ne talium etiam nos ignaros clamitent. Addunt Chronica, vti quoq; ſcriptum quod in Miſſario libro templi Ambroſiani apud Mediolanenſes extat, reliquam proſapiæ Vicecomitum ſeriem à Galuanio ac Viuiano illo qui Bononiam fugit, vſque ad Philippum totius gentis vltimum principem·quam hic repetere non eſt operę pretium, quippe quoniam in Mediolano narrauimus. Angleriam nũc Bonromæi patritia gens Mediolanenſis poſsidet. Ab ea per ripam lacus in hac peninſula Rancotiũ ſequitur. Tum ſe ripa curuat, medioq; ſinus illius eſt Incuſa, ſummo in cornu Iſpratium. Succedit oſtium foſſæ qua lacus Gauiratius in Verbanum illabitur, amnem Bociam nominant. Dein Arolum, & ad D. Catharinã, crepidineq; in ipſa propemodum è regione Palantiæ Cerotium. Hinc abſcedente paulatim flectenteq; ſe modicum ripa ſi procedas, oſtium occurrit exigui fluminis ex montibus ia ctí·poſteaq; rurſum in excurrente ripa Lauenum, & vlteriùs parui item amnis cõfluens vbi Vallis Traualia conſpicitur haud inamœna·ſupraq; lacum olim propugnaculũ erat priſcum, Arx Vallis Traualiæ, quam annis ſuperioribus Heluetij cũ hæc loca cepiſſent, euertère. Decliui in ripa Geminus lacus eſt vt doctiſsimus Alciatus vocat. Fauces hìc Treſſæ cernuntur quam è Lugano lacu vomi docuimus. Poſt eum amnem Luinum & Dogmentia·mox vbi continens vtrinq; quàm maximè procurrit, & anguſtiſsimum efficit lacum hac parte, Machaneum, patria Dominici Machanei viri cum ſapientis prudentiſq;, tum egregiè græcis & latinis literis quemadmodum abũdè ſcriptorum eius monumẽta teſtantur, exculti. Magnã profectò laudem atq; commendationem à ſingulari in patrium ſolum amore ac ſtudio meruit, cuius deſcriptionem ſingillatim miraq; diligentia peregit. Sequitur aperiente ſe ripa Mons Scopatiolus, & in curuatura lacus quæ ventrem delphini refert, Poggium·in capite pinnæ quam continens emittit, Saxum Pini. Incipit hìc ripa directa vſq; ad Magadinum. Poſt ſaxum Pini Zena, deinde Martinio & Viratium, & in capite tanq̃ ſub delphini roſtro Magadinum. Mox Ticini oſtiũ quo lacui infertur. Quòd Blondus in Italia ſua ſcripſit Ticinũ ex Alpibus Graijs profluentem priùs in lacum Sebinum qui nunc Iſæus eſt, deſcendere, quàm ad planitiem perueniat, falſum eſt·quoniam Sebinus lacus vltra Bergomum, vti oſtendimus, ab hoc amne quàm maximo interuallo diſtat. Putamus autem errorem aſſcribẽdum librario, qui pro Verbano Sebinum exarauerit: idq; magis vt exiſtimemus facit quod additur, Magadinum oſtio Ticini in lacu propinquum eſſe: nam cum ad Sebinum locus ſit nullus Magadini nomine, palam fit non Blondi, ſed ſcriptoris lapſus. Id Dominicus Machaneus non videtur animaduertiſſe, quum in libris errore notato vehementiùs in Blondum inuehitur. Dextra Ticini ripa ſurſum

vicus

vicus inuenitur Cratius, vbi virginum ſacrarum cœnobium· dein Oſſonia Blaſca
que· mox oppidum munitiſsimum Belinciona; quod Paulus Diaconus & Grego
rius Turonenſis caſtrum Bilincionis nominant, ſed Bonauentura Caſtilioneus in
libro de Gallorum Inſubrium ſedibus etiam Berinzonam, Bellizonam, aut Bellin
zonam appellari perhibet, id eſt Breunorum caſtrum, vel Breunizonam, tanquam
Breuni agri Zonam. Situm eſt in faucibus, montem præcelſum habens à dextra,
collem in læua cum firmiſsimo muro qui ab arce modica montis alti coniuncta
radicibus, ad aliam maiorem in colle poſitam pertingit· à qua Ludouicus Sfortia
Mediolani Dux murum craſſum pedes VII. in longum XVI. ſtadia duriſsimo ex
ſilicæ duxit per eam planitiem, non minori ſumptu, quàm induſtria, cum oppor-
tunis etiam ad operis tutelam & munitionem turribus. Pręterea quoq; tutiſsimá
arcem in dextra Belincionæ conſtituit Saxum Corberium. Opus id eo conſilio fe-
cerat Ludouicus, vt hoc propugnaculo tanquam obice furor Heluetiorum repri
mi frágiq; poſſet, qui excurſionibus hàc irruere vaſtareq; paſsim finitima ſolebāt:
ſed poſtq̃ ab ipſa gente Gallis proditus ad Nouariam fuit, ea rurſus tractum hunc
vniuerſum cepit, & partē muri deiecit· cuius etiam deinde partem fluminis Breu-
nij inundatio ac violentia ſubuertit. De cætero in dextra Ticini ripa mox amnis
oſtium Muetij, cuius à dextra Vallis Meſauca, mōtes inter altiſsimos aſperrimoſ-
que concluſa. Populos inter hanc Vallem & Belincionam medios Plinius a Me- *a lib.3.*
ſaucos vocat, quanquam mendoſi codices Hiſarci habeant vti etiam Ægydius *cap.19.*
Tſchudus animaduertit. Muetij ripa ſurſum incedenti Rogoretum offertur in pla
nitie, cum arce munitiſsima. Læua fluminis in Vallem Carangam faucibus peran
guſtis ac difficilibus peruenitur. Secundum amnem pergenti Meſaucum in mon-
te apparet arx permunita. Quondam ſitus hic omnis ditione nobilis familiæ Sac-
corum Mediolanenſium habebatur· at pòſt ad Triuultios nobilem quoq; Medio
lani gentem peruenit. Vltrà mons eſt Culmen Locelli, vel D. Bernardi dictus à pa
go quodam in vallis huius aditu poſito. Rurſum poſt confluentia in Ticino Mue
tij deorſum Ticini dextra, fluminis oſtium ſequitur octauo à Belinciona lapide
Breunij, quod ex Monte Lucumone profluit, vbi terminus Adulæ, principiumq;
Summarum Alpium quæ nunc D. Gothardi ſunt, vti paulo infrà demōſtrabimus.
Ager circa fluuium hunc Vallis Breunia dicitur, nimirum ab ipſo amne Breunio·
pertinet ad Coiratium verſus P.M.XVI. Plinius b incolas Breunos nominat, Val *b.lib.3.*
li Meſaucæ finitimos, & Lepontijs de quibus paulo pòſt agemus, attributos. Pto- *cap.19.*
lemæus Brenoros memorat non hoc Italiæ tractu, ſed inter Oenum & Licum: Pli
nius autem Breunos in hoc Alpium latere quod Italiam ſpectat, ponit, ac deinde
Vindelicos ſeparatim nominat. Superioribus annis cum violentia terræmotus
abrupta montis pars ſubiectam vallem quam percurrit Breunius, obſtruxiſſet,
concluſus tum & obſeptus amnis latiſsimum altiſsimumq; lacum hîc creabat in-
ſigni cum detrimento colonorum, è quibus multi aquis hauſti, laribusq; ac focis
exuti tum ſunt: ſed cum paulatim ſtagnantes aquas imbibens terra molleſcensq;
vim ac molem tantam ſuſtinere haud poſſet, ideoq; demum viam exitumq; ſibi
lacus aperuiſſet, ingenti impetu & abundantia prorumpens longè ſupra veteris al
uei quo fluuius in Ticinum exonerare ſe ſolebat ripas diffuſus, plurimum locis
finitimis damni dedit, parte quoq; magna muri illius apud Belincionam à Ludo-
uico Sfortia facti rupta proſtrataq;. Dein ab hac valle ſecundum Breuni montis
qui Summis Alpibus annectitur, læuam, Vallis aditur Lepontina, ſic à Lepontijs

 habita-

habitatoribus dicta, quos Tauriſcorum populum fuiſſe paſsim his iugis & conuallibus inſidentem auctor eſt Cato. Tauriſci gens erat Gallicana, quæ multo tempore poſt primorum Gallorum in Italiam aduentum nuſquam alibi repertis ſedibus in hæc montana conceſsit, vt Aegydius Tſchudus perhibet. Itaq; Lepontij tractum hunc incoluerunt, nempe ſummitatem Alpium valleſq; finitimas inter Heluetios, Sedunos, Salaſſos, Inſubres, & Rhetos, inſuper etiam vltra montes vti Polybius indicare videtur cum ſic ſcribit. In Alpibus ab vtroq; latere loca montoſa habitant ad eam partem quæ verſus Rhodanum & Septentrionem ſpectat Galli, qui Traſalpini appellantur: ad eam verò quæ campis imminet, Tauriſci, Agones, & alia pleraq; barbarorum genera, à quibus tranſalpini non genere, ſed differentia loci diſcrepant. Sic memorat Aegydius. Strabo [a] de Lepontijs in hanc ſententiam ſcripſit. Supra Comum ad Alpium radices Rheti iacent, & Vennones ad orientem verſi. Alia ex parte Lepontij, & Tridentini, & Stoni, & alij cóplures populi parui, qui ſuperioribus annis inopes latrocinabantur. Ita Strabo: ſubijcitq; poſtea Lepontios cum Camulis ad Rhetos pertinere. Dextra Ticini, vt ad inſtitutum reuertamur, læua vero montis inter vallem Breuniam & Lepontinam ſunt Poleſenum, Capenium, & Faiſium ſupra Belincionam P.M.XVI. Tum aſperrimo monte Plontino in totum inani tranſito, per Vallem ad Airolum deuenitur iuxta radices altiſsimorum montium: quibus aſcenſu dein P.M.V. tramite peraſpero difficiliq; cum gradibus opere factis per montis latus, ſuperatis, vbi pontibus etiam Ticinum inter has rupes abruptas delabentem quibuſdam locis traijcere neceſſe eſt, vltimæ demum eius editiſsimi montis fauces ſuccedunt, cum exigua valle quæ religioſiſsimum ſacellum D. Gothardi habet, vnde nunc montis appellatio, veteribus præcipueq; Cæſari ſummarũ Alpium nomine dicti. Poſt eam ædiculam inter præcelſa iuga læuorſum haud procul modicus inuenitur lacus, in quem ab hoc latere peralti præruptiq; iugi montis laceris aquæ confluunt. Oritur illius ex montis gremio Ticinus, pauloq; vlteriùs Athiſo, quo de poſteà dicetur, in aduerſa verò parte Rhenus, Iſaria, Rhodanus, quorum omnium fontes ambitu P. M. non amplius X. complectuntur: quanquam directò per tranſuerſum inter eos vltrò citroq; commeari nequeat propter inuia culmina, rupeſque præcipitijs horridas. Faucibus harum Alpium quæ nunc D. Gothardi vocantur altiſsimæ, Mediolanenſis diœceſis & item Italia finitur. Itaq; cum ad Ticini fontẽ vſq; penetrauerimus, conſequens eſt vt deinceps ab eius è Verbano exitu læuam partem lacus tractumq; finitimum perſequamur. Exordium autem huius inſtituti à Ciconiola faciemus in ripa Ticini circa principium ſita lacus, qui Ticinum ipſum effundit alueo mirè directo, quem à Longobardorum regibus cum tortuoſum priùs flumen eſſete, geſtum annales Mediolani perhibent. Incipit igitur ad Ciconiolam Verbanus diffundi: cuius oram læuam plurimis vicis, pagis, oppidis, vallibus lacubuſq; frequentem vt ordine dicamus, rationem ipſarum gentiũ quæ hæc incolunt ſequentes, quadrifariam deuidemus, videlicet in agrum Aroneſem, & Intratium, & Canobium, & Locarnatem: quarum partium oppida propemodum æqua inter ſe diſtantia ſunt, ipſi Burgos & Plebis capita nominant, ſub quibus vici pagiq; tam inter montes & in conuallibus, quàm ad ripam ſiti plurimi cenſentur. Itaq; ſupra Ciconiolam vbi creſcere lacus incipit, moxq; ſe flectit, in promontorio quodam à Ciconiola quarto lapide, nobile caſtrum eſt & munitiſſimum ſupra ripam Arona, cum portu infrà maximè tuto. Difficili etiam & præcelſo

[a] lib. 5.

celſo in monte qui lacum ſpectat, arx eminet tam ab natura loci, quàm operibus inuicta, nimirum ſi res ad tutelam neceſſariæ defenſoresque non deſint. Compertum id anno poſt C.N. MDXXII. cum ab exercitu Gallico XV. ingentibus tormentis inſtructo dierum XXXVII. ſpatio nequicquam obſeſſa grauiter oppugnataq; eſt. Oppidum Arona prominentis in oræ capite ſitum vti diximus, ferè exaduerſum eſt Angleriæ quæ ripam alteram inſidet. Incipit hîc ſinus vaſto perpetuoque lacus receſſu ſecúdum quem per agrum Vergantem, is Aronenſis pars eſt, moxque per continentis inſtar cubiti flexum quo ſe ripa rurſum protendit, ad Leſſam deuenitur propemodum è regione poſitam Iſpratij. Commendat eam vini nobilitas. Sequitur in ora non procul Bugiratium. Deinde procurrens iterum ripa cubitum figurare videtur, vbi circa flexum montis ad læuam eſt Streſſa. Procedenti per oram quà maximè patet ſinus, iuxta finem eius itemque montis, duæ apparent in lacu non procul à terra modicæ inſulæ, quas piſcatores inhabitant. Mox in extremo receſſus angulo Margotium verſus (relicto nimirum Feriolo quod eſt oppidnm antiquum in colle) fluminis Athiſonis oſtium ſequitur: hinc poſt eius foſſæ qua ſe lacus Margotius in Verbanum exonerat, fauces, redit inflectiturque continens, vbi exaduerſum ferè Streſſæ vicus Palantius admodum frequens eſt, qui ſuum agrum non habet, quoniam antiquitus ad Feriolum pertinuit, dein autem contributus Intratio fuit. E regione vici Palantij non procul à ripa quædam in lacu eſt inſula: mox inter Palantium vicum & Streſſam medio ferè ſpatio alia, cui Lancilottus Bonromæus Mediolanenſis patritius ſumptuoſiſsimam villam cum hortis peramœnis inædificauit. Vltra Palantium continens alium efficit cubitum, flectique lacus incipit, in qua curuatura cœnobium eſt D. Bernardini, monachorum Minorum ſplendida domus. Sequitur amnis in lacum ex Monte Rubro deſcendens: tum Intratium: mox flumen aliud ex Intratia Valle. Deinde per oram ſinuoſam incedenti Bigniciolum, Viſatium, Eugiabium, alijque pagi dœceſis Nouarienſis occurrunt. Anconem dehinc creat lacus, vbi fluminis quibuſdam confluens, itemque Canerum oppidum amœna in planitie fructiferis arboribus, præcipueque citris, limonibus, medicis, & id genus alijs plena ſitum, vino etiam nobile quod colles ad Auſtrum conuerſi generant. Inflectitur hîc dein ora, nec procul in lacu multæ connexæ cernuntur inſulæ modicæ, Malpagam vocant, vbi quondam munitiſsimum caſtellum Beccarij quidam fratres cognomine Maciarditi finibus Canobij orti poſt Ioannis Galeatij Vicecomitis primi Mediolani Ducis exceſſum condiderunt, locumque Malpagam dixère: qui deinde latrocinia finitimis in agris agitantes, tantum ſibi diuitiarum & potentiæ comparauerant, vt Friderico III. Cæſari iter hàc à Belinciona Romam imperij ſolennium capiendorum gratia facienti quidam ex ijs Antonius inſigni cum comitatu obuiam profectus eum magnificentiſsimè exciperet, ampliſsimiſque muneribus ornaret: quamobrem tum ob ſummum ſplendorem ab Imperatore Comes appellatus eſt. At cum poſtea Philippus Vicecomes Dux Mediolani de flagitijs eorum & rapinis certior factus quadringentos armatos ad expugnandum locum miſiſset, obſeſsi toto biennio, ſummaque demum annonæ penuria victi deditionem hac lege fecerunt, vt rebus capitibuſque ſaluis excedere liceret: ac ita digreſsi partim ad Intratium, partim ad Verallum, alij aliò conceſſere: quamobrem tum Dux Philippus arcem excindi iuſsit. Eodem tamen in loco poſtea MDXIX. à C.N.

MMm 4 anno

anno Ludouicus Bonromæus nouam ædificauit arcem nomine Vitalianæ, verſibus his aditu exornato.

Vitaliana vocor Verbani turris in vndis
Edita, primariæ nomina ſtirpis habens.
Me Ludouicus ſic Bonromæus in altum
Extulit, vt pateat Vitalianis honos.
Simq; locus fidis ſemper patefactus amicis,
Hoſtibus at noſtris ſim moribunda lues.

Deinde tranſmiſſo lacus altiſsimo gurgite circa pręcipité ſcopulum qui in aquas inſtar promontorij excurrit, Carminum edito in loco cernitur, moxq; pulchrum D. Euſebij fanum monaſteriumq; in colle non procul Canobio: tum poſt caput ſaxoſæ rupis ipſe Canobius pagus cum portubus in lacu turribusq; præcelſis, & nobiliſsimis paſsim per vicos ædificijs potius honeſtæ ciuitatis quàm pagi formam refert: tam enim eſt lautus, opulentus, ac frequens locus. Ingenia profert eximia ſeu ad literas, ſeu ad mercaturam applicentur. Inter cæteras autem fundatas familias illa nobilis eſt Iulia, cuius alumni aliquot non pridem domicilium Bononiam tranſtulere, ciuitateque donati propter ſumma merita ſunt: ex quibus eſt Iulius tum iuris, tum aliarum diſciplinarum peritiſsimus, et elegantis ornatique virtutibus ingenij vir, cui nos plurimum debemus ob communicata nobis ſua ſcripta, præcipueque de Verbano lucubrata. Perantiquum eſt Canobium, & in ſuo iure ſub auctoritate tamen imperij Romani: quo ſtatu tum ſe, tum agrum vniuerſum adiunctoſq; ſibi pagos & vicos hactenus creatis cũ ſumma poteſtate Prætoribus gubernauit. Anno à C. N. M D X X I I. ſignum hic Chriſti de cruce dempti, nudi, & ante matrem diſcipulumque Ioannem mœrentes poſiti, multis diebus ſanguine ſudauit, horribilique prodigio cruorem etiam ex aperto latere miſit: quo fortaſſe clemens Deus præmonſtrare mortalibus voluit ingentes calamitates, ruinas, & vaſtationes Italiæ, præſertim verò Lombardiæ iam tum imminentes, vti mox conſecutæ ſunt, quod in noſtris Ephimeridibus latinis exactè demonſtratur. Illius aũt prodigij cauſa maximus huc hominum cõcurſus tum vndiq; fiebat: plurimiq; ſingularia conſecuti ſunt à Deo munera: quamobrem ex oblationibus auguſtum mox hoc in loco templum ædificatum. Poſt Canobium amnis cuiuſdam in lacum illabentis oſtium ſequitur, vbi cubitus ingens lacus incipit, in cuius ſummitate quatuor à Canobio P. M. Briſacum eſt è regione propemodum Saxo Pini. Medio huius interualli modicæ iacent inſulæ duę, quõdam habitatio cuniculorum, ac item à Ruſcis poſſeſſæ. Dehinc ad illum oræ prominentis flexũ procedẽti, circa curuaturæ principium in planicie pagus occurrit Aſcona, quondam maximè frequens, opulentiſsimus & latiſsimus: quemadmodum antiquorum ædificiorum veſtigia, ruinæq; murorum peringentes indicant. Procurrit hinc continens inſtar peninſulæ. Tum in eius reditu ſurſum Madiæ fluminis ex Alpe D. Gothardi per vallem Madiam qua de poſteà dicemus, in lacum deſcendentis oſtium. Promontorium hîc in lacum tam procul excurrens, vt ad medium ferè perueniat, amnis efficit Madia: quo terram ſimul deferente paulatim vt in formam peninſulæ continens creſcat, accidit. Supra ripam deinde ſinus qui roſtrum delphini figurare videtur vti priùs docuimus, ab Aſcona ſecundo lapide Locarnum eſt, pagus ampliſsimus & frequens in diœceſi Nouocomenſi. Fuit hæc olim Ruſcarum ſedes ac domicilium, qui munitiſsimam arcem adiecerant loco, non

nonpridem ab Heluetijs cum hunc tractũ cepiſſent anno poſt C.N.MDXXXII. deletam. Relicta tum hac plaga cum Roncis Fragiæ nobili vino fœcundis, circa poſtremum lacus angulum in planitie reperitur Gordula, prope Verciaſcæ fluminis anguſta præcipitiq; valle Verciaſca partem eius læuam tenente, deſcendentis oſtium. Hoc flumine tranſito campus latitudine millium duorum aditur, inter Ticinum qui dextram, & montes altiſsimos qui læuam claudunt, quos ipſa planities & Vallis Verciaſca ſtringit. Hinc à lacu per eos cãpos læua Ticini ripa ſurſum incedẽti Coniaſcum occurrit, vbi artificioſæ piſcinæ trãſuerſo in Ticini alueo tructis alijsq; piſcibus capiendis fabricatę. Sequitur eodem itinere Belinciona, moxq; Lepõtina vallis, de qua ſuperiùs locuti ſumus cum partem eius trans Ticinum diximus. Dein montis apparet latus vnde Ludouicus Sfortia, Mediolani Dux quædam natura varia tanquam ſi veris teſſellata diſtinctaq; carbunculis forent, marmora columnasq; deſumpſit ad ornanda caſtelli Mediolanenſis portæ Iouiæ nobilia conclauia. De cætero Alpis D. Gothardi eſt vnde Ticinum paulo antea diximus oriri. Tranſuerſo per hæc iuga tramite iuxta latus montis laceris quem ſuprà commemorauimus, Dolia Vallis aditur, ab amne Dolia qui ex monte per eam Madiæ flumini illabitur, appellata. Pertinet vſq; ad Locarnum. Habet Vegnoium Cordaucum, Conum, Sumanum, Suncum, Mogenum, Laueleriam, Brontalium, Marcionium, Broilum, Sornicum & Fuſium. In dextra fluminis vicus eſt Madia, Vericinum, & Vallis Rouana. Tum à Locarno flexu dextrorſum Vallis Caſearia peragratur, & item Antigoria. Dein relicto monte lacereà dextra, celſiſsimisque Vallis Madię iugis ab lęua, Vallis obitur Luſernonia, Cẽtumq; valles iuxta Canobium. Ab Antigoria multo latiùs planiusq; ſe vallis pandit cuius in dextra Creuola mox fluminis Athiſonis fons ad altiſsimam D. Gothardi Alpem. Læua Creuolæ Doueriam amnem Athiſo recipit. Doueria de Monte Scipionis vt aliqui latinè vocant, vel vt Bonauentura Caſtilioneus, Sempronij, præcipitat, perq; vallẽ hanc rectam cui Douerię nomen facit, ad Creuolam euoluitur, vbi per vallem Mõtisq; Scipionis iuga Brigam & ad lacum Lemanum via patet. Iulium Cæſarem hàc in Heluetios profectum celſi montis ſupra Creuolam iugo cæſo quà ſarcinarium duci iumentum poſſet, eiuſque rei memoriam ipſis cotibus inſcripſiſſe, nec iam literas ob antiquitatem apparere, quãquam ſigna quædam & veſtigia pauca maneant, nonnulli tradunt: alij verò Cæſarem in Heluetios non hàc, ſed per Caturiges penetrauiſſe contendunt: qua de re iam plura dicere haud libet. Heluetios hac via temporibus Ioannis Galeatij Sfortiæ Mediolani Ducis tranſgreſſos, illum iuſtis copijs oppoſitis ad anguſtum Creuolæ pontem magna cum hoſtis ſtrage ac detrimento fugauiſſe poſt C.N.MCCCCLXXXVII. anno, IIII. Cal. Maij Corius auctor eſt. In valle quæ iacet è regione læua Vigletij, Vallem Canobiam attingente, Veggetia vallis proſpectui patet, quã amnis Lamietia percurrit, è præcelſis iugis in Madiam defluens. Eſt hæc conuallis in medio longarum faucium & aſperrimarũ rupium editiſsimo frigidiſsimoq; ſitu: quamobrem hoẽs alit admodũ agreſtes ac duros ingenijsq; vaſtiſsimis: ex quibus eſt genus illud rude, q̃ per vniuerſam Europam oberrãs caminis euerrendis operam locat. In Valle Rouana Cerentinum, Ruſcum, Caprinum, Campus, & Bugnaſcum ſunt. Dein ad Athiſonem amnẽ deſcẽdenti millib. infra Creuolã duobus latiſsimo planiſsimoq; vallis loco Domodoſcella caſtrũ apparet. Id Oſcellã eſſe quã Ptolemæus in Alpibus Scutijs iuxta Lepõtias nominat Blõd., Machane., Tſchudusq; volũt: quanq̃ diuerſum alij ſentiant,

ſentiat. Ego Blondum eiuſq; ſuffragatòres ſequor ob Lepontiarum Alpium quas Ptolemæus citat vicinitatem. Auctores Oſcellæ Cato tradit Oſcos, vnde quoque nomen ortum ſit: nos tamen Oſcorum gentem in hanc Italiæ partem migrauiſſe nuſquam reperimus. Domodoſcella honeſtum & frequens oppidum cum arce munitiſsima eſt, media in valle montibus vndique conſepta. Tſchudus a libro de gentibus Alpinis Domodoſcellam ab æde collegiali quam Itali vulgo Domũ vocant, tanquam Domũ Oſcellę dictã ſcribit. Tota vallis ab ipſo etiam oppido Domodoſcellia nominatur. Inferiùs olim arx in colle fuit Mattarella, quam Heluetij deiecere. Tum flexu ſecundum amnem læuorſum vltima conuallis eius cũ Antrona flumine relinquitur. Hæc plana quidem eſt, ſed anguſta, horrida, & inanis: lapidem habet qui in vaſa cauatur ad vſum coquendorum eſculentorum. Equidẽ admirationis eſt res ſummæ qui tanta copia torno figurari ex ſaxo vaſa queant. Maximum hinc quæſtum exportatis in omnes Italiæ partes operibus incolæ vallis faciunt: eaq; ratione quęſita pecunia cum ſterile omnino ſolum habeant, annonam aliunde ſibi comparant. In dextra Vallis Anciaſca cum amne eſt, vbi via difficilis inter aſperos horridosq; montes ad vallem Auguſtam vſq;. Dein è regione faucium vallis Anciaſcæ, læuà, propter Athiſonem Voconia cernitur ad montis radices muro ſepta, cum arce permunita. Vallis hîc apparet Vgonia, quam veteres Agonum dixiſſe perhibet Tſchudus ab illa gente Gallica, quæ poſtrema aduenarum tranſcẽdit in Italiam, nec alibi ſedibus inuentis huc conceſsit: cuius etiã mentionem facit Polybius b inquiens. In Alpibus ab vtroq; latere loca montoſa habitant ad eam partem quæ verſus Rhodanum & Septentrionem ſpectat, Galli, qui tranſalpini appellantur: ad eam verò quę campis imminet Tauriſci, Agones, & alia pleraq; barbarorum genera, à quibus tranſalpini non genere, ſed differẽtia loci diſcrepant, ideo tranſalpini dicti quia trans montes colant. Ita Polybius. Enimuero Tauriſci dein hinc in Stiriã migrauere ſolis Agonibus relictis, à quibus nomẽ remanſit valli, quam poſteriora ſecula corruptè Vgoniam appellarunt. Oppidũ Voconia millibus VII. ab Oſcella diſtat. Secundo per hunc tractum lapide Gandolia, item Ornauaſpus apparet, quo ex monte candidum marmor cæditur ad ædis Mediolanenſis ſplendidiſsimum ædificium. Deſcenſu inde paſſ. millium duorum iuxta lacum propter altum montem Margotium, cum alio colle modico qui inter lacum eſt Margotij, flumen Athiſo labitur Verbanum ſubiens in campis iuxta Feriolum & Vicum Palantium vti prædiximus. Vicinum Margotij monti lacus eſt, Margotius à monte cognominatus, longitudine mille paſſ. ſed ambitu MD. continens, qui in Athiſonem haud procul Verbano ſe exonerat. Amnis Athiſo quem nunc Toſam vocant, nobilis ille eſt in veterum monumentis Cimbrorum clade, quos ad Athiſonem C. Marius is qui ſeptimùm Conſul fuit, cum Q. Catulo Collega cæſis ad C X L. mill. captisque ad LX. mill. deuicit, vti Plutarchus in vita Marij ſcribit. Idemq; de Athiſone in Apophtegmatis, Catulus Luctatius inquit, cum bello aduerſus Cymbros ad Athiſonem flumẽ caſtra haberet, & Romani quoniam barbaros ad tranſitum niti intuerentur, cederent, vbi eos detinere non poterat, tendit ad primum curſim abſcedentium agmen, ne Romani fugere hoſtes, ſed imperatorem ſequi viderentur. Ita Plutarchus. Florus tamen de Cymbris victoriam à Mario Catuloq; patratam ad Atheſin amnem ſcribit: qua in voce nos vitiatum eius codicem putamus inſcitia librarij, qui commutatione facilima pro Athiſone Atheſin ſcripſerit. Error is contigit ignoratione fluminis Athiſonis

a. cap. 32.
b. lib. 2.

Athiſonis ac item locorum per quos in Italiam tranſcenderunt Cimbri: nam
cum illi ſedibus ſuis relictis quòd eas Oceanus demerſerat, in Hiſpaniam primùm
eſſent profecti, at Celtiberorum inde armis pulſi Galliam petiuiſſent, ibique
cum Teutonis & Tigurinis cõiuncti ſic in Italiam penetrauerint, vti perhibet Li-
uius *a*, magis hercule videntur hac via per Oſcellam irrupiſſe, qua in Galliam pa- *a. lib. 6. 7.*
tent Alpes tramite cæteris breuiori, quàm tot aſpera difficiliaque montium iuga
per anguſtas & præcipites Alpium Tridentinarum ſemitas ad Atheſim traſcundi
cauſa circumiuiſſe. Cõfirmat hanc ſententiam quod Plutarchus ſcribit, Marium
ſuperatis Teutonibus cum ad eum legati Cimbrorum ad petendas ſedes acceſsiſ-
ſent, æquum ſibi videri reſpondiſſe vt ad amicorum colloquium admitterentur:
moxq; Teutonum reges in Sicianis Alpibus captos produci iuſsiſſe, quibus con-
ſpectis Cimbri nimirum intellecto ſociorũ interitu, profugerint. Iam porrò cir-
ca Tridentum nulli reperiuntur populi Siciani, quos in agro Nouarienſi eſſe con-
ſtat, nempe vallis incolas Secianæ, quam amnis Secia, nũc Senza vulgò, percurrit,
vnde nomen retinet. Præterea Dominicus Machaneus in Nouarienſi pugnam
Marianam cum Cimbris factam adhuc quorũdam ibi locorũ nomina teſtari ſcri
bit, vtpote Randium, quod nunc Robium ſeu Rodobium vocant: item Camaria-
num, id eſt Arx Mariana, vel Caſtra, vel Arcus Marianus, quarto ab Nouaria la-
pide. Sylua Venia, Romanianum, & Blandrate, quod ita pro Flandrate nunc di-
catur, nimirum à Flandria, memoriamque Cimbrorum ſeu Flandorum teneat.
Verumenimuero nobis hoc allucinari Machaneus videtur de Blandrate, pro Flan
drate id dici à Flandria: primùm quia Plinius *b* etiam huius oppidi mentionem in *b. lib. 3.*
Liguria cum B, littera facit, inquiens: Ab altero latere ad Padum amnem Italiæ *cap. 5.*
ditiſsimum omnia nobilibus oppidis nitent, Libarna, Dertona colonia, Trica,
Barderate (quo tamen in loco mendum eſſe puto, legendumque Banderate, ſicut
etiam Volaterranus *c* videtur velle) ſecundò quoniam Marij temporibus Cim- *c. lib. 4.*
bri non dicebantur Flandri. Conſtat igitur ex ſuperioribus, non procul Athiſo- *c. v.*
ne flumine quod nunc Toſa, Cimbros iuxta caſtellum quoddam in Alpibus ca
ſtra habuiſſe, non autem ad Atheſin, agri Tridentini: finitumque bellum in agro
Nouarienſi ac locis finitimis vti oſtendimus. Anthiſonem ex monte Iacere non
procul ab illo modico lacu ſupra D. Gothardi ſacellum oriri iam anteà diximus:
priuſquam autem eo tractu quem deſcripſimus in Verbanum euoluatur, læua
parte iuxta Feriolum Stronam amnem excipit, quo ſe mille paſſ. à Verbano la-
cus iuxta Omeniam Ortanus exonerat. Idem etiam D. Iulij nominatur ab
æde in lacus inſula ſita D. Iulio ſacra, quæ ſanctas eius reliquias habet, ma-
gniſque miraculis operante propter illius Diui merita Deo nobilitatur, præſer-
tim autem eiectione malorum dæmonum ex hominibus. Inſulæ lacus huius D.
Iulij Paulus Diaconus *d* quoque facit mentionem, Minulphum inſulæ ſancti Iu- *d. lib. 4.*
lij Ducem ab Agiulpho Longobardorum rege quòd ſe Francis dedidiſſet, occi- *hiſt. Lõgo.*
ſum ſcribens. Ortani nomen lacus ab Orta caſtro quod in ripa eſt, tenet.
In longum millibus IX. in latum V. patet. Buſſonio Ortam millia tria
ſunt, Orta Omeniam ſena, deinceps ad Athiſonem quina. Extant etiam præ-
terea circa lacum hunc pagi, Menus Armenuſque ac alij, cum montibus in-
ter agrum Vergantem & Vallem Anciaſcam. Deinde ſecundum Athiſonis
dextram ſurſum Vallis Antigoria reperitur, & in læua, Vallis Vetus: tum mor.ti
bus tranſitis vltra Athiſonẽ Bagnana, porroq; Maginiaca, transq; mõtes Seciana,
de qua

de qua paulo pòſt dicetur. Sic igitur abſoluto Verbano cum cęteris qui iuxta ſunt lacubus, totoq; montano hoc & collino cum vallibus ſitu, nunc ad Lombardiæ planitiem cis Padum reuertemur, Italiæque reliquam hoc latere partem exdiemus.

LYBICI.

INitium nobis inſtituti huius deſtinamus Lybicos vt Ptolemæus, aut Libecios vel Lebetios vt Polybius, aut demum Lebuos vt Liuius eandem gentem nominat. Annius in Catonis fragmentis potius Lybicos quàm ſecus dicendum contendit, quoniam id nomen huic cis Ticinum genti ab Hercule Aegyptio Lybico remanſerit à quo nonnullæ huius tractus inſtauratæ vrbes fuere. Fines Lybicorũ decernimus ab oriẽte Senciam vel Sceſiã amnẽ, à meridie Padũ, ab occidente Duriã Baltheam, à Septentrione lacum Verbanum. Ptolemæus quidem Laumellum etiam vltra Vercellas & Seciam in Lybicis ponit: nos verò more veterum geographorum qui ferè fluminibus regiones prouinciasq; terminare ſolent, amne Secia gentem Inſubrium finire ac Lybicos incipere ſtatuimus: ideoq; Laumellum Inſubribus dedimus. Itaq; in Padi ripa poſt amnis Goniæ confluentia Senciæ vel Siciæ
a.lib.3. ſequuntur iuxta Bremidum oppidum vti prædiximus. Plinio a amnis Seſsithes vo
cap.15. catur. Profluit ex Alpibus ſupra Burgum per vallem Sceſiam cui nomen facit. Ab eius oſtio ſurſum læua ripa Balciola, mox Villa Noua, deinde priuſquam flumen
b.lib.5. Saruum excipiat antiqua ciuitas Vercellæ, ſicà Strabone b, Plinio, Ptolemæo, Ta
c.lib.17. cito c, Silio d, nominata, itemq; à Martiale e cum ad Domitianum inquit. Aemilię
d.lib.8. gentes & Apollineas Vercellas, Et Phaëtontæi qui petis arua Padi. De primis eius
e.lib.10. initijs variè proditum apud auctores inuenimus. Sicardus Cremonęnſis conditam ait à Venere nobili muliere Troiana, quæ cum Eltio filio ante ſupremum Troiæ excidium in hæc loca profecta iuxta Sceſiam amnem modicam vrbem ædificauerit, Vercellamq; tanquam Veneris cellam denominauerit. In Mediolanenſium annalibus ſcriptum reperi priùs vocatam Maropolam, pòſt à Bellouesſo primo Mediolani rege auctam Vercellas cœpiſſe dici. Alij alia, quæ cuncta commentitia fictaq; nobis videntur, ideoq; referre operæpretium haud putamus. At Plinius
f.lib.3. f grauis auctor in nona regione quæ Tranſpadana eſt, Vercellas Libitiorum ex Sa
cap.16. lijs ortas perhibet: vbi tamen Sallyis, aut Saluijs ſcribendum doctiſsimus Barbarus in caſtigationibus notat, quoniam Græci Sallyos & Saluios dicant: quinimo Salubijs & Saluijs rectiùs fortaſſe videtur legendum. Addit Barbarus inſuper eodẽ loco non Lebetiorum, ſed Lybicorum vt Ptolemæus hanc gentem nominat, itemq; Liuius, ſcribendum. Saluiorum quos veteres Græci Ligures dixere, ſedes in montibus ſupra Nicæam vſque Maſsiliam, & vlteriùs in rupibus circa mare de
g.lib.4. monſtrauit Strabo g: Sallyorumq; mentionem etiam L. Florus in Allobrogico
h.lib.61. bello, Saluiorum Liuius h fecit, Cn. Sextium Proconſulem deuictis Saluijs coloniam ædificaſſe ſcribens Aquas Sextias, eamq; ſic propter calidorum itemq; frigidorum fontium abundantiam nominauiſſe. Plinius Vercellarum auctores indicat Saluios: & quanquam aliter Annius eas primùm ſe putare conditas ſcribat à Thuſcis Alpium incolis, qui primi hæc loca tenuerunt, poſtea verò ab Hercule Aegyptio Lybico auctas, vnde genti cognomen Lybicorum acceſſerit, nos tamen Plinio cæteriſq; claſsicis auctoribus longè plus tribuendum quàm alijs arbitramur, quos ſæpe fabulas potiùs adulandi cauſa, quàm veritatis ſtudio ductos referre conſtat. Diximus in Nouaria quid de Venere Troiana filioq; Eltio ſentiamus, quod

quod hic repetere non attinet. De Vercellis finitimiſq; locis Facius[a] in hanc ſententiam ſcripſit. a.lib.5. Cant.5

Et ſic eam regionem peragrando
Tranſij malum oppidum Laueciarium, Nouariam & Vercellas,
Quæ primùm ædificandi parum fuere peritæ.
Totus ager partim planus eſt, partim collinus,
Cum ſonat iucundus eſt, itemq; plenus
Pane & vino & omnibus magnis pulchriſq;. Sic Facius. Apud Plinium[b] legitur extitiſſe tum legem Cenſoriã Victimiliarũ aurifodinæ quæ in Vercellẽſi agro cauabatur, ne plꝰ quinq; hominũ in opere publicani haberẽt. Ad Vercellas Caſtinũ Ioannis Tyrãni copiarũ Ducẽ ab Ardaburo Orientis rectore, q legatus erat Valeriani tertij Cõſtantis F. debellatũ ſcribit Blõdus[c] & item in hac vrbe Leo IX. Pont. conciliũ aduerſus Berengariũ Turonenſem Archidiaconũ habuit, q tum hæreſim qua cõmaculatus erat, hic abiurauit, vti in Decretis legitur. Vrbs eſt Vercellæ perhoneſta nobiliſq;, ac rebus omnibus ad vſum hominũ vtilibus affluens, vberrimo agro & frumenti, vini, cæterarũq; frugũ maximè fertili. Cũ priùs ex rudiũ ſeculorũ more non ſatis luculenter eſſet ædificata, ſuperioribus annis egregiè meliorẽ in formam redacta eſt, vt nunc ornata ſplendidaq; ſatis appareat. Bis quotannis nundinarũ conuẽtibus freq̃uẽtatur, quũ varijs ex partibꝰ huc mercatores negotiãdi cauſa, maximè verò re pecuaria lanariaq; confluũt. Diu quondã miſerè ciuiũ inteſtinis cõtentionibus afflicta fuit, partibus diuiſa videlicet Aduocatorũ & Titionũ, quæ ſæpenumero inter ſe dimicantes, ciuitatẽ in ſummas calamitates adduxere ſicut Merula ſcribit vltimoq; Principatũ tandẽ rapuerũt Aduocati circa MCCCX. à C.N. annũ vt Corius auctor eſt. Dein aũt vrbs in ditione Marchionũ Montisferrati nominatim Bonifacij tertij fuit, ac itẽ in Vicecomitũ Mediolani regulorũ ab Matthæo vſq; ad Philippũ Ducẽ à quo cum Amadeo primo Sabaudiæ Duci nomine dotis Mariæ filiæ quã is vxorẽ duxerat, tradita fuiſſet, n ẽpe MCCCCXXIX. poſt C.N. anno, ſic deinceps in hũc vſq; diẽ apud Sabaudiæ Duces ſtetit. Homines illuſtres q̃plurimos edidit, præ ceteris D. Euſebium Epiſcopũ, itẽ Ioannẽ Sextũ ordinis prædicatorũ antiſtitem ſummũ, virũ doctũ & ſanctum, præterea Gregoriũ ex eadẽ ſodalitate monachum, q per ſanctiſsimã vitã glorioſus adeo à Deo reddi meruit, vt eius patrocinio multa mortalibus munera diuinitus elargirentur, quemadmodũ in libris hominũ illuſtriũ ordinis prędicatorũ ſcripſimus. Vercellis etiã Barnabas familię prędicatorũ magiſter, plurimiq; militari virtute clari viri orti, ſicut inſuper hac memoria ſummũ patriæ decus & ornamentũ Hieronymus Titio monachus prædicator, & ingenij cãdore, & literarũ ſcientia maximè nobilis. A Vercellis læua Seſsithis ripa ꝓcedenti caſtellũ occurrit D. Germani, illuſtratũ ortu Antonij ex p̃dicatorũ ſodalitate, q MCCCCLVIII poſt C.N. anno Comi ſanctiſsimè defunctus, ibi miraculis claret. Sequitur Burgũ, dextraq; prope Saruũ amnẽ Andurnũ, & altiùs inter mõtes Bugiela, monachi Prędicatoris Auguſtini patria ſanctiſsimæ vitæ viri, qui in numero viuorũ adhuc agẽs tanta fuit apud Deũ Opt. Max. gratia vt ſuis precibus quędã hominibus ſingularia beneficia potuerit impetrare, quemadmodũ in libris hominũ illuſtriũ eius ordinis p̃ſcribitur. Mortẽ obijt Venetijs, bonorũ operũ multitudine cumulatiſsimꝰ anno à C.N. MCCCCXCIII. Læua dein Betullũ eſt vt antiqui dixerũt, nimirum ab arbore betulla quę ad vaſorum circulos expetitur, quemadmodũ doctiſsimus

b.lib.33. cap.4.
c.lib.2. hiſt.

NNn Alciatus

Alciatus perhibet. Rurſus tum in Padi ripa D. tamen amplius ab ora paſsibus Tridinium oppidum amplum, honeſtum, nec immunitum eſt, memoria Broliæ ſtrenui copiarum Ducis tempore noſtrorum auorum vti recentiores hiſtoriæ tradũt, inclytum, itemq́; ſanctitate B. Magdalenæ tertij Dominicani ordinis annis ſuperioribus qua de multis commemorari poſſet, quanquam nunc iam plura dicturi non ſimus. Eundem locum ortu maximè nobilitauit Nicolaus Falettus vir doct. & excellens poëta. Ditioni Mantuani Ducis cum Caſale tenetur. Præterea Padi item in dextra Moranum Fontanellaq́; ſunt caſtra, & eodem ſitu Palatiolum, altiusq́; Creſcentinum ad Duriam amnem haud ignobile oppidum, patria Vbertini Creſcentinatis doctiſsimi viri, quemadmodum Commentarijs in Valerium Max. & Epiſtolas Ciceronis familiares editis teſtatus eſt, qui noſtra memoria poſteritati clarus de vita deceſsit. Intus eſt D. Mariæ Locetinæ quondam nobile cœnobiũ à Montisferrati Marchionibus conditum, quo priùs magna monachorum frequentia rebus intenta diuinis habitabat, nunc pauci & mercenarij cõſident, quippe quia iure Commendationis habetur locus. Religionem eius ſummam ſatis adhuc indicat amplitudo veterum ædificiorum, quę nunc paulatim ruinis deformãtur. Vlteriùs inter paludes quaſdam oppidum eſt Liuurnum. Rurſus in ora Padi Duriæ fluminis oſtium quod, antiqui Duriam Baltheam dixerunt. Caput in Alpibus tollit non procul Haſturgia. Plinius a Duriam vocat, addẽs duos eiuſdem nominis amnes eſſe. Sunt inſuper iuxta fluuium hunc D. Georgij caſtellum & Salucia modica oppida. Sic abſolutis Lybicis quos Duria finit, deinceps ad Salaſſos tranſeundum eſt.

a lib. 3. cap. 16.

SALASSI.

EAm gentem à Tauriſcis ortam Plinius b in Gallia Tranſpadana, nona regione Italiæ tradit prætereaq́; Strabo c, Ptolemæus, & Appianus d Alexandrinus memorant. Terminos habebit ab exortu flumen Duriam cum Lybicis, ab Auſtro Padum, ab occaſu Duriam Ripariam cum Taurinis, Centronibus & Caturigibus, à Septentrione Alpes quæ Heluetios ab Italia ſubmouent, nunc Mons Iouis & D. Bernardi dictæ quemadmodum oſtendemus. Agrum hunc duabus Durijs incluſum hoc ſeculo Cannabeſium Italia vocat, ob cannabis vbertatẽ vt Merula e perhibet. Gentem eius ita deſcribit Strabo f. Salaſſorum regio magna eſt, profundam vtrinq; vallem agrumq́; claudentibus rupibus. Pars etiam eorum in editiora cacumina pertingit. Et paulo pòſt. Aurifodinas habent quas ipſi cum potentia valebant olim poſsidere, ſicut & ingrediendi dominium obtinebant. Magno illis Duria fluuius in effoſsionibus ærarijs auroq́; diluẽdo vſui eſſe ſolebat, quocirca paſſim deriuationibus communem alueum exinanibant, quod vt quibuſdam in auro conquirẽdo maximè erat fructuoſum, ſic aratores obrigationis facultatem interceptam afficiebat damno, cum fluuius exhauſtus tot aruis agriſq́; nequaquã ſufficeret. Ea de cauſa gens inuicem aſsidua prælia gerebat: ſed poſteaquam ditionis effecta eſt Romanorum, tam aurifodinas, quàm fundos amiſit iura tamen adhuc montium tenẽs, aquam publicanis & aurifodinarum redemptoribus vendebat. Hinc propter auaritiam publicorũ vectigaliũ aſsiduæ oriebantur diſceptationes, vnde magnæ occaſiones populi Rom. Prætoribus occurrebant ſuſcipiendi belli: tandem verò ad hæc vſq; tempora nunc oppugnati, nunc pace populo Romano cõciliati potentes tamen Salaſsi erant, multiſq; damnis intenti latrocinijs iter hàc agentes afficiebant, vſq; adeo vt etiam D. Brutum Mutina profugientem dragma virium

b lib. 3. cap. 16. c lib. 4. d de bello Illirico. e lib. 6 hiſt. Vicec. f lib. 4.

viritim data redimere ſe cõpulerint,& Meſſalam cũ his in locis hyemaret pro ca-
ptis ad cõburendum lignis,itemq́; ad haſtilia tyronibus exercẽdis vlmis pretium
pendère coëgerint. Cæſaris quoq; pecunias quandoq; diripuere, factisq́; ſemitis
aut iunctus ponte fluuijs p̃cipitiorum &rupiũ opportunitatẽ exercitibus oppone-
bant. Ad extremũ aũt Cæſar Auguſtus eos funditus deleuit,oẽsq́; ſub corona ven-
didit apud Eporediã Romanorum coloniã,ea de cauſa deductã vt propugnaculo
aduerſus Salaſſos eſſet. Iſta tñ clade nec tota natio potuit extingui, nã hominũ de-
inde millia cenſa fuêre XXXVI. quorũ millia VIII. arma ferre poterãt. Hos acie
victos Terentius Varro Imper. poſtremò ſub haſta cunctos vendidit. Hactenus
Strabo: nos particulatim Salaſſos dicturi principium à Duria faciemus, vbi Lybi-
cos paulo antè finiuimus. Itaq, à Pado læua Duriæ ripa ſurſum incedenti Verolẽ-
tum occurrit, altiusq́; Riparella, tum interiùs in montibus Iurea ciuitas,ab alijs
Lamporegiũ dicta, ſed Straboni Eporedia,quẽadmodũ & Tacito a ac Ptolemęo, a. lib. 7.
quanq̃ in eius codicibus mendosè legatur Eloredia. Plinius b auctor eſt oppidum b. lib. 3.
Eporediã Sibyllinis libris à Populo Rom. condi iuſſum· Eporedicas enim Gallos cap. 15.
vocare bonos equorũ domitores. Strabo quoq; perhibet Eporediã Romanorum
eſſe coloniam, in qua Cæſar Auguſtus Salaſſos deuictos habuit venales vti p̃dixi-
mus. M. Cicero multitudinis numero nomen vrbis effert, nã epiſtolæ cuidã ſic aſ-
ſcripſit. Datum in Eporedijs. Liber fiſci Romani Hipporegiã vocat, vti nũc etiam
indoctũ vulgus. Situ eſt edito duos inter altos colles, qui vallis Auguſtæ Prætoriæ
fauces efficiunt· arce ab læua munitiſsima imminente, vbi templũ ſummum, per-
uetus, Virgini Matri ſacrum, in quo D. Beſsi quondã vrbis antiſtitis oſſa conſer-
uantur. Intercurrit mediã amnis Duria, per quẽ celſiſsimo ponte ciuitas iungitur.
Agrum ab Auſtro nõ infructiferum habet, at Septentrionali plaga peraſperũ, vſq;
adeo vt vix caſtaneas ferat: paſcuorum tñ opportunitate cum anni tempus eſt, ad
rem pecuariam vtilis· vnde tum vellerum abundantia, tum lactis copia figurando
caſeo Salaſſo, ſic& olim, & hac etiã memoria nominato percipitur. Edidit Epo-
redia multos eximios homines, quorũ virtutibꝰ ac ſplẽdore fuit illuſtrata· nomi-
natimq́; gentem nobiliſsimã Ferrariorum, ex qua magnifici Pręſules cõplures or-
ti, nempe Ioannes Stephanus ob egregia merita in Cardinalium collegiũ ab Ale-
xandro VI. Pontif. adoptatus· cuius gratiſsimæ memoriæ gratia cum fato cõceſ-
ſiſſet, Leo X. Pontif. anno poſt C.N. MDXVII. Cardinalium ordini allegit Bo-
nifacium fratrẽ nulla parte deteriorem, qui dein anno MDXL. Legationem Bo-
nonienſem ſub Paulo III. Pontif. geſsit tanta humanitatis ac ſapientiæ commen-
datione, quãta Rectorẽ populorum optimum decere poteſt, Romam aũt peracta
p̃uincia reuerſus, mortẽ obijt. Eius in locũ dignitate familię ſumma ductus Pau-
lus III. Põtif. anno poſt C.N. MDXLIX. Philibertũ nepotem Cardinalem crea-
uit, quem tñ eodẽ anno fata intercepere. Præterea viros illuſtres multos vrbs hæc
tulit, quos alijs melius de virtutibus eorum edoctis cõmemorãdos relinquimus.
Eporediam vallis excipit Auguſtæ Prætoriæ quã ſuprà nominauimus, admodum
longa, multisq́; pagis inter illa celſiſsima iuga ſitis frequens. Tractus hic omnis
editiſsimis rupibus cõcluditur, inter quas maximus eſt campus, veteres Bardum
appellarunt, nunc Bart vocant, optimis fructibus nobiliq́; vino apiano ac alijs ge
neribus fœcundus. Medium amnis interluit Duria maior, vti etiam Strabo perhi-
bet. Patet hàc inter præcelſos montes anguſtiſsima via in Italiam vna, quæ deinde
bifariam ſuperioribus in locis diuiditur in iter id quod inuium iumentis per Al-

pium Pœninarum cacumina ducit, & alterũ planiùs maximeq́; frequẽs, quo per
clementiora iuga Alpium quæ quondã Graiæ dicebantur, etiã curribus penetra-
tur in Centrones. Ex Bardi planitie dein ad Auguſtã Prætoriam deuenitur, quam
ita Plinius regione nona, item Strabo ac Ptolemæus nominãt. In eã colonos Ro-
manos hominũ tria millia Cæſarẽ Auguſtum collocauiſſe, cum priùs hìc caſtra
habuiſſet Varro, à quo reliquiæ Salaſſorũ erant deletæ, Strabo ſcribit. Hinc igitur
Auguſtæ nomen accepit locus: quanq̃ id alij natũ dicant ab alio priùs Auguſtali
a. lib. 3. Prætore, quippe quẽ Auguſtus miſerat. Iacet ad geminas Alpiũ fauces vt Plinius *a*
cap. 16. ſcribit. Salaſſorum, inquit, Auguſta Prætoria iuxta geminas Alpium fauces, Gra-
ias atq; Pœninas. Inſcriptionẽ hìc in Alpium trophæo extitiſſe idem quoq; Plini-
b. lib. 3. us *b* memorat huiuſmodi. Imperatori Cæſari, Diui Filio Auguſt. Pontif. Max.
cap. 19. Imp. XIIII. Tribunitiæ poteſtatis XVII. S. P. Q. R. Quod eius ductu auſpicijsq́;
gentes Alpinę oẽs quę à mari ſupero ad inferũ pertinebãt ſub imperiũ Pop. Rom.
ſunt redactę. Gentes Alpinę deuictę, Triumpilini, Camunes, Vennones, Venone-
tes, Meſauci, Breuni, Naunes, Focunates, Vindelicorũ gentes quatuor, Conſua-
netes, Virucinates, Licates, Cattenates, Abiſontes, Ruguſci, Suanetes, Calluco-
nes, Brixentes, Lepontij, Iuberi, Nautuates, Seduni, Veragri, Salaſsi, Centrones,
Medulli, Vcenni, Caturiges, Brigiani, Sontiontij, Brondiontij, Nemaloni, Edem-
nates, Eſubiani, Veamini, Gallicæ, Triulatti, Ettini, Vergunni, Equituti, Neme-
rari, Oratelli, Veneſi, Velauni, Suetri. Subijcit inde Plinius adiectas nõ fuiſſe Co-
ctianas ciuitates XII. quæ nõ fuerant hoſtiles, ſed item attributæ municipijs lege
Pompeia. Sciendũ porro eſt elogium hoc plurimis locis vitiatum in Plinij codi-
c. cap. 34. cibus legi, verum à nobis ex Ægydij Tſchudi libro *c* de gentibus Alpinis emẽda-
tius noſtra quoq; ſententia deſcriptum eſſe. Conſtat igitur Alpes has iuxta fauces
vbi Auguſta Prætoria, veteres appellauiſſe Graias & Pœninas, nimirum Auguſtæ
dextra Pœninas, quæ nunc Mons Maior D. Bernardi & item Mons Iouis, læua
Graias, quæ Mons Minor D. Bernardi, itemq́; Columna Iouis, dicuntur. Pœni-
narũ nomen vnde fluxerit in diuerſum auctores trahunt. Sempronius ab Anniba-
lis, id eſt, Pœnorum qui Carthaginenſes, tranſitu natũ ait: quã & aliorum ſenten-
d. lib. 3. tiam fuiſſe docet Plinius *d*, his Annibalem tranſijſſe memorari ſcribens. Idem ꝓ-
cap. 17. bat Liuius *e*: attamen cũ inter oẽs conſtet, inqt, Annibalem poſtq̃ Rhodanũ tran-
e. lib. 21. ſierat magnã copiarũ partem amiſiſſe in Taurinis, quæ Gallis proxima gens erat
in Italiam digreſſo, eo magis miror ambigi quanam Alpes tranſierit: & vulgum
credere Pœnino, atq; inde nomẽ etiam iugo Alpium inditũ, tranſgreſſum. Cœlius
per Cremonis iugum dixit tranſiſſe, qui ambo ſaltus eum nõ in Taurinos, ſed per
ſaltus montanos ad Libuos Gallos deduxiſſent. Nec veriſimile eſt ea tum ad Gal
liam patuiſſe itinera: vtiq; cũ quæ ad Penninum ferãt, obſepta gentibus ſemiger-
manis fuiſſent: neq; hercule montibus his (ſi quẽ forte id mouet) ab tranſitu Pœ-
norum vllo Veragri incolæ iugi eius norunt nomen inditũ, ſed ab eo quẽ in ſum-
mo ſacratũ vertice Penninũ montani appellant. Nõ deſunt qui Penninas ab cel-
ſiſsimi cacuminis eminentia quo cæteras Alpes ſuperant, nominatas crediderint
tanq̃ Pinninas, qm̃ maximè qd elatum pinna vocetur. Nos hæc eruditis arbitrio
f. lib. 17. ſuo probanda relinquimus. Alpiũ Pœninarũ mentionẽ quoq; facit Tacitus *f*. Eas
poſteriori ſeculo Iouis nuncupatas, vltimoque D. Bernardi, iam diximus: illud
à Ioue quẽ hìc colebant, nomen profectũ, hoc à Bernardo ex Auguſta monacho,
viro ſancto, qui his gentibus euangeliũ Chriſti tradidit, & è tota regione Satanã
in al-

in altiſsimū ſpecū compulit quum iter hàc agētes palā infeſtaret occideretq́;. Monaſterium etiā hîc idē vir ſanctus poſt edita maxima miracula condidit, quò commodiùs inſeruire Deo poſſet, tandemq́; fato concedens monti nomen à ſe reliquit. Hunc porrò Pœninum eſſe vallis etiānum docet inter illius iuga Pelina nunc per peram errore vulgi ꝑ Pœnina dicta. Cōnectuntur ad Auguſtæ læuā Alpes Graiæ quemadmodū vocat Plinius, his Herculem tranſiſſe ſcribens: nunc mons D. Bernandini minor, itēq; Columna Iouis vti olim, nominantur. Patent ad Tarantaſiā in Centrones via, quæ ad Vallē quoq; Tarantaſiā ducit, per quā Iſaria fluuius inter Pœninas & Graias labitur. Valles hîc profundiſsimæ mirabili vbertate auri fœcundæ. Sequūtur mox Caturiges finitimi Cētronibus mōtis Cenisij, vel vt veteres dixère Coctiarū Alpium incolis. Itaq; Graias Alpes vel D. Bernardi minores, excipiunt Coctiæ, ſic à Coctio rege nominatæ, qui poſt domitos Gallos magnis lapidibus itinera per eas muniuit, quibus tū exercitus, tum alij cōmodè poſſent cōmeare. Præterea verò & XII. in iis cōdidit vrbes, Cæſaris Auguſti amicitia clarus vt Ammianus [a] Marcellinus memoriæ ꝓdidit. Coctias à Graijs Alpibus vſq; Bobiū pertinere, Genuamq́; cōplecti Paulus Diaconus & Luitprandus [b] Leuita Ticinenſis auctores ſunt. Hæc de montano Alpium ſitu quatenus ad Italiam pertinent dixiſſe ſatis ſit: quamobrē ad Duriā nunc amnē reuertemur. Eius in læua Mazadiū eſt. Dein relicta valle ac mōtibus rurſum in Padi ripa fluminis oſtiū inuenitur Orci, quod Plinius [c] Morgū vocat. Huius dextra nobile, frequens & opulentū oppidū eſt Danaſum, altiusq́; D. Martini, vnde Comitū Sanmartinorū magnificæ ac illuſtris familiæ nomen, ex qua plurimi ſummi duces ꝓdierunt. Læua Morgi Clauaſiū iacet vti à Merula [d] vocatur, perhoneſtū oppidū, prætereaq́; Vulpianū, & in montibus Marcinaſcum, interiusq́; Strambinū, cum plurimis alijs oppidulis ac vicis. Inſuper hoc ſitu Ad D. Benedictum Fructeranum eſt. Rurſus in Padi ripa confluens amnis Sturæ, qui ex montibus huc in Padum euoluitur. Tractu hoc vltra citraq́; Sturā multa paſsim oppidula viciq́; ſunt, vti Caſeleria, & Grangia, quæ nos alijs cōmemoranda relinquimus. Deinde ſecundū Padum ad oſtiū Duriæ peruenitur, quā antiqui Ripariā dixerunt ad alterius Duriæ Baltheæ differentiā, quæ priùs cōmemorata, principiumq́; Salaſſorū eſt ſeu Cannabeſij, cum hæc eā regionem finiat. Mentionē huius facit Strabo [e], Duriam ex aduerſa parte fontis Daruentij qui Rhodano illabitur, caput tollere, perq́; Salaſſos & Alpes Galliæ fluere ſcribens. Itaq; ex Alpibus Galliæ Duriam ad Taurinum in Padum ferri manifeſtū eſt, & Anniū in Cōmentarijs ad Sempronium apertè errare quū à Ptolemæo Duriæ fluminis originē in Alpibus haud procul Aſta Colonia, caput in Pado ſupra Dertonā demonſtrari ſcribit, quoniā is fluuius à Ptolemæo deſcriptus (nimirū vti pictura tabularum vera docet) ſupra Auguſtā Taurinorū, non Aſtā naſcitur, & cis Padū, non aūt vltra eſt. Occaſionē fortaſſe lapſus Annio præbuit, quod Sempronius de Doria regione ſcribens, eam ab Aſta colonia Parmā vſq; pertinere, vocatamq́; pòſt Æmiliam ait, his verbis. Ciſpadanā omnē miſsis colonijs tenuere Thuſci. Doria Thuſcorū prima familia incoluit principio ab Aſta colonia vſq; Parmam: à qua & fluuius Doria, & regio priùs Doria, nunc Æmilia. Verumenimvero quod Sempronius Doriam amnem ab Doria gente nominatum dicit, inde nequaquā ſequitur eum in illa ipſa eſſe regione: quocirca nobis allucinatus omnino Annius videtur. In dextra Duriæ ſurſum eſt Lancium & Belingerium extrema Salaſſorum loca, quæ Taurini excipiunt.

[a] lib. 15.
[b] lib. 4.
[c] lib. 3. cap. 16.
[d] lib. 6. hiſt. Vicec.
[e] lib. 4.

TAVRINI.

a.lib.5. TAurinos Strabo a item q; Plinius b in nona regione Ligurũ ſtirpis eſſe tradunt,
b.lib.3. quamobrẽ à Duria Riparia q̃ paulò ante memorauimus, vſq; ad extremam
cap.17. orã Liguſticarũ Alpiũ circa mare, Ligurum natio tractũ hunc omnẽ videtur inco
luiſſe qua in re nos eos auctores ſecuturi, Taurinos Liguribus attribuemus. Tau-
rinorũ regionẽ nunc Pedemontiũ vocamus tanq̃ pedem montiũ, quoniã ad radi-
ces Alpiũ eſt, quæ Galliã Sabaudiamq; ab Italia diuidũt. Fines ponemus ab orien
te Padũ, à meridie Ligurũ Alpes, ab occidente Galliæ Alpes, à Septentrione Duriã
Ripariã. Taurinorũ mentionẽ perſæpe facit Liuius, maximè cum Annibalis trãſi
c.lib.21. tum in Italiã narrat c, item Polybius, Plutarchus in Annibalis vita, plurimiq; præ-
terea ſcriptores. Agros habent amœnis fructiferisq; collibus plenos, qui frumen
tũ aliasq; fruges & optima vina cũ nobiliſsimis fructibus ꝓducunt. Vrbibus, op
pidis, pagisq; perhoneſtis nitẽt. Nobis etiã Ducatus Taurinus vocabitur, quoniã
ita ſub Longobardis appellabatur, à quibus in prouinciæ formã cui Dux præerat,
vti perſæpe iam diximus, eſt redactus, nomenq; diœceſi Taurinũ vrbs Ducis ſedes
ac domiciliũ vt Paulus Diaconus auctor eſt præbebat. Longobardorũ imperio de
leto primũ in Italię regũ quos Imperatores Cęſares inſtituêre poteſtatẽ venit, pòſt
in regulorũ diuerſorum, diuq; ſeculis vltimis ditione Principum, Comitum, Du-
cumq; Sabaudiæ fuit habita, donec anno à C. N. MDXXXVI. partem eius
Franciſcus primus Franciæ rex, occupata quoq; trans Alpes Sabaudia, cepit &
in hunc vſq; diem quo annum à C. N. LIII. ſupra MD. agimus cũ ipſe tenuit, tum
ſucceſſori Henrico regi poſsidendã dedit. Hac verò de cauſa longũ inter Carolũ
V. Imper. & Franciſcũ regẽ bellũ fuit, quo tota propemodũ regio vaſtata ſubuer-
ſaq; nũc iacet. Primùm vt particularẽ deſcriptionẽ aggrediamur, ad oſtiũ in Pado
Duriæ vetus eſt ciuitas Taurinũ, q̃ Ptolemæus Auguſtã Taurinorũ, pariterq; Cor
d.lib.17. nelius Tacitus d vocat, itẽq; Plinius, inquiens: Auguſta Taurinorũ antiqua ſtirps
Ligurũ. Conditã tradidere nonnulli ab Eridano ſeu Phaetonte, q ad maris Liguſti
ci orã ex Ægypto cum magno comitatu delatus filiũ Genuinũ cis Alpes reliquerit,
ipſe trãs mõtes ꝓfectus vrbẽ hanc ædificauerit, Eridanũ à ſe dixerit, & poſt tẽ
pus aliquot hinc decedẽs, Liguri filio tradiderit incolendã. Alij Lamiſonẽ vnũ ex
Noë nepotibus auctorẽ loci aſſerũt, q tractũ inter Padũ & Ticinũ amnes vniuer
ſum eiectis primis habitatoribus tenuerit, & à ſe Lamiſonẽ appellauerit, qua voce
gentis lingua Taurus ſignificabatur, vnde poſtea Taurini nomẽ profectũ. Stepha
nus Grãmaticus Taurinũ à tauro Maſsilienſiũ cuius gentis colonia ſit, inſigni di-
ctũ auctor eſt. Vtcunq; tamen hæc ſe habeant, priſcis tẽporibus nobilẽ vrbẽ fuiſſe
vel hinc intelligere licet, ꝗ colonia Romanorũ erat. Iacet ad montiũ radices, for-
ma quadrata, cũ portis quatuor, nobilitate ciuiũ maximè clara, ſplẽdidis etiã ędifi
cijs ornata, inter q̃ ſummũ tẽplũ. Gymnaſiũ habet omniũ diſciplinarũ, mirificeq;
rebus omnibus ad vſum vitæ neceſſarijs & vtilibus abundat. Agro eſt ꝑbono ac fer
tili, maximè verò verſus orientẽ & auſtrũ, cũ vallibus ferri copia fœcũdis. Taurino
Liuius e memorat Annibalẽ potitũ. Id Longobardicorũ Ducũ ſedẽ fuiſſe Paulus
e.lib.21. Diaconus, Blondus, Sabellicusq; perhibẽt. His vſq; ad captũ bello Caroli Magni
Deſideriũ regẽ paruit, dein aũt in Italiæ regũ, Imperatorũ, Mõtisferrati Marchio-
nũ, & Sabaudiæ regulorũ ditione fuit vſq; ad MDXXXVI. à C. N. annum, quo
Frãciſco primo Frãciæ rege ſubactũ, & cũ ab illo, tũ ab Hẽrico rege filio ſucceſſo-
req; deinceps in hunc vſq; diẽ anni poſt C. N. MDLIII. poſſeſſum eſt. Inclytum

Maxi-

Maximi eius Epiſcopi ſanctitate & doctrina, q librũ ſermonũ & homeliarũ pari eloquentiæ ſingularis ac ſententiarũ grauitatis ſplendore collucenté reliquit. Ab hac vrbe nauigabilis infrà Padus ſuprà paulo fluminis Sangoni confluens. Ad colles dein Riuoli frequentiſsimũ oppidũ eſt, illuſtratũ ortu B. Antonij martyris ex ordine prædicatorum, qui pro fide in Chriſtum apud Tunetanos oppetijt, vti in libris hominũ illuſtriũ ordinis pdicatorũ legitur. Vlteriùs ad collé Auiliana perlautum & opulẽtũ caſtrũ eſt. Rurſus iuxta Padum pòſt Sangoni oſtium eſt Carimanum, nuper longa obſidione Gallorum, cum à Petro Columna Cæſarianarũ legionum præfecto defenderetur, nobilitatum. Altiùs inter Riuolos & Auilianã ſplendidum D. Antonij Raueſini cœnobium eſt, & vlteriùs in valle Ad D. Ambroſium. Sunt in ea valle pagi aliquot, moxq; Suſa, iuxta montis Cinifij radices, q̃ Plinius nona regione Seguſium vocat, Ptolomęus in Graijs Alpibus ponit: quãquam non deſint qui Seguſium à Ptolemęo nominatum Seonem Germanorum putẽt. Ammianus a quoq; Marcellinus Seguſium memorat, Alpes hîc Coctias incipere ſcribens. Alij Secuſam appellant. Exciſam à Friderico Aenobarbo prodũt hiſtoriæ. Supra Suſam Alpes gemina via patent in Galliam: vna quæ ad dextram in Sabaudiam, altera quæ ad læuam Gratianopolim ducit. Prima circa principiũ aſcenſus montis Cinifij Noualeſium habet, medioq; iugi Ferreriam, & altiùs propè montis cacumen lacum aquæ puræ, flumen Ciniſium effundentem, qui per altiſsimas rupes præcipitans, ꝓpter Noualeſiã, & pòſt in Duriã fluit. Circa principium huius amnis Seciana, cũ Eccleſiola. Rurſus ad Padũ ſexto à Sangoni oſtijs lapide Pinariolũ pernobile ac opulẽtum oppidũ eſt cum cœnobio ſumptuoſo. Suprà cernitur Petroſa, læuaq; fontis Sangoni Pagellatũ, & Aricariaſſa, dextra Mõs Bebius. Deinde Pado Pelix amnis Cluſonem deferens illabitur, inter Pancalerũ & Villam Francã admodũ frequens, opulẽtum, lautumq; oppidum. Pancalerum inquit Blondus, Auguſti, ſtirpis antiquæ Ligurum Taurinorũ fuit, iuxta quod nauigabilis Padus vt Plinius ait. Sic Blondus: ego Pancaleri nomẽ apud Pliniũ inuenire nõ potui: ſed Auguſtam Taurinorum antiqua Ligurum ſtirpe, diſertè nominat, indeq; nauigabilẽ Padũ addit, quod eum de Taurino intelligere planè puto, cum id probet Ptolemæus. Apud Villam Francã ponte tranſitus Padi iungitur. Ibi Proſperum Columnã Ducis Mediolani pfectum copiarum eximiũ anno poſt C.N.MDXV. Galli cepere. Sequitur ad Padi fontẽ verſus Ripellum, & Paiſana vbi marmorum nobilium lapicidinæ: tum vlteriùs Critium vt dixi, moxq; Mambrinũ oppidũ ad Capitis Padi dextrã, vbi planities quædã incipit amœna, Vallis Padi dicta, vel vt incolæ vocant, Liuernæ, nimirum ab oppido quod habet Liuernas, Procurrit in longum millia XXX. latitudinis ad ſummum IIII. In aditu eius orientali capite Mambrinum eſt, in exitus fine verſus occidentẽ Crux lapidea præcelſa. Coloni vulgò nominantur Chriſtiani: ſed ritus & cæremonias Chriſtianorum haudquaquam ſequuntur: imo perquam nefaria flagitioſaq; colũt inſtituta: quale præ cæteris eſt quòd menſtruo tempore diem obſeruãt quo cuncti in ædem conuenientes, poſt antiſtitis impuri ac ſceleſti concionẽ extinctis obſcuro noctis luminibus in venerem deteſtabili ac prorſus à ſanæ mentis nemine non vituperato exemplo promiſcuè ruunt.

Hìc huius regionis vniuerſæ finis.

a.lib.15.

MARCHIA TARVISINA, REGIO ITALIAE DECIMASEPTIMA.

NIhil herculètam arduum ac difficile quicquam eſſe poſſe, qu[am]
continuatione laboris & aſsiduitate paulatim vincatur, iam
in præcedentis regionis deſcriptione re ipſa comperim[us]
quæ quamuis ſummam habitura difficultatem priùs videba
tur, tamen à nobis perpetua contentione ſtudij tandem a[d]
non pœnitendum exitum eſt deducta. Procedemus i[gitur]
ad hanc nobilem regionem quæ nunc Marchia Taruiſina [di-]
citur, olim ſedes fuit gentis Euganeorum ab nobilitate ſic dictæ, quoniam Eu[ga-]
nei græca nominis interpretatione claris natalibus, genereq; nobili natos ſignifi-
cant, vti Petrus Marſus in hoc Silij loco annotauit, Tellure antiquitus orti Eu-
a.lib.1. ganea profugiq; ſacris Antenoris oris: itemq; Ioannes Candidus & Gregoriu[s] a
Amaſeus in Commentarijs Aquileiæ. Plinius Euganeorum mentionem facit, eo-
b.lib.3. rum eſſe Veronam tradens b: & alibi c, Latini iuris Euganearum gentium oppida
cap.18. XXXIIII. enumeraſſe Catonem ait: præterea Liuius etiam Euganeos honorificè
c.lib.3. nominat vti poſtea dicemus: & Lucanus dixit.
cap.19.

Euganeo, ſi vera fides memorantibus, augur
Colle ſedens, Aponus terris vbi fumifer exit,
Atq; Antenorij diſpergitur vnda Timaui:

item Iuuenalis. Euganea
quantumuis mollior agna. Multi inſuper Euganeorum memóriam ſcriptores ce-
lebrant. Originem eorum diuersè proditam inuenimus. Cato & Sempronius à
Dardano Thuſco propagatos aiunt (Hetruſcos enim primùm hæc incoluiſſe pro
ptereaq; dictos Euganeos ab Hetruſcæ ſtirpis nobilitate. Quidã profectos à Græ-
cis ſcripſere, ſed auctores eius ſententiæ non proferũt. Euganeos his ſedibus pep[u]-
lere Veneti, à quibus deinde tota regio Venetia dicta. De Venetorũ originibus æ-
què magna varietate diſsident auctores. Cato & Sempronius oros à Phaethonte
perhibent: idq; confirmat Beroſus, genealogiam eorum hoc modo cõmemorans
Eridanum genuiſſe Ventum, hunc porrò Venetũ, eum Tylam, omnes ab Eridan[o]
patre Liguris filio Phaethonte oriundos, qui in Atticam profectus, inde primos
in Liguriam vſq; ad Tylauentum amnem colonos deduxit, ante Oenotrium o[m]-
nesq; Græcos, vti etiam Cato teſtatur, pauloq; ante Troiam conditam. Ita Ioãnes
Annius in Commentarijs ad Beroſum ſcribit, & Cornelium Nepotem aliosque
notat Græcorum fabulas ſecutos ab Enetis Aſiæ populis Venetos ortos prodi-
d.lib.5. diſſe, cum ſtirpis Enetorum Gallicæ & Europeæ gẽtis illi ſint. Strabo d geminam
de Venetorum origine ſententiam refert, quod vel ab Enetis Gallis Oceani ac-
colis deſcenderint, vel ab Enetis qui poſt bellum Troianum auſpicijs & ductu
Antenoris ex Paphlagoniæ finibus huc commeauerint, quod etiam alendorum
equorum induſtria ſtudioq; genti huic olim, Paphlagonum exemplo, peculia-
ri probatum fuerit. Addit autem Strabo iam tum ſuis temporibus id Vene-
torum inſtitutum defeciſſe. Poſtremam opinionem receptam olim, idem alibi
e.lib.15. e docet Strabo inquiens. Sophocles in Ilij expugnatione Antenorem & filios

eius cum

eius cum Enetis in Thraciam profugiſſe tradit, inde circa Adriam in eam partem veniſſe quæ nunc Enetia nuncupatur. Probat hoc quoque Cornelius Nepos, cum Trogo [a], Venetos ex Lydia cum Antenore Duce poſt Troiam captam profectos a. lib.20. memorantes: item Plinius [b] in regionis decimæ mediterraneis Venetos ait Tro- b. lib.3. iana ſtirpe ortos auctor eſt Cato: teſtatur idipſum Polybius, inſuper & Liuius ini- cap.18. tio ſuarum hiſtoriarum in hæc verba ſcribens. Iam primùm omnium ſatis conſtat Troia capta in cæteros ſæuitum eſſe Troianos, duobus Ænea Antenoreq; & vetuſto iure hoſpitij, & quia pacis reddendæq; Helenæ ſemper auctores fuerāt, omnem vim belli Achiuos abſtinuiſſe. Caſibus deinde varijs Antenorem cum multitudine Henetum, qui ſeditione ex Paphlagonia pulſi, & ſedes, & ducem rege Pylemene ad Troiam amiſſo, quærebant, veniſſe in infimum maris Adriatici ſinum, Euganeisq; qui inter mare Alpesq; incolebant pulſis, Henetos Troianosq; eas tenuiſſe terras: & in quem primùm egreſsi ſunt locum, Troia vocatur pagoq; inde Troia nomen eſt, gens vniuerſa Veneti appellati. Sic Liuius, qua ſententia Silius [c] c. lib.8. etiam inquit.

Tum Troiana manus tellure antiquitus orti
Euganea, profugiq; ſacris Antenoris oris,
Nec non cum Venetis Aquileia ſuperfuit armis.

Tot ſummæ auctoritatis ſcriptorum ſententiæ profectò nos adigunt vt Venetorum gentem huc cum Antenore poſt Troiam captam omnino veniſſe cenſeamus. Notari porro debet quanquam Henetos cum aſpero ſpiritu quidam ſcribant, maiorem tamen auctorum gregem aſpirationis notam in V, litteram conuertere ac Venetos dicere, vti quidam exiſtimāt euphoniç gratia. Meminit etiam Venetorum Cornelius [d] Ta- d. lib.11. citus. Poſtrema regionis appellatio Marchia Taruiſina fuit, quç nunc viget. Cauſam & originē eius in Anconitanæ Marchiæ nomine diximus, vt hic repetere non videatur operæpretiū. Poſt euerſum à Carolo Magno Longobardorū imperium Deſiderio rege capto, queadmodū Aemiliæ Flaminiæq;, pars quā in fide vrbis Romæ ſemper hæſiſſet, Romanula dicta eſt, itemq; pars Aemiliæ cum Gallia trāſpadana quòd ſub Longobardis fuiſſet, Longobardia, veluti in tempore docuimus, ita quoq; Venetorū tota regio Marchiæ Taruiſinæ nomen retinuit, quoniā Marchionum Lōgobardici nominis à quibus regebatur, ſedes & domicilium in vrbe Taruiſio tum erat, vt Blondus, Volaterranus [e], Raſſanusq; memoriæ prodiderūt. e. lib.4. Nos itaq; Marchiç Taruiſinç nomen vſurpabimus, omiſſo illo quod aliqui dicūt c.v. Eccleſiam Romanam diuturno in vſu habuiſſe, Dalmatiæ maritimæ quod profectò eſt incōueniens, cū hçc regio magnis ab Dalmatia mediterranea interuallis abſit. Cauſam etiā eius appellationis inuenire nullam adhuc potuimus nisi fortaſſe Romanis Pontificibus adeo inuiſam Longobardici regni memoriam fuiſſe dicamus, vt eam quoque regionum nominibus eradendam putauerint. Nos igitur vti diximus rçceptum longa ſerie ſeculorum Marchiæ Taruiſinæ nomen probamus quo tamen & aliqua Cenomanorum loca contineri ſciendum eſt vti ſigillatim oſtendetur. Fines regionis cum adhuc Venetia dicebatur, vti quidam aſſerunt fuère, ab lacu Benaco vel Lario (eum enim nonnulli ponunt) ad Timauum amnem, quæ regionis longitudo: ſed ex aliorum ſententia veluti oſtendit Cato, longè arctiores erant nimirum ab angulo ſinus Adriatici poſt Iſtriam vſque ad oſtium Padi. Sed nec defuere qui Tylauentum flumen, & Padi oſtium pro terminis ſtatuerint. Ptolemæus etiam aliter oſtium

Padi

Padi & Atheſis hîc deſignauit, in mediterraneo Bellunũ, Vicentiam, Opitergiũ, Acedum, Ateſte, Pataium, Altinũ, Adriam, & Tridentũ complectens. Nos hoc modo finium Venetiæ lineam ducemus: ab oſtio Mincij fluminis per eius dextrã ripam ſurſum vſq; ad lacum Benaci· tum per illius ripam ad Alpes quę Germaniã ab Italia ſubmouent· hinc per eas ad Timaui fontẽ, & vlterius etiã ad Riſanũ amnem qui Formio fuit antiquis, auctæ Italiæ terminus· dein emenſq hoc montano tractu qui Tauriſanarum Alpium eſt, ſecundũ Formionis læuam ad Adriaticum mare, moxq́, per oram eius ad Atheſis brachij oſtiũ Foſſones vſq;, quod inter ſeptem maria Plinius cõplectitur vti oſtendemus· inde ſurſum ſecundum id flumen & paludes Melarianas Brigantinasq́;, quibus in locis Romanulam tranſpadanã priùs abſoluimus: vt ſic ab occidente Venetiam claudant Mintius, Benacus, & Sarca flumen, à Septentrione montes Tauriſani Italiæ Germaniæq́; diſcrimen, ab oriente Timaui oſtium & pars Adriatici maris, à meridie oſtiũ Atheſis paludesq́; Melarianæ ac Brigantinæ. Sciendum porro eſt hos Venetiæ veteris terminos eſſe, non Marchiæ Taruiſinæ quæ multo erat anguſtior, & longitudinem inter Mintium Alſamq́; fluuios habebat· trans Alſam enim Foroiulienſis ager annectebatur. Præterea notari quoq; debet Marchiam Taruiſinam quæ nunc vocatur, nonnulla continere loca Cenomanorum, qui cum in Italiam tranſcendiſſent, pulſis hinc prioribus colonis, nimirum à Benaco Lariòue lacu Tridentum & Veronam vſq;, ſicut in Ciſpadana Lombardia diximus, ipſi ſedes eorum cepere, nomenq́ue Cenomanorum pepererunt agro. Id quoq; cum in Lombardiæ poſtea commutatum eſt, etiam Tridentum & Veronam vnà comprehendiſſe prædiximus, vt à Verona deinceps ad Alſam amnem vſq; Marchia Taruiſina cenſeretur. Proinde tribus nominibus tractum hunc à Mintio Veronam appellabimus, Venetiam, Cenomanos, & Marchiam Taruiſinam. Benacum & qui vltra citraq́; eſt agrum, cum vtraq; Mincij ripa, quoniam in Lombardia Tranſpadana priùs ediſſeruimus, nullus hîc amplius de ijs dicendi locus relinquitur· itaque reliquum inſtituti noſtri dextra Mincij per mediterraneum ad Padum verſus exordiemur· dein ad Atheſim & Veronam progreſſuri. Regio eſt hęc pernobilis & lauta, ditiſsimis oppidis, vrbibusq́; ſplendidiſsimis nitẽs, colonis & ingenio tum ad litteras omnemq́; diſciplinam, tum ad rerum publicarum adminiſtrationẽ aptiſsimis, & manu armisq́; cum tẽpus exigit promptis, nec minus in re facienda cumulandisq́; diuitijs ſolertibus. Cãpos habet amœnos fœcundosq́; ac frumenti cæterarũq́; frugũ, item omnigeni fructus & vini maximè fertiles. Nõ deſunt calidi frigidiq́; fontes ad medicinã mortaliũ vtiles· adeſt metallorũ vbertas· multi nobiles amnes & lacus vti oſtendetur· cœlũ ſalubre, iucundũ & temperatũ· breuiter, tantis equidem & tam multis munificæ naturæ dotibus affatim ornata locupletataq́; eſt, vt inter pcipuas Italiæ totius regiones optimo iure cẽſeri poſsit, quẽadmodũ ſigillatim hinc dicemus. Initiũ itaq; particularis deſcriptionis locorũ cis Mintiũ & Benacũ Saccetta nobilis familiæ Caprianorũ nobis erit, haud procul oſtio Mincij ipſoq́; Pado· circa quã anno poſt C.N. MDXXXI. ruptis Padi aggeribus ob vim & abundãtiam aquarũ lati agri demerſi. Sequitur ſecundũ Padi ripã deorſum Serauallis arx permunita, quã anno à C.N. MCCXX. Mantuanos tutelæ ſuæ cauſa cõdidiſſe Marius Æquicola [a] phibet. Eſt in ditione Mãtuani reguli. Dein eodẽ itinere ſecũda Padi ripa primo lapide perlautum, frequensq́; ac opulentũ oppidum inuenitur Hoſtia, cum arce tam mœnibus, quàm latis altisq́; foſsis & paludibus circumfuſis

a. lib. 1. Cõ. Mant.

muni-

munitiſsima. Meminit eius in Itinerario Antoninus Hoſtiliæ nomine Verona P. M.XXX. vocaturq́; ſic etiam à Tacito *a* cum inquit: Mox Cæcina inter Hoſtiliã, viam Veronenſium, & paludes Tartari fluminis caſtra permunijt. Inſtauratam à Veronenſib⁹ anno poſt C.N.ML. ſplendidiſq; decoratam ædificijs, cum olim hîc circa Theodoricum Oſtrogothorum regem ædificata fuiſſe multa iam ferebatur, auctor eſt Blondus. Nunc Hoſtia Veronam admodum ampla directaq; via P.M. XX. numerantur, quanq̃ Antoninus XXX. colligat, fortaſſe per circuitus, quum illa quæ iam eſt recta via nondum extitiſſe potuit. Ea nunc prope Hoſtiam multis locis interrupta cernitur· coniuncta tamen pontibus, ad quos etiam caſtella præſidij Hoſtianorum cauſa collocata. Imperium Hoſtiæ Mantuan⁹ princeps habet. Ad hos pontes vſq; paludes Mellariane Brigantinæq́; de quibus in exitu Romanu læ tranſpadanæ diximus, pertinent. Eas flumina augent Tartarus & Menacus, vti ex parte quoq; dictum anteà fuit. Tartarus ſupra Græcianum agri Veronenſis tol lit caput: quo de Plin ius Septem maria memorans ait, oſtium Padi Foſsiones Philiſtinas alios Tartarum appellare. Memoriam eius etiam Tacitus *d* vti modo relatum eſt, vſurpat· item Antoninus in Itinerario. Menacus haud procul Magnano Veronenſis etiam agri naſcitur. Hæc itaq; flumina cum multis aquarum fontibus ac riuis has paludes augent. Deinceps quæ inter Tartarum & Minicum ſunt loca perſequemur. Ad oſtium amnis, læua, Baſtilio, Turriſq́; Culicũ, & infrà poſt XII. ferè ſtadium in duo cornua ſe diuidit· læuum ad Pontem Molinum tendit, alterum ad Turrim mediam· ſub qua tertio milliari, vno in Padum brachio illabitur Hoſtiana foſſa interrupta quemadmodum ait Priſcianus. Rurſum ſupra palu dem vltra Turrim Culicum hæc inueniũtur caſtella, Mons Vzaticus, Caſtellariũ, Pôs Polerus, Erba, Ferratiolum· deinde Græcianum, Siſagna, Nogariolum, Caſti lio Mantuanus, Mons Zancanus, Tornetium, Villa franca, Ad D. Zenonem, Ger ſa, Burgetum, Valletium de quo diximus in Cenomanis pontis cauſa qui tranſitũ hîc Mintij coniungit. Sequuntur altiùs Saliotiæ, Caſtellum Nouum & Caualcafellæ. Tum itinere deorſum ad paludẽ verſus inter dextram Tartari ripam Menaciq́; læuam munitiſsimus eſt locus Pons Molinus, item Baſtilio D. Michaëlis, ad vltimũ Menaci oſtia quib⁹ hîc ſeexonerat. Inter eos amnes ſurſum inueniũtur Sãguinetũ, Nogaretiũ, Alpretũ, Solatiolũ, Inſula Scaligera quondã à Comitib⁹ cognominata, vicus tam ædificiorum ornatu, quàm populi frequẽtia ciuitatis inſtar ſplendidiſsimus: ædificarũt principes Scaligeri delectationis ſuæ gratia. Cepit hîc Lucius Malueti⁹ Franciſcum Gonzagã anno poſt. C.N. MDIX. Percurrit hàc iter Hoſtilia Veronã. Sequũtur Vigatiæ, Ad D. Mariã, Pincianũ & Butapreda. Dein iterum ad paludẽ ſeu Tartarum oſtio Menaci tranſito Caſtaniariũ & Carpũ apparent. Flumẽ hîc in paludem infra Liniacum & Villam Bartholomæam ex Atheſe deriuatur. Vltra Carpũ Villa Bartholomæa· mox Atheſis, de quo priuſq̃ dicere aggrediamur, agrum inter eius læuam & Menaci dextram cõcluſum expediem⁹. Itaq; læua ſurſum Atheſis ripa Liniacum occurrit pernobile, frequens, lautũ, amplũ & ſplendidũ oppidũ, ex quo multi homines illuſtres ꝑcipueq́; ꝑdicatorũ ordi nis ꝓdière. Sequũtur Angotiũ, Rouetiaria cognomẽto inferior, Gallotiũ, Mãrega, Rouetiaria, Roncotiũ, Turris Magnani, Petionũ, iuxtaq́; Verona, de qua poſtq̃ Atheſim dixerim⁹, agẽdi loc⁹ erit. Amnẽ hunc ita Plini⁹ *e* nominat, itemq́; Virgili⁹ tã in Bucolicis, quã Æneade *f* cũ inqt: Siue Padi ripis, Atheſim ſeu ꝓpter amœnũ: item Liuius, alijq́; plurimi ſcriptores. Ptolemæus autẽ & Sempronı⁹ Atrianum: dicitque

a. lib. 17. & 19.
b. lib. 3. cap. 16.
d. lib. 19.
e. lib. 3. cap. 15.
f. lib. 9.

dicitq́; Sẽpronius vſq; ad Atrianum Veronæ fluuium, qui limes eſt Volturrenorũ
& Venetiarum, Hetruſcos tenuiſſe. Plinius Atheſim ex Tridentinis Alpibus pro-
fluere auctor eſt. Initio perquàm exilis, lapſu vim magnã aquarũ colligit, acceden
tibus paſsim multis àmnibus, maximeq́; Sarca ſubter Bolzanũ · vnde tum ad meri
diẽ verſus rapido ſe curſu flectit· dein ab Tridento leniùs nõnihil per planitiẽ euo
luitur· at mox iterum emenſis campis inter montium anguſtias tanta cum violen
tia ſæuit, vt omnibus quà fluit locis infeſtè minari videatur · eaq́; vehementia per
Veronam præcipitat, infra quam in duo flumina diducitur, vno quo paludes vti
prædictum eſt petit, altero quo in mare pertingit ad Foſſones haud ignobilem por
a lib.3. tum. Oſtium hoc vnum eſt ex Septem maribus quæ Plinius [a] commemorat, vti e-
cap.15. tiam antea docuimus. Nomen quo nunc vulgus Italicum id compellat, Foſſònes,
equidem à veteri deriuatum putari haud malè queat quod Plinius vſurpauit, Foſ-
ſiones Philiſtinæ, quas idem ab alijs Tartarum appellari ſcribit, vti in Romanula
tranſpadana dictum eſt. Pars etiam Atheſis cum aquis paluſtribus Brunduli por-
tum vt ait Plinius, efficit. A fonte Veronam vſque ratibus nauigabilis amnis non
eſt ob rapiditatem· trabibus autem nauigatur, nam ingentes larices abietesq́; cum
aſſeribus maximis, aliaq́ue prægrandia ligna compacta Tridentinis ex montibus
eo deferunt: Verona porrò vſque ad Foſsiones optimè nauigatur. Inter Vero-
nam & Hoſtiliam latiſsimi campi ſunt, Veronenſes dicti: patent millia paſſ. XX.
circaq́ue Veronam ad quartum quintumúe lapidem vſque prorſus inculti ſaxis
horrent· quanquam plurimis alibi locis nunc arentur, frumentumq́; ac reliquas
ad vſum humanæ vitæ fruges proferant. Blondus hîc C. Marium, Q. Catulum a-
ciecum Cimbris dimicauiſſe ſcribit· qua de re diximus in Gallia Tranſpadana ſa
tis, proptereaq́; longiores iam non erimus. Odoacer Herulorum & Turcilingo
rum rex poſt occupatum Italiæ regnum deuictis Oreſte & Auguſtulo, quum à
Theodorico Gothorum rege debellatus ad Sontium amnem fuiſſet, reparatis in-
gentibus copijs, in his campis aduerſus Theodoricum caſtra locauit· à quo tridui
b.lib.3. pugna tum victus, planeq́ue confectus eſt vt Blondus [b] ſcribit. Idem auctor [c] eſt
hiſt. cæſum hic ab Vgone Burgũdione Arnoldum Bauariæ Ducem, qui maximo in Ita
c.lib.18. liam exercitu ducto eam occupauerat, ſpecieq́; triumphantis à Veronenſibus vti
hiſt. rex fuerat exceptus. In proximo eſt Verona ciuitas ad exitum camporum iuxta
d. lib 19. colles. Veronam Cato, Sempronius, Strabo, Plinius, Liuius, Tacitus [d], Ptole-
e.lib.8. mæus, Antoninus, Silius [e] hoc verſu: Tum Verona Atheſi circumflua & vndique
ſolers: alijq́ue multi ſcriptores nominant. Originem eius variè proditam inue-
nimus. Cato à Thuſcis conditam, & Sempronius à Thuſca nobili familia Vera
f.lib.5. nomen habere ſcribit. Liuius [f] à Cenomanis ædificatam perhibet qui Elitouio
duce in Italiam fauente Belloueſo Celtarum rege, nam is priùs tranſcenderat, pe
netrarunt, & his in locis vbi nunc Brixia, Veronaq́ue, conſedere. Notari porrò de
bet quod in ſuperiori quoq; regione diximus, corruptũ Liuij locum hunc, vbi Eli-
touium cum manu Germanorum in Italiam traſcendiſſe legitur · nam Cenoma-
nos ſcribi debere dubium haud eſt: quod etiam ex Trogo videtur colligi, quum a-
pertè Veronã condidiſſe Gallos pulſis hoc agro Thuſcis perhibet. Itaq́; nos puta
mus vrbis huius auctores fuiſſe Thuſcos, vti vel è Liuio Trogoq; licet argumenta
ri, cum Thuſcos his citra Padum ſedibus à Gallis pulſos aſſerunt: Gallosq́; Tro-
gus ait Mediolanum, Comum, Brixiam, Veronam, Bergomum, Tridentum,
& Vicentiam condidiſſe · nam id pro reſtauratione ac auctu intelligi oportere
ſuperiùs

ſuperiùs in tempore diſputauimus. Proinde manet hoc nobis Veronam à Thuſcis initio conditam, & à Vera nobili Hetruſca familia Veronam denominatam vti Cato Semproniusq; ſcribunt, at pòſt à Cenomanis refectam auctámue, quod Liuius & Trogus volunt. Sabellicus tamen & Volaterranus illa de antiquitate ac origine Italiæ fragmenta, quæ Catoni Semproniọq; aſſcribuntur, commentitia fictaq; eſſe, nec illis auctoribus vti neq; cætera omnia, tribuendum quod in ijs legitur Veronam à Vera Thuſca gente dictam, contendunt. Argumentis ambo vtuntur huiuſmodi: plurimum horum fragmentorum phraſin à Catonis dictione præſertim libro de re ruſtica differre: quamobrem vehementer hìc & acerbiùs in Ioannem Annium Viterbinum qui in illa fragmenta commentationes ſcripſit, quāquam nomen eius ſilentio inuoluant, tanquam in impoſtorem & totius geographię, latinitatis, candoriſque Catoniani turbatorem inuehuntur. Ego viros illos doctos rogo puténtne cum in vocabulis, tum in orationis ſtylo differentiam inueniri pro rei materiæq; de qua tractatur varietate? nimirū vt alia phraſi ruſticæ res, alia ciuitatum origines perſcribantur? Equidem ni fallor, omnia dicendi inſtituta peculiarem ſibi ſermonis ſpeciem vēdicare videmus: aliter enim longè familiares literas, aliter graues exaramus: ſuo quodam genere magnarum rerum hiſtoriæ, diuerſo leuiculæ ſcribuntur. Id manifeſto M. Tullij familiares vti vocāt, Epiſtólæ ſi legas, ſimulq; ſi quas ad Atticum ſcripſit addas, prætereaq; cætera eius ſcripta collata docebunt: apparebit enim proculdubio maxima ſtatim diſsimilitudo. Hoc ipſum etiam in poëtis animaduertere facilimum eſt. Itaq; dictionis formā ad ſubiectum ipſum examinare cōferreq; oportet. Cato de re ruſtica libro quanq̄ illa ſit humilis per ſe materia, tamen quia copioſiùs hoc argumentum perſequi inſtituerat, ornatiùs aptiuſq; loqui pro arbitrio potuit: at de ciuitatum originibus tractās ſecus: cum ex paucis indigerent verbis, & quandam veluti nomenclaturam tantū exigerent: quamuis nec in his puritas latinæ linguæ prætereaq; maximū etiam artificium breuitatis tam multa magnaq; complectentis deſit. Sed cedo mihi Liuiū, a Polybium b, ac Trogum c, auctoréſne ſunt Thuſcos hac regione vltra citraq; Padum prius incoluiſſe, pulſoſq; dein à Gallis eſſe? Supra id tamē Liuius, Polybius, & Plinius tradunt Hetruſcos cis Apenninum vrbes habuiſſe XII. quæ iamdiu ante Gallorum aduentum cōdiderant. Has igitur vſquam inueſtigare quærendo neceſſe eſt. Tot nos magnæ rationes mouent vt cum multis præclaris ingenijs doctiſsimiſq; viris, in quorum numero Ioannes Antonius Flaminius Forocorneliēſis, illa fragmenta præter vllum ſcrupulum Catonis & Sempronij eſſe iudicemus: quippe quia XII. Hetruſcorum cis Apenninū colonias nobis indicant, inter quas Verona: quanquam eas vnà cum Liuio Trogoq; pòſt à Gallis qui Thuſcos eiecerunt, inſtauratas auctaſq; cēſeamus: qua ſignificatione cōditas à Gallis prodidere Liuius & Trogus, more ſcilicet veterum, qui condendi verbum pro reſtaurando vel augendo de vrbibus vſurparunt. Satis autem mirari non poſſumus quorundam hercule ruſticitatem, qui barbarica ſibi origine videntur placere potius, q̄ vt à nobili Thuſcorum ſanguine velint eſſe orti: cum hercule pro dignitate nationis Italicæ magis Hetruſcę ſtirpis affectare nomen, quàm barbaricę deberent, dum à veritate non abſcedatur. Poſſemus hac de re multis agere: ſed ne longiori diuerticulo ab inſtituto euagemur, hæc dixiſſe ſatis erit. Auctores igitur Veronæ primos aſſerimus nobiles Thuſcos, vnamq; hanc ex XII. Hetruriæ cis Apenninum colonijs fuiſſe, nomen etiam ex illa gente retinere, quod perhibet Sempronius: quanq̄

a lib. 5. b lib. 2. c lib. 20.

pulſis dein his ſedibus Thuſcis, Galli Cenomani vt diximus, locum vel refecerint
a. lib. 3. cap. 18. vel auxerint. A Ptolemæo in Cenomanis, à Plinio [a] in Euganeis, ab Annio in Vol
turrenis Galliæ ponitur: plerumq; tamen Venetiæ Marchiæq́; Taruiſinæ datur
vti oſtendimus. Atheſi amne non tam diuiditur, quàm munitur. Situ eſt optimo
iuxta colles qui ad Auſtrum conuerſi ſunt· colonis lautis ac nobilibus· ædificijs
magnificis & ſplendidis, inter quæ peruetuſta Cathedralis ædes, eximiaq; D Ana
ſtaſij ſodalium prædicatorum, item amphitheatrum ingens & priſcum quod vul-
gus Arenam vocat, condidit L. V. Flaminius, vti marmor in D. Fidriani repertum
apud Lucenſes hac inſcriptione docet. L. V. Flaminius Roman. Cons. ac vniuer
ſæ Græciæ domitor Amphitheatrum Veronæ proprijs ſumptibus erexit, anno ab
Vrbe Condita. DIII. Maximum hoc eſt amphitheatrum quod vſquam vel in Ita-
lia, vel alibi, aut etiam in Sicilia viderimus. Amplitudinem eius exactè Taurellus
Sarayna Veronenſis excelſi & curioſi vir ingenij refert in libris [b] de origine & am
b. lib. 2. plitudine vrbis Veronæ: in quibus etiam aliud olim theatrum hic extitiſſe, plu-
rimóſque triumphales arcus ſigillatim omnium operum commemoratione fa-
cta, quorum nunc exigua veſtigia, paucaq́; integera ſuperſunt, docet. Pontes adhuc
habet in Atheſi quatuor eximios quibus connectitur. Aërem habet admodum te
nuem: gens perlauta, magnifica, ſplẽdida, iucundo aſpectu, ingenio ſummo, maxi
meq́; ad literas idoneo. Rebus omnibus non ſolum ad vitam mortalium neceſſa-
rijs, ſed etiam ad delitias et voluptatem vtilibus abundat. Fundatiſsimas alit fami
lias permultas. Agro eſt optimo, frumenti, vini, olei, cæterarumq́; frugum maxi-
mè fertili, quemadmodum in locis ſigillatim dicendis manifeſtum fiet. Vellerum
quoq; copia pernobilium affluit, vnde maximum incolæ faciunt quæſtum. Diu
poſſem in vrbis huius & agri laudibus commorari· ſed quia copiosè omnia Tau-
rellus eſt perſecutus, ideo breuitatem hîc amplectar. Veronam in imperio Roma
norum fuiſſe quum id floreret vigeretq́; Burſarianæ portæ inſcriptio nobilis ad
huc teſtatur huiuſmodi. Colonia Auguſta Verona Noua Gallieniana Valeriano
II. & Lucillo Coſſ. Muri Veronenſium fabricati ex die III. Non. April. Dedicati
pr. Non. Decembr. iubente ſanctiſsimo Gallieno Aug. N. inſiſtente Aur. Marcel-
lino, V. P. Duc. curante Iul. Marcellino. Quo ex elogio non ſolum eam in poteſta
te Romanorũ Imper. fuiſſe, ſed etiã Romanã poſtea coloniã effectã & Nouã Gal
lienianã ab Imp. Cæſ. Gallieno cũ ab eo fuiſſet refecta, dictã intelligimus. In fide
Romani nominis vſq; ad principiũ inclinationis imperij ſtetit: pòſt enim eadem
cõditione qua cęteræ Italię ciuitates fuit, donec ab Athila diriperetur vt Paulus
c. lib. 15. ad Eutrop. [c] Diaconus memoriæ ꝓdidit. Athilæ tẽpora varij ſubinde exceperũt tyrãni. Olim
brius, Licerius, Auguſtulus, & Odoacer Herulorũ & Turcilingorũ regnator, qui
rapto Imperatoris nomine diuerſis tẽporibus Verona potiti ſunt. Vltimũ poſtquã
Theodoricus Gothorũ rex non procul ipſa vrbe deuiciſſet vti ꝓdiximus, & captũ
etiã necaſſet, ipſe regnũ Italiæ ſibi aſſeruit, imperiumq́; ſimul tenuit Veronæ. Theo
dorici igitur exin & aliorũ Gothici nominis regum qui ſecuti ſunt, in poteſtate
vrbs fuit vſq; ad Totilæ mortẽ, quẽ haud procul Calio Narſes Eunuchus Iuſtinia
ni Cæſaris legatus cæcîdit. Deinde cũ Italiã inuaſere Lõgobardi, primùm hac re-
gione potiti illi ſunt· primumq́; regẽ gentis Alboynũ Veronæ trucidatũ à Peredeo
d. lib. 2 hiſt. Lõgo. & Elmechilide, cõſilio ſuaſuq́; Roſimũdæ reginę vxoris Paulus [d] Diaconus Blõ-
dusq; [e] tradunt. Exin itaq; Longobardi tum alijs in vrbibus Italiæ, tum in hac re-
e. lib. 4. hiſt. gnum habuerunt, donec victo captoq́; Deſiderio rege Caroli Magni bello Vero-
nenſes

nenſes fortunam temporũ ſecuti exacto Aldegiſa Longobardo in Caroli poteſta
tẽ conceſſere·quemadmodũ etiam omnes tum vniuerſæ regionis ciuitates feciſſe
auctor eſt Blondus a. Poſt Longobardos Verona regibus Italiæ quos Carolus Ma *a. lib. 11.*
gnus inſtituerat, eiusq́; dein ſucceſſoribus & Imperatoribus paruit vſq; ad Beren- *hiſt.*
gariorũ, Rodolphi Burgundi, Hugonis Arelatenſis, Lotharij Adalbertiq́; tẽpora,
quos oẽs poſt extinctam in Caroli Magni progenie Romani Imperij poſſeſsionẽ,
imperium affectauiſſe Blondus b & Sabellicus demonſtrant. Dein aũt Imperatore *b. lib. 2 u hiſt.*
facto Othone primo ciuitates ad imperij Romani nomen & auctoritatẽ rediere,
ſuaq́; poteſtate ſibi tũ magiſtratus creare, conſiliũ cõmune legere, & carrotium in
bellis vſurpare cœperũt. Illa igitur ætate cũ Italiæ populi ſub nomine Romani im
perij libertate fruebantur, & fœdera ſocietatesq́; bellorũ aduerſus inimicos cõſti
tuebant, idẽ Verona fecit. Hinc perſæpe Veronẽſes cũ Mediolanẽſibus alijsq́; po
pulis fœdere fuiſſe nexos legimus, nominatim aũt anno à C. N. MCLV. cũ poſt
inſtauratũ finitimarũ gentium ſocietate Mediolanũ quod Fridericus Ænobarbus
Imper. exciderat, Mediolanenſes, Veronẽſes, Brixiani, Nouariẽſes & Vercellẽſes
coniũctis viribus & cõmuni marte cõgreſſos, Fridericũ ad Barillanũ in via quę Me
diolano Comũ ducit, egregia pugna ſuperauiſſe, cõfoſſo etiã eius equo, ſic vt ipſe
quoq; putaretur interemptus, & cæſa Germanorũ, Ticinẽſium, Comenſiumq́; ma
xima multitudine, Blondus c & Merula d cõmemorant. Durauit hæc Veronẽſium *c. lib. 12.*
ſub Romani imperij nomine libertas vſq; ad Actiolini Romanini tyrannidẽ, qui *d. lib. 3.*
præfecturam in dominatũ conuertit, exacto Azone Ateſtino Ferrariæ Marchione
quẽ Senatus populusq́; Prætorẽ deſignauerat. Occaſionẽ Actiolino ciuiũ inteſti-
na bella cõtentionesq́; domeſticæ præbuere: nam cum Monticulorũ & Comitũ
Sancti Bonifacij partes mutuò inter ſe dimicarent, nunc his, nunc illis aduerſa fa-
ctione cum magnis vtrinq; cædibus eiecta, principatũ rapientibus, quemadmodũ
Taurellus e refert, tandẽ pulſis Sãcti Bonifacij Comitibus & à Senatu proſcriptis, *e. lib. 1.*
ita tum Actiolinus cũ titulo præfecti in vrbẽ receptus imperiũ occupauit, tyranni
demq́; deinceps annis XXXIII. tenuit vſq; ad MCCLIX. à C. N. quo ad Caſſanũ
vulneratus, Soncinũq́; deductꝰ ibi animã edidit. Hoc tyrãno defuncto Prætorẽ S.
P. Q. creauit Maſtinũ Scalligerũ antiqua ipſiꝰ vrbis familia ortũ·etenim iã tũ ferè
ducẽtis annis illa gẽs Veronæ cõſederat, aliter ac nõnulli prodidere ꝙ nouos tum
fuiſſe Scaligeros Veronæ volunt. Magiſtratũ geſsit Maſtinus annis quinq; tanta
prudentiæ cõmendatione, vt exin totius populi ſententijs Dictator perpetuus ap-
pellaretur. Hunc cũ ſapienter vt antea rempub. adminiſtrantẽ anno demũ à C. N.
MCCLXXIII. nefarij quidã ciues occidiſſent, longè maiori Senatus & populi au
ctoritate filius Albertus in patris locũ ſuffectus eſt, vir prudẽs, circũſpectus, magni
ficus, liberalis, & beneuolentiæ ciuiũ tum diligenti omniũ cultu, tum epulis ma-
gnificis ꝑpetuꝰ captator. Filios habebat Bartholomęũ, Alboynũ, et Canẽ Frãciſcũ
ꝙ poſtea Magni cognomẽ eſt adeptꝰ, bellatorq; maximꝰ fuit, cuius auſpicijs & du-
ctu MCCLXXV. poſt C. N. anno Parmã Rubrijs tradẽtibꝰ, & Regiũ Lepidi Sã-
guinatijs dantibꝰ obtinuit. Ditioni quoq; ſuę ſubiũxit Ateſte & Vicentiã, vltro de
dentibus ſe Vicẽtinis, poſteaq́; Feltriũ etiã & Ciuitatẽ Belluni. Fato cõceſsit cum
totiꝰ ciuitatis dolore, Principatu Veronæ III. & XX. annis trãquillè geſto, à C. N.
MCCXCVII. Sublegit illi ciuitas Bartholomæum filiũ benignitatẽ, comitate, pa-
cisq; ſtudio præditũ, magis ad gubernationẽ, q̃ bella natũ, religionis pietatisq́; di
uinę ſummũ cultorẽ, & erga inopes adeo beneficum, vt eius domus nõ ſatellitũ co

hortibus,ſed gregibus egenorũ perpetuò ſtiparetur. Obijt cũ luctu omniũ, maxi-
mè verò pauperum anno à C.N.MCCC.ſepulchroq́; conditus eſt abſq́; funerali
põpa quemadmodũ ipſe iuſſerat,niſi quòd cũ omniũ totius ciuitatis inopũ comi-
tatu ac lachrymis tanq̃ pater elatus. Succeſſorẽ habuit in principatu Senatus popu-
liq́; ſententijs ex more deſignatũ Alboynũ fratrẽ,vt pacis ſtudioſiſsimũ,ita pror-
ſus à bellis alienũ. Ii poſtulanti ciuitas collegã dedit Canẽ Franciſcũ fratrẽ,mili-
tari,feroci,ac vehementi ingenio virũ. Alboynus ex vxore Catharina Vicecomite
liberos ſuſcepit Albertum ſecundũ,Maſtinũ ſecundũ,& filias duas. In ditionem
ſubiunxit Salodiũ cum tota Ripa·quartoq́; principatus anno cũ fratrẽ Franciſcũ
auctoritate ſua nõ eſſe contentũ exiſtimaret, vt vniuerſæ ciuitatis ſentẽtijs pari ſe-
cũ honore ac dignitate ornaretur effecit. Erat Canis Frãciſcus ſtatura ꝓcera, cor-
poris habitu præclaro,pollens iudicio,magnificus,animoſus & liberalis,vt meri-
tò Magni cognomẽ ſit adeptus: omiſſo aũt Franciſci nomine, primũ baptiſmatis
& vltimũ gloriæ retinuit vt Canis Magnus diceretur inquit Taurellꝰ. Hos fratres
Henricus Imper. Aug. apud Mediolanũ Veronæ Principes inſtituit, vt Merula cũ
titulo Capitaneorũ populi & Procuratorũ,reſeruato ſibi vrbis ſummo imperio,
ſed vt Taurellus [a] ꝓhibet,cũ titulo Vicariorũ & Principũ tã Veronæ,q̃ aliorũ loco-
a.lib.1. rũ quæ tũ poſsidebãt omniũ. Alboynꝰ eodẽ anno quo fuerat ab Imperatore Prin-
ceps appellatus,à C.N.MCCCX. mortẽ obijt,filijs Alberto altero,Maſtinoq́; al-
tero relictis. Dominatus apud Canẽ Magnũ manſit q̃ nepotẽ ex fratre quãuis an-
nos natũ III.& XX. tãtùm imperij conſortẽ acciuit vti decedens frater poſtulaue-
rat,cum ipſe iuſtos liberos haberet nullos. Canis Magnus in ditionẽ addidit Mõ-
tem Silicis, Ateſte, Montanianã & Patauiũ anno poſt C.N.MCCCXXV. itemq́;
MCCCXXVIII. Taruiſiũ, vnde priuſq̃ digrederetur fato conceſsit, & Veronã de-
latus, ibi ſolenne funus habuit. Mortuus anno principatus XIX. ętatis ſuę XXX-
VII. quamobrẽ errare videntur illi qui vno & L. annis eũ imperio ꝓfuiſſe ſcribũt,
cũ tamẽ nõ ſupra XXXVII. vixerit. Res maximas et admirabiles geſsit, ideoq́; me-
ritò Magnus eſt cognominatꝰ. Adhuc viuo patre multas vrbes oppidaq́; ſub ditio-
nẽ redegit vti diximꝰ, pluresq́; poſt eius obitũ. Mãtua Paſſarinos pepulit, & Gõza-
gas in eius vrbis principatu capiẽdo iuuit obnixè. Epitaphiũ vti illo ſeculo ꝓclarũ
habuit latinis verſibꝰ, at leoninis. In principatu ſucceſſere nepotes ex fratre Alber-
tus et Maſtinꝰ, quos Senatꝰ populuſq́; ſolẽniter ꝓ more appellauit Principes, quo-
niã iuſta Cani proles nõ erat. Albertꝰ pacis ſtudio, mãſuetudine ac humanitate cũ
primis enituit, ideoq́; plurimũ litteratis hominibꝰ muſiciſq́; delectabatur, quippe
cũ ipſe delicati eſſet ingenij. Maſtinus ecõtra bellicoſus, terribilis, ferox, & ad la-
bores quoſcũq; ferẽdos idoneꝰ erat. Brixiã inſigni fraude ac dolo cepit opera Guel-
phæ factionis·& cõtra gẽtis ſuę maiorũq́; dignitatẽ ac honorẽ, qui partibus eũ Gi-
bellinis vindicabat, in eas tum crudeliſsimè ſæuijt anno poſt C.N.MCCCXXX.
Poſt quartũ etiã annũ Parmã magiſtratibus quos Ioẽs Boihemiæ rex ibi reliquer-
rat, ademit·prætereaq́; Luca potitꝰ eſt, tradentibus in ditionẽ vltro ſe Lucenſibus,
ne Florentinorũ imperiũ acciperent. Opitergiũ etiã aliaq́; multa oppida ditionis
effecit ſuæ. Quidã his fratribꝰ Veronæ, Vicentiæ, Lucæ, Parmæ, cæterorũq́; locorũ
imperiũ à Benedicto Pont. Rom, conceſſum aiunt cũ Eccleſiæ Vicariorũ nomine,
hac lege, vt tributũ quotãnis Põtifici quinq; milliũ aureorũ nummũ pẽderent.
ſemperq́; cũ poſtularet, equites illi cataphractos CC. pedites CCC. ære ſuo toto de-
b.parte 3. cẽnio ꝓberent. Ita Corius [b] ſcribit, addens Pontificẽ id hac ratione feciſſe, quoniã
interre-

interregnū erat,& iuſtus Imp.Rom. deerat· eaq́; propter illum ad ſe tū deuolutū ius imperij ſupremū aſſeruiſſe. Nos tamen hæc in libris Taurelli non inuenimus. Auctis in tantū Maſtini Albertiq́; viribus & potentia,vt iā cæteris Italiæ principibus terrori eſſe inciperēt,Veneti Vicecomitesq́; Mediolani reguli ne ad maioris Italiæ partis imperiū aſpirarent,metuentes,fœdere facto maximas in illos copias eduxere. Maſtinus fratrē miſerat Patauiū,vt eam vrbem cum finitimis in fide con tineret. Hunc poſtq̄ Marſilius Carrarienſis proditione Venetis dediſſet, ijs dolo in vrbē introductis,ipſe mox Alberto capto dominatū ibi occupauit, anno à C. N.MCCCXXXVII. Quod cū Guido Corregius Maſtini legatus q Brixiæ ꝑerat intellexiſſet,anno illo quoq; ſequēti Brixiā Actio Vicecomiti dedidit. Poſtea cū de pacis cōditionibus inter Venetos, Vicecomites,& Maſtinū tractaretur, Veneti Taruiſiū exprimūt. Anno etiā à C.N.MCCCXLII.Piſani Lucā occupauere, Parmā Corregij & Rubrij.Ita dein Alberto è carceribus Veronā reuerſo Maſtinus ex ſummo opum ac potētię gradu res ſuas in tam humilem ſtatū redactas, vt excelſi animi hoēs ſolent,nō ferens,præ mœrore doloreq́; mortē obijt anno poſt C. N. MCCCL.ætatis ſuæ XLIII.liberis relictis maribus tribus,Cane Magno ſecundo, Cane Seniorio,& Paulo Alboyno,fœminis totidem,Beatrice, Altaluna & Viride. Cōditus eſt admodū honorificè ſepulcro pyramidato in D.Mariæ Antiquæ cœmeterio,quod ipſe ſibi poſuerat cū elogio latino. Poſt eius exceſſum Albertus frater ad otiū & quietē ſe cōuertens,vt Canis Magnus ex fratre nepos annorū XIX.à Senatu populoq́; in Principatū ſublegeretur effecto,poſt menſes paucos de vita cōceſsit ætatis anno XLVI. Canis Magnus ſecundus q ſucceſſerat,vnà cū Cane Seniorio fratre Germaniā certis quibuſdā de cauſis petēs,nūtio apud Bolzanū accepto Frignanū Canis Magni primi filiū nothū Veronæ dominatū occupauiſſe,celeriter reuerſus Vicentiā,inde à Patauino tyrāno in imperiū reductus eſt: Frignanus aūt nauicula per Atheſim fugiēs in aquis perijt. Ita cū anno MCCCLIIII. poſt C. N. Canis Magnus principatū recepiſſet,deinceps eo potit⁹ eſt,donec anno ſequēti à Cane Seniorio fratre occideretur. Nothos tantū habuit duos,Theobaldū & Gulielmū. Ingenio fuit admodū importuno,ſic vt quacunq; leuiſsima de cauſa mox ad iniurias deſcenderet. In principatu ſucceſſere fratres,Canis Seniorius & Paul⁹ Alboyn⁹,S.P.Q. ꝑ morę ſentētijs cōſalutati. Horū prior iuſtos liberos nō habuit ſed nothos duos,Bartholomæū & Antoniū·quibus cū imperij poſſeſsionē relinquere cuperet, Paulū Alboynū fratrē coniurationis inſimulatū in arcis Piſcheriā næ carcerē incluſit,& iā imminēte morte,ne liberat⁹ vinculis poſt ſe potiretur rerū, capitali iudicio damnandū curauit,nefarioq́; parricidio ꝑter vllū numinis metū iuſsit occidi anno à C.N.MCCCLXXV. Fato dein ipſe quoq; conceſsit anno ſequēti,ætatis ſuæ XXXVI. ſolēniq́; funere monumēto illat⁹ ſumptuoſiſsimo eſt qđ mauſolei forma ſibi ædificauerat,inſcripto etiā epigrāmate latino. Poſt eius obitū S.P.Q. ſuffragijs Principat⁹ ad Bartholomæū & Antoniū filios nothos delat⁹ eſt,vnū annos XV. alterū XIII. natū,ſub tutela curaq́; Gulielmi Beuilaquę,Thomæ Peregrini, ac aliorū ex nobiliſsimis ciuiū conſtitutos. Hi quādiu curatorū autoritatē ſecuti ſunt,trāquillus ciuitatis ſtat⁹ fuit: at deinde prior Antoni⁹ anno ætatis XX. corruptus malorū cōſilijs fratrē Bartholomæū vt ſolus imperio frui poſſet,occidi curauit anno à C.N.MCCCLXXXI. poſteaq́; flagitioſis moribus indies creſcēs,tandē Ioānis Galeatij Vicecomitis primi Mediolani Ducis bello Veronā pulſus eſt. Priusq̄ aūt ꝓfugeret,imperiū vrbis publicè quibuſdā V Vēceſlai Impe-

peratoris procuratoribus ceſsit,ac ita clam mox abijt Venetias anno à C. N. M-CCCLXXXVII.Sic itaq; tūc Ioēs Galeatius Vicecomes Veronæ potitus eſt. In Antonio Scaligerorū dominatus intercidit,quē hac in vrbe CXXVII.annis propemodū habuerant,nimirū ſi à Maſtino primo Veronę Dictatore vſq; ad hūc Antoniū tēpus ſubducamus : nā ab anno poſt C. N. MCCCX.quo primū Henricus Imper.Canē Magnū in principatū inſtituit, LXXVII.tantū ſunt vſq; ad Antoniū. Hoc igitur curriculo Scaligera gens illuſtris magna cū gloria Veronæ rerū potita eſt· deinde verò tā prorſus intercidit,vt nūc ex ea reperiatur nemo. Poſt exceſſum Ioānis Galeatij Vicecomitis qui huius vrbis imperiū XVIII.ferme annis habuerat,arcesq́; D. Petri,D.q́; Fœlicis cū caſtello hîc ædificauerat, defunctoq; à Antonio,Gulielmus Canis Magni F. cū Brunone ac Antonio filijs ope Pandulphi Malateſtæ Franciſciq́; Carrarienſis Veronā reuerſus eſt· pulſisq́; tū præſidijs Vicecomitū,ꝑ portā Aureliā Martij Cāpi vrbē ingreſsus anno à C.N.MCCCCIIII. VII. Id.Apr. mox XIII.Cal.Maij S.P.Q.ſentētijs Princeps appellatur. Nō diu tamen fortunæ ſuæ ſuperfuit· etenim Franciſcus cognatus hoc prætextu in vrbē receptus tanq̃ de magnis rebus ad colloquiū veniſſet,veneno eū interemit. Filios etiā eius Iacobinus Carrariēſis in arcē veterē Patauij ſanguinis ꝓpinquitate circūuētos inuitans,repente criminū aduerſus ſe quorundā inſimulatos cuſtodię tradidit,& in Montē Silicis deductos carceribus incluſit vbi tandē periere. Sic itaq; tū Frāciſcus Carrariēſis Veronæ occupauit dominatū,at vix IIXX.mēſibus tenere potuit. Veneti enī intellecta Carrarienſiū fraude qua Scaligeros oppreſſerāt,per Mantuanū Marchionē cū ingētibus copijs miſſum vrbē ijs hāc ademere· quorū nomine Mantuanus tū anno à C.N.MCCCCIX.die q D.Ioāni Baptiſtæ feſtus agitur,eā ſolēniter ingreſſus eſt. Quāuis aūt pôſt anno MCCCCXXXVIII. Nicolaus Picininus Philippi Mediolanenſiū Ducis legatus Veronā inuaſerit· tamē nec arces obtinere, nec diu in vrbe cōſiſtere potuit. Itaq; Venetorū exin imperiū hîc ſtetit vſq; ad MDIX.à C.N.annū,quo cæſis eorū ad Ripaltam copijs Veronēſes in Maximiliani Imp.ditionē conceſſere: reuerſi aūt dein anno MDXVII.poſt C.N.in priſtinū Venetorū imperiū,eo reipub.ſtatu in hūc vſq; diē vſi trāquillè ſunt. Maximis porrò operibus,cōtinuoq́; ſtudio Veneti iādiu vrbē muniūt,adeo vt inter munitiſsimas totius Europę referri herculè queat. Hęc de Veronenſiū ciuitatis forma imperioq́; maiori ex parte Taurelli Saraynæ Veronēſis lucubrationes,quartusq́; liber eiꝰ de origine & amplitudine vrbis Veronæ,ac loci alij nobis ſuppeditarūt,vti apparet. Hoēs claros & illuſtres Verona plurimos edidit,quorū ſummæ virtutes cū ipſam, tū Italiā vniuerſam mirificè nobilitarūt. Ex hoc grege fuere D.Zeno Epiſcopus,q ſcripta q̃dā doctiſsima,ſentētijsq́; referta poſteritati reliq̃t,itē alij XXXVI.vrbis eiuſdē antiſtites in Diuorū numerū oēs relati,p̄terea D.Petrꝰ martyr ex ordine p̄dicatorū,ꝓpter fidē in Chriſtū morte affectꝰ· cuiꝰ ſanctiſsimæ reliq̃æ cōſeruātur Mediolani. Satis multa de hoc viro Ioēs Antoniꝰ Flaminiꝰ in eiꝰ vita pſcripſit. Veronę quoq; natꝰ eſt Hieronymꝰ Vargatariꝰ ex p̄dicatorū ordine cōcionator eloquētiſsimꝰ, q p̄nūtiata ſui ipſiꝰ morte MDIIII.pôſt C.N.anno Mutinæ vita ceceſsit,ibiq; magno ſanctitatis argumēto claret miraculis, vti in libris hominū illuſtriū ordinis p̄dicatorū retulimꝰ a. Petrꝰ etiā Scaliger huiꝰ vrbis Epiſcopꝰ egregiā doctrinā cōcionibꝰ editis,itēq; cōmētarijs in Euāgeliū D. Matthæi ſcriptis,eſt teſtatꝰ. Veronēſes quoq; fuere Corneliꝰ Nepos,q cū alia multa,tū hiſtoriam ſub Octauio ſcripſit, vt Euſebius auctor eſt,itē Æmilius Macer poëta qui naturas volucrū & herbarum

a lib.5.

barũ carmine panxit vt teſtatur Ouidius inquiens: Sæpe ſuas volucres legit mihi grandior æuo, Quæq; nocet ſerpens, quæ iuuat herba Macer: exceſsit in Aſia, quẽadmodum ex eodem Ouidio diſcimus, præterea Plinius Iunior Maioris nepos, ipſeq; maior quẽ ipſum etiã aliq Veronenſem faciunt, at Nouocomẽſes ſibi vendicant. Vtut autem hoc ſe habeat, nõ caret vtrinq; luculentis auctorib⁹. Præter hos Racherius monachus & antiſtes patriæ, qui multa placra literarũ monumẽta reliquit, itẽ Raynaldus Grãmatic⁹ à Frãciſco Petrarcha maximè celebratus, Ludouic⁹ Cãpania pdicatorũ ordinis ſumm⁹ philoſoph⁹, theolog⁹, orator & poëta, quẽ nos cognouimus, cũ Bernardo Gentile, viri rari fuére. Tulit etiã Verona Ioannẽ Madiũ Iurecõſultũ & oratorẽ maximum, itẽ Iacobum primum et alterũ Lauanios celebres iuriſperitos oratoreſque. Præcæteris fundatiſsimis Veronæ familijs Nouarula tam viros, quã fœminas dedit quibus inter eximia præclaraq; nõ ſolũ Italiæ, ſed Europæ totius ornamenta nomen eſſe præcipuum meritò debeat. Ex viris fuit Leonard⁹ ſummus philoſophus & theologus, nec minus eloquens orator, quod literarũ monumẽta quæ reliquit abundè teſtãtur. Is cũ aduerſæ fortunç quã vocãt, fluctib⁹ iactaretur, quocũq; tamẽ gentiũ cõcederet, maximo in honore fuit, omnia ſua ſecũ portans vti Bias ille Prieneus. Itaq; domo pfugus à Clemẽte VII. Pont. pbenignè receptus eſt, & pòſt ab Imperatore Maximiliano, apud quẽ legationib⁹ ad varios principes nationeſq; functus eſt: habebat enim præter doctrinã literarũ, Gallicæ, Germanicæ, Hiſpanicæ, Vngaricæ, Turcicæ ac Illyricç linguç cognitionẽ, vt adeo rudis omnino nullius putaretur ob mirabilẽ ingenij pſtantiã. Fato cõceſsit prçcipuũ non modo Veronç patriç, ſed Italiç totius decus annis ſuperioribus Tergeſti, in eius vrbis Præfectura. Dominus erat Belfortij, Cõſiliari⁹ Imperatoris, Comes, & Eques D. Iacobi nobiſq; cognit⁹ olim Neapolis fuit, vbi tũ tẽporis cum Iacobo Sannazario, multiſq; præterea doctis hominib⁹ verſabamur, Laudes hercule quãtas tãti viri virtus meretur orationç cõſequi haud poſsim. Ex fœminis huius familiæ pnobiles fuére Geneueue, Angela, & Iſota: quarũ priores duæ cũ inſigni planè pudicitia ꝙ virginũ prçcipuũ eſt ornamentũ, prçditæ, tũ etiã multis eruditç literis erãt: poſtrena verò mirabili prorſ⁹ doctrina fuit Iſota: tantã enim humanitatis & philoſophiæ cognitionẽ habebat, vt ad viros doctiſsimos ornatè ac eruditè ſcriberet, vti nos ex eius quibuſdã epiſtolis didicim⁹, tãta elegãtia, tantaq; doctrina cõfertis, quantam in puella tenera vehemẽter omnino admirari ac ſtupere cogaris. Hoc etiam ſeculo non caret ea gẽs præclaris ingenijs ornatiſsimiſq; viris: eſt enim Ludouicus tum philoſophiæ, tum theologiæ peritiſsimus, vti diſputãdo ſçpe iã oſtendit, eiuſq; frater Frãciſc⁹ literarũ ſtudijs & ſciẽtia quoq; decorat⁹: quamobrẽ etiã vbiq; locorũ in honore eſt, nimirũ vti virtutes ei⁹ merẽtur: quãq̃ ludũ quoq; vagç fortunæ vt aiũt, nõ mediocriter expert⁹ ſit, cui⁹ caſus haud aliter vnq̃ ac prudentẽ ſapientemq; virũ decet, mirifica fortitudine tulit. Eſt etiam Alexãder horũ frater, tũ doct⁹ homo ac prudẽs, tũ magno publicarũ rerũ vſu pollens, q nũc apud Mariã Vngariç Reginã admodũ luculẽta cõditione vitã degit. Alios pterea claros viros hæc gẽs habuit vti Bailardinũ, cui ſacramẽtũ Alboyn⁹ Caniſq; Magnus Scaligeri dixerũt in Impertoris Cæſaris nomẽ, cũ ſacri Imperij Romani cõſtituerẽtur Vicarij anno poſt C. N. MCCCXXXV. quẽadmodũ ſcripto quodã vetuſtiſsimo ꝙ nos vidim⁹ apparet, vnde ſatis intelligitur inſignis ei⁹ apud Cæſarẽ Aug. Bailardini auctoritas. Ex hac eadẽ familia fuit inclyt⁹ vir diuitijs Cagnolus, q reditũ annuũ ſupra XL. mill. nũmũm aureorũ habuit. Præterea celebres

viri ex hac illuſtri gente tam multi prodière quos omittimus, vti breuiter cõmemorari omnino non poſſent. Inter cæteros diuerſarum familiarum quos Ve[illegible]ona genuit doctos homines Bartholomæꝰ fuit Cepolla, nobilis Iureconſultus, vti [illegible]iterarũ monumentis eſt teſtatus, maximeq; libro cautelarum. Genuit is Hieronymum ordini prædicatorum inauguratum, elegantis ingenij iuuenem, qui nunc h[illegible]is philoſophiæ diſciplinis in theologia deſudat, vt auctore ſuo ſe præſtet dignũ. Ortꝰ etiã hac vrbe Ioannes Salernus, & multarũ vir literarũ, & in gerẽdis rebuſpub. maximæ prudẽtię. Præcipuè verò Guarinꝰ Veronã nobilitauit græcæ latinęq; lin[illegible] ſcientia· quod ex eius operibꝰ tam ſuo marte conditis, quàm è græco in latinũ v[illegible]ſis abundè cognoſcere eſt. Multũ illi ꝓfectò tota litteratorũ cohors debet, q[illegible]e quoniã inter inſtauratores linguæ latinæ primos fuit, quam multis ſeculis bar[illegible]aries prorſus oppreſſerat, vti alibi demõſtrauimus. Exceſsit annis ſuperioribꝰ Matthæꝰ Boſſus cononicꝰ regularis, nõ minꝰ religione, q̃ literis excultꝰ, vti ſcriptis ed[illegible]tis apertè teſtatus eſt, in quibus vnà cum eloquẽtia pietas inſignis elucet. Fatis etiã interceptus noſtra memoria Domitius Caldarinus anno ætatis XXX. peringenti apud omnes ſui deſiderio relicto, Veronenſis vterq;. Nec mediocriter quoq; vrbẽ hanc illuſtrarunt Franciſcus & Daniel Sanſebaſtiani· quorũ prior eximiꝰ Doctor, alter ſupra ſummã doctrinã Archidiaconatꝰ Eccleſiæ Veronenſis dignitate, ac itẽ Protonotarij inſignitus, & illuſtri propter egregias virtutes apud Pont. Max. gratia fuit. Cardinalis illi titulũ Pont. promiſerat· quẽ tamẽ intercedẽte morte cõſeq non licuit. Veronẽſes ꝑterea fuere Marcꝰ Vitruuius architecturæ nobilis ſcriptor, & Cotta ꝑclarus poëta, item Ioãnes Antonius Pantheꝰ, qui præter alia latinũ opꝰ Annotationũ variarũ ex tridui ſermonibus collectũ edidit, & Chriſtophorus Lãftanchinus celebris Iureconſ. qui tractatũ poſteritati reliquit inſignem de præcellentia Doctoris & militis, præterea Celſus Maphęus canonicus regularis, qui difficilem illã & elegantẽ quæſtionem typis editã diſputauit, Vtlãne reſpub. ſine peccato Iudęos recipere queat gratia fœnoris exercendi, & an Pont. Max. permittere vt id fiat ſine peccato, poſsit? Nunc Veronã ornãt Taurellus Sarayna Iureconſ. q de origine & amplitudine ciuitatis ſuæ, deq; viris eius illuſtribus, & ijs qui Veronę dominio potiti ſunt, itẽ de monumẽtis antiquis vrbis & agri Veronenſis, aliaq; multa cum eleganter, tum curioſè ſcripſit, Hieronymus Fracaſtorius optimus medicus & elegãs poëta, Hieronymꝰ Veritatius etiã poëmatis excellens, vti quoque Adamus Fumanus, omnes laudati apud doctos viri. Accedunt his Marcus Medices & Rochus Cataneus religioni addicti, prior ordini prædicatorũ, alter ſacerdotio, protonotarius apoſtolicus, ambo rari ingenij adoleſcentes, & ad omnẽ virtutẽ nati, ſic vt ſummã ornandæ patriæ ſpem opinionẽq; prębeant, Marcus tã practicis, quàm theoreticis artibus, Rochus autem ciuilis Põtificijq; iuris ſcientia cũ ſtudijs humanitatis coniuncta· nam in vtroque genere documenta eruditionis eximia præbet, tum Clemẽtinarũ conſtitutionũ prælectitionibus quas in noſtro nunc florentiſsimo Bononienſi gymnaſio publicè peragit, tum verſione parti[illegible]onum oratoriarum M. Tullij, quas in vernaculam Italiæ linguam fideliſsimè traduxit, ſcholijsq; pereruditis & elegantibꝰ exornauit· quod opus nos vidimꝰ, & vt in lucẽ edat vtilitatis publicę cauſa ſumus adhortati. Inſuper Veronæ nomen [illegible] nunc illuſtrat Ioãnes Baptiſta Montanꝰ excellens medicus, cuiꝰ in Patauino gy[illegible]naſio tũ philoſophiæ, tũ græcæ latinæq; lingue ſcientia perq̃ eſt inclyta. Præter[illegible] verò tam multos vrbs hæc doctrinarũ ſtudijs celebres viros edidit, vt omnino ni[illegible]

long[illegible]è

lõgiſsimè commemorari haud poſſent. Nec minori copia prę́ſtantes belli Duces dedit,interq; cęteros Petrũ Vermiũ cũ Ludouico Iacoboq; filijs, omnes eximios copiarũ pfectos. Primus militũ pręfecturã ſub Maſtino Scaligero geſsit anno poſt C.N.MCCCXXXVIII.quẽadmodũ perhibet Coriꝰ 4:alter Veneti dux exercitꝰ 4. parte 3. Cretã domuit cum ab imperio Veneto defeciſſet, poſteaq; cõtra Turcas dimicãs oppetijt anno à C.N.MCCCLIII.Iacobꝰ copias duxit Ioãnis Galeatij Vicecomitis primi Mediolani Ducis,& apud Alexãdriã Comitẽ Arminiacenũ cũ Ioãne Ancutho Gallorũ & Britãnorũ duces magna ſtrage fudit, Arminiaceno etiam capto. Prodijt ex hac quoq; nobili familia Ludouicꝰ Philippi Mariæ Vicecomitis tertij Mediolani Ducis belli pfctꝰ,de quo multa paſsim in hiſtorijs,maximeq; Corij, præclara facta leguntur: prætereaq; tam multos hæc gens illuſtres bellatores habuit,vt omnes breuiter referri haud poſſent. In Brixia de nobili Æmiliorum familia copiosè diximꝰ,attamen & hîc cõmemorãdi locus eſt, quoniam ante CL.ferme annos ex ea nõnulli deſiderio Veneti imperij Veronã migrauere Brixia,quę tũ Mediolani Ducibus parebat. Fuere inter hos Antoniꝰ equitũ Veneti nominis pfectꝰ,qui in Foroiulienſi agro perijt bello, quod ibi cũ Vngariæ rege Veneti gerebãt: itẽ Petrus D. Zenonis huius vrbis, & Roſacij diœceſis Aquileienſis Abbas, ſumma virtute pſul, & vnus ex Martini V. Pont. legatis quatuor ad Ticinẽſe cõciliũ deſtinatis vt illi pſiderent,quod etiã in hoc Pont.teſtatur Platina.Idẽ Petrus deinde Legationẽ Anconitanę Marchiæ geſsit,in qua plurimas vrbes quas tyrãni occupauerant, Eccleſiæ Romanæ reſtituit,tantaq; cõmendatione virtutis Apoſtolicæ ſedi nauauit,vt abſens in Cardinaliũ collegiũ à Pont.adoptaretur: quamuis eiꝰ fortunæ guſtũ præter ipſum nuntiũ conſecutꝰ ſit nullũ, quippe quoniã ea tẽpeſtate febris graui morbo tenebatur, qui tum XLVI. ætatis anno extinctꝰ eſt. Succeſsorẽ in Abbatię Zenonianæ pſulatu fratrẽ Marcũ habuit, q Romanã etiã aulã colẽs,& viã ad ſummos honores ſibi ſternens Apoſtolicus Referendariꝰ immatura morte perijt anno ætatis XXXVIII. Aliũ quoq; fratrẽ Petrus & Marcus habuerũt Aloyſiũ. Is ex nobili vxore gẽtis Peregrinorũ inter cæteros liberos Philippinũ genuit, q & Eccleſiæ Romanæ militauit,& Ferrando primo Neapolis regi ciuitates quaſdã fidei ſuæ cõmiſſas aduerſꝰ Gallos tã egregiè defendit, vt omnes eorũ vires & impetus inanes redderet. Præter hos etiã Thomas fuit eques nobilis, qui poſt lõgam operã Venetis equitũ præfectura datã,ætate grauis,& numeroſa familia beatus ad rei priuatæ curã ſe conuertit. Ex hoc nati Ioãnes canonicꝰ & theſaurariꝰ Eccleſiæ ſummæ Veronẽſis, itemq; Protonotariꝰ Apoſtolicꝰ, & Marcꝰ eques ſummæ ſpei adoleſcẽs, at fatis interceptus anno ætatis XXII. filio ex ſe poſthumo nominis eiuſdẽ relicto Marco. Is puer adhuc ob merita patrui Protonotarij ſingularia, cũ ea ac tota poſteritate Comes Moraticæ caſtelli in agro Veronẽſi,et pagorũ aliquot vicinorũ ab Imperatore Maximiliano q tũ Veronã tenebat,inſtitutus eſt. Mortuo deinde Ioãne Comite protonotario ſolꝰ Marcꝰ nepos ſuperfuit: qui licet ab ineũte propemodũ ętate fluctibꝰ vt aiũt fortunę iactari variè grauiterq; cœperit, oẽs tamẽ per infeſtos & iniquos caſus tanta fortitudine tulit ac vicit, vt inuicti prorſꝰ animi cõſtãtiã cunctis in rebꝰ et vitæ actionibꝰ, vti fortẽ & ſtrenuũ equitẽ decet, perpetuò teſtatꝰ ſit: ideoq; nec pacis, nec belli tẽporibꝰ in hũc vſq; diẽ vnquã honeſtiſsimis titulis ac præfecturis apud varios Principes caruerit, in quorum oculis negotijsque maximam & florentiorem ætatis ſuæ partem ſumma cum dignitate laudeque dici poteſt exegiſſe. Filios habet præ cæteris duos, Ioannem Franciſcum & Ioannem

Carolum,

Carolum, qui nobis de facie noti fuere cum hic in noſtro Bononienſi gymnaſio literis operam darent, tam egregiæ ac præclaræ indolis adoleſcentes, vt euidenter ſpecimen paternæ virtutis ſummæ pre ſe ferrent, aperteq; veſtigijs maiorum laudatiſsimis inſiſtere ſe propoſuiſſe teſtarentur. Orti inſuper Verona Georgius Caballus alę equitum Venetorum præfectus, itemq; Bartholomæus Sanſebaſtianus, qui propter egregiam virtutem præfectura lacus Benaci donatus eſt quam & poſteris eius Veneti tribuêre. Vita conceſsit anno à C. N. MDXI. Nunc adhuc Paulus Luciaſcus Veronam militari ſtudio nobilitat. Edidit ea quoq; nobiliſsimum noſtra memoria pictorem Altricherium, aliosq; plurimos homines claros, quos alijs celebrandos relinquimus. Abundat vrbs nobiliſsimis fundatiſsimisq; familijs, inter quæ præcipuæ ſunt Marchionum Malaſpinarum, Comitum Sanbonifaciorum, Comitum Sarecorum, Comitum Iuſtorum, Comitum Beuilaquarũ, Comitũ Nouarulorum: item gens Peregrina, Medicea, Marcobruna, Montana, Maphæa, Nogaria, Rodulpha, Turcica, Dionyſia, Miniſchalca, Buria, Guagninia, Spoluerina, Saibâtia, Alberta, Guariẽta, Chartolaria, Ionia, Iuliaria quę maximũ quondã habuit Cardinalem, aliæq; plurimæ familiæ claræ, quas omnes referre longũ foret. Eſt tamen præter has ex nobiliſsimis etiam Comitum Pompeiorum ſpectato erga Venetum nomen ſtudio inclyta: fidem enim Venetorum ab eo tempore quo primùm illi Verona potiti ſunt, adeo digenter coluit, vt alijs principibus nunquã, illis addicta perpetuò fuerit, operamq́ue perinſignem nauauerit. Inter res eius illuſtres pro Venetis geſtas illud inſigne facinus fuit, quo Franciſcum Gonzagam Mantuæ Marchionem cepit. Is cum apud Inſulam Scaligeram maximarum cohortium præſidio ſtipatus, Præfectura quippe exercitus Cæſarei & fœderatorum fungebatur, conſideret, Pompei literis ad Venetos legatos datis vt ducentos equites ſibi concederent petiere, quòd in animo haberent clientelis ſuis ex agro Veronenſe cum montis Carbonarij auxilijs contractis, ea manu Franciſcum Mantuanum & Ludouicum Mirandulanum opprimere. Non defuerunt poſtulatis legati, negotiumq́ue Lucio Maluetio, Petro Spoluerino & Vincentio Caſsinæ mox ad eos cum ala C C. equitũ contendendi dedêre, literis additis quibus ſummam Senatus opinionem de Pompeiorum fide ac voluntate teſtabantur. Eæ ſcriptæ Nonis Aug. MDIX. poſt C. N. anno. Statimitaque collecta circa Montem Carbonarium auxilia IIII. Id. in hoſtem exiuêre noctu: tantaq́ue celeritas itineris fuit, vt ante lucem opprimeretur. Ita captus Mantuanus inſigni poſtea commodo Venetis fuit. Pompeios autem auctores huius rei fuiſſe cum id manifeſtò probat, quòd protinus Imperator Cæſar VIII. Cal. Septemb. eorum bona publicauit, tum Magiſtratus Veneti X. virorum teſtimonium ampliſsimum, & remuneratio, qua maximo natu Hieronymo præter alam equitum leuis armaturæ quos tum Baleſtrarios vocabant, cuius iam antè præfecturam habebat, alia cataphractorum equitum attributa eſt, additiq́ue fundi annui reditus aureorum nummûm ſexcentorum, & Caſtellum Ilaſium cum hac prærogatiua, prorſus vt à Veronenſis Præturæ iuriſdictione ſeparatum haberetur: idq́ue cum titulo Comitatus familiæ condonatum vti in tabulis hac de re confectis IIII. Id. Octob. anno poſt C. N. MDIX. & X. virorum decretum continentibus diſertè perſcriptum eſt. Eæ præfationem hanc habent. Tanta eſt fides & merita non vulgaria ſpectabilis viri Hieronymi Pompei capitis baleſtrariorum Dominij noſtri & fratrum eius numero ſex, cognita per veram experientiam in hoc præſenti bello,

bello, qui nõ degenerarũt à maiorib⁹ ſuis, relicta propria patria, et amiſsis omnib⁹ ſuis facultatibus expoſuerunt propriam vitam in ſeruitijs Dominij noſtri, & præſertim in procurando capturam Marchionis Mãtuæ & gentium ſuarum ſicut ſuccelſit, &c. Fratres hi ſeni Comitis Hieronymi fuere, Antonius, Iacobus, Auguſtinus, Thomas, Ioãnes Baptiſta, & Alexander: quorum poſtrem⁹ vti natu vltim⁹, ita cæteris omnib⁹ ſuperſtes fuit, & pclara numeroſaq; prole fœlix. Filios quinq; genuit, omnes ſuorũ maiorũ virtute ac indole pditos, vti honores & munera quibus funguntur, abundè docent. Quatuor ex ijs militarẽ operã Venetis ſumma cũ dignitate præſtãt, Antoni⁹ & Marc⁹ equeſtrẽ, quorũ prior cohortẽ equitũ cataphractorum centũ habet, itemq; pfecturã equitũ leuis armaturæ belli temporib⁹: alij duo Iuli⁹ & Thomas peditũ ordines ducũt. Ioãnes Paul⁹ autẽ quintus frater in reipub. Veronẽſis adminiſtratione ſumma cũ laude verſatur. Honeſtiſsimis illũ ciuitas p temporum cõditione muneri⁹ ornat: veluti legationibus ad Senatum Venetum, & id genus alijs: & nunc inter IIII. viros contentionum ciuilium tollendarũ, publicæq; pacis ſtabiliendæ gratia creatos elucet. Nec prætereundus etiam ſilentio eſt Pompeius Hieronymi Comitis filius nothus, eximius cohortis præfectus, qui mehercules inſigni virtute militari tum laudatiſsimo genitore, tum magnificentiſsimo gentis Pompeiæ nomine dignum ſe præſtat. Eſt etiam perilluſtris Veronæ familia Turria, quæ Hieronymum philoſophum & medicum celeberrimum edidit quatuor inſignium filiorum patrem, Marci Antonij ſcilicet quem admodum adoleſcentem fata rapuere, ſed prodigioſa tamẽ philoſophiæ cognitione præditũ, Ioãnis Baptiſtæ, & Raymundi qui poſtea Comes fact⁹: quorũ vterq; ſumm⁹ philoſophus & maximis virtutibus ornatus fuit, noſtraq; memoria conceſsit fato, præterea Iulij, qui adhuc ſupereſt eximius item philoſophus vti libris quatuor de fœlicitate conſcriptis latinè, teſtat⁹ abundè eſt. Ex hoc tres fratres nati, Franciſcus aulæ alumus, & moribus elegantiſsimis ſupra linguæ græcę latinæq; ſcientiam decoratus, cuius epiſtolæ vernacula lingua ſcriptæ hominũ curioſorũ ſtudio collectæ ac typis editæ ſatis euidenter auctoris in eo genere excellentiã teſtantur: alter Hieronymus generoſo ingenio ſuauiſsimisq; moribus canonicus & prępoſitus Eccleſiæ cathedralis in patria: tertius Antonius, qui reipub. dat operam & in vrbe ſua maximis honoribus ornatur. Omnes autem pari animo tam excelſo tamq; magnifico ſunt, vt cunctos alicuius nominis aut virtutis viros qui Veronam veniant, quadam veluti æmulatione liberalitatis ad hoſpitium inuitent, moxq́ue ſuis ampliſsimis omnibusq; rebus quæ ad apparatum & ſplendorem ædium nobiliſsimorum hominum opportunæ eſſe poſſunt exornatis domibus exceptos, & humaniſſime habeant, & maximis honoribus afficiant. Ex hac eadem nobili familia Ludouicus egregius iureconſultus fuit, qui filium quoque iuriſperitiſsimum reliquit Dominicum, ob ingenij præſtantiam ſummamq; virtutem & integritatem primis Italiæ tribunalibus expetitum: qui nunc apud nos Bononiæ inter Rotæ V. viros Poteſtatis munere fungitur. Nobiſsima mehercule ciuitas Verona eſt, agro verò etiam optimo maximeque fertili ſicut initio diximus: abundat enim frumento, vino, oleo, pomis, alijſque fructibus omnigenis, item velleribus, cæterisque rebus quæ vel ad vſum humanæ vitæ neceſſariæ, vel etiam ad delitias opportunæ ſunt, omnibus: quarum tantam habet copiam, vt non ſolum vrbi agroque toto ſufficiant, ſed etiam exportentur, huberrimóſque prębeant quæſtus. Vina producit varia præcipuæ nobilitatis, maximè verò Rheticum ſummè à Plinio laudatum,

datum, Falerniſq; ſolú à Virgilio poſthabitũ· quod propterea Theodoricũ Oſtro
gothorum regem tertiũ Atheſi & Adriatico mari ac deinde iumentis Romã vſq;
ſibi afferri curauiſſe refert Blondus. Id Caſsiodorus Acinaticum nominãs hoc mo
do deſcribit· colore eſſe rubens, ſaporis regij ac optimi, cuius dulcedo mirificè cẽ
quadam ſuauitate placeat: quamuis autem ad tactum denſius craſsiúſq; videatur
inſtar carnei liquoris vel mandendæ potionis, tamen eſſe iucundiſsimum. Affluit
etiam ager Veronenſis oleo cumprimis dulci, p̃ſertim circa læuam lacus Benaci
ripã, vbi vt in loco diximus, olearũ tanta eſt frequentia, potiùs vt denſiſsimorũ ne
morũ natura ꝓductorũ formã referãt, quã opere manuq́; conſitorũ. Vellera huius
agri cum optimis ac nobiliſsimis totius Italiæ cenſeri poſſunt ob ſicciſsima paſ-
cua. Varietatem p̃ſtantiamq́; pomorũ eius cõmemorare ſigillatim nõ audeo, quo
niã paucis in locis tam diuerſa genera, tamq́; nobilia reperiri puto· naturaq́; ſunt
hac vt ætatem mirificè ferant, & ſaporem integrum etiam circa recentiũ flores ad
huc ſeruent. Non deſunt hic pecudum greges humanis vſibus opportuni: herbarũ
etiam ſalutarium abundat copia, p̃ſertim in altiſsimo monte Baldo qui ſupra vr-
bem eſt, in quem ex omnibus Europæ partibꝰ herbarij confluunt ad radices medi-
cas herbaſq; morbis quibuſcunq; maximè ſalutares colligendas. Plurimis etiam
hic ager medicatis fontibus alijs cum ad rigationes, tum ad machinas diuerſorũ
artificum circũagendas vtilibus ſcatet. Eſt autem p̃ter cæteros memorabilis ille
iuxta Negarinum in Valle Policella, mammis ſpecie muliebrium ferro in ſaxum
exciſis profluens: ex his enim cadentes aquę nitidæ nutricibus quę lac vel morbo,
vel alio quouis caſu amiſerint, lotura adhibitę reſtituunt vbertatẽ. Secundũ Athe
ſin procedenti ſupra Veronam læua Pontanum oppidũ apparet, aliusq́; Barcum
pernobile, mox Catenium. Eo latere tum vbi torrens Vallẽ ſolis ſecat & in Athe-
ſim illabitur, Motium: ſupra id Ignatium· & altiùs Formicarium. Iuxta fontem
Atheſis in Alpibus haud procul modico illo lacu qui principium ipſius amnis
effundit Lamium eſt oppidum. Abſoluimus itaq́; nunc læuam Atheſis ripam, ni-
mirum ab eius circa Gaſtaniarium diuiſione qua paludes petit, uſq; ad ipſum fon
tem quo naſcitur, vbi Cenomanorum terminus, quos ab Atheſe vſq; ad Abduam
& Larium lacum fines habuiſſe prædiximus. Conſequens eſt vt ad dextrã Atheſis
ripam trãſeamus. Locorum quæ in hac ſunt deſcriptionem, ab oſtio quo ſe amnis
in Adriam exonerat ſurſum perducemus, læua ripa relicta, quoniam ad Romanu-
lam tranſpadanam pertinet, & in ea priùs enarrata eſt. Primùm itaque circa oſti-
um Atheſis portus vti diximus Foſſones, quem ipſe creat amnis, & fortè Foſsiones
a.lib. 3. eſſe Philiſtinas à Plinio [a] nominatas nobis videri antea commemorauimus. Vnũ
cap. 15. ex ijs eſt oſtijs quę idem Plinius Septem maria nominat, & ad paludes Adrianorũ
pertinebant, in quas foſſæ ac flumina quæ primi Aſſagi fecere, per tranſuerſum ex
ijs locis vbi nunc Ferraria, ſe exonerabant, & accedentibus aliquot amnibus vti in
Romanula tranſpadana dictum eſt, maximam aquarum molem congerebãt, quæ
deinde ſeptem oſtijs in Adriam finientes, ſeptenos efficiebant portus. Ex ijs igitur
oſtijs hoc primum erat, quo ſe Atheſis cum paludibus in mare condit, nunc Foſ-
b.lib. 8. ſones appellatum. Septem marium mentionem etiam Herodianus [b] facit iter Ma
ximi ab Rauenna Aquileiam vbi Maximini pater & filius interierant, referens,
hac ſententia. Interea Maximus Rauẽna profectꝰ Aquileiam peruenit tranſmiſsis
paludibus in quas fluuius Eridanus ac vicina exundant ſtagna, ſic vt per ora ſep-
tem in mare præcipitent· quamobrem indigenæ paludem illam Septem maria
appellant.

appellant. In Atheſi hic paluſtribus aquis immixto Turris Noua cernitur ad cuſtodiam fluminis facta, ne vectigalium fraudatoribus id pateat. Dein eſt caput Baſtilionis initio vrbis Venetæ conditum, eius ab his finibus tutelæ cauſa. Sequitur Arx Campi Noui amne ipſo circumfuſa· moxq́; Turris Marcheſana, quondam ſi Peregrino Priſciano creditur, à Marchionibus Ateſtinis condita. Poſt hæc diuiſio eſt fluminis in duo cornua quæ Policinium Rhodiginum iucludunt, quod in Romanula tranſpadana diximus. Altiꝰ Atheſis dextra procedenti ſupra ſectionē hanc vbi Nouū amnem excipit, Caſtellum Baldi occurrit, per honeſtum oppidum à Patauinis vti quædam Bononienſiū Chronica perhibent· ædificatum anno poſt C.N. MCCXCII. Succedit perlautū ac nobile oppidum Portus, exaduerſum Liniaco interfluente ſolum Atheſi, cuius tranſitus ponte iunctus vnius propemodū oppidi formam ex duobus efficit. Decætero eſt confluēs in Atheſe fluminis Albi· prope quod dextrà pulcherrimus & honeſtiſsimus vicus Cereta, læuà verò mox Auella· tum porro ſplendidum D. Bonifacij caſtrum, ex quo ſplendidiſsimam gētem Veronæ Comitum Sancti Bonifacij originem ducere quidā aſſerunt. Id Galuaniꝰ Lancea Vicarius Imperatoris anno à C.N. MCXLIII. excidit: ſed inſtauratū poſtea eſt. Vlteriùs Villa Noua· ſupraq́; fluminis Albi oſtium iuxta Atheſin oppidum Porcilia· nec procul eo Montis Aurei amnis acceſſus, cum pernobili vico, cuius in media platea fons tantā aquarum abundantiam proijcit, vt mox ad iactū lapidis frumentarias molas circūagat· quamobrem & ad eius fluuiū plurima ſunt ædificia tum frumento moliendo, tum facienda charta conſtructa, quæ vix ſingulis inter ſe ſtadijs diſtant. Hinc tum ſexto lapide magnifica ciuitas Verona· ſupra quam dextrà Peluſiū oppidum, vnde vulgus Peluſellæ Valli nomen eſſe putat. Eā tamē Policellam Guarinus appellari dixit propter nitorem & pulchritudinē pomorum quę fert, tanq̄ politam, vt ſcribit Blondꝰ. Oppidum hinc Licena· dein Roboretum, quod ita latini vocāt, interq́; cætros Sabellicꝰ. Sub eo caſtro via perangu ſta ferro in ſaxum exciſa cernitur, quæ in Germaniam ex Italia ducit· quamobrem hoc latere Veronēſis ager munitiſsimo eſt aditu, Roboretū Venetus cum illo potiretur maximis operibꝰ ſepſit: in Imperatoris autem Maximiliani poteſtatē venit anno à C.N. MDIX. poſt cladem Ripaltanam. Altiùs Atheſis ripa procedenti caſtellum in dextra ſe prodit Petra, quod arctiſsimis cuſtodijs tenēt Germani. Inter id & Atheſim planities amœna ſternitur, in qua Robertꝰ Sāſeuerinas Veneti Dux exercitus egregiè contra Germanos depugnans cecidit, amiſsis etiam magna cæde legionibus, vt Sabellicus *a* monumentis prodidit, & nos adhuc memoria tenemus. Sequitur Biſinum·, & vlteriùs vbi quidam in Atheſim amnis ab caſtello Peregrina defluit Tridentum ciuitas, ſic à veteribꝰ etiam appellata, & à Ptolemæo Cenomanis attributa. Nominis etymon & cauſam variè prodiderunt ſcriptores, vti Ioannes Pyrrhus Mantuanus in libro de geſtis Ducū Tridentinorum refert. Quidam acceptum dixerunt à tribus torrentibus qui è montibus huc in Atheſim defluunt, ex quibus vnus vrbi per Aquileienſem portam illabens anguſto alueo in Atheſim ſe condit, alter Ferſina dictus vrbis mœnia circūluit, tertius haud procul ab vrbe Saletus, rapidiſsimè per vineas & conualles præcipitat, innoxius tamen, quoniam aggeribus & ſaxis accolarum induſtria vtrinque aggeſtis coërcetur, & tandem etiam Atheſi influit. Alij quemadmodum idem Pyrrhus memorat, Tridenti nomen à tribus altiſsimis Alpium cacuminibus quæ propinqua ſunt, & trium digitorum ſeu pinnarum vel dentium inſtar habent, tractum putauêre. Nec

a. lib. 8. Enn. 10.

deſunt qui à tridente Neptuni cui primùm olim vrbs ſacra fuerit, deſumptum aſ-
ſeruerint, argumento lapidis hîc peruetuſti tridentem Neptuni habentis. Sed vt-
cunq; ſe veritas horum habeat, ita ſaltem de Tridenti nominis origine nos perſcri
a.lib.5. ptum inuenimus. Mentionem vrbis Strabo *a* facit et Plinius *b* in mediterraneo re
b. lib.3. gionis decimæ numerat Tridentinos. Trogus *c* à Gallis cõditum Tridentum vnà
cap.18. cum alijs pleriſq; vrbibus & Verona ſcripſit, quemadmodum retulimus alibi.
c.lib.20. Nos auctores eius fuiſſe Thuſcos arbitramur cum in Rhetis ſit, quibus nomen &
d.lib.3. primordium Rhetus dedit dux Thuſcorum quos Galli ſedibus exegerant, vt au-
cap.19. ctor eſt Plinius, *d* etiam inter oppida Rhetorum Tridentinos habendos alio in
e.lib.3. loco ſcribens. Exiſtimo tamen Cenomanos Gallos Tridentum inſtauraiſſe vel
cap.18. auxiſſe, quemadmodum ex Liuio colligi poteſt vbi de Veronenſium & Brixiano-
f. lib.5. rum origine cõmemorat *f*. Idem quoq; ſentit Volaterranus *g*. Imperium eius poſt
g.lib.4. Gallorum tempora quale vſq; ad Gothorum in Italiam aduentum fuerit exactè
c.v. non reperi: puto tamen ad ditionem populi Rom. ac Imperatorum Cæſ. pertinuiſ-
ſe quamdiu maieſtas Romani nominis ſtetit. Dein autem anno à C. N. CCCC-
XV. Theodoricum Oſtrogothorum regẽ vrbis hui⁹ ſitu captum eam à finitimis
populis maximeq́; Feltrinis inſtaurari ac refici quoniam euerſa fuerat iuſsiſſe, tũ
in Gelaſio Pontifice teſtatur Platina, itemq́; Pinco in libro de origine vrbis Tri-
dentinæ, tum etiam in Edicto Theodorici regis legimus. Gothis Italia pulſis Tri-
h. lib. 9. dentum in poteſtatem Longobardorum veniſſe ſcribit Blondus *h* · poſt Lõgobar-
hiſt. dos in Imperatorum Cæſarum fuiſſe vſq; ad Wenceſlaum Aug. & ab illo condona
tum Gregorio Pont. Max. poſt C. N. MCCCLXXVII. anno Corius auctor eſt.
Nũc ſui Epiſcopi habetur imperio, ꝙ hac tẽpeſtate tenet Chriſtophor⁹ Madruci⁹
Tridentinorum & Brixentium antiſtes, itemq́; Cardinalis Eccleſiæ Romanæ. Di
gnitas hæc illi viro ſumma meritò contigit, quippe quia maximis virtutibus exor
natus, & ingeniorum ac doctorum hominum maximus cultor eſt. Diu poſſem in
eius amplitudine ac honoribus commemorandis verſari, ſed aliò vocat locorum
deſcriptionis inſtitutum. Ciuitas eſt Tridentum non inhoneſta cum arce, gens
partim Itali, partim Germani, et vt inter ſe varia lingua, ſic moribus etiam diuerſa.
Concilium hîc generale inceptum anno à C. N. MDXLVI. cum Pauli III. Pont.
Max. auctoritate, qui ad id miſerat Ioannem Mariam Montanum Epiſcopum
Cardinalem, Marcellum Politianum presbyterum Cardinalem tituli Sanctæ
Crucis in Hieruſalem, & Reginaldum Britãnum Diaconum Cardinalem omnes
doctos homines & maximarum rerum vſu pollentes: conueneruntq; varijs ex par
tibus Præſules quamplurimi, ſed peractis aliquot ſeſsionibus, anni ſequentis mẽ-
ſe Martio tranſlatum eſt ad Bononienſes. Hac in vrbe Iudæorũ perditiſsima ſtirps
B. Simonem puerum noſtra memoria lacerauit ac diſcerpſit, ad cuius tumulum
multa diuino numine ſigna tum edita precibus mortalium exauditis. Illuſtrauêre
Tridentum multi ornatiſsimi Præſules, nempe Cardinales & Epiſcopi, quemad-
modum Ioannes Pincio XII. libris earum vitas perſecutus docet. Inter Cardinales
fuerunt Hugo Candidus & Bernardus Cleſius plurimarum homo virtutum, &
promptiſsimo ad ſumma quæque ingenio. Extra Tridentum dextrà fluuius eſt in
Atheſim ex Alpibus iuxta Pineam defluens Ferſena. Propter eam in dextra Secon
tianum, altiusq́; Parchiaſium, & Veſum, & Canatium. Deinde flumen aliud in
Atheſim cadens fonte haud procul Perſonorio lautiſsimo oppido. Iuxta eum am-
nem dextra Valeſium, Feſpergum, & Ciuidoniũ caſtella · læuà Septum Septinusq́;

callis

callis anguſtiſsima inter Alpes via· moxq́; nobile ac opulentum oppidum Bolzanum, latinè Banzanũ appellatum Blondo, a cum Pipini Caroli Magni filij expeditionem in Italiam ad Banzanum & Tridentum aduerſus Traſsilonem Bauariæ Ducem narrat. Banzanum etiam Helias Capreolus b in hiſtoria Brixiana nominauit. Frequentatur certis anni temporibus conuentu mercatorũ ex Italia, Gallia, Germania, Dalmatia. Perlautum eſt oppidum & frequẽs. Diſtat nõnihil ab Atheſe, ſed amne alluitur Sarca, quæ non procul fonte iuxta Sirentinum caſtellum profluẽs huc rapidiſsimè accedit, & à Sabellico c memoratur. Adeo is amnis Bolzanũ contingit, vt ob ſummam violentiam ædificia oppidi appoſita perpetuò infeſtet. Ager Bolzanin· optimus eſt & pulcher, vitibusq́; mirificè ornatus, quæ tantam vini vbertatem porrigunt, vt cum ipſi oppido, tum vniuerſo tractui circumiecto ſufficiat vſq; ad Oenipontem vino ſterilem propter vehementia frigora, quibus conualles illę altiſsimarum Alpium peranguſtæ perpetuò rigent. Admirationem herculè ſummam & iucunditatem ea vinearum hìc amplitudo habet, tam exactè ac diligẽter cultarum, vt æſtiuis temporib· è longinquo intuenti nitentes viridi herba cãpi longiſsimè latiſsimeq́; diffuſi videãtur. Vlteriùs Caſa Noua eſt, & altiùs Maranum frequentiſsimum oppidum· quod licet ad Italiam pertineat, tamẽ populo incolitur & moribus & lingua Germanico potiùs quàm Italico. Succedunt Alpium celſiſsima iuga cum difficili & anguſta via qua in Germaniã itur. Hactenus Atheſis vtraq́; ripa finitimoq́; tractu ab oſtio eius vſq; ad fontem, & ad Italiæ Germaniæq́; hoc latere diſcrimem abſoluto, conſequens eſt vt ad alia loca quæ reſtant dicenda retro cõmeemus· incipiemusq́; primùm ab amne Nouo quem in Atheſim iuxta Caſtellum Baldi defluere prædiximus. Igitur in eius (Lenerum vocant) læua ſurſum nobile, frequẽs, et opulentum oppidum Colonia, quod alluit: deinde Mons bellus frequẽs item & opulentum lautumq́; caſtrum, Guidonis ex ordine prædicatorũ viri prudentis, religioſi ac docti, Ferrarienſium Epiſcopi ortu nobilitatum, qui in æde D. Dominici Bononiæ nõ ignobili ſepulcro iacet. Ad fontem huius amnis oppidum eſt Brendulum, diuitijs, nobilitate ac frequentia prædictis haud cedens. Tum per dextram amnis deorſum non procul Brendulo ad Leonicum deuenitur oppidum, cum opibus & multitudine colonorũ ac nobilitate, tum amplitudine multis Italiæ ciuitatibus par. Summè id illuſtrarunt Nicolaus & Omnibon· græcæ latinæque litteraturę ſcientia, queãdmodũ ex editis eorũ ſcriptis apparet. Omnibonus auditor fuit Victorini Feltrij, vnius ex primis linguæ latinæ reductoribus. Sequitur Ateſte perhoneſtum etiam caſtrum à Plinio d memoratum, quanquam codices eius mendoſi Aceſte habeant. Nominari etiam conſtat Ateſte tum Tacito e Ptolemæoque & Antonino, tum in vetuſtis quibuſdam marmoribus. Dubitare tamen Barbarus in Plinianis caſtigationibus videtur, Ateſténe hoc illorum auctorum ſit, quoniam Ateſte Patauio diſtare XXV. M. P. Antoninus in Itinerario ſcribat, Patauium autem hinc non vltra millia XV. vel XVI. nunc abſit. Sed adijcit tamen fortaſſe corruptum in Antonino numerum adiectione decuſsis· ſcriptumq́; pro XV. M. P. XXV. Nos plurimis quoq; rationibus hoc ipſum illud eſſe Ateſte quod tam multi auctores nominant, perſuaſum habemus. Actiolinum Romaninum cum Entio Corſicę Galluræq́; regulo Friderici ſecundi filio Ateſte ſubuertiſſe pulſo Actio loci Marchione Corius f auctor eſt. Accidit hoc anno poſt C. N. MCCXLVII. quanquam MCCL. dicat Corius, quod verũ eſſe non poteſt, quoniã Entium à Bononienſib· captũ MCCXLIX.

a. l. b. II. hiſt.
b. lib. 4.
c. lib. 8. Enn. 10.
d. lib. 3. cap. 19.
e. lib. 19.
f. parte 2.

a.lib.12. anno cõſtat, vti nos in Bononienſium annalibus[a] perſcripſimꝰ. Actiolinum ea tẽ-
b.lib.14. hiſt. peſtate Saracenis aliquot oppidum incolẽdum dediſſe perhibet Blondus[b]. Origo
hinc illuſtris Ateſtinæ familiæ, quæ nunc principatu Ferrariæ, Mutinæ, Regijq́ue
Lepidi potitur, vt Volaterranus alijq́; multi auctores tradunt. Nos eã in Ferraria
commemorauimus. A Colonia vſq; ad ſubiectas paludes iuxta Ateſte foſſa cerni-
tur in profluentem amnem opere perducta· qua tranſita perlautum exiguo in col-
c.lib.3. cap.18. le oppidum apparet Mons Silicis. Id Plinius[c] Acelũ vocat, Ptolemæus Acedum
in Venetia iuxta Patauium, vt Ponticus Virunius probat in annotationibus. Alij
tamen id Aſulum agri Taruiſini eſſe dicunt, ex quo dirus ille tyrrãnus Actiolinus
Romaninus erat oriundus, vt Barbarus in Plinianis caſtigationibus notauit. Op-
d.lib.4. hiſt.long. pidũ hoc vnà cum Patauio excidiſſe Lõgobardos Paulꝰ Diaconus[d] ſcribit, itemq́;
e.lib.8. hiſt. Blõdꝰ[e], qui etiã alio in[f] loco cũ Corio[g] tradit anno poſt C.N. MCCLVI. Azonẽ
Ateſtinum caſtella munitiſsima Montem Silicis & Solonũ Actiolino erepta Pont.
f.lib.18. hiſt. Legato tradidiſſe: præterea Coriꝰ[h] refert anno à C.N. MCCCXVIII. Canem Ma
gnum Scaligerum huius oppidi potitum, quod priùs Mõs Diuitiarum dicebatur.
g.parte 2. Id anno dein MCCCXXXVIII. in Venetorum poteſtãtem venit cũ Maſtini Sca-
h.part.3. ligeri imperio teneretur, et ab eius legato Petro Vermio Venetis Rolãdo Rubrio
duce obſidentibus, integro anno defenſum fuiſſet. Ita Venetis exin paruit vſq; ad
MDIX. à C.N. annũ, quo cum cæteris totius regionis vrbibus & oppidis ſub Ma
ximiliani Imper· ditionem redactum, in ea vſq; ad MDXVII. annum manſit· tum
verò tandẽ poſt multas mutationes cum alijs ad Venetos redijt, eoq́; in hunc vſq;
diem ſtatu manet. Secundum amnem prædictum incedenti Roboretes occurrũt,
moxq́; nobiliſsimum caſtrum Montaniana tam frequens lauto populo, potius vt
ciuitas quàm oppidum videatur, nempe ſi diuitias & ciuilitatem ſpectes. Nobilita
runt locum ſummopere Bartholomęus excellẽs philoſophus & celeberrimus me
dicus, vti monumenta ſcriptorum eius teſtantur, præcipueq́; de infirmitatibus &
balneis, cognomentoq́; Montanianæ citatur adhuc à doctis· item alter Bartholo-
mæus ſuperioris nepos, illiusq́; doctrinę ſectator, Gibbus Montanianęus dictus,
q noſtro ſeculo floruit· præterea Siccꝰ cognomine quoq; Mõtaniana, bellator inſi
i.lib.13. hiſt. gnis, quẽ memorat Blondꝰ[i]. Sequitur infra foſſę de qua diximꝰ in palude caput Lo
tium oppidum, dein amnis ex Alpibus Tridentins Bachilio. Hunc Blondus in Ita-
lia ſua maiorem Meduacum Plinij, qui Meduacos duos nominat vti mox refere-
mus, contendit eſſe· vt Brenta Meduacus nõ ſit, ſed Timauus: at hercule magno in
errore verſatur, quemadmodum paulo pòſt docebimus, quoniam amnem Brentã
quinunc ita vocatur, Plinius maiorem Meduacum, hunc verò qui nunc Bachi-
lio, minorem intelligit. Nonnulli latinè Bambilonem, alij Bachilionem appel-
lant, Plinius Meduacum minorem cum inquit: Meduaci duo faciunt Edronẽ por
tum: maior enim Meduacus Brenta eſt, quippe quoniam id flumen ſimul cum Ba
chilione portum Edronem efficere conſtat, de quo dicemus inferiùs. Profluit igi-
tur Bachilio ab Alpibus per planitiem ad vrbem Vicentiam, eamq́ue percurrit· &
priuſquã caſtellum Cuſtodiam attingat, in duo flumina finditur, quorum vnum
ad Foſſas Brentellas circa Patauium fertur, indeq́ue delatum ad inferiora mox a-
pud Ingentionem redditur· vnde ad Bouelentam ac deinceps ad Pontem longum
labens, ibi paludibus immiſcetur, & maris acceſsione vel regreſſu nunc creſcens,
nunc ſubſidens in Foſſam Clodiam pertingit, quę profundiſsimum portum Edro-
nem creat uti oſtendemus. Læua Bachilionis ſupra Vicentiã frequens & nobile
caſtellum

caſtellum eſt Cuſtodia, ſic dictum quoniam hîc olim noxij homines cuſtodiri ſolebāt in vaſtis latumijs, quæ cædendo ad ædificia lapide factæ ſunt vt ait Blondus. Cernuntur hîc longæ profundæq; ſpecus, ex quibus lapis cæditur haud abſimilis Tyburtino· quamobrem de hoc Plinium loqui arbitror cum a inquit: In Liguria quoq; & Vmbria & Venetia albus lapis dētata ſerra ſecatur. Hi tractabiles in opera laborem quoq; tolerant ſub tecto duntaxat· aſpergine & gelu pruiniſq; rumpuntur in teſtas, nec contra humores & auram maris robuſti: nam eiuſmodi natura lapidem qui hîc cæditur eſſe cōſtat, nimirum vt ſerra facile ſecetur, nec gelu cęteraſq; tempeſtates & marinos ventos ferat. Amplitudinem harum lapicidinarū quoniam multorū ſermonibus acceperam⁹ admirabilem, eaq; propter exactè ſcire cupiebamus, deſiderium hoc noſtrum per literas Ioanni Georgio Triſsino Vicētino viro docto ſignificauim⁹: perſuaſum enim erat ab eo verè omnia poſſe ſciri, quoniam accola curioſiq; vir ingenij eſſet. Is igitur vt eſt humanitate ſingulari, ſatisfacere votis noſtris cupiens, in hanc ſententiam vernaculo ſermone reſcripſit. Ioannes Georgius Triſsinus Leandro Alberto S. Iamdiu litteras tuas accepi, quibus de Cuſtodiæ cauernis erudiri petiuiſti. Ad eas hactenus reſpondi nihil· laboraui autem diligenter vt rem ipſam penitus cognoſcerem, quoniam vti Dantes ait, honeſtæ petitiones re præſtandæ ſunt cum taciturnitate. Profectus ad locum ipſe ſum, quo planè cōditionē eius totā perſpicerē ediſcerēq;. Pagus eſt Cuſtodia Vicentini agri, ſexto ab vrbe lapide, mille paſſ. ab amne Bachilione, Patauiū ſeu ad Auſtrum verſus. Iacet ad montis altiſsimi pedem, in exortum ſolis ſpectans. Poſteriori ad occaſum latere mons cauernas habet, inter alias vnam memorabili vaſtitate· nam vti menſura cæteriſq; rationibus colligere potuimus, circuitu ferè tria millia paſſuum continet· ouata forma, nam longitudine maxima perticis D C L. patet, quæ ad IIII. mill. ped. conſtituunt· latitudine perticis ferè CCCCXC. ſeu ped· propemodum III. mill. Cauatus ita mons diuturno temporis ſpatio creditur cæſis ad ædificia lapidibus, quoniam antiquæ Patauinorum & Vicentinorum ædes hoc lapide conſtare palam eſt. Relictæ autem fulciendo montis tecto pilæ cernuntur ſolido ex eodem lapide peringentes, quadratæ, trium fermè in ſingulis lateribus perticarum, interuallis interſe imparibus, pleriſq; tamen vti menſura compertum, perticarum XII. Numerus columnarum in vniuerſum ad mille eſſe creditur. Latumias fuiſſe has non ſolum quadrati adhuc lapides aliquot circumciſi nec extracti docent, verum etiam orbitæ veſtigiaque rotarum, cum iam pridem nemo quiſquā currus intus fuiſſe memoria teneat. In exitu huius ampliſsimæ cauernæ lacus eſt aquæ tā claræ, vt infimū ſolum ac ſi nihil obſtaret perluceat. Quibuſdā in locis altitudine amplius pedum X X. eſt, quemadmodum aſſerunt accolæ, qui etiam lintribus aliquos enauigaſſe aquas, multaque de lacu & eius amplitudine fabuloſa narrāt. Piſces omnino nullos habet præter ſquillas minimas, nec ijs marinis diſsimiles quæ vulgò Venetijs ſolent vendi. Sed nec in ipſa ingēti cauerna genus aliud animalium degit præter veſpertiliones, notas quaſdam in fronte tenentes, & colore ab cætero genere diuerſo. Quibuſdam inſuper in locis humore ſupernum ſaxum ſtillat admodum ad corrumpendum quæ contigerit efficaci· docentque hoc ſtipulæ ab ijs fortè relictę, qui ſpecus videndi cauſa ingreſsi ſunt, quę breuiſsimo temporis ſpatio corruptæ cernuntur, vti etiam præterea radices arborum, & id genus alia hîc putredine conſumpta videre eſt. Hec ſunt quæ de cauerna Cuſtodiana ſcribere ad te habeo, partim oculis viſa, partim aliorum à quibus

a lib. 36. cap. 22.

frequentatur ſermonibus accepta. Locus eſt vti manifeſtò apparet inexpugnabi-
lis, quo recondi vel numeroſiſsimus exercitus optimè queat. De cæteris rebus me
moratu dignis quæ ad Ticentiam pertineant hoc inſuper tantum addo, Trettum
& Recouarium agri Vicentini pagos in montibus ad Vridentum verſus argenti
habere fodinas· prætereaque marmorum in Valdanio Carrarianis, in Campo Il-
lyricis ſimilium, vel duriorum etiam eſſe lapicidinas. Non ero nunc longior, quo
niam cum has noſter Breuius ad te deferat, is coram præſtabit quo ego fortè ſcri-
bendo non ſatisfeci. Vale. Ex Cricolis III. Non. Martij, poſt C. N. M D X X X-
VII. anno. Iam diligenti hac & exacta Cuſtodianæ cauernæ deſcriptione nemo
non poterit vt puto conditionem & ſpecimen loci cum multis quoque memo-
rabilibus inſuper rebus non plenè cognoſcere. Dein altius amnis Bachilio Vicen
tiam diuidit, non tamen æqualibus partibꝰ. De nobilis huius vrbis origine nihil re
perimus præterquam apud Paliarinum. Is in Commentarijs refert aliquos tra-
didiſſe Vicentiam hunc dictum locum ob gentis incolæ victoriam cæſis hoſtibus·
aut à centum vicis qui priùs hîc extitere, quorum hábitatores vnum in locum col
lecti ciuitatem hanc primùm effecerint. Ita Paliarinus: at quia nullum auctorem
a. lib. 19. certum profert, addent his vel dement fidem legentes. Vicentiam Tacitus *a* me-
b. lib. 3. cap. 18. morat· item Antoninus in Itinerario, Plinius *b* inſuper & Ptolemæus in Venetia.
c. lib. 20. Trogus *c* à Gallis conditam ſcripſit cum Verona, Mediolano, ac alijs vrbibꝰ, vti
perſæpe iam dictum eſt: nos autem primos eius auctores Thuſcos putamus· his
eiectis dein à Gallis inſtauratam vel auctam: qua de re diximus alibi plenè, ne-
que nunc plura repetere neceſſe eſt. Nonnulli Veicetiam dicendum contendere
marmoris cuiuſdam argumento, in quo hæc inſcriptio ſit reperta. Sex. Attilius
M. F. Seranus Procons· ex Senati conſulto inter Æteſtinos & Veicetinos fines
terminoſque ſtatui iuſsit. Ita Barbarus in Plinianis caſtigationibus refert, ad-
dens eum ſua memoria lapidem inuentum. Alia tamen hæc res auctoritate non
conſtat· neque quiſquam luculentus ſcriptor Veicetiam, ſed omnes conſtanter
Vicentiam, nec etiam vti nunc vulgus indoctum Vincentiam, dixere. Ciuitas
hæc eſt ex illis X II. Hetruſcorum cis Apenninum vna, quam pulſis deinde
Thuſcis Galli habuere. Gallis à populo Rom. domitis, in eius exin fide perpe-
d. lib. 15. tuò ſtetit vſque ad Athilæ tempora· vaſtatam enim ac direptam ab illo Paulus *d*
ad Eutrop. Diaconus perhibet. Poſthæc in Gothorum itemque Longobardorum poteſta-
te fuit vti ex eodem auctore diſcitur, cum occiſo Arnefrit Lupi filio Foriiulij Du-
ce, ſublectum in eius locum Vectarinum Vicentinum hominem manſuetum &
prudentem ſcribit: hinc quippe ſatis intelligitur Vicentiam tunc paruiſſe Lon-
gobardis, aliter enim homo Vicentinus Forijulij Dux creari haud poterat, quo-
niam ad eam dignitatem aſpirare tantum Longobardi natione, vel parenti
e. lib. 5. bus Longobardis editi permittebantur. Idem quoque Paulus Diaconus alibi *e*
hiſt. Long. narrat, Alabi Vicentiæ Ducem à Perteri Longobardorum rege defeciſſe to-
tumque ſic rei Longobardicæ ſtatum quanquam Longobardus ipſe eſſet tur-
f. lib. 6. hiſt. Lōgo. bauiſſe. Ducem præterea Vicentinum alio *f* loco Perdeum Longobardum
nominat. Deuictis Longobardis captoque illorum rege Deſiderio Caroli
Magni bello, Vicentia ſub Imperij Romani nomine manſit, regibus parens
quos Carolus Italiæ præficiebat. Hac conditione fuit vſque ad Berengarios,
cæterosque tyrannos, qui vti antea commemorauimus, Italiæ regum nomen
vſurparunt· ijſque paruit, donec Imperium Romanum vindicauêre Germani.

Subhis

Sub his cæterarum Italiæ ciuitatum exemplo in iure ſuo liberè (Romani ſcilicet
imperij nomen præ ſe ferens) agere cœpit, carrotio fabricato, creatisq́; ſibi Antia
nis & Prætoribus annuis, fœderaq́; cum alijs populis vti ferebant tempora feri-
ens. Ea reipbulicę forma durauit vſque ad Fridericum ſecundum: qui cum Vi-
centini fœdus contra ſe cum Mantuanis, Cremonenſibus, alijsq́; populis conſti-
tutum haberent, relicta Cremona quam ferè nouem menſibus obſederat, ſimula-
toq́; ad Mantuam itinere, vrbem hanc de improuiſo petijt: quamobrem deſtituti
militibus rebusq́; ad defenſionem neceſſarijs oppidani pacem petere coacti ſunt.
Fridericus tum concepto dolo gratiam præ ſe ferens, interea cum de pacis condi-
tionibus ageretur, planeq́; iam in tuto res ſuas eſſe oppidani reconciliato Cæſaris
animo putarent, hac fraude vrbem ingreſſus Cal. Noueb. anno poſt C. N. MCC-
XXXVI. eam direptam incendio cremauit: & tamdiu hìc ſedit dum agrum Pata
uinum rapinis flammisq́; vaſtaret. Ita Blondus a itemq; Corius b & Merula c ſcri- a. lib. 17.
bunt. Poſt hoc excidium inſtauratam Vicentiam Actiolinum quoq; Romaninũ b. parte 2.
infamem tyrannum cepiſſe anno à C. N. MCCLVIII. Blondus auctor eſt: illo ta- c lib. 4. hiſt. Vicet.
men mox anno ſequenti mortuo, cum cęteris quas tyrannide ſua oppreſſerat vrbi
bus excepto Taruiſio cunctis, in priſtinam libertatem reuerſa eſt. Vicentia Pataui
nos quoque diu potitos Baptiſta Paliarinus hinc ortus in annalibus perhibet. De
inde ſub ditionem Maſtini Scaligeri venit anno à C. N. MCCLXXV. quemadmo
dum Taurellus d Sarayna prodidit: & in eius gentis imperio ſtetit vſq; ad Anto- d. lib. 2.
niũ: qui cum metu Ioannis Galeatij Vicecomitis primi Mediolani Ducis Vero-
na profugiſſet, Galeatioq́; ſe dedidiſſent Veronenſes, idem Vicẽtini fecere, ne Car
rarienſium Pataui tyrannorum imperium accipere cogerentur, vti Corius &
Helias Capreolus e Taurellusq́; f Sarayna tradunt. Poſt hæc diem functo Ioanne e. lib. 8. hiſt. Brix.
Galeatio quum Carrarienſes Patauium vnde pulſi anteà fuerant, reuerſi eſſent,
itemq́; Scaligeri Veronã, & ab his variè Vicentini infeſtarentur, illi ſuadente Ca- f. lib. 2.
tharina quondam Ioannis Galeatij vxore in Venetorum fidem primi omniũ hu-
ius ſitus populorum conceſſere, quod Blondus & Volaterranus g perhibent. Exin g. lib. 4.
itaque Veneti Vicentia potiti vſque ad MDIX. à C. N. annum, quo cęſis eorum c. v.
ab Ludouico XII. Franciæ rege copijs, vti perſæpe iam diximus, Vicentini quo-
niam defendendi ſui contra Veneti nominis hoſtes nulla ratio ſupererat, Maximi
liano Cæſari ſe dedidere. Maximis autem exin vſq; ad MDXVI. à C. N. annum ca
lamitatibus vexati ſunt: nam quia non ſatis munita erat vrbs, nunc à Venetis,
nunc viciſsim ab Hiſpanis capiebatur: vt modò Venetorum imperium, modò
Maximiliani Auguſt. tanquam per ludum ſumeret poneretq́ue. Quanquam autẽ
interea perſæpe ſummo in diſcrimine eſſet ne cremaretur deleretur q́ue funditus:
numinis tamen diuini benignitate ſupremum caſum euaſit. Ad extremum Vero-
na Brixiaq́ue Venetis reſtituta, ſimul in eorundem ditionem velut ad iucundam
quietem & ſacram ancoram ipſa quoque confugit: moxq́ue ad ſua reuertentibus
colonis, etſi iam tum pene deſerta videbatur, paulatim adeo refecta reſtaurataq́;
eſt, vt iam detrimenti habuiſſe non videatur quicquam. Vrbs eſt ædificata per-
optimè, ac ſplendidis operibus ornata, inter quæ Prætorium fori magnificentiſsi-
mum, cœnobiumq́ue D. Coronæ ſodalium Prædicatorum, in cuius fano ſacra-
tiſsima ſpina conſeruatur ex corona Seruatoris Chriſti, quam huc è Gallia Bar-
tholomæus Vicentinus vrbis Epiſcopus ex ordine prædicatorum attulit, cui ab
D. Ludouico Franciæ rege fuerat donata. Colunt hanc ſpinã Vicentini præcipuè:

deferturq; quotannis per vrbē cum maximis honoribns. Cœnobiū hoc etiam per
nobilē habet Bibliothecā. Sita eſt Vicētia iuxta radices collis, duobus amnibus di
uiſa nauigabilibus, Bachilione quē ſuprā nominauimus, & Rerone qui ex vicinis
montibus in ipſa vrbe Bachilioni iungitur, Æliano Ererenus in animaliū hiſtoria
dictus, quē optimas Italiæ totius anguillas habere perhibet. Bachilio quoq; Teſ-
ſinam amnē excipit ita Plinio dictū. Bachilio Meduacus minor eſt, Brenta maior,
a.lib.5. vti etiā Volaterranus a aſſerit. Abundat vrbs hæc maxima rerum omniū ad vit[illegible]m
c.v. vtiliū copia, propter ſummā agri amœniſsimi vbertatem, qui frumenti, vini, cæte
rarumq; frugū maximè fertilis eſt. Tanta cum in ipſa vrbe, rum in agro mororum
arborū quarū fronde bōbyces aluntur, frequentia eſt, vt ſummā habeant admira-
tionē. Poma ferūt alba quamobrem hoc ſericū non tam eſt robuſtū, ac illud quod
vermes genuere folijs earum arborū nutriti, quæ mora nigra producunt. Vberri-
mum hinc quæſtū Vicentini faciūt, gēs ingenijs viuidis, fiduciæq; magnę, prōpriſ-
ſimi ad literas, militiā, mercaturā. Lautè admodum viuunt, honeſteq; veſtiuntur,
ac perpetuò in re faciend adeſudant. Nati hîc viri illuſtres plurimi, quorū ortu ma
ximè nobilitata vrbs eſt. Fuere ex his Aulus Cæcina Imperatoris Vitellij legatus
b.lib.19. & Conſ. Romanus, vti è Cornelio b Tacito diſcimus, itē DD. Fortunat⁹ & Fœlix
martyres, qui ſub Imperatore Maximiano floruerūt Aquileiæ, præterea B. Ioānes
ex ordine prędicatorū, qui concionibus ardentiſsimis plurimos Italię populos in
verā ad Chriſtū viam cōpulit, præcipueq; Veronenſes vt Taurellus Sarayna memo
c.lib.5 rat, itēq; Bononiēſes vti illorū annales perhibēt, ac etiā in libris c hominū illuſtriū
ordinis prædicatorū legitur quanq̄ calūnijs Petri Aponini, cuius impiū & nefariū
inſtitutū viuendi grauiter accuſabat, impetitus fuerit. Horū numero accedūt B. Iſ-
d.lib.5. nardus ex eadē ſodalitate, cuius etiam in libris d hominū illuſtriū noſtri ordinis
ſancta vita legitur, & Bartholomæus itē monachus prædicator, vrbiſq; ſuæ anti-
ſtes vir bonus, doctus, ac diſertus, cui ſacratiſsima coronæ Seruatoris ſpina dona-
ta eſt. Tulit inſuper Vicentia Palemonē hominē doctum vt Euſebius teſtatur, An
toniū Luſcū oratorē ſummū elegantemq; poētā, Matthęū Biſſariū oratoria quoq;
ac poëtica facultate præditū, Vicentiū Colcæū ex ordine prædicatorū eximiu phi
loſophū ac theologum, omnibus Italiæ gymnaſijs celebrē, qui nuper anno à C. N.
MDXXXII. Bononiæ fato conceſsit, vbi diu philoſophicas theologicaſq; diſci-
plinas erat profeſſus, Hieronymū Plegafetā ex eadem familia monachū, oratorē
& poëtā præcipuū, vti ſcriptorū monumētis eſt teſtat⁹, qui MDXLIII. poſt C. N.
anno Vicentiæ fato cōceſsit magno ſui apud poſteros deſiderio relicto. Viuit nūc
Ioēs Georgius Triſsinus græcis latiniſq; literis ornatus, orator facundus & ele-
gans, non ſolum latino, ſed etiam vernaculo carmine poëta, quemadmodū lucu-
brationes eius docent, vir humanitate ac māſuetudine ſingulari. Multas Vicentia
e.lib.5.6. nobiles & antiquas familias habet vt refert Baptiſta Paliarinus e. Scripſit is ab ini
tio Vicētię patriæ vſq; ad ſua tēpora libros ſex primū de origine vrbis & imperio,
præterea de fide ciuium, de amplitudine vrbis, de agri eius fertilitate, de viris illu-
ſtribus, de familijs claris quę periere, ac nobilitate pręſenti[illegible] libros ſingulos, quos
omnes Arnardus Vicentinus patriæ ſtudio ac honore ductus è vernaculis fecit la
tinos, nobiſq; qua eſt humanitate ſingulari, cōmunicauit. Multa p̄terea de hac vr-
be ſcribi meritò poſſent q̄ nunc p̄termittimus. Supra Vicentiam oppid[illegible] eſt Caldo
tium iuxta Bachilionem, altiuſq; ad amnis fontem Portelletum, cum Villis Gen-
f.lib.3. nis quemadmodum Sabellicus f in libris de ſitu Venetiarum perhibet. Nūc amnis
dicendus

dicendus Brenta, quem Plinius Meduacum nominat vti præmonuimus: Blōdus aūt quod in Italia ſua maximè contendit Timauium eſſe hunc, & Bachilionē Meduacum, equidem valde errat, vti nos ipſis illis argumentis quibus ad ſuam ſententiam firmandam vtitur, apertè cōuincemus. Capit itaq; Blondus vt Brentā Timauum eſſe doceat hāc Liuij a de Cleonymo Lacedæmonio Græcæ claſsis pfecto quę litoribus inſtitit Italiæ, narrationē. Eodem anno claſsis Græcorū Cleonymo duce Lacedæmonio ad Italiæ litora appulſa Thurias vrbē in Salentinis cepit. Aduerſus hunc hoſtē Conſul Æmilius miſſus prælio vno fugatum cōpulit in naues. Thuriæ redditæ veteri cultori, Salentinoq; agro pax parta. Circumuectus inde Cleonymus Brunduſij promontoriū, medioq; ſinu Adriatico ventis latus, cum læua importuoſa Italię litora, dextra Illyrici Liburniq; & Iſtri gētes feræ, & magna ex parte latrocinijs maritimis infames terrerent, penitus ad litora Venetorum peruenit. Ibi expoſitis paucis qui loca explorarent, cum audiſſet tenue ita prætentum litus eſſe quod tranſgreſsis ſtagna ab tergo ſint irrigua æſtibus maritimis, agros haud procul proximos campeſtres cerni, vlteriora colles videri eſſe, oſtium prealti fluminis quo circumagi naues in ſtationem tutam vidiſſet, Meduacus amnis erat, eo inuectam claſſem ſubire aduerſo flumine iuſsit. Grauiſsimas nauium nec pertulit alueus fluuij, & in lęuiora nauigia tranſgreſſa multitudo armatorū ad frequentes agros trib9 maritimis Patauinorū vicis colētibus ea in ora, peruenit. Ibi egreſſi leui præſidio nauibus relicto vicos vi expugnant, inflammant tecta, hominum pecudūq; prædas agunt & dulcedine prædandi longiùs vſq; à nauibus procedūt. Hæc vbi Patauiū ſunt nuntiata, ſemper aūt eos in armis accolæ Galli habebant, in duas partes iuuentutem diuidūt: altera in regionē qua effuſa populatio nuntiabatur, altera ne cui prædonum obuia fieret altero itinere ad ſtationem nauium, millia aūt XIIII. ab oppido aberāt, ducta. In naues paruas ignaris cuſtodibus interemptis repentinus impetus factus, territiq; nautę coguntur naues in alteram ripā amnis traijcere. Et in terra æquè proſperū in palatos prædatores prælium fuerat, refugientibusq; ad ſtationē Græcis Veneti obſiſtunt. Ita in medio circūuenti hoſtes cæſiq; pars capti claſſem indicat regēq; Cleonymū tria millia abeſſe. Ibi captiuis proximo vico in cuſtodiam datis, pars fluuiatiles naues ad ſuperāda vada ſtagnorum aptè planis alueis fabricatas, pars captiua nauigia armatis cōplent, pfectiq; ad claſſem immobiles naues & loca ignota plusq̄ hoſtē timentes circūuadunt, fugientesq; in altū ac nuſq̄ repugnantes vſq; ad oſtiū amnis perſecuti, captis quibuſdam incēſiſq; nauibus hoſtiū quas trepidatio in vada intulerat, victores reuertuntur. Cleonymus vix quinta parte nauium incolumi, nulla regione maris Adriatici proſperè adita diſceſsit. Roſtra nauium ſpoliaq; Græcorum in æde Iunonis vetere fixa multi ſuperſunt qui viderūt. Patauij monumentū naualis pugnę eo die quo pugnatum eſt quotannis ſolenni certamine nauium in flumine oppidi medio exercetur. Hactenus Liuius: vnde Blondus additis etiam alijs argumentis ac rationibus Brentā oſtendere eſſe Timauum, & Bachilionē Meduacū nititur. At hercule nō mediocriter eum à vero aberrare haud quiſq̄ æquo iudicio eſſe poteſt quin diſcernat, ipſis nēpe Liuij vrbis inſpectis, quæ multo magis aduerſari Blondo, quàm ad eius ſententiam appoſita conuenientiaq; liquidò cognoſcimus. Nego enim non apertè Liuium docere Brentam amnem hunc eſſe Meduacum, minimeq; Timauū, cum poſt tenuè prætentum litus & ſtagna ab tergo irrigua æſtibus marinis oſtio prealti fluminis claſſem ſubuectam ad XIIII. à Patauio lapidem ait: itemq;

a lib. 10.

mox

mox cum Patauij monumentum naualis pugnæ eo die quo pugnatum eſt, quotan
nis ſolenni certamine nauium in ipſo flumine oppidi medio exerceri perhibet.
Euidenter igitur apparet Brentã amnẽ eũ eſſe quẽ Meduacum Liuius nominat, nõ
Bachilionẽ. In Foriulij fine vbi Timauũ deſignabimus, cæteris Blondi argumẽtis
reſpondetur, ibiq́; Timauũ verè eſſe cõuincetur. Non defuere tamẽ rudes geogra
phiæ ſcriptores, q húc Blõdi de Meduaco ac Timauo errorẽ ſint ſecuti. Nos itaq;
a lib.3. duos Meduacos inueſtigauimus quos memorat Plinius *a*, quanq̃ in mendoſis co
cap.15. dicibus Mediacidua legatur nã Meduaci duo legendũ, vti quoq; doctiſsimus Bar-
barus annotat ꝰijq; ſunt Brẽta qui maior, & Bachilio qui minor, Edronẽ portũ effi
cientes. Scribit aũt Plinius partẽ aquarũ ex paludibus emergentiũ proximũ face-
re portũ Brundulũ, ſicut Edronẽ Meduaci duo ac foſſa Clodia, nã in eam Bachilio
ſe cõdit, vel per eam fertur, ac mox vnà cũ Brenta portũ Edronẽ qui nũc Clodianꝰ,
b.lib.5. facit. Hos porrò duos amnes Meduacos eſſe Strabo *b* quoq; docet cũ de Patauio
ſic ſcribit. A mari ſurſum habet nauigationẽ fluuio per paludes delato CC. & L. à
magno portu ſtadijs, Portus aũt ipſe eodẽ quo fluuius nomine appellatur Medua
cus. Iã igitur hinc clarè conſtat Meduacos eſſe hos amnes, quanq̃ portus eodẽ no
mine appelletur: proinde ſi quæ dicta ſunt hactenus diligẽter expendamus, dubita
re ꝓfectò nõ poterimus quin Bachilio Brẽtaq́; Meduaci ſint ꝰnã Bachilio infra Pa
tauiũ octauo ferè lapide cornu vno Brentæ coniũgitur, ac deinde ſimul Edronem
c.lib. 4. portũ creat, quẽ Meduacũ vocat Strabo. Sentit hoc etiã Volaterranus *c*, itẽ Sabelli
c.V. cus plurimis in locis, præcipuè tamẽ octauo lib. nonæ Enn. itẽq́; Ioãnes Antonius
Flaminius Imolanus, ac alij docti viri quã plurimi. Brẽta vt eò tandẽ vnde digreſsi
ſumus, reuertamur, vbi ſtagnis ſalſis ſe cõiungit in duo cornua finditur, quorũ qđ
dextrũ eſt ad Popiliã & Methamaucũ vt docti hæc vocant, extenditur, ibiq́; portũ
altiſsimũ latiſsimũq́; creat Methamauci. Priusq̃ tamẽ huc deferatur, amnẽ Siochũ
recipit, qui ex agro Patauino in ſtagna defluens, iuxta litus Brẽtæ cõiunctus amit-
d. lib.3. tit nomen vt Sabellicus *d* auctor eſt. Is ab caſtro Plebis Sacci, quod ita perperã nũc
de ſitu urb. pro Plebe Siochi nuncupatur, deſcendit. Plinio *e* dictũ exiſtimo Togiſonũ, quẽ ex
Ven. agris Patauinorũ ait procedere. Barbarus tamẽ in caſtigationibus Vigiſiolũ ſcri-
e.lib.3. bendũ cenſet pro Togiſono, quoniã lacus hic ſit Vigiſiolus, vbi quondã ad læuam
cap.15. Brenta fluuius vrbẽ Venetam relinquere ſolebat ꝰqui idẽ amnis portũ Venetiarũ
creabat olim, gemina hinc inde turre munitũ. Et hunc quidem Brentæ fluxũ annis
ſuperioribus ad officinã Leucæ conſeptũ opere conſtat, ne recto curſu per ſtagna
vt prius ferretur amnis ꝰpericulũ enim erat ne paludibꝰ illabens paulatim lacunas
cœno oppleret, ac ita facilis ad vrbẽ terreſtris acceſſus tandẽ efficeretur: quod Ve
neti aduertentes, flumen ad dextrã ibi auerſum vicinis ſtagnis immiſere. Ad offici
nã Leucæ graui machina cymbæ nauigiaq́; cum mercibus quæ Venetijs Patauiũ
aut contrà cõmeant, ex ſtagnis in flumẽ, & viciſsim in paludes è flumine tranſue-
huntur. Iter Venetijs Patauiũ aduerſo amne nauigiũ ſubducentibus equis vna no-
cte peragitur. Rurſus per dextrã Meduaci vel Brentæ integræ ripã ſurſum ad vicũ
Oriacum deuenitur, qui ex tabernis diuerſorijs cõſtat ꝰ& vlteriùs vbi Tegola tor
rens in Meduacum pręcipitat, Tegola pagus: dein ad læuã iuxta Meduacũ Strata
caſtellũ exiguũ, vnde foſſa opere facta ſenis P. M. enauigatur Patauium. Succedit
f.lib.5 itaq; mox antiquiſsima ciuitas Patauium, quam ſic Cato, Strabo *f*, Plinius *g* in X.
g.lib.3. regionis mediterraneo, Liuius plurimis in locis, Tacitus *h*, Mela *i*, Solinus & An-
cap.18. toninꝰ in Itinerario nominãt, itemq́; Ptolemæus, quanq̃ codices eius mẽdoſi Pla-
h.lib.16.17
i.lib.2.
tiuum

tiuum habeant pro Patauium·breuiter omnes ſcriptores Patauium vocant, at vulgus Italicum Paduam. Conditum ab Antenore Troia profugo quam Græci exciderant, tum multi ſcriptores perhibent, tum maximè Liuius initio ſuarum hiſtoriarum in hæc verba ſcribens. Iam primùm omnium ſatis conſtat Troia capta in cæteros ſæuitum eſſe Troianos, duobus Ænea Antenoreq́; & vetuſto iure hoſpitij, & quia pacis reddendæq́; Helenæ ſemper auctores fuerãt, omnem vim belli Achiuos abſtinuiſſe: caſibus deinde varijs Antenorém cum multitudine Henetum qui ſeditione ex Paphlagonia pulſi & ſedes & ducem rege Pylemene ad Troiam amiſſo quærebant, veniſſe in itimum maris Adriatici ſinum, Euganeisq́; qui inter mare Alpesq́; incolebant, pulſis, Henetos Troianosque eas tenuiſſe terras: & in quem primùm egreſsi ſunt locum, Troia vocatur, pagoque inde Troia nomen eſt·gens vniuerſa Veneti appellati. Clariùs hoc ipſum docet Virgilius a, his a lib. 1. Aeneid.
verſibus.

Antenor potuit medijs elapſus Achiuis
Illyricos penetrare ſinus, atq; intima tutus
Regna Liburnorum & fontes ſuperare Timaui,
Vnde per ora nouem vaſto cum murmure montis
It mare præruptum & pelago premit arua ſonanti
Hîc tamen ille vrbem Pataui ſedesq́; locauit
Teucrórum, & genti nomen dedit, armaq́; fixit
Troia, nunc placida compoſtus pace quieſcit.

Patet igitur ex Liuio Virgilioq́; profugum Ilio deleto Antenorem per loca prædicta delatum hîc tandem conſediſſe, nobiliſsimamq́; hanc vrbem in qua vitam quoq; finijt, fundaſſe. Sunt tamen qui famam eſſe ſcripſerint primùm non hoc in loco, ſed inferiùs paulo non procul tamen, circa Bouolentam Patauij initia poſuiſſe Antenorem, quemadmodũ Sabellicus b in hiſtoria Veneta memorat. Vtcũq; b lib. 2. Decad. 2.
hoc ſe habeat, vrbis huius auctorem Antenorem tota veterum ſcriptorum cohors teſtatur, epitaphiaq́; monumento eius aſſcripta probant, maximè verò hoc quod in marmore parieti ædis D. Laurentij coniuncto legitur.

Inclytus Antenor patriam vox niſa quietem
Tranſtulit huc Henetos, Dardanidumq́; fugas.
Expulit Euganeos, Patauinam condidit vrbem,
Quem tenet hîc humili marmore cæſa domus.

Aliud etiam eſt complexum diſticho, quod multi aſſcriptum eidem ſepulcro dicunt huiuſmodi.

Hîc iacet Antenor Paduanæ conditor vrbis.
Proditor ipſe fuit, hiq; ſequuntur eum.

Verumenimuero quiſquis tandem fabricator eius diſtichi fuit, nobis videtur indignè ac iniurioſè tantũ virũ patrię proditionis inſimulaſſe, quẽ vt Liuius perhibet, ſuaſorẽ pacis inter Achiuos & Troianos, auctoremq́; ſemper reddendæ Menelao Helenæ fuiſſe, filiũ etiam Glaucum quoniam Paridi adhęrebat, ab ſe dimouiſſe, ac peremptũ ab Agamẽnone nec luxiſſe cõſtat. Itaq; tot luculentorũ ſcriptorũ auctoritate Patauiũ ab Antenore conditũ quẽ magna multitudo pter Henetos erat ſecuta, cõuincitur·idq; Põponius Mela, Solinus, alijq́; præterea multi ſcriptores cõfirmãt. De nomine Patauij quis id primũ & qua ex occaſione vrbi impoſuerit, variè proditũ inuenim9. Quidã à Padi vicinitate dictũ Patauiũ tanq̃ Padauiũ putarũt· alij ἀπὸ τοῦ πέτεσθαι, id eſt, à volãdo, ꝙ captato augurio fuerit cõdita·quidã à petẽdo,

quòd

quòd auem Antenor telo petiuerit, eoq́; in loco condiderit vrbem: nonnulli priùs appellatam Antenoream, & colonos Antenoridas, poſtea Patauinos, & vrbem ipſam Patauium aiunt. Nos in hac diuerſitate fidem eruditorum nulla in parte vrgemus. Antenor vrbe fundata quemadmodum diximus, arma delubris ſuſpenſa Dijs conſecrauit, antiquorum conſuetudine qui finitis bellis, emeritaq́; militia Dijs arma dicabant. Idem igitur fecit Antenor vt Seruius ad hæc verba Vergilij, Armaq; fixit, annotat: nimirum vt vrbe hac pòſt tot labores condita, nomine eque Venetorum regionis genti parto, tanquam deinceps in ocio paceq́; eſſet quieſcen-

a.lib.5. dum, arma Dijs ſacraret. Poſitum eſt inquit Strabo *a*, Patauiũ iuxta paludes, cũctas eius regionis vrbes excellens. Nuper in ea cenſi ſunt quingenti equeſtris ordinis viri: antiquis autem ſeculis centum & vinginti armatorum millia conſtat emiſiſſe. Quàm verò & virorum probitate, & artium bonitate floruerit, magnitudo cum aliarum rerum maximo apparatu Romam miſſarum, tum verò pannorum & veſtimẽtorũ omnifariam mercatura declarat. A mari ſurſum habet nauigationẽ fluuio per paludes delato CC. & L. à magno portu ſtadijs: portus autem ipſe eodem quo fluuius nomine vocatur Meduacus. Sic Strabo. Portus ille nunc Methamauci eſt. Nobiliſsimã hanc ciuitatem eſſe ſatis etiam indicat Strabo: maximè autem amica coniunctaq́; populo Rom. fuit cum eius imperij maieſtas vige-

b.lib.41. bat: quamobrẽ enatis olim inter ciues diſcordijs vt ſcribit Liuius *b*, Senatꝰ Rom. alterũ ex Conſulibus M. Æmiliũ huc ire pacis conſtituendæ cauſa iuſsit: & compoſitis ab eo diſſentionibus quæ iam iam ad bellũ & cædes erant erupturæ, Romani exinde Patauinos perpetuo habuere coniunctiſsimos, eorumq́; tum militaribꝰ tum pecuniarijs ſubſidijs in tempore ſunt adiuti, quemadmodũ Tullius in Philippicis teſtatur. Patauium quoq; coloniam Romanorũ deductam, ſed nõ ea qua cæteræ deductæ ſunt conditione, Patauinis enim ius ſuffragiorũ quoq; datũ tanquã ciuibus Romanis Aſconius Pædianus apud Ciceronem ſcribit. Sic itaq; Patauiũ in amicitia fideq́; nominis Romani ſtetit quamdiu maieſtas eius imperij cõſtitit, & donec vrbs ab Hunnorũ rege Athila vaſtaretur, à quo captã, direptã, & occiſis ci-

c.lib.15. ad Eutrop. uibus etiã incenſam Paulus Diaconus *c*, Blõdus *d*, Sabellicusq; perhibẽt. Ijdem in-

d.lib.2. biſt. ſtauratã dein à Narſete Iuſtiniani Imper. legato & Rauẽnatibus auctores ſunt: centeſimoq́; anno pòſt q̃ ab Athila ſubuerſa fuerat, iterũ à Lõgobardis crematã Blon-

e.lib.8. biſt. dus *e* memoriæ ꝓdidit: qua de re ſic ſcripſit. Agilulphus Longobardorũ rex amiſſæ vrbis Parmæ, & captorũ filiæ etiã tum pręgnantis ac generi dolore incenſus, in Gallinicum quidem Exarchum ducere non eſt auſus, quòd illum magnas apud Parmã Bononiamq́; copias habere intelligeret, ſed iram exercuit aduerſus tranſpadanas vrbes, quæ ſemper poſtq̃ à Narſete fuerãt receptæ, in Romanorũ partibꝰ mãſerant, Rauẽnatiũq́; paruerãt magiſtratui. Duxêre aũt primùm in Patauiũ Longobardi, q̃ in vrbẽ Gallinicus præſidiũ ex Rauẽna miſerat validiſsimũ: diuq́; illã hinc obſiderũt preſſerũtq́; Lõgobardi, inde defenſarũt ꝓ viribꝰ Rauẽnates. Erat tũ Padua vrbs ſine mœnibꝰ, latericio vel lapide cõpactis, vallo placiſq́; tãtũmodo munita: et oĩs ciuiũ habitatio rariſsimas tunc habuit muri pinnas: ea eñ primaria ſemꝑ inter vrbes Italię habita, à prima demolitione tẽporibꝰ Athilę facta ꝑ annos circiter ſexaginta ſine mœnibꝰ aut vallo atq; etiã ciuiũ frequẽtia fuit: primũq́; ſub Theodorico Oſtrogothorũ rege frequẽtari, & vallo foſſaq́; muniri cœpit. Quare illis in annis prope centũ, quot ab ea inſtauratione ſub Theodorico facta ad huius obſidionis tempora intercedebant, omnia tam publica, quàm priuata ædi-

ficia

ficia ex materia aſſeribusq́; quibus abundat regio, conſtructa erant. Id cum cernerent Longobardi, ventos nacti validiores, faculas ignitasq́; ſagittas ſcorpionibus iniecerunt: & prima quæ hæſit ædificio ſagitta incendium inchoauit, quo propinqua ilico corripiente, vrbis pars maxima eſt cremata. Ea adducti neceſsitate Rauennates præſidio impoſiti, fecerũt deditionem: & Longobardi omnibus qui inerant ſiue militibus, ſiue ciuibus, quò fuit libitum, per pactionem abire permiſsis vrbem incendio vaſtauere. Sic Blondus, itemq́; & à Paulo Diacono a, & à Merula b monumẽtis eſt proditum. Hac ſpecie Patauium aliquandiu iacuit, donec paulatim ad ſua redeuntibus colonis inſtaurari cœptum eſt. Longobardis autem à Carolo Magno debellatis maxima ſub Italiæ regibus à Carolo inſtitutis, itẽ ſub Imperatoribus ex Caroli ſtirpe ortis, præterea quoq; ſub Berẽgarijs, Rodulpho Burgundione, Hugone Arelatenſe, Lothario ac Adalberto, quorum mẽtionem anteà ſæpe fecimus, incrementa & auctoritatis & potentiæ cepit. Deinde cum Othonis primi Germani Imperatoris temporibus Italiæ ciuitates in ſuo iure poteſtateque agere, ſub nomine tamẽ Imperij Romani, inſtituerent, idem fecère Patauini carrotio fabricato, Prætoreq́; apud ſe & Præfecto populi creatis. Hæc forma reipub. vſq; ad Fridericum ſecundum ſtetit, qui pacatis Germaniæ rebus in Italiam reuerſus, conſilio vti pòſt apparuit, omnes Italiæ populos contra ſe ſocietate ac fœdere connexos bello inſectãdi, Actiolinum Romaninum infamem tyrannum quò inſtituti adiutorem haberet, ſic enim expedire tum maximè videbatur, ſummo ſtudio cum fouiſſet ac euexiſſet, is callidè blandis ſermonibus Patauinos vt in gratiam cum Friderico redirent impulit, longè meliorem commodioremq́; libertatis eorum publicæ defenſionem fore, promiſsis etiam ingentibus additis dictitãs, ſi Friderico recõciliati coniunctiq́; eſſent, quàm ſi in fœdere ſociorum permanerent. Itaq; pace cum Cæſare confecta Zoboardum Teutonem cum lectis Germanorum & Saracenorum cohortibus Actiolinus in vrbem introducit: Germanis prætorij cuſtodia, Saracenis portarum data. Sic tum præſidium Patauinis ac duriſsimæ ſeruitutis frenum ab Actiolino impoſitum: neq; hoc difficile illi fuit, vtpote qui Azonem Ateſtinũ Carrarienſibus inimicum, qui plurimùm in ciuitate opibus & potentia pollebat, coniunctum amicumq́; haberet. Incidunt hæc in annum à C. N. MCCXXXVII. vt Blondus c Sabellicusq́; ſcripſere. Potitus vrbe Actiolinus quò nouæ tyrannidis fundamenta ſecuritate ſtabiliret, maximam partem ciuium ſupra eos quos iniquiſsimè trucidauerat, in exiliũ pellit. Et inter ſummæ crudelitatis exempla quæ in miſeros edidit plurima, maximè quoddam horrendum ſæuumq́; fuit huiuſmodi. Patauinos ad XII. mill. ſecũ in exercitu eſſe volebat, confidere ſe eorum voluntati ſimulans ſi armis cum hoſte foret decertandũ: ſed cauſa erat alia vt tanq̃ obſides haberet. Deinde multis artibus ac dolis occupata Verona cum in agrum Mantuanum redijſſet, ibi accepto de Patauinorum qui domi manſerant, defectione, protinus Veronã reuertitur, ibiq́; Patauinos quos in exercitu duxerat immani ſtrage necat. Defectionis occaſionem Patauij dederat Henſedi ſij Prætoris fuga, qui nepos erat Actiolini, & audito Philippi Fontanenſis Rauẽnatium Archiepiſcopi Eccleſiæq́; Romanæ Legati inſtructiſsimas copias adducentis aduentu, cum ſe Patauini in eius fidẽ ac tutelam contuliſſent, vltrò vrbe ceſſerat anno à C. N. MCCLVI. vt Blondus d, Sabellicus & Corius memoriæ prodiderunt. Erant cum Legato Pontificio Veronenſes, Azo Ateſtinus Marchio cum Ferrarienſibus, exules Patauini & Vicentini, Bononienſes, Romanulani,

a lib. 4. hiſt. Long. b. lib. 1. hiſt. Vic.

c. lib. 17. hiſt.

d. lib. 18. hiſt.

lani,& crucigeri,quos p̃dicatio crucis aduerſus Actiolini tyrannidem exciuerat. Itaq; ſic tum libertate ſuoq; iure Patauini ſunt potiti. Nõ diu verò pòſt dominatũ vrbis cum nomine Tribuni,Capitaneũ dicebant, Marſilius Carrarienſis occupauit. Gens Carrarienſium ex nobili oppido Baſsiano erat orta, Patauiũq; tranſlato domicilio ius ciuitatis tandẽ acquiſiuerat. Hi ab Actiolino pulſi cũ Legato Põtificio redierãt, Hẽſediſio fuga elapſo. Primus igitur poſt Actiolini tyrannidẽ ſublatã ex hac nobili familia qui principatũ vrbis ceperit, Marſilius fuit, vir prudẽtia conſilioq; maximè pollens. Is aliquandiu geſto Principatu cũ par eſſe Cani Magno Scaligero Veronæ dño,cuius armis petebatur,haud poſſet,fugiẽs vrbẽ illi p̃miſit: poſteaq; diẽ functo Cane reuerſus,& dñatu fœliciter annis X. potit⁹,abſq; liberis decedens Vbertinũ fratrẽ patruelẽ hæredẽ fecit anno à C.N.MCCCXL. Vbertinus poſt ſextũ imperij annũ à Maſtino Scaligero pulſus eſt: cæterùm intercedentibus Luchino Vicecomite Mediolani regulo ac Venetis, tandẽ ex cõſenſu in principatũ reſtitutus, auctoritateq; Legati Põtif. Benedicti XII. q̃m illa tempeſtate Romanũ imperiũ vacabat,in eo cõfirmatus eſt. Vbertino defuncto Marſilius alter ſucceſsit,quẽ die quarto principatus frater patruelis Iacobinus occidit. Is vt tyrannide tutò potiretur ex primarijs ciuib⁹ ad quinquaginta ſuſtulit,& è Carrarienſi etiã familia plurimos in exiliũ egit,qui perhumaniter à Venetis excepti ciuitateq; donati,& patritiorũ ordini allecti fuere. Neq; diu tñ dirus iſte tyrannus ſceleri ſuo ſupereſſe potuit,nã anno quarto trucidat⁹ à Guilielmo filio notho eſt, quia nothũ eũ per contumeliã appellaſſet. Succeſsit Franciſcus filius,qui magna cũ gloria rempub. geſsit,multiſq; ſplendidiſsimis ædificijs ac operibus maximis vrbẽ ornauit muniuitq;: ſed tandẽ Barnabam Vicomitẽ ſocerum carcere liberare cupiẽs,in quẽ erat à Ioanne Galeatio Vicecomite cõditus, illũ in ſe grauiter concitauit, adeo vt cum maximis eius copijs q̃bus petebatur reſiſtere haud poſſet,vnà cũ vxore ſupplex factus in Modoẽtianũ carcerẽ immitteretur, ibiq; finiret vitã anno à C.N.MCCCLXXXVIII. quẽadmodum p̃didit Corius a. Sic itaq; tum Patauij Ioannes Galeatius eſt potitus: ſed nõ diu pòſt Franciſcus ſecũdus ſuperioris filius clam è Bauaria copijs adductis,& à Venetis ac Florentinis adiutus vrbẽ recepit p̃ter arcem,quã dein etiã ſuperueniente Ioanne Aucutho Florẽtini exercitus duce in poteſtatẽ redegit. Exin Frãciſcus in principatu ſummo cũ metu vixit annis XV. vſq; ad Ioannis Galeatij mortẽ: quo defuncto cũ Gulielmũ, Brunonẽ, & Antoniũ Scaligeros per fraudẽ reduxiſſet Veronã, ijs nefariè dein peremptis Veronã ditionis effecit ſuæ: hinc verò Brixiã quoq; tentans, demũ à Iacobo Vermio, Iacobo Cruceio Othoneq. Bontertio Mediolanẽſis reguli legatis deturbatus Veronæ dñatu eſt. Poſt hæc cũ Vicentiã in poteſtatẽ redigere niteretur,& Venetis intercedentitbus haud paruiſſet, illi Franciſcũ Gonzagã cũ maximis copijs in eum mittunt,qui Patauinos rebus ad defenſionẽ neceſſarijs haud inſtructos trimeſtri obſidione q̃m annona iam laborabant,deditionẽ facere coëgit. Frãciſcus tum in arcẽ ſe recepit: at rebus ſuis diffidens his cõditionibus cũ Gonzaga depactus eſt, Venetias ad Senatũ ſupplici ire ſibi vt poteſtas eſſet, veniæ petendæ cauſa: quam ſi impetraret,tũ arx illorũ poteſtati dederetur, ſin minus, redderetur ſibi. Venit igitur Venetias vnà cũ Franciſco tertio filio ſqualenti ac ſordida in veſte pacẽ veniamq; petens: at eã non modo nõ accepit, verumetiã mox in carcerẽ à Senatu duci iuſſus: ſimulq; legatis eueſtigio Patauiũ miſsis Veneti vrbis imperiũ capeſſunt, & poſt dies paucos Frãciſcũ indigniſsimè laqueo necãt in carcere: quod ſumma cum

a. parte. 3.

cum indignatione animi ferebat Gonzaga, nimirũ quia fides publica quã ipſe dederat, haud ſeruabatur. Acciderunt hæc circa MCCCCIII. à C.N. annũ vt ſcribit Corius, vel vt Aequicola MCCCCV. vel vt Volaterranus MCCCCVI. Cal. Decemb. Superſtites ex Franciſco fuerunt Vbertinus ſecundus & Marſilius tertius, qui ante hanc cladẽ in Hetruriam cõceſſerant. Cũ his procul Patauio deinde fato cõcedentibus pernobilis Carrarienſium gens intercidit, q̃ magna cum gloria rerũ apud Patauinos, itemq́; Veronenſes aliquando, centum ferè annis erat potita. Sic vrbs in Venetorũ poteſtate manſit vſq; ad MDIX. à C. N. annũ, quo cæſis eorũ à Ludouico Frãciæ rege copijs in Abduę Glarea, ſub ditionẽ Maximiliani Aug. venit, In ea tñ haud diu ſtetit, nã poſt alterũ ferè menſem à Lucio Maluetio Bononiẽſe Veneti nominis Duce recepta eſt, vti nos in Ephimeridibus latinis pſcribimus. Is tam egregiè mox vrbẽ muniuit, vt pòſt à Maximiliano cũ LXXX. ferè armatorũ millibus ex Germanis, Francis, Hiſpanis, Italisq́; (quippe quia tum oẽs pene Chriſtiani orbis Principes aduerſus Venetos cõiurauerant) multorũ menſiũ obſidione capi expugnariq́; haud potuerit. Itaq; ſic in Venetorũ exinde mãſit imperio, à quibus adeo nũc eſt permunita muris, turribus, molibusq́;, vt expugnari nulla vi poſſe videatur, modo defenſores & res ad tutelã opportunæ nõ deſint. Itaq; iã ſub filiæ fœliciſsimo vmbraculo tranquillè quieſcit mater, qm̃ ſicut in vrbis Venetæ deſcriptione dicemus, originẽ ab hac illa tanq̃ à matre filia traxit, coloniaq́; Patauinorũ Venetiæ fuerũt. Vrbs eſt hæc admodũ ampla, tripliciq́; muro ſepta, quo etiã profundiſsimæ cinguntur foſſæ nauigabiles, quippe quia Meduacũ huc tam munitionis vrbis cauſa, q̃ nauigandi opportunitatis maximo ingenio Carrariẽſes reguli pertraxere. Sumptuoſiſsimis etiã ędificijs abundat, inter q̃ arx vt priſcis tẽporibus munitiſsima, item Prætoriũ, omnia Carrarienſiũ opera, cum multis pontibus lapideis, qbus fluminũ in vrbe tranſitus paſsim cõiungitur vt Blondus refert. Eſt etiã ſummum templum quod veteri memoria peringenti exiſtimatione fuit, item auguſtiſsimum nunc D. Antonij Vlyſipponenſis Hiſpani ex ordine fratrum Minorũ, cuius hìc ſacrata oſſa monumento ex marmore ſplẽdido ſita ſunt. Aedem hãc maximã ciuitas quum libertate ſub Imperij Romani nomine frueretur, cõdidit, p̃tereaq́; varijs tẽporibus quadraginta plebanicas, cum quatuor cœnobijs mendicorũ. Eſt quoq; ſumptuoſiſsimum D. Iuſtinæ monaſteriũ, cuius ſpatium totum mille paſs. in ambitu foſſa cõplectitur qua diſcurrunt aquæ. Blondus auctor eſt T. Liuij ſepulcrum hìc fuiſſe, templumq́; Iunonis illud in quo ſpolia de Cleonymo capta queãdmodum ſupra cõmemorauimus, Patauini ſuſpẽdere. Tenẽt iam locũ nigri monachi Benedictini, qui pereximiã hãc domũ condidere, & nunc ſumptuoſiſsimã ędem recenter ædificant. Seruantur apud eos ſacrata D. Lucæ Euangeliſtæ oſſa monumento peruetuſto alabaſtretico, cũ reliquijs D. Maximi itemq́; D. Proſdocimi vrbis patroni, ac D. Iuſtinæ Vitaliani Patauini ciuis filiæ, q̃ à Proſdocimo baptiſmate abluta, poſtq́; ſub Maximiano Cæſare martyrio coronata eſt. Curia quoq; maior Prætoris domiciliũ ampliſsimũ hac in vrbe cernitur, quã Henricus Imperator primò ſtruxit, crematã verò Veneti longè ſplẽdidiore forma qua nunc eſt refecerũt, in eaq́; ſublimi loco perhonorificè T. Liuij Romanę hiſtorię patris oſſa poſuère. Multa p̃ter hæc paſsim inſignia magnificaq́; ſunt per vrbẽ ædificia, q̃ niſi longiſsimè referri oĩa haud poſſent. Fora quinq; habet admodũ ſpatioſa, quorũ vnum deambulationi & cõgreſsibus nobilitatis dicatũ, alterũ olitorium, tertiũ frumentariũ, quartum lignariũ, poſtremũ paleariũ

eſt. Collegia quoq; ſunt hîc aliquot inopiæ ſtudioſorũ iuuenum ſubleuandæ condita, quũ omnium diſciplinarũ gymnaſium Patauini habent, à Friderico ſecũdo in Bononienſium contumeliã, ꝙ illi fœdere contra ſe Pontifici Romano cõiuncti eſ-
a. lib. 6. Enn. 9. ſent, inſtitutũ, vt Sabellicus a Chronicaq́, ac hiſtoriæ Bononienſiũ perhibẽt. Vrbs rebus ad vſum vitæ neceſſarijs ac vtilibus inprimis eſt affluens, cœlo quoq; ſaluberrimo. Coloni ingenijs ſummis ſunt, & ad litteras omniaq́; virtutis ſtudia prõptis, itẽm lauti, politisq́; moribus, habitu optimo corporis, & in omibus actionibus ciuilitate præſtantes. Orti hinc inclyti viri quãplurimi, quorũ è numero ve-
b. lib. 1. teris memoriæ gloria T. Liuius hiſtoricorum princeps fuit, de quo Martialis b in Epigrãmatis: Cenſetur Apona Liuio ſuo tellus. Scripſit hiſtoriæ Romanæ CXL. libros arte ac elegantia tanta, prorſus vt nec ætas ſuperior, neq; tota poſteritas nõ modo potiorẽ, ſed ne parem q̃dem vllum habuerit ſcriptorẽ. Eſt hic ille T. Liuius Patauinus lacteo eloquentiæ fonte manans, quẽadmodum ad Paulinũ ſcribit D. Hieronymus, ad quẽ de vltimis Hiſpaniæ Galliarumq́; finibus quoſdã veniſſe homines nobiles traditũ eſt· vt adeo quos ad cõtemplationem ſui Roma nõ traxerat, vnius hominis fama perduxerit· habueritq́; illa ætas in auditũ omnibus ſeculis celebrandumq́; miraculum, vt tantã vrbem ingreſsi aliud extra vrbem quærerent. Verũenimuero iam de temporũ iniuria malignitateq́; ac barbarorum feritate qui toties Italiam ſuperioribus ſeculis vaſtauere, meritò conquæri poſſumus, qua longè maximã partem ex viri illius pretioſiſsimis opibus amiſimus: etenim de CXL. libris eius hiſtoriæ nunc XXXV. vix habemus, nempe primam Decadem de vrbis Romæ primordio, tertiam de bello Punico ſecundo, & quartam de bello Macedonico· quanq̃ in hac tertius quoq; liber antea deſideraretur, qui ſuperioribus annis trans mõtes repertus eſt acephalus, item quintæ Decadis quinq; libros, qui nuper Eraſmi Roterodami munere ſed trunci mutiliq́; locis aliquot in lucem editi. Spem is q̃dem ſtudioſis dedederat cæteros etiã qui deſunt libros è tenebris eruendi· ſed fidem intercedentia fata ſoluere non ſiuère· quãobrem adhuc ijs caremus, neq; vel fama vlla conficiendæ rei nunc potimur. Nõ defuere qui libros illos quinq; poſtremos Liuij verum haudquaq̃ eſſe partum ſuis quibuſdã argumentis cõtenderint: at herculè ſi diligenter & exactè conſiderabunt opus, eos vndiq; facundia maieſtateq́; Liuiani ſtyli collucere, nec vlla parte numeris, figuris, alijsq́; lineamentis quæ cætera eius habent ſcripta deficere manifeſtò intelligent, vti multi quoq; litterati homines & Liuianæ hiſtoriæ familiares palam atteſtantur. Blondus refert lapidem ſe vidiſſe quẽ Liuius ipſe priusq̃ proficiſceretur Romam, ad ſepulcrum quo cum vxore ac duobus filijs volebat condi, parauerat, hac inſcriptione. T. Liuius. C. F. ſibi & ſuis T. Liuio. T. F. Priſco. T. Liuio. T. F. Longo. F. Caſsiæ Sex. F. Primæ vxori. Præterea verò addit marmoreum monumentũ in veſtibulo ædis D. Iuſtinæ pulchris & inſignibus litteris huiuſmodi ſe legiſſe: VIVVS FECIT. T. Liuius, Liuiæ T. F. Quartæ Legionis Halyſ. Concordialis Pataui. ſibi & ſuis OMNIBVS. Varietatem porro horum Epitaphiorũ hanc eſſe dicit, ꝙ primum ſibi ſepulcrum Liuius priusq̃ iret Romã poſuerit· ideo enim vxoris eum & filiorum quos habebat nomina tum deſcripſiſſe· ſed poſtea reuerſum Roma, liberisq́; pluribus ac nepotibus auctum, & filia quoque L. Magio oratori Romano nuptum data, ſecundum hoc omnibus ſibi vxorique & filijs ac nepotibus ſimul feciſſe. Patauium etiam ortu nobilitauit Paulus Iureconſultus veteris memoriæ, qui Alexandro Imperatori in corrigendo Romanæ reipub.

ſtatu adfuit. Patauini quoque fuêre Flaccus & Stella nobiles poëtæ, quos Martialis in Epigrammatis a memorat ad Maximum inquiens: a. lib. 1.

Stellæ delitium mei columba
Verona licet audiente dicam
Vicit Maxime paſſerem Catulli,
Tanto Stella meus tuo Catullo
Quanto paſſere maior eſt columba.

Deq; Flacco ad ipſum:

O mihi curarum pretium non vile mearum
Flacce, Antenorei ſpes & alumne laris,

Voluſius inſuper fuit Patauinus poëta quem Catullus vituperat ob carmen Ennij imitatione de rebus geſtis populi Rom. ſcriptum. His priſco ſeculo viris claris inclytum Patauium fuit: at poſt imperij Romani cladem plurimos etiam celebres homines edidit, quorum ſplendore maximè eſt illuſtratum. Ex his fuêre Franciſcus Zabarella ſummus Iureconſ. vti litterarum monumenta eius teſtantur, item Pileus Pratenſis & Ludouicus omnes tres Eccleſiæ Rom. Cardinales: quorum poſtremus ſub Eugenio IIII. Pontif. maximis rebus geſtis claruit, ideoq; primùm Aquileienſis Patriarcha, dein Cardinalis factus eſt. Multa de eo Platina ſcripſit in Eugenij IIII. Vita, plurimiq; præterea ſcriptores. Ornauere etiam vrbem hanc ortu Albertinus, Muſſatus, & Lunatus eximij Iureconſulti ac elegantes poëtæ, Ioannes, Gabuſus, Gulielmus Sophilici, Ioannes Horologius cum Antonio Cermeſono ſummi medici omnes cum Marſilio, item Iacobus Aluarottus celeberrimus Iuriſperitus, Baptiſta Sanblaſius eximius philoſophus, Petrus Aponinus quem Conciliatorem vocant, excellens aſtrologus & philoſophus, quanq̃ commertio ac intima familiaritate cum malis dæmonibus fuerit notatus, Michaël Sauonarola præcipuus medicus, qui practicen medicinæ vtiliſsimum opus condidit. Nuper anno à C. N. MDXXXI. vita deceſsit Benedictus Burdonius maximus geographus & coſmographus, qui figuram Italiæ pictæ meliori forma reſtituit, & inſuper libros inſularum diu apud paucos latitantes protulit in lucem. Multos etiã hac ætate qui nunc viuunt præclaros homines & ingenia nobiliſsima Patauium habere accepimus, de quibus commemorandi negotium damus alijs, quoniam nos eorum plena notitia deſtituimur. Facius b vrbem hac ſententia memorauit. b. lib. 3. Cant. 3.

Tranſita Cittadella viam ingreſſus ſum
Rectà ad vrbem quam carrus regit,
Et multis annis multisq; menſibus rexit.
Summa cum iuſtitia, iure, ac legibus
Eam Franciſcus tenet, valdeq; amplificant
Aponi Montericiq; delitiæ.
Is qui hîc primus dicitur
Habitauiſſe fuit Antenor,
Idq; ſepulcrum eius adhuc teſtatur.
Vidi hic prętantium equorum florem,
Audiuiq; hîc T. Liuiũm natum
Qui rerum Romanarum grauis ſcriptor fuit.

Et paulo pòſt.

A Pado vel à palude nomen accepit
Quæ ſatis ipſi vrbi eſt vicina,
Cingit eam Brenta, ponteq; claudit.

Ager eſt Patauinus amœniſsimus,

mus, & frumenti, vini, reliquarumq́ue frugum maximè fertilis. Tantam vbertatem tritici fundit, vt ſummam omnino habeat admirationem : panisq́; conficitur ex eo totius Italię candidiſsimus: vino quoque abundat generoſo, quòd
a.lib. 14. cap. 6. Plinius a inter nobilia celebrat, optimum in intimo ſinu maris Adriatici naſci ſcribens: id enim agri Patauini eſt, qui ſinum Adriaticum, nunc Venetum contingit. Nitet vndique regio hæc peramœna nobilisq́ue pagis, vicis, & villis ornatiſsimis, quæ ferè patritiorum Venetorum ſunt, qui menſibus æſtiuis ruri plerumque cum familijs agunt. Habet etiam Patauinus ager colles & montes qui ad Apenninum non pertinent, nec item ad Alpes, qua conditione nullus ager alius eſt Italiæ totius. Montes hos vites, oleæ, reliquorumq́ue generum arbores fructiferæ veſtiunt, ex quibus vina pernobilia ſimulq́ue ſuauiſsimum oleum percipitur. Eſt inter hos montes vnus Gemula, cuius vertici cœnobium inſidet quondam à Beatrice Ateſtina conditum pernobili virgine, quæ hic ſumma cum religione ac ſanctitate vitam exactam finiuit. Locum exinde perpetuus ſacrarum virginum cœtus incoluit. Alius eſt mons Venda, cœnobium monachorum montis Oliueti habens. Iuxtà ſunt colles Euganei poëtis celebratiſsimi, qui hos Euganeæ gentis primos fuiſſe ſedes fingunt, vnde Martialis ait: Si priùs Euganeas clemens Heliconis in arces, &c. Et Lucanus, Euganeo, ſi vera fides memorantibus, augur Colle ſedens. Sunt hoc collino ſitu vici villæq́ue ornatiſsimæ magna frequentia: nominatimq́ue pagus celeberrimus Arquatus, cognomento ad alterius Arquati in Policinio Rhodigino differentiam Montanus, Franciſci Petracæ memoria inclytus qui hic diu habitauit, & vitam quoque poſuit, honorificeq́ue ſepulcro marmoreo columnis quatuor porphyreticis ſubnixo ſitus eſt, cum hoc Epitaphio quod ipſe ſibi fecit.

Frigida Franciſci lapis hic tegit oſſa Petrarcæ:
Suſcipe virgo parens animam, ſate virgine parce,
Feſſaq́; iam terris cœli requieſcat in arce.

Dein vicus eſt Euganeus, prope quem aquæ calidæ perpetuos vapores & fumos exæſtuantes: nunc Aponi Balnea vocantur à vico quod iuxtà eſt, Apono. Virentes his aquis calidis in-
b.lib. 2. cap. 106. naſci herbas etiam Plinius b ſcripſit. Memorat eas quoque Martialis inquiens: Nullæ ſic tibi blandientur vndæ Aſ fontes Aponi rudes puellis. A Claudiano verò mirificè ob ſummam virtutem laudantur, & à Michaële Sauonarola copiosè deſcriptæ ſunt in libro de Balneis. Caſsiodorus auctor eſt Theodoricum regem Oſtrogothorum has aquas muro cinxiſſe. Non procul ædes D. Mariæ Montis Ortoni maxima finitimorum frequentia viſitur ob ſumma munera quæ Deus hic merito glorioſiſsimæ matris hominibus elargitur. Operantur in ea monachi Eremitani, ſodalitatis D. Auguſtini gymnopodes. In finibus etiam huius monaſterij cœnum calidum inuenitur ad multos morbos ſalutare, quod vndique ſcaturientes aquæ calidæ efficiunt. Iuxtà eſt cœnobium ampliſſimum Praia, Benedictinorum ſodalium domus, inprimis ſumptuoſum ædificium, nobiliſsimisq́ue totius Italiæ conferendum. Rurſus dein ad Brentam in eius dextra, ſupra vicum Liminam vbi integer amnis eſſe incipit, oppidum apparet Cittadella, conditum à Patauinis anno poſt C. N. MC. Id anno MDIIII. Veneti Paudulpho Malateſtæ tradiderant, accepto viciſsim ab illo Arimino,

mino, cuius principatum tenens contra Pontificum Romanorum vim qui eam vrbem ſibi vendicabant, tueri ſepoſſe diffidebat, diem tum functo Alexandro VI. Pontifice, quemadmodum Sabellicus [a] ſcribit, & nos etiam memoria tenemus: verùm eidem accepta pòſtab Ludouico XII. Francorum rege clade, ob defectionem ademerunt. Oppidum eſt perlautum, nobile, frequens ac opulentum. Excipit hoc aliud perhoneſtum item & diuitijs affluens Maroſtica: ſupraque eſt Baſsianum, origine Carrarienſium Patauinorum Principum vti in tempore diximus, inclytum. Illuſtratur quoque à Lazaro cognomento Baſſianate, viro cum græcis litteris, tum latinis eruditiſsimo, qui diu apud Bononienſes ſumma cum laude inter doctos verſatus eſt, & dein Patauium accitus publico Venetorum ſalario ſcholas ibi habet. Oppidum etiam hoc eſt pernobile, frequens, & opulentum vti prædicta. Supra Baſsianum amnis Ciſinus Brentam auget, vbi caſtrum Ciſinum quod amni nomen dedit. Ciſinus Arcuacum & Nauorium defert exiguos fluuios ex Alpibus, caput tollit iuxta Pemecum oppidulum. De cætero ripa dextra Brentæ ſupra Ciſinum, haud procul amne, Grinium oppidum ſequitur, à flumine quod hàc labitur, habens nomen. Dein caſtrum eſt Briuianum ſupraque amnis Grinius incipit altiuſque iuxta exitum aquarum è lacu Tuſopum & Caldonatium oppida mox lacus quidam alijs duobus ſubiectus, qui tres ſimul amnis Brentæ principium conſtituunt decimo ferè ab Tridento lapide, ſicuti quoque Sabellicus [b] in libris de ſitu vrbis Venetæ perhibet. Rurſus tum circa ſtagna Venetorum ab oſtio Meduaci proximum flumen in æſtuaria ſe condens Muſonus eſt, oppidum propter Meſtrium, quod Sabellicus [c] Menſtram in hiſtorijs nominat. Caſtrum eſt lautum & opulentum multo autem magis ſuperioribus annis fuit, nam ingentibus cladibus affectum eſt bello Venetorum ac Hiſpanorum. Solebat certis anni temporibus mercatorum ex varijs partibus conuentu nundinario frequentari. Læua hinc Muſoni ripa ſurſum Villa Noua ſequitur, altiuſque paulo Campus D. Petri lautum & honeſtum caſtellum in montibus autem iuxta fontem amnis oppidulum Collis Muſoni, nomen ab ipſo flumine tenens. Ad dextram Muſoni intus nobile oppidum Caſtellum Francum ſupraque nobilius Aſulum, quod aliqui Acedum Ptolemæi eſſe putauerunt. Dein fluuius Silis, quem Plinius [d] ex montibus Tauriſanis effundi ſcripſit in decima regione. Barbarus tamen in caſtigationibus aliter prodidit, oriri fontibus ſupra vrbem Taruiſium, & in ipſa vrbe, nam ea quoque ſcaturigines quamplurimas habet, vti nos etiam oculis vidimus. Auctor fortaſſe falſus Plinium decepit, cum ipſe loca hæc non obijſſet. Silis in ſtagna ſe exonerat haud procul Torcello. Iuxtà hinc vetuſtæ vrbis Altini modica quædam veſtigia ſuperſunt in Silis oſtij læua. Nominat Altinum Plinius, itemque Strabo [e], ſitum in paulidibus vti Rauenna, ſcribens, præterea Ptolemæus in Venetis. Memoratur etiam à Tacito [f], Mela [g], & Antonino in Itinerario. Blondum ſcripſiſſe miror primam Altini mentionem apud Plinium inueniri, cum tamen à Strabone qui Plinio ſuperior fuit, commemoratum quoque ſit. Martialis [h] etiam eius memoriam vſurpat, inquiens:

[a] lib. 2. Enn. 11.
[b] lib. 3.
[c] lib. 8. Enn. 9.
[d] lib. 3. cap. 17.
[e] lib. 5.
[f] lib. 19.
[g] lib. 2.
[h] lib. 1.

Æmula Baianis Altini littora villis
Et Phaethontei conſcia ſylua rogi

Quæq́, Antenorio Dryadum pulcherrima Fauno
Nupſit ad Euganeos ſola puella lacus.

Vrbem hanc cremauiſſe Achi-
a. lib. 3. lam & deleuiſſe Ioannes *a* Candidus & Gregorius Amaſeus in Aquileienſi hiſto-
ria prodiderũt· ſimulq́; ob eius interitum Torcellum eſt ædificatum vti in tẽpore
dicemus. Inter Muſonum Silemq́; nobile ac frequens caſtellum iacet Anoalis. Su-
prà tum in mediterraneo ciuitas eſt Taruiſium, de cuius origine Ioannes Annius
ad hæc fragmentorũ Catonis verba, Tauriſanos Perſæ gentem ab Api conditam
aſſerunt. Tauriſci inquit, Norici ſunt vt Plinius tradidit, priùs Carni dicti. Hi ab
Api, id eſt, Tauro nomẽ acceperũt qui huc ad fontes Iſtri vicinos venerat vt Dio-
b. lib. 1. dorus *b* teſtatur, ſcriptum in Columna Oſiridis fuiſſe tradens: I O Vis Iuſti, qui &
Apis· & ab eo loco vocatus eſt ab Italis contra gygantes, cum quibus toto orbe
c. lib. 5. terrarum bellum ſuſceperat vt Beroſus *c* prodidit. Itaq; à fontibus Iſtri & Noricis
Apis, Oſiridis, Iupiter, Iuſtus in Italia triumphauit, eamq́; à ſe dixit Apeninam vt
Beroſus auctor eſt, & confirmant Antiochus, Cato, ac Diodorus. Ab his Noricis·
Oſirianis Tauriſanis condita eſt vrbs clara Tauriſium, vti ipſum nomen arguit,
quam corruptè proferunt Triuiſium. Sic ferè Annius. Nos hæc doctorum homi-
num cenſuræ permittemus. Antiquum auctorem qui vrbis huius mentionem fece
d. lib. 3. cap. 17. rit inuenimus neminem· quanq̃ Plinius *d* fluuium Silem ex montibus Tauriſanis,
e. lib. 3. cap. 18. itemq́; alibi *e* Tauriſanos memoret: vrbis enim nomen nuſq̃ poſuit, vti nec Ptole-
mæus, vel Antoninus, vel ex veterum numero ſcriptor planè vllus aut hiſtoricus.
Primam aũt memoriam Taruiſij Gothicæ habent hiſtoriæ, quibus traditur Toti-
læ patrẽ Veronæ Taruiſijq́; imperium tenentẽ huius vrbis ſitu captũ in ea domi-
cilium ac ſedem habuiſſe, filiumq́; Totilam qui poſtea regnum Oſtrogothorum
adeptus eſt, hîc in lucem editum educatumq́;. Deleta re Gothica Longobardorũ
regem Alboynum cum in Italiam veniſſet, Aquileia cũ cæteris huius regionis vr-
bibus in poteſtatem redacta, quoniam non tam citò vti volebat Taruiſinorum le
gati ad imperia ſuſcipienda occurrerant, vrbem diripere & vaſtare incendio de-
creuiſſe traditur· ſed victum veneratione Fœlicis vrbis Epiſcopi, mitigato ſic bar
barico furore veniam & pacem cõceſsiſſe. Deinde ſedem hîc Longobardi poſue-
re Marchionum, vnde regionis vniuerſæ nomen Taruiſinæ Marchię profluxit, vti
initio dictũ eſt. Poſtea Taruiſium Opitergiumq́; ab Rotare Longobardorũ rege
f. lib. 5. hiſt. Long. ſubuerſum ſcribit Paulus Diaconus *f*. Fracta re Lõgobardica quẽadmodum Ita-
liæ ciuitates reliquæ, ſic etiam hæc in Imperatorũ & Italiæ regũ ditionem conceſ-
ſit: dein autem in ſæuiſsimi tyranni Actiolini poteſtatem venit· inde in Richardi
Caminatis, quem opibus ac potentia plurimùm hac regione pollentem, vrbis
Procuratorem ab Henrico VI. Imper. auctoritatem ſibi ſummi imperij reſer-
g. lib. 6. 8. hiſt. Vic. uante conſtitutum perhibet Merula *g*, ſed dominatu occupato tanquam iuſtum
Principem arbitrio ſuo cuncta geſsiſſe, bello etiam cum Aquileienſi Patriar-
h lib. 6. 7. Cõ. Aquil. cha dimicaſſe Candidus *h* & Amaſeus memoriæ prodiderunt. Sequentibus ſe-
culis Taruiſinorum potiti Carrarienſes, Scaligeri, poſtremoq́; Veneti anno
à C. N. MCCCLXXXVIII. nempe per conditiones pacis quæ tum inter Io-
annem Galeatium Vicecomitem primum Mediolani Ducem Venetosq́; & Ma-
i. parte. 3. ſtinum Scaligerum facta eſt, vt Corius *i* Taurellusq́; *K* Sarayna tradiderunt. Exin
K. lib. 2. itaq; fidẽ Veneti nominis vrbs hæc mirificè coluit etiam ijs ſummis temporibus
Ripaltanæ cladis, qua de ſæpiſsimè ſuprà memorauimus: quãuis enĩ tum omnes
propemodũ vrbes & oppida continentis è Venetorũ ditione Principũ aliorũ im-
peria

periã capeſſerent, hæc tñ nunq̃ priſtinum mutauit. Perculſos qdem inſigni calamitate Venetorũ,hoſtiumq́; mirabili fœlicitate Taruiſinos, quia militum pſidia habebant nulla,nec etiã auxiliorum ſpes videbatur, cõſilium feciſſe dedendi ſeſe Maximiliano Cæſari ſi fortuna prorſus vrgeret, cæterùm poſt alia deinde multa conſilia ſpiritus ac fiduciam reſumpſiſſe,potiusq́; ſuprema omnia ſtatuiſſe pati, q̃ imperium mutare, interea verò Venetorum auxilijs ſummo cum gaudio acceptis,ita diligenter vrbe permunita, req́; frumentaria inſtructa priſtino ſe in ſtatu conſeruaſſe tum Andreas Mocenicus in hiſtoria ſua, tum nos in Ephimeridibus latinis perſcripſimus. Vrbs eſt Taruiſium rebus ad vſum humanũ vtilibus in primis affluens: copia namq́; frumenti, vini, cæterarũq́; frugum & pecuaria remaximè abundat. Triticum agri eius candidiſsimũ reddit panem· ſummaq́; vino nobilitas. In vrbe præter amnem Silem quo perluitur, fontium ſcatebræ permultæ claris aquis & tam aſpectu iucundis,quàm potu admodũ ſuauibus emicant: ædificia quoq́; ſplendida quã plurima ſunt: gens perhoneſta lautaq́;, ſublimibus & viuidis ingenijs,tam ad litterarum diſciplinas,q̃ opes quærendas aliáq́; luculenta ſtudiorum genera promptiſsimis. Fuerunt ex ijs multi illuſtres viri,qui ſummis virtutibus patriæ nomen & gloriam mirificè auxerunt: in primis aũt ſanctus ille Põtifex Rom. Benedictus XI.qui ex familię prędicatorũ monacho ſummus eius ordinis magiſter ob excellentem virtutem creatus,&mox in Cardinalium collegium à Bonifacio VIII. Pontif. adoptatus,ei diem functo in Maximo Pontificatu ſucceſsit· inſuper aũt non diu pòſt interceptus fato, ſingularia ſuo patrocinio mortalibus apud Deum beneficia confecit,vti in eius vita non modo Platina, ſed etiam Petrarca & Ioannes Antonius Flaminius perhibent,& in libris *a* quoq; hominum illuſtrium ordinis pdicatorum legitur. Exceſsit Peruſiæ· ſitus ibi monumẽto ex pario marmore nobili. Dignum eſt quod perpetuò celebretur hoc de viro quiddã. Maximo Pontificatu ornatus cum apud Peruſinos vbi vitã quoq; finijt,ageret,matrẽ iam ætate cõfectam ꝙ vti decebat à Peruſinis honorifico erat habitu ornata , diſsimulãter auerſatus eſt,eam nõ ſuam matrẽ quę eſſet paupercula, ſed primariã ac nobilem aliquã fœminã eſſe dicens,matrẽ verò optimè ſe agniturum ſi videret: quãobrem cũ illa percepto filij ſenſu e veſtigio depoſita veſte aliena pretioſa,ſuã tenuem ac ignobilem reſumpſiſſet,occurrẽs complexusq́;,hæc inquit,mater ſuauiſsima eſt mea,hãc optime noui veniſſeq́; gratulor· ac ita magno gaudio exceptã honorificè habuit: inſigne profectò ſummæ humilitatis ac modeſtiæ contra mundanorũ ambitionẽ exemplũ. Taruiſinus etiã fuit Ponticus Virunius vir græcis latinisq́; litteris eruditiſsimus,quẽadmodum edita eius ſcripta teſtantur. Fato cõceſsit anno poſt C. N. MDXX. ſitusq́; Bononię in æde D. Frãciſci. Præterea multos illuſtres viros vrbs hæc edidit quorũ nos intimã notitiã minimè habemus,memoriãq́; propterea nõ referimus. De Taruiſio Facius *b* hac ſententia.

a. lib. 3.

b. lib. 3. Cant. 2.

Iter noſtrum porrò ſecundum mare erat
 In occidentem· reperimusq́; Taruiſium,
 Quod hoſpitium fuit,& vidiſſe periucundum. Et pòſt.
Taruiſium per iter inuenimus
 Quod claris fontibus totum gaudet,
 Amorisq́; ſtudijs quæ hîc diligenter exercentur.
Agrum eius Plauis abſcindit
 Et Silis,quorum vterq; nonnunq̃

Traijcien-

Traijcientes cum imbres magni ſunt, extinguit.

Hanc vrbem ſibi Venetus ſumpſit. Ita Facius. Nunc quoniã ad Silem fluuiũ
peruenimus qui Taruiſiũ percurrit vti prædiximus, deinceps ad Carnos eſt cõme-
[a. lib. 3. cap. 18.] andũ. Silem porro Venetiæ finẽ, initiũq; Carnorũ fuiſſe olim, Plinius[a] auctor eſt.

CARNI.

PLinius itaq; cũ Ptolemæo Carnos à Sile incipere teſtatur, interq; hũc amnem
& Iapydiam q̃ ſic Ptolemęo nominatur, nunc Iſtria, cõcludi. Idẽ etiam vide-
tur ſentire Strabo, cum iuxta ſinũ Adriaticum ad Aquileiam nõnullos tenere No
ricos & Carnos, in Noricis aũt & Tauriſcos eſſe ſcribit. Populos igitur hos vſq;
ad extremũ Venetię finẽ Carnos appellabimus vnà cum Plinio qui Carnos in de-
cima Italiæ regione circa ſinum Adriaticũ recenſet. Adiungemus aũt cum Ptole-
mæo mediterranea, quorum pars etiã nunc Carnorũ nomẽ ſeruat. Mentionẽ gen-
[b. lib. 43.] tis facit Liuius cum multis in locis, tum eo p̃cipuè[b] quo in hæc verba ſcribit. Sub
idem tẽpus Carnorum Hiſtrorũq; & Iapydum legati venẽre. Supra Taruiſium Si-
lis dextra ripa ſurſum ad fontes verſus exiguũ iacet caſtellum Caſa Corba. Rur-
ſus in ora fluminis oſtium Plauis, ꝙ Anaxũ in decima regione vocat Plinius. Ori-
tur Alpibus, & medius inter Feltrium Bellunumq; per cũfragoſas valles inquie-
tus p̃cipitat' nec priùs miteſcit q̃ in apertos cãpos euolutus: quanq̃ ſic quoq; cita-
tiore curſu inter Trinos portus & Liquentiã in mare deferatur vt ſcribit Sabelli-
[c. lib. 3. de ſitu urb. Ven. & lib. 5. Enn. 8.] cus[c]. Quum in planitiem euaſit, Flaminius Imolanus auctor eſt iterũ rapido flu-
xu ab D. Saluatoris & Colle Alto prouectum, mox in duo cornua ſcindi tantæ al-
titudinis, vt haudquaq̃ vado tranſiri queant, ſed opus nauigio ſit (quod etiam nos
cõperimus) ac dein mari illabi. Quidam hoc Anaxũ eſſe Plinij negant, inter quos
[d. lib. 1.] Ioannes Candidus[d] in Cõmentarijs Aquileiæ. Scribit is Silem ex monte Silio Tau
riſanorum ꝓfluere' idq; teſtari montis nomen' addit, inconueniens porro ſibi vi-
deri, atq; adeo ratione carere vt Plinium putemus Anaxi mentionẽ ſi is ſit Plauis,
vſq; ad Tiliauenti per tã magna locorum interualla, poſtq; tot flumina quæ inter-
ſunt traijcere voluiſſe' proindeq; cum ſcripſit, Tiliauentum maius, minuſq; Ana-
xum, id ita eſſe intelligendũ vt Tiliauentum minus Anaxum appellare cenſeatur.
Sic ferè Candidus. Ego primùm de hoc homine regionis ipſius alumno valde mi-
rari cogor, ac deinde rogo quibus tandẽ argumentis aut quo colore Plauem, ſeu
vt veteres appellarunt Anaxum, ex Plinio Tiliauentum minus eſſe aſſerere au-
deat, cum tam diſertè ac euidenter Anaxum à duobus Tiliauentis ille diſtinxerit?
[e. lib. 3. cap. 17.] Verba Plinij ſunt hæc[e]. Sequitur decima regio Italiæ Hadriatico mari appoſita
Venetia, cuius fluuius Silis ex mõtibus Tauriſanis, oppidũ Altinũ, flumen Liquẽ
tia ex mõtibus Opiterginis, & portus eodẽ nomine, colonia Concordia, flumẽ &
portus Romatinũ, Tiliauentũ maius minuſq;, Anaxũ quo Varanus defluit, Alſa,
Natiſo, cũ Turro profluente, Aquileia XII. M. P. à mari ſita. Sic Plinius, apertiſſi-
mè nimirum Tiliauentũ minus ab Anaxo ſeparãs. Quòd aũt præterea Candidus
ait non videri conueniens vt Plinius in horum fluminum enumeratione tot am-
nes qui ſunt inter minus Tiliauentum & Plauem tranſilijſſe credatur, his ita re-
ſpondemus, apparere manifeſtò Plinium in hac decima regione dicenda & vr-
bibus oppidiſq, ac fluminibus recenſendis ordinem exactè non ſeruaſſe. Po-
teſt id hinc animaduerti perquàm luculenter cum ſic ſcribit. In mediterra-
neo regionis decimæ colonia Cremona, Brixia Cenomanorum agro, Veneto-
rum autem circa mare, Ateſte, & oppida Acelum, Patauium, Opitergium, Be-
lunum,

lunum,Vicentia,Mantua Thuſcorũ trans Padum ſola reliqua. Patet iam ordinẽ
certum hac deſcriptione Plinium nõ inſtituiſſe: quamobrem Candidi ratio nobis
haudquaq̃ valida eſſe videtur. Plauem Anaxum Plinio dici Sabellicus & Cynthi-
us Acedenſis, itemq; Ioannes Antonius Flaminius oẽs tum doctiſsimi viri, tum
huius regionis ſummè gnari perhibent. Obiecta faucibus Anaxi modico intercur
rente freto inſula in ſtagnis Æquilia. Portus etiam hîc Anaxi. Quondam oppidũ
in inſula fuit Æquilium ab Heraclianis conditũ. Heracliam Cõcordienſes & Al-
tinates poſt ſuarũ vrbiũ & Aquileiæ cladem cõdiderunt,& in Imperatoris Hera-
clij qui tunc erat,gratiã ita denominarunt. Poſtea cũ Pipinus Caroli Magni filius
Italiæ rex cũ maximis copijs in Venetos à patre miſſus ſuaſu Fortunati Gradenſis
Patriarchæ,aduenillet,Heracliani aſſumptis vxoribus & liberis Venetias profu-
gêre: quãobrem ita tum Heraclia cum Aequilio deſerta. Familias Heraclianorũ
centum Venetias cõceſsiſſe,quorũ liberi patritiorũ dein ordini inſerti, Blõdus in
libro de rebus Venetis tradit,itemq; Sabellicus. Deſertã ſic Heracliã & Aequiliũ
Pipinus cepit. Vtrumq; dein oppidũ crematũ ab Hunnis ſub Berengario primo
Sabellicus *a* auctor eſt: vnde iam prorſus intercidere, veſtigijsq; planè perexiguis *a. lib. 3.*
ſe produt. Locus Æquilij nũc Ciuitatis Nouæ nomẽ retinet, quãuis antiquũ Epiſ- *Decad. 1.*
copatus maneat. Læua dehinc Anaxi propter amnẽ, Venetium, Liminaq; cum
Aquorio ſunt,& in altis montibus ſuprà,ciuitas Feltriũ: Plinius *b* Fertinos Rheti- *b. lib. 3.*
cum oppidũ appellat. Illuſtrarunt locũ ingenia q̃dam nobilia,nominatim Victo- *cap. 18.*
rinus memoria noſtrorũ auorũ linguæ latinæ quæ tũ diu perierat, reductor ac in-
ſtaurator. Epiſcopatũ Feltrij Thomas Campegius Bononienſis nũc tenet, vir pru-
dens & litteris multoq; Romanæ aulæ vſu eruditus,qui nõ minus ornamentũ illi à
ſe prouinciæ tribuit,q̃ ab ipſa cõſequitur. Altiùs inter montes iuxta Plauẽ exigua
q̃dem vrbs at nitida Ciuitas Belluni iacet. Amnis hic propter Plauis magno cum
impetu & vi p̃cipitat. Vlteriùs ſunt Pitariolum, Plebs, Vallis Bonſtanna, ſupraq;
Cadurbium & Zoltum, vbi montes aſperrimi ferrarijs metallis fœcundi. Sequũ-
tur, Laurentiacũ, Triniportus, Auruncum,& altiùs circa fontẽ Plauis Comeriũ.
Dein ſecundũ eiuſdẽ amnis dextrã ripam modicũ oppidũ Madinum, & in medi-
terraneo Victoriũ eſt: ſupraq; mox vbi Calorus, quẽ fluuiũ Plinius Varamũ, ſeu,
vt Blondus & Volaterranus *c* cẽſent, Varianũ nominat, in Anaxũ euoluitur, op- *c. lib. 4.*
pidũ Teſeca: dein Bellunũ antiquiſsima ciuitas ad Calorũ,à Plinio *d* nominata, *c. v.*
mediterraneoq; Venetiæ regionis à Ptolemæo aſſcripta. Calorũ ex Alpibus quas *d. lib. 3.*
Germani habent orientẽ quinq; torrentes augẽt. Per hæc iuga pagi viciq; teuto- *cap. 18.*
nicis nominibus permulti ſunt. Retro hinc ad oſtiũ in Anaxo Calori incedendo
fluminis alterius in Anaxo cõfluens inuenitur Cordiuallis. Profluit ex Alpibus.
Vicina illi Falcaciũ & Tabuliũ oppida, pagiq; ac vici teutonicis nominibꝰ per-
multi. Rurſus in ora fluminis oſtiũ Liquẽtiæ,quã Plinius *e* in regione decima re- *e. lib. 3.*
cenſet. Oritur ex montibus Opiterginis haud longè à Pulcinico, fontibus qui- *cap. 17.*
buſdam largiſsimis eodem prope loco prorumpentibus: & hinc adeo lenis fluit
vt vix cõmoueri videatur, quemadmodum Sabellicus in Carnorum chorogra-
phia librisq; *f* de vrbis Venetæ ſitu, itemq; *g* Candidus & Amaſeus in Aquileien *f. lib. 3.*
ſibus commentarijs tradunt. Diuiditur pòſt in cornua duo, quibus in ſtagna ſe- *g. lib. 1.*
condit ea vbi paulo antè diximus inſulam Æquilij modiço ab continente fre-
to ſummoueri: vno enim hanc abſcindit, altero autem in vicinas palludes inſulæ
Caprularum præcipitat, ibiq; portũ creat Plauis ab oſtio eius CXL. ferè ſtadio.

Iuxta

Iuxta brachiorum initium in dextra Turritium oppidum habet. Intus vbi torren-
c. lib. 3. tem Mutecam excipit, læua, vrbs eſt Opitergium, ꝗ Plinius [c] in decimæ regionis
cap. 17. mediterraneo recenſet, Corneliusq́; [d] Tacitus & Ptolemæus etiam ita nominãt.
d. lib. 19. Strabonis [e] Epiterpum eſſe puto, de quo ſcribit, Epiterpũ, Ordiam, Adriam & Lu-
e. lib. 5. cetiam oppida inundationibus vexari quoniã paludibus ferè appoſita ſint. Qua-
uis aũt Opitergium nunc ſupra XXX. à mari lapidem abſit, olim tamen oræ pro-
pinquum erat: etẽm claſſem ciuili bello Cæſaris & Pompei habuiſſe conſtat Opi-
terginos, prætereaq́; gradus adhuc id hîc docent marmorei, quibus olim naues in
portum peractæ conſcendebantur. De claſſe Opiterginorum Lucanus in Pharſa-
lica pugna dixit, Hinc Opiterginis claſsis venerata colonis: & Cæſar in commen-
tarijs ſcripſit Opiterginos ſibi necem in ſuis nauibus afferre maluiſſe, quàm in
Pompei poteſtatem venire: fuitq́; hæc vt Florus auctor eſt mille ferè iuuenum ma
nus. Opitergium ab Athila cum Altino, Aquileia, Concordiaq́; ſubuerſum tradit
f. lib. 2. hiſt. Blondus [f]: inſtauratum dein cremauiſſe Rotarem Longobardorum regem Pau-
lus Diaconus [g] ſcribit, itemq́; Sabellicus [h] qui etiam alibi [i] narrat inſuper a Gri-
g. lib. 4. hiſt. Long. moaldo Longobardorum rege vrbem hanc exciſam vltioni cædis fratrum quæ
h. lib. 3. de ſitu urb. Venetæ. hîc contigerat, & agrũ eius Taruiſinis, Cenetenſibus, & Foroiulienſibus diuiſum,
quod Paulus [K] Diaconus quoq; confirmat. Ita tum antiſtitem vrbis Magnum in
ſtagna conceſsiſſe, cumq́; Seueri Pontif. Max. & Heraclij Imper. auctoritate He-
i lib. 5. de antiq. Aquileiæ. racliam vrbem malis auſpicijs condidiſſe, quoniam poſt CL. ferme annum deleta
eſt, Candidus [l] & Amaſæus in Commentarijs Aquileiæ ſcribunt. Veſtigia ſuper-
ſunt adhuc & argumenta veteris fortunæ perſpicua. Deinde iuxta fontẽ quo Mu-
K. lib. 5. hiſt. Long. tecus amnis oritur, nobile oppidum eſt Conegianum, cuius gẽtem Plinius [m] Co-
gienſes nominat vti Cynthius Acedenſis & Flaminius Imolanus aſſerunt. Caſtrũ
l. lib. 3. eſt admodum lautum, opulentum, ac frequens, & rebus ad vſum humanum ne-
m. lib. 3. cap. 18. ceſſarijs abundãtiſsimum. Succedit in dextra oſtium Meduni fluminis, quod huc
in Liquentiam ex ſupremis Alpibus Meduno monte profluit. Eius dextra Coli-
uerium, ſupraq́; circa fontem amnis Imeſuli Portus Naonis amplum, nobile, &
opulentum oppidum, quod ad Auſtriæ Ducum imperium diu pertinuit, ſed no-
ſtra memoria bello Veneto ꝗ cum Imperatore Maximiliano geſtum eſt, Bartho-
lomęi Aluiani ductu captũ, illi Senatus Veneti liberalitate condonatũ fuit, cui diẽ
functo filius in Principatu ſucceſsit. Altiùs Prata iacet, & intus Porciliæ modicũ
quidem at opulentum ac nitidum oppidum, quod vnà cum Broniaria paruo etiã
caſtro quinto abhinc lapide ſecus Liquentiam gens nobilis Comitũ Porciliano-
rum poſsidet, à Iacobo illuſtrata viro docto facundoq́; quemadmodum eius ſcri-
pta teſtantur, maximeq́; perelegantes & ſententijs graues epiſtolæ. Diſtant à Por
ciliæ millia tria. Dehinc circa Meduni Liquentiæq́; confluentem honeſtiſsimũ ac
ditiſsimum oppidum eſt Sacile, multis Italiæ ciuitatibus cum lautitia, tum populi
frequentia non cedens. Habet ædificia ſplendida, numerumq; Doctorum, excel-
lentiumq́; ac nobilium hominum tam magnum, vt cum nobis olim iter hàc eſſet,
in honeſtiſsima ciuitate verſari videremur. Læua Liquentiæ ſupra Muteci oſtium
Portus Bufaletius, quod oppidum ipſa alluit Liquẽtia. Dein circa fauces quibus
Imeſulus in Liquentiam ſe exonerat, Ciuilonium, & vlteriùs inter colles nobiliſ-
ſimum oppidũ Serauallis, armorum bellicorũ celebris officina, pannorũq́; & vi-
ni & frumenti negotiatione inclytũ. Eſt velut emporiũ gentibus Teutonicis, ædi-
ficatum optimè, lautoq́; populo confertum. Percurritur Imeſulo amne prædicto,

aquis

aquis nitente. Plurimæ caſtellum ipſum officinæ cingunt. Equidem & hoc quoque oppidum ſiue pulchritudinem & diuitias, ſeu lautiſsimi populi frequentiam ſpectes, cum multis Italiæ ciuitatibus certat. Agrum periucũdum habet vberéq́;, partim campeſtrem, partim collinum: fertq́; tum frumentum & vinum, tum oleũ ſuauiſsimum, aliosq́; fructus optimos. Inter colles hîc modicos amœniſsimæ cõualles, & in ijs lacuſculi quidam aquæ clariſsimæ ſumma cum delectatione ſpectantur. Hoc in oppido peramœno Ioannes Antonius Flaminius Imolanus vir doctrinæ ſingularis cum publico ſtipendio luculento vixit: cuius ſummæ virtutes iam vniuerſo litteratorũ gregi notiſsimæ ſunt. A Seraualle dextrorſum procedenti inter colles ciuitas occurrit Ceneda, quam Acedum dictam Ptolemæo putat Cynthius, qui hoc natali ſolo editus ideo ſibi cognomẽ Acedenſis ſumpſit. Abeſt Serauallé mille paſs. Euerſam aiunt Gothicis tẽporibus. Memoratur ab Agathio *a* in Gothorũ hiſtoria Ceneda vrbs Venetiæ, ſimiliterq́; à Paulo Diacono in Longobardorum. Formam nũc potiùs vici, q̃ ciuitatis obtinet: Epiſcopus autem eius etiam imperium ciuile loci habet. Itinere à Serauallé Sacile Cordinianum inuenitur monti inſidens, eximium propugnaculum, olim Nicolao Rangoni condonatũ. In ſubiecta planitie vicus honeſtiſsimus eſt Caſſani. Sequitur in ripa Liquẽtiæ ſubter Portum Bufaletium Motta, quã Mettam Sabellicus *b* nominat vbi ſic ſcribit. Ego ſum eorum opinionis qui ad Mettam aiunt oppidũ, hodie Mota, edictum fuiſſe militi vt cõueniret. Summè hoc caſtrum Hieronymus Leander nobilitauit, à Paulo III. Pontif. Cardinalium ordini allectus ob inſignem eruditionem: erat enim non ſolum latinis, ſed etiam græcis & hebraicis litteris exornatus. Fato conceſsit annis ſuperioribus Romæ. Caſtellum eſt Motta non magnũ quidem, ſed vicis ſuburbanis perpulchris, lautoq́; ac nobili populo frequentibus nitens. Abundat etiam mirificè rebus ad vitã hominum vtilibus. Intus læua Liquẽtiæ ſupra Mottam Fratina, Panigalia, Lamiduna, Produlum, Cuſanum: & altiùs Zopola. Rurſum in ora ſtagniſq́; Liminis fluuij oſtium eſt. Id Blondus ita nominatum ſcribit à Limite ſeu termino Forijulij & Marchiæ Taruiſinæ, quòd has regiones hoc amne barbari quondam diſtinxerint: proptereaq́; nobis etiam idem Taruiſinæ Marchiæ finis erit vti prædiximus. Oritur quemadmodum Sabellicus *c* ſcribit, in Carnis, moxq́; medium Portum Gruarium interſecans, Cõcordiamq́; præſtringens circa Caprulas mari infunditur. Putamus hunc amnem Plinij *d* Romatum eſſe vti etiam Candidus *e* & Amaſeus cenſent: quamuis enim Blõdus Alſam hanc Plinij crediderit, nos tamen pòſt in Foroiulio flumen Alſam deſignabimus, & qua nunc appellatione vocetur aperiemus. Læuam Liminis Cõcordia inſidet, quam ſic Plinius Melaq́; *f* nominant, itemq́; Ptolemæus in Carnorũ mediterraneis coloniam Concordiam. Strabonis Ordiam eſſe arbitramur, ac ita mendosè apud eum pro Cõcordia legi. Memoratur etiam in Itinere Aquileia Bononiam ab Antonino, qui Aquileia Concordiã M. P. XXXI. eſſe ſcribit. Vrbem hanc deſeruiſſe colonos, & in inſulam Caprularum metu Athilæ cum is Aquileiam obſidione premeret, conceſsiſſe Blondus *g* in hiſtorijs auctor eſt. Euerſam poſtea conſtat: ideoq́; nunc adhuc collapſa iacet. Ad læuam præterea Liminis caſtellum eſt Sextium: & apud fauces quibus in mare vomitur, inſula Caprularum, in quam olim Hunnicis temporibus Concordienſes ſe recepiſſe modo diximus.

a. lib. 2.
b. lib. 8 Enn. 9.
c. lib. 3. de ſitu urb. Ven.
d. lib. 3. cap. 17.
e. lib. 1. Cõ. Aquil.
f. lib. 2.
g. lib. 2. 3.

DVCATVS FORI IVLII, REGIO ITALIAE DECIMAOCTAVA.

MIRARI nemo debet regionem Venetiam à nobis diuidi, quódq; ſuperiore eius parte fluuio Limine definita, reliquam nunc ſeparatim aggredimur: quoniam ſi conſiderare libebit ea quæ priùs in exordio Venetię diximus, nihil hìc abſq; ratione fieri facile conſtabit: præmonuimus enim Venetiæ partem Lõgobardos Marchiam Taruiſinã nũncupauiſſe, nimirũ ab vrbe Taruiſio, q̃ Marchionũ ſedes ac domicilium erat: eiuſq; fines Veronam & flumẽ Limen fuiſſe: partem verò aliam Ducatũ Forijulij Longobardica item ratione dictã, quæ ab Limine amne vſq; ad Timauũ integræ Venetiæ Carnorũq; terminum vti deinceps oſtendemus, panditur. Primùm aũt hanc regionẽ de qua nũc dicere inſtituimus, olim quoq; Liburniã appellatã Blõ-
a. lib. 8. dus *a* ſcribit: at vnde, nec quando, nec qua de cauſa docet. Forijulij nominis ori-
hiſt. ginem diuersè prodiderunt ſcriptores. Quidam id à Iulio Cæſare putant fluxiſſe,
qui legiones hàc trans Alpes duxerit, vti litteræ q̃dam adhuc teſtari videntur marmori inciſæ propemodum circa medium Crucij montis, loco nunc Zelia vulgò perperam pro Iulia dicto, viam habente quam Cæſar ſibi traducendis copijs aperuit. Inſcriptio aũt eſt huiuſmodi. Iulius Cæſar viam inuiam ſolert. ſ. & impendio Rotæ. Redd. Et hoc quidem itinere legionem vnam ex tribus Cæſar in Heluetios miſit. Non defuere qui Forumiulium hanc regionẽ dictam ante natum Cæſarem
b. lib. 3. cõtenderint, argumento eius quod Plinius *b* Foroiulienſes cognomento tranſpa-
cap. 18. danos memorat: cæterùm allucinari nobis iſti profectò videntur q̃m Cæſarem multis annis ſuperiorẽ fuiſſe conſtat Plinio, quippe qui haud modico poſt Cæſa-
c. lib. 8. rem interuallo Veſpaſiani Imperatoris temporibus floruit. Blondus *c* regionẽ Fo-
hiſt. roiulienſem ab vrbe Foroiulio denominatam videtur aſſerere, quã Cancanus Bauarorũ rex deleuit, vti tum Paulus Diaconus in hiſtoria Longobardica, tum ipſe
d. lib. 9. Blondus *d* alibi perhibet. Ea vbi extiterit in tempore poſtea nos docebimus, quã-
hiſt. quam Blondus ſe neſcire fateatur. Regionẽ etiam hanc Aquileienſem à metropoli Aquileia vocatam monumẽta litterarũ produnt. Ad extremũ Patriam dictam conſtat Venetis: quod nomẽ in hunc vſq; diẽ quoq; manet. Cauſam tradunt Can-
e. lib. 1. didus *e* & Amaſęus in Aquileiæ Commentarijs: cum huius oræ populi metu Barbarorũ relictis ſedibus continentis in paludes & ſtagna migrauiſſent vbi nunc Venetiæ, conditisq́; nouis ibi domicilijs conſiſtere decreuiſſent, originis ſuæ memoria regionẽ hanc vnde profecti erant Patriam dixiſſe. Sic illi. Nos itaq; tractum hunc oẽm & Forumiulium ſeu Ducatum Forijulij, & Venetos, & Patriam, & Carnos appellabimus. Ducatus Forijulij nomen Longobardi genuere, ꝙ vt alibi maximeq́; in principio Marchiæ Taruiſinæ retulimus, hanc Italiæ partem Dux Longobardus adminiſtraret. Fines eius ſtatuemus vti Candidus ab exortu Iſtriã, à Septentrione mõtes Iapidios, ab occaſu Alpes Vindelicorũ & Noricorũ, ab Auſtro

ſinum Adriaticũ. Situ regio eſt huiuſmodi. Incipit à planitie mari appoſita, moxq; paulatim creſcens primùm in colles tandem in montes altiſsimos euehitur: qui propemodum vndiq; fines adeo claudunt, vt hæc vallata montium iugis planities tanq̃ muro theatrum videatur, faucib⁹ autem vnis pateat per quas vti porta Sontij fluminis traiectu ab Taruiſio aditur. Cæteros itaq; terminos Alpes vbiq; premunt: ideoq; niſi per maritimos portus, aut conualles montium ſeu ipſos vertices acceſſum præbet. Portus habet in ora quamplurimos: nominatim quẽ Timauus amnis antiquus Italiæ terminus efficit: & Põtanum, quem Montis Falconis fontes: Sdobbium quem fluuius eodem nomine creat, omnes ad ſinum Tergeſtinum pertinentes, item Lontiũ, Primariũ amnis Tilij, Gradenſem Aurei canalis, Aquileienſem, Buſium D. Andreæ, Lugianum Tiliauenti, Baſilicum, & Caprulanũ. Horum inter ſe ſpatia ſunt ab oſtio Gradenſium aquarum ad Natiſonis ſtadia X L. hinc ad Lignani portum CXL. dein ad oſtium Tiliauenti XL. tum ad Baſilicas plus duplo. Sunt in hac nobiliſsima regione campi lati & irrigui, maximeq; fertiles: abundant etiam vitibus generoſiſsimi ſucci, quarum vinum Plinius a in vinorum cenſura primo loco celebrat inquiens. Liuia Auguſta LXXXII. annos vitæ Pucino retulit acceptos non aliud. Gignitur in ſinu Adriatici maris non procul à Timaui fonte, ſaxeo colle, maritimo afflatu paucas coquente amphoras. Nec aliud aptius medicamẽtis iudicatur. Hoc eſſe crediderim quod Græci celebrantes miris laudibus Pictianum appellauerunt ex Adriatico ſinu. Sic Plinius, qui paulo pòſt eodẽ loco alia quoq; vina laudat ex ſinus Adriatici ora. Fructus hic omnigeni, pomaq; nobiliſsimi ſaporis, ſyluæ tum ligno materiaq;, tũ venatu munificæ, prata nitidiſsima paſcuaq; gregibus pecudum vtilia, cœlum temperatum: agri cunctis rebus tam neceſsitati mortalium, quàm delitijs & voluptati opportunis per ſe abundant, vti ſigillatim ediſſeremus. Montes qui ad hanc regionem pertinẽt, omnibus ferè metallorum generibus fœcundi ſunt, nempe ferro, plumbo, ſtanno, ære, argẽto viuo, argento ac auro: marmor etiã habent candidum, nigrum, varium, lapillos cornelios, cambnitas, & beryllos itemq; criſtallũ. Alia breuitatis ſtudio prætermittimus quæ de regionis huius dotibus ac fœlicitate cõmemorari poſſent, & Gregorius Amaſæus tum epiſtola quadã ad nos doctiſſima perſcripſit, tum libro quod de finibus Venetiæ, de Timauo alijsq; fluminibus condidit, eſt perſecutus. Indigenæ quoq; non ſolum ad humanitatis artes, ſed etiam ad mercaturam aliaq; luculenta viuendi inſtituta quàm aptiſsimi ſunt. Priuſquam ad particularem locorum deſcriptionem accingamur, ordinem & nomenclaturam eorum qui imperio hæc vſq; in hodiernum diem tenuere, breuiter expediemus. Primùm igitur rerũ hic potiti Euganei, Veneti, Troiani, Galli, poſteaq; populus Rom. quemadmodum ex hiſtorijs colligere facile eſt: Aquileiam enim à Romanis conditam Strabo b, coloniamq; Romanorum deductam Liuius c perhibet, vti in loco demonſtrabimus. Sed & rei Romanæ veſtigia monumẽtaq; ſuperſunt hìc etiam nunc, quæ legiones & exercitus C. Iulij Cæſaris aduerſus barbaros euntes in monte Crucio reliquère, nomen nempe loci Zeliæ, perperam ita nunc pro Iulia dicti. Stetit in imperio Romanorum regio conſtanter donec integra fortuna maieſtasq; nominis Romani fuit: qua demum inclinante labanteq; ac barbaris in Italiam irrumpentibus in eorũ poteſtatem venit, maximeq; Longobardorum. Eius gentis primus rex Alboinus Foroiulio capto Giſulphum Ducem impoſuit: quem deinde Cancanus Pannoniorũ rex & imperio, & vita ſpoliauit.

a. lib. 14. cap. 6.

b. lib. 5.

c. lib. 40.

uit. Reſtituti tamen in rem paternam poſt Cancani mortem Giſulphi filij, nempe
Taxo & Caco· quibus proditione circumuētis à Gregorio Patritio Romano cæ-
ſisq;, Griſulphus Ducatum occupauit. Huic Ago ſucceſsit illuſtris Agonum gen-
a. lib. 5. tis auctor, vt Paulus *a* Diaconus & Cādidus *b* cum Amaſæo perhibent. Agone de-
hiſt. Long. functo Lupus ad principatum peruenit cōſentanea nomini vita· nam fraudulen-
b. lib. 3. ter vrbem Gradus ingreſſus, theſauros Aquileienſis Eccleſiæ furatus eſt, qui eò
Cō. Aquil. tanq̃ in locum tutiſsimum erant delati. Succeſſorem habuit filium Varneſum vel
Arniſuicum. Hunc Grimoaldus rex imperio deturbauit· Duxq; tum creatus Ve-
ctaris Vicentinus Comes vir prudens & humanus. Vectarem ſecutus Laudaris, &
poſtea Rodoaldus. Illo certis quibuſdam de cauſis extra ditionis fines profecto
principatum inuaſit Ausfrit Reumanus regulus. Oppidum erat Reuma Tiliauē-
to impoſitum ea parte qua mons imminens & collis Pincianus amnem ſtringūt·
nomenq; hoc loci lingua Celtica vadum ſignificabat. Ausfrit Compertus rex ad
Veronam bello cepit, & luminibus orbatum multauit exilio. Sic tum Addo Ro-
doaldi frater in Ducatu ſecutus· eoq; menſibus decemnouem geſto ſucceſſorem
habuit Perdulphum, qui Ducum in ordine decimus fuit. Perdulpho diem functo
Coruolus, Coruolo nepos ſucceſsit Pemon· quo Luitprandi regis armis pulſo,
Dux XIII. factus Racheſius illius filius· poſt Racheſium Irprandus, poſt Irpran-
dum Ruodgauſus, quem Orlandus Britonum Dux armis inclytus eiecit. Itaque
ſic ſtirpis Longobardicæ regulis ſublatis, Orlandus Henricum Gallum Ducem
conſtituit· qui vt bello erat vir ſtrenuus, Forumiulium à Baiouaris illorum Duce
Rangotio cæſo liberauit. Sed & Henrico demum à Tarſianis quorum vrbs Li-
burniæ, mari appoſita, proditione circumuento, Carolus Imperator in Forumiu-
lium per Magontiacum Noricosq; & Iſtriam profectus, cędem eius in Tarſianos
grauiter vltus eſt, Ducemq; Cadolum inſtituit. Cadolo Baldricus ſucceſsit tantæ
vir prudentiæ ac virtutis, vt parua manu quemadmodum Aeginaldus ſcripſit, Lu
douicum pelleret inferioris Pannoniæ tyrannum, quæ ab Ludouico Caroli filio
defecerat, quum is ad Carnuntum iuxta flumen Drauum cum exercitu Italiam pe
tens perueniſſet· ideoq; & poſtea Carnontes Iapidiosq; in ditionem redegit. Bal-
drico poſtea Ducatus abrogatus concilio procerū apud Aquas, ob rem malè ge-
ſtam in Hiſpania, quam ſua ſocordia Bulgaris præbuiſſe vaſtandam accuſabatur.
Itaque Duces Forijulij XIIII. Longobardici ſanguinis, duos Gallici reperimus.
Poſt Duces in poteſtate Imperatorum ex Caroli Magni ſtirpe regio perſeuerauit
vſque ad Ludouicum tertium· eius enim temporibus Berengarius Longobardicæ
originis princeps ad Ducatum erepſit· qui etiam extincta in Caroli Magni poſtè-
ris imperij Romani poſſeſsione, nomē Imperatoris Auguſti ſumpſit. Huic in Du-
catu Forijulij Berengarius ſucceſsit alter· ei Berengarius tertius, vnaq; filius Adal-
bertus· quos vltimos patrem & filium Imperator Cæſar Otho cepit, regione ipſa
ad Imperij Rom. ditionem retracta. Othonem hunc vrbem Vtinum, Faganiam,
Gruanium, Bugamum & Graitanum cum eo tractu vniuerſo qui Anaxo Liquen-
tiaq; continetur, Aquileienſi Eccleſiæ condonauiſſe, Patriarcha tum Rodoaldo
XLIX. Conradum verò Imperatorem Ducatum Forijulij totum cum Iſtriæ Mar-
chionatu plurimisq; fundis addidiſſe, quorum omnium prouētus annuus ad Ec-
c. lib. 5. cleſiam ſumma ſupra centena millia aureorum nummûm redibat, Candidus *c* &
Cō. Aquil. Amaſæus ſcripſere. Diu porro ſic imperium regionis apud Aquileienſes Patriar-
chas fuit, donec à Venetis intercipi cœptum, qui Thoma Mocenico Duce pri-

mûm

mûm anno à C. N. MCCCCXX. fines imperij hac in parte protulerũt vt perhi-
bet Sabellicus a, ac deinde paulatim occupatis agris progreſsi, tãdem omnia pror- a. lib. 9.
ſus cum ipſa Aquileia Iſtriaq; ditionis effecerunt ſuæ. Sic Veneti Foroiulio potiti Enn. 9.
vſq; ad MDIX. à C. N. annum, qui grauiſsimus eis & perinfeſtus fuit: cæſis nãq;
ac debellatis ab Ludouico XII. Francorum rege Maximilianus Imperator hæc
ademit. Recepêre tamẽ poſtea, quemadmodum Candidus b ſigillatim memorat, b. lib. 7. 8.
& nos etiam in Ephimeridibus latinis ſcripſimus. Itaq; nunc Foroiulio tranquil- Cõ. Aquil.
lè rurſum Veneti potiuntur. Forma hæc imperij quã regio tum priſcis ſeculis ha-
buit, tũ noſtra memoria ſeruat: conſequitur vt particularem locorũ omniũ enar-
rationem aggrediamur: quã ab oſtio Liminis vbi Marchiam Taruiſinam finiui-
mus, exordiemur. Dextra Liminis ripa ſurſum Portus Gruarius oppidũ inueni-
tur, antiquis Portus Romatus, quẽ Plinius c memorat, vti quoq; confirmat Can- c. lib. 3.
didus d. Puto Romatum Plinio dictũ ab amne Limine percurrente quẽ antiqui cap. 17.
Romatũ appellauere: quapropter Limen Alſam nõ eſſe vti qdam volunt, cõſequi- d. lib. 1.
tur: nosq́, paulo pòſt Alſam verè oſtendemus. Inſtauratũ hoc oppidũ à prioribus Cõ. Aquil.
colonis cõſenſu Gentini Cõcordienſis Epiſcopi ſub Aquileienſi Patriarcha Vol-
darico Candidus e & Amaſæus produnt. Vlteriùs dein Sumaca: perq; læuã amnis e. lib. 5.
ripam Cordiua reperitur, & altiùs in mediterraneo Prodolũ. Rurſus in ora ſtag-
nisq́; fluminis oſtium Tiliauenti, quod ita Cato nominat itemq́; Plinius f in Ve- f. lib. 3.
neta decima regione, ac Ptolemæus in Carnis. Duplex verò Tiliauentum, maius cap. 18.
minusq́; Plinius prodit. Maius hoc eſt, amnis Stella minus: quanq̃ Cãdidus Stel-
lam dicat Anaxum vocari Plinio: nos eñ ſuprà docuimus Anaxum eſſe Plauem.
Stella Palatiolum vti oſtendemus interſecat. Tiliauentũ maius de quo nunc agi-
mus, ex monte Mauro naſcitur ſupra vicum Phornium, vbi fons mirabilis, in quo
lignũ deiectũ lapideo cortice obducitur, & virgulta foliaq́; immerſa lapideſcũt.
Profluit igitur ex Alpibus Tiliauentum, amnesq́; defert Butium, Decanũ, & Fel-
lem: dein ex anguſtis Alpium faucibus emergens flumen Hydrã accipit ex agro
Glemonenſi: mox Arginum: quorũ acceſsione nauigabilis efficitur. A fonte qui
in Carnis, ad oſtiũ quo mari illabitur vſq; ſtadijs DCCL. ferme prouolui Candi-
dus auctor eſt: vtrumq; vero Tiliauentũ in mari finit. Ripa dextra maioris ſurſum
procedenti perhoneſtum oppidũ occurrit D. Viti: ſupraq́; in mediterraneo Cuſa-
ni, Zopola, Valuaſoriũ, & in montibus Spilimbergum cũ natura loci, tum mœni-
bus & opere munitiſsimũ oppidum, itemq́; perlautum, opulentum, & frequens.
Altiùs inter montes Caſtellum Nouum iacet. In ora dein amnis oſtio trãſito nec
procul eo munitiſsimum eſt oppidũ Tiſana, nobileq́; & frequens & opulentum:
altiùs Madriſium, Varmum & Varcum infernũ: ſupraq́; Belgradum, & vlteriùs
Codroipum, Cucaniaq́;: tum præcelſo difficiliq́; in monte nobiliſsimũ oppidum
D. Danielis, ac demum ipſius Tiliauenti fons, iuxta quem Caſtellum Dugonia.
Rurſus in ora Stellæ fluminis vel Tiliauenti minoris vt diximus oſtium, quo in
ſtagna ſe condit. Oritur is amnis paulum infra Quadrinum, cuniculis quibuſdã
ex maiori Tiliauento deriuatus vt auctor eſt Candidus. At aliter Sabellicus g naſci g. lib. 3. de
in Carnorum campis, magnaq́; ex parte corriuationibus aquarum paluſtriũ con- ſitu urb.
flari ſcribit: quod etiam Gregorius Amaſæus in regionis pictura videtur confir- Ven.
mare. Profluit ad Palatiolum tanta cũ aquarum mole, vt magnas naues capiat,
euoluiturq́; ſic in mare. Appoſitũ illi Palatiolum nõ inhoneſtum oppidũ. Suprà
tum iuxta ſtagnum Coruatũ, quod in ingentem ſinum panditur mirificè piſcibus

abundantem, munitiſsimũ eſt oppidum Maranum, frequentia colonorum, diui-
a. lib. 4. Enn. 8. tijs, ac nobilitate p̃cellens. Id veteres dixiſſe Varanum Sabellicus a, at Marianum
b. lib. 7. Cõ. Aquil. Candidus b aſſerit. Sub Smaragdo Exarcho decẽ hîc Epiſcopi Romano Pontifici
adhærentes ſynodũ habuére· qui poſt in ſedes ſuas reſtituti. Maranum diu Veneti
poſſederũt· ſed poſt acceptã in Abduæ Glarea Ludouici XII. Francorũ regis bel-
lo cladẽ, quanq̃ Veneto p̃ſidio teneretur, dolo ꝓditum Maximiliano Cæſari eſt.
Veneti priùs arcem adiecerãt longè munitiſsimã, & quæ prorſus expugnari nulla
vi poſſe videatur, tum ob naturã loci mœniaq́; firmiſsima, tum ob maris vicinita-
tem quod vnũ latus munit, quo p̃ſidijs aditus p̃betur. Itaq; propugnaculum vi in-
uictũ dolus ſubegit: nec vlla ratione Veneti quãuis oẽm virium molẽ adhiberẽt,
recipere potuère vt Candidus memorat. Dein rurſus fraude captũ à Venetis qui-
buſdã exulibꝰ· acceſsitq́; cũ alia manu tũ Petrꝰ Stroza. Hi locũ vſq; ad MDXLIII.
à C.N. annum cõſeruatum Venetis inde magna pecunia ceſſerũt. Secus ſtagnũ ad
amnem qui huc defluit Caſtelletum eſt· in ipſis autẽ æſtuarijs inſula Gradus, cui
quondã vrbem eiuſdem nominis Aquileienſes poſt exciſam ab Athila patriã in-
ædificauerunt· quá occaſione Patriarchatum Aquileiæ diuiſum anno ferè à C.N.
c. lib. 4. DCX. Volaterranus c & Blondus ſcribunt: additq́; Candidus d Eccleſiã hanc de-
c. V. in caput atq; metropolitanã regionis Venetiæ factã à Pelagio Põtifice Rom. Sed
d. lib. 3. & Imperator Heraclius cathedram eburniam qua in Alexandrina eccleſia D.
Cõ. Aquil. Marcus Eũãgeliſta ſederat, vt apud D. Hermacoræ oſſa ſanctè ſeruaretur, huc mi-
ſit, quæ in hodiernum vſq; diem quanq̃ diſſoluta in huius fani ſacrario cuſtodi-
tur. Aquileienſis Eccleſiæ theſauros Longobardicis temporibus huc quoq; Pau-
linus XXIIII. Patriarcha tranſtulit, quò auaritiæ barbarorũ eriperet· idemq́; de-
in fato hic conceſsit, anno Pontificatus vndecimo, poſt inditũ vrbi Nouæ Aqui-
e. lib. 3. leiæ nomẽ. Ita Candidus e. Idem porro alibi f tradit Aquileienſem eccleſiã priùs
Cõ. Aquil. auctoritatẽ & ius Primatus in Gradenſi habuiſſe· quã dein anno à C.N. MCCC-
f. lib. 4. LII. Pontifex Rom. Eugenius IIII. Venetias tranſtulit, vt ſic ad Venetum Epiſco
Cõ. Aquil. pum Caſtellanum nomen Patriarchæ deuenerit. Erãt ſub Gradẽſi præſulatu ſuf-
fragatores epiſcopi, Caſtellanus Venetiarum, Aequilius, Caprulanus, Torcelli-
nus, Clodianus, & Heraclianus. Vrbem Gradus maximis perſæpe calamitatibus
affectã conſtat, ideoq́; & nũc infrequẽter admodũ habitatur. Rurſus ad Tiliauẽ-
tũ magnũ oratione reducta, dextrã eius ripam latiſsimi tangunt cãpi, in q̃bus vrbs
nobilis Vtina, cuius originem in diuerſum trahunt auctores. Blondus ab Au-
ſtrinis conditam vult, quoniam hunc tractũ Auſtriæ Duces diu poſſederint: ad-
ditq́; nec aliter prorſus exiſtimare oportere, quippe q̃a vetus eius in Gothicis &
Longobardicis hiſtorijs mentio reperiatur nulla, quod accidere haud potuerat ſi
temporibus illis extitiſſet quibus Forumiulium Longobardi tenuêre. Nonnulli
ab Athila Hunnorum rege tradũt ædificatam campeſtri hoc ſitu, in colle ſcilicet
hominum operis facto, munitiſsima illi arce impoſita quæ ſpatioſum per finitima
proſpectum daret, præſidioq́; teneretur firmo· vt ſi Aquileia potiri haud poſſet
quam ea tempeſtate obſidebat, longè lateq́; circumiectos hinc incurſaret agros,
huc in tutum ſe reciperet, hîc pro re ac tempore haberet ſedem. Adijciũt eapro-
pter iſti potius Hunnium appellandam vrbem, quòd Hunnos conditores habue-
rit. Alij conſtanter priſcę putandam originis aſſerunt, argumentisq́; vtuntur arcis
à Iulio Cæſare refectæ, ac nominis eiuſdem, Iuliæ, quod ab Cæſare fluxerit: agge-
runt inſuper antiquitatis multa veſtigia quæ hîc indies inueniuntur. Non deſunt
qui

qui conditam dicant ab Vdinis ex Schytia poſt magnum diluuium huc profectis,
quorum mentionẽ Plinium facere putant his verbis: Ab introitu dextro mucro-
nẽ ipſum ſaucium tenent Vdini Schytorum populi: locúq; propterea vocandum
potiùs Vdinũ cenſent. Sed & pterea ſunt qui primordiũ Vtini aliter memorant, at
quia ſolidis eorũ fundamenta rationibus carẽt, à nobis ptermittuntur. Ego vetu-
ſtam vrbẽ eſſe cenſeo, qm̃ mentionem eius apud Pliniũ non ſemel inuenire ſit, no-
minatim verò cum *a* in Iſtriæ ſitu ex Venetis interijſſe ſcribit Vtinam, ſic enim le- *a. lib. 3.*
gendum eſt, quanq̃ mendoſi codices Atinam habeant. Sed longè clarior eſt locus *cap. 18.*
apud eundẽ quo de fictilibus ſic inqt *b*. Maior quoq; pars hominũ terrenis vtitur *b. lib. 35.*
vaſis: Samia etiamnũ in eſculentis laudantur: retinet hanc nobilitatẽ & Aretium *cap. 11.*
in Italia, & calicum tantùm Surrentũ, Aſta, Polentia, in Hiſpania Saguntũ, in Aſia
Pergamum: habent & Trallis opera ſua, & Vtina in Italia, qm̃ & ſic gentes nobi-
litantur. Ita Plinius, quãobrem antiquiſsimam hanc vrbem eſſe nos putamus. In-
ſtaurata tamẽ arx oppidi pridem à Iulio Cæſare, poſteaq; collis ab Athila cũ arce
quæ nunc ſupereſt, extructus, ac dein etiam vrbs ab Raymundo Turriano Aqui-
leienſe Patriarcha nõ ſolum aucta, ſed etiã operibus eximijs ornata eſt vti in pro-
ceſſu demonſtrabitur. De varietate verò ſcriptorum circa nomen alijs Vdinum,
quibuſdã Hunnium, nõnullis Vtinum vel Vtina proferẽtibus, Sabellicus *c* eã ſen- *c. lib. 1.*
tentiam in qua fuerat olim, nimirũ non Vtinum ſed Hunniũ dicendũ *d*, repudiãs, *Enn. 8.*
omnino ait Vtinũ non Hunnium vrbem hãc appellandã, idq; nos probamus, vi- *d. lib. 1.*
delicet vt Vtinum vel Vtina cum Plinio nominetur: etem̃ cum ab Hunnis condi- *antiquit.*
ta nõ ſit, qui ſolùm arcẽ ſtruxère, nulla ratio eſt cur Hunnium vocari debeat, quã- *Aquil.*
do multis antè ſeculis Vtina reperitur appellata. Et quod alij putant Vdinum ab
Schytica gente dicendũ, equidẽ id tale eſt vt argumenta conditæ vrbis ab ijs Vdi-
nis maiora requiramus. Blondo nullam Vtini mentionẽ in Gothorũ & Longo-
bardorũ hiſtoria reperiri dicenti Sabellicus occurrit, quærens ideóne cõdita vide-
ri debeat ab Auſtrinis? additq; ſcriptoribus Aquileienſis hiſtorię potius eſſe acce-
dendũ qui Vtinũ, nõ Hunniũ nominãt, & pleriq; regionis alumni indigenęq; fuẽ-
re. Sic Sabellicus. Ego dico nõ propterea quod Vtini memoriã hiſtoriæ Gothicæ
Longobardicæq; nõ habent, cõſequi ſtatim eorũ temporibus vrbẽ haud extitiſſe:
multa em̃ loca regionis huius in ijs haud memorari cõſtat, fortaſſè quia tũ momẽ
ti habebãt nihil, vel re nulla q̃ referri mereretur nobilitata fuère, quamobrem &
Vtinum ea forte memoria frigidũ oppidum ac infrequens vel nulla re memora-
bile in hiſtoria locũ non habuit. Ad cætera Blondi quod conditũ ab Auſtrinis di-
cit, qm̃ in Auſtrię Ducum imperio pridẽ fuit centum ferè ante ſe natum annis, ita
reſponderi poteſt, Auſtriæ Duces huius vniuerſæ regionis imperium habuiſſe diu
minimè conſtare, quanq̃ partis aliquando potiti ſint, vti Portu Naonis, ac alio
aliquo fortè oppido: quamobrem nos herculè rationẽ non videmus quare con-
dere hanc vrbẽ illi voluerint, aut vt maximè voluntatẽ haberent, quì cõdidiſſe po
tuerint, Aquileienſibus Patriarchis olim potẽtiſsimis donatione ac munere ſupe-
riorum Cæſarum vti prædictum eſt, omnia hęc latè poſsidentibus. Sed & primor-
dium Vtini circa Duces Auſtriæ quì conſiſtet, ſi vetera vrbis ædificia multis ſecu-
lis antiquiora illis eſſe cernimus? Accedit quòd Vtinum aliaq; multa oppida hu-
ius ſitus Aquileienſi Eccleſiæ cum̃ eius præſulatum Rodoaldus tenuit, Othonem
primum Imper. donauiſſe legimus, cuius imperij principium in CMXXXVII. à
C. N. annum incurrit, quodq; poſtea propter euerſam Aquileiam huc habitatũ

Patriarchæ cõceſſerunt,ex quibus fuit Bertholdus Morauiæ Ducis filius ſub Friderico ſecundo. Faciunt hæc vt nobis ſententia Blondi Vtinũ ab Auſtrinis cõditum,haudquaq̃ probari queat,cũ apertè CCC.ampliùs annis ante Blondũ id memorari,& ante CC.ſedem ac domiciliũ Patriarcharũ fuiſſe videamus,at Blondus ſolum centũ ante ſe natũ annis primùm ædificatum dicat. Hactenus itaq; tũ Blondo,tum alijs abundè reſponſum arbitramur. Poſtq̃ donatũ Aquileienſibus Patriarchis Vtinum fuit queadmodum diximus,illi huc vtpote Aquileia ſubuerſa migrauêre circa Friderici ſecundi tẽpora,quem ad imperiũ acceſsiſſe anno à C. N.
a. lib. 5. MCCXXII. Candidus a & Amaſæus perhibent. Itaq; ſic dein temporibus inſe-
Cõ. Aquil. quentibus Vtini habuêre ſedẽ Patriarchæ nominatim verò Raymundus Turrianus ex Mediolano,qui plurimũ huic vrbi decoris & ornamenti addidit,collectis in ea nobilibus familijs permultis,q̃ ſeditione Guelphorũ & Gibellinorũ ſuis vrbibus pellebãtur. Fuerũt ex ijs Mediolanenſes Parentionũ,Rudenſiũ,Caſsinorũ, Brugnorũ ſeu Ottacinorũ,Lixonium,aliæq; plurimæ pterea verò & aliarum vrbium multæ,nimirũ Romanæ,Florentinæ,Senenſes,Bononienſes,Lucenſes,Parmenſes,Cremonenſes,Veronenſes,Mantuanæ,Tridentinæ,ac alijs plurimis ex vrbibus,q̃ factione domo pulſæ huc tanq̃ ad cõmune refugiũ confluebant,ac dein auidæ quietis hîc ppetuò cõſedêre. Creuit hinc adeo populus, vt tũ ſuburbia mœnibus etiam cõplecti oporteret,ambitu quo nũc Vtinũ eſt ſtadiorũ ferè XL. Portas igitur is maximus Patriarcha duodenas fecit,dupliciq; foſſa Turrum amnẽ ad vrbem traxit,qui duo eius latera præſtringit. Intus ad collis cui arx permunita inſidet radices forũ eſt ſpatioſiſsimum,in quo mercatorũ certis temporibus nundinarij cõuentus habentur: aliud pterea forum variæ cingũt artificum officinæ. Rebus ad vſum mortaliũ neceſſarijs vrbs eſt affluens, cœlo tẽmperato,indigenis tũ
b. lib. 6. ſummi ingenij,tũ admodũ magnificis ac nobilibus,vſq; adeo vt Cãdidus b ſcribat cũ hîc Patriarchæ quondã habitabãt,equites auratos plerũq; ad centũ, maximãq; Doctorũ & Epiſcoporũ qui ex tota regione domiciliũ hîc poſuerant,multitudinẽ haberet. Plurimum & ornamenti, & incrementi ſub Patriarchis ſumpſit at horũ deinde potentia labante,Venetorum in poteſtatem venit anno à C. N. MCCCC XX. Patriarcha tum Ludouico Thechio,Venetorumq; Ducatum Thoma Mo-
c. lib. 9. cenico gerente,queadmodũ Sabellicus c prodidit. Sic Veneti Vtino potiti vſq; ad
Enn. 9. MDIX. à C.N. annũ,quo poſt Ripaltanam eorũ cladem in Maximiliani Imper. ditionẽ venit: dein aũt mutato ſæpiùs imperio tandẽ ad ipſos redijt, in quorũ poteſtate nunc tranquillè cõquieſcit. Ingenia nobilia viroſq; claros à qbus ſumme fuit illuſtratũ multos genuit inter cæteros Paulũ ex Eremitanorũ ordine cognomẽto Venetũ, logicis & philoſophicis ſcriptis inclytũ. Is Vtini in lucem editus, Venetijs educatus,apud Patauinos ſepulcro conditus eſt cũ hoc rudi epitaphio.

Vir Pataui perit hîc Vtinum tulit iuit ad vrbem
Adriacam puer,hinc nomine Paulus habet.
Doctor Ariſtotelis dubios exponere ſenſus
Audet,& Aegydium carpit vbiq; poteſt.

Vtinenſes etiam fuêre Leonardus ex prædicatorum familia ſummus theologus,qui ſermones plurimos inſigni doctrina refertos reliquit, item Petrus Caualcantius cum Benedicto, Paride,Franciſchino,Thoma,Leonardoq; ſecundo omnibus eiuſdem ordinis doctiſſimis viris,qui non modo ſuæ ſodalitati, verumetiã patriæ ſummo decori ac ornamento fuêre. Accedunt his maxima item huius vrbis lumina Lapus Turrianus

& Anto-

& Antonius Bredus eximij Iureconſulti,ſimulq́; Iacobus Candidus Aquileienſiũ
Commentariorũ auctor: quæ tñ Gregorius Amaſæus elegans ſcriptor ex parte ab
ſe genita,proindeq́; vti ſocius operis ac laboris fuerat,ita ſe meritò quoq; partici-
pem honoris in libri titulo eſſe oportere profitebatur. Vir erat Gregorius aſpectu
venerabili,iucundus,liberalis,ſummi ingenij,& ad oẽs diſciplinas verſatili: quã-
obrem de cunctis ferme doctrinarum ſtudijs ita diſſerebat, vt ſtuporẽ audiẽtibus
incuteret admirabili memoriæ fœlicitate. Cũ à Romulo filio græcis latinisq́; lit-
teris eruditiſsimo viro (is apud Bononienſes luculẽto ſtipendio Senatus, cui etiã
prim⁹ erat à ſecretis, habebat ſcholã) Italię deſcriptionẽ inſtituiſſe nos didiciſſet,
librũ à ſe copiosè ac eleganter de quibuſdã huius regionis partibus, maximeq́; de
fluminibus, Meduaco, Sontio, Timauoq́, ſcriptũ nobis impertiuit,quo vehemen-
ter cõquerebatur Candidum octo Cõmentariorum Aquileiæ libros ſuo ſolũ no
mine edidiſſe,cum partem ſui quoq; laboris ac induſtriæ continerent. Sed ægrius
tñ ferebat omiſſa detractaq́; fuiſſe nonnulla q̃ ad gloriã & honorẽ gentis Amaſææ
pertinebant. Hæc quoq; antea nobis expoſuerat corã,adeoq́; iuſtus viri dolor vi-
ſus⁊ quãobrem etiã vt ſuũ cuiq́; quantũ officij noſtri ratio poſtulat, tribueremus,
Candido Amaſæum de Gregorio ſentientes in libris Cõmentariorum Aquileiæ
citandis cõiunximus. Diem obijt Vtini MDXLI. poſt.C.N.ãnno. Plurimùm illi
nos hercule debemus ob lucubrationum ſuarum cõmunicationem, q̃ magno no-
bis adiumẽto in hac regione dicenda fuerunt, p̃ſertim verò tabula perquã diligẽ-
ter eius opera depicta. Non minus Vtinũ filius eius ornat Romulus, qui Bononiæ
iãdiu publico ſalario mirabiliq́; ſcholæ frequẽtia humanitatis artes docet, ac vti
p̃diximus, à ſecretis Senatui fuit. Maiores ſuos origine Bononienſes, & hinc ob ſe-
ditiones Vtinũ profectos docuit. Plurimum hercule nunc vrbis huius nomẽ illu-
ſtrat. Doctrinã viri ſingularẽ tum q̃ marte ſuo cõdidit, tum q̃ de gręcis latina fecit
manifeſtò teſtantur, maximeq́; Xenophon, Pauſanias, & Ariſtoteles ab eo cõuer-
ſi, vt latino ſermone nunc vtantur, cũ græcè loquerentur priùs. Adhæret illi filius
inſigni etiã ſpe litterariæ gloriæ Romulus, vtriusq́; linguæ doctus, q publico etiã
ſtipendio litteras apud Bononienſes profitetur, nec humanitate profectò minori
vir eſt q̃ doctrina. Multi p̃ter hos clari ac ingenioſi homines Vtinũ nobilitarunt,
& etiamnũ ornant⁊ quos nõ referimus, quia penitiore illorũ notitia deſtituimur.
Supra Vtinũ ad primos colles incedenti hæc occurrunt, Faniana, Villa alta, Mur-
cum, Mel, Braca, & altiùs Peuſum, Coloretũ, Triceſimũ, Tarũ, Artenia, porroq́;
in mõtibus Prampergũ, Glemonaq́; quã in hiſtorijs Longobardorũ Paulus Dia-
conus ita nominat, itemq́; Blõdus & Sabellicus. Ad Tiliauentũ dein eſt Oſſopũ,
& vlteriùs Ventiõis vicus, hoc tẽpore ditionis Venetorũ & Ducũ Auſtriæ, Stirię,
Carinthiæq́; terminus. Sed & inter mõtes pagi viciq́; ſunt multi. Rurſus circa ma-
re fluminũ ora Natiſonis & Turri⁊ dein Amphoræ ac Anſæ amnium item oſtia,
quibus in Natiſonem defluunt⁊ ſupra quos Straſoldum. Anſæ mentionem Sextus
Aurelius in Annibaliano Conſtantio & Conſtantino facit, Alſam nominans cũ
inquit: Conſtantinus latrocinij ſpecie dum incautus fœdeq́; temulentus in aliena
irruit, obtruncatus eſt, proiectusq́; in fluuiũ cui nomẽ Alſa, nõ longè ab Aquileia.
De cætero ciuitas Aquileia, ſic Straboni[a], Melæ[b] q ditẽ Aquileiã vocat, itẽ Taci- *a. lib. 4.*
to[c], Plinio in decima regione, Ptolemæoq́; in Carnorũ mediterraneis dicta. Varia *b. lib. 2.*
de primis eius initijs tradiderũt auctores. Quidã ab Aglone Ilienſe conditã aiũt, q *c. lib. 17.*
huc Troia cũ Antenore venerit, & vrbi nomẽ à ſe dederit Aquileiæ. Nõnulli dictã *& 19.*

ſic

ſic ab Aquila Romanorũ militari ſigno putant, quod illorũ legiones hàc trãſeun-
tes exemplo Cyri Perſarum regis vt ſcribit Xenophon, detulerũt. Alij hoc nomi-
nis acceptum cenſent ab aquarum huius ſitus paſsim fontibus ſcatentis abundan-
tia, quæ Natiſone Alſaq; corriuatæ foſsis dein plurimis vndiq; per vrbẽ diſcurre-
bãt, adeo vt ea lẽbis vti quondã Rauenna quod Strabo tradit, peragraretur· ac de-
mũ Amphoræ fluuio nauigabili collectæ, ſic in Natiſonẽ ferebãtur. Strabo, Aqui-
leia inquit, ſinui proxima, à Romanis cõdita eſt incumbẽtibus oppoſita barbaris.
Ad eã aduerſo Natiſone flumine nauibus onerarijs nauigatur plus LX. ſtadijs. Et
paulo pòſt: Extra Venetiæ fines Aquileia eſt, amne verò ab Alpibus profluẽte di-
ſterminatur, per quod ſurſum nauigatur ſtadijs MCC. ad vrbẽ vſq; Noreiam, vbi
Cn. Carbo collatis cum Cymbris ſignis re infecta diſceſsit. Ita Strabo: ſed men-
doſum hercule hunc locũ eſſe ſi diligenter attendas, facilè cognoſci poteſt· nã pro
Extra Venetiæ fines, Intra Venetiæ fines, manifeſto legendũ eſt, qm̃ Venetia regio
Iſtriæ cõnectitur ad Timauum, qui vti antea diximus, vltra Aquileiam eſt· idemq;
a. lib. 1. tum Amaſæus in libro ſuo quẽ nobis cõmunicauit, tum etiã Candidus a annotat.
Cõ. Aquil. Sed & aliud hoc loco vitium animaduertitur euidens in his verbis, per quod na-
uigatur ſurſum ſtadijs MCC. ad vrbẽ vſq; Noreiam: quippe quia vix à ſtagnis ad
CC. ſtadiũ aduerſo Natiſone peragi nauigia poſſunt: tam enim inquietus & præ-
ceps amnis ab Alpibus ob fluminum & torrentium acceſsionem præcipitat, vt in
campis omnia latè vaſtet· ſupraq; per cõfragoſas valles Tauriſcorũ inter montes
labitur vbi Noreia, moxq; per Germanorũ Alpes: proinde nullo planè modo ſu-
pra ducenteſimum ſtadium nauigabilis eſt, vt & hîc M. litteram milliarij notã ad
geminum CC. vitio irrepſiſſe cenſeamus, quod Amaſæus etiã animaduertit. Aqui-
leiam in Venetia eſſe perquam euidenter Plinius vti iam dictũ eſt, indicat, addens
b. lib. 39. à mari P. M. XII. abeſſe: cõfirmat idem Liuius his b verbis. Eodẽ anno Galli trã-
ſalpini tranſgreſsi in Venetiam ſine populatione aut bello, haud procul inde vbi
nunc eſt Aquileia locum oppido condendo ceperunt: legatis Romanis ea de re
trans Alpes miſsis reſponſum eſt neq; ꝓfectos ex auctoritate gentis eos, nec quod
factũ eſſet in Italia ſe ſcire. Coloniam quoq; deductã Aquileiam idem Liuius hoc
c. lib. 39. modo narrat c. Illud agitabant in Senatu vti colonia Aquileia deduceretur. Nec
ſatis conſtabat vtrum latinam, an ciuium Romanorum deduci placeret: poſtre-
mò latinam potiùs coloniam deducendam patres cenſuerunt. Triumuiri crea-
d. lib. 40. ti ſunt P. Scipio Naſica, C. Flaminius, L. Manlius Acedinus. Dein & alio d lo-
co deductam coloniam ita memorat. Aquileia colonia latina eodem anno in
agro Gallorum eſt deducta. Tria millia peditum· quibus data quinquagena iu-
gera, centurionibus centena: centena quadragena equites acceperunt. Trium-
uiri deduxerunt P. Cornelius Scipio Naſica, C. Flaminius, L. Manlius Acedi-
nus. Sic Liuius· & hæc eodem anno geſta prodit, quo Celtiberorum XXXV.
mill. Q. Fuluius Flaccus cæcîdit. Amaſæus & Candidus ſcribunt hos colo-
nos à Triumuiris ex S. C. deductos Aquileienſi inter ſe agro diuiſo, ſuum quem-
que fundum à ſe denominaſſe, ac teſtari id in hodiernum vſque diem locorum
appellationes Romanæ quæ hîc manent, vti Antonianum, Claudianum, Ti-
berianum, Seruilianum, Baſsilianum, Papinianum, Horatianum, Caſsia-
num, Iulianum, Laberianum, Flaminianum, Mutianum, Titianum, Gellia-
num, Actianum, Terentianum, Rutilianum, Caſsinianum, Sabinianum, Saluſtia-
num, Trebellianum, Formilianum, Gracchianum, Magianum, Valerianũ, Mar-
tianum,

tianum, Manilianum, Marianum, Tullianum, Varianũ, Velleium, Flauianũ vbi Q. Cæcilij Flauiani ſepulchrũ ſupereſt, Priſcianũ, Aurelianũ, Galerianũ, Gaium, Cornelianum, Druſium, & Aurelianum. Præterea verò cunctos pene vicos & villas Aquileienſis agri Romana nomina retinere videmus, velut Puteoli, Campus Phormianus, Campus Martius, Thuſculanum, Romanum, Tyburq́;· quanq̃ hæc nunc vulgus perperam & corruptè efferat. Itaq; Romani olim coloni Aquileienſibus inſerti ſunt, neq; ſolum mores in agrum ſuos intulerunt, ſed eum etiam ædificijs, nominibus villarum, & agriculturæ ſtudio, pulcherrimis arborum fructiferarum & vitium ordinibus adeo exornarunt, vt hortorum amœniſsimorum haberet formam, eaq́; propter ab Imperatoribus Aug. ad ſeceſſum frequenter caperetur. Ex ijs Octauius Aug. bella paſsim per legatos gerens, vt Pannonijs & Germanis cum quibus tum res gerebantur, immineret, cōſidere hîc ſolebat, vti quoq; Rauennæ & Mediolani. Captum etiam eum amœnitate loci menſibus octo apud Aquileiam cum vxore habitauiſſe Suetonius auctor eſt. Murum duplicem inſuper inſignē ad duo paſs. millia perduxit adiecto marmore cum hac inſcriptione. Imp. Cæſ. Inuictus Aug. Aquileienſium reſtitutor & conditor viam quoq; geminam à porta vſq; ad pontem per tyrones iuuētut. nouæ Italicæ ſuæ, delectus poſterioris, longi temporis labe corruptam muniuit atq; reſtituit. Aquileiæ Cæſarem Auguſtum controuerſias Herodis & filiorum audiuiſſe, iudiciumq́; dediſſe Ioſephus refert. Tam fuit in hanc vrbem animo propenſus, vt ius Romanę ciuitatis illi impertiret. Tiberio hîc cum Iulia vxore commorante, partum illa immaturũ edidit. Imperatorem etiam Aquileiæ Veſpaſianum à legionibus ſalutatum legimus, quas ob cauſas tãtum vrbs incrementi ac decoris cum opibus, tum ædificijs adepta eſt, vt altera diceretur Roma: domicilium quippe erat Imperatorũ, mœnibusq́; ſumptuoſiſsimis cincta, tēplorum apparatu, magnificoq́; amphitheatro ac alijs ſplendidiſsimis tum publicis tum priuatis operibus tam exornata, ſummę vt omnibus admirationi eſſet, præcipueq́; Romanis. Itaque non ſine cauſa Sextus Rufus & Auſonius poëtæ ſplendorem eius inſignem & magnificentiam verſibus celebrare conati ſunt. Præter operum vero dignitatem ampliſsimum etiam ſpatium habebat· nempe quod ambitu P. M. X I I. vel vt Belinenſis tradit, amplius ſena contineret, vti facilè veſtigia deiectorum mœnium indicant. Sed & magnitudinē vrbis ciuium ingens numerus olim teſtatus eſt: cenſa namq; ſemel C X X. millia cōſtat. Militaris hinc via Bononiã lapide ſtrata tũ erat, qua cōmodè legiones & exercit⁹ populi Rom. in barbaros cōmearent. Eã à M. Lepido, C. Flaminio Coſſ. poſt deuictos Ligures munitã perhibet Strabo *a* · illum viã Flaminiã è Roma per Thuſciam & Vmbriam vſq; Ariminũ, alterum reliquã porro uſq; ad Bononiam & ex ea vſque Aquileiam prope Alpium radices, ducto per gyrum circa paludes opere ſtrauiſſe ſcribens. Hodie viam altam vocant· & circa flexum vicus eſt Reuolta. Deſcribitur ab Antonino in hūc modum. Ab Aquileia Cōcordiam M. P. X X X I: Altinum M. P. X X X I: Patauium M. P. X X X I I: Ateſte M. P. X V: Ancianũ M. P. X X: Vicum Varianũ M. P. X V I I: Vicum Suminum M. P. X X: Mutinam M. P. X X I I I: Bononiam M. P. X V I I I. Florentem Auguſti temporibus vti ſupra demonſtratum eſt, Aquileiam lapidios ferociſsimam gentem tranſalpinam diripuiſſe Appianus in Illyrico ſcribit. Dein huc D. Marcus Euãgeliſta venit à D. Petro Apoſtolo miſſus· primaq́; religionis ac fidei Chriſtianæ fundamenta hic iecit, & Euangelium conſcripſit, poſteaq́; multis ſeculis monumento

a. lib. 5.

numento ſeruatus magna cum veneratione tandem Venetias ſub Thoma Moce-
nico Duce tranſlatus eſt,vbi nũc maximis honoribus colitur. Aquileia fidem im-
perij Romani donec illius fortuna viguit,conſtantiſsimè ſecuta eſt· probauitque
hoc præclaris argumentis cum Maximinus Thrax Imperator à legionibus præ-
ter Senatus Romani auctoritatẽ appellatus vrbem obſideret, defendentibus eam
Menophilo & Criſpino Conſularibus viris: etenim tanta tum conſtantia oppi-
danorum fuit,vt non ſolum obſidium fortiſsimè tolerarent, ſed mulieres etiam
cum inopia neruorum in arcubus ſagittarij laborare cœpiſſent,in eam rem capil-
lum proferrẽt,quò vrbs in auctoritate Senatus conſeruaretur.Ita cõflictatus tan-
dem penuria commeatuum Maximini exercitus,& inuictam obſeſſorum conſtã-
tiam animaduertens,ipſum Imperatorem ſuum vnà cum filio obtruncauit, ſeq;
ad auctoritatem Senatus contulit· qui de inſigni fœminarum Aquileienſium faci-
nore dein edoctus,templum ideo Veneri Caluinæ ſtatui iuſsit.Capitolinus auctor
eſt eum qui ex hac vrbe miſſus ad cædem Maximini nuntiandam erat, tanta cele-
ritate mutatis animalibꝰ cucurriſſe,vt quarta luce perueniret Romam. Herodia-
a. lib. 8. nus a quoque necem Maximini commemorat, ac item Eutropius, alijq́; multi
ſcriptores. Salutatus etiam hìc Imperator ab exercitu Quintilius Claudij ſecun-
di frater poſt deuictos apud Syrmium Gothos: quo pertinet illa Taciti Impera-
toris ab Senatu electi ad Aquileienſes epiſtola.Senatus ampliſsimus Aquileienſi-
bus S. Vt eſtis liberi & ſemper fuiſtis lætari vos credimus: creandi Principis iudi-
cium ad Senatum redijt: ſimul etiam Præfecturæ Vrbanæ appellatio decreta eſt.
Succeſsit Tacito Probus· Probo Carus Aquileienſi auo natus vt refert Vopiſcus.
Conſtantium quoque Cæſarem frater eius hìc peremit,& Theodoſius Imperator
Maximum tyrannum,eiusq́; filium Victorem. His igitur exemplis Aquileienſium
fides erga Senatum Romanum & Imperatores ab illo dictos apparuit: quo inſti-
tuto maxima tum populi,tum opum incrementa ſumpſerunt,vti ex parte iam eſt
demonſtratum.Fœlicitas autem vrbis tanta præcipuè ab negotiorum amplitudi-
ne ac frequentia procedebat, quoniam ex cunctis propemodum orbis partibus
ob ſummam loci opportunitatem, & aditum tam mari,quàm terra commodiſsi-
mum merces huc conuehebantur: maximeq́; res Aquileienſium auctæ poſt Spi-
nam & Adriam collapſas: ijs enim vrbibus ſepultis, ad hanc vnam negotiatores
omnes confluebant. Deſiuit tamen id ſummum mercaturæ ſtudium apud Aqui-
leienſes vnà cum ipſius ciuitatis fortuna· caputq́; dein efferentibus Venetis, eorũ
vrbs potentiſsima quæ ſeculis multis Aquileia recentior, negotiandi rationem
omnem ad ſe traxit: ac ita iam hæc tota propemodum intercidit· illa meritò per-
petuis aucta incrementis etiam nunc indies fœlicitate creſcit. Initium verò incli-
nationis Aquileiæ temporibus Hunnicis fuit,cum ab Athila triennio toto grauı-
ter obſeſſa,ſummamq́; ad inopiam annonæ redacta, tãdem etiam hoc momento
capta vaſtataq́; eſt.De expugnatione iam propemodum deſperans hoſtis,ciconi-
am fortè vidit ab arce vrbis ſumma pullos è nido ſublatos exportare: quamob-
rem omine accepto mox tãto impetu oppugnationem aggreſſus, vt intra tertiam
horam non ſuſtinentibus vim oppidanis vrbe potiretur, XXXVII. ferè homi-
num millia ferro concîdit,reliqua multitudine ad Gradus inſulam fugiente, di-
reptam vrbem flammis & incendio planè vaſtauit.Silentio haud putaui omitten-
dum pudicitiæ quod tum accidit facinus,ſingulare.Dugna virgo erat eximia for-
ma,magnaq́; re:hæc captam à barbaris patriam ſentiens,ne pudicitię ſuæ vim ho-
ſtis

ſtis ferox & immanis afferre poſſet, præcauere, & honeſtè potiùs oppetere, quàm cum turpitudine ſupereſſe cum ſtatuiſſet, protinus capite obuoluto ſe de ſumma turre in flumen Natiſonem præcipitat, memorabili hercule generoſi animi & aſſertæ virginitatis exemplo. Fuit etiam Honoria, quæ ad mariti iam antè defuncti monumentum iniquæ fortunæ quærelas lachrymando fundens, in eius complexu tam pertinaciter hæſit, vt abſtrahi nulla vi poſſet vſque dum vltimum fatum barbari gladius inflixit, & expirare iuxta coniugem licuit vti cupiebat. Itaque dirus Athila nobiliſsimam vrbem hanc incendio planè vaſtauit deiecitq́;: qua conditione ſepulta iacuit donec à Narſete refici ac inſtaurari cœpit· ita namque dein paulatim vrbis aliqua forma reſtituta. Poſt hæc in Longobardorum poteſtate cū cæteris huius ſitus oppidis fuit vti initio diximus, vſq; ad Caroli Magni in Italiam aduentum· etenim capto illius bello Deſiderio Longobardorum rege, deinceps Italiæ regibus quos Carolus inſtituit, & Imperatoribus, itemq́; Ducibus ab ijs creatis, ac Berengarijs alijsq́; tyrannis illis quos in exordio regionis commemorauimus paruit. Exin ad Patriarcharum ditionem & imperium venit, poſtremò ad Venetorum· in quo cum ad annum MDIX. à C. N. vſq; ſtetiſſet, tum quidem ea Maximilianus Imperator potitus, at tandē ad Venetos redijt, ſub quibus nunc ſanè tranquillitate paceq́; fruitur, ſed infrequens admodum colonis vrbs, quæ quondam ſummo ſplendore ſummaq́; amplitudine fuit. Gratiſsimum profectò ſtudioſis hominibus Patriarcharum vrbis catalogum fore arbitramur, eaq́; propter hìc annectere libuit. Primus omnium ſedem Patriarchalem Aquileiæ tenuit D. Marcus Euangeliſta ab D. Petro Apoſtolo miſſus· alter Hermacoras martyr· tertius Helarus Aquileienſis item martyr· IIII. Chryſogonus· V. Theodorus martyr· VI. Chryſocomas· VII. Agapitus· VIII. Fortunatus· IX. Valerianus· X. Benedictus· XI. Quirinus Philippi Imperatoris qui primus fidem Chriſti ſecutus eſt filius, martyrio apud Pannonios affectus ſitusq́; Budæ· XII. Fortunatus Afer, qui ad Euangelium ſcripſit· XIII. Chromatius Aquileienſis· XIIII. Auguſtinus· XV. Adelphus· XVI. Maximus· XVII. Damianus· IIXX. Secundus· IXX. Nicetus· XX. Marcellinus· XXI. Marcellianus, qui ædem vrbis ab Athila deiectam inſtaurauit· XXII. Stephanus, quem propter veram in Chriſtum fidem Theodoricus Gothorum rex variè afflixit· XXIII. Macedonius· XXIIII. Paulinus, quem theſauros Aquileienſis Eccleſiæ Longobardis aduenientibus in inſulam Gradus detuliſſe, ac vrbi illi nomine Aquileiæ nouę impoſito vita ibi defunctum prędiximus· XXV. Probinus· XXVI. Helias, qui implicatus hæreſe Manichæana tres articulos Chalcedonenſis Conſilij reprobans, tandem ad ſanitatem reuerſus hortatu Pelagij Rom. Pontificis Epiſcoporum XX. ſynodum habuit· & Gradenſem Eccleſiam cum auctoritate Pelagij metropolitanam Venetiæ conſtituit· XXVII. Seuerus, qui cum metu Smaragdi patritij Exarchi Manichæanam hæreſim probauiſſet, dein eam in Synodo Epiſcoporum X. Marani meliùs re tota cogitata damnauit· XXVIII. Ioannes Aquileienſis, ſub quo Eccleſia hæc ſchiſmate laborauit Candiano apud Gradus Patriarcha deſignato ab Gregorio Pontif. Rom. & poſt Candianum Epiphanio· XXIX. Martianus· XXX. Fœlix· XXXI. Ioannes· XXXII. Petrus· XXXIII. Serenius, ſub quo Synodus Aquileiæ habita propter exurgentes quaſdam hæreſes· XXXIIII. Calixtus, qui cum Patriarchas Cormonæ habitare non putaret eſſe conueniens, vbi hactenus ab Helia vſque conſederant, in Caſtellum Iulienſe lautiſsimam & frequentiſsimam

mam vrbem quæ Forijulij Ducum ſedes fuerat, domicilium tranſtulit, eiecto nimirum inde Amatore loci Epiſcopo, quem Longobardi poſt Maxentium primũ eorũ antiſtitẽ & Fridericum alterum fecerant. Hac porro de cauſa Pomon Dux Patriarcham in carcerem incluſit: at rex Luitprandus Pomonem ſpoliauit Ducatu, ſimulq; Patriarcha liberato grauiter id facin° in auctores vltus eſt. XXXV. Siginaldus regiæ ſtirpis Longobardicæ. XXXVI. Paulinus, ſub quo Carolus Magnus Aquileienſi Eccleſię multa munera contulit, plurimorum locorum iuriſdictione ac fundis in Foroiulio, Iſtria, Noricoq; donatis, quæ deinde Ludouicus eius filius, item Lotharius, Carolus, Berẽgarius, Otho primus, Otho quartus, alijq; multi Imperatores & reges rata habuere. XXXVII. Vrbanus. XXXVIII. Maxẽtius, ad cuius poſtulationem Eugenius ſecundus Pontif. Rom. Mantuæ conciliũ indixit, in quo Gradus vrbem Aquileienſi Eccleſiæ ſubiectam eſſe patres cenſuerunt, & abrogatus Venerio Patriarchatus Gradenſis eſt. XXXIX. Andreas. XL. Venantius. XLI. Endelmannus. XLII. Lupus. XLIII. Valpertus. XLIIII. Fridericus, qui prudentia, fiducia, ac ingenio ſummo maximas res geſsit, vti ex parte deſcriptum in eius ſepulcro legitur Aquileiæ. XLV. Leo, quem propter libertatem Eccleſiæ Rodoaldus Longobardus homo præpotens & opulentus occidit. XLVI. Vrſus. XLVII. Lupus. XLVIII. Engelfridus. XLIX. Rodoaldus, ſub quo maximis donis eccleſiam ornauit Imperator Otho primus, Vtina, Fagania, Gruario, Bugamo, Braitano, totoq; tractu inter Liquentiam & Plauem illi condonato, quemadmodum Sabellicus [a] ſcribit. L. Ioannes, cui Imperator Otho tertius Solinianum, mediumq; ius caſtelli Noritiæ cõtulit, vt Vrſo Othonis Vrſeoli Venetiarum Ducis fratri Patriarchatus Gradenſis abrogaretur, effecto. LI. Popo, ſub quo Cæſar Conradus Aquileienſi Eccleſiæ Ducatum Forijulij, Marchionatum Iſtriæ, multoſq; fundos cõdonauit, quorum reditus annuus centenorum millium amplius aureorum nummûm erat: addiditque inſuper ius æris ſignandi. Popo vir ſummi ingenij fuit, & fiducia, magnificẽtiaq; ſingulari. Mœnibus Aquileiam cinxit nudam prorſus, & ædem Virginis matris ampliſsimam cum turre maximi operis fecit, adiecto conſtitutoq; vectigali perpetuo ad quinquaginta ſacerdotũ alimenta. Præclarè multa geſsit vt Candidus [b] & Amaſæus referunt. LII. Eberhardus. LIII. Gottopoldus, ſub quo Imperator Henricus Forijulij Ducatus Iſtriæq; Marchionatus donationem confirmauit, vt Aquileienſis Eccleſia membrum deinceps imperij Romani cenſeretur. LIIII. Rauenginus. LV. Sigeardus, ſub cuius Patriarchatu Imperator Henricus quartus Iapidiam huic Eccleſiæ donauit. LVI. Henricus. LVII. Fridericus. LVIII. Voldarlicus vir ſapientiſsimus, qui Paſchalem ſecũdum Pontif. Rom. & Cardinales Henrico quarto reconciliauit: ædemq; magnificam ad Timauum D. Ioanni poſuit ex reliquijs ſumptuoſiſſimi templi Diomedis: adiecitq; fundos plurimos ab amne Ponchæo vſq; ad villam Catinam. LIX. Gerhardus, quem vniuerſum ſacerdotum collegium paribus ſuffragijs ob vitæ ſanctitatem expetiuit, & reluctantem populus ſummis tandem precibus vicit. Itaq; Patriarchatum hoc animo conſilioq; ſuſcepit vt verus opum Chriſti diſpenſator eſſet, qualem etiam egregiè ſe præſtitit: etenim omnem curam baſilicis inſtaurandis, inopia pauperum ſubleuanda, virginibus egenis dotandis adeo munificè tribuit, vt ad vſum ſuum reliqui pene nihil faceret: ac ita iuſtè ſancteq; facultates Eccleſiæ diſtribuens, ad æternæ vitæ beatitudinem præmio fidelis operæ fruiturus emigrauit, exemplo quod ſequantur illuſtri diſpenſatoribus

[a] lib. 5. de antiquit. Aquil.

[b] lib. 5. Cõ. Aquil.

buſtheſaurorũ eccleſiæ relicto· LXI. Gotifredus· LXII. Voldardicus. Hunc poſt
receptos à Venetis Gradus, ibi cum XII. canonicis, multiſq; nobilibus ex Foro-
iulio viris conſidentem, Vitalis Michaël Venetorum Dux cum lectis armatorum
cohortibus de improuiſo adueniens cepit abduxitq;. Dimiſſus tamen poſtea eſt
hac lege, vti quotannis bouem opimum vnum, porcoſq; duodenos ea die qua ca-
ptus erat pẽderet, quos Veneta plebs in foro publicæ lætitiæ cauſa mactaret. LXIII.
Peregrinus fuit· LXIIII. Volcherius vir ſapiens· LXV. Bertholdus Ducis Mora-
uiæ filius & Hungaricæ reginæ frater· LXVI. Gregorius Montelongus, qui ob
ſummam prudentiam & ingenium animiq; magnitudinem Legatus Italiæ crea-
tus eſt à Pontifice Rom. contra Fridericum ſecundum & tyrannos, vt Blondus in
hiſtorijs Platinaq; & Sabellicus & Cãdidus a annaleſq; Bononienſium perhibẽt· a. lib. 5.
LXVII. Raymundus Turrianus è Mediolano. Multa is præclarè fecit, vir prudẽ- Cõ. Aquil.
tia ſplendoreq; ſummo, quæ breuiter omnino referri haud poſſent, & à Candido
b Sabellicoq; c ſigillatim memorantur· LXVIII. Petrus Beroreus· LXIX. Otto- b. lib. 5.
bonus· LXX. Caſſonus Turrianus Mediolanenſis· LXXI. Paganus Turrianus Cõ. Aquil.
item ex Mediolano· LXXII. Bertrandus vir ſanctus & prudẽs, pauperumq; pater c. lib. 5. de
& inſtaurator baſilicarum, quem multa glorioſiſsimè feciſſe Candidus d Sabelli- antiquit.
cuſq; e perhibẽt· LXXIII. Nicolaus Ioãnis Boihemiæ regis filius, qui multis quo- Aquil.
que præclaris factis enituit, & indignam ſæuamq. Bertrandi viri ſancti præceſſo- d. lib. 7.
ris ſui cædem vltus eſt vt Sabellicus tradit· LXXIIII. Ludouicus Turrianus Medio- Cõ. Aquil.
lanenſis· LXXV. Marquadus· LXXVI. Philippus Alenconius Cardinalis & e. lib. 5. de
Epiſcopus Sabinenſis· LXXVII. Ioannes· LXXVIII. Antonius Caietanus Car- antiquit.
dinalis· LXXIX. Antonius Panarinus ex Portu Gruario· LXXX. Ludouicus Aquil.
Ducas Thechius, ſub quo Veneti Foroiulio potiti ſunt, vt ſcribit Sabellicus f cum f. lib. 5. de
Candido & Amaſæo· LXXXI. Vitellius, qui auctoritatem ſolum iuris Pontificij antiquit.
habuit, Venetis imperium regionis tenentibus· LXXXII. Ludouicus Patauinus, Aquil.
qui cum Veneto depactus eſt vt imperium Aquileiæ, oppidorumq; D. Viti & Da- & lib. 9.
nielis Patriarchæ relinqueretur integrum· cætera Venetus teneret, & Patriarchis Enn. 9.
aureorum nummûm tria millia perpetuò in annos ſingulos pẽderet· LXXXIII.
Marcus Barbus Venetus· LXXXIIII. Hermolaus Barbarus item Venetus, græ-
cis latiniſq; litteris homo eruditiſsimus, de quo dicemus in ipſa vrbe Veneta co-
pioſius· LXXXV. Nicolaus Donatus Venetus· LXXXVI. Dominicus Grima-
nus Venetus Cardinalis & Epiſcopus Portuenſis, vir prudens & doctus, cuius me-
moriam in vrbe Veneta celebrabimus· LXXXVII. Marinus Grimanus Domini-
ci nepos, itemq; Cardinalis, doctrina ſummiſq; virtutib9 ornatus & ingeniorum
alter Mecænas· qui cum Marco nepoti Patriarchatum ceſsiſſet, ei dein fatis inter
cepto Ioannes ſuffectus frater, qui nũc honore hoc fungitur. Breuiter igitur vt ap-
paret non modo nomina Patriarcharum commemorauimus, ſed etia quanta fue-
rit olim Aquileiæ fœlicitas, quæ amplitudo, ſimulq; lapſum fortunæ vrbis ac inſi-
gnem calamitatem qua ex dominæ ſtatu in ſeruitutẽ, ex florentiſsima frequentiſ-
ſimaq, nũc propemodũ ad ſolitudinem eſt perducta, retulimus· idq; hoc maximè
conſilio, quò cunctis exemplũ vagæ volubiliſq; conditionis rerum humanarum
ob oculos hìc poneretur, nimirũ vigentia florentiaq; breui momẽto collabi, quã-
tumq; prius habebant gloriæ, tantũ poſtea calamitatis habere, ne quiſq̃ mortaliũ
in vana fœlicitate humana ſpem vllam figere velit. Vrbs etiam Aquileia permul-
tos homines illuſtres genuit· nominatim D. Syrum, quẽ D. Hermacoras Patriar-

cha Ticinēſibus Epiſcopum dedit, quiq; fœlicitatem Ticini, calamitate[illegible] A[illegible]-
leiæ prænuntians, eam verus vates nunquam forereſtaurandam, necad ampl[illegible]u-
dinem fortunæ prioris reuerſuram prædixit. Collegas illi D. Hermacoras a[illegible]-
buerat Iuuentium & Pompeium Diaconos, Chryſantium & Fortunatum preſ-
byteros, homines ſanctos, qui iaciendis fidei pietatisq; Chriſtianæ fundamentis
mirificè laborarunt. Edidit etiam Aquileia Ticinenſem Epiſcopum Epipha-
nium, virum optimum & eruditum, item Eraſmum & Teclam Valentiniano pa-
a. lib. 2. tre natos, aliosq; martyres vt Cādidus a memorat. Aquileienſes etiam fuêre Cro-
matius, ad quem D. Hieronymus epiſtolas ſcripſit plurimas, itemq; Rufinus ſa-
cerdos doctiſsimus, & græcę latinæq; linguæ peritiſsimus, vti opera tam quę con-
didit ipſe, quàm quę de græcis latina fecit abundè teſtantur, præterea Paulus Dia-
conus Longobardicę ſtirpis, qui præter alia libros ſex de geſtis Longobardorum
ſcripſit, & ad hiſtoriam Eutropij de Cæſaribus, octo, nimirum à Valentiniani &
Valentis Imperatorum temporibus vſque ad Leonis: ex quo recentiores hiſtori
ci rerum Longobardicarum narrationes ſunt mutuati. Pium quoque primum
Pontificem Rom. Platina Candidusq; produnt Aquileiæ genitum. Alios in[illegible]-
per illuſtres & claros homines vrbs hæc multos tulit, quos nunc in memoria non
b. lib. 3. habemus, ideoq; celebrandos alijs relinquimus. Aquileiam Facius b memorat
Cant. 2. hac ſententia.

Sic procedentes in Forumiulium deuenimus:
Vidi Aquileiam, Durentium, & mutationem
Quam facit Longontius, & Liquentiam tranſmiſimus.

XXI[illegible] poſt. Aquileiam ſtadio quemadmodum Sabellicus c auctor eſt, amnis N[illegible],
c. lib. 1. quem ita quoque Strabo d Melaque e vocant, & Ptolemæus in Ca[illegible]o-
antiquit. rat. Oritur Alpibus poſt iuga Ventionis, ad occaſum ſolis æſtiui ſolſt[illegible] ve[illegible]us:
Aquil. & LXXX. ferè ſtadijs prolapſus tum in occaſum hybernum flectit, C[illegible]temq;
d. lib. 5. Forijulij mediam interſecat: mox ad orientem incedens, poſt CXX. [illegible]
e. lib. 2. Sontio flumini illabitur. Id fontem in Alpibus habet iuxta Iapidiam quæ n[illegible]c
Carnium vel Carniola: primùm vero à Septentrione per confragoſas valles pr[illegible]-
cipitesq; rupes in occaſum ſolis hybernum tanto cum impetu & violentia pr[illegible]o
luitur, vt ad CXX. pene ſtadium vſque nec pedibus, nec iumento tra[illegible] pa-
tiatur: dein creſcens perpetuò ſtadia ferè XL. per vallem Plitianam conficit: pòſt
eodem amplius ſpatio per aſperrimas fauces ad Caporetū defertur, vbi pons exi-
mius arcu vno ped. LX. tranſitum iungit: hinc vallem Caporetinā LXXX. pau-
lo minus ſtadiorum emetitur multo lenior, adeo vt vbiq; tranſmittere co[illegible]dè
liceat: porro circa finem huius longiſsimæ conuallis apud Tulminum, amnem
excipit Tulminam, eoq; non procul alium ex anguſtis faucibus prorumpentem
Hydram inſignem fluuium, vbi argenti viui metalla ſunt: deinceps LXXX. ferè
ſtadijs per vallem Sontij quam vocant Roncinam, labitur ad pontem trium ar-
cuum, iuxta quē annis ſuperioribus turrem ſtruxit Goritianus Comes: hinc verò
per anguſtas confragoſasq; valles è regione Goritiæ, quę ſublimis pons tribus pi-
lis lapideis innixus iungit, lenisq; dein XL. paulo amplius ſtadia de[illegible] vſq, d[illegible]
amnem Vipauum colligat ex Alpibus per finitimam Goritiæ vallem accedente:
f. lib. 5. de quo recepto nauigabilis efficitur vſq; ad mare ſtadijs CXL. Sic de Sontio Sabel-
antiquit. licus f ferè prodidit. Notandum porro eſt eum tot amnes incolas deferentem no
Aquil. procul Aquileia Natiſoni vt diximus, illabi, nomenq; nunc perferre, Natiſ[illegible]

qui

qui vnà in mare deſinit extincto· quanq̃ Candidus animaduerterit è cõtrà veteres
flumen hoc in mare pertingens Natiſonẽ appellauiſſe, nõ Sontiũ vti nunc omni-
bus dicitur. Primã Sontij mentionẽ apud Paulum Diaconũ *a* in additione ad Eu- *a. lib. 16.*
tropium inuenimus, vbi in hæc verba ſcribit. Egreſſus Theodoricus à Myſia cum
Oſtrogothorũ multitudine, vniuerſaq́; ſuppellectile per Syrmiũ Pannoniaſq; iter
faciens ad Italiã venit· ac primùm iuxta Sontiũ flumẽ quod nõ longè ab Aquileia
labitur, caſtra cõponens, ibi cum totius Italiæ viribus occurrentẽ Odoacrem ma-
gno ꝑlio ſuperatũ poſtremò in fugã conuertit. Vlteriùs inter montes Ciuitas Fo-
rijulij ſita. Vetus hoc Forumiuliũ eſt, primùm à Theodorico Gothorũ rege, dein
à Cancano Pannoniorũ euerſũ, vt Paulus Diaconus, itemq́; Blõdus *b* in hiſtorijs *b. lib. 9.*
prodidit: & quanq̃ in Italia ſua nõ liquere ſcribat vbinam vrbs illa quondã à Cã- *hiſt.*
cano deleta extiterit, multi tñ auctores alij conditione ſituq́; loci inſpecto vetus
hoc Forumiulij prorſus eſſe perhibẽt, quod nobis etiã probatur. Inſtauratũ id po-
ſtea Ciuitatis Auſtriæ accepit nomẽ: occaſionẽ & cauſam huiuſmodi refert Can-
didus *c*. Diem functo Luitprãdo rege vxor Roſimunda ſtirpis Auſtrianorũ princi- *c. lib. 3.*
pũ hortatu Hirprãdi imperiũ huius vrbis occupauit tũ adhuc Forumiuliũ dictæ. *Cõ. Aquil.*
Sed cùm in ea cõſiſtens eximios colonorũ mores & inſtituta, ſummũq́; maximis
in rebus ingeniũ animaduertiſſet, eaq́; ꝓpter abſcedẽs rationẽ moderãdæ reipub.
ſeruato ſibi tãtùm principis nomine, ciuibus ipſis cõmiſiſſet, illi quò tantã reginæ
liberalitatẽ aliqua gratiæ ſignificatione rependerẽt, eius memoriæ cauſa qm̃ ſan-
guine erat Auſtriaco nata, vrbẽ ſuam Ciuitatẽ Auſtrię nominandã decreuere· quę
dein fœlicitate perpetuò creuit, & nũc multis fundatiſsimis ornatur familijs, ꝑci-
pueq́; Nordita. Iacet in faucibus Italiæ loco natura munitiſsimo· mediãq́; percur
rit amnis vt dictũ eſt Natiſo, ponte lapideo nobili iunctus. Memoriã eius vſurpat
Tacitus cũ alijs *d* in locis, tũ hoc *e* quo ſic ſcribit. E militibus pars in colonia Fo- *d. lib. 4.*
roiulienſi retenta. Sed & alibi *f* mentionẽ Forijulij facit. Sunt qui regionẽ vniuer- *e. lib. 17.*
ſam Forijulij nomẽ hinc accepiſſe cenſeãt, vti initio ſcripſimus. Sequuntur in mõ- *f. lib. 19.*
tibus leua Ciuitatis, Cucũ, Prætexta, Atini, Cerniũ, & Cuconicũ. Deinde ſecus Na
tiſonẽ oppidũ euerſum eſt Soffimbergũ ad amnẽ Turrũ, quẽ ita Plinius nominat
ex montibus Tarcẽtinis Natiſoni infra Ciuitatẽ illabentẽ, & vt ꝑdiximus, ad Vti-
nam ex parte foſſa tractũ. Secundũ eum ad Alpes incedenti Sauornianũ occurrit,
& propter fontẽ quo naſcitur, Vapocũ in Alpibus, tumq́; deſcenſu per amnẽ rur-
ſus in altis item mõtibus Doriũ apparet. Dextra Ciuitatis Roſaciũ· altiuſq́; ſubter
Alpes Cormona ciuitas in Longobardicis hiſtorijs & apud Blondũ ſæpe memo-
rata· mox oppidũ D. Martini Cirnoſij. Læua Sontij ripa ſurſum ꝓpugnacula re-
periuntur bina, quondã à Venetis anno poſt C.N. MCCCCLXXII. ad tutelã flu-
minis cõdita, ne Turcarũ excurſionibus hàc vti priùs pateret via. Nomẽ vni Gra-
diſca eſt, alteri Foliana, finitimis à pagis: poſtremũq́; deſeri cœpit Turcarũ metu
ceſſante, Gradiſca verò etiamnũ incolitur. De cætero in ora maris amne tranſito
nobile frequenſq́; & opulentũ oppidũ ꝑcelſo ac difficili in monte cernitur Mons *g. lib. 3.*
Falconis, à Theodorico Gothorũ primo rege conditũ, & Verruca dictũ vt Blon- *hiſt.*
dus *g*, Sabellicus *h*, Cãdiduſq́; *i* cum Amaſæo ꝑhibent. Iuxtà propter litus fontes *h. lib. 1.*
Montis Falconis ſunt, aquæ calidæ medicatæ· quarũ mentionẽ facit Plinius *K* his *Enn. 8.*
verbis. Cõtra Timauũ amnem inſula parua in mari eſt cũ fontibus calidis qui pa- *i. lib. 3.*
riter cũ æſtu maris creſcunt minuũturq́;. Quãuis aũt olim ſcaturigines harũ qua- *Cõ. Aquil.*
rum in inſula diuiſę eſſent ab cõtinente, nunc tñ vti videre eſt, terræ hęrẽt alluuio- *K. lib. 2.*
cap. 106.

ne annexæ. Nõ procul in litore ſcopulus Arcis Belfortiæ vepribus & dumis conueſtitus cernitur: iuxtaq́; fontes ipſos Tiueinus minor, ſic ad maioris differẽtiam vt ait Amaſæus de Timauo ſcribens, cognominatus, qui vicinus eſt & Tergeſtino ſinui propter fanũ D. Ioannis Baptiſtæ Cherſicini illabitur vti oſtendemus. Amnis Tiueinus hic eſt Timauus, de quo tam valde controuerſantur docti· quidam enim non hunc, ſed Brentam eſſe Timauum aſſerunt. Et Blondus ante omnes in
a. lib. 7. Italia ſua quò Brentam eſſe Timauum probet, hos Lucani [a] de pugna Pharſalica verſus in argumentum adducit.

Euganeo, ſi vera fides memorantibus, augur
Colle ſedens Aponus terris vbi fumifer exit,
Atq; Antenorei diſpergitur vnda Timaui: contenditq́; prorſus hoc illuſtri teſtimonio non dubitandum quin Brenta Timauus ſit. Addit & hũc Martia-
b. lib. 1. Aeneid. lis verſum: Laneus Euganei lupus excipit ora Timaui. Virgilij [b] quoq; hos citat.

Antenor potuit medijs elapſus Achiuis
Illyricos penetrare ſinus, atq; intima tutus
Regna Liburnorum & fontem ſuperare Timaui·
Vnde per ora nouem vaſto cum murmure montis
It mare præruptum & pelago premit arua ſonanti:
Hic tamen ille vrbem Pataui ſedemq́; locauit
Teucrorum, & genti nomen dedit, armaq; fixit
Troia: quos vt ad inſtitutum conuenientiùs aptet, nouem illa ora Veneto in litore nota eſſe dicit, & Antoninũ Septem maria vocauiſſe· nam illa Timaui oſtia eſſe ſeu Brentæ, quæ Septem maria creans dein tot oſtijs mari illabatur· ideoq́, de Timauo dixiſſe poëtam, Vnde per ora nouem. Adfert inſuper de Muſato quodam Patauino verſus tales:

Condita Troiugenis poſt diruta Pergama tellus
In mare fert Patauas vnde Timauus aquas
Hunc genuit vatem. Præterea confirmari idem à L. Floro dicit, qui Timauum ab Arſia Italiæ termino magnis interuallis ſeparet, inquiens. Illyrici ab Alpium radicibus inter Arſiam & Timauum per Adriaticũ litus effuſi regnante Teutana muliere. Fontes porro calidos à Plinio deſcriptos exaduerſum Caſtello Oliuolenſi Venetiarum vbi nũc Patriarchatus ſedes, vti in Venetijs docebimus, cõtendit fuiſſe: quanq̃ eñ iam ibi nõ appareãt, mirari ꝑpterea nõ oportere, quippe quia nõ modo circa litus & maritima loca, quorum conditionem ſæpe maris violentia mutat, aquarum ſcaturigines intercidant, verumetiam in mediterraneis & ſolidis terræ partibus ac montibus fontes plurimos exaruiſſe conſtet. Ita Blondus: ego tamen cum exactam & luculentam Timaui deſcriptionẽ inſpicio, quàm
c. lib. 5. geographi topographiq́; prodiderunt, præcipueq́; Strabo [c], Plinius in Venetia de-
d. lib. 2. cima regione, Pomponius [d] Mela, Liuiusq́; [e], nequaq̃ aliter ac Timauum eſſe hũc
e. lib. 41. celeberrimum veteribus amnem exiſtimari oportere cenſeo: quamuis enim ingẽtes hac de re ſciam inter noſtræ memoriæ doctiſsimos homines, qui verè Timauum inueſtigare conati ſunt, dubitationes contentionesq́; fuiſſe, nominatim inter Georgium Merulam & Domitium Calderinum, item inter Flaminium Imolanum & Ioannem Baptiſtam Pium Bononienſem omnes eruditiſsimos ingenioſiſsimosq́; viros, & cuiuſq; difficillimæ controuerſiæ ſatis idoneos arbitros· ego tamen hoc in loco verum inuenire ac euidenter commonſtrare contendam, hunc

ipſum

ipſum ſcilicet omnino veterum eſſe Timauum. Strabonis ſitaq; de hoc amne ver- *f. lib. 5.*
ba ſunt. Intra Venetiæ fines (ſic enim legendum antea docuimus, quanquàm corrupti codices, extra Venetiæ fines, habeant) Aquileia eſt flumine verò ab Alpibus deſcendente diſterminatur, per quod ſurſum nauigatur ſtadijs CC. ad vrbem vſq; Noreiam, vbi Cn. Carbo collatis aduerſus Cimbros ſignis re infecta diſceſsit. Locus autem eſt ad purgandum aurum natura idoneus, nec minus ad ferri officinas in ipſoq; Diomedis eſt templum, opus ſanè memorabile, & Timauus portus, & lucus miro decore. Septem adſunt fluminis aquæ fontes in mare mox irrumpentes, lato & profundo ſanè fluuio. Reliquos vno duntaxat excepto ſalſas habere aquas Polybius auctor eſt, locumque ipſum maris fontem & mare ab indigenis vocari. Timauus vt ait Poſsidonius, è montibus delatus decidit in profundum deinde infra terram abſorptus, ſtadijs circiter C. & XXX. irrumpit in mare. Sic Strabo: ſubditque dein. Poſt Timauum Hiſtrorum litus eſt vſque Polam quę Italię adiacet, & in medio Tergeſte caſtellum ab Aquileia CLXXX. diſtans ſtadijs. Itaque ſic Strabo ab Aquileia Tergeſtum verſus incedens Timaui portum déſignat, vt hercule nihil fieri poſsit apertiùs. Idem facit Liuius, quemadmodum mox referemus. Plinij verba ſunt huiuſmodi. Natiſo cum Turro profluente, Aquileia XII. M. P. à mari ſita. Carnorum hæc regio, iunctaq; regioni Iapidiæ, amnis Timauus, Caſtellum nobile vino Puccinum, Tergeſtinus ſinus. Alibi etiam aquarum, fontium, fluminumq; miracula referens perquam luculentè Timauum in Aquileienſi eſſe ſignificat vti & Mela qui in hæc verba ſcripſit. At in oris proxima eſt à Tergeſte Concordia interfluit Timauus nouem capitibus exurgens, vno oſtio emiſſus deinde Natiſo non longe à mari ditem attingit Aquileiam. Vltrà eſt Altinum. Et notandum hìc Melam alio contrarioq; itinere procedere quàm Strabo ac Plinius: incipit enim ab Tergeſto, pergitq; verſus Aquileiam illi contrà. Liuius inſuper æquè manifeſtus hac in re ſcriptor aſſertorq; eſt cum inquit. Profectus ab Aquileia Conſul caſtra ad lacum Timaui poſuit. Imminet mari is lacus. Eodem X. nauibus C. Furius II. Vir naualis venit. Aduerſus Illyricorum claſſem creati Duumuiri nauales erant, qui tuendam XX. nauibus mari ſuperiore Anconem velut cardinem haberent: inde L. Cornelius dextra litora vſque ad Tarentum, C. Furius læua vſque Aquileiam tueretur. Eæ naues ad proximum portum in Hiſtriæ fines cum onerarijs & commeatu miſſæ ſecutusque cum legionibus Conſul, quinque ferme millia à mari poſuit caſtra. Pauloq; pòſt. Hiſtri vt primùm ad lacum Timaui caſtra ſunt Romana mota, ipſi poſt collem occulto loco conſederūt. Iā hinc ſatis equidē arbitror euidenter intelligi Timauū Hiſtris finitimū, vti & Aquileiæ eſſe idem auctor paulo pòſt demonſtrat, fugam Romanarum legionum ex caſtris ad mare cū Hiſtri irruebant, caſtraq; diripuere, narrans: ait enim cum hoſtis in quæſtorio rerum omnium paratam expoſitamq; copiā & ſtratos lectos inueniſſet, ſimulq; cœpiſſet epulari, Romanus autē ad caſtra recipienda profectus, edita in vinoſos ingenti ſtrage cum caſtris omnia ſua integra præterquam quod vini cibiq; abſumptum erat recepiſſet, cæſis ad octo millia hoſtium, cum fortè ita eueniſſe vt Cn. & L. Gauillij nouelli Aquileiēſes cū cōmeatu venientes ignari prope in capta caſtra ab Hiſtris inciderent, vtque Aquileiam relictis impedimentis refugerent: vnde profectò tam manifeſtum fit vt magis eſſe nequeat, Aquileiam Timauo propinquam. Id inſuper Antoninus docet, iter Aquileia Salonas per Hiſtriam extra

mare M. P. CXCIX. ſic deſcribens. Ad fontem Timaui M. P. XII. Tergeſte M. P. XII. & deinceps. Vibius Sequeſter etiam inter fontes Timauum Aquileiæ Galliæ nominat. Martialis item ait. Et tu Lædæo fœlix Aquileia Timauo, Hìc vbi ſeptenas Cyllarus hauſit aquas. Sed & recentioris memoriæ doctiſsimi viri Timauũ vti apertè veteres, Aquileiæ vicinũ atteſtantur: nominatim Pius II. Pontifex in Europa ſua ſic ſcribens. Carni inter quos Iapides enumerantur, Hiſtros ſequũtur. Sclaui tñ quorum ſermo regionem obtinet Carnos bifariam diuidunt, duplicem Carniolam etiam dicentes, alteram ſiccam & aquarum indigam, in qua ponunt Hiſtros & Tarſos qui medios inter Labathum & Tergeſtum incolunt montes, & ad Timauum vſq; proferuntur. Hæc ille. Sententiam eandem Georgius Merula ponit contra Domitium Calderinum de Partheniana Martialis toga ſcribens, vbi Blondum reprehẽdit item Marcus Antonius Sabellicus in antiquitatibus Aquileiæ, Raphael Volaterranus in Com Vrb. Gregorius Amaſæus in eleganti illo ſuo quod nobis communicauit opere de Timauo diſputans, Cãdidus in Cõmentarijs Aquileienſibus, Ioannes Antonius Flaminius in epiſtolis ad Ioannẽ Baptiſtã Piũ, ipſeq; Pius cũ Romulo Amaſæo, ſummè litterati viri oẽs, & græcè latineq; doctiſsimi. Cõcludimus itaq; Timauũ in finibꝰ Aquileienſiũ, Iapidiorũ, Carnorũ, & Hiſtrorũ eſſe prope Belfortiam arcẽ fluuiũ hunc qui nunc Tiueinus minor appellatur, diſtinctionis à maiori cauſa Tergeſtino ſinui modico abhinc interuallo illabente propter ædẽ D. Ioannis Cherſicini vt diximus, vbi mercatus annuo tempore magna hominũ frequentia celebratur. Enimuero & adiuncta q̃ de Timauo poëtæ geographiq; prodiderunt oĩa hìc reperire eſt. Primùm è regione veſtigia modicæ quondã inſulæ, ac fontes calidi pariter cũ æſtu maris per cuniculos ſubterraneos creſcentes ſubſidentesq;, nõnunq̃ etiam è mari ſquillas paruas vnà trahentes, quas ſe vidiſſe & cõtrectaſſe manu Gregorius Amaſæus perhibet addẽs & in aquis fragmẽta pauimentorũ operis teſſellati cõſpecta ſibi, lapillosq; nobiles aliquot miraculi ergo exemiſſe nec id nouum cuiq̃ oportere videri, quãdo etiã ſuperioribꝰ annis canaliculus hìc plumbeus ſit inuẽtus his litteris inſcriptus. Aqua Dei & Vitæ. Montiũ in radicibus ſcatebræ etiã hìc plurimæ, quæ tñ vt tẽporis eſt cõditio, vel largiùs vel preſsiùs erumpũt nã pluuio cœlo abundantiores, ſereno puroq; mediocres ſunt, cernũtur quod luculenter à Virgilio denotatũ eſt cũ ait: Vnde per ora nouẽ vaſto cũ murmure montis. Quia verò non ſatis hi fontes queunt diſcerni, propterea Virgilius numero definito multitudinẽ eorum exprimere conatus eſt, vti quoq; Martialis ſepteno, inquiẽs: Hìc vbi ſeptenas Cyllarus hauſit aquas. Iuxta D. Ioannis fanũ de quo memorauimus, ſaxoſi q̃dam mõtes efferri nõnihil ac deinde cũ alijs qui cõtrà ſunt, deficere cernuntur adeo vt vallem hiatu creent. In eam vallem vndiq; de iugis aquæ cõfluunt, quæ cum viam ad exitum apertã habeant nullam, cuniculis ſe neceſſariò condunt ideoq; dein nunc copioſiores, nunc rariores pro cœli vt diximus conditione ſcaturiginibus fontium redduntur, interdum pluribus, nonnunq̃ paucioribus. Exiliunt autem è montium radicibus magno ſonitu, qui ſummam audientibus admirationem efficit quamobrem ait Virgilius: Vnde per ora nouem vaſto cum murmure montis: & hoc quidem cum ſtrepitu ac violentia mari dein etiam illabuntur, reſonantibus vicinis montium iugis. Seruius quoque fragorem eum præcipitantes in ſcopulos aquas creare dicit ideoq; ſubijcit poeta: It mare præruptum & pelago premit arua ſonanti: nam amnẽ ipſum quà mari coniungitur accolis ob molem & abundãtiam

aqua-

aquarum mare dictum ſcripſit Varro, & fontem maris Poſsidonius· eaque propter etiã Virgilius mare vocat. Famam regionis incolas tenere ſcribit Amalæus, ædem hanc D. Ioannis Trombani à tuba cognominari, quam trombam vocant Italici· quoniam ſupremi iudicij tempore quatuor angelorũ vnus huc vti ad deſignatum in orbis quadrante vno locum ſit deſcenſurus, vt tubæ ſono cunctos ad iudicium euocet· eaq; de cauſa plurimos hominum hîc ſe tumulari velle: ſibi tamen videri ait, cognominis id forſan fanum à ſonitu ac murmure aquarum magno cum ſtrepitu prorumpentium, vti oſtendimus, accepiſſe. Timauum itaq; non ſolum teſtimonio doctorum & curioſorum hominum quos memorauimus, húc omnino amnem putare oportet, verumetiam quia geographorum & poëtarũ deſcriptionem in totum conuenire cernimus: & cum ſcatebras oſtenderimus aquarum, vtcunq; fontes nouem vt ait Virgilius, vel ſeptem vt Martialis & Strabo, vel plures ſint, quia nos multas in montibus ſcaturigines eſſe diximus, quarum aquæ cuniculis hauſtæ, longoq; pòſt ſpatio redditæ mari inferuntur eo cum ſonitu ac modo vti ſcriptores tradunt, cætera quoq; reperiri hic omnia quæ Timáuo coniunxère Strabo & Plinius, aſſerimus. Sunt hæc calidæ aquæ nunc Balnea montis Falconis dicta, itemq; portus. Quamuis àutem fontes quibus exoritur Timauus, ſalſos eſſe præter vnum tradiderit Polybius, tamen id nunc animaduerti nequit· quanq̃ cum in mare ſe condunt, omnes ſalſi ſint, vbi portum creant vt Strabo nominauit, aut lacum vt Liuius. Superſunt etiam locis propinquis ampliſsimi olim Diomedis templi veſtigia, cum luco ſicut oſtendemus: breuiter, nihil hîc eorum non inuenitur, quę Timauo Plinius, Strabo, cunctiq; veteres attribuêre· quamobrem haudquaquam hæſitãdum arbitramur, quin hic Timauus ille ſit amnis adeo ab antiquis celebratus. Blondi argumentis quibus Brentam eſſe Timauum aſſerere contendit, hoc modo occurritur. Primum ad Lucani Cordubēſis poëtę verſus, Euganeo, ſi vera fides memorantibus, augur, & quæ ſequuntur, Omnibonus Vicentinus eius interpres homo doctus, multos ſcribit hunc ſummum poëtam erroris accuſare quòd dixerit, Atque Antenorei diſpergitur vnda Timaui, tanq̃ Patauinus amnis ſit Timauus: at eum non ita ſentire, ſed propterea Timauum Antenoreum dicere, quoniam eo tranſmiſerit Antenor in Italiam veniens: Patauio enim haudquaquam propinquum, ſed inter Concordiam & Tergeſtum eſſe. Verſus tamen hos etiam aliter Ioannes Baptiſta Pius Bononienſis epiſtola quadam ad Flaminium enarrat, exiſtimari poſſe Lucanum nomine partis totam regionem complecti, nimirum Apono cunctos Euganeos ſeu Venetiam omnem, cuiuſmodi ſynechdoche poëtis frequens eſt, & apud Virgilium in hoc verſu animaduertitur: Et ſeptemgemini turbant trepida oſtia Nili: nec enim accolas hic Nili duntaxat, ſed Aegyptum vniuerſum ſignificari· quam in ſententiam inclinare quoq; videtur Candidus a. Nonnulli tamen putant quoniam Lucanus hanc regionem non obiuerit, deceptũ eum aliena relatione: ſed alij notum illi regionis ſitum optimè fuiſſe cenſent, verùm ideo Timauũ Antenoreum dixiſſe, ꝙ Antenor regionem totam ditione tenuerit· quemadmodum ſi dicatur Imola Fauentiaque fori Eccleſiaſtici, quoniam eæ Pontificum imperio ſubactæ vrbes ſint. Martialis hoc verſu: Laneus Euganei lupus excipit ora Timaui: propterea dici poteſt Euganeum appellare Timauum, vtpote qui in Euganeis ſit· nam hoc eiuſdem alius conuincit: Et tu Lædæo fœlix Aquileia Timauo: quo ſatis euidenter amnem hunc in Euganeis, at propinquum Aquileiæ ponit, vti etiam ſcriptores alij

a. lib. 1. Cō. Aquil.

alij faciunt. Ad hos Virgilij verſus: Antenor potuit medijs elapſus Achiuis: & quæ ſequuntur· non magis ad Patauium quàm alibi Timauum ijs deſignari reſpondetur· imo potius in Hiſtriæ confinio, quoniam Antenoris iter commemoratur quo ex Illyricorum ſinu in cótinentem egreſſus regnum Liburnorum attigit, deinde Timaui fontem è monte per ora nouem vaſto cum murmure prorumpentem, & cæteris adiunctis quæ ſuprà cómemorauimus, affectũ. Alius verò verſus qui ſequitur: Hic tñ ille vrbem Patauii ſedesq́; locauit Teucrorũ, adiuuare Blondi ſententiam videtur, ac ſi Timauũ circa eum locũ poëta demonſtret, vbi Patauium ab Antenore conditũ. At huic argumento Flaminius in epiſtola ad Piũ Bononienſem reſpondet, eo verſu particulam, hic, aduerbium loci non eſſe, ſed pronomen· ſimulq́; ad alterum quod ſequitur, ille, connectendũ· etenĩ in vſu habere

a.lib. 7. Aenead. Virgilium ea frequẽter cõiungere, velut his exemplis apparet cũ inqt a: Hunc vllũ fatis externa à ſede profectũ: & paulo pòſt: hunc illum poſcere fata Et reor, & ſi quid veri mens augurat opto: quare nec id qdem Blondi ſententiam adiuuare poteſt. Quod aũt ex Antonini Itinerario profert ibi ſeptem maria cómemorari, quæ cum Brentæ ſint oſtia, liquere inde Timauum eſſe Brentam: ego dico Padi illa eſ-

b.lib. 3. cap. 15. ſe oſtia, quemadmodũ auctor eſt Plinius b in deſcriptiõe Padi his verbis. Nec alius amnium tam breui ſpatio maioris incrementi eſt· vrgetur quippe aquarũ mole, & in profundũ agitur: grauis terræ· quanq̃ diductus in flumina & foſſas inter Rauennam Altinumq́; paſs. C X X. mill. inde quia largiùs euomit Septem maria dictus facere. Sic Plinius, qui præterea Meduaci ſeu Brentæ diuerſa ora memorat ab oſtijs Padi. De Septem maribus abundè dictũ eſt priùs in Marchiæ Taruiſinæ principio, ſimulq́; demonſtratũ vnde creentur, adeo vt omnino nõ queant ad inſtitutum Blondi pertrahi, qui vt cætera Timaui adiuncta quæ Plinius refert, veluti cõtra oſtium eius calidos fontes & inſulam, de Brenta nos doceret optare[illegible]. inſulam enĩ quod eam eſſe dicit vbi nunc Veneti Patriarchæ ſedes, & aquar[illegible] hîc ſcatebras intercidiſſe marinis fluctibus ſuppreſſas, id hercule nobis tale videtur, vt forſan abſq́; mẽdacio, ni auctor proferatur alius, cõficta fabula vocari poſſit. Sed cedo mihi locũ ad Brentam fani Diomedis cum luco, q̃ Strabo memorat, & nos ad Timauũ veſtigijs etiamnũ extantibus oſtendemus. De Muſati verſibus: Condita Troiugenis, & q̃ ſequuntur, reſpõdeo, Patauas aquas Timauũ in mare ferre nõ abſimili figura dictũ, quã qua paulo antea partis nomine totã regionem cõplexam expoſuimus. L. Flori verba non rectè citat Blondus, etenĩ hoc modo habent. Illyrij ſeu Liburni ſub extremis Alpium radicibus agunt inter Arſiã Titiumq́; flumen, longiſſimè per totum Adriani maris litus effuſi. Hi regnante Teuca muliere populationibus non contenti licentiæ ſcelus addiderunt. Ita Florus:

c.lib.2. idemq́; ſcribit Polybius c, at mulierem Teucam vocat. Apparet in hac narratione Timaui mentionem omnino fieri nullam· quamobrem non video cur in argumentum à Blondo ſumpta ſit. Poterunt nunc omnes cũ his rationibus, tum cæteris quę deinceps aliorum Timaui adiunctorum ſicut à Strabone prodita ſunt, expoſitione proferemus edocti, vero iudicio Timauum eſſe amnem hunc decernere quem longiſſima diſputatione perſecuti ſumus, & antiqui tantopere celebrarunt. Itaque Timauum oſtendimus amnem eſſe hunc arci Belfortiæ propinquum, qui multis fontium ſcatebris, ſeu nouem, aut ſeptem, aut plures pauciores úe ſint è montibus erumpens, vti oculis cernere licet, ac deinde ſubterraneis meatibus millia ferme IIII. occultè prolapſus, rurſum de ſaxi radicibus intimis

timis emerſu multiplici,largiùs pluuio cælo, preſsiùs ſereno exoritur,& in vnum mox aluecum collectus,altum latumq; flumẽ ac nauigabile conſtituit nec magno dein ſpatio mari infuſus portũ Timaui quem Strabo nominat,ſeu Lacum quẽ Liuius,creat,haud procul eo loco vbi quondam Arx Belfortia. Sic igitur & vt olim fuit,& vt nunc eſt, Timaui ſe curſus,finis,exortusq; habet,de quo ſatis ſuperq; dictum hactenus etiam curioſis hominibus arbitramur. Locorum ſitus deinceps huiuſmodi eſt. Iuxta deiectam arcem D. Ioannis Cherſini,cœnobium apparet D. Ioannis,quod Voldaricus Aquileienſis Patriarcha condidit ex lapidibus templi Diomedis à Strbone memorati, cum in eo quotannis equum Diamedi candidum immolari conſueuiſſe ſcribit. Verbis autem ipſis quibus memoriam huius fani facit,euidenter Aquileiam in Venetis eſſe probat locumq; de quo ſuprà diximus, vbi Extra Venetiæ fines Aquileia, legitur, corruptum indicat: ædem enim hanc in Venetis quæ tamen poſt Aquileiam eſt,ponit, inquiens. In Venetis ſanè quidem Diomedi inſignes exiſtunt honores, nam candidus illi immolatur equus. Fuit igitur hoc templum cis Timauum ad ſinum Tergeſtinum. Sunt etiam hoc ſitu luci duo, quorum vnus olim Iunoni Argiuæ ſacer erat,alter Dianæ Etolæ vt ſcribit Strabo: nunc alterùm D. Margaritæ ſyluam vocari, D. Gertrudis aliũ Candidus & Amaſæus auctores ſunt. Addit Strabo fabulam ſuorum temporum: in hiſce lucis ita manſueſcere feras creditas,vt cerui lupis aggregarentur, & accedentium hominum demulcentes manus ferrent ac ſi quas à canibus agitatas huc confugere contingeret, protinus ab inſectatione liberarentur. Nunc cum ad Timauum peruenerimus, Venetiæ Foriq; Iulij finem vti prædictũ eſt, & Iſtriæ principium,deinceps Tergeſti ſinus ediſſerẽdus qui hìc incipit & quanq̃ Iſtris à Ptolemæo ſit adiunctus,tamen à Plinio decimæ regioni datur. Nos itaq; circa ſinum hunc vſq; ad Formionem amnem ſexto ferè poſt Tergeſte milliario veterem auctæ Italiæ terminum vt auctor eſt Plinius,percurremus, & loca quæ hoc ſitu complectuntur in Foroiulienſi regione collocabimus. A monte Falconis iuxta litus edito in iugo munitiſsimum ſequitur caſtellum opulentumq; ac nobile Duinum, mox in minori colle Mocolanum,dein Pucinum perlautum item oppidum,vino nobile,quod Plinius a in cenſura vinorum ſummè laudat. Succedit circa litus ciuitas Tergeſte,colonia Romanorum in decima regione Plinio dicta, pariterque Antonino ac Ptolemæo,quanq̃ in Iſtris ſecus Adriatici maris flexum ab illo collocetur. Strabo ſcribit Aquileia ſtadijs C L X X X. diſtare ſed Plinius aliter M.P. ferè XXXIII. Mentionem Tergeſtis etiam Cæſar in Cõmentarijs facit vnde vetus hîc inſcriptio ſupereſt talis. Imp. Cæſar. Coſs. Deſig. Tert. III. Vir R. P. C. Iterum murum turreſq; fecit. Aliud ex veteri memoria de hac vrbe nihil inuenimus vſq; ad Henrici Dandali tempora Venetorũ Ducis,à quo tributariam effectam vnà cum Mugila ꝓ Tergeſtini Mugilanique latrocinijs infeſtum habuerant mare, Blondus b auctor eſt. Pòſt in Auſtriæ Ducum imperio fuit vſq; ad MDVII. à C.N. annũ,quo à Venetis ſubacta ductu auſpicijsq; Bartholomæi Aluiani, in eorum poteſtate biennio ſtetit, dein autem ad Imperatoris Cæſ. Maximiliani ditionem redijt, & nunc ab Archiducibus Auſtriæ, Imperatore nimirum qui nunc eſt Carolo V. Regeq; Ferdinando poſsidetur. Memoriam eius his verſibus vſurpat Facius c.

a. lib. 14. cap. 6.

b. lib. 16. hiſt.

c. lib. 3. Cant. 2.

Vidi Tergeſtum cum ſuis appendicibus,
Et ex ipſo nomine intelligebam ita eſſe dictum

Quòd

Quod ter egeſſerit radicem,(id eſt,ter euerſum fuerit.) Vltra Tergeſte ſenis millibus vt tradit Plinius,amnis eſt Formio, ſic etiam Ptolemæo nominatus, ab Rauenna CLXXXIX.M.P.antiquus auctæ Italiæ terminus auctore Plinio in decima regione.Nunc Riſanus dicitur. Interfluit Mugilam oppidum. Tergeſti propinquum, & Iuſtinopoli Iſtriæ. Priuſquam hinc in Iſtriam tranſeamus quanquam ad huius regionis terminum per oram ſit deuentum,vt loca quædam inter montes mediterranea quæ reliquimus etiam commemorentur,retro paulum eſt commeandum.Itaque contra Duinum in montibus qui Adriam ſpectant,ſubter Alpes,haud procul Natiſone flumine Goritia ſita eſt Iulium Carnicũ Ptolemęo dicta,paríterq; Plinio,qui Iulienſes Carnorũ in decima regione memorat vti Volaterranus *a* arbitratur,quoſdam ex ſitu loci conijcere Iulienſium Carnorum hoc fuiſſe oppidum ſcribens.Candidus *b* expeditionem Cancani Pannoniorum regis Iuſtiniani ſecundi ſoceri in Italiam narrans,qui Giſulphũ primum Forijulij Ducem cum toto pene Longobardico exercitu deleuit,Noritiam appellat.Amaſęus tamen in libro ſuo de Venetiæ finibus tractans, Goritiam eo in loco eſſe ſcribit, vbi quondam Noreia,monumentiſque vetuſtatis quæ hîc ſuperſunt id conuinci. Duabus vijs Alpes hinc pâtent vna verſus Septentrionem deſcenſu per iuga môtium amni Sontio finitimorum iuxta Villacũ, quod veteres Forum Vibij dixiſſe Pius II. Pontif. teſtatur, altera verſus exortum ſolis per D. Gertrudis lucum vſque ad Lupianam vel Labatum amnem nũc Quietum,quibus incedenti rotarum orbitæ ſaxoſis impreſſæ iugis pluribus in locis adhuc apparent,vnde ſatis intelligitur olim his itineribus trans Alpes ab Italia tam pedibus,quàm iumẽtis & curribus itũ,quod hercule nulla ratione poteſt negari. Principes Goricini Ducibus Auſtriæ parent: quanquã enim anno poſt C.N.MDVII. ductu Bartholomæi Alviani Goriciam Veneti cepiſſent, tamen non vltra biennium tenuêre.

Peropulentum ac nobile oppidum eſt.Sequitur Griſorium, & in mediterraneo Rincanũ,Dorus, Cernix, Phocœnum, ac dein ſupra Tergeſte ſub Alpibus Caſtellum Nouum vltraq; pagi complurimi.

a. lib. 8. c. v.
b. lib. 3. Cõ. Aquil.

ISTRIA.

ISTRIA, REGIO ITALIAE DECIMA NONA.

SVMMVM omnium honeſtarum actionum ornamentum eſt fœlix exitus & finis, qui ſicet vt philoſophi loquuntur, primus in intentione ſit, vltimus tamen eſt in executione. Nos itaque cum ad hanc poſtremam totius continentis Italiæ regionem peruenerimus, conſecuti iã videmur optatiſsimũ illum finem quo totam Italiã vti in operis principio recepim⁹, deſcribere mirifico iamdiu deſiderio contendimus: quã quã reliquæ porrò ſint inſulæ quæ ad Italiã pertinẽt: eas enim dein quam breuiſsimè fieri queat perſequemur. Igitur vt de ordine quẽ in ſuperioribus adhuc ſecuti ſumus, in hac quoque regione nihil immutemus, primùm appellationes eius & nomina, dein fines, poſteà ſitum locorum ſigillatim perſequemur. Iſtriam priùs dictam Iapidiam Plinius indicare videtur, regione decima Venetia de Carnis in hæc verba ſcribens: Carnorum hæc regio iuncta regioni Iapidiæ: ſuntq; qui Iapidiã antè vocatam dixerint quàm in hæc loca quæ tum Aborigines habebant, Argonautæ venêre· natumq; poſt Argonautas Iſtriæ nomẽ vt Trogus a memorat inquiens: Iſtrorum gentem fama eſt originem à Colchis ducere miſsis ab Æeta rege ad Argonautas raptoresq; filiæ perſequẽdos· qui vt à Ponto intrauerunt Iſtrum, alueo Sai fluminis penitus inuecti veſtigia Argonautarum inſequẽtes naues ſuas humeris per iuga montiũ vſq; ad litus Adriatici maris tranſtulerunt, cognito quod Argonautæ propter longitudinem nauis idem feciſſent: quos vt aduectos Colchi non reperiunt, ſiue metu regis, ſiue tœdio longæ nauigationis iuxta Aquileiam conſedêre, Iſtriq; ex vocabulo amnis quo à mari cõceſſerant, appellati. Hactenus ille. Plinius Iſtriã denominatã ab Iſtro flumine in Adriã ex Danubio amne profluente ex aduerſum faucibus Padi, contrario eorum percuſſu mari interiecto dulceſcente pleroſq; falsò tradidiſſe dicit, & inter hos Nepotem Cornelium etiam Padi accolam· nullum enim ex Danubio flumen in Adriaticum effundi: deceptos verò ſe credere quoniam Argonauis in Ardiaticum deſcenderit, nec procul Tergeſte · neq; conſtare quo flumine, ſed humeris tranſuectã Alpes diligetiores tradidiſſe, ſubijſſe aũt Iſtro, dein Sao, dein Nauporto, cui nomẽ ex ea cauſa ſit, inter Hemoniam & Alpes exoriente. Sic Plinius. Aliter autem Cato Iſtriam à duce quem Ianus miſerat nomen retinere prodit · additq; mox: At Grę corum quidam ſcribunt dictam ab Iſtro amne, cognomine Danubio. cui Danę gẽtes accolæ nomen impreſſere · fabulanturq; ramum ex eo in Iſtriam effluere inq; Adriaticum mergi. Fingunt alij Argonauem primum ab Iſtro è montibus humeris vectam & in Adriaticum demiſſam. videlicet tanta eſt in mentiendo gręcorum vanitas ſimul et leuitas, vt ab Iſtri oſtijs ad eius fontes immẽſa gentium ſpatia trãſualauerint, & amnes etiam obſtantes tranauerint, & humeris ea cõuecta nauigauerint vt etiã in Italia mentiendi ſibi loca inueniãt. Neſcio Argonauine græci aquas an Argonauis humeris mõtes nauigarit. Hæc Cato · ad quæ Ioãnes Annius notat haudquaquã ab Iſtro fluuio dictã Iſtriam, cum ille amnis nomen Iſtri non habeat

a. lib 32.

a lib.4. niſi remotiſsimis ab Italia locis vbi Illyricum alluit vt auctor eſt Plinius *a*. Itaque e
cap.13. denominatam potius ab Iſtro Principe, quem Ianus tum Italiæ præſidens hæc in lo
ca miſerit vti Cato perhibet. Tanta de nominis Iſtriæ primordio ſcriptorum varie
tas eſt nec aliud hanc habuiſſe regionem inuenio: nemini porrò in hac ſententiarũ
diuerſitate quicquam præiudicatum velim. Regio eſt peninſulæ forma quemad-
b.lib.3. modum à Plinio *b* Ptolemæoq; deſcribitur, latitudine X L. mill. paſſ. circuitu ve-
cap.18. rò CXXII. M. nempe à Formione fluuio qui nunc Riſanus, vſque ad intimum an-
gulum Carnarij ſinus, vbi Caſtellum Nouum cum Arſiæ fluminis oſtio. Multo i-
gitur per mediterraneum breuius iter eſt, quippe quia per mõtes inter Formionem
& Arſiam millia X L. duntaxat numerantur at per oræ ambitum vt diximus C.
XXII. millia ſunt. Delectationem hercule ſummam huius extremitatis Adriatici
pelagi inter Venetias & Iuſtinopolim ſpectatio habet, quòd ora vbiq; curua infle
xaq; ſit, adeo quidem vt rectà mari Italiam petenti medio ferè curſu hæc in dextrã
ad Italiam verſus incedere peninſula cernatur nimirum ab amne Formione vſq;
ad Fanaticum promontorium, vti quoq; Plinius demonſtrare videtur. Erunt ita-
que termini Iſtriæ ab occaſu Formio amnis quo Forumiulium finiuimus, parsq;
maris Adriatici, à meridie pars item maris, vti ab occidente quoq; cum Arſiæ flu-
minis Italiæ termini oſtio, dein à Septentrione Alpes quæ Carniolam & Pannoni
am ab Italia ſubmouent. Petrus Coppus tamen in Iſtriæ chorographia cum alijs
quibuſdam auctoribus, finem eius ab occidente Timauum Venetiæ terminum ſta
tuit, Tergeſte, Mugilam, Duinum, aliaq; loca quæ Ptolomæus etiam complecti-
c.lib.5. tur, itemq; Strabo *c* his verbis: Poſt Timauum Iſtrorum vſq; Polam litus eſt quæ
Italiæ adiacet: connectens, & à Duino longitudinem millium centum colligit la
titudinem facit XXX. millium, nimirum inter mare & montes Venæ, qui Iſtriam
à Carniola diuidunt, ſeu inter Raſpum & Parentium: deinde per circuitum à Dui-
no ad Arſiam, hinc ad Venam, & rurſus ad Duinum millia CC. numerat. Nos ve-
rò Plinium alioſq; ſecuturi auctores, ea ratione qua nunc Iſtria definiri ſolet, tra-
ctum illi inter Aſiam & Formionem dabimus: multoq; nobis conuenientius vide
tur Iſtriam à Formione incipere, quippe qui olim Italiæ terminus fuit vti ſuprà de
monſtratum eſt. Sunt in hac regione vrbes, oppida, pagiq; multi, cum modicis in-
ſulis & ſcopulis in ora ipſoq; mari ad eam pertinentibus, vti in tempore ſigillatim
d.lib.14. commemorabitur. Iſtrorum mentionem Liuius perſæpe facit, maximeq; cum *d*
audaciam eorum in inuadendis legionibus Romanis ad Timauum caſtra ha-
bentibus narat quas etiam in fugam conuertêre, licet ab iiſdem poſtea victi cæſi-
que ac imperio ſubacti fuerint, vt eodem loco Liuius perſcribit. Memoriam quo
que gentis huius in Iſtrico bello refert Florus, vti & alij ſcriptores antiqui. Parti-
cularem deſcriptionem per oram primùm à Formione, dein per mediterranea du-
cemus. Initio ſtatim ciuitas occurrit Caput Iſtriæ, Iuſtinopolis dicta doctis. Par-
uam inſulam occupat, longam paſſ. mille, latitudine modica, trino teli iactu ab
continente diuiſam, cum vetuſta circa medium arce quaternis turribus munita,
mariq; circũfuſo mirificè tuta, cuius è terra tranſitus verſatilibus pontibus eſt cõ
nexus: caſtellum vocãt Leoninum. Inſulam hanc primùm à Colchis qui Argonau
tas inſequebantur vti prædiximus, Aegidem nominatam veluti Caprariam ab op
portunitate nutriendi capras, etenim αἴξ græcis capram denotat, monumẽtis teſta
tum inuenitur: dein autem Imperat. Iuſtini tẽporibus vrbem hanc Iſtri metu Scla
uorum qui regionem habebant infeſtam, condiderunt, & in gratiam Imperatoris
Iuſtino-

Iuſtinopolim vt Sabellicus *a* auctor eſt, nominauere: quamobrem hîc adhuc litteræ marmori inſcriptæ ſuperſunt huiuſmodi. D.N. Cæſar Iuſtinus P. Sal. Pius, fœlix, victor, ac triumphator ſemper Aug. Pont. Max. Franc. Max. Goth. Max. Vandalic. Max. Cos. IIII. Trib. VII. Imp. V. conſpicuam hanc Ægidis inſulam intimo Adriatici maris commodiſſ. interiectam, venerandæ Palladis ſacrarium quondã, & Colchidum Argonautarum perſecutorum quietem ob gloriam propagandã Imp. S. C. vrbem ſui nominis excellentiſſ. nuncupandam honeſtiſſ. P. P. P. deſignauit, fundauit, C. R. P. Q. & gente honeſtiſſ. refertam. Poſtea Caput Iſtriæ quod nunc apud vulgum nomen remanet, dici cœpit, quoniam in capite principioq; regionis eſt ſita. Deiectam crematamq; tradit Blondus *b* à Bucelino Gallo refectamq́; conſtat, verùm quo auctore non inuenimus. Ad extremum in Venetorum imperium venit, qua in hodiernum vſque diem conditione manet. Agro eſt bono, haud ignobili vino, oleoq; & ſale fœcundo. Plurimum illi olim ornamenti attulit Petrus Paulus Vergerius, tum græcæ latinæq; linguæ, tum iuris peritiſsimus, qui opera litteraria poſteritati multa reliquit inſignia, nominatim de moribus ingenuis ac liberalibus ſtudijs librum, & è græcis cum alia, tum Arriani libros de rebus geſtis Alexandri Magni latinos fecit. Apud Carrarienſes Patauinorum Principes magno in honore fuit, quorum conuictu vſus ſumma cum dignitate, ac liberos erudiuit. Mortuus noſtrorum patrum memoria. Sequitur in ora quinto ferè lapide caſtellum Inſula, temporib⁹ iiſdem quibus & Iuſtinopolis côditum. Nomen Halieti quo primò nuncupatum fuit, & a quila ſignificatur, nôn tenuit, ſed Inſulæ, quoniam eiuſmodi conditionem habuit ſemper. Ad continẽtem lapideo ponte connectitur. Succedit Vranum vt græci vocauerunt: Italici Caſtellatium, & poſtea Caſtelleriũ dixere cum portu receſſuq; maris. Quingentis hinc paſſ. ad D. Simonem deuenitur: inde millia V. Piranum abeſt, oppidum luculenter ædificatum poſt Athilæ vaſtationem. Iacet ad collem montis læua ſinus quem vocant Largonem: & in dextra Saluorium eſt. Illabitur huic ſinui Draconia fluuius, circa cuius acceſſum ſalinæ frequentes ſunt, & habitationes tot, vt pagi formam obtineant. Flumen Draconia nomen ab tortuoſo ſinuoſoq́; lapſu quo draconi aſsimilatur, habet. A Pirano ad alterum Largonis cornu Saluerij millia ferme V. ſunt, finiturq́; capite hoc Tergeſtinus ſinus. Pari propemodum interuallo ſuccedit Vmacum in ſcopulo marinis vndis circumfuſum, agro ferè vniuerſo plano, & arationibus ac ſyluis munifico. Litus hîc ad Italiam ſeu meridiem verſus ſe flectit, vt ora tota Italiam rectà ſpectanti vſque ad promontorium Fanaticum caua videatur: ſecundum quam curuaturam maritima quædam regionis cernuntur oppida. Ab Vmaco millia duo ſunt ad D. Peregrinum: hinc ad D. Ioannem Cornetanũ paſſ. mille, totidemque dein ad D. Laurentiũ Dailanum mox ad alterũ lapidẽ ipſa Daila, póſtq; tertio Ciuitas Noua, propter Æmoniæ vt perhibẽt interitũ ædificata. Loca hæc quæ memorauimus importuoſa ſunt omnia. Aemoniam in monte iuxta modicam vallem fluminis Nauporti quarto ad Ciuitate Noua quæ quondam Nouetium, lapide poſitam fuiſſe traditur: condiderant Argonautæ græci, qui Argonauem in flumen Nauportum detulere, Græciæ regione profecti Æmonia. Superſunt adhuc vrbis veſtigia propter amnem Quietum, vbi ædium fundamenta reliquiæque pauimentorum operis teſſellati multæ reperiuntur. Poſt deletam Aemoniam vrbs hæc condita, Ciuitaſque Noua dicta, mille paſſ. ab oſtio Quieti diſtans. Eam olim cremauiſſe Pannonios deuicto Berengario primo

a. lib. 2. Enn. 8.

b. lib. 7. hiſt.

a.lib.4. Candidus a memorat.In ora mox fluminis oſtium eſt Labati, quod nunc Qui-
Co.Aquil. tus·at Nauportus Plinio dicitur. Profluit ex Alpibus,interque montes præcel-
ſos millia ferè XII. conficit:à Taberna vero nauigatur vſque ad mare· nam ſupra
Tabernam quæ prope circa medium eius eſt,paluſtribus impeditur vadis· ſed in-
frà commodam habet altitudinem vt fluuius appellari queat. Iuxtà eſt caſtel-
b.lib.8. lum Labatum eiuſdem cum amne nominis,vti quoque Volaterranus b prodidit.
c.v. Nauportum Tacitus c quemadmodum & fluuius dicebatur,vocat, in hæc verba
c.lib.1. ſcribens. Interea manipuli ante cœptam ſeditionem Nauportum miſsi ob itine-
ra & pontes & alios vſus,poſtquam turbatum in caſtris accepere,vexilla conuel-
lunt,direptisque proximis vicis ipſoque Nauporto quod municipij inſtar erat,re
tinentes centuriones riſu & contumelijs,poſtremò verberibus inſectantur. Vo-
laterranus addit Dalmatas nunc oppidum hoc Lupianam à vicina palude nomi-
nare. Quidam Argonauem huc delatam,Iſtrumque flumen in Adriam influxiſ-
ſe,ſed obturatum inſequentibus ſeculis dixere,veluti Euſtathius Grammaticus
itemque Pius II. Pontifex in Europa,paludem hanc Lugeam fuiſſe Nauportum
ſcribens,in quem Argonautæ vellus aureum ex Colchide raptum,& Iaſonem Me
deamque cum patrijs theſauris fugientem vehentes,ne ad Boſphorum attineren-
tur è Pontico mari aduerſo flumine Iſtro in Saum enauigato, deinde per montes
humeris nauem tranſuexiſſe,nec procul Tergeſte immiſiſſe Adriæ dicuntur:quan
quam Græcorum hæ fabulæ ſint ſi credatur Catoni. Poſt Quietum millia tria
Portus Ceruerius: hinc in mari millibus aliquot modici ſcopuli,dein Epiſcopu-
li cernuntur,vnde M. P.IIII. Parentium ciuitas vt Plinius appellat Romanorum
in Iſtria:pariterque Ptolemæo & Antonino nominatur. Iacet in peninſula mari
ferè circumfuſa tota,mœnibusq; ac turribus eximijs munita. Portum habet ma-
ximis quibusq; nauibus excipiendis opportunum obiectu inſulæ D. Nicolai, in
qua cœnobium,& turris antiquiſsima rotunda,quondam vſu luminis quod naui
gantibus iter in portum præmonſtrabat,habita. Memoriam Parentij veterem
d.parte 3. non inuenimus,niſi quod Corius d in hiſtorijs prodidit anno poſt C. N. MCCC-
LIIII.direptum & crematum à Genuenſibus,cum in Venetorum ditione eſſet.Se-
quitur oppidum in monte Vrſerium,diœceſis Parentinæ. Sub eo in litore vete-
rum ædificiorum veſtigia magno tractu multa cernuntur. Poſt alterum milliare
Lemi amnis fauces ſuccedunt.Is euripus magis quàm flumen videtur,quanquam
inter altos montes rapidè fluat·ſalſusq; eſt vſque ad Tabernam:inde ſuprà quon-
dam ad Caſtellum geminum·oppidum flexuoſo per montes alueo videtur acceſ-
ſiſſe: & quamuis nunc in Tabernam aqua non influat vſque ad Caſtellum gemi-
num ſpatio millium V.peſtilens tamen eò Lemi aura peruenit. Os Lemi latum
eſt paſſ.mille,longum VIII.mill.vſq; ad Tabernam,altitudine præcipua, & quæ
nec modicis conueniat nauibus.Scopuli ſecundum oram ſunt aliquot,vti Conue-
reria,inſulaque Ficariola.Dein Rouinium eſt oppidum in inſula, cuius altiſsimo
cacumini D.Euphemiæ templum inſidet.Inſula circuitu mille paſſ. amplectitur,
& continenti lapideo ponte connexa eſt.Aurupina dicta quondam ab Aurupino
oppido in monte rupibus præfracto,quod forma quadrata mœnibusque præcel-
ſis conſeptum erat, nec procul hoc ipſo Rouinio. Portus habet Rouinium
duos·vnus Vallis Boreæ dicitur·alter in Auſtrum Africumq; conuerſus,quem in-
ſulæ creant vna D.Catharinæ quingentis ferè paſſ.altera D.Andreæ bis mill.paſſ.
à Rouinio diſiunctæ,cum alia D. Ioannis Pelagici,duobus item millibus ab D.
Andreæ.

Andreæ. Tribus in his inſulis minus graue cœlum eſt. In Rouinienſi agro marmor cæditur quod Italia tota magno nunc in pretio habet, Iſtricumque vocat. Per oram hinc à D. Andreæ procedenti duæ apparent in mari inſulæ modicæ, Serorias nominant de cætero Columnę, Portulus, Muratium, & mox promontorium Ciſanum, in quo millium duorum in mari ſpatio multa maximorum ædificiorum veſtigia reperiuntur, vnde quidam conijciunt oppidum hic extitiſſe quod Plinius in Iſtria memorat, Nexantium. Muratio Phaſaniam millia tria ſunt hinc ad vallē Bandoniam bina totidemq; porro ad Marcodainū. Tertio inde lapide portus ſuccedit Polæ, qui in mare M. P. XL procurrit, latitudine ſtadiorum octo, propemodum obiectu inſulæ Breoniæ clauſus, quæ tamen interuallo millium quinque diſiuncta eſt, & longitudinem item quinque millium, latitudinem quatuor, circuitum XXX. habet. Portus hic geminum in mare protendit cornu: dextrum in aditu Compatris Promontorium vocant, læuum Crucifixi. Sunt inter ea inſulamq; Breoniam modicæ inſulæ duæ D. Hieronymi, cū eius æde ac cœnobio. Intus in portu ſenæ aliæ perexiguæ, nimirū D. Hieronymi, D. Petri, D. Andreæ, quęq; Fraſcarum dicitur, & D. Catharinæ, D.q; Floriani. In Breonia lapis cæditur Rouinienſe mollior, quem ad ædificia magnifica Veneti aliæq; ciuitates Italiæ ſumūt. Dein alto ac difficili in monte qui ſinui vel portui de quo diximus, imminet, peruetuſta munitaq; ciuitas apparet Pola, ſic Straboni ac item Plinio dicta qui coloniam vocat, conditā olim à Colchis, pariterq; Ptolemæo. Plinius tamen addit ſuo ſeculo Iuliá pietatem appellatā. Antoninus etiam Polá in Itinerario nominauit. Tergeſte millibus centum abeſt. Ancona traiectu Adriæ CCXX. Iacet vti diximus in monte, cuius celſiſſimum cacumen vrbis medio elatum permunitam arcem habuit quondam, vt nunc ruinæ teſtantur vbi etiamnū ingens ciſterna pluuijs aquis ſeruandis ſupereſt. Ædificauere vrbem Colchi ab Æeta rege ad perſequendos Argonautas Medeam filiam cum theſauris patrijs fugientem vehentes vt prædiximus, miſſi qui infecta re, ſiue metu regis, ſiue tædio longæ nauigationis hic conſederunt, & oppidum quod condiderant Polam Colcha lingua dixere, quo ciuitas exulum græcis ſignificatur vt Callimachus tradidit, quanquam alij dixerint eo nomine ab conditoribus denotatum iam tum ſatis ſe præſtitiſſe, nempe cum peracti itineris & eius quod adhuc reſtare videbatur, rationem iniuiſſent, nec vlteriùs procedendum iudicarent. Conſtanter porro ſcriptorum tota cohors vrbis huius auctores Colchos perhibet, vnde peruetuſtam eſſe conſequitur. Et ſanè priſca quędam adhuc opera ſummam loci antiquitatem indicant, vti amphitheatrum ex lapide quadrato, ſuperioribus annis ſedilibus perpulchris ſpoliatum, item aliud ampliſſimum ædificium ſemirutum, nunc Zadrum vocant, quæ extra muros ſunt, cū antiquitatis monumentis quàm plurimis, vti marmoribus, porphyreticis, opheticisq; ac marmoris prętioſi columnis, & ſepulcris cum intra muros, tum extra per multis. Polam cum alijs hoc ſitu vrbibus ab Athila euerſam conſtat: inſtaurataq; dein, ſed à quo neſcimus. Direptā etiam & crematā ab Andrea Theupolo Venetorum Duce Blondus a Sabellicusq; ſcribunt. Vltima regionis eſt Iſtriæ, quemadmodum & Italiam hac parte claudit. Maximum edidit virum ſanctiſſimum, qui Rauennatium fuit Archiepiſcopus, et annales pręſulum eius eccleſiæ ſcripſit vſq; ad ſua tēpora. Polanū Epiſcopum ad Rauennatē diœceſin pertinuiſſe Ioānes Petrus Ferrettus in eccleſiæ Rauennatis archiuo teſtatum ſe reperiſſe perhibet. A Pola deinceps Brancorſium milliaria ſunt quatuor, inde totidem ad inſulā D. Mariæ

a *lib. 17. hiſt.*

 gratiarum,

gratiarum, item ad Verudam XV. hinc ad Vlmum vnum, vlteriùs ad Vlmulum duo, dein ad Quatuor Promontoria (inſulæ ſunt hæ, maior vna, cæteræ permodicæ) quina, poſt quæ mille paſſ. Medolinum, & à Promontorijs ad Merlettas quæ duæ ſunt in Fanatico ſinu inſulæ, millia VI. A Promontorijs Venetias traiectus eſt millium CXXX. Sunt hæ contra Medolini portum, ſeu nauium magnarum pariter & modicarum ſtationem, inſulæ: & in capite portus eius alter eſt receſſus paruus cui Medolinum ipſum incumbit. Hinc ad Arſiam M. P. XII. Sinus Carnarius à Promontorio Compatris incipit, & vſque ad oſtium Arſiæ diffunditur, antiquis vti Plinio Fanaticus appellatus quemadmodum aliqui voluntà Fanatibus Liburniæ populis. Melæ Polaticus, nunc Carnarius vocatur ob violentiam marinorum fluctuum qua frequenter hîc naufragia fiunt tanquam in hominum carnificina. Longitudinem habet ſinus millium LX. latitudinem inter Niam & Sanſecam inſulas millium amplius XXX. vſque ad XL. continetque modicas etiam inſulas & loca præterea quæ memorauimus alia. Priuſquam verò de Arſia flumine dicamus, quando nunc ora nobis vniuerſa eſt dicta, mediterrânea porrò loca licet pauca, quæ hac in regione ſunt, referenda ſumus arbitrati.

MEDITERRANEA ISTRIAE.

INteriora Iſtorum à Iuſtinopoli primùm vſque ad Nauportum amnem perſequemur. Et ſupra Iuſtinopolim in montibus hæc ſunt diœceſi Iuſtinopolitanæ ſubiecta, Raſpum, Rotium, altiusque inter montes ſupra curuaturam illius peninſulæ quam ad Italiam verſus ſe flectere diximus, Buleum, Miniamum, Ad D. Laurentium, Portulæ, Griſiniana, Pinguentium à Ptolemæo nominatum, & Petra piloſa quæ loca omnia territorij ſunt Iuſtinopolitani. Præterea quoque parua reperiuntur hoc ſitu oppida, veluti Pedemontium, Caſtellum Nouum, Cernicale, Ad D. Seruum, Moccotium, Meteria, Suertenicum, Siopa, Sannoſetium, Paupera, interque Petram piloſam, Portulas, & Pinguentium vicus Stringa, quem Blondus in Italia ſua Stridonem ſibi eſſe videri ait D. Hieronymi Cardinalis & Eccleſiæ Doctoris patriam: nec mediocriter in hac re probanda laborat & quibus poteſt rationibus aduerſantium argumentis occurrere nititur: at alij negãt, quippe quia nullum hîc antiquitatis veſtigium appareat, nec vllo indicio conſtet pagum hunc exiguum triginta vix iam villarum priſcis temporibus habitatum fuiſſe: proindeq; D. Hieronymi natale ſolum potiùs Stridonem inter Dalmatiam & Pannoniam eſſe cenſent. Deinceps inter Nauportum & Arſiam in montibus ſunt, Vallis, Caſtrum geminum, & altiùs Montona, item Piſinum à Griſiniana mill. XV. amœna planitie circumfuſum, à qua Piſinum vetus nunc pagus millia X. abeſt. Ager Piſinus fertilis & iucundus planè eſt. Situ hoc quoq; ſunt Linda caſtellum, & Treuiſium, & Galigniana, Pedenaq; dignitate Epiſcopatus ornata, item Sombra, Coſliacum lacui Coſliaceno impoſitum qui flumen Arſiam effundit, Lupolianum, Dracutium, Chirotium, Vermum, Caſtellum Nouum Arſiæ, Ad D. Vincentium, vbi vaſtiſsimæ ſyluæ materia nauibus fabricandis munificæ, Vallis Adiniana, item montes Venæ qui ab Timauo ad Arſiam vſque pertinent, & Iſtriam à Carniola diuidunt, vltraque paulo montes duo vaſtiſſimi iuxta Alpes quæ Italiam à barbaris ſubmouent, vnus inter Corum & Septentrio.

trionem Mons Caldera Tergeſtino ſinui imminens, alter ad Solanum conuerſus ſupra Carnarium ſinum Mons maior dictus. Dein à promontorio Fanatico ad Arſiam incedenti ſupra Carnarium ſinum edito in loco Algona, quam Altium vocat Ptolemæus, apparet poſteaque Terra noua, quæ oppida cum Piſino totius Iſtriæ extrema ſunt, pariterque oræ huius Italiæ, quoniam amni adiacent Arſiæ, ſic à Plinio Ptolemæoque dicti, & pro termino Italiæ ſtatuti. Definit is in Carnarium ſinum oſtio lato paſſ. mille: nauigatur à mari nauibus onerarijs ad ſex millia: dein ſpatio millium IIII. modica tantùm nauigia fert. Effluit è Coſliaceno lacu, Carnarioque ſinui vt diximus illabitur. Facius [a] regionem his verſibus memorat. a. lib. 3. Cant. 3.

Mare tranſmittens ad Iſtros verſus
Quibus Sclaui Dalmatiaq; finitima
Latere orientali, multæq; gentes raræ,
Flumen vidi Carnarium in ora,
Polam, Parentium, itemq; Ciuitatem Nouam,
Saborq; in mari vbi quandoq; mortales pereunt.
Amnem traiecimus qui vel ſole vel pluuia
Fel fit, quanquam pinguedo dicatur.
Et Iſtriam vti in mari iacet conſpeximus.

D. NICO:

D. NICOLAO CRASSO IC. VENETO, ET ORATORI SVMMO GVILIELMVS KYRIANder Hœningenus I C. S. D.

ITALIAM Leandri Alberti, quam apud te ſuperioribus annis tuaq; in bibliotheca latinam me feciſſe ſcis vir præſtantiſsime, non mea ſolum ſententia, ſed hominum celeberrimorum auctoritate ductus Maximiliano Imperatori Auguſto ſacrique Romani imperij Septemviris Electoribus inſcripſi, quòd & Italiam ita luculenter expreſſam ſcriptis, latináque loquentem lingua Cæſaris ac illorum Principum in illuſtri fore gratia, & laborem noſtrum vtilitati publicæ dicatum ſolis rerum communium præſidibus rectè latum iri expenſum cogitare oportebat. Venetias tamen tuas, hoc eſt tuam patriam, tuamque rempublicam quæ non ſolum antiquiſsimis originibus ab reliqua differt Italia, ſed etiam amplißimo Romanorum imperio ſocia tãtùm & amica pridẽ fuit, libertatem verò ſuam cuius per infœlicia quandoq; tempora detrimentum pertulit, optimo certè iure Germanorum Cæſarum indulgentia reſtitutam integramq; nunc poſsidet, nomini dedicare tuo volui. Nam cum meo quidem labore, ſed tuo ſanè, beneficio qui & facultatem & otium ad eas lucubrationes tribuiſti, cunctis iam Europæ gentibus Italia Leandri latinè detur legenda, debuit immortalis effici tuæ benignitatis gloria, debuit auctorem tanti muneris cum ipſo beneficio grex literatorum totus ſcire. Quãquam igitur quæ verè beneficorum eadèmq; tua eſt modeſtia, nolis fortaſſe liberalitatem humanitatemq; prædicari tuam: mihi tamen haudquaquam licet: tum quod per me rebus communibus, tum quod priuatis etiam meis tribuiſti non perpetuò fateri, atq; adeo dum gratè beneficium me accepiſſe ſignifico, non primam eius vt ait Seneca, penſionem ſoluere. Quoſdam inquit idem, furtiuè gratias agere, & in angulo, & ad aurem, vereri palã ferre: quid his queat eſſe improbius? etenim qui beneficium occultat, eum beneficij pudet: is porrò beneficium non accipit, ſed ſubtrahit: neq; ſemel habendus eſt ingratus, in quo vitio dicunt nihil non ineſſe mali, verùm delinquit ſæpius. Tua nunc igitur Craſſe diſertiſsime liberalitas, tua beneficentia iure meo commendatur: & vti tuę ciuitati nota perſpectaque eſt, ita cunctis Europæ populis illuſtri hoc monumento denuntiatur. Clarũ quidem te tua vita reddit, tua iuris ſcientia, tua facũdia, qua viros inter clariſsimos & Iurecõſultorum & oratorũ principes illa in vrbe illoq; in foro præluces: ſed & pericula ingentia non pridem iterum facto naufragio dũ forum effugis, ad cuius ornamentum gloriamq; natus es, & fortunarum omniũ iactura, moxq; iuriſprudentiæ eloquẽtiæq; præſidio reparatæ facultates ampliſsimæ, nomen tuum reddiderunt inclytum, vti magnifica quoq; cætera ſummi tui ingenij opera, maximeque tholus ille cryſtallinus argenteúsque mirabilis, & infiniti pene pretij, quem tot annis, tantis ſumptibus, tot artificum induſtria defatigata

gata

gata tandem ita perfeciſti, vt ipſam tui animi ſublimitatem æquare, laudem ingenij propemodum vincere videatur: quiq; ſicut illa in vrbe nunc inter res ſingulares mirifico nobilium hominum totius orbis & procerum concurſu ſpectatur, ita maximorum tantummodo regum vel principum fortuna dignus omnium calculo cenſetur: reddiderunt inquam hæc nomen tuum iampridem totam per Italiam, & apud omnes magnates celeberrimum, ſed ad æternitatem quoq; gloriæ profectò maximum habebit momentum inſignis tuus candor, tua liberalitas & beneficẽtia, qua nationum exterarum doctos homines complures apud te modis omnibus fouiſti, meq; etiam triennio nõ ſolum perquam humaniter vti fratrem habuiſti hoſpitio, ſed etiam vti filium inſtituiſti, & in iuriſprudẽtia forenſibusq; ſtudijs exercuiſti, adeo quidem vt ſi mea me tibi omnia debere fatear, ad æquam tamen tuorum meritorum æſtimationem haud ſim peruenturus. Quanquam autem hoc ita ſit, non ceſſas tamen humaniſsimis ſubinde literis per tanta locorum interualla tuas mihi tanquam filio deferre facultates, tuisq; beneficijs non tam ornare me quàm onerare atq; obruere. Quamobrem cum mea fortuna gratiæ referendæ vicem non admittat, breuem hanc ingentium tuorum erga me meritorum commemorationem ita ſuſcipies, vt eandem eſſe immortali documento ſinas memoris quidem certè animi mei, cæterùm ita deuincti obnoxijq; tua ſumma beneficentia, ne liberari ſe poſſe vnquam prorſus putet. Neq; quicquam ex ea demet obligatione remotiſsimorum inter nos locorum extremæ penè Germanię Venetæq; vrbis intercapedo: nam mente quidem qua reminiſcẽdo recognoſcimus, qua beneficia cuſtodimus, qua gratiam habemus, omni momento maximas terrarum diſtãtias vti ſecula quoq; propemodum infinita percurrimus: atq; ſic fit vt amicitia Marcus Tullius abſentes adeſſe, quinimo mortuos etiam viuere non perperam dixerit. Accipe ergo benigè Venetias tuas, & illius inclytæ reipub. quæ ſola nunc Italici nominis dignitatem magnificentiámq; veterem tuetur, breuem at dilucidam exactamq; deſcriptionem: pateréq; vt debes libenter, veras tuas laudes ad Europæ totius populos deferri. Vale iuris & fori eloquentiæq; decus eximium. Ex Agrippinenſi Colonia. Idib. Auguſti. Anno poſt C. N. M. D. LXVI.

VRBIS

VRBIS VENETAE DESCRIPTIO. F. LEANDRI ALBERTI.

QVáquam decere nũc et cõueniens eſſe videatur, vt priuſq̃ ad huius magnificentiſsimæ ciuitatis deſcriptioné accedamus, eximias eius dotes laudesq́; quas meretur, recéſeremus, tamé quoniá in earú cómemoratione multos excellétes ſcriptores potiùs defatigatos, q̃ plenè id ꝙ præſtare cupiebát cóſecutos animaduertimus, haud viſum nobis fuit in re infinita laborare: parté verò taliũ ſi quis cognoſcere volet, monumenta facundiſsimi Sabellici, qui de hac vrbe diligéter & copiosè ſcripſit, itemq́; Blondus qui volumen eiuſdem argumenti edidit, & Benedictus Burdoniꝰ in libris inſularũ, ſuppeditabũt. Itaq; de nobili hac ciuitate dicere eiuſmodi ordine inſtituemus, vt primò nominis Venetiarũ originé & cauſam, deín quibꝰ auctoribꝰ cõdita vrbs ſit, & quo ſitu, itéq́; qualé reipu. ſtatũ habuerit, poſtremò illuſtres quos edidit hoẽs referamus, & quidé qua maxima fieri poſsit breuitate: abſolutoq́; hoc inſtituto reliquo, demũ totiꝰ Italiæ quemadmodũ ab operis initio ſuſcepta, eſt deſcriptioné ꝑfecerimus. Venetias vrbé hác numero multitudinis olim finitimæ regionis Venetiæ gétes nominauere quum cõdiderũt, domicilijs ex ora cõtinentis in has ſtagnorũ modicas inſulas tráſlatis. Regio ipſa q́ ciuitatis nomé genuit, vnde Venetia ſit dicta ſupiùs in Marchia Taruiſina cõmemorauimꝰ abundè: at ꝙ vrbé Venetias plurali numero ꝓferamꝰ, rationé nónulli reddũt, quoniá nõ ab vniꝰ vrbis ſed multarũ populis ædificata ſit: quanq̃ eñ prima eius initia fundamétaq́; Patauini iecêre, tamé aucta dein eſt vti oſtédemus variarũ gentiũ acceſsione: ꝓindeq́; Venetiæ multitudinis numero haud abſq; ratione dicũtur, nimirũ vt ab regione Venetia diſcrimé nominis vrbs habeat. Sitæ ſunt in intimo ſinꝰ Adriatici receſſu Venetię, medijs in ſtagnis q́ ęſtibꝰ irrigua marinis, affuſo ab oriéte mari, ꝙ rectà in exortũ M.P.DL. hinc patet, at ſecũdũ orá vſq; ad ꝓmontoriũ Leucæ mill. DCC. enauigatur. Sũmouet id à ſtagnis terrenꝰ agger tenuis (litus vocãt) artificio ꝓuidę naturæ ꝑtentus ad tutelá exiliũ inſularũ in his ſtagnis, cõtra fluctꝰ & irati maris violétiá. Excurrit in longũ millia ferè XXXV. curuus inſtar arcus, & oſtijs quinis interruptꝰ q́ ſingula portũ modicũ efficiunt, & cũ mediocribꝰ nauigijs, tũ ipſis aquis marinis aditũ ac viá in æſtuaria ꝑbent de quibꝰ poſtea dicemꝰ. Habet itaq́; ab Auſtro vrbs parté eius aggeris cũ cõtinéte, pariterq́; à Septétrione & occaſu. Stagna his finibꝰ incluſa ꝓpemodũ millia LXXX. lõgitudine patẽt, nimirũ ab inſula Gradu vſq; ad Lauretũ olim non inhoneſtũ oppidum iuxta Padũ, vbi in Tráſpadana Romanula Padi oſtiũ Fornaces deſcripſimꝰ: latitudo admodũ eſt varia, qppe quia vix certi termini ęſtuariorũ quà è mari diffunduntur, ſtatui poſſunt, aquis paſsim diuerſis euripis hæc ſtagna complentibus vſq; ad cõtinenté, adeo vt perdifficile omnino foret latitudiné tam diuerſam inueſtigare. Condita igitur medijs in his paludibus, quæ tũ aquæ marinæ per oſtia litoris quina de quibus ſuprà cõmemorauimus effuſæ, tum multi cõtinentis amnes huc ſe exonerantes creãt, vrbs nobiliſsima Venetię eſt, modicis primùm in inſulis ferè LX. paruo inter ſe ſpatio diſiunctis, intercurrétibus euripis vt herculè non minus per ſe tuto loco, q̃ ad imperia multarũ gentiũ & nationũ moderanda idoneo ac opportuno ſita ſit. Primordium eius in diuerſum trahũt auctores. Blondus in libris

de rebus

de rebus Venetorum & item in hiſtorijs *a* Italiaq́; ſua illuſtrata, veluti etiam Can *a. lib. 1. 2*
didus *b* in Cõmentarijs Aquileienſibus ſcribit, cum debellatus ab Aetio duce Ro- *b. lib. 3.*
mani nominis Athila in cãpis Catalaunicis non procul Toloſa eſſet, reparatoq́;
dein maximo exercitu rurſus è Pannonia in Italiam mouens cõſilio inuadẽdi Ro
mã, paſsim in Sclauis quà irruebat, omnia vaſtaret perderetq́;, obiectas tũ gentes
quò ſe tã diri hoſtis immanitati eriperẽt, in loca profugiſſe tuta, multosq́; ſic Aqui
leienſiũ in inſulã Gradũ, Cõcordienſes in Caprulas, Altinates ad Torcellũ & Ma
iorbiũ & Burianũ Murianumq; & Cõſtantiacum & Amianum, Montisſilicenſes
Ateſtinosq́; & Vicentinos cum Euganeorũ colliũ populis ad Methamaucũ, Albio
lam, Paleſtrinã, & Foſſam Clodiã conceſsiſſe. Patauinos aũt cum allatum eſſet ad
Aquileiã habere caſtra hoſtem, vrbemq́; obſidere, pretioſa quæq́; ſuarũ opũ & Ec
cleſiæ theſauros vnà cũ imbelli multitudine modicã in inſulam Riuum altũ miſiſ-
ſe, valida iuuentute ad vrbis defenſionẽ retenta domi: mox Aquileia exciſa cum
progreſſus Hunnus Patauiũ, Montemſilicis, Ateſte, Vicentiã, & Veronã quoq; ſub
uertiſſet, tum qui patriæ ſuperſtites fuerant Patauinos etiam in has ſtagnorum in
ſulas quæ Patauinæ diœceſis erãt, præcipueq́; Riuũ altũ ad vxores liberosq́; ſe con
tuliſſe: pariterq; cęteros regionis populos vel metu barbarorũ, vel ob vrbiũ ſuarũ
interitum migrauiſſe in paludes. Primùm ſic anno poſt C. N. CCCCLVI. ante diẽ
VII. Cal. Apr. locũ hunc inhabitari cœptũ volũt, quanq̃ vt Volaterranus *c* refert *c. lib. 4.*
CCCCXXII. Laurentius monachus prodiderit. Aliter aũt primordium & initia *c. v.*
Venetiarum Sabellicus *d* relatis diuerſorũ ſentẽtijs memorat, hoc modo. Cũ iam *d. lib. 1.*
Hũnici belli terror Italiæ populos inuaſiſſet, eſſetq́; omne Venetum nomen vt pe *Decad. 1.*
riculo propiùs, ita ob id vehementer ſollicitum (vulgò enim ferebatur Hunnos in *de reb. Ve.*
Italiam moturos) eorũ feritas quæ plusq̃ barbara in Chriſtiani nominis viros eſ-
ſe tradebatur, effecit, vt ex priſcis Venetis qui circa Adriaticũ ſinum amœniſsima
loca incolebant alij alias propinquas maris inſulas fuga occuparint: fueruntq́; vi
ri illuſtres ac magna præditi religione à quib9 fuga orta dicitur. De reliquis locis
omnino nõ habeo qd affirmẽ ex duab9 clariſsimis Venetiæ vrbibus Aquileia Pata
uioq́; tũ primũ migratũ manifeſtò cõſtat, vt Aquileienſiũ quidã Gradũ cũ liberis
et pretioſa ſupellectile cõfugerint, ex Patauio quoq; non pauci atq; ijdẽ clari ſeſe
in Riuũ altum receperint. Fuerũt olim ea loca vbi nũc vrbs ipſa reſidet, inſulę quę
dã anguſtiores parũ inter ſe diſtãtes, quas placidiſsimi amniũ meatus ſinuoſo am
bitu in mare decurrentiũ pelagi æſtu alternante diſcriminabant. Incolebant repo
ſtas ſedes marinæ tantũ volucres, quæ illuc apricatũ ex alto ſe recipiebant ac for-
taſsis piſcator aliquis ſed omnino rar9 in his locis agebat. Patauini igitur q Riuũ
altũ tenuere (eſt loc9 ipſe nũc in media ferme vrbe) primi omniũ ædificare cœpiſſe
dicũtur. Sic prima volũt eſſe iacta vrbis nouæ fundamẽta ꝙ ipſum q̃ piè riteq́; ſit
factũ ex eo poteſt intelligi, ꝙ quanto quis ea tempeſtate verę pietatis ſtudioſior fu
erit, eo magis Hunnũ reformidans, quẽ vtiq; Chriſtianũ nomen & odio & crudeli
tate plusq̃ Hunnica perſequi non ignorabat, quærendæ ſalutis effugio & quæſitæ
munitiore loco tuẽdæ ſeſe alijs & ducẽ & auctorẽ ꝑbuit. Pijs itaq́; votis nuncupa
patis qualia ſanè à viris optimis in re tanta nuncupari oportuit, fortunata mœnia
fortunato ſolo ſtatui cœperunt. Nõ deſunt qui eo loco vbi nũc aureã D. Marci æ-
dẽ cõſpicimus primò ædificari cœptũ nõ dubitent affirmare: in eo ferè omnibus
conuenire video VII. Cal. April. primordia vrbis cœpiſſe. Quod ſi eximia quædã
opera naturæ quæ eodem die edita dicuntur conſiderare volumus, non abſurdum

erit

erit dictu nihil ea luce inchoari potuiſſe, quod nõ idem magnificum eſſet, amplũ, perpetuum, humanarumq; rerum faſtigium ſuperaturum. Diuinæ literæ teſtantur eodem die ipſum humani generis parentem à Deo Optimo formatum, ipſum quoque Dei filium in virginis vtero conceptum, cuius myſterij amplitudinem ſupra humanum creditur ingenium nõ modo verbis explicare, quod fieri nõ poteſt, ſed mente & intellectu concipere. Et pòſt. Creſcebat indies noua ciuitas multitudine & ædificijs, cum ignis repente ortus ex architecti domo momento temporis IIII. & XX. caſas continuato incendio abſumſit. & cum materies ad ædificandam temerè diſiecta ipſum incendium aleret, appareretq; humana ope cõceptam peſtẽ, tam facile reſtingui non poſſe, in preces verſa ciuitas, votaq; D. Iacobo æde vrbs à præſenti clade ſeruata eſt. Ædem ad hunc diem inter Riualtinas mẽſas cum veſtigio vetuſtatis cernimus. Sed primam hanc de qua loquor ædificationem, tenuem admodum fuiſſe crediderim, cuius ſpeciem magis domorum frequentia quàm apparatus vllus fecerit, multis in præſentem vſum ſibi ex paluſtri materia domicilia parantibus, conſilio non multo pòſt in continentem abeundi ſi Hunnus Italiam non inuaſiſſet. Sic quoq; quia Athilæ aduentus in aliquot annos dilatus, à multis in priſtinas ſedes inde remigratum ferunt. Poſt enim tanti belli famam Subthar Manduchi frater, cuius auſpicijs tunc omnia gerebantur, in Germaniam mouit quo poſtea extincto, Athila qui illi cum fratre ſucceſſerat diu Galliam peruagatus in Toloſanis Campis cum Aetio Romano & Theodorico Gothorum rege cruenta acie dimicauit, hinc pene victus in Pannoniam abijt, vbi quinquennio in reparatione exercitus abſumpto Italiam prorſus inuadere ſtatuit. Nec breuis interim parúmue laborioſa fuit expeditio illa qua Illyricum latus, Dalmatiam, Hiſtriamq; domuit: ita vt IIII. & XX. anni à primis Hunnorum motibus quibus Danubium ſuperarunt, vſq; ad Aquileiæ euerſionem interfuiſſe credantur. Tantiſper noua vrbs circa Aquileiam conualeſcere cœperat: ſed non vſq; adeo verùm quantacunq; per id tempus fuit, conſtat Conſulari poteſtate Rempub. illic adminiſtratam, de quo tempore dicetur. Vbi verò Hunnus Italiam infeſtiſsimis armis vexare cœpit, tunc vndiq; promiſcuè omnis ordinis & fortunæ viri cum coniugibus, liberis, cæteraq; ſupellectile in propinquas inſulas quà cuiq; proximum fuit, ſunt dilapſi, vrgenteq; neceſsitate pro ſe quisq; noua tecta ponere, vicum vico continuis operibus iungere quot erant inſulæ, vici, metæ, tot noua oppida ædificari putaſſes: multæ videbantur paruo ambitu condi ciuitates quum nomine & re vna conderetur. Et hæc illa Venetiarum celebratior conditio eſt, quam recentiſsimus quiſq; probat, ac ſub ipſum Aquileiæ excidium contigiſſe affirmat: ſed ego priorem illam Riualtinam veram vrbis originem primariamq; habendam exiſtimo. Cæterùm recentiores ædificationes incrementa potius dicenda, quæ non Hunnicis tantùm, ſed Gothicis quoq; Longobardicisq; tumultibus modicis interuallis ſunt poſtea conſecuta: quòd licet diuerſo tempore vt plenè oſtendimus, ſit huc ventum, quia tamen Hunnica tempeſtate id frequentiùs ſit factum, incenſa enim & euerſa patria adempta iam ſpe reditus quum ſtudioſiùs aliquanto ac frequentius quàm vnquam aliàs conſtet in inſulas concurſum, factum eſt vt ea vulgò credita ſit Venetiarum conditio, quæ ſub Aquileiæ euerſionem contigit, quum veriùs fuerit incrementum quàm conditio dicenda. Hæc ferè Sabellicus: idemq; & poſtea, ſcriptorum, inquit, è numero fuiſſe conſtat quoſdam, qui originem vrbis ad annum Salutis LVI. ſuprà CCCC. reijciant, eſtq; in illis Forliuienſis Blondus,

ſecutus

ſecutus & ipſe eorum opinionem qui poſt euerſam Aquileiam, vrbem ædificari cœpiſſe arbitrati ſunt: ſed quàm apertè decipiantur vel ex eo intelligi poteſt, quòd ſexto antè anno qui L. ſupra CCCC. ab Chriſti incarnatione fuit, Aquileia, vt quidam tradiderunt, ab Hunno cœpit obſidione premi: aiuntq́; eam obſidionem in tertium annum non ampliùs diſtractam. Sed fac etiam longiorem fuiſſe, nemo eſt ita rerum humanarum ignarus, qui nō videat fugam ſub barbari aduentum factam, & non poſtquam omnia oppreſſa ſunt, cum ſanè parum vtilis atq; omnino irrita fuiſſet. Certè igitur ita contigit vt aliquot annis antequam Aquileia euerſa ſit, in inſulis ſecundò cœptum ſit ædificari. Nec eo inficias ipſam vrbis originem ad primum Gothicum tumultum (neque enim res Hunnicas multum præceſsit) aliqua ex parte referri poſſe, quò Venetam oram barbaris armis concuſſam proditum eſt memoriæ. Sed tanquam omnium veriſsima illa nobis ſemper celebrabitur quæ primo poſt viceſimum & quadringenteſimum Salutis anno eſſe cœpit. Hactenus Sabellicus. Itaque iam ex ijs quæ dictæ ſunt rationibus, euidenter ſatis apparet prima huius inclytæ vrbis initia in annum à C. N. CCCCXXI. incidere, quo tempore fama iam erat ſparſa trangreſſuros Danubium Hunnos Italiæ inuadendæ cauſa: proptereaq́; etiam gentes huius oræ tuta in his ſtagnis inſularum loca primùm cœperunt occupare. Neq; verò primus ille hominum cœtus ex piſcatoribus, aut paſtoribus, aut omnino flagitioſis ac infamibus viris, ſed ex nobilibus optimiq́; generis ciuibus conſtitit: quales nimirum auctores eſſe oportebat ciuitatis, quæ poſtea tam auguſtū & amplum mari terraq́; imperium cōſequeretur, quale & ſuperioribus ſeculis habuit, & in hunc vſq; diem habet. Prorſus itaq; & nobis vti doctiſsimi homines quamplurimi faciunt, de primordio Venetiarū vnà cum Sabellico libet ſentire, nimirum anno poſt C. N. vno ſupra CCCCXX. initia earum prima poſita: ſed CCCCLVI. Blondus citat ſecundò fundatam, vt ſic auctores hi luculenti ipſa quidem de re conueniant: pariter enim de poſteriore vrbis ædificatione ſentiunt etſi primam eam vnus, alter ſecundam vocet. Poſt hoc geminum vt dici poteſt principium rurſus ſub Cleſi Longobardico rege tanta vrbs incrementa accepit, quum ob illius ſæuam tyrannidem crudelitatemq́; multarum Galliæ tranſpadanę vrbium ciues, veluti è Mediolano, Ticino, Verona, Vicentia, & oppidis alijs huc deſerta patria confluxiſſent, vt tam multitudine populi, quàm ædificiorum auctu condita tum recēter ex parte videretur. Id porro ſæuitia barbarorum quibus Italia prædæ tum erat, euenit: direpti enim vbiq; ab ijs & vexati indigenę tanquam in tutum huc ſe recipiebant: vnde dictum illo ſeculo natum legimus, alijs in locis vberibus matrum nutriri pueros quorum iuuentute poſtea Venetiæ fruerentur. Exin autem perpetuis incrementis quod ſigillatim oſtendemus, vrbs adeo creuit, vt nunc in admirabilem fabricam vnumq́; corpus illæ circa Riuum altum inſulæ LX. pontibus connexæ cernantur, quas nimirum inſequentiū temporum induſtria creſcensq́; paulatim res in hanc formam euexit: adiectis tandem etiam populi commodo alijs duodenis. Suſpicari libet inſularum fana eius Diui nomē ſeruauiſſe, quod locus habebat priùs: eaſdemq́; iam vicorum appellationes manere. Creuerunt igitur in tantum Venetiæ, nunc vt circuitu paſſ. millia VIII. colligant. Aedificijs nitent ſplendidiſsimis, populo pernobili, opulento ac potente: rebus omnibus cum ad hominum vſum neceſsitatemq́;, tum ad delitias & voluptates vtilibus affluunt: quanquam enim nihil penè quicquā apud ſe, quoniam medijs in ſtagnis ſitæ ſunt vt diximus, habeant, ex omnibus tamen orbis par

tibus annona importatur. Primùm hîc pro anni tẽpore fructus omnigeni habentur, optimi pepones, vuæ varietas omnis, poma, pyra, ſimilesq́; fruges, & olerum mirabilis abundantia: deiñ phaſiani, pauones, coturnices, turdi, pipiones, & auiũ alia genera, cum multitudine pullorum & quarumcunq; ſylueſtrium volucrum infinita: butyrum, caſeus dulcis, ſalſus, cæteraq́; ſimilis annona: frumenti ſæpe tanta copia vt exportetur: vini adſunt omnia genera, maluaticum, apianum, ſiriolum aliaq́; nobilia: rei piſcariæ frequentia multis commemorari poſſẽt, toto enim anno tum marini, tum fluuiatiles piſces adeo fora complent, vt obſtupeſcere cogant ſi primùm videas: ſalſamentorum verò quæ varijs ex partibus adferuntur, copia mirabilis eſt. Abundantiam equidem annonæ, rerumq; ad hominũ neceſsitatẽ ac etiam delitias vtilium, quæ diuerſis ex oris & regionibus non ſolum Italiæ, ſed Illyrici, Græciæq́; inſuper & Aſiæ huc deportantur, niſi longiſsima narratione conſequi haud poſſemus. Innumera hîc mortalium varijs ex orbis partibus, corporũ vario cultu multitudo negotiatur: quę res profectò ſummã & incredibilem admirationem habet. Ciuitas tota triplici ordine populi conſtat: patritij ſunt, & ciues quos vocãnt, & plebs artificum. Imperij ac reipublicæ auctoritas apud patritios cõſiſtit, qui cum ipſam vrbem, tum ciuitates oppidaq́; ditionis Venetæ moderantur: ciues honeſtiſsima ſcribarum & aliorum honorum munera gerunt, patritijs publicam iudiciorum poteſtatem exercentibus: nec enim ad magiſtratum vel iuris functionem quiſquam niſi patritius aſpirare poteſt. Magiſtratus omnes conſilij communis quod magnum vocant, ſuffragijs creantur: in quo nec generequidem patritijs ante V. & XX. ætatis annum locus datur, niſi forte ductis ex certa ciuitatis lege apud magiſtratum cuius hac de re poteſtas eſt. Decemuiri ſunt qui publicæ rei curam præcipuam ſuſtinet, vnà cum Principe qui in Curia ciuitatis habitat, quò præcognitores, ipſi ſapientes magnos vocant, item Conſiliarij aliįque magiſtratus ad conſilia peragenda coëunt. Princeps in publicum raró procedit, nempe feſtis duntaxat diebus quibuſdam, & quidem cum comitatu tum plus centenorum è primoribus ſplendido habitu ornatorum, vti vel à Pontifice Max. vel Imperatore Auguſto Regéue aliquo vel Principe virtutis cauſa fuerunt inſigniti. Quum è Curia procedunt vexilla proferuntur octo ex ſerico, bina cyanea, totidẽ alba, cætera rubentia: tubæ argenteæ ſex vlnarum trium, ſella, puluinar, vmbraculum aureum & fax cum enſe. Principis honor perpetuus. Maior cum nobilium, tum plebeiorum ciuium pars mercaturam exercet. Vrbs in regiones eſt diuiſa ſenas, proinde Sexteria vocant: in vniuerſum vicos ſeu plebanicas congregationes habent LXXII. cœnobia XLI. quorum decemſeptem conuentus monachorum ſunt, IIII. & XX. virginum. Pro templis areæ ſingulæ ſternuntur ad ciuitatis decorem, vna D. Pauli æde excepta. Frequentantur omnes areæ nundinis die qui Mercurij dicitur: at ſabbato D. Marci forum maximo frequentiſsimoq́ue conuentu, qui vel mercatui vrbis cuiuſuis totius Italiæ comparari queat. Forum hoc non vnum eſt, ſed coniuncta tria. In capite quod litus ſpectat, areæq́ue cæterarum poſtremæ eſt, columnæ peringentes binæ cernuntur, quarum vna D. Marci leoninum alatum ſignum, altera D. Theodori ſtatuam ſuſtinet. In ipſo intercolumnio ſupplicia de condemnatis ſumuntur. Vt huc deportatæ ſint, poſtea narrabimus. Forum hoc in longum ped. CCCC. in latum CXXX. patet, vndique nobilibus ædificijs clauſum. Præoccupatur ſumptuoſiſsimo ac mirabili templo D. Marci, quod alterius fori medij longitudinis ped. D. latitudiuis CXXX.

frontem

frontem exornat: alterumque caputeius exaduerſum ædes nobili lapide perfecta D. Geminiani tenet. Latera claudunt ſplendida è marmore ædificia cum eximijs porticibus & variorum artificum tabernis. Aedes Marciana tota è nobiliſsimo pretioſiſsimoq; marmore, nec minori artificio quàm ſumptu conſtructa eſt. Pauimentum inprimis nobile habet porphyreticis, opheticis, alijsque pretioſiſsimis lapillis teſſellatum cum varijs emblematis, inter quæ nonnulla Ioachini Abbatis Sanflorij iuſſu ferunt effictæ, quibus ingentes Italiæ clades & grauiſsimi caſus olim prænuntiabantur: veluti duo ſunt galli criſtis inſignes vulpem inter ſe ferentes: quo ſigno nonnullis placet binos Galliæ reges Carolum VIII. & Ludouicum XII. denotatos, qui Ludouicum Sfortiam è principatu Mediolani forent elaturi: ſic enim hoc ſymbolum aliqui vt diximus interpretati ſunt: præterea leonum pinguium & eximio corporum habitu in aquis, iuxtaque macilentorum aliquot in terra procumbentium effigies cernuntur, quibus imperij Venetorum cui inſigne leo, conditionem & fatum ſignificari autumant, eos nimirum opimos, diuites, potentesque fore quamdiu maritimis commercijs ſtudebunt: at quum illa deſerent, ſeque ad continentis dominatum ac terrena ſolum negotia cõuertent, tum opibus & re lapſuros. Ita hæc emblemata exponunt multi: plurimi etiam aliter. Variæ porrò cernuntur & aliæ pauimenti huius picturæ, quæ curioſa ingenia diuerſis coniecturis exercent. In parietibus quoque nobili marmore cruſtatis ad læuam binæ tabulæ ſunt varij lapidis, candorem nigræ lineæ diſtingunnt, in quarum commiſſura ſignum virile tam excellēti artificio cernitur expreſſum, vt ſummam prorſus habeat admirationem: cuius memoriam vti rari operis etiam Albertus Magnus literarum monumentis celebrauit. Inclyto in hoc fano ac inter Europæ totius magnificentiſsima cenſendo XXXVI. columnæ ſtant ex marmore ſolido præſtantiſsimo, craſſæ diametro pedes duos, altæque conuenienti ſtatura. Tum ad aræ ſummæ penetralia gradibus aliquot nobiliſsimi lapidis aſcenſus eſt. Ipſam aram teſtudo tegit quaquaverſum in crucem fornicata, lapide ophetico, quaternis fulcita marmoreis columnis, quæ totæ ſignis integris palmi paulo amplius magnitudine, ſcalatæ perfectæque ſunt, & ſumptuoſiſsimo mirabiliq; prorſus opere veteris ac noui teſtamenti hiſtoriam exprimunt. Poſt aram ala baſtreticæ columnę paſſuum duorum, perlucidæ vitri inſtar, quatuor religioni ac decori ſacratiſsimi corporis Chriſti poſitæ ſtant. Ipſum delubrum vtrinq; antè ſuggeſtum habet, in quorum vno feſtiuis diebus cum Senatus adeſſe ſacris ſolet, muſicorum chorus ſolennia modulatur vota: in alterq quotidie Diaconus Euangelium canit. Suſtinent hæc pulpita columnæ variorum lapidum nobiliſsimæ. Summam aram inſignis tabula decorat ex auro argentoq; facta, multisq; infiniti pretij gemmis & margaritis exornata, quam non queas non vehementer admirari. Dextra mox in parte, baſilicæ medio, lata ſublimisq; porta cernitur opere teſſellato perilluſtri elaborata tota, cum imaginibus D. Dominici D.q; Franciſci, quæ ſigna Ioachinum prædictum effingi curauiſſe ferunt multis annis antè, quàm ſancti illi viri in lucem editi fuere. Intra portam hanc theſauros illos inclytos D. Marci Procuratores ſeruant: qui iam olim nobis viſi cum in comitatu Franciſci Ferrarienſis vniuerſi prædicatorum ordinis magiſtri ageremus, & herculè diuitiarũ immēſus aceruus ſtupendæq; prorſus opes ſunt. Primũ ab illis magnificis viris oſtenſæ nobis coronæ maximi pretij duodenæ, totidemq; thoraces puro ex auro, & cum mirabili gemmarum variarum multitudine. Sunt hîc carbunculi quos ru

binos vocant, item ſmaragdi, topazij, chryſolithi, cæteraq; genera gemmarum, et margaritæ magnitudinis penè incredibilis, adeo quidē vt obſtupeſcere nos harū planè coronarum & thoracum nobilitas cogeret. Deinde bina vidimus cornua monocerotis, eximia proceritate, tertiumq; breuius, item carbúculos, aurea vaſa, cochleas ex achatis & iaſpidibus non modicas carbunculum ſeu rubinum maximum à Dominico Grimano Cardinale his theſauris illatū, item vrceolum expretioſiſsimis gemmis, quem olim Vſum Caſſanes Perſarum rex Venetæ reip. dono miſit, aliaq; tam multa ingentium pretiorū vaſa, cum thuribulis ex auro & argento, prorſus vt ad ſtuporem ſi primùm videas adigare. Poſtremo mitram ſeu galerum qui nouo Duci imponitur cōſpeximus, vndiq; puro auro per oras perq; trāſuerſum deornatū, & in zophoro nobiliſsimas gēmas, in ſummo apice carbunculū infiniti pretij tenentē. Adſunt etiam ingentia candelabra, pateræq; aureç, aliaq; tam multa maximarū opum, vt niſi lōgiſsima narratione cōprehendi omnia haud queant. Equidē non facile puto diuitiarum aceruū vno aliquo in loco tam ingentē poſſe inueniri. Nobis cum in Italia, tum extra, præſertim in oppido Galliæ D. Dioniſij iuxta Lutetias magna vis pretioſiſsimarū rerum viſa eſt, at hercule quanta hîc, nuſq̄. Vt ad ædem ipſam oratio reducatur, atrium habet ea duo eius latera claudens, cuius auream teſtudinem opere teſſellato veteris teſtamenti hiſtoriç depictæ nobilitant, nec pauimentū ipſi ædis interno cedit. Quaternæ hîc valuæ aditum in templum præbent, cum XVI. colūnis è nobili marmore craſsitudinis duorum pedū, aptæq; ſtaturæ. Duas portas octonæ harū faciunt marmoris atri cū niueis onychinis maculis, aſpectu iucundiſsimæ. Porticus huius exterior frons (tria quippe templi latera cū coronis prominent) CXIIII. colūnis porphyreticis opheticiſq; & marmoreis alijs altitudinis ped. XIIII. ſuſtinetur: aliusq; ſequitur huic impoſitus ordo columnarum non quidē pari cum inferioribus magnitudine, ſed tamen eiuſdem nobilitatis CXLVI. quarū coronis ambulationē apertam cōplectitur ſupra veſtibulum templi quç pariter vti ipſa porticus frontes ædis externos cingit, ſpodiſq; forinſecus munitur ex marmoreis columellis. Hoc in ambulacro ſacerdotes feſto die Palmarum Senatu ac Principe ſubter aſtante certas quaſdam ſolennes cæremonias peragunt. Supercilium frontis quod maiori portæ (quinas enim hæc facies æreas habet, quarum binæ aperiuntur indies, totidem nō niſi quibuſdam feſtiuis diebus, vna perpetuò clauſa eſt) reſpondet, equi ex ęre vetuſti quatuor inaurati, forma magnitudineq; Turcici uiui mirificè ornāt. A ſolo huius ambulationis vſq; ad templi faſtigium omnia græcanico opere cū emblematis inaurata ſunt crebræq; per ordinem eminent ſtatuæ Diuorū ex marmore perinſignes, cum baſibus anaglyphis opere foliaceo itē ex marmore. Quædam ex his ſignis anno MDXI. poſt C.N. VII. Cal. Apr. decidêre. Tectum fani totius quinq; conſtat hemiſphærijs, plumbeo tegumento. Contra baſilicam interuallo ped. LXXX. turris eſt eminētiſsima tintinnabulorū, lata quaquauerſum XL. ped. alta CCXXX. cum alati ſummo in apice genij ſigno, ventorū indice, quoniā verſatile eſt, & aura quauis circumagitur. Sublime faſtigium totum aureis veſtitur tegulis, quarū fulgor ſolis repercuſſu longiſsimè conſpicuus eſt. Multa prætera de hoc ſumptuoſiſsimo ditiſsimoq; tēplo ſcribi poſſent, vti quoq; de Curia magnificētiſsima cōiuncta, in qua Dux habitat & Cōſiliarij coēunt, præcipuè verò de comitio illius lōgè ampliſsimo nobiliſsimis ſummorū pictorū operibus exornato, cum arcano armamentario, mirabili armorum itemq; ſpoliorum quæ varijs è bellis relata ſunt, &

aliarum

aliarum inſuper rerrum ſingularium vti vidimus copia conferto: ſed hæc omnia nunc breuitatis gratia præterimus, vt vrbis ipſius reliquam ſpeciem & conditionem perſequamur. Vicos habet ea quamplurimos, totidemq; propemodum euripos, vt vniuerſa tam pedibus, quàm nauiculis peragrari queat. Vicos ipſos riui diuidunt: at tranſitus vbiq; pontibus iungitur vel ligneis, vel lapideis: quorum in vniuerſum tam publici, quàm priuati CCCC. cenſentur: publici in communi ciuitatis vſu ſunt, priuati in vnas cuiuſquam ædes ducunt. Præcipuus verò eſt euripus, Canalem Magnum vocant, qui vrbem totam interſecat, & circa medium ligneo ponte maximo tabernis vtrinq; tanquam ſpondis conſtipato iungitur. Is propemodum pons in vrbis vmbilico ſitus eſt, ponsq; Riui Alti dicitur. Ante caput eius alterum area modica panditur vndique concluſa porticibus: vbi tabernæ cum venali panno, certisque diurnis horis mercatores ad negotia tractanda conueniunt. Euripus ille magnus quà vrbem permeat longitudine ferme paſſ. MCCC. colligit: tranſmiſſus habet locis ternis denis, ad quæ nauicularum certus numerus conſidet: etiam ipſi traiectus vocant, ſuntque commodis inter ſe ſpatijs diuiſi, maxima opportunitate, quoniam cum vnus tantùm pons riuum hunc iungat, niſi nauiculis paſsim tranſmiſsio fieret, multis magno incommodo circumeunda pôtis eſſet via. In latum patet paſſ. XL. totusque ſplendidiſsimis ædibus vtrinq; clauſus eſt, quæ ſummum omnino ornatum delectationemque ac admirationem habent: quanquam huiuſcemodi magnificis ædificijs vrbs conferta ſit tota. Nauicularum qua ciuitas peragratur numerus VIII. mill. amplius eſſe putatur: gondolas vocant: quarum pleræque meritoriæ ſunt, cæteræ patritiorum aliorumq; ciuium. Eſt etiam intra vrbis ambitum nauale, locus paſſ. mill. duorum circuitu, mœnibus vndique validis munitus, & cum opportunis ad cuſtodiam turribus, quem Arſenale nominant. Intus CCCC. hominum operis perpetuò naues ædificantur: quorum ſtipendia MCC. in hebdomadam aureorum nummûm ſunt. Iuxtà locus alius, Tana, funium & rudentum intorquendorum ad naues officina. Naualiin ipſo nauium longarum quæ in pontibus ad omnem occaſionem paratę perpetuò ſtant numerus ad CC. eſt, præter alia nauigia minora: nec herculè maioris admirationis locus vllus vt puto ſpectari queat, vnde vires opesque & amplitudo rei Venetæ, quæ profectò nunc Italici nominis gloria decusq; ſola eſt, facilè poſſunt intelligi. Officinarum quæ in hoc nauali ſunt, item apparatus, & operum artificumq; plena narratio longiſsima mehercules foret, ac propemodum infinita. Multas quotannis naues Veneti varias in orbis partes negotiandi cauſa mittunt, vnde maximum reipub. vectigal accedit, adeo vt ex portorio vini, ſalis, olei, cæteræq; ſimilis annonæ millies ſeſtertium ferè capiat, præter vrbium aliarum quæ in ditione ſunt, vectigalia. De numero patritiorum qui nunc quidem cenſeri queant hoc habemus, quod Donatus Ianotius Florentinus in libro de repub. Veneta, vicies mille propemodum lares ſeu familias hac in vrbe eſſe, quarũ ſingulæ ſi binos homines præſtent, qui ferendis armis idonei ſint, numerus efficitur XL. millium: patritios autem ad tria millia reperiri ſcribit. Venetias Facius in hanc ſententiam memorauit[a]. [a] lib.3. Cant. 2.

Ea via qua ad Foſſam Clodiam itur,
Præter alia verba, Venetias commeauimus,
Flectentes, vbi Adriæ ſupercilia facit.
Inter Chriſtianos vrbem hanc celebrari

Miſum non eſt,tam propter ſitum,
Quàm ob ædificia magnifica ad quæ adnauigatur.
Quantum ex multis intellexi,
Heneti fuerunt & Paphlagones & Troiani,
Qui domicilium hoc in litore ſibi conſtituêre.

Primordio ac amplitudine ciuitatis huius qua nunc eſt, dicta, conſequitur vt formam reipublicæ dicamus· qua narratione ſimul incrementa tum populi,tum ædificiorum & imperij quoque tam maritimi, quàm terreni ſpecies commemorabitur. Ab initio itaque Conſulum magiſtratus, de in Tribunorum vt diximus, nempe ſub Imperij Romani nomine habuit· at quamdiu, nec ſatis inter auctores a.lib.1. rerũ Venet. conſtat. Sabellicus a ſcribit annos ferè CCLXXXII. vt aliqui voluerunt, quidam CCXCVII. alij CCXCVI. nec minus CCXXX. ſub ijs magiſtratibus exactos tradunt· tanta hîc auctorum varietas. His temporibus autem maxima ciuitas incrementa ſumpſit,acceſsione magnæ multitudinis quæ Roma, Mediolano, Ticino, Brixia, Mantua, Verona, Vicentia, Patauio, multiſque præterea ex locis huc confluebat ob Italiæ vaſtitatem, quam Athila, Gothi, Longobardi, aliæque barbaræ gentes effecerant, vti apertè Blondus & Sabellicus in hiſtorijs perſcribunt. Tribunis etiam poteſtatem vrbis gerentibus cum Narſes eunuchus Imperat. Iuſtiniane legatus in Italiam contra Gothos veniſſet, rege tunc illorum Totila, profectum eum ad hæc tum Venetæ ciuitatis initia vehementer admiratum legitur ædificiorum in ſtagnis tam multorum, tamq; magnificorum ſitum, & maximam item populi frequentiam· ideoque votum D. Theodoro D.que Geminiano nuncupaſſe, ſi victoria potiretur ijs hîc templa conſtituendi· victoremque ſubinde reuerſum voti fidem perſoluiſſe ſtructis illorum Diuorum templis ad pomarij caput. Auctu igitur vrbs ingenti circa hæc tempora creuit, quum aliarum Italiæ variarum quas barbari indies vaſtabant coloni huc confluerent, maximeque circa Riuum altum conſiderent. Aedificauere tum quoque Patauini Caſtellum Oliuolenſe, quod poſterioribus ſeculis Epiſcoporum Caſtelli qui nunc Patriarchæ dicuntur, ſedes ac domicilium effectum eſt. Narſetem etiam Veneti contra Gothos magnis auxilijs nauium alijſque belli ſubſidijs iuuêre, & aquis interrupta itinera muniuêre pontibus, quibus ab Taruiſio Rauennam exercitus Romanus commodè traduceretur, vti à Procopio, Blondoque ac Sabellico memoriæ proditum eſt. Sub Tribunorum etiam poteſtate D. Martini D.q; Ioannis Bragolani fana dedicata. Priuſquam in magiſtratuum ſerie ſucceſsioneque procedamus, dicenda quædam viſa ſunt priùs, quæ ad ſequentium intellectum neceſſaria ſunt, & à nobis qua maxima fieri poſsit breuitate memorabuntur. Circa DCX. à C. N. annum Giſulphus Dux Foriiulij Patriarcham fecit veteris Aquileiæ Ioannem Abbatem, ſuperſtite tum adhuc Candiano Nouæ Aquileiæ Patriarcha: dignitatem enim illam Pontifices Romani iam tum antè ad Gradum tranſtulerant. Quinto igitur anno pòſt bini hi Patriarchæ depacti inter ſe ſunt, vt Aquilienſis continente potiretur, ad Gradenſis verò diœceſim pertinerent omnia in ſtagnis loca quæ nunc Ducatus Veneti nomine complectuntur. Exin anno XIIII. quum Rotharis Longobardorum rex Opitergium euerterat, & eius vrbis Epiſcopus Magnus in æſtuaria tanquam in tutum conceſsiſſet, ibi ex auctoritate Seuerini Pontificis Romani ac Imperat. Heraclij ciuitatem inſignem condidit, Heracli-

Heracliamque denominauit in gratiam Cæſaris, vti in regione Venetia diximus. Eodem anno Paulus Altinatium antiſtes cum ea multitudine quæ deleto à Longobardis Altino ſuperfuerat Torcellum commigrauit, ibique ſedem Epiſcopatus ex auctoritate quoque Seuerini Pontif. Rom. fixit, quæ in hodiernum vſque diem ipſo in loco manet. Præterea domicilium Præſulatus antiſtes etiam Patauinus ad Methamaucum eiuſdem etiam Pontificis conſenſu tranſtulit, Arianæ hæreſis contagium fugiens, quæ tum ijs in locis indies gliſcebat. Hoc ipſo quoque tempore ſtagnorum & paludium incolæ ac eorum magiſtratus cum regibus Longobardis pacto conuenerunt, vt vniuerſa regio Venetia quæ continentem amplectitur, ab Addua flumine vſque ad ipſam oram & æſtuaria, Longobardiæ nomen caperet: quicquid autem in ſtagnis marinis ſitum erat, id Venetiæ retineret. Ita Sabellicus. Dein anno poſt C. N. DCL. Conſtantinus Imperator Heraclij filius Romam cogitans, cum Torcellum veniſſet, primum eius vicum à ſe Conſtantiacum vocari voluit. Circa hæc quoq; tempora prægrauans Heracliã multitudo laxiorũ ſedium cauſa vicinam occupauit inſulam, vrbemq; nouam in ea condidit Aequilium. Ita cum ſtagna hæc iam multitudine populorum frequentarentur, qui priùs Conſulum, deinde Tribunorum magiſtratus (nam vt Donatus Ianottus ſcribit, inſula quæque Tribunum creabat ſuum) habuere, nimirum annis ferè CCXXXII. Blondo Sabellicoque auctoribus, & ſi quidam CCLXXXII. alij CCXCVI. nonnulli etiam CCLXXVI. dixerint: tandem omnium populorum conſenſu nouum magiſtratum erigere, veteremque formam publicæ poteſtatis Duce creato mutare viſum fuit. Itaque conuentu apud Heracliam Patriarchæ Gradenſis ſacerdotumque ac Tribunorum primariorumque ciuium cuiusque populi Dux creatus Paulinus, ſeu Paulatius Heraclianus, anno poſt C. N. DCXCVII. ſed vt Ianottus ſcribit DCCIII. ab conditis Venetijs CCLXXXII. Primus igitur ille Dux populorum conſenſu votiſque communibus appellatus, imperio ſumpto quanquam nihilominus adhuc inſulæ Tribunos legerent, ab ijs quippe ad Duces prouocatio erat, pacem cum Longobardis fecit, & Heracliæ fines à maiori planitie vſque ad minorem protulit. Diem functus anno principatus IIXX. ſucceſſorem accepit Vrſum Heraclianum, quem ſeptimo anno populi concurſu cæſum Blondus auctor eſt. Sabellicus aliter Paulatium anno imperij vigeſimo, menſe ſeptimo fatis interceptum, ſucceſorem habuiſſe Marcellum Heraclianum ſcribit, cui annis nouem Ducatu potito ſublectus ſit Orleus Hipatus cognomento Vrſus, quem XI imperij anno populus occiderit. Apparet igitur horum auctorum non mediocris circa primos Duces varietas, quippe quia Blondus vnum præterire videtur: conſentiunt tamen Vrſo cæſo nouum magiſtratum conditum, Ducisque nomen in Magiſtri Militum qui Ducis planè poteſtatem haberet, commutatum, idque Sabellicus quadrageſimo anno poſt Ducem primum creatum accidiſſe perhibet. Itaque primum Magiſtrum Militum Veneti fecere Dominicum Leonem: cui poſt annalem magiſtratum mortuo populi ſuffragijs Fœlix Cornicula ſuffectus, Fœlici Theodatus Vrſi Ducis interfecti filius ab exilio reuocatus, Theodato Iulianus Ceparius, vel vt quidem volunt Hepates, poſt hunc Cianus Fabricianus qui Magiſter Militum quintus fuit, anno quinto ſcilicet poſt conditum magiſtratum vt Sabellicus memoriæ prodidit. Blondus tamen quatuor tantùm Magiſtros Militum fuiſſe refert, Dominicum Leonem, Fœlicem Corniculam, Iulianum Ceparium, &

Ioannem Fabricianum quem Sabellicus Cianum nominat. Is magiſtratu inito populi ſeditione captus orbatusque luminibus,& ab imperio depoſitus eſt. Quidam hoc anno grauiter inter ſe conflixiſſe ſcribunt Heraclianos & Ieſulinos loco qui nunc Canalis Arcis ab illa ſpectabili cruentaque pugna dicitur: eaque de cauſa tum magnam hominum multitudinem ex Heraclia,Ieſulo,Æquilioque migrauiſſe. Poſt id certamen conuentu apud Meduacum indicto Ducum magiſtratum reſtituere viſum eſt: ſimulque Dux tum Theodatus Vrſi Ducis interfecti filius appellatur, vt ſic Magiſtorum Militum nomine inducto circa DCCXLII. à C.N. annum Ducaria poteſtas redierit. Theodatum qui ſedem Ducatus ab Heraclia Methamaucum tranſtulerat,cum ibi ad oſtium Meduaci arcem ædificaret, eaque propter in vſpicionem tyrannidis & vi retinendi imperij veniſſet, anno principatus XIII. populus per tumultum cepit, oculisq; ſpoliatum à magiſtratu depoſuit, ſublecto in eius locum eius Galla. Sed & is cum anno XIIII. principatus ſeditione populariũ captus orbatusq; luminibus & ab imperio deiectus fuiſſet, nouum publicæ poteſtatis inſtitutum eſt formatum Duce creato Dominico Monetario Methamauceno,& additis illi per ſuffragia populi binis Tribunis,qui vna rempub.pari auctoritate ac annuo magiſtratu gererent. Vix tamen annum primum imperij Dux ille implere potuit,quin multitudinis furore luminibus orbatus principatu detruderetur. Exin imperij poteſtas iterum ad Heraclianos venit Duce creato Mauritio Galbio,qui exacto anno primo vt filius ſibi in principatu collega daretur effecit, pernitioſo ad poſteros exemplo. Hoc anno Adrianus primus Pontif.Rom. Obelaltum Marinum Oliuolenſi Eccleſiæ primum Epiſcopum dedit: qui dein ædem D.Moſis condidit. Poſt hæc Caſtelli nomen accepit Oliuolum,quod in vrbis parte eſt: vbi inſulæ quædam olim ipſi Oliuolo ſubiectæ. Mauritius Dux ſuperbia magna fuit,adeo quidem vt Ioannem Patriarcham Gradenſem verberibus grauiter cæciderit,ex quibus paucos poſt dies mortem obijt: ſucceſſorq; Fortunatus cum in vltionem necis eius coniurauiſſet, populi impetu exactus in Franciam profugit. Dein autem Ducatus patri filioque abrogatus eſt, Obelerio tum Methamauci Tribuno ſublecto,qui poſt C. N. DCCCIII. annus fuit. Is nondum expleto magiſtratus anno primo, ſeditione multitudinis pulſus Taruiſium ſe recepit, ibiq; Dux iterum ab exulibus Venetis creatus fratrem Beatum collegam ſumpſit. Circa hęc tempora nempe poſt C.N.DCCC.annum cum Pipinus Caroli Magni filius Italiæ rex factus Fortunati Patriarchæ ac Obelerij Beatiq; ſuaſu bello Venetos peteret, ij non procul Taruiſio acie victi his conditionibus pacem cum Carolo Pipinoque fecerunt,vt Obelerius cum Beato fratre in principatum reſtitueretur. Ita nonnulli prodiderunt ſcriptis,adduntque poſt abitum pipini cæſum cum vxore Obelerium populi ſeditione, Beatumque ſolum in Principatu relictum. Alij ſcribunt vtrumque relegatum ad Methamaucum, nec vnquam exin ad imperium reuerſos: ſuffectumque populi ſuffragijs Valentinum eorum fratrem natu minimum. Vtcunque tamen, inquit Sabellicus,hoc ſe habeat , quintum eos annum principatus conſtat haud exceſsiſſe. Eodem anno quo cum Pipino depugnatum eſt , Heracliam Veneti excidêre : quamobrem magna tum inde nobilium hominum multitudo Venetias traducta non mediocri incremento vrbem auxit : quorum deinde plurimi reipublicæ gubernacula tenuêre , ac poſteri in hodiernum vſque diem regunt. Iiſdem temporibus & ex Aquileia multi huc domicilia ſedesque tranſtulêre: quorum acceſsione

acceſsione præter alios ex varijs indies vrbibus Venetias quoque ſe recipientes in tantum ciuitas aucta tum eſt, vt iterum hoc tempore condita poſſet dici. Accidit porro id Gallorum metu, qui illa tempeſtate Venetiam habebant infeſtam. Itaq; Duce tum Angelo Patriciaco Heracliano, Tribuniſq; cum illo duobus rempub. gerentibus, quia tam frequens circa Riuum altum concurſus hominum fiebat, vt ibi ſimul conſiſtere omnes haud poſſent, inſulæ vicinæ pontib⁹ connecti LX. cœpere quò laxiùs habitaretur. Deinde quia nobiliores potiſsimaq; ciuitatis pars Riuum altum incolebat, iſq; maiori dignitate locus, & magis reipub. gubernationi idoneus eſſe videbatur, ſententia cõmuni ſedes Ducatus eò tranſlata eſt. Sic igitur Angelus Dux huc cõmigrauit, ędesq; magnificas in loco extruxit quarũ in hodiernum vſq; diem reliquiæ ſuperſunt: qua occaſione tum ciuitatis mutari nomẽ cœpit vt pro Venetijs Riuuſaltus diceretur vt Blondus auctor eſt: pariterq; templum Oliuolenſe ab Caſtello quod iuxta erat, Caſtellanum vocatũ. Triennio pòſt Angelus Dux Heracliam refecit, at non eadẽ qua fuerat amplitudine, ciuitatemq; nouam denominauit: quæ nunc quidem adhuc appellatio ſupereſt, nec tamẽ ideo quòd locus incolatur, ſed propter Epiſcopatum. Idem Dux cœnobium D. Zachariæ fundauit illatis eius ſancti viri oſsib⁹. Circa hæc quoq; tempora Caſtellanam ædem Vrſus Epiſcopus D. Petro dedicauit: eiuſq; gentiles templa duo binis in inſulis erexère D. Seuero D. que Laurẽtio. Dein Angel⁹ Dux collegã imperij ſumpſit Ioannẽ filium natu minorem: quapropter cum Iuſtiniani maioris natu ab Imperatore Leone Bizantio reuerſi indignationem in ſe conuertiſſet, quò eius animo ſatisfaceret, Ioãnẽ populi iudicio Conſtãtinopolim exulatũ mitti curauit, ſimulq; in imperij ſocietatem Iuſtinianum cum Angelo nepote ex Ioanne filio relegato ſumpſit. Exin detecta coniuratione Ioannis Tornarici Boniq; Bragadini contra Duces eos tres inita, reis comprehenſis & morte multatis Duces periculo defuncti ſunt. Circa hæc tempora gens Tornaricorum Bonuſque Bragadinus ædem D. Danielis condidere. Mox anno à C. N. DCCCXXVII. fatis intercepto Angelo Duce, ſolus in principatu Iuſtinianus filius ſuperfuit, nec tamen ſupra biennium. Eius vltimo anno D. Marci Euangeliſtæ corpus ex Aſia Venetias allatum traditur. Iuſtiniano diem functo frater eius Ioannes ab exilio reuocatus Bizantio, Duxque nominatus eſt. Is ædis auguſtiſsimæ D. Marci quæ Curiæ Ducali cohæret fundamenta iecit, magnaque cum religione ſancta D. Marci oſſa delubro intulit. Hoc tempore Veneti maximis copijs in Methamaucenos miſsis Obelerium interfecere, quem eum in locum relegauerant: vrbemque ipſam euerterunt: quamobrem Dux tum in Franciam ad Regem citatus eò iuit. Sabellicus tamen ſcripſit eiectum coniuratione nobiliorum aliquot ciuium, principe coniurationis Caroſio Bonicis filio, eaque propter in Galliam profugiſſe, Caroſium verò Ducatu præter auctoritatem populi occupato mox Baſilij Traſimundi, Ioannis Martunij, ac Dominici Ortianici prætereaque XXX. primariorum ciuium quos libertatis publicæ deſiderium impellebat, conſpiratione captum, & oculis ademptis in exilium actum, occiſo priùs Theodato Aureo, Marino Patriciaco, Dominico Monetario, alijſque ex factione Caroſiana plurimis. Commiſſa tum reſpub. donec Ioãnes è Gallia rediret Vrſo Oliuolenſi Epiſcopo, Baſilioq; Traſimundo & Ioanni Martunio eſt. Reuerſus Ioannes non diu pòſt ob inimicitias cum Maſtalicia familia contractas in æde D. Petri circũuentus, & ornamentis Ducalibus ſpoliatus adempta barba capilloque, magiſtratus anno

octauo

octauo relegatus in Franciam eſt, vbi ſacris inauguratus vitæ ſupremũ diem cum mœrore finiuit. Ducem illi populus ſublegit Petrum Tradonicum Polæ natum, qui Gallico tumultu Aequilio pulſus Venetias ſe receperat. Is filium in principatu collegam poſtulauit Ioannem, & claſſe LX. triremium Michaëlem Imperatorem Conſtantinopolis aduerſus Saracenos Apuliam infeſtãtes iuuit, ideoq; Protoſpatarius ab eo dictus, qui tum temporis ſecundus ab Imperatore Græciæ cenſebatur honor. Dux hîc D. Pauli ædem ædificauit. Quarto dein anno Sclaui Caprularum vrbem deleuere ſub Pontificatu Maximo Sergij, qui priùs Os porci dictus fuerat: eodemq; anno fanum D. Margaritę Maurus Epiſcopus Caſtellanus condidit. Dein orbatus filio Dux Petrus, & rempub. ſolus gerens, quum in reditu à D. Zachariæ, domum à coniuratis quibuſdam anno principatus XXIX. fuiſſet occiſus, populi conuentu Treſuiri creati Petrꝰ antiſtes Aequiliꝰ, Ioãnes archidiaconꝰ Gradẽſis et Dominicꝰ Maſſonius, q de coniuratis & ꝑcuſſoribꝰ haberẽt qſtionẽ ipſeq; Dux in D. Zachariæ tumulatus anno poſt C.N. DCCCLXIIII. quemadmodũ Blondus ſcribit. Sublecto tũ Vrſo Patriciaco cæſi Principis familia non priùs ædes Ducales vt populo traderet adduci potuit, quàm inſula ſibi Pupilia cum immunitate & conditionibꝰ certis incolenda cõcederetur, vt Blondus auctor eſt. Sabellicus a tamẽ aliter, quoſdam ex principis interfecti domeſticis reos eius cædis in exilium eiectos, quoſdam ad quintum à Venetijs lapidem Pupiliam in inſulam relegatos ſcribit, qui eò cum vxoribꝰ ac liberis profecti tantis incrementis augeri cœperũt, vt frequẽtiſsimũ id oppidũ pòſt euaſerit quod deinde Genuenſi bello deletum eſt. Locus nũc vulgò Poueia nominatur antiqui Pupiliam vt ait Sabellicus, dixêre. Dux Vrſus anno principatus XIII. populi conſenſu Ioannẽ filiũ collegam aſsumpſit. Multa ꝑclarè contra Saracenos geſsit qui Anconẽ cremauerant hoſtemq; ipſum ora maris Adriatici tota propemodum ab Hydrũte Anconã vſq; direpta vaſtataq;, ad ſinum Tarentinum vt idem ibi faceret conuerſum, magna cũ multitudine Chriſtianorum perſecutus, tanta fortitudine virtuteq; petijt, vt ingenti cum detrimento eius fugaret: rurſusque dein ad inſulam Gradum profectum, eamque diripientem, tanta vi tantoque animo aggreſſus eſt, vt fugere quàm ociſsimè cogeret: nec inſequi deſtitit vſq; dum ex Adriatico ſinu prorſus eiecta peſte Italiam parte hac pacatam tutamq; reddidiſſet. Hac de cauſa cum ab Imperatore Cõſtantinopolitano Baſilio Protoſpatarius Apocriſanorum fuiſſet appellatus, honoris illiꝰ gratiam eximio munere XII. ingentium ex ære tintinnabulorum rependit, anno poſt C. N. vt Blondus auctor perhibet DCCCLXX. Prima hæc omnino tintinnabula, vulgus campanas vocat, Græcia vidit. Maxima deinde gloria rerũ geſtarum inclytus Vrſus vita conceſsit anno principatus XVII. Ioanne filio ſolo Duce ſuperſtite. Nihil & hîc à veſtigijs laudatiſsimi patris deflectens, Comaclum Rauennatibꝰ ademit: at anno tertio pòſt ob valetudinem infirmam cum populi volũtate fratrem ſibi Petrum ſubſtituit, confirmatusq; dein collegam retinuit. Is æde DD. Cornelij & Cypriani in Methamauceno litore condita diem obijt. Tum Ioannes maiorem fratrem Vrſum accepit collegã cum populi voluntate: quo poſt dies paucos imperio ſe abdicante, Ioannes etiam dein idem valetudinis cauſa fecit, ſexto poſt obitum patris anno. Sic cum ambo Duces magiſtratu vltrò ceſsiſſent, populus per comitia Ducem legit Petrum Candianum prudentiæ conſilijque maximi virum, anno à C. N. DCCCLXXXVII. Hic præclara claſſe Naretanos ſeu Sclauos ſuperauit, & iterùm aduerſus eoſdem pugnans

a lib. 3. de reb. Vẽ.

pugnans in conflictu cecidit quinto menſe principatus. Huius ob mortem turbatis vehementer populi animis Ioânes Patriciacus quem abdicauiſſe magiſtratum modo diximus, gubernacula Ducatus recepit ad temp⁹, donec trãquillis comitijs Dux alius deſignaretur, vti ſexto poſt interitum Candiani menſe contigit. Electo itaq; tũ Petro Tribuno, qui à C.N. DCCCLXXXVIII. annus fuit, Ioânes nouo Duci magiſtratũ ceſsit. His temporibus in Italia duo reges caput efferre cœperũt Franciſ ſpretis. Berengarius fuit Foroiulienſis, & Guido Spoletinus. Petrum Tribunum Ducem Bizantin⁹ Imperator Protoſpatarium etiã appellauit. Is Venetias mœnibus cinxit à Riuo Caſtelli vſq; ad D. Mariæ Iudenicæ quo in loco magnũ canalē ab æde Iudenicæ vſq; ad D. Gregorij catena ducta clauſit. Hoc anno Italiã vehementer afflixerunt Hungari, qui ab Taruiſio Mediolanum vſque ferro flammaq; cuncta vaſtarunt, & ſtagna quoque Venetorum nauibus repentè factis ingreſsi, Ciuitatem nouam, Foſſamq; Clodiam & Caput aggeris diripuerant. Fuſi tamen dein à Berengario qui exercitum XV. mill. armatorum contraxerat, verùm non tam affecti quin iterum acie dimicantes copias illi⁹ propemodũ ad internecionem cęderent: quamobrem cum hoſtē vi pelli haud poſſe Berengarius animaduerteret, ad artes & munera conuerſum largitione effeciſſe vt ad ſua reuerterētur, Blondus *a* & Sabellicus *b* perhibent, qui copioſè temporum horum calamitates monumentis prodidēre. Petrus Tribunus Dux gloria rerum præclarè geſtarum inſignis diem ſupremum expleuit anno principatus XXIII. populus Vrſum Patriciacum ſuffecit vt Blondus ſcribit, ſed Vrſum Badoarium dicit Sabęllicus. Is prudentia bonitateque vir ſumma fuit, & Protoſpatarius etiam ab Imperatore Conſtantinopolitano appellatus. Circa hæc tempora Conradus Germanus Imperij Romani gubernacula adeptus eſt: quamobrem turbatis paſsim Italiæ rebus maximam eius partem occupauēre Saraceni. Dux Vrſus poſt geſtam ſapienter rempub. annis ferè XIX. imperium populo reſtituit, & in D. Fœlicis Amiani cœnobio vitam reliquam inſtituto monaſtico ſanctè exegit. Succeſsit illi Petr⁹ Candianus q & Sanutus nam Candianorũ gentem Sanutos poſtea dictos Sabellicus auctor eſt. Patrem is habuerat Petrum Candianum Ducem, qui vti prædiximus, in pugna cum Narentanis cecidit. Protoſpatarij quoq; dignitate ornatus vti ſuperiores Duces ab Imperatore Bizantino eſt. Primus imperium Venetum in Liburniã Dalmatiamq; prouexit tam enim eo ſeculo res Imperatorum afflictę iacebant, vt quacunq; vi facile ditionem occupari ſuam paterentur. Genua quoq; tum à Saracenis direpta, cum eius vrbis maritimæ opes viresq; labefactatæ grauiter ea clade fuiſſent, Veneti ſubinde mari potentes eſſe cœperũt, & exin continuo proceſſu ad tantum maritimæ fortunæ culmen euecti ſunt, vt hoc tempore non modo rem aliorum quamuis æquent, verumetiam plurimas excedant, quemadmodum exemplis documentisque frequenter conſtitiſſe Blondus, Sabellicus, Platina, multique præterea ſcriptores docent. Petro Duci poſt annum alterum ferè principatus, vel vt alij tradunt, ſeptimum, fatis intercepto, populi ſuffragijs Petrus Badoarius Vrſi olim Ducis frater ſuffectus eſt cui quoque biennio poſt diem functo populi item ſententijs creatus ſucceſsit Candianus Badoarius filius. Is à patre collega priùs voluntate populi aſſumptus, propter inſolentiam ab imperio depoſitus fuerat verum in melius dein mutato vitæ inſtituto caſtigante mores ætate tantam opinionem virtutis collegit, vt ſumma totius ciuitatis voluntate ac lętitia patri defuncto in principatu ſublegaretur quo deiectus anteà,

a. lib. 12. hiſt.
b. lib. 3. de reb. Venet.

antea fuerat. Iterum itaque Dux factus populi conſenſu Petrum filium natu minorem imperij conſortem aſciuit: qui pòſt ob morum feritatem & inſolētiam nō ſolum poteſtate publica ſpoliatus, verūetiam in carcerem detruſus & capitis condemnatus eſt. Vitam tamen patris impetrauere preces, vt Rauennam exulatū mitteretur: vbi poſtea nullis in patriam iniurijs abſtinuit, vt ea propter mœrens pater anno principatus ſeptimo, vel vt alij volūt, vndecimo de vita migraret. Huic tamē per comitia filiū eūdem qui carcerem & exiliū tulerat, vti iam diximus, Petrū Candianum ciuitas ſuffecit. Is anno XVIII. vel XIX. Ducatus tyrannicè geſti cum per ſeditionem populariū circumſeſſus in Ducali domo fortiter inde cum ſuis ſe tueretur, flammis in ædes ab tumultuantib⁹ iniectis, ardente tecto fugām capiēs vnà cum filiolo crudeliter obtruncatus eſt: incendioq; illo non ſolum Curia Ducalis, ſed etiam D. Marci, D. Theodori, D. que Mariæ Iudanicæ templa, priuatæ verò domus ſupra CCC. conflagrarunt. Blondus trium Ducū qui hunc Petrum Candianum ordine præceſſere, memoriam omittit, nempe Petri Candiani primi, Candiani & Petri Baduariorum: nonnullaq; ſub hoc vltimo Petro Candiano commemorat, quę ſub primò contigere: & rurſus quædam primi tēporibus attribuit, quæ ſunt poſterioris, vt hæc tempora liquidò confundat, fortaſſe quia non animaduertit geminum fuiſſe Petrum Candianum Ducem. Creatus exin pacata poſt interitum Petri Candiani ciuitate Dux Petrus Vrſeolus, qui prouinciam oblatam magna cōſtātia recuſauit, & vix tandē vt ſuſciperet pcib⁹ ſe amicorū ſummis ſiuit per moueri, maturus vir & ſapiens. Inito itaque licet inuitè magiſtratu, D. Marci baſilicam refecit, magnaq; cū religione ſanctiſsimas eius reliquias quę flammis ardēte templo fuerant ereptæ, ſuum in locum repoſuit. Tabulam quoque ditiſsimam illam & artificioſiſsimam ex auro mirabili nobilitate gemmarum ornatam, quæ ab Conſtantinopoli delata tūm erat, & in hodiernum vſq; diem hîc viſitur, in arā templi ſummam collocauit. Hoc tempore Ioannes Maurocenus monachus D. Georgij cœnobium auxit. Dux haud diu pòſt clam in Aquitaniam anno imperij ſecundo profugiens, monaſticum inſtitutum vitæ cepit, in luctū & lachrymas cūcta ciuitate meritò propter amiſſum tanta ſapientia humanitateq; Principem effuſa. Sublectus illi Vitalis Candianus Petri tertij filius: at non diu rempub. geſsit: etenim anno altero cauſa valetudinis abdicato Ducatu, in cœnobium D. Hilarij ſe deferri voluit, vbi fato deinde conceſsit. Eius ędis ruinæ adhuc ſuperſunt ad Brētam in pago Gambararum à Venetijs VIII. lapide. Lectus hinc per comitia Dux Tribun⁹ Memuas, prudētiæ ſingularis ſed admodū taciturn⁹ & verborū parc⁹ vir. Hunc anno XIIII. principatus magiſtratum abdicare, monaſticamq; veſtem ſumere populus coēgit: cui iniuriæ nec diu ſuperfuit. Depoſitum ab eo magiſtratum ciuitas paribus ſententijs ad Petrū Vrſeolum detulit, ſub quo res Veneta non ſolum finitimis in locis, verumetiam extra ſtagna lōgè lateq; creuit: ſubiunxit quippe in ditionem Parentium & Polam, itemq; Iaderam: dein & omnem oram Dalmatiæ quæ mari appoſita domuit, etiam Belgrado Traguri oque Dalmaticis inſulis cum Epetio parere coactis. Corcyram nigram inſuper expugnauit, & vi quoque cepit Leſinam euertitq;. Epidaurios in amicitiam accepit: Naretanis imperia dedit: breuiter vniuerſum Dalmatiæ tractum circa mare cum inſulis finitimis ab Iſtria vſq; ad extremos Illyrici fines ditionis effecit Venetæ. Cum hac inſigni rerum geſtarum gloria reuerſus, ex Senatuſconſulto Dux Venetiarum & Dalmatiæ dictus eſt, ita quidem vt hoc nominis ad poſteriores exinde principes etiam commearet.

Vrbem

Vrbem quoque Gradum inſtaurauit, quam Pepo Aquileienſis Patriarcha fraude captam euerterat: refecit ibidem etiam ędem ſplendidiſsimam illatis ſummo cum honore D D. Fortunati, Hermacoræ, Dionyſij, Largi, & Hermogenæ oſsibus. Domum quoque nobilem ſeceſſus cauſa ſibi ſtruxit Heracliæ, cum ſummo templo. Circa hæc tempora Venetias Roma venit Imperat. Cæs. Otho, ciuitatemque munere liberauit aurei pallij quod Imperatoribus Rom. in annos ſingulos ex pacto præſtabat. Poſt hæc voluntate populi collegam ſibi Dux Petrus filium aſſumpſit Ioannem. His temporibus Faletrorum gens nobilis ædem D. Benedicti cum cœnobio fundauit, additis ad alimenta monachorum fundis plurimis. Petrus Dux annis XIX. principatu geſto cum iam antè Ioannes filius deceſsiſſet diem obijt ſepult⁹ in atrio D. Zachariæ. Sublectus eſt Otho filius. Is virtuti paternæ haudquaq̃ impar Adrianos apud Laurẽtũ tanta ſtrage cęcidit, vt ea dies extremũ vrbis Adrię fatum ac interitum habuiſſe viſa ſit, quæ mari Adriatico propter celebritatẽ olim nomen dederat, vti in Romanula tranſpadana diximus. Idem Dux Valerianos etiã quorum regio nunc Coruatia, deuicit: tandem verò coniuratione Dominici Flabonici hominis nefarij circumuent⁹, adeptaq; barba in Gręciã exulatum miſſus, ibi poſt dies paucos mœrẽs animã edidit poſt quintũ ferè ſumpti Ducat⁹ annum. Suffecit populus Petrum Centranicũ vel Barbolanum, nam vtrumq; nomen eius familiæ fuit. Sub hoc Duce Pontifex Rom. Gradenſem Eccleſiam regionis Venetiæ cæterarum metropolitanã conſtituit. Quarto principat⁹ anno ſeditione popularium auctore Vrſo Gradẽſe Patriarcha Dux Petrus captus, & barba ſpoliat⁹ cum habitu monaſtico in exilium iuit. Imperiũq; mox Vrſo Patriarchę cõmiſſum, donec Otho Vrſeol⁹ frater ab exilio reuocat⁹ adueniret: at poſtq̃ eum vita iam priùs deceſsiſſe conſtitit, Vrſus Patriarcha Ducis gubernationem apud populum depoſuit: quem mox Dominic⁹ Vrſeol⁹ frater auctoritatem ciuitatis capeſſere auſus, non vltra biduũ potuit tenere. imperiũ enim multitudinis ad cædem quæſitus fuga Rauẽnam euaſit, vbi iudicatus exul poſt dies paucos mortem obijt. Eo itaq; fuga dilapſo Dominicus Flabonic⁹ per comitia Dux creatur. Is et auctor priùs fuerat vt Otho Vrſeolus in exilium truderetur, & principatũ adept⁹ propter inimicitias odiumq; quod cum Vrſeola gente priuatum exercebat, omnibus viribus contendit effecitq; quò gens illa plebiſcito vetaretur ad Ducatũ alióſue magiſtrat⁹ ac honores vnq̃ aſpirare, iusq; ſuffragiorũ etiã in ciuitate deinceps habere vllũ. Legem verò & vtiliſsimam reipub. rogauit, ne poſteris Ducibus collegam in imperio ſumere quod ſuperiores pleriq; fecerãt, ius porrò eſſet. Decimo principat⁹ anno grauis ætate vitã finiuit. Blondus in horũ Ducum recenſione plurimũ deficit, vti & in ſequenti ũ: quamobrẽ Sabellicũ nos ſequemur, quod hactenus etiã ferè fecim⁹. Dominico Flabonico Duci vita defuncto populus Dominicũ Cõtarenũ ſuffecit. Hic Iaderã quæ ab imperio defecerat, expugnauit: intereaq; Pepo Aqleienſis Patriarcha Gradu iterũ capto maiori ibi clade quã priùs, incẽdio ac vaſtatione graſſatus eſt. Dominic⁹ Cõtarenus Dux cœnobiũ D. Nicolai litorei, nec procul hinc aliud D. Angeli fundauit. Animã edidit poſt annũ magiſtrat⁹ XXVI. et ad D. Nicolai litorei funere publico elat⁹ eſt. Ibi tũ in exequiarũ eius ſolennib⁹ repẽte Dux nou⁹ à populo cõmunib⁹ votis & ingẽti roti⁹ ciuitatis lętitia nominatur Dominic⁹ Syluı⁹. Vxorẽ is habebat nobilẽ è Cõſtãtinopoli, tantę ambitionis ſuperbiæq; ac tãtarũ delitiarũ mulierẽ, vt quemadmodũ à Petro Damiano proditũ eſt, aquã purã ad manus aut aliã corporis partẽ abluendam indignaretur, cibum non digitis, ſed

XXx furcillis

furcillis aureis caperet, odoribꝰ exoticis & aromatibꝰ p̃tioſiſsimis adeo perfunde-
ret conclauia, vt earũ rerum inſolentes ad ingreſſum ſtupidi attonitiq́; tanq̃ conſi
ſterẽt. At hercule nihil in rebꝰ humanis fragilibus caducisq́; quicq̃ breuiꝰ & minꝰ
ꝑpetuũ huiuſcemodi eſſe delitijs poſſe, quãtoq́; maiores ſint, tanto periculũ maiꝰ
ſecũ trahere rès ipſa docuit, quum tantis voluptatibꝰ ſepulta mulier, q̃ purã laquã
cõtingere priùs abhorrebat, tandẽ ſanie purulẽti humoris quo toto corpore ſcate
bat, liberare ſe haudquaq̃ potuit: exemplo ſanè mortalibꝰ ſpectabili qui ſtudium
cõſeruandorũ corporũ in has molles delicatasq́; voluptates collocãt. His tẽpori-
bꝰ Dominico Oliuolenſi Epiſcopo mortuo, Ducis filius ſuffectus Henricus, qui
Oliuolenſem Eccleſiã Caſtellanã iuſsit vocari, quod nomẽ hinc ad poſteritatem
manauit. Ducẽ Syluiũ cum in Normãnos ad Dyrrachiũ eſſet profectus, anno prin
cipatus XIII. malè geſta re Venetias reuerſum populus ab imperio depoſuit. Alij ta
men anno XXIII. Principatꝰ fato conceſsiſſe prodiderũt, et in D. Marci ſepultũ.
Succeſsit ritè per comitia Vitalis Falerius, qui per legatos ab Imperatore Conſtã-
tinop. Alexio, Dalmatiæ Coruatiæq́; imperiũ obtinuit, primusq́; regionũ illarum
omniũ Dux vt in quibuſdã annalibus legitur, appellatꝰ eſt. Circa hæc tẽpora Ve-
netias ab Taruiſio venit Imperator Henricꝰ IIII. qui admiratione ſumma ꝓpter
ſitũ loci ac deſcriptionẽ ædificiorũ cõmotus, poſt multa de laudibꝰ ciuitatis dicta,
Regnũ eam nuncupauit, quoniã regni formã tot inſulæ confertæ tectis habere vi
debantur. Hoc anno quoq́; ſacrum D. Marci Euangeliſtæ corpus quod diu abdi-
tum latuerat, repertũ, & maximis populi honoribus affectũ traditur. Marcus quo
que Iulianus cœnobium Virginis tum quod Charitatis dicitur, ædificauit. Deinde
Laureti caſtellũ quod ob antiquitatẽ pene conciderat, Dux Vitalis refecit, additis
immunitatibꝰ permultis quò frequẽtius incoleretur locus. Defuncto eo XII. Prin
cipatus anno, vel vt alij. XIII. Vitalẽ Michaẽlẽ populꝰ Ducẽ dixit. Is claſſem CC.
nauium in Ioniã miſit quo tẽpore Chriſtiani ad bellũ ſacrum in Aſiã iuere. Obijt
anno Ducatꝰ quinto: ſuffectusq́; ciuitatis ſuffragijs Orlafus Falerius, ſub quo Bal-
duinus rex Hieroſolymarũ Venetis ob res maximas cõtra Saracenos geſtas ædẽ,
vicũ, forũ, areã, vnà cum Frãcis habere permiſit apud Ptolemaidẽ, vbi ius arbitrio
exercerent ſuo: nec ſolum ea in vrbe, ſed in Hieroſolymitani regni omnibꝰ vbi vel
lent idẽ conceſsit, additis præterea multis p̃rogatiuis. Hoc tẽpore quoq́; Venetijs
incendiũ vaſtiſsimũ eſt obortũ, quo plurima tecta magnaq́; pars vrbis conflagra
uit: etenim à domibus Henrici Zenonis euagata flamma vſq́; ad ædẽ D. Apoſtoli
ꝓceſsit: crematáq́; tota hac regione trãs canalẽ magnũ vento acta, etiã D. Caſſani
inſulã abſumpſit: hinc inſuper vſq́; ad Matris Domini fanũ omnia hauſit: & vlte-
riùs etiã D. Agathæ vicũ, D. Auguſtini, D. q́; Stephani trãs canalem vaſtauit. Ignẽ
hunc alius eſt ſecutus maior, altero vel paulo amplius menſe, qui ab ædificijs Zan
canorũ in inſulã D. Laurẽtij ꝓceſsit: hinc euagatus vtrinq́;, denas ſenas vrbis inſu
las exedit cũ parte Ducalis domꝰ quæ ad ædẽ D. Baſsi erat cõuerſa. Blondꝰ auctor
eſt plebanica templa ferè XX. arſiſſe. Eodẽ tempore Methamaucũ etiã incẽdio fla
grauit, paucoſq́; poſt dies cũ terræmotibus, tũ inundatione deletũ pene totũ eſt:
quibus caſibus etiã Venetiæ tum magna ex parte cõquaſſatę. Mirũ porro videri de
bet nemini, tanta his temporibus incendia coorta, neq́; ſolum Venetijs, verũ etiã
alijs in vrbibus Italiæ, quemadmodũ apud Bononienſes atq́; Mediolanenſes, vti
in hiſtorijs Bononiæ ſcripſimus: quippe quia tum domus plerumq́; materia cõſta
bant lignea, vti etiamnũ in Gallia Germaniaq́;: quamobrem acceſus vno in loco
ignis

ignis facili momento ventorũ vi longè lateq́; ſpargebatur. Hui⁹ quoq; Ducis tẽporibus Gradonici fanũ D. Cypriani cum cœnobio condidere Muriani, quo virgines à Methamauceno D. Cypriani monaſterio trãſlatæ. Pariter & dom⁹ Hilariã nę Methamaucenę ſodales ædẽ D. Sorboli incolẽdã acceperũt, Badoarijq́; templũ Sanctæ Crucis cum virginio fundauere. Poſt hæc Ordelafus Dux Iaderã recepit quæ à Venetis ad Hungariæ regẽ defecerat, ac dein bellũ aduerſus Hungaros in Illyrico gerens, ictu lanceæ perijt anno principatus XIX. Venetiasq́; delatus ſepulcrũ in D. Marci magnis cũ honoribus adeptus eſt. Comitijs inde protinus indictis Dominicus Michaël Dux appellatur, qui claſſem CC. nauiũ in Turcas Syriã infeſtantes Chriſtianis duxit auxilio, maximisq́; rebus in Aſia geſtis domũ ſe recipiẽs apud Chion inſulã glorioſo D. Theodori corpore potitus, id maximis cũ honoribus Venetias attulit. Methonẽ etiã in Peloponẽſo domuit, viq; Traguriũ & Epetium cepit. Hac tẽpeſtate D. Donati oſſa Venetias à Pera delata, religioſeq́; in ei⁹ æde poſita ſunt. Dominicus Dux anno magiſtratus XI. fatis interceptus in veſtibulo templi D. Georgij ſepultus eſt. Succeſſorẽ illi populus dedit Petrũ Polanũ generũ. Huius ſub principatu Fanũ in Venetã ditionẽ venit, Petrusq́; Gatiloſus ædẽ D. Clementis cũ Xenodochio iuxta canalẽ orphanũ extruxit, odia quoq; grauiſſima diſcordiæq́; inter Venetos & Piſanos exortæ. Dux hic Corcyrã inſulã cepit, & Emanuelẽ Imperatorẽ aduerſus Ruggeriũ Siciliæ regem adiuuit: tandẽ principatu annis XIX. geſto vita concedẽs ſucceſſorẽ habuit, ex auctoritate populi Dominicũ Maurocenum, q vrbes Iſtriæ tributo deuinxit. Sub hoc turris eximia D. Marci tintinnabulorũ, Campanile vocant, ædificari cœpta, cuius fundamẽta quę latẽt plus operis habere credi, quàm ad auras extet ait Sabellicus, & ſummũ faſtigium adeo ſublime eſt, vt aurei tecti fulgor in alto nauigantibus ad CC. ſtadiũ veluti ſidus appareat, ipſaq́; ex turre naues ab Iſtria Liburniaq́; ſoluentes cõſpici queant. Sed antea ſatis multa hoc de opere diximus. Eodem tẽpore fanũ D. Virginis quod crucigerorũ dicitur, conditũ, item ædes D. Matthiæ Apoſtoli à Gauſonib⁹, areã cõcedente Bernardo Cornario. Supremũ ſpiritũ Dux Dominic⁹ edidit anno ferè principatus octauo, tumulat⁹ honorificè in æde Cruceia. Populus ſubinde Ducẽ appellauit Vitalẽ Michaëlẽ ſecundũ, qui ſumptis imperij ſolennibus pacẽ cum Piſanis fecit, Traguriũ excidit, partẽ murorũ Epidauri deiecit, inſulã inſuper Chion in ditionẽ ſubiunxit. Tandẽ inclyta virtute homo principatus anno XVII. circumuẽtus inimicorũ inuidia trucidatusq́; eſt, quare intellecta populus comitijs coactis, creatisq́; ſtatim X. viris rempub. donec de ſumma rerũ ſtatueretur illis cõmẽdauit. Dein cõmunibus ſententijs Aureus Malipetra vir optimus Dux appellatur, q recuſato principatu auctor populo fuit vt Sebaſtianũ Ciãnũ ingenij ſummi ac ſpectatæ virtutis hominẽ eo magiſtratu ornaret, quemadmodũ etiã ſtatim factũ eſt. Huius tẽporibus Venetias è Gręcia nauib⁹ onerarijs quas vulgò zattaras vocãt, tres eximiæ magnitudinis colũnę ſunt aduectę. Quidã Cõſtantinopoli delatas tradidere, nulla pene diuerſitate, quoniã & illa Græciæ vrbs cenſetur. Quũ ex nauib⁹ in terrã deponerẽtur, vna molis vi fractis artificũ organis in aquas decidit, vbi etiãnũ imo in fundo cerni poteſt, alię duæ circa fori Marciani caput locatę modico inter ſe ſpatio, quẽadmodũ nũc cõſpiciũtur, de quib⁹ ſuprà mentionẽ fecim⁹. Artẽ qua tã vaſtę moles erigi potuere Sabellicus pſcriptã ſe reperiſſe teſtatur, aſperginẽ validiſſimorũ rudẽtum, & funes nouos aqs madefactos paulatim ſe cõtrahentes, inuẽtorẽ rei Longobardũ fuiſſe, nec aliud induſtriæ poſtulaſſe præmium, quàm vt aleatoribus

hoc in intercolumnio ludere vel dolo malo impunè liceret. Primus hic Dux põtem Riualti fecit. Temporibus eius Venetias acceſſere Pontifex Rom. Alexãder III. & Imperator Cęſ. Fridericus Ænobarbus, quos in gratiam inuicẽ reſtituit: quamobrem vt ſe gratum rurſus Pont. oſtenderet, itemq; Fridericꝰ Imperat. ꝑter dona, multis eum etiã ꝓrogatiuis ornarũt. Inter cætera dedère tubas argenteas octonas, vmbraculum, facẽ candidam, iuſq; in plumbum ſignãdi. Sub hoc etiam ſapientiſſimo Duce D. Marci templum auctũ eſt. Deceſsit dein anno imperij ſeptimo, vel vt alij ſcribunt octauo, grauis admodum ætate: ſepultus in D. Georgij. Tum comitijs coactis populꝰ IIII. viros creauit deligendorũ quadraginta virorũ à quibꝰ Dux diceretur. Ita Dux factus Aureus Malipetra qui priùs imperiũ recuſauerat. Is induſtria ſumma Piſanos ab Anconitanorum amicitia diſiunctos in ſocietatem Veneti nominis pertraxit: tandemq; nono anno, vel XIIII. vel XX. principatus, tanta quippe hic auctorũ varietas, depoſito magiſtratu vitam monaſticam in cœnobio Sanctæ crucis capeſsiuit, vbi ſupremum edidit ſpiritum. Huic igitur imperium abdicanti ex plebiſcito de XL. viris electoribꝰ Dux ſuffectꝰ eſt Henricus Dandalꝰ. Is Polã à Piſanis occupatam recepit, & mœnibꝰ nudauit: deinde pace cum Piſanis facta claſſem CCXL. nauium ꝑter LX. triremes quas ab initio belli inſtructas Veneti habuerant, in Turcas miſit: Iaderam quartùm expugnauit: vnà cum Francis Iſaciũ olim Imperatorẽ ab Alexio fratre luminibꝰ orbatũ in imperiũ Cõſtãtinopolis reduxit Alexio pulſo. Deinde necato Alexio alterꝰ Alexij Myrtilli filio ſimul cũ Francis Cõſtantinopolim cepit, quũ fortibꝰ ductis imperium Frãcis, patriarchatꝰ cum imperij quadrante Venetis ex pacto ceſsit, quẽadmodũ nõnulli ꝓdiderunt. His ipſis temporibꝰ inſula Creta Venetis à Balduino Gallo Imperatore Bizantij condonata eſt. Diem poſtea functo hoc Duce, & in atrio D. Sophiæ tumulato, ſententijs XL. virorum Dux creatur Petrus Cianus Sebaſtiani olim Ducis filius: ſub quo Venetis ciuibus diuerſis loca hæc conceſſa ſic vt auctoritas imperij ſumma penes rempub. Venetam maneret, Corcyra, Methone, Corone, Gallipolis, Naxos, Paros, Melos, Herina, Andros, Chalcis Tenos, Mirina, Sciatos, Philocalos et Lẽnos. Conceſsionis ẽa cauſa fuit quoniam ab ipſis quibus concedebantur, in ditionem ſubiũctę fuerant: diu verò deinceps in Veneti nominis poteſtate cõſtitere. Deducta etiam hoc tempore colonia eſt Candacem, vti olim vocabatur, quę Candia nũc, in Cretã: equites ex patritiorũ ordine: pedites è plebe deducti. Tabulã quoq; ſub hoc Duce aureã in D. Marci ara qua de ſuprà memorauimꝰ, plurimũ nobiliſſimis gemmis & margaritis, vti nunc cernitur, ornauit Angelꝰ Falerius reipub. procurator. Dux iam ętate cõfectꝰ anno imperij XXII. quũ ſe porrò negotijs curiſq; reipub. ſufficere haud poſſe putaret, vitamq; reliq̃ in otio ſanctè cuperet exigere, depoſito ſponte magiſtratu cœnobium D. Georgij ingreſſus nec diu pòſt vitam finijt, illatus monumento iuxta patrẽ. Deinde XL. virorũ ſuffragijs Dux creatus eſt Iacobus Theupolus. Huius principatu Iadera quintùm à Venetis defecit: protinus tamen recepta, concedente quoq; Bella Hungarorũ rege ius omne quod ad Hungaricũ regnũ ex ea vrbe pertineret Iacobus annis XX. repub. geſta moriẽs, ſepulcro conditus eſt in D D. Ioãnis & Pauli æde quã Prędicatorũ familia tenet, primusq; Ducum tumulo hoc fanũ nobilitauit. Succeſſorẽ in Ducatu habuit Marinum Maurocenum, nouo inſtituto deſignatũ vt ꝓdidit Sabellicus: condita nãq; tunc alia Ducũ creandorũ ratio, q̃ ſi quis cognoſcere velit, apud Sabellicũ inueniet, qui libro hac de re cõpoſito ſummũ ingeniũ ſummãq; prudentiã legis auctorũ celebrauit.

celebrauit. Cōmemoratur etiā à Donato Ianotto Florētino. Deceſsit Marinꝰ Dux
anno imperij quarto, cōditusq́; monumēto in D. Marci. Succeſſorē nactꝰ eſt per
Electorū ſuffragia Rayneriū Zenonē, cuius tempore magna cū Genuenſibꝰ mari
bella geſta, queadmodū Blōdus & Sabellicus memoriæ ꝓdiderūt. Mortē is obijt
anno principatꝰ XVII. ſepulcroq́; cōditꝰ in DD. Ioānis & Pauli. Suffectus Lauren
tiꝰ Theupolꝰ Iacobi Ducis filiꝰ, à quò ꝓlijs aliquot cū Bononiēſibꝰ ad Primarium
varia fortuna factis, tandē ad cōditiones & pacta ventū, vti apud Blondū & itē in
Bononiēſiū annalibꝰ pſcriptū legitur. Ita dein anno is imperij ſumma cū laude ac
gloria geſti, ſexto defunctus, monumēto in DD. Ioānis & Pauli iuxta patrē illatus
eſt. Electores cōmunibꝰ ſentētijs Iacobū Cōtarenū ſuffecere. Sub hoc armis in po
teſtatē retracti Iuſtinopolitani Iſtriæ q defecerāt; pugnæq́; graues cū Anconitanis
in mari factę, cū qbus tamen & pax deinde cōpoſita. Cōfectꝰ ætate Iacobꝰ imparq́;
iā reipub. curis magiſtratū patribus reſtituit: nec diu poſt vita concedēs in ſodaliū
Minorū æde ſepultus eſt, primus omnino Ducū eò illatus. Poſt eius abdicationē
cōmuni cōſilio Dux electus abſens Ioānes Dandalus, ſub quo Ptolemaidē Sarace
ni ceperūt. Animā edidit anno principatus X. magnaq́; pōpa funus ductū ad ædē
DD. Ioānis & Pauli, vbi monumēto maiorū illatꝰ. Peractis ſtatim eius exeqis ſedi
tio in ciuitate grauis oborta plebis, minaciter & acerbè de patritiorū ordine con-
quœrentis, et Iacobum Theupolum virū grauem prudentemq́; Ducē poſtulantis:
qui re cognita, ſtudio reipub. libertatisq́; patriæ ductus plebi ſapiēter reſtitit: ſed
vt vi et furori multitudinis obuiam iri haud poſſe videt, inſequenti nocte clam ad
Marociū capit fugā: ibiq́; tantiſper latuit donec tumultus conſideret. Dein ex inſti
tuto ac lege ciuitatis Dux creatus eſt Petrus Gradonicus, tum temporis in Prętura
Iuſtinopolis abſens. Huius principatu durante Veneti à Genuenſibus claſſe victi,
coniurauitq́; Baiamontes Theupolus cum Quirinis, Barocijs, Dorijs, Badoarijs,
& Baſilijs in necē Ducis aliorumq́; plurimorū imperij occupandi cauſa: ſed pro-
ditis eorū conſilijs rei ſupplicio affecti. Iaderani ſextò defecerūt. Exceſsit Dux Pe-
trus imperio annis XII. mēſibus IX. geſto: ſepultus in D. Cypriani. Secutus ꝑ Ele-
ctorū ſuffragia Marinus Georgius, qui cœnobiū D. Dominici fratrū Prædicatorū
obſeruātiæ vt vocāt, fundauit, & menſe principatus X. fatis interceptus, monumē-
to in DD. Ioānis & Pauli ęde iacet. Huic ritè ſucceſsit Ioānes Superātiꝰ, qui Ducatꝰ
ſexto mēſe XVI. anni Iaderanis in ditionē receptis ſupremū diē expleuit, ſitꝰ in D.
Marci templo iuxta Baptiſteriū. Sublectꝰ patrū ſuffragijs Frāciſcus Dādalꝰ cogno
mēto Canis ob pietatē erga patriā inſignē, vt Blondꝰ & Sabellicus in hiſtorijs per
hibent. Is bello Scaligeros petijt Veronæ Patauijq́; regulos, & Taruiſiū, Baſsianū,
Caſtellū Baldi, aliaq́; multa oppida cepit. Caſtellū Baldi tn̄ et Baſsianū S. C. Car-
rariēſibꝰ Patauinorū regulis poſtea cōdonata. Diem Frāciſcꝰ obijt anno principa
tu XI. ſucceſsitq́; lege ciuitatis Bartholomęꝰ Gradonicꝰ. Hoc Duce ſpatioſiſsimū
illud comitiū in Curia factū, vbi patritiorū ordo magiſtratibus tum vrbanis, tū
prouincialibus creandis coit, & nōnunq̄ diebus integris octo dū ſentētijs variare
tur, nec priusq̄ conueniret abſcedēdi eſſet facultas, cōmoratus eſt, vti Sabellicus a a lib. 3.
tradidit. Comitiū id ſummorū pictorū opera nobilitāt, ꝑcipueq́; Belinorum: & vi Decad. 2.
ſuntur hic Iacobi Sannazarij, Petri Bembi Cardinalis, & Andreæ Nauagerij do- rerū Venc.
ctiſsimorum hominum expreſſæ ad viuum imagines. Sabellicus ſcribit tradidiſſe
quoſdam, his temporibus primùm omnium ex vrbe magiſtratus Methamaucum,
Pupiliam, & Paleſtrinam miſſos. Bartholomæus Dux annum alterum, menſes

nouem in principatu tantùm vixit, monumẽto illat⁹ magna cũ põpa in D. Marci æde. Succeſsit ritè deſignat⁹ Andreas Dandalus ab inſigni benignitate humanitateq́;, nec maior annis XXXVI. mãſuetiſsim⁹ appellatus. Literarũ ſtudijs admodũ deditus erat, & non inelegãtes vt Franciſcus Petrarca teſtatur, hiſtorias ſcripſit, nominatimq́; celeberrimas rerũ Venetarũ. Hac tẽpeſtate Iaderani ſeptimò defecerunt ſed armis & vi protinus in poteſtatem redire coacti. Claſſem quoq; Genuenſium apud Sardiniam Veneta diuicit. Anno deinde principatus magna cum laude geſti duodecimo Andreas fato cum cõceſsiſset, in æde D. Marci conditus monumento eſt. Sublectus ritè Marinus Falerius Vallis Marinæ Comes & Eques auratus, legatione ad Max. Pontif. abſens. Hoc tempore claſſem Venetam Paganus Aurius Genuenſium claſsis præfectus rupit. Dux Marinus ob affectatam tyrannidem imperij menſe nono cæſus eſt, ſublectusq́; Ioãnes Gradonicus cognomento Naſonus, qui pacem mox cum Genuenſibus fecit, & poſt menſem imperij XIIII. fato interceptus, honorifico funere delatus ad ædem ſodalium minorum ibi ſepultus eſt. Dux tum dictus abſens Ioannes Delphinus, qui principatus anno quinto ſupremum diem clauſit, inq́; DD. Ioannis & Pauli æde iacet. Patres Laurentium Celſum abſentem quoq; tum ſuffecere, ſub quo cum ab imperio defeciſſent Cretenſes, domiti mox armis & bello ſunt ductu auſpicijsq́; Ludouici Vermij copiarum Veneti nominis præfecti. Tertio dehinc anno, menſe decimo principatus exacto Laurentium fata rapuere, qui magna cum pompa ſepultus apud Cæleſtinos. Succeſſorem accepit Marcum Cornalem, cuius temporibus cum iterum Cretentes defeciſſent, armis in poteſtatem retracti ſunt. Obijt poſt anni tertij menſem octauum, ſitus in DD. Ioannis & Pauli. Ducatus hinc ad Andream Contarenum ritè delatus. Is accepto de ſe ciuitatis iudicio clã in agrũ Patauinũ ſe ſubduxerat: multis tamẽ coniunctorum amicorumq́; conſilijs adactus, qui patrum mentẽ voluntatemq́; certam eſſe docebant magiſtratum capere eum oportere, ſin min⁹, exilio multatũ tanq̃ patriæ hoſtẽ, domoq́; direpta bona eius in publicum redigẽda, ſuſcepit qdẽ imperiũ, at prorſus inuitiſsimè. Circa hæc tẽpora cũ Tergeſtini defeciſſent, bello petiti atq; in ditionem retracti ſunt. Pugnatum etiam cum Genuenſibus frequenter, qui fortunã belli ſecuti maximis iam cladibus affecta re Veneta Foſſam Clodiã vſq; peruenerãt. Vicit tamẽ ad extremũ Veneta claſsis, & exinde fœliciter hoſtẽ perſecuta Foſſam Clodiã decimo menſe poſtq̃ à Genuẽſib⁹ occupata fuerat, recepit. Pax dein anni ſexti menſe quarto poſt inceptum bellum facta. Contarenus ſupra XIIII. annum princeps fato raptus, in D. Stephani æde ſepultus eſt. Patres inſignia Ducatus Michaëli Mauroceno tradidere, qui poſt quartum menſem vita decedens in DD. Ioannis & Pauli ſepulcrum habuit. Succeſsit Antonius Venerius abſens electorum votis dictus. Is tanta integritate ſæueritateq́; fuit vir, vt filium obſcuro carcere necari voluerit propter ſtuprum virgini oblatũ diuis filiæ: quanquam & occidendum publicè decreuerat, niſi patrum interceſsiſſent preces, quibus ſe permoueri hactenus eſt paſſus, vt in carcere ſupremum vitæ ſeiem agere eum pateretur, exẽplum herculè nec impar gloriæ Bruti Torquatiui. Vita conceſsit tam iuſtus ac ſæuerus Princeps anno Ducatus IIXX. delatusq́; eſt in ædem DD. Ioannis & Pauli. Succeſſorem accepit Michaëlem Stenum, ſub quo in Venetam venẽre ditionem. Verona, Vicentia, Colonia, Feltrium, Bellunum, Patauium: Iaderamq́ue Ladiſlaus Hungariæ rex Venetis vendidit. Diem functus anno principatus XIII. honorificè delatus eſt in ædem D. Marinæ. Tra-

ditum

ditum à quibuſdam ſcimus vltimum eum familiæ ſuæ, Stenorum extinxiſſe nomen. Subleſtus patrum ſententijs ſtatim Thomas Mocenicus, qui tum legationẽ ad Gabrinum Fondulum Cremonæ tyrannum obibat. Eo inſignia Ducatus tenente Venetum in imperium venêre Ciuitas Foriiulij, Opitergium, totaq́; Foriiulij regio: Baſilica D. Marci incendio conflagrauit, inſtaurataq́; Ducales ædes. Poſt decimum principatus annum, menſem tertium mortuus, in æde DD. Ioannis & Pauli monumento conditus eſt. Patres Franciſcum Fuſcarum ſuffecerunt, ſub quo ad Veneti nominis auctoritatem ſe contulere Brixia, Bergomum, & Rauenna. Clades etiam ad Carauagium à Franciſco Sfortia Mediolanenſium legato accepta: cum quo deinde contracta ſocietas in imperiũ accepta Crema, ruſusq́; bellum geſtum, tandem verò cum Dux Mediolani eſſet factus, amicitia denuo inita fœdusq́; percuſſum. His temporibus Venetias venit Fridericus tertius Imperat. cum Eleonora Imperatrice, quibus haud diu antè Pontifex Max. Auguſtalem coronam Romæ poſuerat. Eos Dux & patres ſummis honoribus exceptos amplisſimis quoque muneribus ornauere. Ducem hunc dein annum ętatis nonageſimum agentem prudentiſsimè repub. geſta auctaq́;, quoniam ob decrepitam ętatem publicis amplius curis haud ſufficere videbatur, patres ab imperio depoſuere, ſubleсtọ Paſcale Malipetra: qua re ſenex intellecta, principatus anno XXXIIII. quoniam in affecto corpore vis tamen animi vigebat, nõ diu pòſt ex dolore mœroreq́; mortem obijt: delatuſq́; eſt in ædem ſodalium Minorum habitu inſignibusq́; Ducalibus exornatus, in põpa funeris comitante nouo Duce cũ patribus magiſtratibusque vrbis veſtem atram ac lugubrem inductis: quod omnino abſq; the temporum ſuperiorum exemplo contigiſſe, nimirum vt Dux alter alteri funus duceret etiam Sabellicus teſtatur. Paſcalis ferè poſt annum quartum, menſem ſextum & ipſe vita conceſsit, in DD. Ioannis & Pauli ſitus. Succeſsit ritè Chriſtophorus Maurus, qui Anconam ad Pium II. Pontif. cum triremibus aliquot profectus, operam ſuam in bellum Turcicum de quo conſilia tum erant inita, obtulit. Sub hoc Principe Chalcidem expugnauit Othomanus Turcarum rex. Ædem cum cœnobio D. Iobis ſtruxit: annisq́; nouem, menſibus ſex repub. geſta ſpiritum ſupremum edidit, monumento poſitus in D. Iobis æde. Patres Nicolaum Tronum ſuffecere, qui nummum argenteum percuſsit cum ſua imagine, Tronos vocant, & poſt vigeſimum Ducatus menſem exceſsit, ſitus in æde ſodalium Minorum. Sublectus inde Nicolaus Marcellus, qui nummum & ipſe cum ſuæ gentis appellatione ſignauit, & vix XV. menſe principatus exacto moriens ſepulcrum habuit in D. Marinæ. Secutus eſt Dux ritè deſignatus Petrus Mocenicus, à quo nummus dictus: gemini Marcelli pretio Mocenicus. Fato conceſsit anni principatus ſecundi menſe altero, in DD. Ioannis & Pauli ſitus. Eius temporibus in Forumiulium incurſarunt Turcæ, ferroque & incendio cuncta vaſtauere paſsim, vt Sabellicus a in hiſtoria rerum Venetarum copioſè perſcripſit. Succeſsit in Ducatu patrum ſententijs Andreas Vendraminus, qui anno principatus altero diem ſupremum finiuit, delatusque eſt funere in ædem Seruorum. Excepit hunc Ioannes Mocenicus Petri olim Ducis frater: ſub quo Scedram Turca cepit ob præfecti ſocordiam quem Venetus præſidio loci impoſuerat: maximumq́; bellum ac diuturnum cum Hercule Ateſtino Ferrariæ regulo geſtum, in quo totius propemodum Italię principes aduerſus Venetos pugnauere: ſed cum ij de magnitudine animorum ac viribus nihil quicquam demitterent, tandem pax huiſcemodi cõditioni-

a. lib. 10. Decad. 3.

tionib⁹ facta eſt, vt Policiniũ Rhodiginũ apud ipſos relinqueretur. Ducales etiã ędes hoc tẽpore cõflagrarũt, refecitq́; mox loẽs. Eo dein Principat⁹ anno ſeptimo diẽ functo, ac in DD. Ioãnis et Pauli æde tumulato Marcũ Barbadicũ patres Ducẽ appellarunt, q fato raptus ingenti cum ciuitatis dolore, quoniã mirificè diligebatur, monumẽto illatus eſt in fanũ Charitatis. Succeſſorẽ habuit Auguſtinũ Barbadicum fratrẽ. Is cũ Ludouico Frãciæ rege fœdus icit de Ludouico Sfortia Mediolani imperio pellendo. Societatis erat perſcriptũ legibus vt Cremona & Sõcinum cum tota Abduæ Glarea Venetis cederet, vti etiam euenit. Antea quoq; Ferrãdinus rex Neapolis bello Caroli octaui Francorũ regis qui regnum Neapolitanum cepit, Brunduſium, Monopolim, Hydruntum, & Manfredoniã magna pecunię vi accepta Venetis oppignorauerat. Huius inſuper Ducis tẽporibus Methonẽ & Coronem in Peloponneſo, itẽ Naupactum Baiazetes Othomanus Turcarum rex occupauit. Imperio dein annis XV. geſto fatis abſumptus Auguſtinus, in æde Charitatis monumento poſitus eſt. Succeſſorem habuit Leonardum Lauredanum virum bonũ ac ſapientẽ, cuius tẽporibus oẽs propemodum orbis Chriſtiani principes ſocietatẽ contraxerãt aduerſus Venetos, quos cũ Ludouicus XII. Franciæ rex in Italiã exercitu adducto, memorabili apud Ripaltam pugna cæcidiſſet, imperiũ eorum exuẽre, Bergomum, Brixia, Cremona, Verona, Vicentia, Patauium, cum maxima Foriiulij parte, Crema item & Soncinum, & alia plurima Lõbardiæ Marchiæq́; Taruiſinæ oppida, Romanulæ quoq; Rauẽna, Ceruia, Fauentia, Ariminũ, Apuliæ Monopolis, Brunduſium, Trinium, & Hydruntũ. Vidit tamen idẽ Princeps receptum primò Patauiũ, deinde cum Veneti Ludouicũ regẽ eiusq́; ſucceſſorẽ Frãciſcum fœdere ſibi cõiunxiſſent, etiã Bergomũ, Brixiam, Vicentiã, totumq́; Forumiulium. Mortuus annis XIX. menſibus VIII. diebus XX. ſapientiſsimè geſta repub. poſt C.N. MDXXI. anno. Funus maxima põpa ductũ ad DD. Ioãnis & Pauli ædẽ, vbi ſitus eſt. Patres Antonium Grimanum poſtrid. Non. Iunij ſublegere, ſenẽ admodum, & ætatis annum LXXXVI. menſem V agentẽ. Is fortunæ ludum varijs caſibus tulerat: nam cum olim ob rem infœliciter aduerſus Turcas mari geſtã, ſumma ſanè cum dignitatis & exiſtimationis iactura exulare in Creta vno & centum annis fuiſſet iuſſus, difficilimis inde reipub. temporibus amiſſo pene toto continentis imperio, poſt C.N. MDX. anno reuocatus ab exilio, D. q́; Marci Procurator erat factus, ad extremum Dux inſuper appellatur. Deceſsit in hoc magiſtratu anno ſecundo, à C.N. MDXXIII. funere delatus honorificè ad D. Antonij Caſtellani fanum. Hoc itaq́; ſummi ingenij ac ſapiẽtiæ viro orbata ciuitas Andream Grittum Ducem nacta eſt, eximium hominem, & tam corporis, quàm animi dotibus egregiè decoratum: erat enim præclara ſtatura, commodiſsimoq́; mẽbrorum qui homini contingere queat habitu, humanus, facundus, & vſu rerum maximarum pacis belliq́; temporibus exercitus. Multos calamitoſis reſpub. temporibus pro patria labores obiuerat, quũ illa totius ferè continentis amiſiſſet imperiũ, nec vnq́ defatigari ſe vlla in re erat paſſus. Eadem verò cõmendatione principatum geſsit qua ſuperiores reipu. curas omnes, ſapienter nimirum & iuſtè moderateq́;. Vita cõceſsit anno poſt C.N. MDXXXVIII. menſe Decẽb. magno ſui apud mortales deſiderio relicto, ſepulcroq́; conditus eſt in D. Franciſci Vinealis. Patres inſequenti menſe MDXXXIX. anno Petrum Landũ appellauere Ducẽ, q conſilijs optimis ſummaq́; prudentia rem maritimã itemq́; continentis rexerat, & maximam apud omes virtutis opinionẽ erat cõſecutus. Præfuit ad annum vſq; MDXLV.

MDXLV. à C.N. quo menſe Nouemb. fatis conceſsit. Funus ductum in D. Antonij Caſtellani ædem, vbi monumentum viuus ipſe ſibi nobile poſuerat. Succeſſorem habuit eodem anno ac menſe deſignatum Franciſcum Donatum, exploratæ notæq; virtutis & ſummę ſęueritatis prudentiæq; virum, qui nunc inſignia Ducatus gerit. Hactenus imperij forma quam illuſtris & præclara hæc ciuitas à primordio ſui in hunc vſq; diem habuit expoſita, conſequitur vt celebrium ac nobilium eius alumnorum memoriá quoq; referamus. Non tamen dicentur omnes, quippe quia tam multos in lucẽ edidit, vt niſi longiſsima narratione complecti haudquaquam poſſent. Itaq; ex ijs primùm qui in Eccleſiæ Romanæ gubernatione ac honoribus enituerunt, tres Pontifices Max. vrbs hæc genuit, Gregoriũ XII. familia Coraria natũ, eximiæ prorſus integritatis hominẽ, Eugeniũ IIII. ex Condulmeria gente ſapientiſsimũ virum, & Paulũ ſecundum ex Barborum magni ingenij virũ de quibus copioſè Platina in eorũ vitis, itemq; Blondus & Sabellicus ſcripſerũt. Cardinales Venetijs orti quamplurimi, Petrus Maurocenus, Marcus Landus, literis & moribus admodum ornatus vir, Antonius Gregorij Pontificis quem commemorauimus, nepos, Ioẽs Amadeus, & noſtra memoria Ioẽs Baptiſta Zeno, Dominicus Grimanus qui & Aquileienſis Patriarcha diſciplinarũ ſtudijs eximiaq; morum grauitate perornatus fuit, adeo quidẽ vt inſigni ſua doctrina virtuteq; dignitatẽ Cardinalatus illuſtrare magis videretur, quã ipſe ab illa decorari. Bibliothecã reliquit voluminũ amplius VIII. mill. partim Græcorũ, partimq; latinorũ ex omni ſcentiarum genere. Multis de huius viri tum ſcriptis, tum humanitate cõmemorari poſſet, verùm cauſa breuitatis quã hîc inſtituimus, memoriã eius honorificã pro noſtræ facultatis modulo celebrabimus alibi. Genuerũt etiã Venetiæ Cardinales Marcũ Cornariũ, itẽq; Marinũ Grimanũ Dominici nepotẽ Aquileiæ quoq; Patriarchã, q annis ſuperioribus fato cõceſsit, inſuper Gaſparũ Contarenũ virũ optimũ ac doctiſsimũ, qui à Paulo III. Pont. Max. Cardinaliũ ordini allectus eſt, & legationẽ Bononiẽſem geſsit, vbi ſupremũ vitæ expleuit diem anno poſt C. N. MDXLII. Doctiſsimus & ipſe erat, & doctorũ alter Mœcenas. Accedit his Petrus Bembus quẽ Paulus quoq; III. Põt. in Cardinaliũ collegiũ ob inſignem virtutem adoptauit de cuius ornatu ac elegantia tã in ſermonibus, quam ſcriptis, neq; ſolũ latinis & græcis, verumetiam vernaculis, quæ iam Europa tota legit & admiratur, multa profectò dicere poſſemus, ſed in aliũ locũ quicquid eius eſt reijcere cogimur. Mortẽ obijt Romæ ſummo cũ dolore litteratorũ anno poſt C. N. MDXLVII. Viuunt adhuc Franciſcus Cornarius Marci de quo dictũ eſt frater, & Franciſcus Piſanus Cardinales. Exiſtimatione ſumma fuit Marinus Grimanus Cardinalis & Aquileiæ Patriarcha, vir eloquentiſsimus doctiſsimusq;, cuius induſtria Põtif. Rom. in multis legationibus eſt vſus, veluti in Parmæ ac Placentiæ gubernatione, quas vrbes eximia prudẽtia rexit. Orator etiã ad Franciſcũ primũ, Galliæ regẽ bello cũ Imp. Carolo V. cõtendentẽ gratia cõciliandæ pacis iuit. Supereſt eius frater Ioẽs Aquileiæ Patriarcha, diſertus homo & ingeniorũ pater, itẽ Cardinalis, cum Victore alio fratre grauiſsimo viro, reipub. q; cũ primis ſtudioſo, ac eloquente, q D. Marci Procuratorẽ agit, dignus planè tã illuſtri ſtirpe: quodq; nullũ adhuc ſucceſſorẽ familiæ genuerit cuncta ciuitas ſummè dolet. Alios præterea celeberrimos Præſules Venetiæ tulerunt, inter quos Pãtaleon Iuſtinianus primus latinorum Bizantinus Patriarcha, poſtquam eius vrbis imperium ad Francos deuenerat. Succeſſerunt ei nobiles alij viri. Fuit etiã Hermolaus Barbarus nõ minori

rerum

rerum publicarũ vſu,q̃ eruditione prædicus.Inſignẽ eius doctrinã cum in latinis, tum græcis litteris monumẽta ſcriptorũ q̃ reliquit abundè teſtantur·patriæ nomẽ ꝓfectò mirificè illuſtrauit. Aquileiæ Patriacha creatus eſt ob ſummas virtutes ab Alexãdro VI. Pont.Rom. Laurẽtius Iuſtinianꝰ ex ordine Cæleſtinorũ monachus primùm Epiſcopus Caſtelli, dein Patriarcha Venetiarũ & Primas Dalmatiæ nuncupatus ab Eugenio quarto Pont. mirifica ſanctitatis opinione claruit·eamq́; miracula teſtata ſunt, plurima beneficia Deo mortalibus elargiente q patrocinium eius inuocaſſent. Secutus hunc eſt in Patriarchatu Maphæus Contarenus inſtituti Cæleſtinorũ ſodalis, dein Andreas Bondelmerius canonicus regularis, Gregorꝰ Corarius, Ioannes Boratius, Maphæus Gerhardus ex ordine Camaldulorũ poſtea Cardinalis, Thomas Donatus ordinis prædicatorũ, Antonius Syrianus inſtituti Carthuſiani, Ludouicus Cõtarenus Cœleſtinorũ, Antonius Cõtarenus Scopetinorum, Hieronymus Quirinus prædicatorũ, q nunc ſedẽ tenet. Inſuper & alios inſignes Eccleſiarũ præſules vrbs hæc edidit, vti Epiſcopos Henricũ Contarenũ Caſtelli, Dominicũ Dominicũ, Petrũ Æmilianũ Vicentiæ, Fantinũ Patauij, Petrum Monteũ Brixiæ, Iacobũ Zenonẽ Feltrij Belluniq́;, Dominicũ Torcelli, oẽs doctrina moribusq́; ꝓrnatos, cũ Antonio Pizamano Feltrinorũ antiſtite, q non ſolum doctrina, ſed etiã ſanctitate claruit, & diẽ functus anno à C.N. MDXII. Venetijs, tumuloq́; cõditus in D. Petri Caſtellani miraculis illuſtratus eſt, Deo Opt. Max. mortalibus eximia munera concedente q in illius nomẽ rogarent· maximeq́; MDXX. anno, quũ aperto ſepulcro corpus eius integrũ adhuc apparuit. His addendus Hieronymus Treuiſanus cum philoſophiæ, tum iuris peritus, Epiſcopus Cremonenſiũ & Abbas apud D. Thomã Burgundionũ Torcelli·quo in cœnobio ius patronatus habet Treuiſana familia. Præter hos verò tã multos Venetiæ nobiliſsimos Præſules ediderũt, vt oẽs referre nimis longũ foret· ex quibꝰ tñ in vrbis ipſius Epiſcoporũ catalogo nõnullos adhuc cõmemorabimus. Viuit etiã nunc Aloyſiꝰ Lippamanus antiſtes Veronenſiũ, literis & virtutibus inſignis homo· q catenam aureã in vetus teſtamentũ elegantiſsimã cõpoſuit. Nec minori numero litteratos viros vrbs hæc tulit q̃ Præſules·quanq̃ & ex illis exornati doctrina multi fuerint vti oſtendimus. In doctorũ cohorte fuit Andreas Dandalus Dux, quẽ hiſtoriã inſignẽ ſcripſiſſe prædiximus, & Petrarca, Blõdus, Sabellicusq́; perq̃ honorificè memorant. Carolus Zeno non ſolum apprimè doctus, verumetiã eximius claſsium præfectus fuit, vti Blõdus & Sabellicus in hiſtorijs perhibent. De Genuẽſibus triumphũ egit, itemq́; Francicã fudit claſſem cui Bucicaldus imper. præerat validiſsimus homo, Carrariẽſibus Patauij regulis auxilio miſſus. Memoriã Caroli ſummo cũ honore celebrat Leonardus Iuſtinianus oratione quadã funebri, item Petrus Paulus Vergerius duabꝰ elegãtiſsimis epiſtolis. Zacharias Treuiſanꝰ nõ minori ſapientia prudẽtiaq́; polluit in conſilijs, q̃ erat literarũ diſciplinis excultus·idq́; probant orationes eius editæ, nominatim illa quam coram Gregorio Pontifice habuit, qua rationem Eccleſiæ pacandæ, nam terni tum erant Pontifices, commemorat·nec ſolum eloquentiam inſignem, verumetiam ingenium ſummum ea in re excogitanda teſtatur. Leonardus Iuſtinianus fuit vir maximi conſilij pariſq́; facundiæ. Iuuenis adhuc verſus lingua vernacula plurimos arte magna panxit·ætate verò confirmata dein eloquentiſsimus ac litteratiſsimus euaſit : neque ſolum oratione ſoluta , verumetiam recitatione carminis ſermone vernaculo mirificè delectabatur, vſque adeo vt inter ætatis ſuæ doctiſsimos homines ſit habitus,

præterq̃ quod eximius reipub. conſiliarius erat. Marcus Lippamanus ſcientia iuris enituit, itemq́; tam linguæ græcæ q̃ latinæ. Franciſcus Barbadicus conſilio maximè valuit pariterq́; Daniel Veturius ordinis patritiorum egregium ornamentum, Reip. ſummè ſtudioſus. Frãciſcus Barbarus in quo græcę latinæq́; linguæ cognitio pariter cum eloquentia gerendæq́; reip. prudentia collucebat, non ſatis hercule ſcio litteratúſne ac diſertus & ſapiens & bonus appellari debeat potius, q̃ fœlix, ob eximias eius res quæ memoriæ ſunt proditæ in acquirenda conſeruandaq́; aduerſus Philippum Vicecomitem Mediolani Ducem Brixia, geſtas. Mentionem eius in hiſtorijs Blondus, Simoneta, Sabellicus honorificè faciunt. Andreas Maurocenus & Hermolaus Donatus quanq̃ reip. curis aſsiduè vacauerint, eruditionis tamen etiam eximiæ documenta perilluſtria dederunt, relictis heroico carmine ſuorum temporum hiſtorijs. Zacharias Treuiſanus alterius Zachariæ filius laudatiſsimo comparandus patri fuit, primò literarũ ſtudijs, dein adminiſtratione reipub. Genuit etiam vrbs hæc pernobilis Barbonum Maurocenum, Ludouicũ Fuſcarum, Vitalem Landum, Candianum Polanum, Nicolaum Canalem cũ Lauro Quirino cunctos iuris conſultiſsimos, et cum humanitatis artibus eloquentiaq́;, tum in publicarum rerum adminiſtratione mirifica ingenij præſtantia pollentes, idcoq́; non minus ob literarum ſciẽtiam in honore habitos, q̃ propter optima prudentiſsimaq́; conſilia. Ioannes Cornalis & Paulus Barbus nobiliſsimi viri præter inſignem grauitatem latinarum quoq́; literarum ſcientiam habebant. Andreas Iulianus & Bernardus Iuſtinianus Leonardi F. item Hieronymus Barbadicus Franciſci F. cum Nicolao Barbo ſingulari ingenio maximaq́; doctrina viri fuerunt: vti quoq́; Vitalis Landus, Petrus Thomas, Ludouicus Donatus, Frãciſcus Dedus, Marcus Sanutus, & Hieronymus Donatus omnes præclari Senatores, & docti, facundi, prudentes, ingenijq́; ſummi homines: pcipuè verò poſtremus, quẽ grçcè latineq́; dicentem oẽs cum ſtupore mirabantur ob orationis maieſtatẽ, qua cum antiquis illis Græcis aut Romànis oratoribus conferri poterat. Nec præter mittendus eſt Andreas Nauagerius, qui cum illuſtri vita, tum literis peronatus fuit, ideoq́; ſcribendis Venetorum hiſtorijs per Senatuſconſ. Marco Antonio Sabellico ſucceſsit. Diẽ functus eſt annis ſuperioribus. Viuit nunc Ioannes Baptiſta Egnatius vir doctiſsimus vti literaria eius opera teſtantur. Præter eruditos verò homines vrbs hæc etiam præſtantiſsimos duces edidit, præcipueq́; claſsium, qui maximis victorijs potiti, Venetamq́; rem mari terraq́; plurimum auxerũt. Ex his fuere Ioannes & Raynus Polani, qui Corcyram in ditionem ſubiunxerunt, item Marinus Gradonicus cum Dominico Mauroceno, à quibus capta Pola, tributoq́; Parentini ſubacti: Ioannes Baſilius & Thomas Falerius Piſanos mare infeſtantes domuerunt. Reinherus Dandulus cum Rugerio Permarino claſſe XXX. nauiũ actuariarum Methonem & Coronem expugnarunt. Ioẽs Treuiſanus nouẽ nauibus duodenas Genuenſiũ apud Drepanũ Siciliæ cepit. Inſignẽ etiã artẽ virtutẽq́; militarẽ aduerſus Cretẽſes q̃ defecerãt, præſtitere Petrus Thomas, Ioẽs Grittus, Nicolaus Baleſtreri⁹, Marc⁹ Bonus, & Andreas Thealdus. Maximã claſſẽ regis Exagonorũ & Ioãnis Vataſij, cui Bauala præerat dux iuxta Cõſtãtinopolim vicere Leonardus Quirinus & Marcus Oniſſorus. Iaderã cũ defeciſſet Reinerius Zeno obſedit, & in imperiũ Venetũ retraxit. Laurẽtius Theupolus claſsis pfectus III. & XX. Genuẽſiũ naues in portu Ptolemaidis cõfregit, ac dein vnà cũ Andrea Zenone ſpectabili pugna Genuenſes apud Tyrum aggreſſus, eorum nauibus magnis XXIV.

potitus

potitus eſt,inſignemq; victoriam retulit. Claſsis quoq; præfecturam Marco Gradonico dedit ob eximiam virtutem Balduinus Imper. Conſtantinopolis. Marcus Michaël IIXX. nauium claſſe circa Tenedum cum Genuenſibus depugnans,quorum claſsis nauium magnarum XX. erat,eos in fugam vertit,ac ita Chalcidem cepit. Gilbertus Dandalus præfecturam duarum & XXX. triremiū geſsit. Iacobus Dandalus & Marcus Gradonicus quem ſuprà nominauimus,cum claſſe Genuēſium IIXXX. nauiū longarum apud Drepanum congreſsi, XXIIII. ex ijs cepere, reliquis incendio abſumptis. Idem Marcus alia præter hæc memorabilia multa geſsit,quæ niſi longiſsimè referri haud poſſent,& in Sabellici Decadibus rerū Venetarum,ac item vltima Enneadum parte legi poterunt. Ruggerius Maurocenus LX. triremiū imperator res maximas confecit,Ioannes Superantius cum XXV. Thedoſiam in Taurica cherſoneſo expugnauit, & Benedictus Iuſtinianus magnam græcarū nauium multitudinem cepit. Primus omnino in Turcas Dux belli à Venetis iuit Petrus Zeno,qui potentiſsima claſſe multas victorias retulit inſignes. Succeſſerunt illi deinde Marinus Falerius, Andreas Cornalis, Petrus & Marcus Canales, Marcus Iuſtinianus,oēs ſtrenui bellatores, fortiſsimiq; duces. Primi Legati quos Prouiſores vocāt,exercitibus additi Andreas Maurocenus & Simon Dandalus : poſteaq; Nicolaus Gradonicus & Pancratius Iuſtinianus : quæ munera patrum ſentētijs ob eximiam in conſilijs prudentiā illis viris demandata. Nicolaus Piſanus claſsis præfectura ſummam quoq; laudem meruit cum Ioanne Delphino,pugnaq; vna Genuenſibus L. naues ademit. Secuti ſunt eum in re nauali Paulus Lauredanus, Marcus Michaël, & Ioannes Sanutus. Nec his minori virtutis cōmendatione fuit Marcus Cornalis quem ſuprà memorauimus, præclaro libertatis patriæ ſtudio, cum Senatus occiſo Marino Falerio Duce rempub. illi commiſit,donec princeps ritè nominaretur. Gloriam quoq; ductu claſsium adeptus eſt Bernhardus Iuſtinianus. Victoris Piſani memorabilis ſapiētia fortitudoq; fuit in caſibus fortunæ ſuperandis: etenim magnā patrum totiusq; ciuitatis opinione ac gratia præfectus claſsis deſignatus, cū poſt rem initio fœliciter geſtam, dein reluctante fortuna carceri traditus iniquè fuiſſet, Genuenſibus iam Foſſam Clodiā tenētibus, Venetis autem adeo perculſis vt ad hoſtis quaſcunq; conditiones ſe depacturos eſſent profeſsi, vocibus popularium in libertatem poſtulatus, tanta moderatione fuit vt admirari ſatis nequeas : & dux belli dictus victoriam inſignem obtinuit. Sabellicus hoc de viro perhibet, cum maturè ad Senatum è carcere venire eſſet iuſſus, etiam in cuſtodia pernoctare voluiſſe, ac ſacerdoti explicata mente ſacram Euchariſtiam accepiſſe, ſimulq; per id ſacroſanctum Chriſti corpus teſtatum, ignoſcere ſe cunctis quorum vlla iniuria fuiſſet affectus, neq; minores deinceps pro repub. labores ſuſcepturum q̄ feciſſet vnq̄. Itaq; ſic tum è carcere profectus in Senatum, maximis honoribus exceptus, & præfecturæ claſsis inſignibus ornatus eſt, tantoq; patrum populiq; ſtudio contra Genuenſes mouens, eos ſpectabili victoria deuicit vti diximus, & Blondus Sabellicusq; memoriæ prodiderūt. Dominicus Michaël III. & XX. longis nauibus octoq; myoparonibus Cretam quæ defecerat in poteſtatem retraxit. Illi in claſsis præfectura deinceps ſucceſſere Creſſus Molinus, Michaël Delphinus, Iacobus Maurus, Marcus Iuſtinianus, Carolus Zeno, qui Clodiana quoq; pugna cum Genuenſibus egregiæ virtutis documenta præbuerat. Magna etiam gloria rem naualem exercuere Michaël Iuſtinianus, Petrus Hemus ſummi conſilij vir, Fantinus Georgius, Marcus Grimanus, Ioannes

Barbus

Barbus, Victor Barbarus cohortium etiam præfectura nobilitatus Brixia ho cõtra Philippum Mariam Vicecomitem Mediolani Ducem bello. Laudem inſuper claſsis ductu Franciſcus Bembus eſt adeptus, qui claſſem myoparonum aliarumque nauium haud ſpernendam aduerſus Philippum Mariam Pado ſubuexit, vt Blondus, Sabellicus, & Corius in hiſtorijs tradunt. Præfectura nauali bello Genuenſiũ etiam Petrus Lauredanus inclytus fuit, cui Andreas Mocenicus ſucceſsit. Et Stephanus Contarenus claſsis Dux in Pado fuit contra Philippum Mariã Mediolani Ducem poſtquã in Venetum imperium Brixia cõceſſerat. Aloyſium Lauredanum illa contra Turcas expeditio in qua Pontificis Eugenij Burgundionumque Ducis claſſes vnà iuerunt Imperatorem habuit, maximisq; rebus geſtis & egregijs victorijs illuſtrem fecit. Secutus eſt in Præfectura claſsis Victor Capellus ſapientiſsimus & prudentiſsimus vir, qui ob virtutem ſummam iterum quoq; Præfecturam accepit. Huic Vrſatus Iuſtinianus, Iacobus Lauredanus, Nicolaus Canalis, Petrus Mocenicus, Victor Superantius ſtrenui Præfecti omnes ſucceſſere. Gloriam quoque magnam re nauali conſecutus eſt Hieronymus Canalis, qui Maurum Alexandrinum pyratam admodum nobilem & inſignem cepit. Vicentius etiam Capellus claſsis Imperator Venetæ magnam virtutis commendationem meruit, vti inſuper Andreas Treuiſanus eques auratus ob virtutem factus qui opinione in vrbe tanta fuit vt ſi fata vitam conceſsiſſent, inſignia Ducatus adepturus crederetur. Sed & præterea multos homines illuſtres Venetiæ tulerũt, veluti Antonium Cornarium, Nicolaum Priolum, Hieronymum Georgium Equitem auratum & maximum oratorem, qui legationes plurimas ad varios principes obiuit, nominatim ad Carolum VIII. Franciæ regem, aliosq; non paucos, quorum memoriam alijs celebrandam tradimus. Nec deſunt nunc in hac fœliciſsima repub. maximi ingenij ſummiq; conſilij, & ad quæuis ingẽtia negotia tractanda prompti viri, quorum è numero Marcus Fuſcarus, Thomas Contarenus, item Laurentius Amulius qui claſsis præfecturã gerens anno poſt C. N. MDXLVIII. Sabarneſſam nobilem pyratã cepit. Vrbs hæc maximorum animorum homines & ingenia præclara ſemper magna multitudine habuit nec in præſentia talibus quoq; caret vti oſtendimus. Et hactenus de Venetijs dictum ſit ſatis conſequenter autem Epiſcoporum & Patriarcharum quos habuere catalogus cum annis quibus ad illum honorem quiſq; peruenit, annectetur. Primus vrbis huius Epiſcopus ab Romano Pontifice inſtitutus eſt anno DCCLXXIIII. poſt C.N. Obelatus Marinus Eneagri Tribuni Methamauceni filius: alter Chriſtophorus Damiatus Græcus, anno à C.N. DCCXCII. creatus ſecuti deinceps.

III.	Chriſtophorus Tancredus Græcus anno	DCCCIX
IIII	Vrſus Badoarius Venetus	DCCCXLI
V.	Ioẽs Sanutus Ven. ſodalitatis Humiliatorũ monachus	DCCCXLII
VI.	Maurus Vincentius Venetus	DCCCLII
VII	Dominicus Bodoarius Venetus	DCCCLXII
VIII	Craſſus Facius	DCCCLXXIII
IX	Ioannes Sanutus Venetus	DCCCLXXXIX
X	Ioannes Auenturatis Aquilinus	DCCCXCI
XI	Laurentius Timenſdeum monachus albus	CMXVIII
XII	Dominicus Maurus Venetus	CMXXXVI
XIII	Dominicus Dauid Venetus ex ordine Eremitanorũ	CMXLVI

XIIII	Petrus Malefactus Patauinus	CMLXXI
XV	Vrſus Magaditius Venetus	CMLXXXI
XVI	Dominicus Badoarius Venetus	CMXCII
XVII	Petrus Quintauallis Venetus	MI
XVIII	Gregorius Georgius Venetus	MIX
XIX	Marinus Caſsianus Venetus	MXX
XX	Dominicus Gradonicus Venetus	MXL
XXI	Dominicus Gradonicus Venetus	MLIX
XXII	Dominicus Contarenus Venetus	MLXX
XXIII	Henricus Contarenus Venetus	MXCI
XXIIII	Vitalis Michaël Venetus	MCXXV
XXV	Bonifacius Falerius Ven. ex ordine Eremitanorũ	MCXXXII
XXVI	Ioannes Polanus Ven. ex ordine Humiliatorum	MCLV
XXVII	Vitalis Michaël Venetus	MCLXXVIII
XXVIII	Philippus Caſolus Venetus	MCXCI
XXIX	Marcus Nicolaus Venetus	MCC
XXX	Vitalis Michaël Venetus	MCCXXXV
XXXI	Marcus Maurocenus Venetus	MCCXXXVI
XXXII	Petrus Pinus Venetus	MCCLII
XXXIII	Gualterus Agnꝰ dei Ven. ex ordine prædicatorũ	MCCLXVIII
XXXIIII	Thomas Arimundus Venetus	MCCLXXII
XXXV	Thomas Rancus Venetus	MCCLXXII
XXXVI	Bartholomæus Quirinus Venetus	MCCLXXIIII
XXXVII	Simeon Maurus Venetus	MCCLXXXII
XXXVIII	Rãbertꝰ Polꝰ ſeu Primaditiꝰ Bonon. ex ordine pdicatorũ	MCCXCII
XXXIX	Iacobus Contarenus Venetus	MCCCIII
XL	Bartholomæus Quirinus Venetus	MCCCXXV
XLI	Michaël Catergus Ven. ordinis Eremitanorum	MCCCXXXII
XLII	Angelus Delphinus Venetus	MCCCXXXVI
XLIII	Nicolaus Maurocenus Venetus	MCCCXL
XLIIII	Ioannes Barbus Venetus	MCCCXLIX
XLV	Paulus Fuſcarus Venetus	MCCCLIX
LXVI	Ioannes Amadeus Venetus Cardinalis	MCCCLXXIX
XLVII	Angelus Corrarius poſtea Rom. Pontif. Gregorius XII. Venetus	MCCCLXXIX
XLVIII	Ioannes Lauredanus Venetus	MCCCLXXXV
XLIX	Franciſcus Falerius Venetus	MCCCXC
L	Leonardus Delphinus Venetus	MCCCXII
LI	Franciſcus Bembus Venetus	MCCCXCVIII
LII	Marcus Landus Venetus	MCCCCXVI
LIII	Franciſcus Malipetra Venetus	MCCCCXXV

LIIII Laurentius Iuſtinianus Venetus ex ordine Cœleſtinorũ MCCCCXXXII. quem dein anno MCCCCL. Pont. Max. Eugenius IIII. Patriarcham Venetiarũ & Primatẽ Dalmatiæ dixit, tranſlata huc Gradenſi Eccleſia Patriarchale, ac illa dignitate tributa Venetijs. Primus igitur is Patriarcha factus eſt anno poſt C. N. MCCCCL. Secuti deinceps hi

II. Ma-

II. Maphæus Contarenus Venetus ex ordine Cœleſtinorū MCCCCLI. anno
III. Andreas Bondelmerius Ven.ordinis Canonicorū regulariū, MCCCCLX.
IIII. Gregorius Corrarius Venetus, MCCCCLXV.
V. Ioannes Barotius Venetus, MCCCCLXV. (MCCCCLXVI
VI. Maphæus Gerardus Venet. ſodalitatis Camaldulorum, poſteà Cardinalis.
VII. Thomas Donatus Ven.ex ordine prædicatorum, MCCCCXCII.
VIII. Antonius Syrianus Ven. monachus Carthuſianus MDIIII.
IX. Lodouicus Contarenus Ven.inſtituti Cœleſtinorum, MDVIII.
X. Antonius Contarenus Ven.ſodalitatis Scopetinorum MDVIII.
XI. Hieronymus Quirinus Ven.ex ordine prædicatorum, MDXXIIII. Sic Epiſcopis & Patriarchis enumeratis inſulas etiam quæ ciuitati huic nobiliſsimæ paſsim in ſtagnis circumiectæ adiacent in curioſorum gratiam commemorabimus.

INSVLAE CIRCVM VENETIAS.

SVnt circum Venetias inſulæ modicæ permultæ cum ædificijs, templis, cœnobijs, alijsq; domibus pietati dicatis. Primùm ad Auſtrum inſula mill.paſſ.longitudine ſplendidis ædificijs & cultiſsimis hortis itemq; cœnobijs monachorũ ac virginũ plebanicisq; fanis aliquot nitens, ab vrbe lato ferè quingentos paſſus euripo ſubmouetur, aditurq; cimbis traiectus cauſa ſemper hîc conſidentibus. Iudaicam nunc vocant: alioq; nomine Dorſum Durũ appellauere. Non procul inde in ſtagnis D. Angeli Concordienſis virginium ſequitur: vltraq; ad occaſum verſus D. Georgij Algani conuentus: dein eadem parte verſus occidentem ſi Venetijs conſiſtas, D. Claræ domus quæ ponte vrbi Venetæ adhæret. Eodem in latere D. Secundi cœnobium eſt: nec procul à cõtinente D. Iuliani fanum. Deinde Septentrionali vrbis latere D. Chriſtophori ædes in euripo quo Murianum ab vrbe nauigatur occurrit, moxq; D. Michaëlis cum cœnobio, poſt ipſum ipſum Murianum in Venetiarum originibus cõmemoratum, quod Altinates & Opiterginos Hunnicis tẽporibus anno CCCCL. poſt C.N. incolere cœpiſſe Sabellicus phibet, Athila iam tũ ad Venetiã appropinquante. Diſtat ab vrbe mill.paſſ. eſtq; periucũdus & amœnus locus ſitu quidem ædificiorũq; deſcriptione Venetijs par, at amœnitate longè præcellens, quippe quia ſingulæ pene domus hortos ornatiſsimos & varijs arboribus fructiferis confertos habent. Templa colit haud ignobilia XIIII. nominatim D. Petri martyris cum cœnobio ſodalium prædicatorum luculenter ædificato, vbi etiam bibliotheca præclara voluminibus optimis plena. Vitreamina tam excellenti hîc arte faciunt, vt tum varietate, tum artificio cætera totius orbis vaſa vitrea longiſsimè ſuperent. Nec deſunt artifices ad materiæ pretium in dies ornamenta noua rationesque variè figurandi præſtantiores ac elegantiores excogitare. Colores etiam quoſcunque iam mirabili induſtria reddunt, vt omni-

vt omnino exiſtimem Plinium ſi nunc reuiuiſceret ſumma,cum admiratione vaſa hæc ſupra fictilia tum Aretinorum,tum aliarum gentium longè collocaturum. Vidi ego præter cætera hîc miranda nauem roſtratam exacta dimenſione factam ex vitro,longitudine vnius vlnæ cum inſtrumento vniuerſo tam conuenienter,vt miraculo prorſus eſſet ea ex materia partes omnes eiuſcemodi operis adeò plenè formari potuiſſe.Conſpeximus etiam organa parua vitreis tubis, quarum maxima longitudo ferme trium cubitorum tanto artificio iuſtam ad proportionem erat ducta,vt inflato ſpiritu,ac pulſatis à muſices perito modulis,ſuauiſsimum cōcentum ederent.Magnitudinem vaſorum quæ hîc cernuntur non commemoro, quippe quia fidem eorum qui non videre,ſuperatura res foret.Equidem mirari ego ſatis haudquaquam potui tanta vitreæ materiæ copia qui colligi,& in tam varias infinitasq; ſpecies ingentium vaſorum figurari queat.Et inſignis hæc Murianinorum ars iam vniuerſæ nota eſt Europæ,propterea quòd eorum opera nobiliſsima cunctas in eius partes exportantur.Officinas exercent XXIIII. in quibus operis artificum perpetuis vaſa fiunt.Locus populo valde frequens eſt: maximaque pars aut artifices vitrearij vel negotiatores,aut piſcatu viuit.Scinditur in partes duas inſtar Venetiarum amplo euripo. Circuitu millia tria colligit. Cœlo eſt bono ac ſalubri,quod ab igne perpetuo vitrarias vrente fornaces proficiſci arbitrantur.Nobilitauit Murianum Franciſcus Balarinus, qui arte ac induſtria ſuper omnes adhuc formandis vaſis artifices excelluit.Sequitur ad Septentrionem verſus ædes D.Iacobi Paluſtris,vltraq; D.Nicolai.Dein Maiorbium IIII.& XX.à Muriano ſtadijs,iiſdem Hunnicis temporibus habitari cœptum ab Altinatibus, & vnius portæ nomine quæ Altini fuerat vt refert Sabellicus,dictum. Inſola hæc infrequenter nunc colitur: gens modica,vel piſcatu,vel hortorum cultura viuit. Torcellum inde ſuccedit ciuitas,item ad Septentrionē,à Maiorbio mille paſſ. cuius Epiſcopus Torcellanus dicitur, cathedralis ædes D. Fuſcæ virginis & martyris, quæ hîc monumento ſita cum D. Malica nutrice, Rauenna delatæ ſimul vbi martyrium ſubiere.Torcelli quoq; nomen pro Turricello nunc ab Altini quondam ſextante ſupereſt: cuius vti prædiximus,coloni Athilæ temporibus in hæc æſtuaria cōmigrarunt.Vrbs & hæc vti Maiorbiū infrequēs colonis, vel piſcatu vel hortorum cultura viuentibus. Abbatia non ignobilis adiacet monachorum D. Bernardi.Cœlum hîc admodum graue. Nec procul Buranum haud inhoneſtus in inſula vicus,ad exortum à Maiorbio Torcelloq; obuerſus,pari interuallo mille paſſ.ab vtroq; nomen etiam ab Altinatibus vti quę ſuprà memorata ſunt,habens. Hinc tum ex plaga Septentrionis in orientalem Venetiarum tendenti,domus D. Franciſci quæ à Deſerto cognominatur apparet, propiusq; Venetijs Lazaretum nouum, item verſus orientem Carthuſianus cōuentus,iuxtà mox D. Helenæ,vici niorq; dein ad vrbē,D.Georgij Maioris tū D.Seruuli,D.Lazari,et infra Lazaretū vetus quod ad meridiē ſpectat, cū æde Virginis quæ Gratiarū dicitur vltraq; D. Clementis, & porrò in Auſtrum,Sancti ſpiritus:tum Pupilia eſt ſic olim vti ſuprà memorauimus dicta,quinq; millibus à Venetijs.Inſulam hanc quondam admodum frequentem populo fuiſſe Blondus & Sabellicus perhibent: maximaq; circa Ducatum Vrſi Patriciati incrementa cepit,quum Petri Tradonici Principis familiæ conceſſa eſt cū vxoribus & liberis inhabitāda,quemadmodū in catalogo Ducū retulimus. Aucta igitur & excultus à Tradonici famulitio eiuſq; ꝓle locus eſt adeo,vt ad honeſti oppidi formam creſceret: quod poſtea Genuenſium bello cum

ij Foſ-

ij Foſſam Clodiam cepiſſent, habitari deſiuit. Sequitur Methamaucum vicus, olim Ducis Veneti ſedes, vbi portus Meduaci fluminis profundiſsimus, de quo iam an- tea ſcripſimus. XXV. dein ab vrbe Veneta millibus alter eſt portus Clodianus, *a lib. 4. c. V.* iuxtaq; oppidum Foſſa Clodia, quemadmodum à Ptolemæo nominatur: quod *b lib. 3.* Clodium Albanorum Ducem condidiſſe Volaterranus *a* refert ex auctore Sexto. *de ſitu* Sabellicus *b* tamen prodidiſſe quoſdam ſcribit ab Ateſtinis & Silicenſibus ędifica *uer. Vene.* tum qui Hunnicis temporibus in ſtagna ex continentis ora profugerant: verùm hoc tamen vt conſtare ſibi queat non video, cum Plinius & Ptolemęus qui pluri- mis ætatibus Hunnicas in Italiam irruptiones præceſſere, Foſſæ Clodiæ memoriã vſurpent. Dici fortaſſe poſſet Athilæ temporibus ab Ateſtinis & Silicenſibus do- mo profugis auctum, cum iam priùs exiſteret: vt ita quod Sabellicus refert non om nino veritati aduerſetur. Ciuitas effecta eſt, ſub Ordelafo Falerio Duce MCV. poſt C. N. anno, trãſlato huc Methamauceno epiſcopatu, cum eam vrbem inunda tio vaſtaſſet. Diuorum etiam reliquiæ ſimul inde tum ad Clodianos aſportatæ. Primùm locus momenti pene nullius erat, vti in Venetis annalibus priſcis, maxi- meq; Bertucij Veneti ſe legiſſe Ioannes Petrus Ferrettus Rauennas homo doctiſsi mus nobis affirmauit. Vndiq; ſtagnis marinis circumfunditur, in longum pro- tenta, ſpatioſaq; & longa platea diuiſa, in quam vtrinq; vici plurimi inſtar ſpinæ piſcis exeunt. Circum vrbem ſalinæ paſsim, vbi menſibus æſtiuis è marinis aquis ſal conficitur ingenti Venetæ reipub. compendio. Genuenſes anno poſt C. N. M- CCCLXXX cum huc bello contra Venetos claſſe perueniſſent, victoriamq; iam in manibus haberent, inſolentia rem corrupiſſe, ſic vt mutata fortuna victores ipſi *c Blondo.* vincerentur, plurimiq; capti magno cum triumpho abducerentur Venetias, Blon *hiſt.* dus *c* Sabellicusq; *d* nec vno loco memorant. Clodiani nunc ferè piſcatu, vel hor- *d. lib. 9.* torum cultura, vel ſalinis exercendis viuunt. Hinc ad Venetias redeunti litoris ap *Enn. 9. & in decad.* parent campi amœni cum hortis nitidiſsimis, quorum fructus Venetias deportã- *rerũ Ven.* tur. Proueniunt hîc pro anni tempore varia fructuum hortenſium genera: nomina tim pepones, cucumeres, anguriæ, braſsicę lacturres, fabellicæ, cęteręq; ſpe cies & id genus fruges aliæ, vnde quæſtũ Clodiani maximum faciunt.

Vrbem hanc ortu nobilitauit Petrus Calotius ordinis prædica- torum monachus, qui admodũ exactè ingentia duo volu- mina de vitis Diuorum ſcripſit, quæ in bibliotheca Dominicana Bononiæ ſeruãtur. Hic Italicæ cho rographię, ſimulq; Venetiarum finis.

Laus Deo.

ERRATA SIC CORRIGEN.

NVMERVS PRIMVS PAGINAM alter lineam denotat.

3 14.numubi.nuncubi.
ibid 37.prohibet.perhibet.
ibid.idem.dein.
7 24.circunie ctæ.circumie ctæ.
10.30 Sannites.Samnites.
ibid.32.Aquilea.Aquileia.
ibid.33.Samniam.Samnium.
22.22.Ligura Liguriæ.
ibid 34.Flamminia Flaminia.
25.44.Monœ.i,quē Monaci.Monaci quem Monœci.
16 [illegible]gusta Augusti.
ibid.6.Ingaunos,in Ingaunos.
20.42.ĳs.ĳ.
28.8.Spinoſa.Spinola.
31.14.prætioſis.pretioſis.
ibid. 50. opidum.oppid[illegible]
36.6 milliarum.milliarium.
ibid.18.munerare. numerare.
37.21.facium.fa[illegible]ium.
38.22.hoc.hæc.
ibid.33.efficatus efficiatus
39.4.Lunæ.Luna.
ibid.3[illegible] [illegible]rnus.Aruns.
40.2[illegible] Piſæ.Piſa.
44.32. ſepentriones. Septentriones.
41.28.prætioſi.pretioſi.
[illegible]0.prætioſis pretioſis.
51.3.nominatus.nominatas.
53.24.Apollonis Apollinis.
54.14.Palum amnis Palum Aronis amnis.
ibid.29.oſtium.Oſtiam.
61 5.in Dominici.in D.Dominici.
6[illegible].6.quoad.quod.
6[illegible]3.ingulari.ſingulari.
ibid. 14. comentationes. cōmmentationes.
66.2.diximus fuit.diximus vi[illegible]s fuit
68.46.Conſtenti.Conſtanti.
70.1.Italia.Itali[illegible]
73.29.interprætationibus. interpretationibus.
[illegible]4.1.[illegible]itidiſsimi.nitidiſsimi.
ibid 8 annis.amnis.
ibid.31.Antōnio.Antonino.
75 42.ſic.hæc
B. 76.46.Tribanum Tribianum.
83 15 ra[illegible] tant[illegible]
ibid.38 [illegible]uſtinianum. Luſtinianum.
91.14.Peliam.Pelium.
97.6.Acuctus A[illegible]utus.
ibid 21 Nerone.Necone.
99 31 præcibus precibus.
100.21 Balionorum Balioniorum.
ibid.28 Balionos Balionios.
ibid 29.Balionis.Balioniis.
ibid.30.Balionibus Balioniis.
101.13.peſiam pœnam.
ibid.27.Tuſcanellum. Tuſcanellam.
106.39.Argiua.Argiuo.
110.14.Flauiniaq́.Flauianiaq́.
111.30.hic.hinc.
114.40.ædifica ædificia.
116 14 Barceanam.Bra[illegible]ianam.
ibid.16 perhibit perhibet.
118 6.Vocari Vocare.
ibid.33.Vbe.Vrbe.
119.43.prefectum profectum.
131.19 patre.parte.
ibid.19 amne.amnis.
127.43.circumfeſſus.circumſeſſus.
129.38..Veteram.Veterem.
130.38.Tibernis Tiberim.
131.9.fertilem vt.fertilem, Vmbriam vt.
137 1.Mutaſcas.Mutiſcas.
139.34.Serauallēſium. Serauallenſiū.
141.42.repertæ.reperta
149.2. & . 3. lineaſic. lege. Veſpaſiano Imperat. ſimulq́ Tito & Domitiano filĳs Suetonius è vico Phala[illegible]rinis Reati vicino originem fuiſſe prodit in hæc verba.
ibid 24.vrgulas.vngulas.
158 23.Stromonium Stronconium.
16[illegible] 28.qām.quam.
164.4.Vocabatur. Vocabantur.
166.8 Halicarſſeus. Halicarnaſſeus.
ibid.38 deuaſtatem.deuaſtatam.
172 25.XXIIII.XXXIIII.
174.29 item Appio. item ab Appio.
175.30.pos.pons.
176.13.hic ſic.
177.2 opetrum.opertum.
18[illegible].Aquilenſis.Aquileienſis.
196.14 pyraticis.piraticis.
ibid 46.iuxta litus.iuxta lit9 ędificiorum.
199.29.[illegible]i[illegible]iter.circiter.
204.1[illegible] Pomtinas.Pontinas.ſic vbiq.
205.31.editoria editiora.
ibid 37.ſmmoq́ ſummoq́
212.41.loco fuerit.loco non fuerit.
212. 15. traſgreſſoreſq́ tranſgreſſoreſque.
ibid.30.fratre.fratres.
223.41 cimamomi cinnamomi.
ibid.44.Tyburtina.Tyburtinæ.
2[illegible].30.cumplū.quamplu.
22[illegible]. 9. Scucula. Scucula. Talia.cotium.Taliacotium.
ibid. 40. cum eyxidem.cum eundem
230.26.coloris.colesis.
ibid.45.iuſsis.iuſſus
2[illegible].38.aduerſis.aduerſus.
240.32.protus.portus.
244 2[illegible]ad flumen Caliculam vergēs, illi amni. ad Caliculam vergens, amni.
247.16.obſidinem obſidionem.
211.27.obſœniora.obſcœniora.
257.23. crypto porticum. cryptoporticum.latum.latam.
ibid.43.adĳta adyta.
260.37.forme.ferme.
264.23. 24.eppbrnus.opportunus.
265.2.ὤχαίςο.ὤχαῦςομ.
270.29. millum.millium. parſ. paſſ.
272.17.Arrogantia. Aragoniæ.
271.12.Samnazarius.Sannazarius.
277.13. nobilum.nobilium.
279.73.ſuſce.Is anno.ſuſcepit.Anno
280 43.CCCIX. MCCCIX.
281.17.miliaribus. milliaribus.
287 30 adeptum adeptis.
290.3.confugebant.confugiebant.
294.14.appellata. D. Andreę. appellata domus.D.Andreæ.
303.4. vt alĳ inter vocant Latiouicus præcelſa. vt alĳ vocant, Latious.us,inter præcelſa.
304.29 finitimus.finitimis.
307 24 ab ob.
318.4.inſignĳs.inſignibus.
326.11.Vehementias. Vehementius.
ibid.38.promontorū.promontorĳ.
ibid.49.ineune. ineunte. Et nota in ſequentium paginarum numerū eſſe vitioſum.
331.21.appellation Penliniom coniungere.appellationē Plinium coniungere.
D.331. 35.ἀλυδέςεγα.ἀλυ[illegible]έςεγα
332.2.ἱεραξ.ἱεραξ
333.8.Sclylacæo. Scyllacæo.
335.38.cœunte.coëunte.
341.19.20.antiſſem.antiſtitem.
342.32 circumiect.circumiectos.
344.32.mile.mille.
ibid.33 marmoi[illegible]æ.marmoreæ.
ibid.34.Architæ.Archytæ
352.3.archita.Archyta.
353.9.comigrarunt cōmigrarunt.
ibid 12.inques:Cuctores.inquienſe ductores.
ibid.31.Salentium.Salentinum.
355.34.Leutermos.Leuternios.
359.2.dein.inde.
368. 42. vrbis rincipi Pindicata. vrbis Principi indicata.
377.26.deformata defotmatum.
382. 19. conherent. cogerent. Luiia. Luceria.
383.21.TeanenſesCanuſinos. Teanenſes & Canuſinos.
389.36.37.Hetruſcas.Hetruſcos.
396.21.Mareis. Marſis.
ibid.28.templum extat.templum etiam extat.
397.18.Sforza, belli fulmine. Sfortia,belli fulmen.
ibid.26.Veſtinĳ.Veſtini.
403.19.Iurecunſults Iureconſulti.
416.21.Daturos,facturos,Daturas facturas.
418.29.30.Romam.Romani.
ibid. 35. Marchianotus. Marchionatus.
422.34.conſcerandos.conſecrandos.
426.7.letum viuum.Letus viuus. & ſic vbique.
ibid 14.quoſdam.quaſdam.
ibid.34.Altatemæ.Alſatemiæ.
432.2.clauſis.clauſus.
443.2.quorumdam.quorundam.
ibid. 41. nomem nomen.
449.17. Truntinorū. Truintinorū.
ibid.24.inuiti.inuitæ.
455.35.militari.militari.
459 41. Pontificorum. Pontificum.
467.11.intra.inter.
473.32.eccleſiaſticis. eccleſiaſticorū.
480.31.qno.quo.

aliordinque.

ERRATA.

alioriumque
496. 5. regione, ab Antonino. regione & ab Antonino.
499.19. Samnartinam. Sanmartinā.
500.6. ceteribuſq. cæteriſq.
502.2. omni. anni.
ibid.24. prohibens. perhibens.
ibid.44.45. puppin. puppim.
503.30. iacenſ. D. Martini. iacent in D. Martini.
ibid.38. hec. huc.
506.2. moderabitur. moderabatur.
ibid.2.8.30. reuoto reuocato.
509.36. Conſiliari. Conſiliarij.
ibid.17 oratoribusq; aratoribusq;.
ibid.35. axercitus. exercitus.
511. 33. 34. honorificé cum honorificéque.
512.30 aderatur. adferatur.
513.8. Crathuſianorū. Carthuſianorū
ibid.14. Calis. Calum.
514.36. Actguido. Actioguido.
515.1. Tauſsginanus. Tauſsignanus.
518.30. hoc hāc.
519.8. ſummó. ſummé.
ibid.39. iam. tam.
ibid.46. Inſtauratum. Poſt ea. Inſtauratum poſt ea.
520.1. Samogiona Lauinaq;. Samogiaha Lauiniaq;.
521.18. Panarus. Panarius. & ſic vbiq;.
—.46. Rora. Ruptio.
528.11. Tilla. Villa.
529.3. gloromatas. glomeratas.
ibid.24. Codicorum. Codigorum.
530.11. 12. ruptionem ſarcire. ruptionem non ſarcire.
ibid.36. annis amnis.
ibid.42. Boros Boios.
531.16. dicti. dictæ.
537.26. & Hercules. vt Hercules.
540. 31. Calcagnimus. Calcagninus.
541.6. proſpicuos. perſpicuos.
ibid.11. poſteaquam. poſteaq;.
ibid.20. Pelaſella. Peloſella.
547.3. longæ. longé.
549.44. fœdere Mutinenſibus. fœdere cum Mutinenſibus.
512.4. Aemiliam via. Aemilia in via.
556. 17. Vſq; ab diem antiquiſsima. Vſq; diem ab antiquiſsima.
ibid. 22. C. N.CXVIII. C.N. MCXVIII.
557.43. gnarus quemadmodum. gnarus erat, quemadmodum.
561.1. Sarcin. Sarſinæ.
ibid.23. Seciam & Lenciam. Seciam Foſſa Papazina cernitur, milliuin ſex, Papazonum opus. Tum inter Seciam & Lenciam.
569.18. & conſtantia. & inconſtantia.
575.4. exceſsit. exceſsiſſet.
576.21. Eadem. Eandem
ibid.2. quandiu. quamdiu.
577.12.13 plerunq; plerumq;.
580.11. inito. initio.
584.4 tradunt. tradiderunt.
ibid.36. regione. regionem.
ibid.46. ſuauitate. ſuauiſiateq; deſcribitur ac hoc modo. deſcribitur hoc modo.
591 22.23. tradit eſt. tradita eſt.
592.12. phenicis. phœnicis.
593.27. berui. breui.
599.12. conſtiti. conſtituti.
600.11. Alpes qui. Alpes quæ.
ibid.74. locuplera. locuplerata.
604.23. eam quem eam quæ.
ibid.43. annis. amnis.
607.41. Iannem. Ioannem.
608.18. Marchionis Franciſci. Marchionis Ioannis Franciſci.
ibid.26. geſtarum clarus. geſtarum gloria clarus..
609 4. Sammartinum. Sanmartinū.
ibid.23. populus. populi.
610.21. edita. editæ.
ibid.24. ſumptuoſiſsimus. ſumptuoſiſsimis.
611.10. Chriſtianæ. Chriſtiani.
615.35. Salidio. Salodio.
618.9. Senonos. Senones.
ibid.43. Chiſti Chriſti.
624 4. Medolanenſium. Mediolanenſium.
616.18. dehint definit.
928. 22. ſumptuoſsimum. ſumptuoſiſsimum.
619.26. portus. potitus.
633.19. optimoum. optimorum.
638.40. Cretum Ceretum.
641. 38 ſeditioſum ſuperbum, ſeditioſum atq; ſuperbum.
645.29 ſoliti. ſolitæ.
646.40. Comentium. Comenſium.
ibid.44: quandiu. quamdiu.
618.13. Ticinio. Ticino.
661.3. Th[illegible]docius. Theodoſius.
ibid.38. Midiolanum. Mediolanum.
662. 4. poni oportere. poni eam oportere:
667.44. Bernado Bernardo.
669.78. r[illegible]gr[illegible]bus. regionibus. inſtitute. inſtit[illegible]t.
ibid.35. moximo maximo.
676.1.2. Hermanſin. Hermannum.
ibid.7. Caſſone. Caſſono.
ibid.39. crudilirate, crudelitate.
671.16. Caſſonis. Caſſoni.
ibid.42. Dorius. Corius.
672.32. Marthæus. Matthæus.
673.46. fili omnes. filios omnes.
674 9. pretij. pretijs.
ibid.14. ijſq; iiſq;.
671.41. colere. colore.
677.30. Bergoni Bergomi.
681.12 parua. praua.
682.31. ſplendidore. ſplendore.
ibid.37. Cardinalis. Cardinales.
683.1. Mediolane. Mediolano.
686. 6. deriuaiat. deriuauit.
687.16. Vetribus. Veteribus.
690.10 cta. ſita.
ibid.45. conſintuntur. conſiciuntur.
691.9. den.onſtrabimus. demonſtrauimus.
ibid 11. Vrbis. Verbis.
691.10. ſilicæ. ſilice.
696.9. Traſalpini. tranſalpini.
ibid.36. eſſete, geſtum. eſſet, egeſtum.
697.27. dœceſis. diœceſis.
700.2. ſentiat. ſentiant.
727.6.7. Bernardini. Bernardi.
716.16. intgera. integra.
718.3. qudo. quód.
723. 7.8. Ancutho. Aucutho.
ibid.24. qui tum. quo tum.
724 2. gynamſio gymnaſio.
725.26. alumus. alumnus.
726. 18. alijs cum. alijſq; cum.
728. Pinco Pincio.
729.21. diſcrimem. diſcrimen.
732,3. Ticentiam. Vicentiam.
ibid 4. Vridentum. Tridentum.
734.29. Vicentium. Vincentium.
ibid 39. anmis. amnis.
735.2. Timauiuin. Timauum.
839.9. Longeba[illegible]dis. Longobardis.
748.17. cūfragoſas. confragoſas.
ibid.37. Vₐranus. Varamus.
749.45. palludes. paludes.
750 2. Mutecam. Mutecum.
ibid. 36. à Porciliæ. à Portu Naonis Porciliæ.
753.7. aceſſum præbet. acceſſum haud præbet.
757.11. Polentia. Pollentiæ.
759.—. Verſatili. Verſatilis.
767.41. harum quarum. harū aquarum.
771.7.8. inclinanare. inclinare.
773.9. Strbone. Diamedi. Straboni. Diomedi.
775.42.43. tranſualauerint. tranſuolauerint.
776.17. occidente. oriente.
ibid. 34. narat. narrat.
779.30. Saluerij. Saluorij.
[illegible].17. ſuſcepta, eſt deſcrip. ſuſcepta eſt deſcrip.
786.3. parteem parentem.
ibid.8. ædificandam ædificandum.
ibid. 28. quo tempore. quo in tempore.
789.20. diſtingunnt. diſtinguunt.
790.28. ſpodijq; ſpondijs.
791.1. rerrum. rerum.
ibid.41. Adriæ. Adraæ.
792.19. Iniſtiniane. Iuſtiniani.
794.4. Ircis. Arcus.
ibid.11. vſpicionem ſuſpicionem.
ibid.13. olcum. locum.
797.46. ſublegaretur. ſublegeretur.
798.14. Memuas. Memus.
803.17,38. principatu. principatus.
804.39 diuis ciuis. 39.40. interceſsiſent. interceſsiſſent. 41. ſeiem. die.
806.46. omes. omnes.
807,21. ſcet[illegible]arum ſcientiarum

FINIS.